



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Universitätsbibliothek Paderborn

Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis Expositio

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132



Jh. 2148.

G. IV

17

EXPEDITA
JURIS DIVINI,
NATURALIS, ET ECCLESIASTICI
MORALIS EXPOSITIO,

IN TRES DIVISA PARTES,

CONTINENS TRACTATIONES

DE SACRAMENTIS, Quæ sunt de Jure Divino.

DE CONTRACTIBUS IN PARTICULARI, Quos dirigit Jus Naturale.

DE CENSURIS, ET IRREGULARITATE, Quæ sunt de Jure Ecclesiastico.

AUCTORE

R. P. THOMA TAMBURINO

SICULO GALTANISETTENSI,

SOCIETATIS JESU THEOLOGO.

IN THEOLOGORUM, PAROCHORUM, CONFESSARIORUM,

Sacerdotum, immo & Pœnitentium commodum.

Prodit post ternas Editiones nunc primum in Germaniâ,

Cui accessit

Locupletissima prædictorum Tractatum integro sparsim volumini inserta Auctio; totus insuper
Bullæ Cruciatæ doctissime ab Eodem expositæ Tractatus; Casuum in Panormitanâ Diœcesi reservatorum
explicatio; ac demum copiosæ ad singulos Confessionis, Communionis, S. Missæ Sacrificii,
& decem Decalogi Libros

Coll. soc. 185v

ADDITIONES Paderborn. 1665.

Quibus omnibus priores hæcenus Editiones caruere. Cum duplici Indice.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Apud **JOANNEM BUSÆUM**, Bibliopolam sub Monocroto.

Anno M.DC.LXV.

Cum Privilegio Sacrae Cæsareæ Majestatis.

131. 11. 12.

131. 11. 12.



FACULTAS R. P. PROVINCIALIS.
JOSEPHUS CASTELNOVUS
 PROVINCIALIS SOCIETATIS JESV IN SICILIA.

CUM Librum, cui Titulus est (*Opus continens Tractationes de Sacramentis, de Contractibus in particulari, & de Censuris, atque Irregularitate*) à R. P. THOMA TAMBURINO Societatis nostræ compositum, tres ejusdem Societatis Theologi, quibus commissum fuit, recognoverint, & in lucem edi posse, probaverint; facultate nobis facta ab admodum R. P. N. GOSWINO NIKEL Præposito Generali, concedimus, ut Typis mandetur, si ita iis, ad quos pertinet videbitur. In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, & nostro sigillo munitas dedimus. Panormi 9. Februarii 1659.

JOSEPHUS CASTELNOVUS.

A P P R O B A T I O.

LIBER, cui Titulus est, *Expedita Juris Divini, Naturalis, & Ecclesiastici Moralis Expositio, continens Tractationes de Sacramentis, de Contractibus in particulari, & de Censuris, atque Irregularitate*, à R. P. THOMA TAMBURINO Societatis Jesu compositus, quem ex commissione Illustriss. Domini D. Petri Martinez Rubio Archiepiscopi Panormitani, & Illustrissimi Domini D. Didaci Marottæ Præsidiis M. R. C. hujus Regni Siciliæ, legi, & examinavi; unde quaque doctus est, & eximiam Auctoris eruditionem, pietatem, atque in scribendo claritatem unicè redolet; nec in aliquo Catholicæ Fidei, vel bonis moribus repugnat; immo iis maximè, & felici quidem eventu insistit. Quare prælo dignissimum, & magno commodo Christianæ Reipublicæ, in tam frequenti illius materiæ usu, futurum judico. Datum Panormi 8. Decembris 1660.

HIERONYMUS LACHIANA è Soc. JESU.

A P P R O B A T I O.

CUM opus hoc de *Sacramentis, Contractibus, Censuris & Irregularitate*, à R. P. THOMA TAMBURINO Societatis Jesu Theologo compositum, nihil habeat fidei orthodoxæ, aut bonis moribus dissentaneum; sed ordinariam authoris in scribendo claritatem pierati & eruditioni eximiam conjunctam apprimè redoleat, boni publici causâ divulgari poterit. Ita censum Duaci die 16. Junii 1663.

MATTHIAS GERTMAN S. Theologie in Universitate Duacena
 Doctor & Professor Regius ac Ordinarius, librorumq; Visitator & Censor.

APPROBATIO CENSORIS ORDINARIJ.

LIBER, cui Titulus est, *Expedita Juris Divini, Naturalis, & Ecclesiastici, Moralis Expositio, continens Tractationes de Sacramentis, de Contractibus, & de Censuris atque Irregularitate* à R. P. THOMA TAMBURINO Societatis Jesu Theologo compositus, prout Panormi & Duaci approbatus fuit, ita approbatur à nobis, & Colonia in lucem edi permitto Datum 4. Januarii 1664.

FERDINANDUS STROBELIUS SS. Theologia Doctor,
 Ecclesia Metropolitana Canonicus ac Librorum Censor Ordinarius.

* 2

FACUL-

FACULTAS

R. P. PROVINCIALIS SOCIETATIS IESU
per Rheni inferioris Provinciam, Cum Privilegio
Sacrae Cæsareæ Majestatis



GO GODEFRIDUS OTTERSTEDT, Societatis Iesu per inferioris Rheni Provinciam præpositus Provincialis, factâ mihi potestate ab Adm. R. P. Ioanne Paulo Oliva Vicario Generali, Librum qui inscribitur: EXPEDITA JURIS DIVINI, NATURALIS, ET ECCLESIASTICI MORALIS EXPOSITIO, Authore R. P. THOMA TAMBURINO ejusdem Societatis Iesu Theologo, legitimè aliàs censum, probatumque, typis iterum vulgari permitto à IOANNE BUSÆO, Cive & Bibliopolâ Coloniensi; eique Ius Cæsarei Privilegii Societati nostræ concessi, hæctenus indulgeo, ut ipso invito nemo eundem Librum recudere, nemo intra S. Rom. Imperii fines, & hæreditarias S. Cæsareæ Majestatis Provincias importare, aut venum exponere audeat. Confirmandæ facultati huic Sigillum officii mei appressi, & nomen meum subscripsi, Colonia XI. Januarii 1664.

GODEFRIDVS OTTERSTEDT.

APPROBATIO.

NOS. S. T. ET V. I. D. D. IO. ANTONIVS GELOSVS

Cantor Metropolitanae Ecclesiae Felicis Urbis Panormi, Primadignitas post Pontificalem, Abbas Sancti Nicolai lo Reale, Civitatis Mazzariae, Prothonotarius Apostolicus: Illustrissimi, & Reverendissimi Domini mei D. Petri Martinez Rubio Archiepiscopi Panormitani Vicarius, & Visitator Generalis, Procommisarius Generalis Sanctissimae Cruciatæ in hoc Siciliae Regno, & Insulis Coadiacentibus, &c.

Tractatum de Bulla Cruciatæ à R. P. Thoma Tamburino Soc. Jesu conscriptum, & explicationem casuum Reservatorum in hac Panormitana Diœcesi, Additionesque ad Opera ejusdem Authoris à Typographo collectas, cum Theologi quibus commisit diligenter recognoverint, & imprimi posse, probaverint, concedimus, ut typis mandentur; ac putamus, bono publico fore, si quamprimum prodeant in lucem, non solum tanti Authoris probata scientiâ, sed etiam quaestionum ac doctrinarum interpositione fidelissima. In cujus approbationis Fidem has literas manu nostrâ subscriptas dedimus. Panormi 9. Julij 1663.

Cantor D. Ioannes Antonius Gelosus

Abbas S. Nicolai lo Reale V. G.

APPROBATIO.

IGNATIUS MONCADA PROVINCIALIS SOCIETATIS JESU IN SICILIA.

CVM librum, qui inscribitur Tractatus de Bulla Cruciatæ à P. Thoma Tamburino nostra Societatis Sacerdote compositum tres ejusdem Societatis Sacerdotes, quibus commissum fuit, recognoverint, & in lucem ediposuisse, probaverint; facultate nobis ab admodum R. P. Ioanne Paulo Oliva Vicario Generali communicata, concedimus, ut typis mandetur; sita is, ad quod pertinet videbitur. In quorum fidem has literas manu nostrâ subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus. Panormi 27. Decemb. 1662.

APPROBATIO.

NOS ABBAS DON OCTAVIUS DE AUGUSTINO S. T. & V. I. D. PROTHONOTARIUS

Apostolicus, in Panormitana Diœcesi Iudex Synodalis, ac Delegatus Excellentiae Suae loco

Spectabilis D. Ioseph Dominici Fisci Patroni Tribunalis M. R. C. ad concedendam licentiam imprimendi Libros, & opera typis mandanda.

Vidimus, accuratè perlegimus, & recognovimus librum, cujus titulus est, (Tractatus de Bulla Cruciatæ, Authore Admodum Reverendo P. Thoma Tamburino Siculo Caltanissetensi Societatis Jesu. Acc. sit explicatio casuum reservatorum in Panormitana Diœcesi, cum Additionibus ad Opera Ejusdem à Typographo collecta,) & in eis nihil repetimus, quod bonis moribus, aut Fidei Catholicae, vel Regiae jurisdictioni obstat; Quinimo mira illa eruditione ac pietate referta esse censuimus, multorumque profutura salutis: ac etiam summi acumen ingenii, studium, & laborem Authoris ostendunt. Idcirco, ut typis mandentur, potestatem facimus. In cujus rei testimonium has literas manu nostrâ subscriptas damus. Panormi die 1. Junij 1663.

Abbas Don Octavius de Augustino

* 3

IV.

JUDICIUM

Reverend. Domini Dom. Marci Serio Theologi
Librorum revisoris.

Reverendissime Domine, Vidi Tractatum de Bulla Cruciatæ à R. P. Thoma Tamburino Societatis Iesu conscriptum, & Additiones ad Opera ejusdem à Typographo collectas, & ea dignissima censeo quæ imprimantur, ac pro certo habeo, excipienda ab omnibus fore eâdem approbatione, quâ cetera ejusdem Opera sunt excepta. Cum nihil igitur in iis deprehenderim, quod Catholicæ Fidei, aut bonis moribus adversetur, ut, quam primum lucem videant, exopto. Datum Panormi 18. Januarij 1663.

Doct. D. Marcus Serio Benefic.
ac Librorum revisor

APPROBATIO

P. HIERONYMI LACHIANA.

TRactatum de Bulla Cruciatæ à R. P. Thoma Tamburino Soc. Iesu con-
scriptum, Explicationem item ejusdem Casuum Reservatorum in Pa-
normitana Diœcesi, & Additiones ad Opera ejusdem à Typographo col-
lectas diligenter legi, & non solum nihil in illis inveni, quod Catholicæ Fi-
dei, aut bonis moribus Regiæve jurisdictioni repugnaret; verum etiam so-
lidam, eruditam, clarâque doctrinam me legisse, gavissus sum. Ac pro-
pterea publico bono consultum fore, judico, si in lucem prodeant quàm
citissimè. Datum Panormi. 20. Maij, 1663.

*Hieronimus Lachiana è Soc. Iesu ad
censuram Librorum imprimen-
dorum ab E. S. Deputatus.*
SYNO.

SYNOPSIS

TRACTANDORVM IN HOC OPERE.

PARS PRIMA.

De Sacramentis in Genere. Liber Primus.	pag. 1.
De Baptismo. Liber Secundus.	12.
De Confirmatione. Liber Tertius.	34.
De Eucharistia. Liber Quartus.	42.
De Pœnitentia. Liber Quintus.	52.
Tractatus de Casibus Reservatis.	90.
Tractatus de Bulla Cruciatæ.	158.
De Extrema Vnctione. Liber Sextus.	233.
De Ordine. Liber Septimus.	242.
De Matrimonio. Liber Octavus.	283.
Tractatus I. De impedimentis.	ibid.
Tractatus II. De Dispensatione eorundem.	324.
Tractatus III. De Sponsalibus.	369.
Tractatus IV. De Consensu per verba de præsen- ti. 400.	
Tractatus V. De Matrimonio, ut Sacramentum.	429.
Tractatus VI. De Solemnitatibus ejusdem.	441.
Tractatus VII. De Obligationibus, & Divortio,	478.

PARS

PARS SECVNDA.

De Contractibus. Liber Nonus.	506.
Tractatus I. De Mutuo, & usura.	507.
Tractatus II. De Censibus.	539.
Tractatus III. De Cambiis	576.
Tractatus IV. De Locatione, & Conductione.	598.
Tractatus V. De Emptione, & venditione	623.
Tractatus VI. De Emphyteusi.	528.
Tractatus VII. De Fidejussione, Pignore, Hypotheca, Deposito, Commodato, Precario.	637.
Tractatus VIII. De Societate.	653.
Tractatus IX. De Promissione.	672.
Tractatus X. De Donatione.	693.

PARS TERTIA.

De Censuris, & Irregularitate. Liber decimus	pag. 1.
Tractatus I. De Excommunicatione.	ibid.
Tractatus II. De Suspensione.	16.
Tractatus III. De interdicto.	18.
Tractatus IV. De Irregularitate.	22.

FINIS TRACTANDORVM.

LIBER

LIBER PRIMVS

DE

SACRAMENTIS

IN GENERE.

I. **A** Deo obvia, & probè disputata sunt, præsertim à recentioribus, quæ pertinent ad Sacramenta, ut actum agere, ea repetendo, omnino nolim. Seligam ergo, quæ utiliora sunt ad praxim. Tu interim, Amantissimè Jesu, qui gratiam à Sacramentis, ceu ex uberimis fontibus in animas tibi addictas effundis, guttulam tui rosis in mentem meam servi tui benignus insperge.

CAPUT PRIMUM.

De Materia & Forma Sacramentorum.

I. **O**mnia Sacramenta constant rebus, & verbis, quæ materiam, & formam vocant Theologi. Baptismus V. G. conficitur ex ablutione, qua homo à Baptizante abluatur, atque hæc est materia: & ex illis verbis, quæ ab eodem in quacumque lingua dicuntur. *Ego te baptizo in nomine, &c.* atque hæc est forma. Ita est proportionaliter in cæteris Sacramentis, ut fatè iidem Theologi probant, & nos ea, quæ sunt necessaria, dicemus in consequentibus. Nunc autem, cum loquamur in genere de Sacramentis, illa explicare opus est, quæ, quoad praxim, omnibus Sacramentis sunt communia, quod jam facio.

§. I.

Materia, & Forma Sacramenti simul esse debent.

I. **S**imul quidem, sed similitate morali, tum quia Sacramenta sunt entia moralia, tum quia, si requireres similitudinem metaphysicam, cum ad hanc homines humano modo operantes, minus attendere soleant, ea sapissimè invalida essent. Rectè igitur

Tamburinus de Sacramentis.

rit Sotus ^a vocat in hoc Cætanum scrupulosum, quod voluerit, ad validitatem Sacramenti, debere verba inchoari, antequam actio finiatur, antequam V. G. finiatur Ablutio in Baptismo, debere inchoari illa verba: *Ego te baptizo, &c.*

^a
*Sotus in 4.
dist. 3. qu.
unic. ar. 8.*

2. Illud tamen nota; pro diversitate Sacramentorum, diversam requiri propinquitatem rerum, & actionum sensibilibus, in quibus Dominus Jesus illa constituit.

3. Verum, quæ tandem hæc propinquitas? Respondeo. Quoad praxim, ad quam nos semper collimamus, Sacerdos, vel Minister, cum Sacramentum conficit, debet curare, ut servet majorem, quam potest similitudinem materiæ cum forma. Et in cæteris quidem Sacramentis, dum ponit materiam, simul proferat formam, dum v. g. abluat, dicat: *Ego te baptizo, &c.* At in Sacramento poenitentiae statim, absoluta narratione peccatorum, injunctaque poenitentia, dicat verba Absolutionis, & in Sacramento Matrimonii post explicatum assensum unius ex conjugibus, explicet alter assensum suum.

4. Quod si propter aliquos casus, qui fortè evenire possunt, quæras, quænam in rigore distantia materiæ à prolatione formæ invalidet Sacramentum? ajo, tunc invalidare, quando secundum naturam talis Sacramenti ita distat materia à forma, ut prudentis arbitrio unum completum morale ex utraque non fiat. Si enim hodie abluas, & cras ore proferas: *Ego te baptizo*, quis non videret

A der

det fore invalidum hoc Baptisma, cum ablutio hodierna, & verba etas prolata non faciant unum morale in hoc genere actionis abluendi? Eadem tamen distantia, imo major; non faciet invalidum matrimonii Sacramentum, quia hoc Sacramentum sequitur naturam contractus civilis, ut clarius apparet, quando per nuncium, vel literas in loco distantis matrimonium celebratur. Pro sua igitur proportionem hæc sunt applicanda cæteris

^a *S. Th. q. 60. a. 6. ad 2. Suar. de Sacra. d. 2. sec. 2. Valent. Coninck.* Sacramentis, ut apud Doctores a latè. Atque ex his jam intelligis, quid sit illud, quod modò nu. 2. dixi. eam requiri propinquitatem, secundum diversitatem rerum, & actionum, in quibus Dominus Sacramenta constituit.

^{Hur. aliq. ap. Bonac. d. 2. de Sacra. q. 1. p. 2.} 5. Duo me olim, sed diverso tempore, Sacerdotes convenere; quorum alter me interrogavit, An ipse quendam pœnitentem, qui sua peccata plenè confessus erat, injunctamque pœnitentiam acceptaverat; licitè absolverit non statim, sed post integram ferè horam, in qua ipse Confessor debuit in loco eodem confessionis, ex urgenti necessitate, prolixum habere sermonem cum quodam magnæ auctoritatis Principe. Alter vero quesivit, An ritè simile quid fecerit in Extrema unctione conferenda? Nam dum primam unctionem adhibuisset, formæque partem illi unctioni respondentem, ut sit, sed non totam pronunsiasset, visus est certò infirmus animam exhalasse. Undè omnino destitit ab incepto ministerio Sacerdos, ut desistere certè debuit; sed quia post integram circiter horam infirmus oculos aperuit, vivusque manifestè apparuit, idem Sacerdos formam iterum adhibuit, quam integram non protulerat. non repetita tamen unctione, quæ sivit ergo an ritè se gessent?

6. Respondi, priorem ritè, & licitè se gessisse, nequaquam posteriorem. Ratio fuit, quia pœnitentia, quæ est ad modum judicii, tolerat prædictam illam distantiam, quantum est ex hoc capite, præscindendo, an in eo interjecto tempore peccaverit, vel non peccaverit pœnitens, &c. At mihi videtur eadem distantia non tolerari à Sacramento Extremæ-unctionis, quod est institutum ad modum deprecationis, ut conjunctæ cum unctione. Debuerat ergo Sacerdos ille unctionem iterare, quia illa prior unctio se habuit, ac si nunquam fuisset pro hoc Sacramento; cum non

potuerit propter illam distantiam facere unitatem moralem cum forma post horam.

7. Inquires, si Sacerdos impleveret unam, vel alteram unctionem, atque integrè formas primis his unctionibus correspondentes, proferret; sed deinde, propter similem paroxysmum post horam vellet Sacramentum perficere, deberetne iterum primas illas unctiones, formalque ipsi affixas repetere?

8. Respondeo, debere. Ratio est, quia communior, & vera sententia, quam docet ^b *S. Th. S. Tho. est, gratiam in hoc Sacramento conferri in instanti ultimo, quod continget esse in prolatione formæ, vel in exhibitione ultimæ unctionis: Quare primæ illæ unctiones cum suis, quamvis integris formis, non fuerunt Sacramentum. Cum ergo ex alia parte, propter distantiam interjecti temporis, non possint, ut jam dictum est, facere moraliter unum cum consequentibus unctionibus, debentur repeti. Nec Sacramentum reiterabitur, quia, ut dixi, illæ primæ Sacramentum non fuere, si gratiam nullam contulerunt. Ex his ergo discite similia.*

De separatione verborum forma inter se.

9. Quidam Sacerdos, dum partem verborum consecrationis protulisset, nimirum *Hoc est Corpus*, antequam proferret *meum* ea distillatio à capite fluens repentè fauces impedit, ut fere per semiquadrantem tussi occupatus, illud, quod supererat de forma, nempe *meum* profere non potuit, protulit tamen deinde ipsum pronomen *meum* dumtaxat, confecitne Eucharistiam, idque licitè?

10. Respondeo, Regula generalis, in hac re, similis est præcedenti: Si enim interruptio sit hujusmodi, ut verba præcedentia faciant unum sensum locutionis cum consequentibus, validum fiet Sacramentum; & quidem quando est magna temporis interjectio, quæ tamen non tollat dictum unius locutionis cum consequentibus sensum, validum fiet Sacramentum, & fiet in gravi necessitate etiam licitè. At verò si interruptio ita sensum distrahat, ut non sit una locutio, seu una oratio, certè non conficietur Sacramentum, nec licitè, nec validè, propter rationes in prædictis simili dictas. Cum igitur in casu prædicti tussientis Sacerdotis magna fuerit illa unius semi-

femiquadrantis intercapedo, sensum omnino distrahit, unitatem impedit, atque adeo Sacramentum constituere non potuit. Quare debuisset ille bonus Sacerdos totam formam repetere; Non ita, si solum semel expuisset, v. g. aut unum, vel alterum verbum dixisset, v. g. sic, *o bone Deus*, vel, *fuge hinc*, vel, *Dominus tecum*, vel, si dicat baptizans: Ego te baptizo, *verte folium*, in nomine Patris, &c. Nam sic nequaquam divisa, (ut ita dicam) fuisset oratio, nec Sacramentum invalidum.

11. Quod hactenus dictum est, intelligi etiam debet de interruptione per silentium, nam etiam hoc potest esse tantum, ut non fiat una locutio ex verbis, ante illud dictis, & dictis postea.

12. Quando autem dubium est, an interruptio, si per alia verba, si per dictum silentium diviserit notabiliter orationem, vel tu animo pusillanimitas decernere id non audeas, certe repetere totam formam, non solum tibi erit integrum, verum etiam securius operaberis.

De separatione syllabarum forma.

13. Quod dictum est, sua applicandum est proportionem ad interruptionem inter unam syllabam & aliam, nam si quis, postquam pronuntiavit. *Hoc est Corpus meum*, vel sileat, vel loquatur verbum aliud, & deinde proferat *pus meum*, non conficiet Sacramentum, si est notabilis intercapedo inter syllabam, ut ex dictis colligitur: Sed quid si interruptio sit breviuscula?

14. Respondeo. Si semel Sacerdos tussiat, vel respiret, unde tantisper quiescat, fieri Sacramentum docet Leander, a licet negat Bonacina. *b*

15. Ego omnino explicandam, ac dividendam esse questionem puto, nam de uniusmodi ca. respiratione, ac fortasse etiam unica momentanea tussi, quæ sit unice respirationi par, Leandri sententiam accipio, & tamen quam in praxi securius esse iudico, si repetatur integre verbum, & quando interruptio fuit notabilis, repetatur etiam forma. De locutione vero amplector Bonacinae sententiam; puto enim, si quis ita dicat: *Ego te baptizo*, & deinde interponat *o Deus*, denique addat *tizo*, vel *Hoc est Corpus meum*,

non conficere Sacramentum. Ratio est, quia unum verbum, quamvis brevissimum intermixtum syllabis alterius verbi distrahit sensum syllabæ præcedentis, quod non facit momentanea illa tussis, & multo minus unica respiratio, ut ipsæ audientium aures facile testantur.

16. Qui tamen repetit aliquam primam syllabam verbi formæ, sic v. g. *Hoc est Corpus meum*. Hic est calix sanguinis mei, conficit Sacramentum, quia ea prima syllaba in tam brevi tempore repetita sensum formæ distrahere non solet, & sic sine distractione sensus, loquuntur sæpè balbutientes, quos Siculi *checcos* appellamus.

§. II.

Materia, & Forma Sacramenti non debet immutari.

1. Imis est communis illa Regula. Mutatio essentialis facit invalidum Sacramentum, accidentalis vero validitatem non tollit, sed usum facit illicitum.

2. Sed quæ est mutatio essentialis, quæ accidentalis? Respondeo. Quando, si materia siue forma omnino non convenit cum materia, & forma à Christo instituta, & ab Ecclesia usitata, est essentialis, & Sacramentum per illam non fit. Ut si baptizes in vino, consecres in pane ex hordeo, dicas: *Ego te refrigero*, loco, *Ego te baptizo*. *Hoc est Caput meum*, loco *Corpus meum*, &c. At si conveniant quidem cum materia, & forma à Christo instituta, sed fiat mutatio in re, quæ ipsas non distrahat ad alia, erit accidentalis, & fiet per illas Sacramentum, licet semper cum peccato mortali ex se: quia fit contra usum Ecclesiæ: nisi sit adeo parva, ut pro nihilo reputetur, quando ad summum erit peccatum tantummodo veniale. Quare si dicas. *Ego te baptizo in nomine Patria, Filia, & Spiritu Sancta*, probabilissimum est fieri baptismum, quia hæc verba non aliud, etiam in communi hominum acceptione, significant, nisi quod significat incorrupta forma, quia supponimus sic, dici ob imperitiam sermonis latini, vel ob impedimentum linguæ, ut habet Zacharias c. C. Reti Pontifex. c. Non ita, si solum quis mutaret *terunt de* unam literam, quæ in communi dicta significat, catione ad aliud omnino diversum distrahe-

A 2 retur

4. reitur sensus locutionis; tunc enim Sacramentum non fieret, ut si quis dicat; *Ego te baptizo in nomine Patris, Filii, &c.* Non igitur attendendum est ad mutationem literarum, sed ad significationem vocis, quæ ex mutatione literarum confurgit. Pari modo, si baptizes in aqua calida, validè baptizas, imò licet in casu necessitatis infirmi, v. g. pueri, quia non est mutatio nisi accidentalis, & sine necessitate id faciens, quia est parva mutatio, peccabis solum venialiter, dummodo non intendas facere novum ritum in Ecclesia.

Hæc sint satis, nam cætera dicentur, cum de singulis Sacramentis.

3. Illud hic locum commodum nanciscetur; Quid dicendum, si cum errore forma Sacramenti proferatur?

Respondeo. Error hic, vel exprimitur exterius in ipsa forma, vel solum habetur in mente.

4. Si prius, utere allata regula. Nam, si substantialiter sensum mutet, ut, si Arius dicat, *Ego te baptizo in nomine Patris, Filii creatura, &c.* non fiet Sacramentum; si non mutet, fiet, ut, si quis dicat *Ego te, vel te Antonium baptizo, &c.* putans esse necessariam illam repetitionem, vel illud nomen: nam error hic est valde extrinsecus significationi verborum, & illud, quod tu addis, non distrahit verum sensum, &c.

5. Si posterius, hoc est, si error habeatur solum in mente, ut, si idem Arius v. g. retinens in mente filium esse creaturam, dicat *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*, vel Calvinista si consecret per veram formam, *Hoc est Corpus meum*: intendat tamen mente, *hoc est corporis mei figura*: distinctione opus habemus.

6. Nam, si is per suum errorem sic professus, intendat nihilominus facere, quod Christus instituit, vel Ecclesia Catholica facit, validè Sacramentum conficiet, quia per hanc intentionem faciendi, quod instituit Christus, & usurpat Ecclesia, corrigitur error. At si proferat cum expressa intentione, quamvis interius solum mente retenta, ut velit consecrare Sacramentum secundum erroneum suum conceptum, nihil efficiet, quia non ponit veram formam Sacramenti, quæ non est nisi illa, quæ significat, quod intendit Ecclesia significare.

7. Anno superiore accessit ad sacros In-

quisitores quidam ex Hæreticis Transalpinis, reconciliationem exposcens cum Ecclesia Catholica, dubitatumque fuit, an esset rebaptizandus, quandoquidem ipse narrabat, se audivisse his verbis Baptismum conferri solere ab illis Ministris, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, secundum auctoritatem, quam mihi concessit Calvinus.*

8. Dixerunt rectè Theologi de hoc consulti. Si hi Ministri intendunt facere quod Christus instituit, vel quod idem est, quod facit Ecclesia, sic baptizatos non esse rebaptizandos, esse autem omnino, si intendant secundum illorum verborum significationem, & non aliter baptizare. Sic, inquam, propter rationem à nobis modo allatam, dixere. Quoniam verò in casu proposito, qualis fuerit intentio illius Ministri, qui hunc baptizavit, nescimus, imò ab inimicis Ecclesiæ nihil aliud expectamus, quam ritum ab Ecclesia diversum, ideo omnino iudicatum fuit, illum hominem esse sub conditione rebaptizandum.

§. III.

Forma non debet reiterari super eandem materiam.

1. **C**onsecrasti hostiam, ritè baptizasti, &c. non potes sub pœna peccati mortalis (quia fieret injuria Sacramento) iterum proferre formam. At si dubius sis, an bene, & ritè quoad substantiam protuleris, ajo, te posse, ac debere repetere sub conditione, si non leve sit dubium. At si dubium sit circa accidentalia, non erit repetenda, juxta superius dicta in simili.

Quid, si sit dubium leve circa substantiam, atque adeò sit merus scrupulus animi pusillanimis? peccabiturne mortaliter ab eo, qui, ut amoveat à se scrupulum illum, repetit formam sub conditione supra eandem materiam?

3. Respondeo. Non audeo hunc condemnare de mortali, sed solum de veniali, quia non interrogat gravem Deo, vel Sacramento injuriam, dum se movet tam bono fine non offendendi ipsum eundem Deum, licet, quia in a *Lean.* hoc se gerit imprudenter, non effugiat eul- *Tr. 1. de* pam certè levem imprudentiam. Ita Villalo- *Sacr. d. 5.* *qu. 13.*

4. Di-

4. Dices. Ergo idem fieri posset, si quis laborans solo scrupulo de suo baptismo, de sua Confirmatione, de suo Ordine, veller hæc Sacramenta, quæ reiterare non possunt, iterum recipere sub conditione, ut se ab illa animi sui pusilli molestia liberaret.

a Infra lib. 2. de Baptismo, cap. 1. §. 6. num. 4.
 Respondeo. Idem fieri posse propter paritatem rationis dictus Leander ibidem concedit. Sed dictum hoc, vel rejiciendum, vel temperandum eo modo est, quo distinctius dicam infra.

CAPUT II.

De Ministro Sacramentorum.

Duo hic explicari universaliter de Ministro debent, nimirum ejus Intentio, ejusdemque Probitas. Habe de singulis.

§. I.

De Ministri legitima intentione conficiendi Sacramentum.

b In Opusculo de Sacrif. Missæ, c. 1. §. 2.
Distincte alias *b* de ejusmodi intentione disputavi, ac resolvi sufficere intentionem Actuale, vel Virtuale, non vero Habitualement, vel Interpretativam. Ea omnino recule; nunc enim satis sit hæc brevis regula.

2. Ad conficiendum Sacramentum, vel Primum satis est, si actu habeas voluntatem illud conficiendi: quā habes, quando advertens Sacramentum, quod vis conficere, illius formam supra debitam materiam proferes, Vel Secundum satis est, si ex dicta jam habita voluntate Sacramentum conficiendi, nihil amplius cogitans, media sumis ad Sacramentum conficiendum, v. g. motus ex voluntate baptizandi Petrum, quam hoc mane habuisti, hodie, illa nequaquam revocata, domo exis, ad Ecclesiam adis, superpellicium induis, ad fontem accedis, puerumque abluis, ac formam Baptismi proferes, etiam si dum hæc omnia facis, ad alia quæcumque attendas, v. g. ad venationem, ad lites, ad amicos invadendos, &c. Illam priorem vocamus actualem intentionem, hanc posteriorem virtualement, cæteras omnes vocamus habituales, vel interpretativas, atque adeo insufficientes. Videmox *cap. 3. §. 1. a num. 6.*

3. Quæres. In hac virtuali intentione peccatne quis voluntariè alia cogitans, seu se voluntariè distrahens, & dum Sacramentum conficit, ad ipsum, vel ad Deum non attendit?

Respondeo. Hæc quæstio est similis illi, An qui orationem effundit Deo voluntariè distractus, peccet. Similis, inquam, nam non est eadem, quia oratio est collocutio cum Deo, effectio autem Sacramenti (præter Sacramentum Extremæ-Uctionis, quæ fit per modum orationis) non est collocutio cum Deo, sed actio, qua producit gratia, &c.

4. Profecto in neminem incidi, qui id de Sacramentis explicaret: & ego in dicto Opusculo solum quæsi de Sacerdote, qui *c In Opusculo* confeceret cum dicta distractione, ac dixi, *cu. de Sa-* voluntariè tunc distrahi esse mortale propter *crif. Missæ*, gravem irreverentiam, quæ Deo fit, dum in *lib. 2. ca. 3.* Sacrificio, opere manuum præstantissimo, *nu. 9.* aliò animum intendit sacrificans.

At, quid dicendum in aliis Sacramentis, in quibus, cum ea non sint sacrificia, dicta ratio non militat?

5. Mihi videtur peccari quidem venialiter, quia aliqua tandem hæc irreverentia est: at non audeo Ministrum sic voluntariè distractum, & ut suppono, secutum quod nihil grave ex debitis ad Sacramenti perfectionem omittat, non audeo, inquam, de peccato mortali condemnare, quia non apprehendo gravem in hac distractione irreverentiam. Instrumentum Dei est Minister, at instrumento sufficit, nihil omittere ex iis, quæ ministranda sunt; cæterum si in actuali attentione deficiat, non apparet notabilis defectus. Confirmatur, quia in sententia jam ætate nostra valde probabili, si in oratione, etiam ex obligatione facienda, admittatur voluntaria distractio, non est mortale, ut late probant Delugo *d. & Co. d. Deluge* *ninch. e* Ergo nec mortale erit, si similis *de Sacr.* distractio admittatur in forma Extremæ-un- *Euch. d.* ctionis, quæ deprecatoria tota est, ergo nec *22. sec. 2.* si admittatur in aliis Sacramentis, quæ per *à nu. 25.* inde sunt Sacramenta, sicuti est Extremæ- *c Coninch.* Uctio; præter Consecrationem tamen Eu- *do-Sacr. 7u.* charistiæ, de qua, propter peculiarem ratio- *qu. 83. ar.* nem sacrificii, aliud esse dicendum, judicavi *6. dub. u-* loco citato numero præcedenti. Hæc dubi- *nic. à* *num. 289.* tandi gratia sint dicta.

A §

6. Semper

6. Semper autem secludendus est contemptus, sive actualis, sive virtualis, ut ex se patet. Et virtualis quidem esset (puto) si quis ex Ministris semper profiteretur oscitanter, & distractè se habere; tunc enim videretur contemnere res Sacras; ut in simili diximus a alibi de Sacerdote, non curante de ullis Rubricis Missalis.

a In Opus.
de Sacr.
Missæ, c. 5.
§. 1. n. 6.

§. II.

De Ministris probitate.

1. **Q**ui conficit Sacramenta (nam de suscipiente mox §. 3.) ita dispositus esse debet, ut dum conficit, injuriam non irroget Deo, cui in conficiendo famulatur. Unde concludunt communiter Doctores, cum non debere esse in statu peccati mortalis (si ex officio illa ministret, quod officium §. sequenti explicabitur clarè) nam licet Minister ille, qui est Dei inimicus, validè Sacramentum conficeret; non tamen sancta sanctè tractaret. Unde peccaret mortaliter.

2. De hujus peccati mortalis incurfu, certam rationem reddere difficile aliquibus visum est, ita, ut quidam dicant solum incurri peccatum veniale, quia non vident irreverentiam gravem, nec aliud caput, unde tantus rigor enasci possit. Ita Llamas, b & Ludovicus c de S. Joanne, inclinaturque Ortiz, d docentque aliqui recentiores innotuati apud Leand. e qui etiam advertit c Ludovici hanc sententiam fuisse à Censoribus fidei de S. Joan. deletam ex dicta summa Llamas.

3. Dico veram esse communem sententiam, quam confirmant Doctores, quos citat, sequiturque præcitatus Leander. Ratio autem communis, in qua innititur sententia d Ortiz citatus ab eodem. f Conficere Sacramenta in mortali, est prohibitum non jure aliquo positivo humano, e Leand. T. nam id nullibi prohibetur, tamen in aliquibus Sacri Textus capitulis supponatur esse in gen. d. illicitum; neque positivo divino, voluntate Dei lato; quia de eo nullatenus constat; sed est prohibitum jure divino naturali, orto ex natura sacramentorum, quam d. 4. de Sa- ex Dei institutione habent, quia est irreverentia contra Sacramentum institutum ad diff. 9. sanctificandam, & mundandam conscientiam, effici ab immundo, & sordido Mini-

stro ad hoc consecrato. Et paulo post: Est irreverentia gravis, atque adeo mortalis, quia effectio Sacramenti est res gravis, & non parvi momenti, ac proinde, cum facta in peccato mortali sit illicita, erit per se, & ex suo objecto graviter, & mortaliter illicita. Hæc Hurtadus.

4. Profecto hæc ratio adversarios non expugnat, concedent enim effectioem Sacramenti esse rem gravem, sed negabunt consequentiam illam, ac proinde, si est illicita, est graviter illicita. Facile enim concedent receptionem Sacramenti esse irreverentiam gravem, ut cum omnibus Doctoribus dicitur §. sequenti; at non cum eadem facilitate concedere volent, effectioem ejusdem Sacramenti, quæ in alterius gratiam communiter exhibetur, esse etiam irreverentiam gravem; longè enim diversa sunt hæc duo: Me indignum suscipere in me Sacramentum, ordinatum ad munditiam, & Me indignum concurrere cum homine fidei, qui dignè illud suscipiat.

Si ego Rebells adversus Regem, nomine ejusdem Regis adjuvem alium rebellem ad se humiliandum ipsi eidem Regi, ejusque reconciliationem procurandam, num de hoc opere, quod in ejus gratiam facio, me, quasi de nova rebellionem, hoc est de novo, gravius delicto Rex condemnabit? Non utique. Peccatum autem veniale ideo non evitabo, quia aliqua tandem deordinatio est, me indignum à rebus tam sanctis tractandis non abstinere, cum possim.

Hanc meam considerationem, vel certè similem, fortè vidit Leander l. c. qui propterea se reducit ad ultimum refugium, ad quod in similibus, in quibus rationem à priori difficulter invenire possumus, confugimus omnes; nimirum, hanc irreverentiam esse gravem existimandam ex perpetua traditione, & sensu communi Ecclesiæ; unde (cum non extet, nec præceptum humanum, nec naturale) dicendum sit, adesse præceptum Christi Domini, sic merito,

pro tanta Sacramentorum ab se institutorum sanctitate, præcipientis.

§. III.

§. III.

Explicatur praxis prædicta probitatis Ministri Sacramentorum.

1. Ipsa eadem Ecclesia; ex eadem traditione docta, explicuit necessitatem actualis probitatis, quam habere Minister Sacramenti debet, nam propterea aliqui Doctores sequentem regulam efformant, certe probabilem. Solum tunc existens in peccato mortali, mortaliter peccat conficiens Sacramentum, quando ad illud Sacramentum conficiendum est solemniter consecratus, nec habet aliunde aliquam excusationem in eo malo statu Sacramentum conficiendi. Ratio regulæ est, quia Doctores, saltem probabiliter, tunc solum agnoscunt in hoc adesse dictam Ecclesiæ consuetudinem, cum ratio reverentiæ est gravis. At gravis valde probabiliter, tunc solum est, quando fuit quis ad illud Sacramentum conficiendum consecratus, & ut consecratus operatur, nam propter hanc consecrationem magis, magisque obligatur, ad sancta sanctè tractanda. Hæc est regula, cujus clausulæ, quia clariorem exposcunt declarationem, sigillatim sunt declarandæ.

Conficiens Sacramentum.

2. Sic meritò dicimus: nam Sacramentalia conficere, vel alia munera Ecclesiastica exercere in mortali, non est mortale, quia hæc Sacramenta non sunt.

3. Quare Sacerdos aquam lustralem, nuptias, agnum paschale, sal benedicens, ut item benedicens populum, etiam cum Eucharistia, Parochus solemnitates Baptismi, privatum domi ab alio collati, supplens, idem Parochus assistens matrimonio, Sacerdos porrigens, seu ministrans Eucharistiam fidelibus, Idem eandem sive in Missa, sive extra illam tangens, Concionator verbum Dei, etiam publicè, prædicans, Episcopus primam tonsuram conferens, idem Virgines, & Chrisma consecrans, vel benedicens Oleum sanctum, Altaria, Tempia, Campanas, Vestes sacras, Vasa, non peccant mortaliter, dum hæc in peccato exercent, quia sic Sacramenta non conficiunt. Esto De-

lugo a doceat Episcopum consecrantem a Delugo Chrisma, & benedicens oleum infirmorum d. 8. de Sa- in statu peccati, peccare mortaliter; nos cr. sec. 9. enim libentius sequimur doctissimum Vasquez b qui id negat.

Quando ad illud Sacramentum est solemniter consecratus.

num. 156.
b Vasq. 3.
p. disp.
136. de Sa-
cr. ca. 4.
num. 48.

4. Dico (solemniter consecratus) nam baptizantes privatim, & dantes assensum ad Delugo. matrimonium, in quo ipsi contrahentes sunt Ministri, qui conficiunt Sacramentum matrimonii, hic non comprehendimus, quia Ministri ad baptizandum, & Ministri ad matrimonium sunt omnes Fideles, nequam ad hæc solemniter consecrati, sed solum à Christo Domino deputati, quando instituit hæc Sacramenta.

5. Hinc etiam Sacerdos ministrans privatum Baptismum, hic non comprehenditur, quia id facit non ut consecratus ad illum, sed perinde ac ceteri Fideles.

6. Aliqui hanc clausulam sic formant, (quando ad illud Sacramentum est solemniter quis consecratus, vel deputatus) sed nos iis non assentimur, quia sequeretur dictos privatos Ministros Baptismi, hic comprehendere, cum tamen valde probabiliter à Doctoribus communiter excusentur. Nam propterea etiam excludimus, ex nostra item probabili sententia, dictos Ministros matrimonii, quatenus conficiunt, non verò, propter mox dicenda c. sequenti, quatenus suscipiunt.

7. Ex hac doctrina fit, Ministrum peccare mortaliter conferendo Sacramentum in mortali, solum in sequentibus sex casibus.

I. Quando baptizat solemniter.

II. Quando conficit Eucharistiam.

III. Quando absolvit Sacramentaliter, de qua dere dixi distinctius c. alibi.

IV. Quando conficit Extremam-unctionem. *c. In Opus- cu. meth.*

V. Quando Episcopus initiat, seu consecrat Confess. Sacerdotes. An verò quando confert lib. 3. c. 3. alios ordines, dependet ab illa questione; §. 3.

an alii ordines sint Sacramenta. Quoniam verò in lib. de Ordine dicemus, Diaconatum esse certò Sacramentum, Subdiaconatum verò esse, in probabiliore sententia, item Sacramentum; horum collatio in mortali facta, mortalem inducit culpam.

pam. De cæteris minoribus cum major sit dubitatio, an sint Sacramenta, id, quod ibidem decernemus, est consequenter dubitatio, an hic ii comprehendantur. Sed denique utrumque esse probabile ibidem dicemus, nec idem negabimus de subdiaconatu.

Vl. Quando idem Episcopus confert Sacramentum Confirmationis.

8. Circa prædicta, Nota in sex Sacramentis Confirmatione, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema-Unctione, & Ordine non fieri distinctionem; an conferantur privatim, an solemniter, quia in his semper Minister operatur, ut consecratus ad illa: at in Baptismo potest se habere ut laicus, quod est quando privatim baptizat, sicuti privatim semper se habet Fidelis in Sacramento matrimonii.

9. Nota item, Sacerdotem celebrantem Missam in mortali duo peccata committere, nam conficit Sacramentum, & illud suscipit in statu peccati, quod esse per omnes mortale insinuavimus modo, & §. sequenti latius explicabimus. Unde satis non est ejusmodi Sacerdoti volenti aperire Confessario sua peccata, dicere, se communicasse in mortali, sed debet dicere, se etiam in mortali consecrasset, (vel utrumque includendo) se Missam in mortali celebrasse. Quod si is post consecrationem, contritionis fortè actum eliceret; deberet expressè declarare, se solum consecrasset in mortali, nam propter actum dictum contritionis non commisit secundum peccatum, quod fuisset in indigna assumptione Communionis.

Nulla existente excusatione.

a Delugo d. 8. de Sacra. num. 151. alijq. b In Opus. cu. de conf. lib. 3. cap. 5. §. 3. n. præsertim 12. c In Opus. c. n. de comm. c. 1. §. 10. 10. Prima excusatio ducitur à Charitate; Minister enim existens in mortali, quando in brevi morula non potest se conterere, & proxime morituro, excusabitur a peccato, si baptizet, vel absolvat in mortali, ut alibi à me probabiliter b est explicatum. 11. Secunda excusatio ducitur à benig- nitate Dei in aliquo casu raro, de quo satis alibi à me dictum c est. 12. Tertia à levitate materiæ. Nam Diaconus, & Subdiaconus Evangelium, vel Epistolam solemniter cantantes in mortali, & multo magis Clericus in minorib⁹, minorum

Ordinum munera in eodem mortali exercentes, etiam si eorum collatio fuerit Sacramentum, non d peccant mortaliter, quia non d Leand. habemus ex traditione, vel ex consuetudine, cum in hæc judicata fuisse gravem irreverentiam. *numeris*

13. An saltem peccent tunc venialiter? de ord. d. Affirmant nonnulli cum Leandro; e Vaf. 2. qu. 21. quez framen cum aliis negat, quia nulli Delugo l. præcepto, vel consuetudini contraveniunt, c. n. 152. quod certè probabile est. *c Leand. de or. d. 2. qu. 18. & 22. f Vaf. q. actò expeditiorum aliorum non ignobiliorum pud eundem ib.*

14. In calce hujus §. lectorem moneo; aliter quos aliter docere in prædictis: mihi tamen fuisse pro praxi satis, probabilem, & profectò expeditiorum aliorum non ignobiliorum pud eundem ib.

CAPUT III.

De suscipientibus Sacramenta.

NI voluntatem habeas suscipiendi Sacramentum, nulliter tibi illud confertur, Ni bene sis dispositus, illicite. Hæc quomodo se habeant, explicemus separatim.

§. I.

Voluntas suscipiendi Sacramentum.

1. **V**EL de infantibus, ante susceptum usum rationis loqueris, vel de adultis, quibus inest usus ille.

Rationis impotentes.

2. Ajo primo. Infantes, ad quos reducuntur imbecilles, qui nunquam compotes fuerunt rationis, validè suscipiunt quatuor Sacramenta, nempe Baptismum, Confirmationem, Ordinem, Eucharistiam. At invalidè alia tria, nimirum Pœnitentiam, Extremam-Unctionem, Matrimonium, Ratio est, quia illa priora non requirunt, ad suos effectus, suscipientium voluntatem, sed solum capacitatem subjecti (nam propterea fœmina, quia est incapax, nunquam validè ordines recipit) si alias ritè ponatur materia, & forma Sacramenti, ut probatur in Tractatibus de singulis Sacramentis: at illa posteriora requirunt voluntatem suscipientium; Pœnitentiæ enim materia proxima sunt liberi actus pœnitentis, id est Confessio cum dolore,

dolore; remota sunt peccata commissa; Extrema autem Unctionis materia sunt reliquiae peccatorum. In Matrimonio denique debet adesse consensus Conjugum, quo se invicem tradunt, & acceptant, qui actus in praedictis infantibus, & perpetuis amencibus esse non possunt.

Compotes Rationis.

3. Ajo 2. Adulti, quibus integrum est posse liberè consentire, invalidè suscipiunt Sacramenta, nisi consentiant multo igitur minus si dissentiant. Ratio est, quia sic instituit Christus Dominus, ut scilicet non conferretur tanta gratia Sacramentorum, nisi volenti, quando adultus est, & velle potest.

4. Idem dic de iis, qui usum rationis habuerunt, quem deinde per amenciam amiserunt: nam, si dum erant sanæ mentis Sacramentum nullo modo petierunt, invalidè illis conferuntur. Legatur S. Th. a aliisque.

a S. Tho. 3.
p. qu. 68.
ar. 7.

Vasq. d.

138. Suar.

de Sacram.

d. 14. sec.

2. Co-

ninch. de

Sacr. 9.

64. ar. 8.

dub. 5. G.

Hurt. de

sacra. d. 4.

dis. 13. Ca-

strop. T. 4.

Tr. 18. d.

unic. p. 12.

b Lib. 1. in

Decal. c. 2.

§. 5.

c Ibidem

nu. 24.

d In lib. 8.

Tr. 3. de

matr. c. 2.

§. 2. & Tr.

4. cap. 6.

§. 2.

5. Nota illud (liberè) debet enim esse consensus humanus: qualis certè non esset, quando quis per vim cogereretur, quia tunc esset is simpliciter, ut supponimus, involuntarius. Esset autem validum Sacramentum, quando per metum gravem quis Sacramentum susciperet, quia metus non tollit voluntarium simpliciter, ut alibi b explicuimus, sed excipere debes matrimonium, quia hoc ex metu gravi initum, invalidum est, ut ibidem docuimus, c & dicemus cum de matrimonio. d. Ordo autem ex metu gravi initus, validus est, characteremque imprimit: non tamen sic ordinatus, nisi postea rati- ficat, ad continentiam servandam obligatur, quia quoad hanc debet intercedere voluntarium simpliciter, ut ibidem explicatum est universaliter, & dicemus cum de Ordine.

6. Nota præterea illud (nisi consentiant) ad quod satis est voluntas habitualis. Imo in cæteris Sacramentis (præter Pœnitentiam, quæ requirit pro materia proxima actus pœnitentis) sufficit voluntas interpretativa. Explico clarius. Habitualis voluntas est illa, quæ cum semel fuerit, adhuc revocata non est. Fac v. g. te voluisse baptizari, & hac voluntate non retractata, in phrenesim te abiisse, dico, tunc adesse consensum tuum habitualem, & validè te baptizari.

Tamburinus de Sacramentis.

7. Interpretativa voluntas est illa, quæ imbibitur, vel involvitur in alia voluntate. Fac v. g. Cathecumenum voluisse servare omnia Christi Domini præcepta, & iten suscipere omnia remedia suæ salutis, atque hac voluntate non retractata, in similem phrenesim incidisse: dico, baptizari posse, etiam licitè, quia in illa voluntate adfuit interpretativè voluntas, seu consensus ad Baptismum: & illa necessitas periculi mortis licitam facit ejusdem Baptismi collationem.

8. Ex quibus vides Ministro, ut conferrat Sacramentum, non satis esse voluntatem habitualem, vel interpretativam, requiritur enim, vel actualis, vel virtualis, quemadmodum supra e explicatum est. Ut e *Supra in* autem Sacramentum (præter pœnitentiam) c. 2. §. 1. validè quis suscipiat, satis esse voluntatem n. 2. dictam habitualem, vel interpretativam, ut jam hic explicuimus.

9. Hinc etiam intelligis rationem praxi quotidianæ Fidelium: Nam, quamvis infirmis, quibus sive delirium, sive ob defectus sensus mens deficit, non possit conferri Sacramentum pœnitentiæ: (hoc enim ut modo dixi num. 16. exceptum est) & solum ex sententia nonnullorum possit in iis casibus, quos alibi f plenè declaravi, f *In Opus-* tamen in omnium sententia potest, & solet cu. de con- conferri Extrema-Unctio, immo, & Eucha- fess. l. 2. c. rictia, si non sit periculum vomitus, vel si- 10. §. 1. & milis irreverentiæ, & clarè non constet, nu. 7. eos esse in statu peccati mortalis. Ratio autem est jam indicata, quia hi in professione vitæ Christianæ habent interpretativè consensum sufficientem ad illa Sacramenta suscipienda, etiam si de aliquo illorum, ut facile esse posset de Sacramento Extremæ- Unctionis, nihil audierint. g

g *Lege quæ*
dixi in O-
puscul. de
commu. c.
5. & 9.

§. II.

Dispositio necessaria susipientis
Sacramenta.

11. VEl iis, qui primis labiis Theologicam doctrinam attigerunt, notum est, ad suscipiendam Pœnitentiam, & Baptismum præter voluntatem illa suscipiendi, sufficere, hominem esse saltem attritum, si actuali culpa gravatur, at ad alia Sacramenta suscipienda,

8

icipienda; oportere illa suscipientem debere esse in statu gratiæ, quæ obtinetur, vel per contritionem, vel per attritionem cum dicto Sacramento Pœnitentiæ.

2. Quod si adultus nullum mortale commisisset, ne attritione quidem indigeret, ad suscipiendum Baptismum, licet haberet peccatum originale, sed solum opus ei esset actus Fidei, & Spei, seu Charitatis; siquidem attritio, & contritio solum versantur circa proprium personale peccatum, non alienum, quamvis alteri imputatum, ut est peccatum originale. *a* Superfunt autem difficultates tres.

a Coninck.

qu. 62. ar.

1. de Sa-

crum. dub.

2. concl. 2.

nu. 27.

De Attrito, accedente cum mortali, sed bona fide, ad Sacramentum.

3. Prima difficultas. An si quis accedat ad Sacramenta, bona fide putans, se omni peccato carere, cum tamen sit à culpa mortali maculatus; vel putans se esse contritum, cum tamen contritus non sit, sed solum attritus; an, inquam, gratiam, & remissionem peccatorum, ex vi Sacramenti obtineat?

4. Respondeo, obtinere, quia is jam per attritionem avertitur à malo commisso, quamvis bona fide non cognito, & consequenter non ponit obicem gratiæ; & ex alia parte Sacramentum ritè suscipit. Decens enim fuit, ut Christus Dominus id concederet Sacramentis, quando bona fide, & sine obice à fidelibus suscipiuntur. Lege Castrop. *strop. b* dicentem hanc esse Doctorem communem sententiam. Sed certè, universaliter non est, nisi probabilis, ut ego breviter significavi *c* in opusc. meth. comm. adducens G. Hutt. & Vasq. eam negantes. Dico (universaliter) nam per pœnitentiam, quando adest Attritio, acquiritur gratia, & de Extrema-Unionem dicam, cum de illa.

b Castrop.

T. 4. ar. 18.

d. unio. p.

13. nu. 6.

stans Na-

va. Suar.

Coninck.

et alios.

c In Opus-

cul. meth.

com. c.

p. 8. p.

d Coninck.

l. c. nu. 35.

et 36. pro

qua sen-

6. Respondeo. Putat Coninck. *d* tunc Fidelem cum actu Fidei, & Spei suscipientem Sacramenta justificari, gratiamque recipere, quia supernaturalis actus Spei pœnitentiam

peccati commissi virtualiter continere videtur. Tenendum tamen est, non justificari, *strop. de* nec recipere gratiam, quia nulla sit peccati *Sacr. tr.* remissio, absque pœnitentia, ut habetur *18. d. un. p.* passim in Sacris Scripturis. At pœnitentia, *14. nu. 7.* ne virtualiter quidem continetur in actu *Fid. citat Sco-* dei, vel Spei, in qua solum ad summum con- *sum, et* tinetur Pœnitentia conditionata, sic: Si *Caeta-* memor essem peccati, illud detestarer. *num.*

De accedente cum veniali ad Sacramentum.

7. Secunda difficultas. An qui accedit ad recipienda Sacramenta cum peccato veniali, peccet venialiter? Respondeo. Non committere novum veniale, dixi *e* alibi esse probabile, eum, qui cum peccato veniali Eucharistiam suscipit; Multo igitur magis idem dicendum de ceteris Sacramentis, quæ certè inferiora sunt Eucharistia. Hinc autem sequitur, non impediri productionem gratiæ, quia peccatum veniale stat cum gratia.

e In Opus-

cul. de

comm.

cap. 1. §. 4.

De accedente ad Sacramentum cum mortali, sine sufficiente dispositione.

8. Tertia difficultas petit pro curiosis brevem explicationem ejus questionis, An detur Sacramentum validum, & informe? Si enim detur, tunc erit, quando quis sine sufficiente dispositione ad Sacramentum accedit. Nam si tu adultus peccato mortali gravatus, baptizaris, v. g. sine ulla contritione, vel attritione, sed cum voluntate quidem Baptismum recipiendi, illud validè recipis, sed gratiam non acquisis: Ecce quo modo validum est Sacramentum, sed informe; hoc est, sine gratia. Gratiam autem non acquisis, quia universaliter loquendo, ad validitatem Baptismi satis est voluntas illud suscipiendi: at pro gratia per illum acquirenda, debes insuper te disponere, removendo impedimentum, seu obicem dictæ gratiæ, vel per actum contritionis, vel in sententia pro-

f Cujus

babili, per actum

folius attritionis,

neque Auctores

enim gratia acquiri potest,

nisi homo à suo

vide apud

peccato, ut modò dixi, id est, ab inimicitia

Bonac. d. 1.

Dei per proprium actum avertatur. Quæ-

de Sacr.

stio igitur est, an si tu post Baptismum, vali-

qu. 4. p. 2.

dè susceptum, sed modo dicto sine gratia, n. 2. *et*

(quo pacto, ut jam dixi, Sacramentum hoc

qu. 6. p. 2.

validum est, & informe, id est gratia non in-

nu. 13.

forma-

formatum) au, inquam, si deinde, vel te conteras, vel cum attritione suscipias Sacramentum Pœnitentiæ de peccatis, quæ fortè commiseris post Baptismum, vel in dicta lententia probabili, te solum atteras, acquiras ex vi Sacramenti Baptismi, antea validè suscepti, gratiam, eamque non solum ex vi, & ad mensuram dictæ contritionis, vel Sacramenti Pœnitentiæ, verum etiam ex opere operato, & ad mensuram Baptismi, jam antea informiter suscepti. Advertatur autem de mortalibus peccatis, quæ fortè quis commiserit post Baptismum, semper esse necessariam, vel contritionem, vel susceptionem Sacramenti Pœnitentiæ, juxta ea, quæ infra a dicenda sunt. Quod igitur propositum est sub exemplo Baptismi, quærent universales Theologi de cæteris Sacramentis.

a *Infralib. de Pœnit.*

c. 1.

b *Vasq. 3. p. d. 161.*

c. 2.

c *Hurt. d. 3. de Sa-*

cram. dif-

fic. 8.

d *Canus de pœnit.*

p. 5.

e *Covar. in cap. Alma*

9. Respondeo. Circa hanc quæstionem Mater p. p. novem omnino legi sententias. Prima est §. 4. n. 25. b *Vasq. c. & Hurt. concedentium hanc effi-*

f *Silv. V. ciam soli Baptismo.*

g *Baptismus.*

Secunda est Cani, d eandem efficaciam g *Coninck. concedentis Baptismo, & Pœnitentiæ.*

h *62. de Tertia Covarruvias e omnibus, & solis*

i *Sacra. ar. Sacramentis imprimantibus Characterem, & solis*

j *1. d. 5. id est, Baptismo, Confirmationi, Ordini, quæ*

k *à nu. 75. reiterari non valent.*

l *Quarta Silvestri f prædictis tribus Cha-*

m *28. de Sa- racterem imprimantibus, & item Pœniten-*

n *cram. sec. tia.*

o *6. quem Quinta Aegidii Coninck. g prædictis tri-*

p *sequitur bus Characterem imprimantibus, & item*

q *Delugo d. Matrimonio, dum durat idem vinculum; &*

r *9. de Sacra. denique Extrema-unctioni, dum durat ea-*

s *n. 100. dem infirmitas, nam, cum nec illa tria, nec*

t *1. de Sacra. Matrimonium, & Extrema-unctio, tunc*

u *reiterari possint, judicantur, inquit, perseve-*

v *d. 5. q. 7. rare, & suum effectum, sublato obice, pro-*

w *ducere.*

x *Th. Cajetanum. Sexta Suarii h omnibus Sacramentis, præ-*

y *ter Eucharistiam.*

z *Sotum, Septima Leandri i omnibus Sacramen-*

aa *Bonac. tis, quare etiam Eucharistiæ.*

ab *k Fillius. Octava aliquorum apud Fillius. k nulli*

ac *Tr. 1. nu. prorsus Sacramento.*

ad *143. Nona Castropalai l omnibus quidem Sa-*

ae *l Castrop. cramentis, sed Eucharistiæ, solum, dum sa-*

af *T. 6. ar. 18. cræ species non sunt consumptæ in stoma-*

ag *dis. unic. cho recipientis, & Sacramento Pœnitentiæ,*

ah *p. 9. num. si quando hoc possit esse validum, & gra-*

ai *tiam non producere.*

10. Hæc Doctores. Ego dico primò, non esse negandam hanc efficaciam inesse Sacramento Baptismi, tum quia id ferè omnes Doctores (exceptis paucis) docent, tum quia probabilius est id colligi ex S. Augustino, tum quia Baptismo, cujus est asserre novam hominis regenerationem, statumque vitæ immutabilem Christianæ religionis, maximè decuit hæc prærogativam concedi.

m *Ap. Ca-*
strop. l. c.
sed latius
ap. Delugo
l. c. contra
Vasq.

11. Secundò dico, cautè Castropalaum modo dixisse, (si quando Sacramentum Pœnitentiæ possit esse validum, & gratiam non producere) nam multi negant id esse posse. Ratio est, inquiunt, quia in Sacramento Pœnitentiæ pro necessaria materia sunt actus pœnitentis, id est confessio, & dolor, quo dolore jam avertitur pœnitens à malo peccati, & tollit obicem, quare si tunc addatur forma, quæ est Absolutio, jam Sacramentum erit ita validum, ut trahat reconciliationem cum Deo, atque adedò informe esse non poterit. Tamen quia non est improbabile in aliquo casu posse esse etiam hoc Sacramentum validum, & informe, ideo laudo Castropalaum loquutum fuisse sub conditione, *Si quando, &c.* Casus autem saltem ille esset, quando quis confiteretur sua peccata cum dolore, ducto ex peculiari motivo, afficiente solum illa peccata, quæ confiteretur. Confiteretur quis v. g. peccata turpia cum dolore, ducto à motivo talis turpitudinis, sed obliviscitur inculpatè alterius peccati diversi generis, v. g. Blasphemiam. In hoc enim casu videtur confessio esse valida, quia jam adsunt partes necessariae Sacramenti Pœnitentiæ, nempe Oris confessio, Cordis dolor, & Absolutio: at quia non adest dolor se extendens ad blasphemiam, non poterit blasphemiam remitti, quia, ut supra diximus, non potest remitti peccatum, nisi avertaris ab illo. Et ex alia parte, nec remitti possunt peccata illa turpia, quamvis confessa, quia non potest remitti unum mortale, sine alio: & ita in hoc casu non dabitur gratia, & consequenter Sacramentum hoc erit invalidum, & informe. Verum has Theologicas

speculationes in Scholis disputandas relinquamus.

An liceat petere Sacramenta ab eo, qui peccato mortali, vel excommunicatione gravatur?

1. **D**E hac quaestione, vide, quæ dixi lib. 5. de Decal. c. 1. §. 4. à n. 39. & in Opusc. de Comm. c. 5. §. 4.

An liceat volenti suscipere Sacramentum indignè, illud ipsi ministrare.

HÆc difficultas agitur à Doctoribus sub illis terminis: an peccatori publico, vel occulto ministrari possit Eucharistia? Quam ego satis item explicui. in Opusc. de Comm. c. 6. §. 6.

Finis de Sacramentis in genere.

L. D. B. V. A C B. A L.

LIBER SECVNDVS DE BAPTISMO.

CAPUT I.

De Materia, & Forma Baptismi.

Remota, est aqua naturalis, seu elementaris; proxima, est Ablutio. Forma, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

§. I.

De Materia remota.

Materia remota certò sufficiens ad valorem Baptismi.

1. **S**ane ad valorem sufficit aqua maris, fluminis, fontis, stagni, putei, cisterne, pluviae.

2. Ros item, & pruina non concreta, aqua, quæ ex vaporibus conflat, qualis est, quæ in hyeme ex patieribus exudat, vel quæ reperitur in ollarum tegumento, quando illis aqua plenis subicitur ignis.

3. Præterea Aqua, quæ habetur ex nive, glacie, grandine liquefactis, aqua decurrens ex balneo, quamvis odoris sulfurei, aqua expressa ex luto.

4. Aqua denique quamvis calida, quamvis frigida, quamvis odorata, quamvis aliquantulo crassiore, & pauco luto immista,

dummodo aqua sit, & ad abluendum apta. Ratio omnium horum est, quia omnes prædictæ sunt aquæ naturales. Aquam, quæ fluxit à latere Christi Domini naturalem fuisse, censuerunt Sancti Patres; quare ad baptismum satis, superque fuisse.

Materia remota certò non sufficiens.

5. Contrà, omnes alii liquores, qui ab aqua specie differunt, quale est vinum, lac, mel, oleum, aqua, quam vocamus ardentem, seu aquam vitis, urina, lachrymæ, saliva, a sudores, aqua, quæ stillant ex incisura vitis, ex cucumeribus, ex peponibus, &c. insufficientes sunt, quia non sunt aquæ naturales, seu elementares.

6. Aqua item, ita alterata, vel alio corpore ita immista, ut aquæ denominationem, naturamque amiserit, huc reducit, ejusmodi est lixivium forte, jus, seu brodium, saltem illud, quod est spissum, & valde carnibus, vel alia materia decoctum, aqua multo vino immista, &c. Nix, gelu, glacies, lutum densum, ut sic, non sunt apta materia, quia non sunt apta ad abluendum.

4. Idem puto de succo herbarum, hoc est de liquore, qui exprimitur ex herbis, vel radicibus, vel fructibus contusis, seu compressis. Aqua enim naturalis ea non est, sed rei confusæ substantia.

Materia

Materia remota dubia ad Baptismum.

8. Aquæ illæ, quæ ex vi ignis per stillicidia ex herbis, floribus, vel radicibus extrahuntur, qualis est aqua rosacea, & similes, incertum est, an sint aptæ baptismi materia, quia licet communis opinio, ferat has non esse vere aquas, non a nemo tamen aquam elementarem esse putat.

a Castrop.
T. 1. Tr. 1.

d. 2. p. 5. n.

6. lege eū-

dem de

Baptismo

loco citato.

4. ex Car-

pus lib. 3.

de secretis

natura, c.

4. ex Car-

dano.

9. Aqua extracta artificio quodam, cujus meminit b Vecherus, a vino, cui antea fuit admixta aqua, incerta mihi aqua est, quia non constat, an sit illa aqua, quæ fuerat admixta, an partes puriores vini, quæ nobis aquæ apparent.

10. Brodium item non admodum spissum, seu coctum, vel aqua luto non admodum densa confusa, vel lixivium leve, id est non multis cineribus imbibitum, & similia erunt incerta materia, quando incertum est, an servant naturalem speciem, vel usum communem aquæ.

11. Aquam resolutam a sale concreto ex aqua salina maris, dubia mihi materia baptismi est, quia nimis multum exhalationis terræ retinet. multo e magis resoluta ex sale montano, id est ex eo sale, quod in nostra Sicilia copiosum est, & a salis fodinis ad quotidianum usum, lapidum instar, exciditur.

12. Scio Leandrum, d & e Bonacinam putare, aquam resolutam a sale maris esse aquam naturalem, sed id mihi non videtur ita certum, ut ex illius ablutione certum pronunciem Baptismum.

13. Aqua existens in linteis, vel digito, nisi exprimatur, dubium est, an sit apta materia, quia ut sic, non est certum, an sit apta ad lavandum, quamvis f Leander doceat tum glaciem, lutumque n. 6. dicta, tum prædictum linteum, digitemque apta esse, quia putat adhuc per illam, quamvis non expressam, sed, ut ita dicam, impressam in corpus baptizandi, hominem denominari simpliciter ablutum, sed vide, quæ dicam §. 3. num. 21. & 22.

§. II.

De materia remota Baptismi quoad licitum usum.

1. **R**egula generalis est, debere servari consuetudinem Ecclesiæ, ut licite confera-

tur Baptismus, atque adeo, seclusa necessitate, semper adhibendam esse aquam Sacri Fontis ritè benedicti.

2. Quidam Parochus non multis ab hinc annis, ob extraordinarium hyemis rigorem, solemniter baptizavit infantem aqua calida communi, ne tenellos infantis artus offenderet frigida Sacri Fontis, peccavitne is mortaliter?

Respondeo. Mortaliter peccasse videtur colligi ex Bonacina g cum aliis, quia g Bonac. a consuetudine Ecclesiæ in re gravi distat. l. c. n. 7. fecit: sed non peccasse mortaliter fuisse & 8. probat Quintanadvenas, quia h nullum est, h Quintanad. de de re esset non substantiali, sed modicæ materialitatis. Bapt. signi. 22.

3. Quid si Parochus adhibuisset aquam Sacri Fontis, illam calefaciens? Respondeo, hanc vocare irreverentiam saltem gravem, nequaquam audeo.

4. Dictum autem est, (sollemniter baptizavit) nam quando propter necessitatem confertur Baptismus privatum, si facile benedicta aqua fontis haberi nequeat, non benedicta, sine ulla dubitatione, uti omnino poteris, & debebis.

Illud item concedit dicta necessitas, ut possis immo, & ex charitate debeas adhibere materiam dubiam, si certa haberi non possit, quod tamen cum conditione, saltem mente concepta, faciendum erit in hunc fere modum, Si materia hac idonea est ad baptizandum, ego te baptizo in nomine Patris, &c. Verum deinde, quando aqua certò naturalis habebitur, debet is rebaptizari sub alia conditione in hunc modum, Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, &c. Quod si forte aliquem baptizasti, materia omnino insufficienti, v. g. oleo, vino, &c. tunc certè sine ulla conditione illum rebaptizare omnino debes.

§. III.

De materia proxima baptismi, quæ est Ablutio certo sufficiens.

1. **Q**uia ablutio est contractus successivus aquæ ad corpus baptizati, idè sufficiens certò est ea ablutio, quæ fit per immersionem, vel per notabilem aspersionem,

B 3 vel

vel per effusionem item notabilem aquæ in corpus, ipsum corpus contingendo.

2. Trina immersio olim erat in præcepto, nunc id cessasse notat a Castropalaus, addens, in prima ex tribus compleri Baptismum, prolata jam tunc forma; Quod si expresse baptizans nolit, nisi per tertiam, tunc enim verò non ex defectu ablutionis, sed ex defectu intentionis, (at certe non ritè) compleretur in tertia.

3. Dixi autem (ipsum corpus contingendo) non quidem totum, cum satis sit fieri ablutionem in principali hominis parte, sic enim absolute dicitur homo ablui. Nam propterea, siue ex præcepto, siue ex Ecclesiæ consuetudine solet fieri in capite, vel in pectore, vel in scapulis, vel in brachio, non quod totum, v. g. caput, sed quod notabilis ejus pars abluatur.

4. Unum hic in Castropalaus b videtur intelligi non posse; sic enim habet. *Probabilius est requiri, Baptismum fieri in aliqua parte corporis principe; v. g. in capite, pectore, scapulis, brachio, pede, factum verò in digitis, vel in sola manu insufficientem est.*

5. Hæc Castropalaus, à quo rogo, cur judicet, pedem esse partem principem corporis, non verò manum?

6. Respondere, Lector, posses, Castropalaum loquentem de manu, docere, nequaquam sufficere ablui solam manum (nota illud, *solum*) at loquentem de pede, docere, satis sufficere pedem, non addendo (*solum pedem*)

c Zaccutus T. 1. l. 6. *Historia de Sche- lero, sec. 4. fol. mibi 941. ubi de pede.*
Cum ergo pes apud doctos (ut notat Zaccutus, c præstantissimus Medicus, & Anatomicus) significet complexum ex femore, tibia, & extremo pede, totum id intelligit Castropalaus nomine pedis, cujus ablutio sufficiat ad Baptismum, non verò ipsum solum extremum pedem, qui certè, si solus abluatur, non sufficit, sicuti, nec sufficit si solum abluatur extrema manus.

7. Eruditè istum contra Castropalaum contortum avertere contendisti, amice Lector; Verum ego iterum rogo, si ad Medicos confugis, cur in eodem Zaccuto loco prorsus à te citato non legisti, etiam manum apud eosdem significare complexum ex brachio, cubito, & extrema manu? debuisset ergo saltem, ne obscure loqueretur Castropalaus, disertè docere, sufficere ad baptismum ablutionem pedis, & manus, ut complectentium il-

las alias partes, non verò sufficere, ut solum extremas complectentium.

8. Si obstetric, manu immissa in uterum, baptizet infantem in parte principali, v. g. in capite, multò magis si baptizet in simili parte jam ab utero egressa, d sufficenter baptizat, quia est vera pueri ablutio. d Hurl. d. 3. de bap.

9. Si puerum v. g. ligatum fune immittas in flumen, & extrahas, validè illum baptizas, prolata forma, quia verè tunc puerum abluis. Non ita si ex se puer in fluvium cadat, nam tunc non abluatur ab alio, hoc est à ministro Baptismi: quam personarum distinctionem esse necessariam dicitur mox. diff. 2. Leander de bap. d. 2. q. 2. 1. multos citans.

10. Si eundem immittas in flumen, vel puteum, sed illum iude non extrahas, an validè baptizes, mox §. 4. explicabitur.

11. Si linteum aqua imbibitum exprimas in corpus baptizandi, ut etiam si glaciem, linteumque pari modo exprimas, sufficenter baptizas, prolata forma, quia sic sufficenter abluis. Non ita, sed sub dubio, si solum imprimas, ut dixi §. 1. num. 13. Est alia quædam ablutio sufficiens, de qua per occasionem mox num. 13.

Ablutio cerè non sufficiens.

12. Si abluas vestes tantum baptizandi, vel uterum Matris, in quibus sit infans, vel linteum vel corium, in quibus idem forsitan est involutus, insufficienter pro te nostra abluis, quia sic baptizandum vere non abluis.

13. Quid si vestitus quis indusio, linteo, similibusque vestibus, ita in fontem à te immergatur, emergatque, vel ita perfundatur aqua, ut ipsa propter porositatem vestis in corpus ipsum penetraret?

Respondeo. Sufficere merito insinuat Castropalaus, & alii, quia is tunc verè abluatur. c Castrop. ibi. n. 6.

14. Si ex se cadat quis in fontem, non sufficere pro te nostra, tam dixi num. 9. Bonac. d. 2. de bap. q.

15. Si te remote habeas ad ablutionem baptizandi, nec item sufficere dicam mox nu. 18. 2. p. 3. n. 21. Leandr. d. 1. q. 2. 1. c. 23.

Ablutio dubiè sufficiens.

16. Ex triplici capite, quantum nunc ad nostrum institutum facit, dubia sufficientia esse possunt, hoc est, ex parte baptizantis, baptizati, & aquæ.

17. *Ex parte baptizantis.* Si puerum, v. g. sub-

submittas sub regulas, vel in alium locum unde aqua actu dilabitur, formamque adhibeas, sufficienter baptizari puerum putant Bonacina, & Leander; mihi dubia videntur hæc, quia sic nimis largè, & remotè diceris puerum abluere.

18. Dixi (actu dilabitur) nam si submittas hominem in prædicta, vel similia loca, ex quibus aqua ex notabili intervallo effluxura est, qua deinde fluente, tu formam proferas, non dubium baptismum, sed certo nullum administraturus mihi videris, quia hoc pacto remotissimè te ad illam abluionem habes.

19. Ex parte baptizandi. Si quis in capillis tantum, si infans in secundina, qua involutus nascitur, si quis in digito, imò etiam in sola manu, vel solo pede abluatur dubiè baptizatur, quia incertum est, aliis affirmantibus, denegantibus aliis, an hoc modo dicantur prædicti absolute, & verè abluì.

20. Si quis immergatur in aquam, sed non emergat; (id quod evenire posset, quando quis in fine immersionis statim moreretur) inter dubia baptismata connumerò, licet enim probabile putem cum Suar. Vasq. Val. Coninck. quos sequitur citatus Hurtadus, a non esse necesse, ut immersioni succedat emersio, sicuti nec si Baptismus fiat per aspersionem, necesse est, ut aqua fluat per corpus baptizandi, sed sufficit si hæreat, eum sic satis, superq; constituatur lotio humana, quemadmodum si manibus madefactis faciem abluas, diceris absolute faciem lavare; licet inquam id probabile putem: tamen, quia non est certum an sic simpliciter apponatur vera ablutio, ideo hunc modum inter baptismata dubia recensendum, quoad praxim, judico, sicuti in simili de hæreco, vel digito madefacto dixi §. 1. num. 13. & mox repetam num. 22.

21. Ex parte aquæ. Una, vel altera aquæ gutta, & ex Bonacina, b etiam addita tertia, etiam si successivè corpus tangat; dubia ablutio est, cum aliqui negent, aliqui affirmant, sic posse hominem dici absolute abluì.

22. Linteam, vel manum aqua madefacta, & in corpus baptizandi tantummodo impressa, dixi §. 1. num. 13. & nunc in proprio loco repetere debeo, dubium esse, saltem pro praxi, an constituat abluionem absolute dictam, atque adeo dubium esse & baptismum.

De Materia proxima Baptismi quoad dictum usum.

1. Idem hic proportionaliter dici debet, quod §. 2. dictum est. Solum ex Castropalao & adde, non esse mortale, si quis in Ecclesia, quæ consuevit baptizare per immersionem; baptizaret per effusionem, vel contua, quia hæc censetur levis mutatio.

Occasione prædictorum quæro, an quidam, qui ut infantem jam jam moriturum baptizaret, illum aqua suffocavit, in irregularitatem incidit?

2. Curiosam mihi proposuit quidam difficultatem ex illo casu ortam, qui atate Panormitani contingit, & de quo pluribus disputaverunt tunc sapientes.

Casus ille fuit hujusmodi: Quidam deferens infantem baptizandum in remotam Ecclesiam, advertit eum morti esse proximum, cum ergo aqua careret, & in puteum, fortè obvium incideret, infantem in illum project, verba formæ legitime pronuntians.

Quare quæsitum Primò fuit, an infans, si vivus ad aquas pervenit, ritè fuerit baptizatus? Fuisse, putavit Panormitanus, & plures Canonistæ, sed nequaquam fuisse multi ex Theologis docuerunt. Præcipua utrorumque ratio fuit, quia Canonistæ tenebant, ad baptismum, non oportere, necessariò immersioni succedere emersionem, oportere tenebant Theologi. Omnes tamen consenserunt, si fortè puer ille vivus extractus fuisset, debuisse sub conditione iterum baptizari. Utraque sententia fuit probabilis, & illam quidem Canonistarum hodie communem jam esse & inter recentiores Theologos invenies, cui favent quæ diximus §. præcedente n. 20. nec tamen nego, opinionem illorum Theologorum à recentioribus & aliquibus, etiam nunc admitti.

3. Quæsitum fuit Secundò, An licitè id fieri, & sine peccato potuerit? Responsumque ab omnibus est, illicitè; quia non sunt facienda mala, ut eveniant bona: occidere autem innocentem, malum est intrinsecè, nam, propter non ab similem rationem,

non

non licet, secare uterum matris animam agentis, ad finem baptizandi infantem ibi existentem.

4. Quæsitum Tertio à recentioribus ex hac occasione subinde fuit. An, quando baptizandus ita esset infirmus, ut judicaretur mors ipsi fore acceleranda ab aqua ad baptismum necessaria; An inquam tunc licet baptizari posset? Responditque Coniuck, *a* aliique, casum fore moraliter impossibilem, quia modica aqua, præsertim si admoveatur calida, non videtur posset tantum detrimentum afferre. Addit tamen, admissio casu, licet baptizari, quia ejusmodi periculum ex modica illa aqua, præsertim, ut diximus, calida proveniens, est tam rarum, parvum, atque incertum, ut non debeat venire in considerationem humanam.

5. Hæc olim quæsitæ sunt; nunc verò ea proponitur difficultas. An ille, qui prædictum infantem projecit in puteum incidit in irregularitatem? & per hanc occasionem idem Secundò quæritur de illo, qui baptizet infirmum in eo raro casu, quo ex sola ablutione baptismi moriatur? cujus modo *nu. 4.* meminimus.

6. Respondeo ad Primum, cum, qui infantem projecit in puteum incurrisse irregularitatem ex delicto, quia (ut nunc suppono) peccavit occidendo innocentem, Dico, ut nunc suppono, nam, si bona fide fecit, & ex bona conscientia, quamvis erronea, non peccavit, unde irregularitatem non contraxit, quia irregularitas ex delicto, sine delicto non incurritur, ut infra latè suo dicitur loco.

7. Respondeo ad Secundum; eum, qui infirmum baptizat in eo raro casu, non incidere in irregularitatem. Acceleratio enim (sunt verba *b* Hurtadi) illa mortis hominis alias morituri, cui ratione dicta asperisionis exponitur, adeò exigua, & insensibilis est, & fit modo ita humano, ut ob salutem æternam non sit contra rationem, ac proinde sic baptizans non manet irregularis, quamvis re ipsa sequatur dicta acceleratio. Hæc Hurtadus.

8. Vides differentiam utriusque casus? In prioris, qui projecit infantem moribundum in puteum, infantem occidit, dum projicit, in posteriore verò infirmum ablundo, æquaquam occidit, quia ea parva ablutio

non est causa ex se mortis, sicuti est dicta projectio.

9. Favet nostræ, & Hurtadi sententiæ Sotus, *c* & Zambranus *d* qui dicunt, baptizantem non incurrere in irregularitatem, quando est necessitas aliquem baptizandi, & mors accidit propter actionem baptizantis, sed sine illius culpa, ac per accidens, & inopinatò.

§. V.

De Forma Baptismi.

1. AD essentiam formæ baptismi habendam, tria distinctè explicari omnino debent. Primò, Actio exterior, seu actus ipse baptizandi. Secundò, Unitas Dei. Tertio, personarum divinarum Trinitas, quæ certè tria satis bene explicanter in communi, & consueta forma Latinorum: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Et in forma Græcorum, quam mox ponam *num. 15.*

2. Illud (in nomine) aliqui dicunt significare idem, quod in invocatione, alii in fide, alii in virtute, id est in autoritate, & potestate: id quod, cum major explicatio ad Theologos pertineat, innuisse sufficiat.

3. Et quidem, quoad valorem, in qua cumque lingua proferri ejusmodi formam ad licitum verò usum, Latinum uti forma Græca, Græcum latina, esse mortale, docet Hurtadus, *g* negat tamen *h* Valentia, quia hæc celesiter mutatio accidentalis, & levis momenti, quod certè probabile est.

4. Jam verò, quia difficile est aliquando cognoscere, an, & quando verba, æquivalentia, vel mutata, vel addita, vel corruptè prolata, ejusmodi sint, ut formam mutant essentialiter, vel accidentaliter, atque adeò ut certò, vel non certò, vel etiam sub dubio sufficiant ad Baptismi valorem, idèò breviter hic suis sub classibus collecta subdam: quamvis circa idem aliqua docuerim, cum de forma Sacramentorum in universum

discerni, i quæ sanè erunt omnino recolenda.

Verba

c Sotus in 14. d. 5. q. 3
d Zambr. de casibus occur. t. 2. p. 1. mor. 12. m. 16

e S. Th. 3.

p. q. 66. ar. 5. ad 6. a. l. ique.

Lib. p. de Sac. in ge. nere cap. 1. m. 10.

g Hurtad.

h Vale. apud eundem.

i Lib. 1. de Sac. in genere. c. 2.

§. 3.

Verba certe sufficientia ad Formam baptismi.

5. Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Nota, illud Ego, & illud Amen, non esse de essentia formae. Immo, si contra contemptum omittantur, non peccari mortaliter, quia res est levis: ut habes apud Hurtadum, a aliisque.

6. Ego te baptizo in nomine Patris: Dei Filii: vel Christi, Dei Filii: & Spiritus Sancti.

7. Ego te baptizo in nomine Patris, in nomine Filii, in nomine Spiritus Sancti. Vel (quod idem videtur esse) in nomine Patris, & in nomine Filii, & in nomine Spiritus Sancti.

Ratio huius sufficientia est, quia sic ostenditur pluralitas personarum, non vero pluralitas Deorum. b. Licet in validam esse hanc formam, vel saltem sub conditione repetendum baptismum, per Trullench. hanc formam collatum, dicant non pauci. Sed ego sequor Doctores, priore loco adductos. Et nihilominus propter ea, quae dicenda §. 2. nu. 2. sunt, p. 2. Tr. recte sub conditione tunc reperitur Baptisma.

8. Ego te baptizo nomine Dei Patris Omnipotentis, & Filii Sapientis, & Spiritus Sancti boni, vel Paracliti.

Nam illud in, de essentia non esse puto cum d. Gestal. multis, contra alios putantes esse de essentia.

9. Ego te baptizo virtute Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

Ita Hurtadus ibid. contra e. Toletum negant. Bonac. tem.

10. Ego te baptizo in nomine Dei Patris Omnipotentis, & Filii sapientis, & Spiritus Sancti boni, vel Paracliti.

11. Ego te baptizo in nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti.

Nam illud (&) non esse de essentia puto cum aliisque, a pluribus & contra nonnullos. g. p. eundem.

12. Baptizo te, vel baptizo hunc in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

13. Ego te abluo, vel lavo in nomine, &c.

14. Ego Sacerdos: ego Petrus te baptizo in nomine &c.

15. Baptizetur servus Christi, vel baptizetur, vel baptizetur hic in nomine Patris, &c.

Adverte, Modum hunc esse Indicativum, ut vere Graci enunciant, vel esse Imperativum, ut nonnulli h. Theologi, eos proferre putant, & ap. prolant. At vero nunquam deprecantur, ut mox l. c. diff. 8. dicam nu. 28.

Tamburinus de Sacramentis.

Adverte item, Valentiam, adductum ab Hurtado i. putare, solum venialiter peccari, si Latini utatur forma Gracorum, vel Gracus forma d. 2. de Latinorum, sed ipsum Hurtadum putare, peccari mortaliter: Nec mirum: quia hic, ejusmodi mutationem magni cenjet esse momenti, ac levioris ille.

16. Ego in nomine Patris, & F. & S. S. baptizo te, vel in nomine Patris baptizo te, & F. & S. S.

17. Ego te baptizo in nomine Patris, Ego te baptizo in nomine Filii. Ego te baptizo in nomine S. S.

18. Nos auctoritatis gratia, te baptizamus in nomine Patris, & F. & S. S.

Illud enim Nos in hoc loquendi modo idem significat, atque Ego.

19. Ego baptizo vos, vel Dominationem vestram, Altitudinem, Excellentiam vestram in nomine &c.

Intelligitur enim ex usu loquendi persona ipsa una baptizanda.

20. Ego baptizo servum Christi Ducem talem, in nomine &c.

21. Ego baptizo Petrum in nomine, &c.

Nota, in proximis tribus formulis, & similibus, non videri committi peccatum, nisi veniale, quia in his mutatio Consuetudinis Ecclesiae non videtur gravis.

22. Ego baptizo vos (si sunt multi in necessitate baptismi, ut in repentino naufragio) in nomine P. & F. & S. S.

Ratio sufficientia huius formae, supposita sufficienti ablutione, est, quia illud vos, etiam ex communi more loquendi, significat, te, te, & te. ex S. k. Thoma.

Prædicta habes sparsim ex Doctoribus citatis, ubi agunt de Baptismo.

k. S. Th. 3.

p. g. 66. ar.

5. ad 4.

Verba certe non sufficientia ad formam Baptismi.

23. Ego te Baptizo in nominibus Patris, F. & S. S.

Nam sic significatur pluralitas Deorum.

24. Ego te baptizo in nomine Christi Amen.

Lege Bellarminum l. qui probat Apostolos Bell. lib. nunquam baptizasse sub hac forma. In nomine Christi, Quod si Actor c. 2. & alibi sic dicitur, a c. 3. sensus est, Apostolos baptizasse in virtute, & fide, & auctoritate Christi, id est Baptismo instituto à Christo.

C

Christo,

Christo, ad differentiam Baptismi Ioannis Baptista. Vel sensus est; apponi consuevisse nomen Christi Domini in vera forma, in hunc modum. Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii Domini nostri IESU CHRISTI, & Spiritus Sancti. Prior interpretatio asseritur à Sancto Basilio, Theophilacto, Damasceno: posterior à Sancto Cypriano, & Origene.

a S. Tho.
l. 4. ar. 6.
ad p.

Scio Sanctum a Thom. asserere, Apostolos ex peculiari concessione, sic baptizasse, ut nomen Christi redderetur dulce, & amabile: Sed profecto magis animo sedent explicationes allatae

In nomine Dei. Amen.

In nomine Trinitatis. Amen.

In nomine trium Divinarum personarum. Amen.

In nomine Omnipotentis, Sapientis, & Boni.

In nomine Genitoris, & imaginis eius, seu splendoris gloriae eius, & Doni, seu Flaminis.

In nomine Patris Majoris, & Filii Minoris, & Sp. S.

25. Ego te baptizo. In nomine Dei, & Sanctae Crucis.

b Bedam
c. 10 Acto-
rum.
c S. Bern.
Epist. 34.

Inci di in quoddam manuscriptum affirmans, Bedam b & S. Bernardum c dixisse, hanc postremam esse formulam sufficientem. Sed nihil minus in locis, qui ab ipso citantur, sed nec credibile est in aliis.

In nomine Patris, & Filii, & gratiae Spiritus Sancti.

Hanc omnino reticet. Quintanadvennas, d

d Quin-
na. de Bap-
tis. sing. 5.
n. 5.

26. Ego te baptizo in nomine Sanctissimae Virginis, & Sanctorum. Amen.

Quid si dicas, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ac Beatissimae Virginis, & Sanctorum?

Respondet, distinguendum esse. Si enim intendas baptizare, vel in nomine Virginis, & Sanctorum, vel in nomine P. & F. & S. S. indistincte cum Virgine, nullus est Baptismus. Si vero solum intendas implorare Virginis, & Sanctorum auxilium, validus erit, quia sic non mutatur essentialiter forma, sicuti contra, mutatur ex intentione precedente. Ita Vasq. e aliique.

e Vasq.
Suarez.
aliique

27. Baptizatur à Christo, vel à Deo talis servus Christi. Amen.

28. Baptizetur (deprecative) servus talis apud Leon. Christi in nomine Patris, & Filii, & Spiritus de Baptis. Sancti. d. 3. q. 36.

Quando enim sic deprecative dicitur, puta modo Opativo, vel etiam Subiunctivo, non adhibetur forma praescripta à Christo Domino, qui dixit Apostolis Baptizantes eos, id est, vos baptizate, quasi autoritative, quamvis, ut Ministri, non verò, ut causae principales.

29. Ego baptizo in te nomine Patris, & Filii, & Spir. Sancti.

Quia in eiusmodi transpositione mutatur forma essentialiter.

30. Baptiza Petrum servum Christi.

Nam sic, ne implicite quidem subintelligitur legitimus Minister baptizans, qui idem debet esse, qui profert verba, & qui abluit.

31. Ego intendo te baptizare in nomine P. & F. & Sp. S.

Debet enim explicari actus baptizandi, non verò sola baptizandi intentio, ut rectè notat Sayrus. f

f Sayr. lib.
p. de sacre.

32. Ego me baptizo.

Debet enim esse persona distincta ea, qua baptizat, ab ea qua baptizatur. qua c. 4. art. 4.

33. Denique, quando duo simul formam pronuntiant, & simul ablunt, quid dicendum? Respondeo. Si unus independenter ab alio, haec duo ipse faciat, validè baptizat, quia sic adlunt omnia essentialia Sacramenti, ita tamen, ut solus ille verè baptizet, qui prius absolvit requisita; atque adeò qui posterior est, nihil ager.

34. Quod si, posita dicta independentia simul absolvant, simul baptizabunt, ut puto, sicuti in Missa Ordinationis omnes Sacerdotes consecrant, si simul consecrationis verba perficiant, & nihilominus hunc, ita baptizatum, esse sub conditione rebaptizandum omnino cenfeo.

35. Si verò unus dependenter ab alio baptizare intendat, erit Baptismus invalidus, quia sic falsa est forma, cum neuter per se auctoritative baptizet. Vide g Hurta- g G. Hur-
rad d. 2. de
bap. diff. 5.

Verba dubie sufficientia ad formam Baptismi.

36. Ego te baptizo in nomine Genitoris, & Geniti, & Procentis, seu Spirantis ab utroque.

37. Ego

37. Ego te baptizo in nomine Ungentis, Uncti, & quo unctus est.

Hanc formulam numerasset cum insufficientibus, sed quia ea posset colligi ex dictis a Buda & Ambrosio, hic in eorum reverentiam inseratur.

38. In nomine Patris, & Iesu Christi, & Spiritus sancti.

39. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Amen.

Hanc formam certò sufficientem judicat c. Huradus, mihi dubium est, quia non satis explicite videtur significari Spiritus sanctus: nam, & Angelus etiam Spiritus est.

40. In nomine, Patris, & Verbi, & Spiritus sancti.

Hanc sufficere, putat Bonacina d. nequaquam sufficere, ait Filliucius. c. Sit ergo dubium.

41. Cum nomine Patris, cum nomine Filii, cum nomine Spiritus sancti.

Quamvis hanc formam sufficere putent aliqui apud Dianam f, quia censent illud Cum non extrahere formam in diversam significationem, tamen quia alii id negant, judicantes, se non exprimi, id quod exprimitur per illud In, idò securius adnumeretur cum formis interitis.

Idem ergo erit si dicas. Sub nomine Patris, & c. vel Per nomen Patris, & c.

42. Cum Patre, Filio, & Spiritu sancto.

In Deo Patre, vel in essentia Patris, vel in uno Deo Patre, Filio, & Spiritu sancto.

In Patre, Filio, & Spiritu sancto.

In his proximis tribus formulis ambigo de Baptismo, quia per illas non videtur significari id totum, quod significatur per illud. In nomine ita Valentia g, & Coninck.

In essentia Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

44. In uno Deo, Patre, & Spiritu sancto, vel in unum Deum Patrem, Filium, & Spiritum sanctum.

Etum, vel per unum Deum Patrem, Filium, & Sp. S.

Hanc approbat Val. g. h. & Layman h. Val. g. adduct à Castropalao, sed non ac- Layman. quiesco propter rationem, proxi- quos Cameliam. Sicut non acquiescit strop. citat. Valentia i, & Coninck. adducti sequitur ab Hurtado.

45. In virtute, autoritate, & Fide Patris, Filii, & Spiritus sancti.

Forma hac merito incerta est Valentia k, quia ejus modi voces minus nia, & Convidentur significare, quam illud. ninck. adducti, sed

46. In nomine Spiritus sancti, Filii, non excepti & Patris.

Hanc cum Castropalao l. idò, in- Hurtado certam judico, quia, non signifi- de bap. cat Spiritum sanctum, prout ipse dist. 7. est procedens, sed potius ut principi- ver. ex quibus.

47. In nomine Filii Patris, & Spiritus sancti.

Propter similem rationem modò dicta, prima p. 3. ambigo item de hac forma, quia l. Castrop. nò significat Patrem, ut Origine. l. a. ver. & Principium, sicuti re ipsa est, quando

48. In nomen Patris, Filii, & Spiritus sancti.

Hanc, ut sufficientem assertit Leander m, quia putat, se, non mutari m. Leander significationem forma. Et quidè de bap. d. 3. Graci, qui ablativo carent, In q. 13. nomen proferunt: licet in Sirisco sit in ablativo, ut notat n. n. Eslius in Eslius. Sed profecto non video, 4. §. 6.

hanc esse certò sufficientem, non enim est eadem ratio in Græco, atque in Latino. Illud enim est τὸ ὄνομα. Græce prolatum eandem habet significationem, quam habet Latinum illud In Nominem. At hoc Latinum In nomen non videtur certò habere eandem significationem, quam habet illud In Nominem, seu quam habet Græcum τὸ ὄνομα.

49. Ego te Tingo, Intingo, Mergo, Immergo, Aspergo, Aquam infundo, Baileo. Conjição in aquam, in nomine Patris, Filii, & Spiritus sancti.

Valde mihi incerta sunt haec formula, quia per has non satis significatur ipsa ablutionis actio, & per postremas potius significatur ablutionis causa, quam Ablutio.

50. Baptizat, vel baptizet, *imperativè*, te Deus, vel Christus in nomine Patris, & F. & S. S. Vel baptizaris, seu baptizeis, *item imperativè*, à Deo, vel à Christo, in nomine Patris, & Filii, & S. S.

Hæc duas formulas raras, ac legitimas esse pronuntiat Suarez: sed negat Vāg. apud Castro-palium citatum, qui tamen Suarii sententiam amplectitur, nescio an merito, quia sic, non explicatur ipsa actio Ministri.

Nova difficultas de collatione cuiusdam Baptismi, ex patrio vocabulo apud Siculos orta.

51. Quando fortè confertur Baptismus Infanti, urgente mortis periculo in parturientis ædibus, solet in Sicilia vernacula lingua id sic explicari. *La Raccogliatrice, o vero la Mamma ingravattò il Fanciullo. Questo Fanciullo fu ingravattato in Casa, &c.* Neque unquam in alia occasione utimur hac voce *Ingravattare*, Solùm enim ea utimur ad significandum baptismum, in prædictis circumstantiis, prædictoque modo collatum.

Quædam ergo Obstetrix in ea necessitate Infantem baptizatura, hac forma usa, per infortium, est. *Io l'Ingravatto in nome del Padre, e del Figlio, e dello Spirito Santo. Amen.* Convaluit Infans, de quo hac nova forma certior factus Parochus, dubitavit, an validus fuerit Baptismus, multis ex Sacerdotibus Parochiæ contententibus, fuisse legitimum, multis omnino negantibus, consentientibus tamen omnibus, debere Infantem sub conditione iterum rite baptizari, quod certè factum est. Porro si ad te fuisset ejusmodi quæstio delata, in quorum nam Sacerdotum sententiam suffragium, rogo, contulisses?

52. Ego profectò de hac re interrogatus, sic respondi. Si illud *Ingravattare* idè esset apud Siculos, quod *Lavare*, vel *abluerè*, certa fuisset, & rata illa forma Baptismi, puta idiomate patrio prolata. At non ita se habet. Nam *Ingravattare*, quantum ego, qui Siculus sum, cognoscere ex nostrate more loquendi possum, significat conflatum totius illius actionis baptizandi in re subita, mortisque discrimine, privatum Domi, à non Parocho, sine

consuetis Ecclesiæ cærimoniis, &c. Non autem significat ipsum actum abluerendi, sed potius id, quod in repentina illa necessitate factum est. Propterea, ac si dicamus. Fuit hic Infans Christo Domino addictus, sine solemnitatibus Ecclesiæ. Sicuti ergo, qui sic baptizaret. Ego per hanc actionem quam facio, te Christo addico, in nomine P. & F. & S. S. irritum faceret baptismum, quia non explicaret actum abluerendi, què distinctè explicari omnino debere, nec solum implicite significari, diximus num. 1. Ita in casu nostro.

35. Dices. At P. Franciscus Scorsus utriusque Linguae Græcæ, & Hebræicæ peritissimus in suo Latio Christiano putat *Ingravattare*, deduci à verbo Græco *ἐμβάπτω*, quod significat *Lavare*, à quo etiam verbo, dempta præpositione, deducitur, *ἐβαπτίζω*, quod ritè in hujus Sacramenti collatione, omnes usurpamus. Si igitur *Ingravattare* significat *Lavare*, aptissimum verbum erit pro forma Baptismi.

Respondeo. Tameñ concederemus ejusmodi Etymologiam, quam certè ipse Pater Scorsus prudenter sub probabilitate dumtaxat approbat, quamque ex suo penu illam, nullo duce, sed certè, me id ab ipso sciscitante, protulit, eodemque, me rogante, in suo Latio scripsit. Tameñ, inquam Etymologiam concederemus, nihilominus ex antiquissima usurpatione loquendi Siculorum, non jam amplius ipsum abluerendi actum, sed aggregatum illud, modo explicatum, hac ætate significat nostratibus, & nil præterea.

§. VI.

Regula tres, quibus docemur, quando sub conditione reiterandus sit Baptismus.

1. **P**rima Regula. Quoties collatus est Baptismus aliquo ex prædictis modis dubiè sufficientibus, erit necessariò sub conditione repetendus. Quod si collatus fuerit, aliquo ex modis certò non sufficientibus, erit multò magis repetendus, sed conditio apponenda non erit.

2. Secunda Regula. Quoties probabilem opinionem habes, five ex jure, five ex facto, te non esse baptizatum, toties licitè poteris sub conditione rebaptizari, sed non obligaris. Ratio prioris partis hujus secundæ Regule

§. VII.

Explicatur, quanam sit moralis certitudo de suscepto Baptismo.

*a G. Hurtad. de Ba-
ptif. diff. 2.
b Delugo
in resp. lib.
1. c. 33.*

judicare, te esse baptizatum. Ita *a* Hurtadus contra Ochagaviam. Lege item *b* Delugo fup-
geris reiterare baptismum.

3. Ex his autem vides, te posse rebaptizari, etiam in omnibus illis casibus, in quibus, licet nos probabiliter dixerimus, sufficientem esse materiam, vel formam, alii tamen probabiliter dixerunt, sufficientem non esse. At, ut obli-
geris, non reiterare hoc Sacramentum, puto, debere adesse certitudinem moralem valide jam collati baptismi, non vero probabilitatem quaecumque. Quæ autem ejusmodi moralem certitudinem pariant, mox separatim indicabo.

4. Tertia Regula. Quoties certus moraliter es, te esse baptizatum, si forte habeas aliquem levem scrupulum, vel suspicionem de carentia Baptismi, non poteris rebaptizari. Ratio est clara, quia imprudenter ageres. Exempli gratia. Si natus es inter Christianos, rebaptizari non debes, quamvis levem scrupulum habeas, te non esse baptizatum; quia, ut mox dicam, natum esse inter Christianos, facit certitudinem moralem baptismi, si alia valdeürgens conjectura contra baptismum non adsit.

*c Quintanad. de
Bap. sing. 8.*

5. Neque obstat, quod apud Quintanad-
vennas *c* ex Doctissimi cujusdam consilio, fuerit iteratum baptisma cujusdam mulieris, quæ, quamvis nata, ac nutrita inter Fideles, tamen ex levissima suspitione timebat de suo Baptismo, sed propter ejusmodi timorem inquietissima vivebat, non obstat inquam, nam post multa ibi à Quintanadvennas in favorem hujus reiterationis allata, tandem sic concludit. Hæc sunt, quæ virum doctum hujus Fœminæ Baptismo conditionali annu-
entem, movere potuerunt: At ego, nisi dubium, aut suspicionem prudentem ex defectu, vel materiæ, vel formæ, vel utriusque applicationis, intentionis, vel Ministri oram de-
prehendam, iterationem hanc consulere non auderem, sed nec eam
in præsentī casu dam-
nare.

1. **E**sse natum inter Fideles, ut jam modo dixi, affert certitudinem moralem Baptismi. Nam natum inter Hæreticos, & ab illis fuisse baptizatum, valde probabile judico, posse rebaptizari, immò, & debere, quando aliquæ sint circumstantiæ, in quibus suspecta sit sufficientia. *d*

2. Secundò, unus testis, de quo non sit *dixi lib. p.* probabilis suspicio mendacii, satis est, ut non rebaptizeris, si dicat se certò scire, te esse baptizatum. *c. p. §. 2. n. p.*

3. Tertiò, multò magis erit satis fides Baptismi, ex libris Parochi sumpta.

4. Quartò expositi ad Hospitale, si schedulam habeant collo, *ut solet fieri*, appensam, qua significetur eorum baptismus, certitudinem habent moralem; unde non sunt rebaptizandi: nam, si habeant signum nondum collati baptismi, erunt sine conditione baptizandi: Quid si nullum habeant signum? baptizandos esse sub conditione puto; quia tunc magna est suspicio nondum suscepti baptismi.

5. Scio Quintanadvennas *e* censere, omnes Infantes inter Catholicos ubicunque ex-
positos, etiam si habeant scripturam collo ap-
pensam, testificantem eorum baptismum, esse sub conditione rebaptizandos. Sed ego adhæreo communiori opinioni, & communi nostrarum Regionum praxi. Concederem nihilominus posse, sed non obligari, idque propter modò dicta §. præcedente, *num. 2. & 3.*

6. Is autem Auctor, quia degebat in illis locis, ubi non pauci olim vixerunt Mauri, & Saraceni infideles, quorum scripturis non erat fidendum, ideo universalem illam doctrinam docuisse videtur.

7. Quintò, qui à peritis Obstetricibus, vel Parentibus, propter instantem necessitatem fuit privatim baptizatus, habet sufficientem certitudinem, quare non est rebaptizandus.

8. Ut autem comprehendatur, an sint peritæ, sunt diligenter examinandæ, præsertim in quatuor. Primò, quam formam pronuncient. Secundò, quàm, & quantam aquam infundant. Tertiò, an simul simul-

C 3

rate

tate morali à nobis libro primo explicata, formam proferant, & abluant. Quartò, quam intentionem habeant. Quare si in ejusmodi examine inveniatnr nihil substantiale defuisse, non erit, ratione Obstetricum, locus renovandi Baptismi, si secus, erit. *a*

a Lege qua
dixi uni-
versaliter
lib. 1. c. 1.

b Quintana
ad l. c.

9. Quintanadvennas *b* sibi similis nimis est facilis in concedenda, & præcipienda hac iteratione illis, qui sunt ab obstetricibus baptizati, fortasse, quia in ejus Regionibus frequentes erant imperitæ, & fortasse infideles Obstetrices; at in nostris, ubi hoc munus non exercent, nisi approbatæ ab Episcopis, tanta facilitas, vel obligatio non est inducenda.

10. Inquires hac occasione, peccantne mortaliter dictæ Obstetrices, si nesciant formam, & modum baptizandi?

c Navar.
Henri-
quez. Tol.
Reginald.
Gran.
apud Leand.
de Bapt.
d. 4. q. 33.

Respondeo ita. *c* Ratio autem est, quia quilibet debet scire, quæ ad suum officium pertinent. Aliqui apud dictum Leandrum, qui hoc peccatum in Obstetricibus non agnoscunt, dicunt, Obstetricis officium non esse, baptizare, sed non placent, quia Caritas dictat, quemlibet debere juvare proximum ad salutem consequendam, saltem quando commodè, & facile potest. At, quæ major facilitas, quam Obstetricem, cui sæpe accidit, posse salvare Infantem, discere modum baptizandi? Adde, tantò majus fore earum peccatum, si sint imperitæ, quando cum ea imperitia, si suum non est munus baptizare, baptizent tamen, & Infantem in re tam gravi decipiant.

omnia mortalia post Baptismum commissa clavibus subijcere.

2. Præterea pro praxi dicti Baptismi conditionati nota sequentia. Primò, illud posse conferri domi, vel in quocunque loco privato, immò occultissime solum cum solo. Secundò, posse à quopiam, sed certè perito, etiam si facile possit haberi Sacerdos. Tertiò, non esse adhibendam Patrinum, poterit tamen, nec si adhibeatur contrahi cognationem spiritualem. Quartò, non esse necessarias alias Ecclesiæ caerimonias. Ratio omnium horum est, quia solemnitates loci, Ministri &c. sunt institutæ solum pro Baptismo absoluto. Quare nec inter baptizantem, & Baptizatum oriatur cognationem, puto cum eodem Quintanad. dicto sing. 18. num. 2. licet oriatur putet ex Dicastillo, Diana p. 11. tract. 8. resp. 57.

3. Scio aliquos in Tertiò ex his superaddere distinctionem. Dicunt enim, si fortè post dictum conditionatum Baptismum, inveniatnr primum Baptismum fuisse validum, Patrinum Baptismi conditionati non esse verum Patrinum, nec cognationem contrahere, si tamen illud inveniatnr fuisse invalidum, tunc Patrinum dicti Baptismi conditionati esse verum Patrinum, quia jam is suscepit baptizandum in vero Baptismo. Scio inquam id: Verum ego nunquam fieri verum Patrinum in Baptismo conditionato sustineo cum Quintanadvennas, quia hæc Patrini solemnitas ut & aliæ non sunt institutæ, nisi, ut dictum est, pro Baptismo absoluto.

c Perez. de
Matrim.
d. 29. sec. 3.

§. VIII.

Quid observandum in dicta repetitione Baptismi.

1. **V** Niversaliter adverte, quando rebaptizatur adultus sub conditione, debere ipsum, si de mortali sit sibi conscius, se disponere per contritionem, vel per attritionem, non autem necessariò per confessionem Sacramentalem, ut nimirum sic obicem gratiæ amoveat, sed insuper adverte, suscepto jam certo Baptismo, eundem *d* debere ea peccata ante hoc certum baptismum, & post illud dubium commissa, aperire Confessario, & sub conditione Sacramentalem absolutionem recipere, ut si fortè primus Baptismus fuit verus, servetur præceptum Christi Domini, quo jubemur

d Quintana
ad l. c.
singul. 16.
c. 18.

CAPUT II.

De Ministro Baptismi.

§. I.

Quisnam sit, præsciindendo à casu necessitatis.

1. **M**inister Ordinarius Baptismi est Sacerdos, & quidem proprius, id est, Parochus.

Hinc, non solum Laicus extra necessitatem baptizans, peccat, sed etiam alius Sacerdos, quamvis hic sit Parochus alterius Parochiæ, nisi de licentia Episcopi, qui certè est supremus Parochus suæ Diocesis, vel de licentia proprii Parochi, quæ sola sufficit, neque enim ad Baptismum requiritur approbatio Episcopi.

piscopi, sicuti requiritur ad Sacramentum Pœnitentiæ.

2. Inquires. Quale nam est hoc peccatum?

a Navar. Respondeo, mortale ex genere suo, & *cap. 27. n.* contra iustitiam, quia agitur contra officium *7. ex c. in-* alterius, nisi excusetur baptizans à licentia *terdicimus* præsumpta Parochi, quæ certè sufficit.

2. q. p. Ca- 3. Dixi ex genere suo, nam si fiat semel, aut *stropal.* bis, non contradicente Parocho, seu non *alios citans* multum ipso de huiusmodi collatione labo- *de bap. diff.* rante: videtur esse parvitas materiæ, adeoque *unic. p. q.* ad summum veniale.

n. 2. G. 4. Inquires iterum. Vicarius Generalis po- *Hurt. d. 2.* testne sine peccato baptizare oves Parochi *de bap. diff.* suæ Diœcesis, aliisque licentiam hanc conce- *2. vers.* dere, contradicente Parocho? Præscindimus *Diaconus* autem ab elemosyna, quæ fortè ex lege, vel *ergo.* consuetudine cedit Parocho ex collatione baptismi, ea enim omninò Parocho semper debetur.

5. Respondeo, ex speciali Episcopi concessione data circa Baptismum suo Vicario, posse sine dubio. Nam sicut potest ex se Episcopus, quia, ut diximus, est supremus Parochus, ita potest eam potestatem aliis delegare.

6. At ex sola Vicariatus constitutione, quid dicendum?

b Barbosa Respondeo. Colligo ex *b Barbosa* posse. Is enim docet, Vicarium ea non posse sine spe- *de potest.* ciali commissione, quæ propter rei gravita- *Ep. p. 3. Al-* tem indigent speciali concessione. At non est *leg. 54.* tanti Baptismum conferre, licentiamque ad illud conferendum dare. Et quidem idem ibidem ponit per extensum quadraginta novem casus, in quibus dictus Vicarius indiget prædicta peculiari concessione, inter quos, ille, de quo agimus, nequaquam adest.

c Castrop. 7. An Religiosi ex privilegio possint ex- *de bap. d.* tra necessitatem baptizare sine Parochi li- *unic. p. 9.* centia, vide Castropalaum *c* qui cum Suario *num. 3.* docet, solum eos posse in terris Infidelium, ubi nondum fundata sunt Ecclesiæ. Extra necessitatem ergo Religiosi nequeunt sine licentia Parochi baptizare solemniter, sicuti nequeunt ceteri Sacerdotes, cum ejus autem licentia non peccabunt contra jus Parochi, sed tamen peccabunt, quia iis prohibitum est in Sacris Canonibus, Verum contra hanc prohibitionem ire, non peccare eos, nisi levissimè venialiter, & facillè, posse excusari ex sola voluntate Patris, id ex devotione à Religioso petentis, fusè probat Quintanadvennas.

d An iidem possint esse Patrini, dicam suo loco infra.

§. II.

Minister Baptismi in casu necessitatis.

1. **I**N necessitate, hoc est, quando est periculum, ne quis absque Baptismo decedat, quod periculum Medici, vel Obstetrices, vel vir prudens cognoscere debet, nec tamen scrupulosè, quia quilibet rationabilis timor mortis sufficit, ut benignissimè docet Quintanadvennas *na. de* f in necessitate, inquam, quilibet quemlibet baptizare licitè valet. *bap. sing. 20.*

2. Docemustamen, hunc ordinem esse *g s. Th. 3.* servandum, ut scilicet absente Parocho, hoc *p. q. 67.* Sacramentum administret Sacerdos quicum- *art. p. 6.* que, hoc absente, Diaconus, tum Subdiaconus, tum Acholitus, tum Exorcista, tum Le- *h G. Hurt-* stor, tum Ostiarius, tum demum Clericus pri- *ta. d. debap.* mæ tonsuræ. Quod si nullus ex his præstò sit, *d. 2. diff. 3.* administret homo laicus, tum Fœmina, ul- *fine.* timò Hæreticus, Infidelis, Apostata. Ita Sanctus *i Henricus* Thomas, aliique passim. Laicum non ex- *quez. Suar.* communicatum præferri debere Clerico, im- *Vgolin. ap.* mò, & Sacerdoti excommunicato, tum non *Leandrum* tolerato, docet *h Hurtadus*, sed non esse præ- *de excom-* ferendum merito docet: *i Henriquez*, aliique *munic. d. 5* quia pro illo articulo, æque est Minister non *q. 9. faver-* excommunicatus, atque excommunicatus. *que Delu-*

3. Circa prædicta sunt adnotanda tria. *go de pœ-* Primò. Invertere hunc ordinem, non videtur *nit. d. 18.* res gravis, præscindendo ab alio inconve- *n. 37. con-* niente, quale esset, si Hæreticus præferretur *tra Suar.* Catholico cum scandalo, vel cum periculo *alioque,* conferendi invalidè Baptismum. Quale etiam *k Sorus in* inconveniens locurreret, si laicus, vel infe- *4. dist. 4.* rior vellet præferri Sacerdoti volenti baptiza- *q. un. art. 5.* re, tunc enim peccaret mortaliter laicus, seu *Valentia* inferior, cum hoc sit proprium Sacerdotis *dup. 4. q. 2* munus, licet non cum tanta officii proprietate, ut quando ipse abest, vel tacet non possit *Quamvis* alius ministrare. Quidquid sentiat *m Castrop.* autem, Be- *palus* qui in hac administratione postponere Sacerdotem putat, semper esse mortale. *citans, d. 2*

4. Quæres. Si adest mulier v. g. quæ pro- *de bap. q. 2* babiliter iudicaretur esse in statu gratiæ, adest *p. 5. nu. 11.* set autem & vir, seu etiam Sacerdos, qui ob *l Vall. c.* publicum ejus concubinatum, v. g. puraretur *m Castrop.* esse in mortali, essetne in actione prædicta *de bap. d.* baptizandi, præferendus vir, seu Sacerdos in- *unic. p. q.* justus, *nu. 10.*

Quintanadvennas. de Bapt. sing. ultimo. c. Infra c. 4 §. 2. n. 20.

justus, mulieri justæ: Respondeo cum Filiu-
cio a præferendum. Cum enim ministrare in
mortali hoc Sacramentum privatim, & sine
solemnitate, non sit mortale, ut supra vidi-
mus b non est, unde ordo prædictus legiti-
mus sit prævertendus.

5. Secundum. Non solum est congruum,
sed opus omnino est, Superiorem cedere ejus-
modi officium inferiori, virum v. g. mulieri,
quando Inferior est petitor ad baptizandum,
ut a liminum sic securius conferatur tantæ ne-
cessitatis Sacramentum.

6. Tertium. Qui baptizat in necessitate,
contrahit cognationem spirituales cum ba-
ptizato, & cum ejus parentibus, quia etiam
tum, verè baptizat, excipe quod dicam nu-
mer. 8.

8. Atque in hoc adverte notabile discrimen.
Nam qui baptizat in prædicta necessitate
certò contrahit cognationem, ut jam dixi.
At cum, qui in eadem necessitate, privati-
tim, è sacro Fonte suscipit baptizatum, cog-
nationem contrahere, solum est probabile,
cum aliqui negent contrahere, aliqui affir-
ment, ut infra c. 4. §. 3. n. 3. dicemus.

8. Illa tamen hic adest limitatio. Nam Pa-
ter baptizans in prædicta necessitate Filium
legitimum, certò non contrahit cognatio-
nem cum uxore sua, unde potest debitum pe-
tere, quia sic manifestè disponitur in c. Iure, id
quod cum d. Hurtado intelligo, etiam si alii
adsint, qui possint baptizare, esto Sanchez &
puter contrahere, quando alii adsunt.

9. Dixi Filium legitimum. Si enim Pater
baptizet Filium suum natum ex sua Concu-
bina, & consequenter non legitimum, ita
contrahit cognationem spirituales cum illa,
ut non possit se eandem ducere in uxorem.
Ratio hujus doctrinæ inde ducitur, quia Re-
gula generalis est, ut contrahatur dicta cog-
natio inter Baptizantem, & parentes baptiza-
ti, & solum in prædicto jure, *Ad limina*, exci-
pitur baptizans in necessitate suum filium sus-
ceptum à sua conjuge. Et propter paritatem
rationis, Filium ejusdem suæ conjugis, quamvis
non suum, quem Siculi appellamus *Egliastio*, ut
manifestè colligitur ex dicto c. *ad limina*. At illa
Concubina, Conjux non est.

10. Quæres. Si Pater, vel Mater baptizent
proprium Filium, vel filium legitimum alter-
utrius extra necessitatem, privantur ne jure
petendi debitum conjugale?

Respondeo. Quamvis mortaliter peccent,
quia faciunt contra Sacros Canones addu-
ctos ab Hurtado, g tamen non privantur dicto
jure ex probabili opinione, quam contra
communem sequitur, & probat idem Hurta-
do. Summa autem probationis est, quia vel
nullus Canon eam privationem præcipit, vel
si præcipit, jam fuit à Canonibus posteriori-
bus correctus. Idem propter eandem rationem
dicemus infra c. 4. §. 2. nu. 17. si Pater, & Ma-
ter sint Patrum suæ propriæ sobolis.

§. III.

De obligationibus Ministri Baptismi, Quando è
conferatur extra necessitatis articulum.

1. Minister, quando extra necessitatem
baptizat, baptizare obligatur cum so-
lemnitatibus ab Ecclesia institutis: qui secus
faxit, peccabit ex genere suo mortaliter: Nec
Minister solum, verum etiam ipse baptizan-
dus, si sit adultus, & quicumque alius, qui sit
causa omissionis hujusmodi. Ratio est, quia
sic fieret contra Sacros & Canones, & contra
praxim Ecclesiæ in re ex se non levi. Ita i Le-
ander plures adducens, contra admodum pau-
cos.

2. Solemnitates breviter collectæ, quas, h Clem.
pluribus explicat & Castropalaus, hæc sunt ex
Ritu Romano.

I. Adhibenda est aqua naturalis, non tamen
quælibet, sed benedicta in sacro Fonte.

II. Adhibendus est Patrinus.

III. Imponendum nomen.

IV. Facienda professio Fidei, seu publica re-
citatio Symboli Apostolici.

V. Impressio signi Crucis in fronte, & pecto-
re baptizandi.

VI. Abjuratio Dæmonis, & trina infusio.

VII. Appositio Salis exorcizati in ore bapti-
zandi.

VIII. Terna Tinctio aurium, & narium ejus-
dem cum saliva.

IX. Impositio manus Sacerdotis super caput
ejusdem, & Benedictio.

X. Unctio pectoris, & scapularum ejusdem
cum Oleo benedicto.

XI. Unctio verticis ejusdem cum Chrismate,
& quidem illius anni, nisi necessitas co-
gat.

XII. Coo-

XII. Coopertio dicti verticis jam uncti cum veste candida.

XIII. Porrectio cerei accensi ipsi jam uncto, & sic cooperto.

XIV. Hæc debent fieri in Ecclesia.

XV. Sacerdos debet esse vestitus Superpellicio, & Stola.

3. Porro, citra contemptum, & grave scandalum, unam, vel alteram rem ex his levem omittere, non esset, nisi veniale; omnes, vel gravem aliquam, mortale profectione esset, licet benignius loquatur Possévinus, quem refert, & non rejicit Medulla Theologica. a

a Medul.

Theol. de

Bapt. dub.

5. nu. 5.

b Supr. c. 1.

5. 2. nu. 2.

c Infra c. 4.

5. 1. nu. 2.

d Suar. de

bapt. d. 31.

sec. 2.

e Quintana-

ad. de

bapt. sing.

15. Castro.

l. mox ci-

tando nu.

16.

f Clemen.

x. de Bapt.

12.

g Quintana-

ad. de

Bapt. sing.

21.

h Med.

i Theol. de

Bapt. c. 1.

ad. 5. n. 6.

o Bonac. Co-

munk.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

10.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20.

21.

22.

23.

24.

25.

26.

27.

28.

29.

30.

31.

32.

33.

34.

35.

36.

37.

38.

39.

40.

41.

42.

43.

44.

45.

46.

47.

48.

49.

50.

51.

52.

53.

54.

55.

56.

57.

58.

59.

60.

61.

62.

63.

64.

65.

66.

67.

68.

69.

70.

71.

72.

73.

74.

75.

76.

77.

78.

79.

80.

81.

82.

83.

84.

85.

86.

87.

88.

89.

90.

91.

92.

93.

94.

95.

96.

97.

98.

99.

100.

101.

102.

103.

104.

105.

106.

107.

108.

109.

110.

111.

112.

113.

114.

115.

116.

117.

118.

119.

120.

121.

122.

123.

124.

125.

126.

127.

128.

129.

130.

131.

132.

133.

134.

135.

136.

137.

138.

139.

140.

141.

142.

143.

144.

145.

146.

147.

148.

149.

150.

151.

152.

153.

154.

155.

156.

157.

158.

159.

160.

161.

162.

163.

164.

165.

166.

167.

168.

169.

170.

171.

172.

173.

174.

175.

176.

177.

178.

179.

180.

181.

182.

183.

184.

185.

186.

187.

188.

189.

190.

191.

192.

193.

194.

195.

196.

197.

198.

199.

200.

201.

202.

203.

204.

205.

206.

207.

208.

209.

210.

211.

212.

213.

214.

215.

216.

217.

218.

219.

220.

221.

222.

223.

224.

225.

226.

227.

228.

229.

230.

231.

232.

233.

234.

235.

236.

237.

238.

239.

240.

241.

242.

243.

244.

245.

246.

247.

248.

249.

250.

251.

252.

253.

254.

255.

256.

257.

258.

259.

260.

261.

262.

263.

264.

265.

266.

267.

268.

269.

Jurè Baptismum differre posse, nonnulli docent, dum rationabilis causa subest: nec imminet mortis periculum *ut hic semper* supponimus, nec fortè in ea Diocesi ad sit peculiare præceptum.

a Ochag.

qu. 18.

b Bar. Led.

diff. 14.

quem se-

quitur Le-

and. de

bapt. q. 14.

c Pet. Led.

c. 7. de bap.

d S. Th. qu.

66. art. 15.

ad 4. ibi

commen-

tatores.

Suar. de

Sacra. d.

23. sec. 3.

Castrop. de

bap. d. un.

p. 9. à nu.

14.

G. Hur-

rad. de bap.

d. 2. diff. 6.

c Supra c. 1

§. 5. à n. 33

f Lib. 1. in

Decal. c. 3.

§. 7. V. Ba-

ptismus.

Ochagavia a differri posse ait, ad arbitrium prudentis, cum non sit definitum ab Ecclesia, quo die sit conferendus: cavendum tamen esse, ne nimium sine causa differatur.

Bartholomæus b de Ledesma ait, posse differri in diem octavum, immo usque ad decimum, vel duodecimum. Petrus de Ledesma c censet quindecim, aut viginti dies differre esse nimis, atque adeo mortale, sine urgenti d S. Th. qu.

Ex his placitis elige tibi, quod probabilius in circumstantiis, in quibus casus occurrerit, apparebit.

3. Ad subjectum Baptismi pertinet, an Multi validè, & licitè simul, id est, per unicam formam, (posito, quod singuli abluuntur) baptizentur, vel unus à multis: sed quia hi sunt casus raræ praxis, videantur apud d Doctores: nobis sufficiant, quæ de his diximus supra.

Præterea, qua ratione sint baptizandi, quando duo Gemelli ita juncti nascuntur: ut non appareat, sitne una, an duæ personæ, vel quando non apparet, vitæne habeat proles, an sit monstrum, alibi f diximus.

§. II.

De Baptismo Infantium, natorum ab Infidelibus.

1. Regula generalis. Licet nequeant, utroque parente refragante, Infantes Infidelium baptizari, ut mox dicemus num. 8. baptizari tamen possunt, altero ex parentibus contentiente, etiam si hæc sit Mater. Debet tamen tunc puer tradi curæ Parentis consentientis.

g C. 2. de

conver.

Infidel.

h Val. d. 4.

qu. 3 p. 3.

vers.

Quarto

dico.

Hæc regula colligitur ex jure g & fulcitur ratione, quia Religionis, & Filii bonum præferenda sunt Juri, quo Pater potitur in Filium. Et certè Gregor. XIII. ut refert Valentia h decrevit aliquid fortasse difficilius, id est, ut baptizaretur Pater, quem Avus paternus volebat baptizari, invita Matre Judæa.

2. Hinc primo possunt baptizari Infantes, qui longissimè absunt à parentibus Infidelibus, & amplius ad eos transmitti non possunt. Ita i Scotus, & k Caetanus.

i Scotus in

4. diff. 5. q.

un. art. 10

k Caet. 3.

p. qu. 68.

art. 10.

3. Hinc Secundo, non licet baptizare Infantes invitis Tutoribus Infidelibus, quando illi sunt parentibus orbi, quia ex jure naturali Tutores succedunt Patri, quando eos Pater constituit, sicuti eidem Patri, ex eodem Jure succedit Avus.

4. Quando autem Tutores Jure civili sunt constituti, iidemque subjecti sunt Principi Christiano, possunt prædicti Infantes baptizari, etiam Tutoribus hujusmodi invitis, quia tunc Princeps possit privare potestate illos Tutores, eamque sibi assumere, vel alteri Tutori Christiano dare, & consequenter Infantem baptizare. Curare tamen tunc Princeps debet, ut puer ab Infidelibus separetur, ne periculum subeat deserendi fidem, ut notat l Hurtadus.

5. Hinc Tertio, Infantes Filii Hæreticorum m possunt, invitis parentibus, baptizari, quia eorum parentes, utpote per Baptismum subditi Ecclesiæ, possunt cogi ad servanda omnia præcepta Naturalia, Divina, & Ecclesiastica, quare cogi possunt ad servandum præceptum hoc de Baptismo: Si tamen ad sit periculum subversionis, debebunt ab illis avelli Filii.

l G. Hur-

rad. l. mox

citandus.

m G. Hur-

rad. d. 3. de

Bap. diff. 4.

Castrop. de

Bap. d. un.

p. 5. n. 9.

6. Si unus tantum ex dictis Hæreticis parentibus sit baptizatus, idem dic, quia in hoc satis est, si alteruter ex parentibus sit subditus Ecclesiæ, possitque ab illa cogi.

7. Sed quid agendum, si ejusmodi Infans non possit à parentibus Hæreticis separari?

Respondit Suarez n tunc non esse baptizandum, ne scilicet grave damnum potius Infans suscipiat à parentum consortio, quam emolumentum à Baptismo. At Layman o putat baptizandum esse, quia dictum periculum incertum est: nam fortasse puer morietur ante usum rationis; & quando erit ætate grandior, facilius revocabitur ab infidelitate, cum primum sciet se Sacro Baptismate consignatum. Utriusque probabiliter ratiocinari, merito pronunciat p Leander.

n Suar.

apud Ca-

str. mox

citandum.

o Laym.

quem ci-

tat, sequi-

turque

Cast. de

Bap. d. un.

p. 9. nu. 10

p Leand. d.

c. Bap. d. 5.

qu. 8.

8. Hinc Quarto, Infantes parentum Infidelium, qui parentes sui juris sint, nec ullo modo subjecti Principibus Christianis, non possunt, parentibus utrisque invitis, baptiza-

ri. Ita

a *Suar. de Sac. d. 2. §. 3. initio.* *G. Hurt. ad. de Bapt. d. 3. diff. 4. initio.* *C. Major. de Bapt. d. 4. laus, d. 4. V. diff. 4. V. observan- tans Vasq. & C. ninck. d. Castrop. d. un. de Bapt. p. 6. n. 16.*

Ita Suarez a dicens nullum Theologum se invenisse, qui contrarium doceret, ejus dicti ratio illa nobis sufficiat, quod nunquam id confuevit fieri ab Ecclesia, immò in Sacris Canonibus prohibuit, ne, parentibus invitis, baptizarentur Infantes Infidelium, solum civiliter subjeutorum Ecclesiae.

9. Excipio, e si quando infans praevidetur moriturus, tunc enim non est morale periculum, quod parentes eum revocent à fide, nec aliud sequitur incommodum, si cautè, ut supponimus, Baptismus ipsi, parentibus non consentientibus, conferatur. Addit autem Castropad. d. 4. laus, d. in extrema vicinæ mortis necessitate, etiam si timeas à Patre aegre id ferendum, & Filium Sacrilegiis, & falsitatis, si fortè videtur, contaminandum, adhuc posse te, illum baptizare; nam si poteris, illum separabis à Patre, si non poteris, ipsi Patri imputabuntur ea sacrilegia, non tibi, qui ab illa necessitate Baptismatis excusaris.

10. Dixi autem modo (nullo modo subjectioni) & Sacri Canones dixerunt, (solum civiliter subjeutorum Ecclesiae.) Nam, si parentes sunt Mancipia, seu verè servi Christianorum, potest Dominus baptizare eorum infantes Filios, invitis parentibus, siquidem servi magis sub cura Domini sunt, quam sub cura Parentum.

11. Addunt aliqui, Principes Christianos posse baptizare Infantes Turcarum, quamvis nondum Mancipia, etiam parentibus repugnantibus, quia sicuti adversus illos; dicti Principes justum bellum gerere, eosdemque occidere, propriisque bonis spoliare possunt, ita, & eorumdem filios ab ipsis avellere, ut certè post Baptismum facere oportebit, eosque in Fidei Mysteriis instruere. Rectè igitur Doctores citati rejiciunt f. Sotum dicentem, non licere Domino eo solo sine separare parvulum à Patre, ut ille baptizetur.

12. Denique bene advertit hic g. Vasq. Jun. d. 2. §. 3. in Terris Christianorum degentes non esse servos, sed concives: quare cum eorum Infantibus non erit agendum, nisi eo modo, quo diximus numero 8. cum civiliter subjectionis.

13. Sed adhuc inquires, In casibus praedictis, in quibus possunt Domini baptizare praedictos Infantes, obligantur ne?

Respondeo. Ita profectò per se loquendo, sic dictante Charitate, seu Misericordia.

14. Dico tamen (per se,) excipere enim debemus casum, quo quis excusaretur ab aliquo gravi incommodo, quod ex ejusmodi Baptismate conferendo sequeretur, judicio prudentis Theologi expendendum.

15. Superfunt duæ practicae difficultates, licet minus frequentes, enodandae.

Quæri enim Primò potest, An, si dubitetur de usu rationis pueri, imple autem Baptismum depolcat, invito utroque Parente, An inquam baptizari licetè possit?

Respondeo, me de hac difficultate alibi plenè dixisse.

16. Quæri Secundò potest de eo casu, qui superioribus annis agnatus est Melitæ in nobilissimo Militum Hierosolymitarum concilio.

Inter divitem, & pinguem prædam, qua semel praedictorum Militum Threces potitæ sunt, dum strenuè, ut solent, præstantes, ingens Turcarum Navigium expugnavant, adfuit Infans à mammis, adhuc Nutricis pendens, Regio genere, ut dicebatur, enatus. Pater ergo, qui certè locupletissimis instructus erat divitis, ut infortunii nuntium accepit, per fidos Legatos Magnum mentori Ordinis Magistrum, oblato ingenti in redemptionem pretio, exoravit, ut Infantem filium suum Unigenitum, ut dicebat, remitteret ad Patriam. Nam propter ea quæsitum fuit, an licetè potuisset Infans ad Patrem infidelem remitti, cum certo ipsius animæ irreparabili detrimento? Potuisset enim non remitti, jam ex se patet.

17. Respondeo; Si mihi hæc quæstio proposita fuisset, affirmassem, esse probabile, licetè potuisse remitti, (nam quid tunc dictum à Theologis fuerit, prorsus ignoro,) quia puto esse probabile, Christianos posse licetè reddere Infantes non baptizatos, accepto pretio à parentibus oblato.

Primò propter majorem libertatem, & honorem Religionis nostræ, & Baptismi reverentiam.

Secundò, quia videretur Ecclesia uti mediis ferè violentis, & valde extrinsecis ad fidem propagandam.

Tertiò efficacius, quia Infideles etiam retinerent infantes Christianos captivos, si ipsis negari suos Infantes, præsertim adeo ab iisdem expetitos, experirentur.

Quartò, quia Dominus subiret onus illos

D 2 alen-

a Suar. a.
pud Bona.
mox citan-
dum.

alendi, & educandi, nec eos vendere regula-
riter posset, quo pacto essent magno sumptui.
& labori iis, qui in illos dominium habent:
Charitas verò non videtur cum tanto in-
commodo, & onere obligare, dum Infans a
non est in extrema necessitate, hoc est, in ar-
ticulo mortis constitutus. Quòd si in hoc, ii,
qui remittunt, videantur cooperari cum pec-
cato Infidelium Parentum, tamen excusan-
tur, quia ex una parte vendere, seu restituere
Parenti filium, non est res intrinsecè mala;
& ex alia, satis prædicta incommoda ven-
dentem excusant, & sic mala sequentia
merito solis parentibus Infidelibus imputan-
tur.

b Suar.

Henriq.

Vasq. alii

que quos

citant, se-

quiturque

Bona. d. 2.

de bapt. q.

2. p. 6. nu.

14.

c G. Hur-

rad. d. 3. de

bapt. diff. 5

vers. 12a

tamen.

d Castrop.

de Bapt. d.

uni. p. 6. n.

20.

13. Quæ dixi, ex Suario b didici, aliisque.
Cæterum non videtur huic sententiæ e Hur-
tadus assentiri: absolute enim edicit, ex Mis-
ericordia teneri Dominos, ad non restitu-
endos Infantes Parentibus Infidelibus.

19. Post hæc scripta incidi in d Castrop-
laum, qui sic habet. Præterea Consuetudine
introducitur est, sæpe parvulos Saraceno-
rum, immò Hæreticorum, captivos vendi, &
restitui Parentibus, nullo collato Baptismo,
ne ab ipsis Catholicorum filii decineantur.
cum gravi Apostasie periculo.

§. III.

De Baptismo Adultorum. Vbi de obligatione,
quam habet Adultus baptizandus, sciendi
Mysteria & Præcepta Fidei.

1. CUM Adultus in Religionis electione
sit maximè sui juris, posse, immò, &
debere, quibuscunque contradicentibus, ba-
ptizari, nimis est certum; Solum igitur hic
agamus de dispositione, quam ad Baptismum
adferre debet: quæ certè quatuor impor-
tat.

Primò, intentionem suscipiendi hoc Sa-
cramentum.

Secundò actum saltem Attritionis, quo à
se removeat obicem peccati.

Tertiò, cognitionem Mysteriorum Fidei.

Quartò, similem cognitionem Præcepto-
rum, ab ipso deinceps servandorum.

Quoniam verò de primis duobus alibi di-
ctum est satis libro 1. de Sacramento in genere,
nunc breviter de Tertiò, & Quartò aliquid
delibemus.

2. Quoad Tertium ergo. Extra mortis
articulum esset mortale, Adultum aliquem
baptizare, vel se sinere baptizari, nisi pro sua
capacitate cognitionem habeat Mysterio-
rum Fidei; nam ea debet credere, juxta illud
Matth. 11. Qui crediderit, & baptizatus fuerit,
salvus erit. At credi non potest id, quod ne-
scitur.

3. Ea verò, quorum cognitio necessaria
est, sunt, Quod Deus sit unus, & Trinus, Pa-
ter, & Filius, & Spiritus Sanctus. Quod idem
Filius Dei, ut nos salvaret factus sit homo,
mortem sit passus, resurrexerit, vivatque nunc
gloriosus in Cælo, venturusque sit in Mundi
fine, præmium æternum, hoc est, beatam vi-
tam Bonis, & Fidelibus redditurus, æternam
pœnam Malis: ad quam beatam vitam perve-
nire non possumus, sine fide, & absque obser-
vantia præceptorum Christi. Quæ omnia de-
bet Adultus credere, tanquam à Deo, qui
fallere, nec falli potest, revelata. Debet item
credere per baptismum se obtenturum gra-
tiam, & amicitiam Dei: ut nimirum sciens,
& prudens, se saltem ad attritionem dispo-
nat, illamque velit. Rectè autem nota Quint-
anadennas e in intentione Baptismum sus-
cipiendi involvi hoc ultimum; intentio e-
nim suscipiendi Baptismum nulla esset, si de bapt. sin-
Baptismi effectus, id est, amicitia seu recon-
ciliatio cum Deo nullo modo cognoscere-
tur. c Quint. gul. 2 §. n. 4.

4. Quoad Quartum. Quia quilibet tene-
tur scire obligationes sui status, & professio-
nis, ideo debet baptizandus, tum præcepto-
rum Decalogi, tum Ecclesiæ, saltem in gene-
re, cognitionem habere. Quare qui extra ne-
cessitatem baptizat Adultum sine horum in-
structione, peccat mortaliter, ut fuse docet
Sanchez. f

5. Quamvis autem tantummodò prædi-
cta sint pro suscipiendo baptismo necessaria,
tamen urgeat instructor, ut Baptizandus sciat
alia Mysteria, sciatque Symbolum Aposto-
licum, Orationem Dominicalem, Salutationem-
que Angelicam, & decem præcepta, alia-
que, quæ de præcepto scienda sunt à Fide-
libus, quæque enumerat ibidem Sanchez, &
nos breviter collegimus libro 2. in Decal. c. 1. §.
1. Nam post susceptum Baptismum facile ne-
gligi deinde solet horum notitia.

6. Dixi nu. 2. & 4. Extra necessitatem, mor-
tisque periculum: in necessitate enim, sine præ-
dicto-

f Sanc. lib.

2. in De-

cal. c. 3. n.

24. fine.

dictorum scientia, sed tamen, *quando potest*, cum generica voluntate credendi, quæ credit Ecclesia, posse licite Baptismum conferri, ac suscipi ab Adulto consentiente, omnes a supponimus. Illud denique hic præterire nolo. Tamen si quilibet, *ut colligitur ex dictis §. 1.* obligetur baptizari statim, ne se exponat periculo moriendi sine Baptismo, & ut valeat in decursu suæ vitæ cætera Sacramenta suscipere, tamen si forte quis damnatus ad mortem sit Infidelis, & convertatur ad CHRISTUM, poterit differri ejus Baptismus, usque ad locum patibuli, ut sic securius salutem nanciscatur. Ita contra Joannem Sanchez, Quintanaduennas *b*, id pluribus probans; qui addit, hunc recte baptizatum non posse suscipere Eucharistiam; Sed nos cum eodem Io. Sanchez posse docuimus alibi *c*, & quidem eodem die, & sufficere una hora ante mortem: nam propterea, ad facilitandam hujus casus praxim, sic corripere prædictam Quintanad, doctrinam, ut hujus moriuri Baptismus differatur, usque ad ultimum diem, atque in illo baptizetur, & post instructionem de Mystério Eucharistiæ, ante aliquot horas mortis, communicetur.

CAPUT IV.

De cognatione spiritali, quæ oritur ex Baptismo.

§. 1.

Proponuntur ea, quæ sunt deinceps explicanda.

1. **P**ræmittendum est Primò, Patrimum, vel Matrinam esse eum, vel eam, qui, vel quæ sponder, se habiturum Paternam spiritualement curam ejus, qui Baptismum est recepturus, in instructione rerum Fidei. Sponder autem tacite; quando baptizatum suscipit, etiam si nihil respondeat.

Hæc autem susceptio, unde Patrinus Susceptor appellatur, & Matrinx Susceprix, duplici consuevit modo præstari, vel scilicet baptizandum tenendo cum Baptismus administratur, vel eundem suscipiendo à manibus baptizantis, immediatè post Baptismum. Vide quæ dicam §. 4. num. 1.

2. Petes, solemniter baptizare sine Patrino (*sub hac voce semper intellige, vel Matrinam,*) mortale est?

Respondeo probabilius est, *desse mortale d. Leand.* (ut etiam diximus in Confirmatione,) quia *moxi* fit in re gravi, contra præceptum Ecclesiæ. *tando.* ¹ Esto *e* Posslevinus apud Leandrum doceat, *e* Posslevinus non esse mortale, quando parentes sunt Catholicici; & esto, Archangelus apud eundem *Leand. d. L.* dicat, esse de congruentia. *de bap.*

Dixi (solemniter) nam in Baptismo privato, licet admitti possit, non tamen id esse ex obligatione, non ignoramus cum Suario *f. Suar. de*

3. Præmittendum secundò ex ritu, seu cærimonis Baptismi, ut etiam Confirmationis, oriri inter personas, quæ in illo concurrunt, cognationem spiritualement, (quod est unum ex impedimentis matrimonium dirimentibus) hoc est illas personas, nisi dispensationem obtineant, invalidè inter se matrimonium contrahere.

4. Ea autem multipliciter olim oriebatur in jure antiquo, hodie tamen est à Tridentino *g* ad quatuor dumtaxat Classes personarum restricta. Nam primò contrahitur à baptizato, vel Confirmato cum baptizante, vel Confirmante. Secundò ab eodem baptizato, vel confirmato cum Patrino, vel Matrinx, & Sanchez utraque hæc appellatur Paternitas. Tertiò contrahitur à Patrino, vel Matrinx cum Patre, & Matre baptizati, vel confirmati. Quartò à Patre, & Matre baptizati, vel confirmati cum ipso baptizante: & utraque hæc Compaternitas appellatur.

5. Quoniam autem de prædictis valde quidem minuta, sed certè necessaria, passim asserunt Doctores. Ego, ne confusa evadat Tractatio, ea omnia ad tria Capita reducam. Primo, Quænam persona possit esse Patrinus? Secundò, Quænam administratio Baptismi requiratur ad ejusmodi cognationem pariendam? Tertiò, Quænam tenendi, seu suscipiendi actio?

§. II.

Quæ persona esse Patrinus possit?

Ut sit rationis Compos.

1. **A**exercendum munus Patrini, cognationemque contrahendam, Requiritur Primò, ut is usu rationis potiatur: Non ergo Infans, non mente captus, non ebrius; debet enim voluntariè velle facere id, quod instituit

D 3

instituit

a Sanchez. instituit Ecclesia, id est intentionem habere
l. 7. matr. debet exercendi munus Susceptoris; secus, so-
d. 61. lum materialiter teneret baptizandum, com-
b Sanc. lib. moditatis causa v. g. non verò exerceret sa-
7. matr. cram actionem, ab Ecclesia institutam.
d. 61. n. 11. 2. Non requiri determinatam ætatem, nec,
c Tol. l. 8. ut sit ætate grandior, quam baptizandus,
Sib. c. 23. communis docet opinio cum Sanchez, a
d. C. in

Baptisma-
re d. 4. &

Pontifica-
le Clem.

VIII. hic.

e Suar. Co-
ni Sanc.

cum Leand.

d. Conf.

d. 5. q. 5.

f Sotus,

Navar. r.

Rod. Nald.

apud eisd.

Leand. l. c.

quib? ad-

de Quin-

tan. de

conf. sing.

7. n. 5.

g Suar. 3.

par. q. 72.

ar. 10. si-

ne.

h S. Th. 3.

p. q. 72.

art. 10.

quem se-

quitur

Dian. 2. p.

Tr. 4. ref.

2. i. incli-

natque

Quint. de

confirm.

sing. 7.

n. 5.

i Suar. l. c.

& ap.

Leand. de

confir. d. 5.

q. 4.

k Leand.

l. c.

Ut sit baptizatus.

3. Requiritur secundò, ut sit baptizatus.
Quare Gentilis, immò, & Cathecumenus,
etiamsi teneret baptizandum cum intentione
quacunque & etiamsi in aliquo casu, aliquem
cum debita intentione solemniter baptiza-
ret, non contraheret cognationem ullam; &
consequenter nec alii cum ipso. Ratio est,
quia hæc lex cognationis profecta est ab Ec-
clesia, cui non subiacet Gentilis, vel Cathe-
cumenus. Idque verum est, etiamsi postea
illi Baptismum suscipere: quod enim ini-
tium irritum est, tractu temporis non con-
ualefcit. Ita Sanchez b, aliique contra To-
letum. c

4. Inquires per hanc occasionem. An pati
modo requiratur, ut sit confirmatus ille, qui
confirmandum suscipit in Confirmatione?

Respondeo, Requiritur ex probabiliori sen-
tentia, sic enim habetur in d. jure, unde sequi-
tur, non e contrahere cognationem spiritu-
alem cum, qui nō confirmatus aliquem teneat
in Confirmatione. Ratio est, quia in Pontifi-
cali dicitur, ut non Confirmatus non possit
alium suscipere: illud autem (non possit) hic
fatis probabiliter non solum videtur ostende-
re id illicitè fieri, sed etiam invalidè. Cogn-
ationem tamen contrahere, est etiam s proba-
bile, saltem propter Doctissimos Auctores,
bonæ ratione motos id affirmantes.

5. Illicitène mortaliter? Respondeo, non
audeo mortaliter hunc condemnare, quia
res non videtur gravis, sed venialiter dum-
taxat. Scio g Suarium docere esse id illicitum
mortaliter, sed ego Sequor S. Thomam h,
qui, fatente eodem i Suario, videtur non
i Suar. l. c. cognoscere in hoc mortalem culpam. Ap-
probo tamen sententiam Leandri k
dicentis, utramque opinio-
nem esse probabilem.

Ne sit Hæreticus.

6. Requiritur Tertio, ut Patrinus non sit
Hæreticus: & quidem is illicitè graviter esset
Patrinus, cum non sit aptus ad instruendum
puerum in recta fide: nam cæterum, quia est
baptizatus; unde subditus legibus Ecclesiæ,
contraheret cognationem spirituales cum
baptizato, ejusque parentibus, ut cum San-
chez notat Castropalaus. l

l Castrop.

Melius autem erit Baptismum solemne de bap. d.
sive Patrino celebrare, quam cum Patri- un. p. 11.
no Hæretico, si Catholicus præsto esse non §. 1. n. 7.
possit.

7. Si forte à te Sacerdote Catholico petat
Pater. ut ejus Filium baptizes, sed velit, ut
admittas Patrinum Hæreticum non licebit
tibi illum admittere, si possit non admitti, si-
ne aliquo tuo gravi detrimento. nam si dam-
num grave tibi rationabiliter timeres, ut et-
jam si timeretur Filius adducendus ad Sacer-
dotem Hæreticum, admittendus m esset, quia
tunc permitteretur minus malum ad evitan-
dum majus, & ex alia parte non est creden-
dum, Ecclesiam in prædictis circumstantiis
aliter velle.

m Castrop.
l. c.

8. Et in simili quidem necessitate concedo
n, te posse esse Patrinum in Baptismo, qui n Idè ibid.
conferatur ab Hæretico, sed addere debet pro-
testationem, qua significes, te suscipere ad ritum
Ecclesiæ Romanæ: secus, videreris com-
municare cum Hæretico; & obligare te ad in-
struendum Infantem, more illius Hæretici o Trid.
baptizantis, quod esset grave delictum. sess. 24.
c. 2. de ref.

Ut sit unus; vel unus, & una.

mat.

p Leand.

9. Requiritur Tertio, ex o Tridentino, ut de bap. d.
unus tantum, sive vir, sive mulier; vel, ad 7. q. Sanc.
sumum, unus & una designentur tanquam lib. 7.
Patrini. Si autem plures designentur, peccati mavi. d.
mortaliter dicit p Leander: qui tamen citat 57. n. 6.
Thomam q Sanchez existimantem esse, ve- Perez. &
niale. Notat item Castropalaus hac in re nihil Serra ap.
dispensare Episcopum posse. Denique idem Dian. p. 2.
Tridentinum addit, ut si alii, ultra designa- Tr. 7. ref. 2.
tos, tetigerint, id est tenuerint baptizandum, q Castrop.
cognationem non contrahant. de bap. d.

10. Duos Conjuges, Maritum scilicet, & un. p. 11.
Uxorem, licet sint unus, & una, non posse §. 2. n. 1.
suscipere alienam prolem, quia id prohibet & 2.

Urbanus

Urbanus II. Sed sub veniali, quia res est levis, putat Suarez; sed probabiliter est ex Sánchez, qu. 67. de posse etiam sine veniali, quia vel id non prohibet Urbanus, vel ea constitutio non est usu recepta.

An idem possint suscipere propriam probationem? mox separatim à num. 16.

7. matr.

d. 57. n. 5.

Ut sit designatus.

11. Requiritur Quartò id, quod modò insinuatum est, nempe Patrinum debere esse designatum.

12. Sed, ad quem pertinet designare? Respondeo ad parentes primò, & per se, seu ad eos, quibus incumbit curare, ut quis baptizetur; & in horum defectum, ad Parochum. Quando autem omittitur ejusmodi designatio, omnes etiam non designati, secundum jus antiquum, si tenebant, etiam successivè, baptizandum, contrahebant cognationem; verum hodie post Tridentinum probabiliter est, neminem contrahere, quia nemo est verè Patrinus; cum tamquam de forma substantiali Tridentinum requirat ejusmodi designationem.

13. Quid si simul designentur plures, quam unus; vel unus, & una, & Parochus illos admitteret, (certè illicitè mortaliter, ut dixi n. 9. ex sententia Leandri, venialiter ex Sanchez) contraherentne omnes cognationem?

Respondet, omnes, ait Sánchez, quia omnes sunt jam designati. Sed probabilius judico neminem, quia tunc deficit alia conditio, quæ est etiam substantialis, per quam Tridentinum voluit unum Patrinum, vel ad summum, unum & unam. Hanc posteriori sententiam probabilem dicit Suarez, & ad illam valde idem videtur propendere, licet denique asserat non esse consulendam; sed immeritò consilium pro ea dare Suarez timet, valido enim fundamento hæc sententia innititur, cum finis Tridentini f. clarissimè fuerit, has cognationes spirituales valde diminuire. Lege diligenter prædictum Tridentini locum.

14. Dixi (si simul designentur) nam si designati sint successivè, ille unus, vel ille unus, & una, solum contraherent, qui prius fuerint designati, illi enim fuerunt certè legitimi, qui verò postea, illegitimi.

15. Si quis se ingerat ad hoc munus, & Pa-

rentes, vel Parochus eum non reiciat, judicari debere designatum, docet g. Diana. Ego id g. Diana tunc solum concedo, quando Parentes, vel p. 9. Tr. 7. Parochus faciliè possunt eum reicere, & tamen non reiciunt, tunc enim tacitè admittunt, juxta limitationes, quæ Regulæ illi dari solent. Qui tacet, consensive videtur.

Ne sit Pater, vel Mater.

16. Requiritur Quintò, ut Patrinus, vel Matrinx non sit Pater, vel Mater. Parentes enim non possunt esse Patrini suorum Filiorum. Excipe, nisi adsit necessitas, (ut de Patre baptizante suum filium in simili necessitate, dixi c. 2. §. 2. num. 8.) ea enim existente, sicuti certè non peccant, ita nec contrahunt cognationem, nec privantur jure petendi debitum conjugale, illudque obligantur h. red. h. Sac. lib. dere. Addunt i multi, etiam si tunc adessent 9. matr. alii extranei, qui possunt esse Patrini. d. 26. n. 3.

17. Extra necessitatem ergo parentes suum i Leand. Filium scienter à fonte suscipientes, certè cum mul- peccant mortaliter, quia in re gravi discedunt ab Ecclesiæ legibus: id quod docent omnes d. 4. q. 32. cum Suar. l. c. At verò, an tunc contrahant d. 7. qu. cognationem, & consequenter priventur jure ii. petendi, non omnes docent.

Contrahere putat k Layman cum aliis; l. 5. Tr. 10. Non contrahere cum aliis putant l. Suarez & de Sac. p. Hurtadus. Utrique probabiliter; Nos tamen 4. c. 8. n. 8. secuti sumus m supra Hurtadum in simili, G. Hurt. propter rationem ibidem dictam, quæ est d. 10. de communis præsentis intentui. Et nota, nos matrim. idem dicturos infra n. de Confirmatione. d. ff. 6. n.

18. Dictum est autem (scienter) nam si Parentes ignorent prohibitionem hanc, excusantur à peccato, & etiam ex Layman, eiusdem sententia sectatoribus, non privantur jure petendi. Hæc enim privatio, hic est pœna i. Suar. 3. inflicta parentibus, agentibus contra prohibitionem Ecclesiæ; pœna autem, saltè ex- ar. 8. v. traordinaria positiva non contrahitur, si non quocirca. contrahitur delictum, cui ejusmodi pœna in Supra connexa à legislatore fuit. c. 2. §. 2.

19. Naldus o excusat à peccato Parentem, tenentem è sacro Fonte suum Filium, ex n. Infra l. copula illicita sibi natum, si id faciat, ut terri- 3. c. 4. n. 8. tus à cognatione, quam sic contrahit cum o Naldus Concubina, absteineat ab ipsius consortio. V. Baptif- Ratio posset esse, quia in hac valde rationabi- mus n. 15. li causa præsumitur Ecclesiæ suspendere pro- hibitio-

hibitionem, ne Pater suam sobolem suscipiat. Verum cum vestigium nullum videam in iure hujus excusationis, aliaque remedia sint in promptu pro abstinentia prædicti consortii, Naldi doctrinam sequi non audeo.

Ne sit Religiosus.

20. Requiritur Sextò, ne Patrinus sit Religiosus, vel Religiosa, iis enim prohibetur esse Patrinos. Si tamen sint, contrahent cognationem, quia per dictam prohibitionem non sunt inhabiles, ad suscipiendum.

21. Notat autem *b Quintanad.* id forte non prohiberi, nisi Monachis, non verò Religiosis omnibus. & quidem non nisi sub levissimo veniali, à quo excusat quælibet causa, qualis esset petitio, aut devotio Patris, id quod idem ibidem docte probat.

An Frater, & Soror.

22. De hoc dicam cum de Confirmatione, lib. 3. c. 4. nu. 18.

Obligatio Patrimi.

23. Ad personam Patrimi, de qua his agimus, pertinet obligatio, quam ipse per hanc suscipiendi ceremoniam subit; Obligatur autem instruere baptizatum in sana fide, ac moribus Christianis. Quæ tamen obligatio non urget, nisi in tempore necessitatis. Quoniam igitur inter Christianos hæc necessitas vix adest, quia communiter supponitur illum instrui à Parentibus, vel à Parrocho, quibus profectò hæc cura magis incumbit, ideo communiter Patrinus, ut notat

c Henri. li. Henriquez c, excusabitur.

2. c. 14.

nu. p. alii

passim.

§. III.

Quanam Baptismi Administratio dictam cognationem pariat.

1. Sane Solemnis, quæ scilicet publicè fit cum ritibus ab Ecclesia institutis, quæ nos supra enumeravimus.

d Supra.

c. 2. §. 3.

nu. 2.

e Supra.

§. 1. nu. 2.

2. In privato ergo baptismo jam supra dixi non esse opus, posse tamen adhiberi Patrinum. At verò est controversum, an, si adhibeatur, contrahat is cognationem spiri-

tualem, sicuti quando adhibetur in solemnibus.

3. Ad hanc quæstionculam, ut f. supra in- f. *Supra c.* dicavi, aliqui affirmativè respondent, nega- 2. §. 2. nu. 7. tivè aliqui. Affirmantium ratio ducitur à *Coninck.* paritate cum baptizante, nam ex claris Juri- d. 32. dub. bus, baptizans etiam privatim, contrahit, ut 2. nu. 39. ibidem diximus, dictam cognationem cum g. *Quintā.* baptizato, ejusque Parentibus, ergo contra- *e. Sane.* her etiam suscipiens, quos citat.

4. Sed negantium ratio est, quia Jura hanc cognationem inducentia in suscipiente, so- *Dianaf. 3.* lum loquuntur de suscipiente in Baptismo *Tr. 4. rel.* Tr. 4. rel. solemnibus, non ergo sunt extendenda ad sus- 18. *in-* cipientem in privato; paritas ergo adversa- *ciuat.* riorum facile solvitur, Nam jura de omni *Suar. 3. p.* baptizante loquuntur, etiam de femina, dum *qu. 67.* absolute dicunt baptizantem contrahere cog- *artic. 8. G.* nationem, at dum dicunt susceptorem con- *Hurtad.* trahere cognationem non loquuntur absolute *de matr.* de matre, sed dictam cognationem adnectunt susci- *d. 18. diff.* pienti ex instituto Ecclesiæ. Cum ergo qui 6. suscipit in privato Baptismo, non suscipiat ex instituto, sed ex voluntate propria, de illo non loquuntur Jura. Ergo cognationem is nequaquam contrahet.

5. Quando in Ecclesia suppleantur solemnitates ejus Baptismi, qui urgente necessitate, privatim collatus fuit, tunc is, qui suscipit, non fit verus Patrinus, quia verè non est Susceptor in Baptismo.

6. Superesset dicere de Patrino, in Baptismo conditionato. Verum de hoc sufficit supra *b* adnotasse, ipsum in Baptismo, quod *h. Supra c.* confertur sub conditione, non necessariò ad- *§. 8. nu. 1.* hiberi, posse tamen; cum verò adhibetur, cognationem spirituales illum nequaquam contrahere.

§. IV.

Quanam actio suscipiendi, quaque intentio, ad inducendam hanc cognationem, requiratur.

1. Diximus §. p. num. p. duplici modo hanc susceptionem exhiberi posse. Vel scilicet tenendo baptizandum, dum baptizatur, vel illum immediatè accipiendo à baptizante post Baptismum. Et merito ita dictum est. Nam Jura utuntur his loquendi modis, puta tangendi, levandi de Sacro Fonte, tenendi, suscipiendi, & similibus. Non ergo sufficit sola assistentia, nec responsio ad

Cate-

Catechismus, quem Sacerdos recitat: immò hanc responsum non esse necessariam ad præstandum munus Patrini, rectè notat cum communi Sanchez. *a*

2. Præterea recolendum est, quod dixi in *b* superioribus, hanc actionem debere fieri cum intentione exercendi munus Patrini, & quidem satis est implicita, qualis est intentio faciendi, quod alii faciunt, vel quod intendit Ecclesia: sed non est necesse, ut interveniat intentio contrahendi cognationem spiritua- lem, hæc enim necessario consequitur ad munus Patrini, etiam si tu illum contrahere re- tus, quia tua voluntas removere non potest illud, quod Ecclesia muneri Patrini, ab se in- iuncto connexit.

3. Hinc solvitur illa quæstio, quam ad me quidam nuper attulit. An si quis teneat bap- tizandum, habeat tamen expressum animum, non contrahendi cognationem spiritua- lem, nihilominus contrahat?

Distingendum dixi diligenter esse: Si enim animum habeat nolendi esse Patrini, & solum materialiter baptizandum tangat, non contrahet cognationem, quia sic non exercet munus Patrini, nec Patrinus fit: in quo tamen casu addidi, probabilius esse, hunc peccare mortaliter, quia, ut supra dictum est, probabilius est, mortaliter peccari ab om- mittente Patrini in Baptismo solemniter. At verò, si habeat animum exercendi munus Pa- trini, ut certè habere debet, cum tunc jam fiat Patrinus, fit consequenter conjunctus cognatione spirituali, etiam si ipse illam no- lit, quia cognationem spiritua- lem affixit Ec- clesia ipsi muneri suscipiendi, ut dictum est, independentem à voluntate Susceptoris.

De errore in Suscipiente.

4. Quid, si quis per errorem suscipit Ti- tium v. g. putans, atque adeo intendens sus- cipere Cajum, contrahere cognationem cum eodem Titio, ejusque Parentibus.

Respondeo. Sanchez, & alii docent cog- nationem cum Titio, nequaquam contra- here. Sed Pontius f, alii cum Leandro docent contrahere, quia error (inquit Lean- der) non impedit Fidejussoris, & Patris Spi- ritualis officium. Verum hæc ratio nihil ha- bet efficacis. Dicit enim merito Sanchez, neminem intendere, se obligare alteri, nisi

Tamburinus de Sacramentis.

aliquo tandem modo velit, se illi obliga- re. At prædictus, qui per errorem opera- tus est, nullo modo voluit se obligare Ti- tio, nec ut Fidejussor, nec ut Pater Spiritua- lis, ergo, &c.

5. Objicit Castrop. l. c. Valide baptizatur is, quem Minister Baptismi alium esse pu- tat, vel quem putat esse puerum, cum sit puella, quia intendit baptizare præsentem. Ergo valide suscipietur, quem suscipiens alium esse putat.

Respondeo. Si prædictus Susceptor ope- rans per errorem, velit suscipere præsentem, quicumque sit, certè curret paritas, & sus- ceptio valeat, contraheretque cognatio. At, licet in conferendo Baptismo regulariter Minister velit præsentem baptizare, & ita ob- ligatur velle, ne incertitudini subiacet col- latus Baptismus, tamen in Susceptore non ita fieri solet, nam Susceptor Cajum v. g. vult sus- cipere, & non Titium, & ita colligitur regu- lariter ex communiter contingentibus; Sus- ceptor enim pro Cajo, forte filio viri nobilis, & amici, promittit opus suum, non pro Ti- tio, forte ignobili, & non amico. Sicuti ergo in Matrimonio error personæ illud invalidat, quia Petrus v. g. invalidè Matrimonium con- traheret, cum Berta, si ipse volebat contrahere cum Maria, nec unquam hanc voluntatem mutavit, ita in casu suscipiendi, &c.

De Suscipiente per Procuratorem.

6. Hanc actionem levandi posse fieri per Procuratorem, vel Procuratores, certa, & quotidiana praxis ostendit, quando Patrinus dicitur tangere, non per se, sed per alium, le- gitimè tamen à se constitutum.

Illud est decernendum, quis nam contra- het cognationem; Principalis, qui Procura- torem ad suscipiendum constituit, an ipse Procurator constitutus?

7. Et quidem quòd Procurator non con- trahat, quia ipse non agit suo nomine, sed a- lienò, jam dictum est à Sacra Congregatio- ne, g. esto Toletus h. putet, Procuratorem h. Tol. ap. contrahere.

8. At verò, an contrahat ipse Principalis, bipartita sententia est. Sanchez i cum innu- metis Jurisperitis negativè responderet: quare docet, in casu susceptionis per Procuratorem à nemine contrahi cognationem, Non à Pro- curatore,

E

sive solum oleum Olivatum, sive Balsamum solum. Ratio nostra est: quia usus Ecclesiae praescribens requiri utrumque, satis ostendit, utrumque requiri absolute, atque adeo ad valorem.

5. Dicitur Quarto, *ab Episcopo Consecrato*. Si enim consecratus Episcopus nondum sit, sed solum electus, vel etiam a Summo Pontifice confirmatus, non potest valide exercere ea, quae pertinent ad Consecrationem: quare non potest confirmare.

6. Dicitur Quinto, *benedictum ab Episcopo Consecrato*, nam non solum Unctio exhibenda est ab Consecrato Episcopo, sed ipsum oleum, Balsamumque, (quod unico vocabulo appellamus *Chrisma*) debet esse ab simili Episcopo Consecrato benedictum, secus incepta esset Confirmationis materia, ut est communis doctrina Theologorum cum S. Theoma. Ratio autem hujus doctrinae efficacior nulla est, (nam aliae a Theologis solum congruentiam probant) nisi usus antiquissimus, & continuatus Ecclesiae.

7. Quare Caët. l. & Val. e dum sentiunt, sufficere benedictionem Sacerdotalem; contra communem, seu certe contra probabilior opinionem sentiunt. Lege Quintanad. d. qui invalide confirmatos esse putavit quosdam, quos Episcopus, quia defecit Chrisma, confirmavit Oleo infirmorum. Multoque minus est audiendus Molfesius, dum docet, Confirmatum ex oleo non Consecrato, non esse iterum confirmandum.

8. Nisi forte Caëtanus intelligat, benedictionem Sacerdotalem sufficere, quando alicui Sacerdoti hanc facultatem benedicendi, seu conficiendi Crisma Summus Pontifex concessisset; licet enim nunquam legatur id alicui concessisse Pontificem, quia tamen legitur (ut mox c. 2. §. 1. dicemus) simplici Sacerdoti Privilegium dedisse confirmandi Fideles cum Chrismate consecrato ab Episcopo; ideo non videtur aliquibus denegandum Pontifici, etiam hanc potestatem ipsum Chrismate benedicendi, posse simplici Sacerdoti concedere.

9. Verum, in hoc sunt etiam hi Doctores rejiciendi, ut recte notat g Suarez cum aliis, qui hanc potestatem simplici Sacerdoti concedi a Summo Pontifice posse, omnino negant. Si autem hujus rationem queras, illa est, quia id esset contra usum Ecclesiae anti-

quissimum, cujus contrarium non possit ulla ratione, vel testimonio comprobari. Eademque ratio probat Pontificem, non posse dispensare, ut Confirmatio conferatur in Oleo, Balsamoque ab Episcopo nondum benedicto, quicquid aliqui in oppositum doceant apud Leandrum.

10. Inquires, qua benedictione uti debet in conficiendo Chrismate Episcopus?

Respondeo. Certum est, Episcopum sub mortali debere usurpare benedictionem ab Ecclesia praescriptam. Ad valorem tamen sufficere quamlibet Dei invocationem, Doctores advertunt, quia credi nequit, Christum Dominum formulam aliquam pro ejusmodi benedictione designasse.

11. Inquires iterum. Estne de necessitate Sacramenti, Chrisma esse novum, hoc est, hoc praesenti anno benedictum?

Respondeo. Ad valorem sufficit Chrisma verus, nisi sit corruptum. Illud autem, quod totam Balsami fragrantiam amisit, satis dubiam materiam esse existimarem. Ad licitum autem usum, debere sub poena peccati mortalis esse novum, monet i Suarez. Neque hic apponendam esse puto exceptionem illam (nisi urgeat necessitas) ut apponendam duximus supra in Baptismo; hoc enim Confirmationis Sacramentum non est necessarium, sicuti Baptismus. Quare in dies differri, donec de novo Chrismate provideatur; facile potest.

§. II.

Materia proxima.

1. **V**Nctio ex Chrismate, quae ab Episcopo per modum, seu figuram Crucis, ipso Episcopi dextero pollice fiat in fronte confirmandi, est materia proxima Confirmationis.

2. Diximus Primum. *Vnctio ex Chrismate*, id est ex Oleo, & Balsamo benedicto, modo jam explicato. Quanta autem debet esse ejusmodi Unctio? Respondeo. Quanta sufficit, ut cum illa formari possit Crux sensibiliter in fronte; debet enim verificari forma, quam dicemus eam esse. *Signo te Crucis, & Confirma te Chrismate salutis, &c.*

3. Diximus Secundum. *Ab Episcopo*, intellige de Jure, seu de potestate ordinaria, nam

h Palud.
Esti. Cam-
pu. ap. Le-
andr. de
Confir. d. 5
q. 4.

Suar. d.
33. de Sac.
sec. 1. vers.
Hic vero.

ex concessione Summi Pontificis dicemus mox.
c. 2. §. 1. n. 4.

4. Diximus Tertio. *Per figuram Crucis*, nam id requiritur necessitate Sacramenti, propter rationem modò dictam, quia debet respondere formæ: *Signo te signo Crucis, &c.* Adverte autem hoc signum debere fieri Unctione ipsa: quod certè constat ex usu, & continuato ritu Ecclesiæ.

5. Diximus Quarto. *In fronte confirmandi*, id, quod etiam esse ex necessitate valoris Sacramenti, docet ipse usus, confirmantq; Patres, id in Confirmatione semper expollescentes; & quidem valde congruenter, ut ostendatur, Fidelis non debere fidem, & Christi Domini Crucem erubescere.

6. Diximus Quinto. *Pollice dextro*, quod item ex ipso usu, ritusque Ecclesiæ perpetuo constat. Noto nihilominus, id non videri ita de necessitate Sacramenti, ut alia manu, aliove digito ejusmodi Unctio exhiberi non possit, quia, (ut advertit Hurtadus a) non est credibile, Christum Dominum voluisse ex re tam modica valorem hujus Sacramenti dependere.

7. Sed quid? eritne illicitum mortaliter, alia manu, vel alio digito inungere? Respondeo. Ita docet b Zambranus, sed nimis rigidè. Quare probabiliter c alii liberant à mortali, quia non est variatio essentialis, nec in re gravi.

8. Inquires. Ipso digito immediate debet Unctio fieri, an potest medio aliquo instrumento v. g. modico Gossipio, vel particula, vel argentea virgula, tempore peccatis, &c.

Respondeo. Quoad licitum usum immediate debet fieri, secus esse mortale, ut notat Theologia Seraphica, d quia hæc res videtur gravior, quam quod modò dictum est de alia manu, vel digito.

9. Quoad valorem, quid sentiendum? Respondeo. Non pauci e docent, invalidum esse hoc Sacramentum, si mediante instrumento fiat unctio, quia impositione manus à primis Ecclesiæ exordiis semper collatum esse hoc Sacramentum, constat ex Apostolorum usu.

10. Non pauci f verò validum esse contendunt, quia ut habet Hurtadus, g non est credibile, Christum Dominum instituisse, ut essentia tanti Sacramenti dependeret ab ejus-

modi immediate. Quare sicuti potest valide conferri Sacramentum Baptismi & Sacramentum-Extremæ-Unctionis medio instrumento, & quidem urgente necessitate, v. g. tempore pestis, etiam licet, ita in Confirmatione.

Neque obstat prædictus Apostolorum usus, nam qui facit aliquid sua manu tenente instrumentum, satis verè, satisque propriè sua manu, atque adeo suæ manus impositione facere dicitur. Hunc tamen, sic confirmatum, esse iterum sub conditione confirmandum, rectè notat Quintanadennas ibidem.

§. III.

Forma Confirmationis.

1. EX Concilio h Florentino, & omnibus h Conc. Fl. i Theologis hæc est Confirmationis forma. in Decr.

Signo te signo Crucis, & Confirmando te Christo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Fidei sub Eugen. IV. i Om. Theol. cum

2. Quæ omnia verba requiruntur ad valorem, ut ex antiquissimo Ecclesiæ ritu constat. S. Th. 3. p. q. 62. a. 4.

3. Hæ autem formæ. *Signo te, & Confirmando te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, Vel, *Signo te signo Crucis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*. Vel, *Confirmando te Chrismate salutis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*. Hæ inquam, formæ, licet ab aliquibus h suffientes existimantur, quia k Ap. 6. ea verba, quæ omittuntur, videntur involui in iis, quæ pronunciantur: tamen, vel id falsum est, vel certè esse dubium, an sic sufficiens, inficiabitur nemo. Quare, si quando sic fortè collata fuit Confirmatio, omnino erit sub conditione repetenda. Hur. de Confir. diff. 2.

4. Si verò indicativè, vel imperativè, (nam si deprecativè dicatur, certum est invalidam esse collationem,) sic proferat Episcopus, *Signetur servus Christi, seu signetur, tu, &c.* valide Confirmatio conferetur; intelligitur enim (à me) sicuti supra diximus de illa forma Baptismi Græcorum: *Baptizetur servus de Conf. Christi, &c.* d. 3. q. 19.

5. An licet? Respondeo. I Leander cum cum Suar. aliis ait, id esse mortaliter illicitè, quia sic Henricus fieret contra usum Ecclesiæ; tum Latine, ut Diana, a certum est, tum Græcè, cui concessum quilibetque. den

dem fuit simili modo Baptismum conferre, nunquam verò Confirmationem.

6. Nollem tantis Doctoribus me nullius scientiæ peritum opponere. Fateor sic peccari ob discessum ab universali Ecclesiæ consuetudine, sed peccari mortaliter fateri vix possum, quia, dum certa, & rata constat, quoad valorem, forma, non admodum gravis ejusmodi mutatio mihi esse videtur. Fa-

a Val. à ver mihi Valentia, *a* supra allatus in simili de Latino, qui utatur in Baptismo forma Græ-
nob. alla- tus sup. de eorum.

Bapt. c. 1. 7. Quoniam verò illa eadem invocatio §. 5. n. 15. Trinitatis est in Confirmatione explicite *b S. Th. su-* adhibenda, quæ adhibetur in Baptismo, (& *pra Henri.* quidem satis congruenter, ad significan-
Sua. ap. dam fidem, quam in Baptismo recipimus, *Leand. de* eandem per Confirmationem esse à nobis
Conf. d. 3. propugnandam, ideo, quoad ejusmodi ex-
g. 17. dicis pressionem, idem dic, quod supra dixi-
esse om- mus in Baptismo, esse nempe de necessi-
nium Do- tate à Sacramenti.
ctorum.

CAPUT II.

De Ministro Confirmationis.

§. I.

Quis ille sit?

1. Ordinarii Confirmationis Ministrum esse Episcopum consecratum, firmatum est ipso hujus tractationis initio. Super-
g Tanner. sunt quaestiuiculae quaruor.

2. Prima. Quid de Episcopo Hæretico, Deposito, vel Degradato? Respondeo. Li-
ap. Leand. cet cum peccato gravi, validè tamen Con-
de Conf. firmationem hi conferent, quia per hæc
d. 2. g. 6. non amittunt Ordinis Characterem.

3. Secunda. Si inveniatur aliquis Episco-
d Leand. pus, qui non acceperit, hoc Sacramentum
1. c. cum Confirmationis, validène, ac licitè alios
Gran. G. confirmabit? Respondeo. Validè, non est
communi- dubium, quia carentia Confirmationis Con-
ter. secrationem Episcopalem non impedit. At
der verò illicitè mortaliter, docet Tannerus. *f.*
9. Verùm d. Leand. cum aliis agnoscit solum
ar. culpam venialem: & merito, quia non vi-
4- detur gravis deordinatio non Confirmatum
confirmare.

4. Tertia. Quamvis supra statuerimus,

Pontificem non committere simplicem Sacer-
doti Chrismatis consecrationem; potestne sal-
tem idem Pontifex concedere eidem Sacer-
doti, ut is ministret Fidelibus Confirmationem,
Chrismate confecto ab Episcopo? Res-
pondeo, posse Sacerdoti, non verò inferioribus
Clericis. Constat id ex usu Ecclesiæ; Cum enim
inveniamus Summum Pontificem, id aliquando concessisse, pro certo te-
nendum est, eum posse: Unde colligimus,
Christum Dominum ita instituisse. Sanè sic
habet Eugenius IV. *c Eug. IV.* *Legitur aliquando per A-*
postolica Sedis dispositionem ex rationabili, & ur-
gente admodum causa, simplicem Sacerdotem Sa-
cramentum Confirmationis administrasse.
Fidei in
Concil.

5. Nota illud urgente, nam sine justa cau-
sa, quamvis valida esset concessio, non ta-
men licita. Hurtadus *f* item rectè notat, *de Conf.*
posse id à Summo Pontifice concedi Ele-
diff. 13. cto, quamvis nondum Consecrato, quia is
ver. est actus jurisdictionis. Rectè item addit *g* quo con-
concessionem non expirare morte conce-
stat. dentis, quia est gratia facta.

6. Episcopum, vel alium quempiam Sum-
mo Pontifice inferiorè hanc facultatem non
posse concedere, certum apud omnes *h* est.
h G. Hurt.

7. Quarta. An hodie sint aliqui Sacer-
dotes, quibus inveniatur concessa tanta fa-
cultas? Respondeo, esse sub quibusdam con-
ditionibus Regulares pro locis Indiarum:
quod vidèri à curioso poterit apud Quin-
tanadueñas, *i*

§. II.

De obligationibus Ministri Confirmationis,
deque solemnitatibus ab ipso
servandis.

1. **V**T licitè Episcopus Confirmationis
Sacramentum administret, debet
Primò versari in statu gratiæ, ut universali-
ter alibi dictum est.

2. Debet Secundò solum subditis suis il-
lud conferre, idque in propria Diocesi. Ex
præsumpto tamen consensu alterius epis-
copi, licitè alienos in sua eadem Diocesi
confirmabit: qui præsumptus consensus so-
let evenire, quando aliquis Episcopus suum
subditum mittit ordinandum ad alterum
Episcopum; tunc enim tacitam concedit li-
centiam, ut ab eodem, si fortè ordinandus
non sit Confirmatus, accipiat Confirmatio-
nem,

E 3

nem, quæ prærequiritur ad ordinationem.
 3 Henr. Idem puto a pro advenis; Episcopus enim
 Layman, potest alienos fortè existentes, etiam obiter,
 aliq. cum in sua Diocesi, confirmare. In aliena item
 Castrop. de Diocesi solum potest cum Episcopi pro-
 Confir. d. pui saltè præsumpta licentia, sine qua, si
 v. p. 9. etiam suos confirmaret, peccaret mortaliter,
 b Barbo. 2. & suspensionem ab exercitio Pontificalium
 p. de pot. incurreret. Ita ex Tridentino, Barbosa. b
 Ep. alleg. 3. Tertiò. In Templo debet administra-
 30. n. 15. rex decencia, & ex Rubricis, ante Altare:
 aliq. ceterum potest e. extra Ecclesiam in Orato-
 c Dianap. 10, vel Palatio ipsius Episcopi, & in quo-
 4. Tr. 4. cunque loco decenti. Item in quovis die,
 resol. 50. sive festo, sive profesto. Præterea in qua-
 d. C. v. le- cumque hora, sive ante prandium, sive post
 juni. C. v. illud, quia nec Episcopus conferens, d. nec
 Episcopi de Fidelis, cui confertur Confirmatio, debent
 Conf. d. 5. ex necessitate esse jejuni. Quod si jejunium
 requirat sacer Textus, id, vel est solum ex
 consilio, vel is Canon contrario usu est jam
 e Suar. d. c. abrogatus. e

4. 37. sect. 4. Quartò. Episcopus, dum hoc Sacra-
 2. V. mentum administrat, debet sub obligatione
 Quarti peccati mortalis esse vestitus Pluviali, Mitra,
 observat. Stola, & cum Baculo Pastoralis. f

f Dianap. 5. Quintò. Obligatur Episcopus mini-
 7. Tr. 19. strare hoc Sacramentum suis, vel per se, vel
 res. 31. per alium Episcopum. Quare si longo tem-
 pore negligat, peccabit mortaliter ex Ca-
 stropalao l. c. quia magno bono suas oves
 defraudat: Debet itaque se conferre in
 Templum ad hanc administrationem oppor-
 g Mox. 3. tuna: nec expensas itineris petere potest, si-
 8. 3. n. 2. quidem propter administrationem Sacra-
 h De his mentorum, decimis, & sui Episcopatus fru-
 fuse Bel- ctibus gaudet. Circa hanc obligationem E-
 larm. c. 23 piscopi, vide omnino, quæ dicemus g. mox,
 de Conf. 6. Denique solemnitates h. hujus Sacra-
 Suar. d. menti hæ sunt. Primò præsentia Patrini, de
 37. de Sa- quo mox separatim,
 cr. sec. 1. Secundò, Episcopus modo dicto vesti-

ty. 2. Ca- tus exhibet Sacram. Unctionem, formam
 strop. de proferens, &c.
 Conf. d. v. Tertiò, confert pacem jam Confirmato.
 p. ult. Quartò, eidem levem alapam impingit,
 ut ipsum moneat de forti animo in perfe-
 rendis injuriis pro Christo. Eam autem non
 impingere, nullum esse peccatum, secluso
 i Valen. 3. contemptu, notat rectè Valentia. i

p. d. 5. q. 1. Quintò, Confirmati frontem virga linea
 p. d. sine. ligati curat, ne Chrisma defluat, juxta loco-

rum consuetudinem: quam vittam propter
 Chrismatum contactum, ad profanos usus
 nunquam adhibendam esse, monet Laym. k k Laym. l.
 sed vel servetur ad similem usum, vel com- 5 Tr. 3.
 buratur, & ejus cineres in Sacramentum projici- c. ult.
 ciantur. In nostris locis, statim post per-
 actam Unctionem, Ministri Episcopi fron-
 tem confirmati abstergunt, uade ejusmodi
 vittæ usus non est.

6. Plures orationes ante, & postea reci-
 tantur ab Episcopo, &c.

7. Mutat Episcopus aliquando nomen
 Confirmati, præsertim si ejus antiquum no-
 men Gentilitatem sapiat.

8. Ceterum accensum in manus Confir-
 mati tradi, alicubi consuetudo est.

9. Admonitio, ne Confirmatus discedat
 ante benedictionem Episcopi, non videtur
 obligare. Immo in magno concursu expedire
 discedere, & locum alius cedere.

10. Denique debent nomina Confirma-
 torum, Confirmantis, & Patrinatorum scribi,
 ut in posterum sciatur cognatio contracta,
 Modum hæc scribendi minutè tradit 1 Bar- l Barbof.
 bosa. Et quidem Parochum scienter, & ex de pot. Pa-
 negligentia frequenter, seu plures baptiza- roc. c. 7.
 tos, vel matrimonio copulatos non scribere n. 16.
 mortalis peccati condemnat m Quintanad- m Quima.
 veñas. Unde quid simile videtur dicendum de Conf.
 de Confirmatis, ut apud Dictum Auctorem sing. 11.
 videri potest distinctius.

CAPIT. III.

De subjecto Confirmationis.

1. Subjectum aptum ad validam Con-
 firmationem est persona baptizata cu-
 juscumque conditionis, vel ætatis.
 Quoad licitum autem usum, quæri solet.
 Primò de infantibus. Secundò de Amentibus.
 Tertiò de proximè morituris. Quartò
 de Adultis, posito semper, quòd sint bap-
 tizati.

De infantibus.

Convenientius esse, Infantes confirmari de Conf.
 in Infantia, docet n. Leander; sed nimis im- d. 4. q. 3.
 meritò ita docuit, cum sit longè melius esse o Pius V.
 regulariter confirmare post adeptum ratio- in Cath.
 nis usum, ut hodie praxis Ecclesiarum ob- Rom. 2. p.
 servat, atque diserte habet o Pius V. & com- c. 3. n. 14.

mauiore

a Suar. muniore calculo docent Theologi. a Verba
 d. 35. Pii hæc sunt in Catechismo: Posset quidem
 statim à Baptismo Confirmatio omnibus admi-
 nistrari, sed minus expedit pueris illam conferre
 ante septennium, licet expectandus non sit annus
 p. 7. nu. 4. duodecimus.

Illud Leandro libentissimè concedimus,
 rationabili existente causa, posse, & aliquan-
 do debere Infantem confirmari, ut, si ti-
 meatur longa Episcopi absentia, vel brevi
 Infantem moriturum, vel adsit alicubi con-
 suetudo pro Infantibus. Certè b Suar. illam
 etiam causam esse rationabilem censet, si
 Episcopus vellet ob benevolentiam, similem-
 ve causam confirmare Infantem, sed re-
 moto, si quod timeatur, scandalo; nam tunc
 graviter non peccaret Episcopus, quia ejus-
 modi usus confirmandi compotes rationis,
 non videtur esse rigoris magni.

§. I.

De Amentibus.

1. SI spes sit, ut Amentes ad rationem re-
 deant, expectetur, ut expectantur In-
 fantes; secus, possunt, & debent confirmari,
 etiam si sint Amentes perpetui, ne scilicet
 tanto bono, & hujus Sacramenti Characte-
 re careant. Sic ex probabiliore sententia c. S.
 Thom. aliique.

2. Theologia d. Seraphica monet: ne de-
 Suar. ali- tur Confirmatio iis amentibus, de quibus
 que citat. constat notoriè, incidisse in amentiam in
 d. Theo. Se- statu peccati mortalis. Constat, inquit, nam
 ra. V. Con- si non constet, vel dubitetur, scimus om-
 fr. diff. 3. nes, debere eos præsumi bonos, & confir-
 vers. A- mandos. Non placet monitio, quia semper
 mentes dubitari potest aliquod intercessisse lucis in-
 vero. tervallum, in quo per contritionem bonum
 statum acquisierint.

3. Quod si alicubi Episcopus Amentes
 confirmare non solet, satis excusabuntur
 Parentes, si illos ad Episcopum non addu-
 cant.

§. II.

De proximè morituris.

1. HOS, tamen si sint Infantes, posse &
 debere confirmari ratio modò dicta
 §. 1. nu. 2. suadet. Excusatio tamen illa esse

solet in promptu, quia ejusmodi infirmi sint
 in lectulis jacentes, sive erubescunt, sive ti-
 ment, ad se Episcopum advocare.

2. Audiant tamen Episcopi quod e Joan. c. 10. Sane.
 Sancez ipsis edicit. Si Episcopus (inquit) in secl. d.
 adire Carcerem vellet, & ibi Confirmationem 40. nu. 4.
 ministrare condemnatis ad mortem, exemplum vers. Quod
 humilitatis, & cura ingentis erga suas oves o- si Episco-
 stenderet. Audiant quæ scripsit f. Quintanad. pus adire:
 Si suspendendus, (inquit) vel quilibet moribun- f. Quintā-
 dus Confirmationem petat à proprio Episcopo, il- ad. de Cōf-
 lum sub mortali teneri ad eam ministrandam, sing. 2. n. 5.
 docent Angelus, Viraldus, Fillius, Ocagavia,
 Suar. Reginal. Laym. quia privaret petentem
 magno fructu. Audiant Sanctissimum Pasto-
 rem Carolum Borromæum, g. Si quis (inquit) g. S. Carol.
 eum periculosè egrotat. Confirmationem sibi mi- in Decr.
 nistrari petat, tunc Episcopus, si eo loci est, ubi ille 27. Decre-
 egrotat, no sine hoc Sacramento decedat, eum torum Me-
 charitate paternam invisat, & confirmet. dional.

§. III.

De Adultis.

1. PRIMò. Hi statim à Baptismo confir-
 mantur, si oportunitas adest, quia
 nihil eos impedit, & sic fortiores redduntur
 ad fidem profitendam.

2. Secundò. Non tamen iidem peccant,
 nec mortaliter, nec venialiter, si citra con-
 temptum, vel quid simile, data occasione id
 negligant, quia de hoc nullum apparet præ-
 ceptum: quæ est sententia b Suarii contra h. Suarez.
 Caët. & alios nonnullos putantes, esse ve- de Conf. d.
 diale. Unde non est fides habenda Lean- 38. sec. 1.
 dro, i qui trahit ad se Suarium, quasi conce- vers. Quo-
 dentem esse veniale- circa.

3. Tertiò. Nec ullo modo peccant si Fi- i Leandr.
 deles, qui nondum Confirmati accedunt ad de Conf.
 sacram Eucharistiam assumendam; quia d. p. q. 7.
 multo magis de hoc nullum præceptum sine.
 adest, quicquid aliqui k dicant in opposi- k Tol. Vi-
 tum. Multo l minus peccant, qui nondum Etorel. Sor.
 Confirmati, Religiosam Professionem emit- apud Dia-
 tunt, vel alia Sacramenta (præscinde ab Or- nam p. 4.
 dine, de quo mox) suscipiunt, vel admini- Tr. 4.
 strant. resol. 50.

4. Verùm Quartò. Quid de suscipienti- l Quintis.
 bus Ordines, non præsumpta Confirmatio- de Conf.
 ne? Respondeo. Id magis est controversum. sing. 4.
 Puto tamen, neque hos peccare saltem mor-
 taliter,

taliter, quia neque hic apparet adesse præceptum, vel gravem saltem consuetudinem.

Trid. sess. 23. c. 4. de Conf. b. Suar. Vale. Co. ninck. Gran. A. vil. aliq. apud Dian. nam p. 2. Tr. 16. ref. 4. c. Tann. Bon. Tol. aliq.

Tridentinum *a* autem dum dicit: Prima Tonsura non inicietur, qui Confirmationem non susceperint, monere potius videtur, quam præcipere. Ita *b* Suar. aliique; li-
cet fatear probabile item esse, committi mortale, quia id doctissimi etiam Auctores affirmant.

5. An autem peccent saltem venialiter? Respondeo ferè communior opinio est, eos peccare venialiter: sed probabile etiam est, ne venialiter quidem peccare, quia, ne levis quidem deordinatio apparet; & ex alia parte non obligamur omnes bonas operationes Ordinibus suscipiendis præmittere. Episcopum quidem ipsum scienter ordinantem non Confirmatos, à dicto veniali non excuso, quia magis ad ipsum pertinet; directiones Conciliorum diligenter custodire.

d. Supra lib. 1. c. 3.

e. Supra lib. 2. c. 2. §. 3.

Inquires denique. Quamnam dispositionem asserere debet Confirmandus, ut ritè, & licitè hoc Sacramentum suscipiat? Respondeo, præter intentionem saltem virtuale illud suscipiendi, & statum gratiæ, qui requiritur, ne suscipiendo Sacramentum mortaliter peccet, ut supra *d* universaliter dictum est, debet Adultus aliquo tandem modo scire, quid suscipiat, & alia illa omnia circa cognitionem Mysteriorum Fidei, quæ requiruntur pro susceptione Baptismi, de quibus suo loco dictum est supra.

CAPUT VI.

De Patrino in Confirmatione.

1. Quoniam plura, quæ de Patrino in Baptismo diximus superius, ad Patinam Confirmationis etiam faciunt; ideo sunt ea omnino recolenda, & nihilominus hic aliqua, ibidem dicta, commoditatis gratia, repetemus, & alia propria superaddemus.

2. Patrinus, vel Matrino contrahit cognationem spirituales, quæ sit impedimentum dirimens Matrimonium; *f* sic enim *Trid. sess. 24. c. 2. de Ref.* habet Tridentinum. Ea (inquit) quoque cognatio, quæ in Confirmatione contrahitur Confirmantem, & Confirmatum, illiusque Patrem, & Matrem, ac tenentem non egrediatur. Clariora hæc tibi erunt ex

dictis de Patrino in Baptismo. Hic autem nota illud (tenentem), quare sicut non tangens baptizandum non contrahit cognationem, ita nec contrahet non tangens Confirmandum.

3. Secundò. Idem qui fuit Patrinus in Baptismo, potest esse in Confirmatione, ut docet *g* Hurtadus, aliique. Verum probabilius Castropal. *b* aliique dicunt, debere esse diversum, nisi necessitas urgeat; licet admittere eundem, non esse mortale, quia res non est gravis, fateatur Diana.

4. Tertiò. Patrinus in Confirmatione non sit, nisi unus, vel una, quia quod in Baptismo possit esse unus, vel unus, & una, dispositum fuit à Tridentino, i quod non fuit dispositum in Confirmatione; ergo in hac standum est Juri Communi, quod unum, vel unam tantummodo in Confirmatione concedit. Rectè autem decretum est ob decentiam in Synodo Panormitana, ut juxta Pontificale Romanum Clem. VIII. mas marem, fœmina fœminam tenear. Addit *m* Barbosa, non posse convenire unum esse Patrinum, nisi duorum tantum in eodem die, sic præscribente Ponticali; nisi fortè ejusmodi Patrinus sit prebus, & præsertim nisi sit Ecclesiasticus, de quo profectò rectè dixit (convenienter) nam ceterum præceptum non video.

5. Quartò. Religiosus, vel Religiosa, o etiam sine licentia Superioris, potest, saltem absque mortali, esse Patrinus, vel Matrino in Confirmatione. Si enim olim fortasse fuit aliqua prohibitio, hodie ipsa consuetudine abrogata est. Quidquid dicat Castropal. *n* qui docet Religiosum peccare mortaliter tenendo Confirmandum, & solum tunc non peccare, quando confirmandus esset etiam Religiosus. Nos autem sequitur Quintanad. *o* saltem peccatum mortale non cognoscentem.

6. Quintò. Patrinus in Confirmatione debet ex Castropalao *p* esse confirmatus, & sed de hoc dixi cum de Baptismo, *l. 2. c. 4. va. Suar. §. 2. n. 4. q.*

7. Sextò. Patrinum non adhibere in Confirmatione, esse mortale, docent communiter Doctores, & quia est solemnitas semper gravis existimata in Ecclesia, ut etiam in Baptismo.

8. Se-

8. Septimò. Parentes non possunt in Confirmatione suscipere sub mortali propriam sobolem, ut nec possunt in Baptismo. An autem priventur jure petendi, si suscipiant extra necessitatem, est in opinione positum, atque tum affirmativa, tum negativa probabilis est; ut cum de Baptismo loqueremur, indicavimus, & confirmabitur ex dicendis n. 10.

a Sa V.

Confirm.

n. 16.

Uxorem suam in Confirmatione, nisi ac-

cedente necessitate. Verum Lean. b cum

de Conf. d. aliis, ne in necessitate quidem posse con-

s. 9. ci- tendit. Unde sequitur, si suscipiat, non con-

trahere cognationem propter similem ra-

Tol. aliof- tionem, quam alias induxi, & quia qui ali-

que. quem suscipit contra Ecclesiæ dispositio-

nem, cognationem ab ipsa legitimæ susce-

ptioni annexam, contrahere non potest.

Contra hauc sequelam habet Lean. l. c. sed

nos illum non sequimur.

d Clem. 10. Confirmatur nostra doctrina, quia

VIII. in sic habet Clem. VIII. d. in Pontificali: Nul-

Pontif. lus, qui non est confirmatus, potest esse in

e Barb. de Confirmatione Patrinus, nec Pater, aut

distinctio. Mater, Maritus, aut Uxor, Hæc ille. Ego

V. Potest. igitur expendo illud (non potest) cum enim

Sanc. lib. hoc verbum cum negatione possit significare

6. matr. d. idem, quod (non valet) id est non est valida

38. nu. 20. susceptio, & possit etiam significare idem

Suar. de quod (non licet) id est valida est, sed pecca-

legib. l. 5. minosa susceptio, idem poterit quis sequi

e. 31. a. n. priorem explicationem, & negare contrahi

13. Castro. prædictam cognationem à Conjugatis: ex

To. 1. Tr. 3. nulla enim invalida susceptione valida co-

d. 2. p. 17. gnatio enasci potest. Sed non nego, posse

n. 4. & te sequi opinionem posteriorem, & c. Unde

Tom. 3. de utraque sententia sit probabilis, & c. Quod

Vot. Obed. autem has significationes habeat illud (non

d. 4. p. 13. potest) habes apud e Barbosam, aliosque.

§. 1. n. 8. & 11. Nono. An Frater possit esse Suscep-

distinctio §. tor in hoc Sacramento alterius Fratris? Sà, f

7. n. 1. & alii que ajunt licitum esse in necessitate. Si

p. 12. §. 4. ergo id solum necessitati concedunt, negare

n. 5. bre- videntur extra illam causam. Sed profectò

cuius. id nimis jejune dictum est. Quare oportet

Sà. Verbo bit, & id clariùs explicare, & alias dubitatio-

Confirm- nes hinc emergentes dissolvere, quod jam

th, n. 16. facio.

Eona. de 12. Quæro enim Primò. An peccet Fra-

Conf. d. 3. ter suscipiendo Fratrem extra necessitatem?

p. 4. n. 12. 13. Quæro Secundò. An contrahat cog-

Tamburinus de Sacramentis.

nationem spiritualem, ita, ut, si Frater v. g. tenuerit Sororem, deinde cum illa inhonestè agendo, debeat in Confessione explicare, tum cognationem carnalem, tum spiritua-

14. Quæro Tertiò per hanc occasionem. Si Frater Fratrem suscipiat in Baptismo, idemne in prædictis duobus dicendum, quod in Confirmatione?

15. Respondeo. Volui non paucos Doctorum libros revolvare, & recolere totam distinctionem 4. & 5. de Consecr. & causam 30. in quibus de hujusmodi argumento tractatur, & nullibi inveni prohibitionem, ne Frater Fratrem, Sororemve in Baptismo, vel Confirmatione susciperet. Solum in prædicta verba Sà, & Bonacinæ incidi, valde, ut vidisti, arida, eaque sine ulla ratione, sine ulla Juris citatione, sine ulla patritate prolata. Quare donec aliud certius effulgeat.

16. Dico ad primam Quæstionem, Fratrem, posse suscipere Fratrem, vel Sororem sine ullo peccato, quia non sunt imponenda præcepta, si de illis non constet.

17. Dico ad secundam, contrahere cognationem, quia nulla ratio apparet non contrahendi. Unde utraque cognatio erit Confessori aperienda, si casus propositus eveniat.

18. Dico ad tertiam, idem esse dicendum in Baptismo, quia pari modo res in eo se habet.

Obligatio Patrini Confirmationis.

19. Patrinus in Confirmatione tunc solum tenetur Confirmatum instruere in fide g Henri. & moribus; quando deficit Patrinus Bap- Bonac. tismi, vel alius, qui instruat. Imo Henric. g Laym. cum aliique hunc Patrinum non esse ad ejusmodi instructionem obligatum docent; hoc Conf. d. enim est proprium munus Patini bapti- un. p. 10. zati, non confirmati.

n. 2. &

cum Lean-

dro de

Conf. d. 5.

q. 7.

h Lib. 2. de

CAPUT V.

De pœnis iterum Confirmantis.

1. Quamvis, qui bis scienter eundem Bapt. c. baptizat, ut h alibi dictum est, sit ult. & lib. ipso facto ex expressis Juribus irregularis; qui tamen bis, etià scienter confirmat, c. 5.

F

graviter

graviter quidem, & sacrilegè peccat, quia Confirmatio cum imprimat Characterem, est irreiterabilis, sed non incurrit irregularitatem. Ratio convincens ducitur ex illo principio *a* aliàs allato. Illud solum delictum inducit irregularitatem, quod expressè iura discernunt. Quo posito, sic subsumo. At nullum Jus invenitur, quod delicto iteratæ Confirmationis irregularitatem adnectat; ergo, &c.

b G. Hurt. de Confir.

diff. 9. Et iterum de

Irreg. d. 2. diff. 1.

Suar. 3. p. de Sac. d.

38. sec. 2. Bona. Val.

March. a. liique cum

Lean. de Conf. d. 4.

q. 11. c. C. Di-

sum est de Conf. d. 5.

2. Neque obstat Sacer & Textus, quatenus videtur irregularitatem huic delicto

Finis de Confirmatione.

Laus DEO, Beatiss. Virgini, ac B. Aloysio.

LIBER QVARTVS

DE

SACRAMENTO EVCHARISTIÆ.

Monitio ad Lectorem.

ADverte, Amice Lector, me de Sacramento Eucharistiæ, ut & de Sacrificio Missæ, ejus tractatio hujus item est loci, pluribus egisse in Opusculo expeditæ Communionis, & in Opusculo de ejusdem Missæ Sacrificio. Si ergo sæpius ad Opuscula hæc, te Lector ablegem, ne mireris: id facio, ne ea huc transcribam, cum mea molestia, immo, & cum tua, qui Cambrem repetitam, tuæ mensæ appositam, quasi invitus, iterum absumere, cogereris. Hanc eandem monitionem, pro Tractatione Sacramenti Pœnitentiæ, præmissam esse volo.

CAPUT I.

De Materia, & Forma Sacramenti Eucharistiæ.

Materia Eucharistiæ, illud nimirum quod aptum est consecrari, id est, transubstantiari in Christi Domini nostri Corpus, & Sanguinem, Panis d est, & vinum. Forma, illa verba: Hoc est Corpus, &c. Hic est Calix sanguinis, &c.

Trid. sess. 13. c. 2. & 3.

§. I.

De Materia Sanctissimi Corporis.

Materia cerio apta.

1. **P**anis ex vero tritico, quod absolute Frumentum appellamus, e certa est materia. *e. s. Th. 3. p. q. 74.*
2. Ejusdem tamen certitudinis est, si panis fiat ex Rocella, ut ceteri Itali vocant, & nos Siculi communiter vocamus Majorcam. Item si fiat ex illo frumenti genere,

neri, quod non raro apud nos usui est, appellaturque Timminia, aliis Triticum trimestre, seu trimestinum, sic dictum à brevitate, quia nascitur, & maturescit: sunt enim hæc in omni rigore Triticum.

3. Sive autem azimus sit Panis, in quo consecrat Ecclesia Latina, sive Fermentatus, in quo Græca, certa est materia. Quo modo autem ab iis Ecclesiis servanda omnino sit sua consuetudo, alibi fusc dictum est.

a In Opus-
cu. de
Comm. c.
2. §. 9.

4. Dixi autem (Panis) hoc est comestibilis usu communi, sub denominatione Panis; uno verbo, Panis usualis. Nam propterea massa cruda, esto essentialiter, ut aliqui putant, non differat à Pane cocto, cum non sit usu communi comestibilis, nullo modo ex omnium Theologorum sententia, apta est consecrationi.

5. Panem iterum dico, id est Clibano, seu Furno coctum, vel simili modo igne assum, ut concoqui solent illæ, quas vocamus Hostias, fere instrumento, ad eas assandas apto; quod certè Clibano æquivaler: & ut sit, quando Panis assatur sub cineribus, vel in vasis, sive æneis, sive fictilibus, nullo humore adhibito, quia tunc per illam assationem verè sit Panis usualis, ut tenet b Suarez, aliique.

b Suar.

Ægid. De-

lug. Fag.

aliique

apud Leā.

Tr. 7. d. 8.

7. 13.

c Leā. l. c.

9. 12. cum

alio con-

tr. 7. d. 8.

p. c. Eccl.

3. l. 2. c. 1.

n. 12.

6. Panem denique dico, etiam si e maderfactus sit vino, vel aqua, sive frigida, sive calida (dummodo non ita coquatur, ut amittat denominationem panis usualis), quia sic adhuc remanet Panis. Quare mica panis maderfacta, & digitis, manūve comestibilis, ac reddita, quasi massa, est apta consecrationi, quia etiam sic (si aliud non addas) Panis usualis est.

De Pane bis cocto dicam n. 20.

7. Quod autem hæc, & similia dicamus de validitate Consecrationis, non verò de licito usu, qui solus ille est servandus, quem conluevit Ecclesia, nimis esse manifestum.

Materia certè inepta pro Consecratione Sanctissimi Corporis.

8. Primò, Ordeum, Orgio. Secundò Avena, Aina Siculis. Tertiò, Far, Farro Italici. Quartò Frumentum Indiæ, Masio Hispanis, non dant materiam aptam conficiendo Pani pro Consecratione, quia nulla ratio-

ne, sunt frumentum. Multò minus Fabæ, Millium, Lentesc, Ciceres, Castanæ, Amygdalæ, ceterique fructus, quia multò minus Frumentum sunt. De Ordeo exuto exteriore spolio, seu de farina ejus, idem omnino dic, quod de Ordeo, neque enim ea depoliatio illud immutat à sua specie.

9. Cum autem modo dixi. Far non esse aptam materiam, de communi Farre loquutus sum, nam si nomine Farris intelligas Timminiam, (hanc enim per illud nomen Far significari ab Hispanis testatur Leander d) sanè apta est, ut modo dixi n. 2. d Leā. l. c. 9. 7. Sicuti etiam non loquutus sum de eo genere Farris, quod à Plinio e vocatur Adortum, c Plin. lib. 8. c. 8. & ex quo verus, & optimus Panis conficitur, si enim ita est, apta est materia, cum sic supponamus, Adortū esse verum frumentum.

10. Massa veri frumenti, quam passam vocamus, sed cruda, hinc etiam exulat, quia, ut modo diximus, panis non est.

11. Eadem Massa Oleo, vel Butiro frigida, vel elixa, in aqua, cum faciat lagana potius, & pultes, quam panem, certò item ab Altari excluditur.

12. Minutissima particula veri panis, quæ sive absolute f sensibilis non sit, sive f Vasq. etiam ex sententia probabilior, quamvis Hurt. a. in se sensibilis, tamen talis non sit, respectu Sacerdotis g consecrantis, non est apta materia, quia non poterit tunc eam demonstrare Sacerdos per pronomen (Hoc) cum sit ipsi non sensibilis. Verum adverte minutissimam quantumcunque particulam separatam ab Hostia Consecrata, si tamen adhuc retinet species panis, remanere consecratam, ut definit Tridentinum, h non enim hic militat prædicta ratio negationis demonstrabilitatis; quæ solum requiritur, dum sit consecratio, non jam postea.

Materia dubia Consecrationis Sanctissimi Corporis.

1. Panis ex Typha, seu Centeno, Panis ex Spelta, quam Zeam, seu Alican. vocant aliqui, Panis ex Siligine illa, quam ad Centenum pertinere nonnulli dicunt, valde dubiam i materiam asserunt, quia multum ambigitur, an hæc sint Frumentum verum. i Doctores. Huc etiam reduco, quem nos Germanum passim vocamus.

F 2

14. Dixi

Th. 3.
74.
3. &
m. Dr
33.

24. Dixi (Siligine illa, &c.) Si enim nomine Siliginis intelligas, ut aliquos intelligere testatur Granado, triticum selectum, seu candidum, quod ab aliquibus Italis vocatur *Grano gentile*, ab aliquibus, *Fumento bianco*, & fortasse correspondet alicui speciei nostræ Majorchæ, seu Roccellæ, de qua supra *nam. 2.* diximus, si inquam frumentum est, aptissima est materia.

2 Plin. lib. 8. c. 8. Sanè Plinius *a* ait, Siliginem esse delicias
b Galen. esse panem perfectissimum, seu perfectissimum alimentum.

15. Panem ex cremore Triticæ, quem appellamus *Amido*, valde item incerta materia est, quia ut *Amidum* fiat, corrumpi debet farina Triticæ.

16. Panis ex Triticæ misto notabiliter cum aliis seminibus, vel cum colore rubro cinnabari, quo solemus uti ad litteras consignandas, vel cum Saccaro, vel Melle, quos *Mustacioli* vocamus, semper erit incerta materia, quia quando mistio est in quantitate notabili, semper est dubium, an res sit absolute hæc, vel illa ex mistis; At si sit in modica quantitate, tunc, cum parum pro nihilo reputeretur, non distrahitur res ad aliam speciem; quare erit consecrabilis.

17. Dubito tamen merito de aliquibus, etiam in quavis modica quantitate. Quis enim acquiescet Leandro, *c* indicanti esse panem usualem Hostiam rubram, quamvis modico Cinnabari imbibitam? Non ita panis, cui modicum v. g. Saccarum sit immistum; cum enim sic adhuc comestioni humanæ sit aptus, & ex alia parte ea parvitas, ut supponimus, illum non removeat à suo esse, non erit ad consecrationem ineptus. Illicitus autem certò erit, quia est extra usum Ecclesiæ.

18. An autem in hoc casu exiguae mistionis illa pars modica intermistæ, substantia, v. g. illa modici Saccari, ut etiam Lapillus, terræ pulvisculus, vel granum Ordei, millii, similisque generis, siue integri, siue confusi convertatur, necne in Corpus, vel Sanguinem Christi Domini simul cum massa, cum qua facit unum, ad Theologos *d* speculati vos enodare pertinet.

19. Panis ex vero Triticæ confectus non cum aqua, sed cum aliis humoribus, cum aqua Rosacea v. g. vel succo alicujus her-

bæ, valde dubia materia est, quia inde panis usualis confici non videtur. Excipe, nisi satis parva fiat mistio liquoris alterius cum aqua naturali, nam tunc idem dicendum esset, quod modo in simili dictum est.

Panis, qui bis est coctus, quem absolute Biscottum appellamus, aliquis inter materias dubias connumerare posset, sed certe panis est absolute, quia iterata ea coctio, illum non extrahit ab usuali pane, quare materia dubia non est consecrationis, sed cetera.

§. II.

De Materia Sanctissimi Sanguinis.

Materia certò apta.

1. Vinum de vite, & quidem omne, siue album, siue rubrum, siue ex una Regione, siue ex alia, siue ex natura sua debile, siue (quod adhiberi pro sacrificio semper est convenientius) ex se generosum. Notat autem Vasquez, licet vinum rubrum e *Vasq. 3.* ratione coloris magis assimiletur sanguini, *p. d. 175. a.* idemque vinum rubrum in Scriptura so- *pud Leand.* leat vocari sanguis uvæ, unde propter hoc *Tr. 7. de* convenientius videatur apponi in Sacrificio, *Sacr. d. 8.* tamen absolute convenientius est, propter *q. 25.* munditiam, album. *f. S. Th. 3.*

2. Mustum si item, id est liquor ex uvæ *p. q. 74.* recenter expressum, apta est materia (licet *ar. 5. c.* illicita, propter consuetudinem Ecclesiæ, *habetur in* &c.) quia est in substantia Vinum, & qui- *c. cum om-* dem potabile, licet non sit plene purgatum, *ne Vinum,* seu decoctum. Excipe quoad illud de illicito de *consec.* usu, necessitatem dandi Viaticum, vel quid *d. 2.* simile. Excipit etiam *g* Leander festum *g* *Leand. l.* Transfigurationis, ubi consuetudo urget eo *c. q. 33.* die consecrandi in musto.

3. Vinum congelatum non solum postquam sit liquefactum, verum etiam dum est actu congelatum, alibi *h* sustinui esse ma- *h Li. 2. O-* teriam consecrationi idoneam, quia ex se, *puf. de Sac.* & natura sua est potabile. Relege locum, *Missa, c. 8.* nam plura minutiora ad hujus rei Praxim *§. 8. à n. 8.* ibidem invenies.

4. Vinum, aqua, vel alio humore satis modico mistum, apta est materia, quia sic non amittitur; nec substantia Vini, nec demonstrabilitas Vini, per illud *Hic est Calix,* &c.

&c. Sicuti in simili dictum est modo §. præcedente.

5. Vinum ex se acidum, cum verè sit Vinum, apta est materia. Immo licet cum peccato, validè tamen in rigore Consecratio fieri in Vino, quod incipit acere, seu in acetum abire, si adhuc verè est Vinum, quod palato, immo, & odore rectè distinguere no-ruat aliqui, vide mox n. 10.

Materia certò inepta ad Consecrationem Calicis.

6. Vinum ex pomis, vel aliis rebus, quam ex vite, Mustum item in vis existens, Agrestam item, vel liquorem ex eadem expressum, quod Omphacium appellamus, ineptam materiam ad Consecrationem certò pronuncia, quia nec verè vinum sunt, nec sunt usu potabilia.

7. De guttula non sensibili, quod apta non sit, collige ex dictis §. præcedente, num. 12.

8. Vinum imbibitum in pane, non est apta materia, quia non potest de illo absolute dici, Hoc est vinum, sed potius, Hic est panis, nam propterea, hunc panem vino madefactum esse materiam Sanctissimi Corporis, ibidem dixi num. 6. Adde vinum in pane imbibitum valde assimilari musto in vis existenti, quod modo inceptum esse consecrationi, sine ulla controversia, docuimus omnes.

Liquor expressus ex uvis passis, (quidquid dicat a Amicus & b Diana, apud Amadeum c non est apta consecrationis materia. Ratio non debet esse illa, in qua prædicti putant, nos inniri, sed quia hic liquor, seu succus, nec est ullo modo Vinum, nec Mustum. Sicut enim Sapa, (quod nos vocamus Mustum coctum, seu vinum coctum,) quia est decocta à Musto, deperditis ferè omnibus partibus subtilioribus, nec Vinum, nec Mustum est, unde nec computanda inter potabilia, sed comestibilia, ut ego supposui d in Tractatu de Jejunio, ita succus ex uvis passis, adeò sicus, & decoctus est, ut nullam Vini, vel Musti potabilitatem seruet, sitque potius dicta Sapa similis, quam Vinum.

Materia dubia pro Calicis consecratione.

9. Vinum, quod conditur aromatibus, & huiusmodi rebus, semper est, (si non sit satis modica immistio) materia dubia, quia semper timetur, an aromata adeò sint valida, ut Vinum extrahant, si non à substantia Vini, certè à denominatione absoluta vini, ut non possit dici, Hoc est vinum, sed abeat in Mustum, quo veteres olim utebantur.

10. Pro dubia etiam materia habe, saltem quoad Praxim, Vinum illud, quod in acetum jam abire comprehenditur, quia quamvis, ut dixi num. 5. aliqui dignoscant, an adhuc sit Vinum, tamen semper timendum est, ne in acetum corruptum, jam penitus substantiam Vini amiserit.

11. Quid fiet si ante, vel post Consecrationem Sacerdos advertat pro Vino appositum fuisse acetum in Calice, vel Aquam, alibi e satis dixi.

CAPUT II.

De Forma Consecrationis Eucharistiae.

1. Eucharistiae Forma continetur in his verbis à Sacerdote cum debita intentione prolata. Hoc est enim Corpus meum: Et, Hic est enim Calix Sanguinis mei novi & aeterni Testamenti, Mysterium Fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

2. Porro si illud Hoc sumatur adiectivè, f ut sensus sit, Hoc est Corpus meum, sicut, pronomen Hic sumitur in forma Calicis, siue sumatur substantivè b, ut non denoteretur Christi Corpus, sed aliqua ratio communis substantiae, vel Enti, ita ut sensus sit, Hoc, quod continetur sub his speciebus, est Corpus meum, valida est Consecratio. At verò an satis sit, si Sacerdos, dum consecrat, proferat verba solùm i recitando, an debeat proferre significando k, idest personaliter faciendo, quod Christus fecit, an potius l utroque modo, ut fiat ritè Consecratio, explicare nostrum non est, sed Theologorum: nobis sufficit mone- re Sacerdotem, ut intendat se gerere, sicut intendit Ecclesia.

3. An item si quis mutet ejusmodi verba, proferendo v. g. sic, Hoc est Corpus Christi. Ecce Corpus meum. Hic cibusest Corpus

E 3 meum,

c In Opus. de Sacr.

Missæ, l. 2. c. 8. §. 5.

f Ita tenet De lugo d.

11. de Euc. n. 154. si

attenti legatur.

g Ita tenet Suar. d. 58

de Euc. sec. 7. c. 5. S. Th.

V. Quinta tamen.

h Durand. Innocent.

Ocag. alii- que ap.

Suarium, l. c. sec. 4.

i Vasq. d. 200. c. 2.

k Delugo d. cit. 11. n.

110. c. m.

S. Th. Val.

Suar. a- lisi.

l Suar. Vasq. Co-

nin. Delu-

go aliq. innumer.

citati à Lean. Tr. 7

d. 9. a. q. 7.

meum, Hoc sit, seu fiat Corpus meum. Ego confecto hunc panem in Corpus meum, Ego conficio Corpus meum ex pane. Accipite, & comedite hoc Corpus meum. Hæc est substantia mea. Hic est cibus meus. An, inquam, si quis in consecratione Corporis, (& quid simile in consecratione Calicis) ita proferat, conficiat Sacramentum, theologis *b* querendum, relinquamus. Profectò hæc, vel similes formæ, saltem dubiæ sunt, & aliquæ nequam sufficientes: Nam propterea ab illis, sub pœna peccati gravis abstinendum erit semper.

Afferamus nunc in singulis legitimæ formæ verbis, aliquid scitu dignum.

Hoc.

4. Quoniam pronomen (hic) est demonstrativum rei præsentis, ideo duo advertunt Theologi. Primò, debere materiam esse præsentem. Secundò debere esse certam, & determinatam, neq; enim de re distant potes cum veritate dicere, Hoc; Rursus neque de re indeterminata, de aliquo v. g. qui foras est infirmus inter decem homines, quemque tu, quia nescis, non vales determinatè designare, non potes cum simili veritate proficere; Hic homo infirmus.

Tria ergo habet de præsentia, tria de determinatione.

Materia debet esse præsens.

5. Primò, Sicuti non est necesse videre materiam consecrandam, neque illam tangere, ita nec est necesse est, sonum verborum formæ pervenire physicè ad materiam, secus submissa voce Sacerdos Formam proferens, quæ vox non pertingeret usq; ad materiam, non consecraret, quod est inauditum.

6. Secundò, Materia posita d à tergo, vel post parietem non consecratur. Addit e Coninck. nec hostia latens sub mappa Altaris, quia non potest quis pro illa sic posita uti pronomine (Hic) contra verò, materia coram Sacerdote collocata, quamvis linteo tantummodo cooperta, vel etiam clausa in Pixide, vel posita in Tabernaculo, seu Sacrario aperto, validè consecrabitur, quia rectè tunc aptatur illud (Hic) Dico, validè, nam quoad sicutum usum nullo modo hæc probanda ju-

dico, propter consuetum usum Ecclesiæ, contrarium facientis.

7. Quid si Tabernaculum sit clausum? Respondet. Aliqui æquiparant Tabernaculum clausum parieti, & consequenter negant fieri consecrationem. Aliqui g æquiparant Pixidi clausæ, & consequenter fieri consecrationem, affirmant; Tabernaculum enim quasi vas magnum est, inquit, ergo eo demonstrato, demonstratur, & id quod in illo continetur. Delugo *b* id sub dubio relinquit. Quidquid ergo sit de valore, tu ab hoc semper cave, quia semper illicitum. Et quidem si Tabernaculum sit apertum, siue clausum ex alio capite tamquam illicitum id reprobat, quia materia consecranda, vel debet esse in manibus Sacerdotis, vel super aram lapideam in Altari.

8. Tertiò, Certum esse, ait Sotus i posse hostiam consecrari, si distet à consecrante per decem passus: at si distet per triginta, esse ait, valde dubium. Non adesse ejusmodi dubium dicit Leander *k*, sed certum esse, validè sic posse hostiam consecrari. Ego cum Bonacina *l* incertissimum esse pronuntio, non enim video, qua ratione res à me per triginta passus distans, ita sit mihi præsens, ut de illa possim verè dicere (Hæc)

9. Huc reduci potest illa quæstio. An magna quantitas apponatur consecranda, solum illa pars Panis, vel Vini consecratur, quam Deus videt esse moraliter præsentem, an tota? Partem, putat Suarez *m*, totam Vasquez *n*, quia, hic judicat sufficere, si materia sit præsens secundum aliquid sui, id quod ille sufficere nequaquam putat; cautè denique Delugo *o* item dubiam relinquit.

Materia debet esse determinata.

10. Primò, notanda est doctrina, quam circa id assert Coninck, *p* docet enim tria. Primum, si Sacerdos velit consecrare quinque hostias, ex decem v. g. quas habet præsentis, eum debere determinare, quas in particulari velit, secus nihil facit, quia tunc materia non esset determinata. Secundò docet, posse eundem validè consecrare quinque, si mente intendat consecrare eas quinque, quas Petrus v. g. antea designasset. Tertiò docet, invalidè tamen consecrari, si mente intendat consecrare eas quinque, quas Petrus v. g. post consecratio-

secrationem designabit, quia Sacramenti consecratio, non potest pendere ab eventu, seu conditione futura:

11. Ego ex his primum & tertium cum sententia communi satis approbo: secundum, pace tanti Doctoris, nullo modo, sicuti nec approbant Suar. & Vasq. b. alique quia nisi 43. sec. 6. l. Petri, vel etiam Dei voluntas manifesta fiat b. Vasq. l. c. Sacerdoti, non potest Sacerdos, per pronomen, *Hoc*, designare, quas Hostias consecrare velit.

12. Secundò, si inter consecratas particulas per alicujus incuriam una, vel plures non consecratae in eodem cumulo immiscerentur, non posset ille cumulus absolute consecrari, quia caderet Consecratio in jam consecratas, quod esset sacrilegium. At limitare, puta cum intentione consecrandi eam, vel eas, quae consecratae non sunt, valide posset, quam sententiam ego alibi docui, & nunc in ejus confirmationem adduco Dianam d. & Leandrum e, quia sic consecratio non caderet in hostias consecratas, & ex alia parte, sat determinatae, designantur, dum designantur eae non consecratae, haec enim determinatae sunt; non autem vagae, vel confusae. Scio Delugo f esse contra me, qui denique dicit, propter dubiam consecrationem debere illum cumulum servari donec corrumpatur. sed mihi probabilior videtur nostra sententia.

13. Contingit non multis ab hinc diebus, ut Sacerdos cum attulisset ad Altare duas hostias, non advertens, unam alteri esse suppositam, de more consecrationis verba legitime protulerit. Quanam ex duabus consecrationem sortita est? Respondeo Neutram ajunt aliqui, g. aliqui h. solam unam nempe illam, quae erat in prospectu Sacerdotis.

Verum ego utramque longe probabilius; saltem regulariter in praxi puto, quia Sacerdos solet habere intentionem consecrandi quicquid habet in manibus.

Alios similes casus, valde ad hoc argumentum facientes, satis, superque consideravimus in dicto opusculo, k. de Sacr. Missae.

Est.

14. Vide quae mox dicam. num. 18.

Enim.

15. Haec particula non est de essentia formae, & quidem sine peccato mortali (prae-

ciso contemptu) omitteretur, quia satis est materiae parvitas. Immo non esse certum, fore mortale; si omitteretur ex contemptu, putat Sotus l., quia adhuc contemptus parvitate materiae non caret.

Corpus meum.

16. Si quis dicat, *Hoc est Corpus meum*, *Hic est corpus meum*, *Hic est corpus meus*, grammaticaliter labetur, sed valide m. consecrabit, quia mutatio est accidentalis.

17. Idem putat Leandrum de eo, qui dicat *Istud est Corpus meum*, quia pronomen, *istud*, licet aliud latine significet, aliquando tamen saltem ab indoctis usurpatur pro *Hoc*, o. Non idem esset si quis diceret, *Illud est corpus meum*, quia pronomen, *illud*, apud nullos est ostensivum materiae praesentis.

18. Quid si quis pronuntiet *Meum*, pro *Meum*. De hoc, & similibus audi Sotum p. qui sic habet.

19. Sunt autem peiores, quam scrupulosi & morosi, qui putant, si pro *Meum*, dicant, *Meum*, non consecrare: est enim deridendus scrupulus. Hispani namque agere proferimus M finale. Immo si pro, *Est*, velocitate linguae dicatur, *Es*, nullus exurgere debet scrupulus, quoniam T, post S, in fine difficile etiam Hispani pronunciant: Ex accommodatione enim usus, legitimus servatur sensus, sicuti in balbutientibus. Et paulo post. Immo quamvis non adhibeatur diligentia proferendi M finale in *Meum*, vel si forte non proferretur T in verbo, *Est*, nullam profecto reor culpam incurri: Deus enim non est, istarum minutiarum observator.

20. Haec Sotus; licet severius, quoad hanc diligentiam adhibendam, loquatur Fagundez, q.

21. In his autem, similibusque casibus adverto, Sacerdotem sic forte pronunciantem, non posse, prolata jam tota forma, iterum illam super eandem materiam proferre, quia tunc caderet consecratio in rem jam consecratam.

Hic est Calix Sanguinis mei.

22. Si quis proferat *Calis*, pro *Calix*, vel *Sanguinis* pro *Sanguine* (ita enim pronunciant Hispani) vel, *Hic est Calix Sanguinem*

1 Sotus in
4. d. 1. q. 1.
n. 8. §. si
autem.

m. Suar. d.
59. sec. 2.
Fag. prac.
Eccl. 3. li. 2.
c. 6. n. 18.
cum aliis
addens
validam
esse ab sol. se
ex igno. di-
cat Con-
fessor Ab-
sol. tibi.
n. Leand.
Tr. 7. d. 9.
q. 17.
o. Idem ib.
p. Sotus
apud Le-
and. l. c. q.
19. c.
quest. 20.

q. Fag. l. c.
num. 23.

a *Lean.* mei a, vel, *Hic est Calix Sanguinis mei*, idem
Tr. 7. d. 9. dic, quod modo diximus a *num. 18.*
q. 28. Alias similes formas Sanctissimi Sanguinis
b *Lean. l.* aequipollentes legitimæ formæ, unde aptas
c. 9. 2. 1. 25. ad consecrationis valorem, sed certè (quia
26. 27. 28. sunt contra usum Ecclesiæ) illicitas, vide latè
Enc. apud Leandrum *b*, & Fagundez. *c*
c *Fag. præ-*
cep. Eccl. 3. Novi, & æterni testamenti, *Mysterium Fidei*, qui
l. 2. c. 6. à pro vobis, & pro multis effundetur in re-
num. 18. missionem peccatorum.

23. Celebris hic est quæstio, an hæc verba præter illa (*Hic est Calix sanguinis mei*) sint de essentia formæ Calicis. Varii Varia. Profectò si quis Latinus ea omittat, peccabit mortaliter, quia in re gravissima negliget præceptum, vel, usum antiquissimum Ecclesiæ. At validane fiet consecratio? Respondeo, esse valdè probabile, & mihi certum, validam fieri, sed non esse omnino sine controversia. Nam multi Thomistæ omnia illa verba, modò posita, requirunt ad valorem, quæ est quæstio celebris, latè agitata à Delugo, & aliisque ab eodem citatis. Unde prudenter advertunt nunc nulli e, Sacerdotem, vel debere habere intentionem consecrandi calicem, per hæc omnia verba, vel, si nolit rem ipse decernere, (ut certè omnibus auctor sum, ut non decernant) debere se referre ad intentionem Ecclesiæ, intendendo consecrare per ea verba, quæ Ecclesiæ intendit. Cum enim nomine Ecclesiæ intelligatur morale Ecclesiæ corpus, cuius caput est CHRISTUS DOMINUS, etiam si omnes Fideles id nesciant, scit certè ipse Christus, qui hoc Sacramentum instituit, &c.

Quòd si contingat mori Sacerdotem, nondum prolatis prædictis verbis, prædicti Thomistæ dicerent, reiterandam fore totam formam, ab eo Sacerdote, qui de more supplere debet sacrificium inceptum, atque inrerim illum Calicem esse sub conditione adorandum, ut signatè dicit Bonacina. *f*

f *Bonac.*
ibid. n. 4.

CAPUT III.

De intentione requisita ad Consecrationem.

Remissivè.

g *Supra li.* DE hac locuti sumus in Tract. *g* de Sa-
1. c. 2. §. 1. cramentis in genere, & rursus in O-

puf. *h* de Sacr. Missæ, quare de illa hic displicere, opus non est.

h *In opus.*
Sac. Missæ
lib. 2. c. 1.
à §. 2.

CAPUT IV.

De dispositione, quæ requiritur in suscipiente Eucharistiam.

Remissivè.

1. Sive de corporali, sive de spiritali, quæ hic requiritur, actum est pluribus in Opusculo de i Communionem, non igitur de ea hic iterum agere oportet.

2. Nisi fortè id in præsentia addendum sit, c. 1. & 2. quod ad spiritualem dispositionem reduci commodè potest, quodque ibi omittere brevitatis coëgit. Id igitur hic agamus, quæramusque, an sit majus bonum spirituale sumere plures particulas, quando quis communicat, quam unam: & consequenter an licitum sit, illas plures sumere? quod idem quærere possumus de majeri, vel minori hostia, parciore, vel largiore potu Sanctissimi Sanguinis, &c.

3. Ad utrumque Respondeo, utilius quidem esse, atque adeo majus bonum spirituale plures sumere, non per se, sed per accidens, & nihilominus esse illicitum id facere de industria. Explico breviter, quod pluribus proficuntur *k* Theologi.

4. Est probabilis opinio apud eosdem, & signatè advertit *l* Vasquez, Eucharistiam toto tempore, quo durat ejus species in Stomacho, posse causare gratiam. Quando enim Christus Dominus est apud nos sacramentaliter, si nos actus devotionis plures, & plures tunc exhibeamus, ipse causat in nobis gratiam, ad quam per eos actus disponimur. Quoniam ergo sumendo plures particulas, vel hostiam majorem diutius Christus Dominus apud nos, ut ita dicam, hospitatur, longius tempus habemus, quo actus plures, & plures devotionis exercere valeamus, & consequenter majores effectus gratiæ consequamur, unde utilius nobis sit, plures accipere.

5. Et nihilominus repeto, nec Sacerdoti licitum esse alteri dare, nec Fideles sumere particulas plures, etiam omni cessante scandalo, & propter dictum finem majoris gratiæ. Nam ad necessitatem consumendi

v. g.

De Præcepto Communionis.

Duplex præceptum alibi diximus esse de suscipienda Sacra Eucharistia, scilicet in e periculo mortis, & d in c In Opus Paschate, ibidemque sufficienter egimus de de Comm. utroque.

Advertere tamen libet duo. Alterum pertinet ad Communionem in periculo mortis, §. 4. à n. alterum ad Communionem in Paschate. 44.

§. I.

An in periculo mortis aliquando liceat communicare sub speciebus SS. Sanguinis?

IN aliquo casu ita necessario, ut deberet Fidelis decedere ex hac vita sine Viatico, nisi communicaret in utraque specie, vel nisi communicaret in solo Sanguine, quod evenire posset, quando infirmus non haberet vires deglutendi Sacram Hostiam, sed solum res liquidas, puta vinum, vel hostiam vino madefactam. In aliquo, inquam, ejusmodi casu, id liceretne?

1. Respondeo, Concedit esse probabile in tanta necessitate Leander & citans alios, & in e Leand. rer ceteros Nunnum, qui tamen requirit consensum Episcopi. Cum autem Leander loquatur absolute, videtur id concedere, etiam si infirmus recepisset Sacramentum Pœnitentiæ, vel Extremæ-Unionis, atque adeo, etiam si probabiliter judicaretur esse in statu gratiæ.

3. Verum negant Suar. f Fagundez, Grana- f Suar. do, alique, quos ego malim sequi, quia, quod fag. Grā. Pontifex Summus aliquibus, quos enumerat alique citatus Leander, id concesserit in nonnullis apud Le- casibus ab eodem enarratis, jam scio: At, quod and. l. c. semper pro proximè morituris non valentibus hostiam absolvere, Pontifex in Ecclesia Latina dispensaverit, nunquam legitur. Immo tum ex ejusdem Ecclesiæ more, quæ in reverentiam tanti Sacramenti semper vult, ut illud ministraretur debitis modis, tum ex Tridentino g, quod integrum hoc negotium, g Triden. concedendi alicui Nationi, vel Regno, utramque speciem, remittit singulari Prudentiæ ne. Summi Pontificis, ostenditur, nolle Ecclesiam

6

conce-

v. g. particulas consecratas, cum renovatur Sacramentum, vel propter similem necessitatem id fiat, licitum esse, immo pium, nulla est dubitatio. Ratio autem nostri dicti ducitur, a Henric. sive ex a usu antiquo Ecclesiæ in re gravi, sive l. s. c. 43. ex periculo, quod posset sensim introduci su- n. 1. & lit. perstatio, vel opinio aliqua nova, de virtute K. G. Hurt hujus Sacramenti, nam propterea Inquisito- & Vasq. ll. res solent contra id facientes diligenter pro- cedere. Audi b Vasquez sic loquentem. Quam- vis id seculo scandalo, non per se illicitum sit, cu- randum tamen esset, ne major quantitas specie- rum mulieribus ignorantibus daretur. Quia li- cet tolerabilis esset usus propter opinionem aliquo- rum, tamen introduci posset falsa opinio de veri- tate hujus Sacramenti, ut eo major existimaretur, quo plures essent species panis, aut quo major quantitas illarum esset. Hæc Vasquez.

In quibus. Nota illud, licet tolerabilis esset; non enim dicit; licet sit, sed; esset; quasi dicat, Concedatur gratis, esse tolerabile, non est tamen faciendum, propter dictum periculum.

6. Volo item, ut adnotes, licet hoc periculum non esset in viro Theologo, & docto: tamen contra hunc militaturam primam rationem de usu Ecclesiæ in re gravi.

7. Solum excusarem illum, qui libentius grossiorem hostiam, vel aliquid plus vini in Calice poneret motus à dicto fine habendi diutius apud se Christum Dominum, modò non excedat hostiæ, vel vini quantitatem, plus, minusque apponi solitani, excusarem, inquam, propter ejusmodi devotionis affectum, at si excedat, excusare non possem; sic enim dictum usum Ecclesiæ non custodiret.

8. Neque obstat major devotio ex diuturniore motu Christi Domini, neque obstat, inquam, quia si quater v. g. in die communica- res, etiam major esset devotio, & diuturnior Christi præsentia, nec tamen id faciendum, quia non est negligendus usus Ecclesiæ, semel communicandi in die. Judicatur enim satius esse, has rationabiles, & reverentiæ Christo debitas consuetudines ad unguem servare, quam illegitimo illi, ut sic loquar, affectui devotionis indulgere: præsertim cum ea de- votio alia via possit, puta bonis operi- bus, & ferventibus animi mori- bus compensari.

concedere ejusmodi facultatem, nisi hic, & nunc Summus ipse Pontifex, causis expensis, expresse concedat, non autem id remitti cui-cumque pro dicta necessitate morientium.

*a Delugo
in Resp.
Mor. lib. 1.
dub. 10.
nu. 2.*

4. Post hæc scripta incidi in Responsa Moralia Ioannis Delugo *a* negantis cum Suario, posse dari Sanctissimum Sanguinem moribundo non potenti Sacram Hostiam deglutire.

5. Addo duo: Primum, in eo casu posse infirmo non potenti siccam hostiam absumere, tradi exiguum particulam hostiæ consecratæ intinctam vino non consecrato, nam sic facile posset eam deglutire, & ex alia parte pro Viatico non requiritur jejunium rigorosum naturale, &c.

*b Leand.
l. c. qu. 30.*

6. Secundum, non propterea *b* prohiberi, laicum assumere Calicem, si forte mortuo Sacerdote esset periculum, ne indignè Sacer sanguis tractaretur ab Hæreticis, vel ne verteretur in acetum, vel ne, casu projectus in terram, non esset Sacerdos, qui posset lambere, vel sumere. Nam tunc reverentia ipsa, Sacramento debita, de jure naturæ requirit, etiam à laico posse reverenter absumi. Quæ dispositione animi vide in Opusc. *c* nostro de Communionem.

*a In opus.
de comm.
toto c. 2.*

§. II.

An possit concedi dispensatio De non communi-cando in Paschate?

E Narrabo, ut id explicem, casum olim mihi propositum. Versabar Agrigenti ob quadam nostri ordinis negotia, ab Eminentiſſimo Cardinali Rodolfo, per id tempus Agrigentino Episcopo, expedienda; Dies erant, quibus festæ Paschales celebrabantur; Quando ex vicinis oppidis quidam Diocesa-nus Agrigentum accessit, postulans ab Episcopo, vel Dispensationem non communicandi in Paschate, vel communicandi non jeju-nare. Affererat enim ex medicorum scripto testi-monio, se non posse absq; notabili, ac gra-vissimo vitæ periculo, vel paucis horas sine nova cibi assumptione transigere. Quare, aut Communionem eo Paschali tempore omittere, aut cibatum communicare oporteret. Magna exorta est disputatio in Episcopi aula inter illos, sive Theologos, sive Canonistas, qui Cardinali assidebant, aliquibus afferentibus

debere huic concedi facultatem communi-candi non jejunum, ut Præcepto de Commu-nione Paschali satisfaceret, aliquibus contra contendentibus, satius fore, si concederetur dispensatio non communicandi, ne scilicet violaretur præceptum tam antiquum, & tam debitum reverentiæ hujus Sacramenti de Co-municando jejunare. In tanta perplexitate, quod-nam ex duobus hisce præceptis, prævaleret, quodque alteri cedere deberet, dubitatum per plures horas fuit. Ecce autem cuidam ex illis menti occurrit hominem è Societate JESU per eos dies Agrigenti commorari; quare id aliis suggestit, qui communi consensu Reve-rendum Archidiaconum Don Joannem Gi-fisum, in cujus ego domo exceptus hospita-bar, à me sciscitatum miserunt, quid ego de il-la quaestione sentirem. Equidem fateor, me tunc satis juvenem, nec valde in ejusmodi moralibus quaestionibus instructum, hæsisse ad postulatam. Verum, (ut solet in subitis ca-sibus) non quidem ingenium, (quod admo-dum tenuè mihi inesse animadverto) sed re-spondendi necessitas viam aperuit ad satisfaciendum postulantibus satis expeditam. Ita-que respondi, mihi videri, in proposito casu E-minentiſſimum Dominum neutrum ex dictis præceptis posse, vel debere dispensare, cum utrumque probè valeat ab infirmo illo Diocesa-nano factum rectum custodiri. Poterit enim is prædicta fame, nec alia (ut idem ipse fateba-tur) infirmitate laborans, aliquid cibi sumere ante mediam noctem, & post unam, vel alte-ram sequentis diei communicare, cum jam sit, quoad sequentem illum diem satis, super-que jejunus. Plausum dedit, etiam manibus, nec solum voce, ad responſionem Archidia-conus. Et, O, quam quam bellè, inquit, & ex-peditè utrique præcepto satisfactum est, quo-tum neutrum Eminentiſſimus Cardinalis dis-pensare merito hætenus recusavit. Sic ille, nec amplius, tum ipse, tum alii de ea quaestio-ne (cuiam facilius ex illis duobus præceptis dispensationem concedi, liceret) fuere sol-lliciti.

2. Porro ego illi plausui nihil aridens, erubui, non, ut putavit Archidiaconus, ob conce-ptam ex dato plausu modestiam, sed prop-terea, quod quaestionem illam, ut de ea erat directa postulatio, si forte amplius instiſſer, evoluerè, nescivissem. Quare reſedit animo propositum, ubi opportunitas librorum mihi suppe-

supperet, diligenter perferendi, ecquidnam Doctores de illa decernerent. Verum, ut in similibus sit, cum aliis fuisset distractus negotiis, studiisque, à mente prorsus excidit penitusque refrigit ardens illud inquirendi desiderium: nunc verò, dum post triginta quinque ferè annos hæc scribo, in mentem tempestivè redit antiquum illud propositum, autemque vellicat, ut breviter in lectorum gratiam id meo more discernam.

3. Præmittendum est, præceptum assu-
mendi Eucharistiam jejune, esse totum Eccle-
siasticum, ut docent omnes communi calcu-
lo Theologi, à communicandi vero in Pa-
schate esse partim Ecclesiasticum, sed ex ori-
gine, Divinum: quatenus scilicet CHRIS-
TUS Dominus præceptum adultis dedit
communicandi aliquoties in vita, (nec so-
lum semel, ut e aliqui minus probabiliter pu-
tant) in illis verbis: *Nisi manducaveritis Car-*
nem filii hominis, non habebitis vitam in vobis.
Sed quia tempus non determinavit, ideo Ec-
clesia suo præcepto prædictum tempus pro
adultis designavit, affixitque Paschalibus fe-
riis. Ex his jam colligis, urgentius, ac fortius
præceptum esse de communicando in Pa-
schate, quam de communicando jejune.

4. His habitis, dico Primò, Summum
Pontificem (nam mox de Episcopo) posse fa-
cilius dispensare præcepto de jejune commu-
nicando, quam præcepto de communicando
in Paschate. Patet ratio ex dictis, quia in prio-
re dispensat in suo præcepto, in posteriore
dispensaret in suo quidem, sed quod est Divi-
no, ut ita dicam, immistum, nam propterea
dotanda est limitatio, mox nu. 6. proferenda.

5. Est quidem rectè Delugo d. quærens, An
Summus Pontifex obligetur communicare
in Paschate, ait, probabile esse, quod si hanc
legem Ecclesiasticam communicandi in Pa-
schate, non omnino tolleretur, quoad se, Ponti-
fex, sed alteraret, quoad tempus, volendo,
quod determinatio temporis quoad se, esset,
pro aliqua vice, annus v.g. cum dimidio, non
peccaret graviter utique, quia dispenseret in
lege propria: Quasi dicat Delugo, potest Pon-
tifex differte, non vero præceptum tollere,
quia non potest tollere id, quod de præcepto
Divino est.

6. Ex qua doctrina vides, Summum
Pontificem posse quidem huic semper esu-
cienti Fideli, de quo loquimur, ne jejunos

communice, dispensare, dispensat enim in
proprio, id est, Ecclesiastico præcepto, ut ali-
quando Carolo V. dispensasse, etiam devotio-
nis causa, dixi ex Famiano in Opusc. de
Comm. c. 2. §. 8. nu. 46. At vides insuper non
posse eundem Summum Pontificem dispen-
sare, ut nunquam communice, quia dispen-
saret in præcepto Divino: solum enim pos-
set, ut communionem pro aliquo tempore
differret, quia sic dispenseret, ut dictum est,
in Ecclesiastico.

Dico Secundò. Episcopum non posse dis-
pensare, ne quis non jejunos communice,
multò minùs propter prædictam originem à
præcepto Divino, ne quis communice in Pa-
schate. Ratio est, quia hæc sunt præcepta to-
tius Ecclesiæ à Conciliis, Summoque Ponti-
fice impositis, in quibus nihil potest Episco-
pus, qui est Papa inferior, ut est omnium vul-
gata doctrina, nisi fortè in aliquibus legi-
bus, quarum dispensationis necessitas fre-
quenter occurrit, ut in legibus de jejunio Ec-
clesiastico, de laborando diebus festis, &c.
Tunc enim potestas dispensandi conceditur
Episcopis ob bonum, ac suaverè regimen Fide-
lium. Cum ergo necessitas dispensandi in
duobus præceptis, de quibus præsens est dis-
putatio, rarissime occurrat, Episcopis inte-
gram non est dispensare, & Eminentissimus
Cardinalis Rodolphus, eam dispensationem
merito concedere, recusabat.

9. Sed fac, hominem illum continuato ci-
bo indigentem, uti remedio modo allato
communicandi post mediam noctem, sive
per possibile, sive per impossibile nequaquam
posse, omni ne remedio carebit?

10. Respondeo, Si prædictus in periculo
mortis sit constitutus, jam poterit non jeju-
nus per modum Viatici communicare: Si est
sanus, jam tempus superest recurrendi ad
Summum Pontificem, ut concedat saltem a-
liquoties, ut quamvis alias sanus, non jeju-
nus communice. Si denique interim super-
veniant feræ Paschales, dum expectatur
Pontificis rescriptum, ipse verò, nec est in pe-
riculo mortis, nec uti potest, (sicut tu Me-
taphysicè supponis) illò remedio comedendi
ante mediam noctem, excusabitur à præcep-
to tunc adimplendo, tanquam ipsi tunc red-
dito moraliter impossibili, seque tunc gerere
poterit, ac si esset in loco, ubi nullus est Sacer-
dos, nulla Eucharistia &c.

c. Apud
Castrop. T.
p. Tr. de le-
gibus d.
Et apud
Dian. p. 7.
Tr. 10.
ref. 36.

Atque hæc de Eucharistiæ Sacramento, in præsentis tractatuncula; cætera enim ad illud pertinentia, lætè, ut sæpe monui, sunt petenda à nostris Opusculis de Communione, & de Sacrificio Missæ.

FINIS DE EUCHARISTIA.

Laus Deo, Beatiss. Virgini, ac B. Aloysio.

LIBER QUINTVS. DE SACRAMENTO POENITENTIÆ.

MEMINERIS, Lector, Me de hoc Sacramento in Opusculo Methodi Confessionis multa scripsisse. Ea igitur solum, quæ ibi locum non habuerunt hic nostro more, hoc est breviter explicanda.

CAPUT I.

Materia, Forma hujus Sacramenti, & Dispositio præsentis Tractatus.

Materia remota.

a. S. Tb. 3.
p. q. 84.
ar. 2. &
Theologi
hic passim.
b. Trid. sess.
c. 4. c. 1.
c. & Can.
1. 2.

1. **M**ateria remota Sacramenti Pœnitentiæ a sunt peccata, non quidem materia, ex qua, sed circa quam illud versatur.

2. Porro nomine peccatorum non intelligimus b nec peccatum originale, nec ea, quæ ante Baptismum fuerunt commissa, sed commissa post ipsius susceptionem; illa enim priora delet Baptismus, hæc Pœnitentia, quæ propterea appellatur à Patribus *Secunda tabula post naufragium*. Peccatum fictionis, ut vocant Theologi, (quod est illud, quo quis adustus sine debito dolore peccatorum à se commissorum, ad Baptismum fortè accedit, vel accedit cum voluntate aliquod peccatum mortale committendi) est etiam materia hujus Sacramenti Pœnitentiæ, unde in Confessione Sacramentali explicandum, ut alibi latius probatum à nobis est in Tractatu Theologico de Sacramentis, quia hæc peccaminosa fictio consummatur in aliquo posteriori à Baptismo; prius enim intelligi debet Baptismus constitutus, & deinde ejusdem prava

susceptio; Quamvis igitur voluntas malè suscipiendi præcedat Baptismum: unde hæc non est materia Pœnitentiæ; ipsa tamen mala susceptio Baptismum consequitur, ac materia Pœnitentiæ esse potest, & debet.

3. Peccata mortalia, alias confessa, & ritè absoluta, ut item peccata venialia, sunt materia quidem sufficiens, & idonea hujus Sacramenti, sed non necessaria; illa enim jam remissa supponuntur, hæc verò possunt aliis modis remitti.

Materia Proxima.

4. Materia proxima sunt actus pœnitentis, hoc est oris Confessio, Cordis contritio, Satisfactio. Et cordis quidem Contritio non est solitariè accipienda, sed ut sensibilis sit per Confessionem. Satisfactio autem non est pars essentialis, sed integralis, pertinens ad ejus perfectionem, nec ita tamen, ut est cor, & caput in homine, sine quibus persistere homo, nullo modo potest, sed ut pedes, & manus, quæ sunt partes hominis integrales secundario: potest enim hoc Sacramentum, quoad essentialiam, & quoad principales partes, constare sine Satisfactione, ut ostendit perpetua Ecclesiæ praxis, qua absolvitur mortui proximus, quando nullam suscipere pœnitentiam, valet, per quam satisfaciatur.

Forma

Forma.

§. Forma denique est absolutio, verbis prolata à legitimo peccatorum Iudice, nempe à Confessario, Ego te absolvo, &c.

Dispositio presentis Tractatus.

6. His distinctis, ut hujus Sacramenti tota Tractatio absolveretur, percurrenda essent hujusmodi dictæ partes, hoc est Oris Confessio, cordis Contritio, Satisfactio, Absolutio. Verum quia de his à nobis satis, superque tractatum est in Methodo expeditæ Confessionis, ne cum molestia legentium, hic eadem repetamus, ab iis tractandis meritò abstinemus, ut ea afferamus in medium, quæ ibi locum habere pro meo instituto, quod ibi suscepi, non potuerunt: Hæc autem ad tria reduco, Ad obligationem, quam quisque Fidelium habet recipiendi Sacramentum Pœnitentiæ, Ad Potestatem, Jurisdictionem, Approbationemque legitimam Ministris hoc Sacramentum conferentis, Ad Casus reservatos, à quibus non omnes ex dictis Ministris absolvere possunt. Faveant conatibus nostris Cælitæ, faveat Virgo, faveat Deus, à quo, ut aliquid proferam lectione dignum, in hoc argumento tam obvio, atque à tot sapientissimis viris agitato, oro supplex, & obsecro.

CAPUT II.

De præcepto suscipiendi Sacramentum Pœnitentiæ.

1. **S**upponimus tanquam omnibus Theologis exploratum, probatumque ex illis verbis Christi Domini Joan. 20. *Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiseritis peccata, remittantur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt*, addita Ecclesiæ traditione, esse præceptum Divinum de hoc Sacramento suscipiendo impositum iis, qui laborant mortalibus. An extra articulum mortis urgeat hoc divinum Præceptum. Vide apud Dianam part. 1. r. tractat. 8. Resol. 38. & 39. Supponimus item de eodem esse præceptum, à Ecclesiæ, ut saltem semel in anno ab iisdem, si aliquo mortali graventur, suscipiatur. Quoniam

a C. omni
utrinque
sex. de pœn.

vero de tota hac re satis diximus in Opusculo ex remiss. Meth. Conf. Dux hic supersunt quæstiones, Trid. sess. 14. c. 5. fin.

§. I.

PRIMA QUÆSTIO.

An obligentur Fideles Confessionem prædictam exhibere semper per voces, non verò per Scripturam?

1. **R**espondeo, Nisi necessitas aliud cogat, ut in surdo, muto, &c. in quibus satis sunt nutus, Confessio semper fieri debet per voces, ut colligitur ex Sacro Textu. b Unde b C. Quem mortaliter peccaverit, qui aliter faceret, esset pœnitens. De Pœnit. d. 1. Conceditur nihilominus à pluribus c pœnitentem, vel ob maximam verecundiam, vel ob loquelæ impedimentum (adderem ego si habens, vel ob scrupulos, quando se melius explicare pœnitens putat per Scripturam) posse exhibere sua peccata Confessario præsentem, atque immediatè à præsentem absolvi: & tutius quidem fieri, si pœnitens antequam absolvetur dicat, *Ego cum dolore confiteor omnia peccata, quæ hic legisti, &c.* lege mox dicenda numero 3.

DUBIUM INCIDENS.

An possint absentes absolvi.

2. Ex dictis, quod aliquando liceat per Scripturam confessio exhiberi Confessario præsentem, & ab eodem præsentem absolvi, oritur cupido sciendi, an etiam id liceat in absentia?

3. Respondeo, Nullo modo, nec licere, nec valide fieri posse, decrevit Clem. VIII. his verbis: Hanc propositionem, id est Licere per literas, seu per internuncium Confessario absenti peccata confiteri Sacramentaliter, & ab eo absente absolutionem obtinere ad minus, ut falsam, temerariam, & scandalosam Sanctissimus damnavit, ac prohibuit sub excommunicatione lata, Pontificique reservata, aliisque pœnis, &c.

4. In ejus explicationem satis sit notare duo. Primo, non solum, ut illicitam ejusmodi Confessionem, Absolutionemque ab absente

G 3

colla-

collatam prohiberi, sed (quidquid aliqui contra dicant) etiam ut invalidam. *a* Ratio mihi non inefficax est, quia si esset valida, non posset assignari ratio, cur aliquando, puta in extrema v.g. necessitate moribundi, non posset licite absenti absolutio conferri; tunc enim si licita aliquando posset esse, non potuisset à Pontifice semper damnari.

5. Nota secundò, prædictam propositionem, à Clemente prohibitam, duas habere partes; unde valde dubitatum fuisse inter Theologos, utrum in sensu conjuncto, an in sensu disjunctivo ex sumi deberent? Verum, debere in sensu disjunctivo, ego pro certo habeo. Explico, quod dictum est, & probo.

6. Dubium esse potest. An Clem. VIII. damnet simul hæc duo, scilicet, posse fieri confessionem absenti, & à Confessario absenti absolutionem obtineri, quo pacto illud (&) sumeretur in sensu conjuncto: & sic non damnaretur, qui solum unam partem ex dictis affirmaret v.g. Confessionem solum posse fieri absenti, vel affirmaret, Absolutionem solum posse dari absenti. An potius dictus Clemens damnet hæc duo etiam separatim sic. Damno eum, qui affirmat, Confessionem posse fieri absenti, & Damno etiam eum, qui affirmat posse dari absenti absolutionem, quo pacto illud, (&) acciperetur in sensu disjunctivo.

7. Video utrumque sensum verbis Clementis dari posse. Sed certum, ut dixi, ego ex sine intento à Pontifice iudico, sensum esse posteriorem, id est, sensum disjunctivum. Nec novum est illud (*Et*) sumi in locutionibus pro (*Vel*) nam sic Aristoteles dixit. *Naturam esse principium motus, & quietis*, id est, *vel motus, vel quietis*. Qui modus locutionis habet

b Coniunct. betur in iure *b* non semel, & videri potest apud *l. sape ff. De Barbosam.* *c* Ratio autem data doctrinæ est, *Verb. sign.* quia secus, qui separatim diceret Absolutionem posse conferri absenti, non damnatus fuisset à Clemente. At ipse hanc propositionem maxime damnare voluit, siquidem de ea maxime ejus ætate disputatum est contra aliquos, id concedentes propter rationem iudicii, in quo sententia dari solet etiam in absentia delinquentis. Adde Sacram Congregationem Sancti Officii (ut refert Delugo) *d* declarasse, non subsistere interpretationem illam, quæ dicit Confessionem posse fieri ab-

senti, dummodo Absolutio detur præsentis. Hæc de hac materia nobis dixisse sufficiat.

8. Non tamen puto Confessionem fieri absenti, si quis mittat sua peccata scripta Confessario absenti, & deinde conveniens eundem Confessarium, dicat, se fateri omnia illa peccata, ad ipsum scripta, nec alia præter illa scripta postea commississe, non, inquam, puto hanc Confessionem fieri absenti, satis enim per verba prædicta fit Confessio coram. Lege Dianam p. 2. Tr. 7. Ref. 1. ubi aliquando obligaris, sic per interpretem confiteri? & ibid. Ref. 30. Late an possis?

9. Hac occasione solet quæri, quando, & quomodo possit, vel debeat dari absolutio proximè morituro, qui, vel non petit Confessionem, vel petit absente Confessario? Sed de tota hac praxi satis diximus in Methodo, & exp. Confessionis.

Praxis circa qualitatem præsentia requisita in hoc Sacramento.

10. Leander *f* cum proposuisset, An si Sacerdos inadvertenter poenitentem non absolutus, possit illum parum distantem absolvere? Respondet, posse, si poenitentem nequeat revocare sine scandalo, vel alio incommodo. Secundò, addit rationem, quia ad absolutionem non requiritur contactus physicus, sed nam alius. satis est præsentia moralis. Tertiò, superaddit, satis esse ad præsentiam moralem, si Sacerdos videat poenitentem, aut alio sensu illum percipiat. Quartò, assert Molfesum dicentem *g* in dicto casu, si poenitens sit moraliter præsens, nempe parumper distans, etiam viginti passus, posse à Confessario absolvi, modo ex qualitate personæ probabiliter constet, poenitentem non incidisse in novum mortale. Quintò, denique docet, certum esse contra aliquos doctos Recentiores, non posse absolvi moribundum v.g. existentem in domo à Confessario, qui domum nondum ingressus est, quia in hoc casu nulla est præsentia moralis. Hæc ex Leandro: quæ tamen ita mihi placent, ut ex illis unum omnino displiceat, & alterum examini subijciendum putem.

11. Primò enim displicet mihi, & fortè etiam aliis, quod tertio superaddit, nimirum satis esse ad præsentiam hanc moralem, si Sacerdos videat poenitentem. Hoc valde difficile

c Opusc. Meth.

Confess. l. 2. c. 10. §. 1. d. nu. 13.

f Leand. de Sacr. Pen. d. 2. q. 30.

g 31. cit. vocare sine scandalo, vel alio incommodo. rans O. chag. Dian. nam alius.

g Molfes. Summa Tr. 7. cap. 1. num. 59.

§. II.

SECUNDA QUÆSTIO.

De Præcepto dato Medicis circa Confessionem
Ægotantium.

cile est. Nunquid, si meus pœnitens post confessam peccata ab extremo magnæ cuiuspiam Ecclesiæ ad aliud extremum, quantum scilicet à meis oculis videri, etiam commodè, posset, validè ego illum absolvam? Erit hæc præsentia moralis pro audienda confessione, imò etiam pro assistentia Missæ, quando Templum plenum est audientibus, quia omnes faciunt unum populum, ritè Missæ assistentem: at certè præsentia moralis non erit pro Absolutione, quæ maiorem propinquitatem requirit, nempe illam, quæ est in Iudice, non Reum, quomodocunque, sed ex Clemente VIII. ut diximus, reum præsentem condemnante, vel absolvente. Ecquæ tandem est hæc? Profectò illa, quæ solent communi voce, etiam aliquanto altiore homines cum hominibus loqui. Hæc enim est præsentia moralis, propria huius Sacramenti, instituti per modum iudicii humani.

12. Secundò, examini, ac Sapientum iudicio submitte illud de Viginti passibus: si enim distantia ejusmodi iudicetur à Sapientibus esse apta, ut, modo dicto, homines loquantur, apta iudicetur, & hic, secus non item.

13. Ex iis, quæ dicta sunt, potest solvi illa communis quæstio de eo Sacerdote, qui lethaliter vulneratum in via veller absolvere à fenestra ob periculum, ne sine absolutione moriatur vulneratus. Dico, n. validè, & licitè posse, si parum fenestra distet, explicando hoc (parum distet) eo modo, quo jam jam dictum est, secus ex se non posset. Dico (ex se) nam hic, & similes casus illud proprium habent, ut si tibi appareat fenestra aliquanto altior, ita ut dubius sis de præsentia debita, tunc, quanta potes contentione vocis, moribundum absolvas, sub conditione tamen (quæ sanè conditio si mente retineatur, sufficit) ut in similibus dubiis, fieri posse, diximus.

a In Meth. Conf l. 2.
p. 10. m. 2.
a alibi, animo semper iterum absolute illam cum suis debitis conditionibus, sive per se, sive per alium conferen-

1. **H**uc commodè reducitur illud Præceptum Ecclesiasticum, quo b Pius V. b Pius V. præcepit, ne Medici incipiant ægros cura-^{sup. Gre-}re, nisi eos moneant de faciendi peccatorum ^{gem.} confessione, neque eosdem ultra tertium diem visitent, nisi ipsis de confessione facta constet, per testimonium Confessoris, scriptis datum, additque, ut Medici, antequam Doctoratus gradum assumant, hoc præceptum, se observaturos, jurent.

2. Profectò multa ex his temperavit ipsa ^{c Suarez} consuetudo. Primò, ergo id intelligitur de ^{de Pœn. d.} morbis periculosis. Secundò, sufficit testi-^{35. sec. 3. m.}monium domesticorum, vel ipsius ægroti, si ^{5. Sanc. l. 3.}appareant fide digni. Tertiò, satis erit, si Me-^{Sum. c. 10.}dicus admoneat ægrotum per alios. Quartò, ^{Scortia in}si ægrotus est obstinatus in respuenda Con-^{conf. Pon-}fessione, non est deferendus à Medico, si, ipso ^{tificis Ep.}se retrahente, grave periculum infirmus in-^{38. Theor.}curat; sicuti, nec deferitur ægrotus Turca, ^{215.}qui obstinatè respuit Baptismum, quia id esset contra charitatem. Pius autem jubet, ægrum deferri, quando desertionis timore respicientia speratur infirmi. His autem dictis non obstat iuramentum, datum à Medicis; illud enim intelligitur dari, secundum usum receptum.

CAPUT III.

De Potestate Ordinis, quoad absol-
vendum.

1. **N**ostrium hic non est confirmare contra Hæreticos, solum Sacerdotem Ministrum esse legitimum Sacramenti Pœnitentiæ; id enim est ab Eugenio IV. & à Tridentino manifestè definitum. ^{d Eug. 4.}Quare suspectus est de hæresi, qui sive in ^{Decret.}Clericus, sive Laicus, cum non sit Sacerdos, ^{Fidel.}Sacramentum Pœnitentiæ administrat, & e ^{Trid. sess.}Tridentino ^{14. c. 6.}prohibendus ab Inquisitoribus, & eidem à Fi-
delibus denunciandus erit.

2. Et

a Urban.
VIII. Apo-
stolat. Of-
fic. Lege
etiam Bul-
lam Greg.
XIII. c.

de eadem
hac re.
b Carena
l. mox ci-
tando.

c De lugo
de Sacr. d.

18. n. 14.
dicens hac
esse verio-
rem sen-
tentiam,
citatas

iteru The-
saur. de
pœnis Ec-
clesiasticis,
V. Absol-
vo. c. 1.

d Leander
de pœn. Tr.
ibidem, non
§. disp. 11.

q. 6.
e In Tr. de
Irreg. ubi
de irreg.
ex prava
ordinis

usurpatione.
f Gasp.

Hur. d. 2.
de irregul.

diff. 1. n. 5.
g Carena

de Off. In-
quis. p. 2.

Tit. 11. §. 3.
h Seelles

de Inquisi-
tione lib.

1. p. Reg.

126.

2. Et quidem Urbanus a VIII. addidit com-
mittentem hoc crimen, hoc est absolventem
peccata, ut etiam celebrantem Missam sine
Sacerdotio, si complevit ætatis annum vigesi-
mum, debere dari Curie Sæculari, ut debitis
pœnis puniatur.

3. Nota quatuor. Primò, in Hispanica, ar-
cle. VIII. que aded in Sicula Inquisitione non solere b
pœnam mortis imponi, sed alias mitiores pœ-
nas, etiam si complere, id est, audiendo pecca-
ta, & ea absolvendo. Sacramentum hoc ab
ejusmodi non Sacerdote administratum
fuerit.

4. Secundò nota, hunc non Sacerdotem, sic
delinquentem, fieri irregularem, immò, si de-
lictum notorium sit, etiam infamem ex Delu-
dicens hac go. c Sed irregularitatem hanc negat Lean-
der, d quia non est jure expressa. Verum ego
cum distinctione loquor, ut fuse alibi e de-
claro, ac Laicum omnino ab irregularitate
libero, non verò Clericum, saltem quoad ef-
fectum.

5. Tertiò nota. Si non Sacerdos nequa-
quam se fingat Sacerdotem, nec velit usurpare
officium Sacerdotis, sed ut merus Laicus, pu-
tans v. g. se Laicum, (ut certè aliqui ex vulgo
satis imperiti judicant) posse moribundum
absolvere à peccatis, ipsum absolvat, hic certè,
d Leander ut docet cum Gaspare. Hurtado f Delugo
ibidem, non incurreret irregularitatem, non
§. disp. 11. solum propter bonam fidem sic operantis, sed
q. 6. quia ad hanc irregularitatem incurrendam
e In Tr. de (idem videtur consequenter dicendum quo-
ad alias pœnas) requiritur, quod non Ordina-
rius exerceat illum actum absolvendi, tan-
quam Ordinatus.

6. Quattò, Quid si quis non Sacerdos in-
cipiat audire Confessionem, sed non confe-
rat Absolutionem, incidetne in prædictas
pœnas?

Respondeo, vel agis, an hic sit denuntian-
dus Inquisitori? vel agis, an sit pœna mortis
condemnandus? Si de primò, consentiunt Ca-
rena g & Seelles h debere denunciari, puniri-
que pœna saltem extraordinaria, quia ad idem
tribunal spectat cognoscere de crimine con-
tumacitatis, & de attentato. Si de secundo. Se-
h Seelles l. c. cum Soufa, & Freita affirmant, esse
pœna mortis puniendum, ubi non adest Hi-
spanicæ Inquisitionis mitigatio, quam modo
indicavimus. Carena autem l. c. cum Rodri-
quez Acunna, & Santarellò id negant. Utia-

que sententia probabilis est, sed probabilior
hæc secunda, quia cum agitur de pœnis, stri-
ctior est legum interpretatio facienda. At qui
solum audit peccata, & non absolvit, non di-
citur strictè, & propriè administrare Sacra-
mentum pœnitentiæ.

CAPUT IV.

De Jurisdictione Necessaria
ad absolvendum.

§. I.

Quid ea sit?

1. Jurisdictio in communi ex Azone. Est
potestas de publico introducta, cum neces-
sitate Juris dicendi, vel æquitatis statuenda.
Seu clarius. Est potestas di-
cendi jus, & proferendi
sententiam, absolvendo à delicto, vel imponendo
pœnam.

2. In nostro igitur casu Jurisdictio est po-
testas data à legitimo Superiore (quis ille sit
dicetur §. 3.) alicui Sacerdoti, per quam tan-
quam in suos subditos possit dictus Sacerdos
reducere in actum eam potestatem absolve-
di à culpis, & pœnitentias injungendi, quam
habet in Ordine Sacerdotii.

3. Hanc Jurisdictionem, quam potestatem
Clavium appellare solemus, esse ad absolve-
ndum necessariam, atque aded nequaquam
valere Absolutionem sine illa, nimis disertè
docet i Trid. Id autem recte CHRISTUS DO-
minus instituit, quia hoc Sacramentum Pœ-
nitentiæ conveniens fuit, ut exerceretur per
modum Judicii, in quo non valet sententia,
nisi à Judice Jurisdictionem habente feratur.
Considero igitur ego potestatem Ordinis ef-
se, tanquam gradum Doctoratus, per quem
fit homo habilis in actu primo ad exercen-
dum Officium Judicis, potestatem verò Ju-
risdictionis (addita approbatione, de qua in
cap. sequenti) esse perinde, ac Munus ipsum Ju-
dicis datum à Superiore, per quod fit in actu
secundo Judex, habens jus judicandi, id est,
vel absolvendi, vel puniendi. Lege Suar. k
aliosque. Aversa d. 16
Sacr. q. 16

4. Porro ex eo, quod Jurisdictio est ne-
cessaria, sequitur, Sacerdotem simplicem,
id est eum, cui nondum collata est, nulliter
absolvere.

At

§. Respondeo, In iure suspendi ab officio, id est, à Confessionibus, & à celebratione Missæ, Per suspensionem ferendam, a non vero lata sententiæ. Non fieri irregularem, merito docet Delugo, b quia irregularitas (adde) & alia pœna cap. præcedenti dictæ, sunt contra non Sacerdotem, at hic, de quo loquimur, jam Sacerdos est.

§. II.

In quonam consistat ordinaria jurisdictio absolvendi à peccatis?

1. Non obstantibus in præcedenti §. explicatis, tres sunt casus, in quibus simplex Sacerdos ob solvere ritè potest. Primus, si ad ipsum accedat pœnitens solis peccatis venialibus laborans. Secundus, si ad eundem accedat, habens sola mortalia, alias legitime directè absoluta. Tertius, si urgeat necessitas ea, quam infra latè explicabimus.

Hanc tertiam potestatem concessit ex communi sententiâ simplici Sacerdoti pia Mater Ecclesia. Secundam vero, & primam, licet Vasq. c contendat datam illi esse immediatè à Christo Domino in Ordinatione Sacerdotis, atque adeò esse hanc potestatem irribitam in potestate Ordinis, tamen probabilissimum d est, eam dari ab Ecclesia, nam propterea posset illam tollere Summus Pontifex, non verò inferior Prælati, cum ea sit concessa à Superiorum omnium.

2. At vero loquentes absolute de Jurisdictione Absolvendi à mortalibus, de qua deinceps sermo semper erit, Primò eam in Summo Pontifice pro toto orbe residere, & quidem à nullo limitabilem, quia illam accepit à Christo Domino, nimis stolidus esset, qui negaret.

3. Secundò, Episcopus in sua Diœcesi habet etiam Jurisdictionem Ordinariam, & quidem verosimilius immediatè à Summo Pontifice.

4. Terriò, Parochus in sua Parochia. Vide num. 13.

5. Quartò, Abbates, Prioresque proprium territorium habentes, gaudent etiam Jurisdictione quasi Episcopali in illo territorio. Huc item reducuntur Cardinales in Ecclesiis sui Tituli.

Tamburinus de Sacramentis.

6. Quintò, Legati, seu Nuntii Apostolici in sua Provincia.

7. Sextò, Prælati Regulares in suos subditos, puta Generalis Provincialis, Superior localis.

8. Septimò, Archiepiscopus in Diœcesi sui Suffraganei, sed solum e quando eam actu e Suar. d. visitat, quare tunc solum poterit audire Confessiones, sicuti, & assistere Matrimonii subditum. sec. 1. ditorum sui suffraganei. Quando autem actu n. 13. & 14 non visitat, solum tunc posset, quando inju- Barb. de stè suffraganeus Episcopus absolutionem de- Poteft. Ep. negaret. p. p. Tit. 4.

9. Octavò, Vicarius Generalis Episcopi habet etiam Jurisdictionem ordinariam, non f Barb. l. c. solum pro foro externo, sed etiam pro foro g nu. 24. Sacramentali, hoc est, in administratione Sa- g Sanchez cramentorum, sed vivente suo Episcopo dñm. l. c. matr. taxat; nam eo mortuo, vel amoto ab officio, d. 29. vel ejus Jurisdictione suspensa per censuras, cessat, vel suspenditur, & Vicarii Jurisdictione.

10. Monò denique, Vicarius Capituli, se de Vacante, eandem Jurisdictionem habet, quia Capitulum succedit Episcopo in omni eo, quod spectat ad Jurisdictionem.

An prædicti Vicarii Episcoporum, vel Capituli hanc Jurisdictionem, ut & ad casus reser- vatos, habeant ex concessione Generali Vicariatus? dicam h infra.

11. Vicarios foraneos nulla ejusmodi Jurisdictione gaudere, te non ignorare puto, si- sib. refer- cuti etiam, nec Abbatissam pro suis Moniali- vatis, c. 10 bus, nam hæc non habet propriam Jurisdictionem, sed solum domesticam gubernationem, ut rectè notat Thomas Hurtadus. i Th. Hurt. l. mox ci- tando n. marginali 2022.

An prædicti suam hanc ordinariam Jurisdictionem possint aliis delegare?

12. Prædicti omnes, & sint Sacerdotes, possunt suis Ministrare Sacramentum Pœnitentiæ, & item possunt, etiam si Sacerdotes non sint, aliis Sacerdotibus suam potestatem delegare. Regula enim generalis est, eum, qui potestatem habet ordinariam, eandem posse aliis delegare.

13. Dices. Ergo Parochus poterit dare licentiam simplici Sacerdoti, ut ministrat suis Parochianis hoc Sacramentum. Respondeo? Nego consequentiam, nam ad hoc Sacra-

H

men-

2 Vide de hoc, quod dicam c. 5. §. 3.
b C. omnis utriusque sexus de poenitentia in 6.
c Th. Hurri. T. 2. Variis Quæst. Tr. 12. c. 1. §. 2. dub. 1. nu. marginali, 2023.
alii, quos refert, Sed rejicit Diana p. 11.
Tr. 4. ref. 13. §. Quæro 5.
d Mox. c. 5. §. 1. nu. 5.

mentum administrandum, præter jurisdictionem, requiritur Approbatio Episcopi, de qua latè mox. Parochus ergo potest quidem suam jurisdictionem delegare a hanc enim potestatem habuit à Sacro b Textu, neque ea fuit unquam revocata, sed quia non potest approbare, (hoc enim pertinet ex Tridentino ad Episcopum, ut paulò post videbimus) ideo non potest simplici Sacerdoti dare completam potestatem administrandi hoc Sacramentum, ne pro Parochianis quidem suis. Non ergo sequi possum aliquos affirmantes, etiam post Tridentinum, posse; Sequi, inquam, non possum, quia saltem usus antiquus, quo nemo, quantum scire possum, ex Parochis hanc potestatem sibi vindicat, interpretatio est tacita, ea ipsos carere.

Dixi, *Simplici Sacerdoti*, nam, an alteri Parochus, quæram mox. d

14. Illud hic obiter scito, quando Episcopus tibi confert licentiam audiendi Confessiones, duo tibi conferre, nimirum jurisdictionem, & approbationem, nisi expressè explicet se unam dare, & non alteram. Ratio est, quia illud (confero, seu do tibi licentiam) utrumque involvit.

§. III.

Explicatur distinctius, quibusnam prædicti possint ministrare hoc Sacramentum.

1. Quoniam dictum est, prædictos posse suis subditis ministrare Poenitentiae Sacramentum, inquiramus in præsentia, Equisnam sit existimandus subditus in hac materia?

Habitationem permanentem habentes?

2. Dico, certum esse, eos, qui in hac Diocesi, vel Parochia habent domicilium originis, & habitationis, hoc est, eos, qui hic nati sunt, & hic permanentes habitant, esse in hac materia subditos hujus Episcopi, vel hujus Parochiae, & ab his posse illos recipere Sacramenta, & consequenter absolutionem, Patet, quia hi sunt maxime subditi.

3. Quid si hæc duo, hoc est nativitas, & habitatio non sint conjuncta? Respondeo. Si hic domicilium fixum quis habeat, licet hic natus non sit, potest ab hoc Episcopo, vel Pa-

rocho recipere Sacramenta. Contra verò non potest, si alibi fixum habeat domicilium, solum ex eo capite, quod hic natus fuerit. Ratio est, quia in priori casu es subditus, non in posteriori. Neque obstat paritas ducta ab ordinatione, quæ potest haberi ab Episcopo illius loci, ubi quis natus est, juxta suo floci dicenda. Non obstat, inquam, quia id concessum est ex peculiari dispositione g Pontificia, quæ similis non invenitur in casu, de quo in præsentia loquimur. Dixi (solum ex eo capite, &c.) propter illa, quæ dicenda sunt mox præsertim nu. 2 s.

4. Sed quæres, Quandonam domicilium fixum quis in hoc v. g. loco habere dicendus est?

Respondeo. Quando adsunt indivisibiles hæc duo. Primum, quod animus is habeat perpetuo hic manendi, & Secundò, quod actu materiale domicilium huc transtulerit; statim enim atque hæc duo adsunt, dicitur quis simpliciter, & absolute hujus loci habitator.

5. Pari modo, ut quis deferat domicilium, duo etiam requiruntur indivisibiles. Primum, animus hic non habitandi, & actualis, materialisque translatio. Unde si animus habeas hinc discedendi, sed nondum discessisti, tuam sedem transferendo, subditus adhuc permanes hujus Episcopi. Nota autem, animus permanendi in priori casu, & animus discedendi in posteriore sufficere cum dicta translatione ad prædictos effectus pro foro interno, at pro foro externo requiritur probatio, & per aliquos decennalis habitatio, de qua te in dicto Tract. de Ordine.

6. Quæret curiosus. Si quis incolat domum sitam in confinio duarum Parochiarum, in cujusnam Parochia dicitur domicilium habere, & consequenter cujus erit Parochianus?

Respondeo. In ejus Parochia, in qua pater porta principalis, magisque frequentata illius domus, quia ex aditu b judicatur de domo, h L. c. i. cui cedat. Ita Barbosa. Quid si in eodem casu utraque porta sit æquæ principalis, ut in legatis magnis domibus aliquando evenire contingit?

7. Respondeo. In utraque, quia in more, Alleg. 3. & victu humano, utriusque Parochiae dici is habitator rectè potest. Vide mox, num. 13.

Habitationem transcurrentem habentes?
Hæc num. 4.

8. Hæc de habitatione permanenti. Dicamus nunc de transeunte, An scilicet, & quando, transeuntes per aliqua loca, vel peregrè ad aliquem locum euntes connumerentur inter subditos illius loci, ad effectum, ut possint Sacramenta ibi recipere.

Quatuor modis ejusmodi transitus contingere potest, qui separatim sunt à nobis, doctrinæ clarioris gratia, distinguendi.

9. Primò enim, Si tu retinens animum hic permanentè habitandi, divertis in aliam Dioccesim, seu Parochiam, animo ibi permanendi pro majore parte anni, vel etiam per aliquot annos, sed finito negotio, v.g. studio, lite, &c. intendis ad locum tuum reverti, quo pacto dicetur in alia Diocesi, vel Parochia habere quasi domicilium, sic inquam, si te habes, potes absolvi, atque assistentiam tui matrimonii habere, cæteraque Sacramenta recipere, tum ab Ordinario tuæ permanentis habitationis, tum ab Ordinario tui quasi domicilii, vel ab eorum legitimis delegatis; censuris enim à utrobique subditus, imò si in loco tui quasi domicilii in veniretur Parochus tuæ permanentis Diocesis, seu Parochiæ, posses ab illo Sacramentum Pœnitentiæ obtinere; cætera verò Sacramenta per accidens, non posses, saltem regulariter, quia, cum ex se conferantur cum publicitate, præjudicium generares Ordinario præsentis loci.

10. Secundò, Si tu, retinens animum habitandi in tua Diocesi, divertis ad aliam pro brevi tempore, vel ob recreationem, vel, ut loquitur *b* Textus, ad ruralia opera ibi exercenda, quo pacto vocaberis Hospes, & Peregrinus, quales etiam sunt omnes itinerantes brevi in Patriam reversuri. Si (inquam) sic te habes, non potes ex vi Juris absolvi, nec recipere assistentiam tui Matrimonii, nec alia Sacramenta, nisi à tuo Ordinario, quia illius es tantummodo subditus; nam propterea in eodem Textu dicitur hujusmodi Hospites, si decedent, non electa ab ipsis sepultura, non debere sepeliri in Ecclesia, ubi decedunt, sed in sua Parochiali.

11. Dixi autem (ex vi Juris) nam ex consuetudine, & interpretativo consensu omnium Ordinariorum, potes Sacramenta necessaria, etiam, & in alia, ubi peregrè degis, recipere, puta Sacramentum Pœnitentiæ, Eucharistiæ; & Extremæ Unctionis. Id extendit contra communem sententiam Pontius *c* ad as-

sistentiam Matrimonii, imò, & ad Dispensationes; sed mihi difficile apparet, in his non necessariis adesse consensum illum. Nam propterea in praxi non audeo Pontii sententiam amplecti, de qua re iterum, cum de dispensatione Irregularitatis.

12. Quoad hoc igitur Pontium non sequor, sequor tamen illum, quoad aliud. Tamen si enim nonnulli doceant, si quis in aliam Dioccesim se consulto transferat, ut absolvatur à peccatis per alium, quam per suum proprium Pastorem, cui non vult sua peccata exponere, nonnulli, inquam doceant, hunc nulliter absolutionem recipere, quia in hoc casu, ajunt, ubi interveit mala fides, & dolus, non præsumitur consensus proprii Pastoris, cum nemini sua fraus Patrocinari debeat, tamen merito *d* Pontius cum aliis satis probabiliter docet, & valide, & licite hunc absolutionem recipere, ductus ex illa regula Juris. *Nullus videtur dolo facere, quando utitur iure suo.* Cum ergo unusquisque jus habeat adeundi alium locum à suo, ibique se in statu gratiæ ponere, qui id facit, nulla fraude, dolo utitur nullo. Adde, Episcopos nunquam sui hujus dissensus in dicto casu, ne exiguum quidem signum ostendisse.

Habitationem aequalem in duobus locis habentes.

13. Tertiò, Si tu pro una æquali anni parte, v.g. hyeme, moraris in uno loco, v.g. Panormi, aut pro alia v.g. æstate in alio, v.g. Montis Regalis, ab utriusque loci Ordinario, seu Parocho, Sacramenta tuto recipies, quia tunc, tum ex jure, tum ex Doctoribus censetur habere duplex domicilium, ita, ut, probabilissima sententia sit, ut dum hyeme v.g. moraris Panormi, possis ea recipere, tum ab Ordinario, vel Parocho Panormitano, tum ab Ordinario, vel Parocho Montis Regalis; & dum æstate moraris Montis Regalis, possis tum ab Ordinario Montis Regalis, tum ab Ordinario Panormitano; Id enim totum affert, te habere utrumque domicilium. Atque hæc confirmant, quod modo nu. 7. dixi de habitante in domo sita in confinio duarum Parochiarum existentibus duabus portis aequè Principalibus.

H 2

Nullam cit.

Nullam habitationem habentes.

§. V.

14. Quartò denique, si tu sis vagus, hoc est, nondum habeas animum alicubi residendi, sive quia intendis semper vagari, sive quia selecta tua habitatione, nondum pervenisti ad locum destinatum, vel inquiris, in quonam loco residere debeas: Si, inquam, sic te habes,

a *Sanc. d. l.* potes a ubique recipere Sacramenta, quia
6. *de matr.* non est major ratio de uno loco, quam de alio,
d. 25. n. 5. & ex alia parte brevis mora, qua in uno loco inveniris, addicit te illi. Hæc quoad effectum Absolutionis, nam quoad assistentiam
b *Infra l. 8* Matrimonii, dicam infra latè b & quoad fe-
matr. tr. 6. rendas censuras dicam in Tractatu de Ex-
c. 2. §. 5. a communicatione, & quoad suscipiendos
nu. 10. Ordines dicam in Tractatu de Ordine. c

c *Infra l. 7*
de ord. c. 6.
§. 1. à nu. 6.

§. IV.

De Delegatione Jurisdictionis absolvendi à peccatis, quæ fieri à Summo Pontifice solet.

1. Duæ tantummodo observationes circa hoc in medium sunt afferendæ. Prior Cum conceditur à Summo Pontifice, ut Religiosi ab Ordinario approbati, valeant excipere Confessiones omnium Fidelium, possent ex vi hujus clausulæ excipere Confessiones etiam Religiosorum, quia concessio est universalis, & nemini præjudicium afferens: tamen quia quæcumque Religio habet nunc peculiare privilegium, ut ejus Religiosi non suscipiant Pœnitentiæ Sacramentum ab aliis extra ordinem, ideo ipsi hodie excluduntur ab illo privilegio universali, ut d. Suar. & Layman. e adnotarunt: Ita in Societate expressè à nostro Patre Generali nobis caveretur, ne quis nostrum absolvat Religiosos sine suorum Superiorum licentia.

d *Suar. T.*
4. *de Relig.*
tr. 8. l. 2.
c. 16.
e *Laym. l. 5*
tr. 6. c. 10.
nu. 19. in
Compen.
Privil. Soc.
V. Absolvo
§. 1.
f *Infra c. 5*
§. 2. à nu.
27.

2. Prædictam Jurisdictionem, seu potestatem ad absolvendum, ita delegat Summus Pontifex Religiosis singulis, ut hi eam communicatam habere debeant immediate à suis Superioribus. Sed de hoc infra latius.

Nonnulla de Delegatione Jurisdictionis absolvendi à peccatis, quæ ab Episcopo, vel similibus Prælati emanare solet.

1. Quandoquidem Religiosi, ut modo vidimus §. præcedenti nu. 2. prædictam g L. c. 8. jurisdictionem absolvendi habent à Summo 28. Pontifice, mediantibus suis Superioribus, h *Sanc. l. 3* quæret quis, an possint nihilominus ean- matr. d. dem immediatè habere ab Episcopis, pro 39. nu. 13. ipsorum Episcoporum ovibus, sine ulla de- i Castrop. pendentia ab ipsorum Religiosorum Supe- T. 1. tr. 2. rioribus? Respondeo. De hac re agam paulò d. 1. p. 9. inferius. g nu. 6.

2. Quæres Secundò. Si quis Prælati compellus per metum gravem concederet l. 4. c. 8. hanc jurisdictionem absolvendi (idem de Ap- num. 14. probatione) validane esset collatio, atque Lud. à adeo Confessio, & Absolutio? Respondeo, Crucem Validam esse, docet b Sanchez cum aliis, expli. Bul. quia gesta per metum sunt voluntaria abso- Cruc. c. 2. lutè, licet indirectè involuntaria. Sed inva- d. 21. n. 6. lidam esse, merito ait k Pontius, aliique; quia Azor. Se concessio jurisdictionis est quædam dona- las, aliq. relati à tio: at donatio meticulousa invalida est, ut ali- Castrop. bi l. nos diximus. c.

3. Absolutionem Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti per metum datam, l. In Tract. esse item invalidam, dicam, cum de Excom- de prom. municatione. Absolutionem autem à pecca- sione c. 4. tis, (ut id etiam obiter scias) per metum colla- Exuni. v. tam, validam puto cum Delugo m quia Ba- saliter l. 1. primum simili metu collatus, ut etiam alia in Decal. Sacramenta valida sunt. Et confirmatur; nam c. 2. §. 5. a quamvis Salas n. putet, sententiam, per me- num. 14. tum latam, esse eo ipso irritam, Castrop. o ta- m Delugi men, & Azor. p. verius putant, esse validam, de Iust. d. quia nullibi in jure invenitur irritata. Cum 22. n. 13. ergo Absolutio naturam sententiæ sequatur, n Salas p. 2. nec erit ipsa irrita, licet metu collata. Simili Tract. 3. d. 3. modo Dispensationes, & signatè Dispensa- sec. a. n. 27. tionem Irregularitatis, metu concessam, vali- o Castrop. dam esse, putat Delugo, quia nimirum nulli- l. c. n. 7. bi in jure irrita pronunciatur. p Azor. a.

4. Quæres Tertio. Quid si eadem (ut & pud Ca- Approbatio) extorqueantur per dolum, v. g. frop. l. 5. per commendationem falso concinnatam, quasi alicujus Principis?

Respon-

Respondeo. Puto esse validam, quia commendatio ejusmodi non videtur esse causa finalis, sed solum impulsiva, non enim verisimile est, Episcopum nolle dare licentiam excipiendo Confessiones, si commendatio falsa esset; sic enim, cum sint frequentes ejusmodi commendationes, exponerentur Confessiones multis periculis nullitatis. Ita in simili Sanchez a de licentia Parochi, data ad assistendum Matrimonio.

5. Rectè autem hæc dicta sunt de exemplo dato commendationis falsæ, deque similibus. Cæterum si dolus, ut etiam error, sit concurrens ad causam finalem, vel ad aliquid substantiale, ut si v.g. per dolum, vel errorem Episcopo submittatur unus pro alio, nemo dubitat, licentiam esse prorsus invalidam.

6. Quæres Tertiò. Si injustè Episcopus deneger jurisdictionem (idem si Approbationem) Sacerdoti, possumusne præsumere ejusmodi Sacerdotem illam nihilominus acquirere? Respondeo. Non possumus: quod certissimum est de Sacerdote seculari. De Regulari dubitant nonnulli, verum de hoc infra.

7. Quæres Quartò. Ut à me acquiratur Jurisdictio delegata; debetne mihi esse nota ejus concessio? Respondeo. Ita puto & quia debet à te acceptari, quæ acceptatio esse non potest, nisi concessionem scias. Illud tamen fateor, quando concessio est facta Religioni, eo ipso, quod Religionem professus es, omnia te privilegia, atque adeo hanc potestatem absolventi te acceptasse. Vide, quæ de quæstionibus huic affini, dicam in Tractatu de Casibus reservatis.

§. VI.

De Acquisitione Jurisdictionis Absolventi ex Ratihabitione.

1. Si quis Sacerdos simplex aliquem à mortali absolveret hoc manet v.g. si probabiliter, si certo putans, quod hodie sero, vel cras, vel perendie, &c. Episcopus ratam, & firmam habebit ejusmodi Absolutionem, diceretur absolvere ex Ratihabitione de futuro: & hæc est propriè Ratihabitione.

2. Si autem idem Sacerdos absolveret, quia probabiliter, vel certo putaret, heri v.g. Episcopum, quamvis non expresse, tacitè tamen concessisse potestatem, ad ejusmodi ab-

solutionem, vel parimodo, si nunc, dum datur Absolutio, putaret, Episcopum consentire, ex non diceretur propriè Ratihabitiones, sed licentiæ præsumptæ, & impropriè solum diceretur Ratihabitiones. Quærimus ergo, An jurisdictio absolventi delegetur aliquando alicui per Ratihabitionem; & prius quidem de propria, tum de impropria decernamus.

3. Dico Primò, nunquam delegari per Ratihabitionem propriam. Quare in casu dicto nu. 1. Ille Sacerdos (quicquid & alicui dicant) semper nulliter absolveret. Ita communiter Doctores. Ratio est, quia (abstrahendo, an in aliis materiis Ratihabitione de futuro valideret actum) in casu nostro est peculiaris ratio, quæ obstat, id est, ratio Sacramenti; Cum enim Sacramentum non possit esse in suspensio, nec dependens à consensu futuro Superioris, non poterit consensus futurus sufficere ad validitatem absolutionis: vel enim illa absolutio hoc mane collata fuit valida, & sic non indigebit consensu futuro: Sacramentum enim semel validum non potest fieri per humanam potentiam invalidum: Vel fuit invalida (ut certè est, quia non processit à potente absolvere) & sic non potest fieri valida postea, quando non est; licet enim aliquando actus antea invalidi possint deinde approbari, & fieri validi per Ratihabitionem; id accidit in iis actibus in quibus jus potest facere, ut dicti actus incipiant valere, quando ponitur aliqua conditio, tunc enim jus facit, ut valeant, seu habeant effectum, ac si ab initio validi fuissent; id, quod Iuristæ explicant, dum dicunt, tunc valorem retrahit per Jurisdictionem ad tempus præcedens, sicuti qui hodie ratam habet percussorem Clerici suo nomine heri factam, excommunicatur, ac si heri consensum præbuisset, juxta illud Jurisprudentum, Ratihabitione retrahitur, & mandata comparatur. At in Sacramentis à Christo institutis hæc fictio ab humano jure, ut ex se patet, fieri non potest.

4. Dices. Cur licentia v.g. proprii Parochi præsumpta de futuro sufficit ad Eucharistiam, vel Extremam-Unionem alicui ministrandam, ut etiam similis licentia Prælati sufficit, ut Religiosus, aliquid expendendo, non peccet contra Paupertatem, non autem sufficit in casu nostro similis licentia præsumpta de futuro?

5. Respondeo. Rationem modo indicavi, quia in casu nostro licentia requiritur ad validitatem actus; quæ validitas non potest esse, nisi actus fiat à potente illum facere. Si ergo nunc actu non habetur Jurisdictio absolvendi, cum actus exeat à non potente, invalidus omnino erit. At in prædictis exemplis administratio Eucharistiæ, & administratio Extremæ-Unionis valide sine actuali licentia Parochi fiunt, cum licentia non pertineat ad validitatem dictorum actuum. Et quamvis, si fierent sine dicta licentia, illicite fierent, tamen nunc, quia adest præsumpta Parochi licentia, jam purgantur à ratione illiciti. Expensio item illa, in alio exemplo, est quidem invalida, quia non est à potente alienare, sed quia non est Sacramentum, nullum est inconveniens, si incipiat valere, quando ponetur consensus Superioris.

6. Dices. Cur si ego certo, vel probabiliter judicem, dominum mihi donaturum hunc librum, si illum ab eo peterem, possem sine furti peccato librum mihi usurpare, non verò possum usurpare potestatem absolvendi, si certus sim, eam mihi collaturum Episcopum, si illam petam?

Respondeo, Quin ad vitandum furtum satis est, quod Dominus non sit invitus, ad quod non est necesse, ut positivè det: at in casu nostro non satis est, quod Superior non sit invitus, sed necesse est, ut positivè confert Jurisdictionem, quia hanc tu recipere non potes, nisi positivè detur ab illo, ex qua, deinde procedere debeat actus validus. Ita respon-

a Delug. d. de Delugo a huic instantiæ.

*19. de
Pœn. nu.
22.*

7. Dico Secundò, per Ratihabitionem impropiam, quæ est de præterito, vel præsentis (quam modò diximus, propriè appellari licentiam præsumptam) posse delegari ejusmodi potestatem absolvendi. Ratio est, quia licentia præsumpta est consensus verus Superioris, & quidem vel actualis, qualis est præsumpta de præsentis, vel habitualis, qualis est præsumpta de præterito, quæ supponitur nunquam fuisse revocata. Tria tamen sunt diligentissimè notanda. Primò, non esse licentiam præsumptam sufficientem, si sit solum conditionata sic: *Si Episcopus sciret, seu ab illo peterem, concederet mihi potestatem absolvendi.* Hæc enim est solum licentia præsumpta conditionatè, quæ non est consensus Episcopi, sed esset. Requiritur igitur, ut judicaretur Episco-

pus absolute dedisse, ut absolute, & verè habeatur potestas absolvendi, ex qua oriiri possit actus absolvendi validus.

8. Secundò, notari debet, non satis esse, probabiliter, vel certò me judicare Episcopum internè concessisse, vel consentire ad conferendam mihi dictam potestatem, sed addi debere signum externum, licet non omnino explicite datum. Ratio est, tum quia, sic poteris scire tibi absolute concessam tacite fuisse Jurisdictionem, secus semper præsumeretur fuisse concessam conditionatè, *Si Episcopus sciret, si potestas à te postulata esset, &c.* Quod, ut modo dixi, satis non est, tum quia voluntas interna, dum externè non prodit, nihil operari potest ad conferendam Jurisdictionem tibi, qui illam acceptare debes.

9. Signa autem hæc dependent ex variis circumstantiis, vel modis loquendi, quæ Episcopus exhibuit, unde certò, vel satis probabiliter colligatur, verè, quamvis non omnino explicite, concessisse, vel nunc consentire. Dico (vel probabiliter) quia, quamvis Suar. *b* b Suar. de Pœnit. d. 26. sec. 1. facere præsentis consensus Superioris; Delugo *c* Delugo *de Pœn. d.* 19. n. 13. go è tamen meritò docet, sufficere, si faciant probabilem, siquidè omnes, & ipsemet Suar. *c* Delugo alibi concedit, ex potestate, seu Jurisdictione probabiliter posse quemquam hoc Sacramentum Pœnitentiæ administrare. De hujusmodi signis mox *nu. 11.* aliqua explicatius dabo.

10. Debet denique notari tertio, si Episcopus v. g. videat, te actu excipientem Confessionem; toleraretque, non statim te posse ex illa tolerantia, tanquam ex signo putare adesse ejus præsumptum consensum, sed necessariam distinctionem omnino esse adhibendam: Si enim ipse nesciat, te non esse legitimam Confessionarium, hoc est, putet v. g. vel putare possit te licentiam habuisse à tuo Prædecessore, vel à tuo Vicario Generali, vel à se ipso nunc immemore, &c. vel si sciat, te non esse legitimum, tamen propter aliquam causam non potest te impedire, tunc sanè non præsumetur dare licentiam, quia ea tolerantia in dictis circumstantiis nullo modo est signum consensus. Si verò sciat, te non esse Confessionarium, & posset facilitè ab excipienda dicta Confessione prohibere, & non prohibet (qui d. Sanc. l. 1. certè rarus erit casus) tunc nonnulli fatentur, de Matr. licentiam præsumptam adesse. Verum ad ver. *d. 45. nu. 22.* te cum Sanchez, d. si quādo Superior hoc modo præ-

do præsumatur dare licentiam de præfenti, eam non se extendere, nisi ad præfentem Confessionem, non verò ad alias fortè sequentes, quia licentia præsumpta de una Confessione non est licentia de cæteris.

Signa Superioris, unde colligatur licentia præsumpta, quoad potestatem absolvendi.

11. Explicita concessio dictæ potestatis per expressa verba, vel expressam Scripturam, licentia est perfecta, atque adeò sufficientissima traditio potestatis absolvendi, sed difficultas, quæ hic proponitur est, quando tanta expressio non intervenit, quænam sint conjecturæ sufficientis concessionis de præfenti, vel de præterito, & consequenter sufficiens licentia tacita, seu præsumpta.

12. Respondeo id, ut modo num. 9. innui, pendet ex variis circumstantiis; Lucem tamen habebit ex consideratione trium signorum, quæ hic à Doctoribus tradi solent.

Primum signum sufficiens est, si Episcopus v. g. interrogatus, ut concedat dictam licentiam, ipse nutu capitis, vel oculorum, vel alio signo ab ipso usitato ostendat suum consensum?

13. Secundum signum item sufficiens est, si Episcopus constituat Sacerdotem in Vicarium Parochi, vel in ejus Capellanum Parochialem, vel tribuat aliud munus, cui sit adnexum munus Confessionis.

14. Tertium signum controversum est, si Episcopus videat simplicem Sacerdotem excipere Confessiones suorum, & taceat. Aliqui benim docent, hanc solam taciturnitatem esse satis morale signum concessionis potestatis; licet enim taciturnitas sit physice, quid negativum, tamen moraliter habetur pro actu positivo consensus. Aliqui e verò negant, quia falsum est taciturnitatem illam haberi pro morali consensu, cum possit Episcopus tacere ob aliam rationem, & non quia consentiat. Vera sententia est illa, quam modo nos num. 10. sub distinctione indicavimus.

Ratihabitio Approbationis ad absolvendum.

15. Quæres. Cum paulo ante breviter diximus, & mox latè declaraturi sumus, ad com-

pletam licentiam ministrandi hoc Sacramentum, præter collationem Jurisdictionis legitime factam, necessariam esse etiam Approbationem Ordinarii. Quæres, inquam, an loquendo etiam, de Approbatione sufficiat, aliquando Ratihabitio?

16. Respondeo, Sufficere eo prout modo, quo dictum est de Jurisdictione, par enim est in utriusque ratio, & quidem quod etiam hujusmodi approbatio debeat dari per aliquod signum externum, debeatque de præfenti inesse in Sacerdote nec sufficere, ut actus validus absolvendi ab ipso procedat, manifestè ostendunt verba illa Tridentini d. *Approbationem d. Trident. obtineat*, per illud enim *Approbatio*, quæ est sess. 23. de ostensio, seu testificatio facta ab Episcopo, Ref. c. 15. significatur signum externum, &, per illud, *obtineat*, significatur, ea debere esse actu in Sacerdote, nec sufficere in futurum.

§. VII.

De Acquisitione Jurisdictionis administrandi Sacramentum Pœnitentiæ ex errore communi, tituli, & colorato.

1. *S*in aliquo loco simplex Sacerdos communiter credatur esse legitimus Confessarius, dicetur ibi esse communis error de Jurisdictione illius Sacerdotis ad absolvendum. Rursus si simplex idem Sacerdos obtineat, recipiatque ab Episcopo officium v. g. Parochi, sed quia habet aliquod occultum impedimentum v. g. Irregularitatem, per quod fit incapax talis officii, nulliter recipiat, dicetur habere titulum coloratum, seu putativum; habuit enim collationem Beneficii Parochialis, ecce Titulum; sed quia habuit nulliter; non habuit, neque habet verum titulum, sed apparentem, sed putativum, sed coloratum. Quod si quis collationem non habuisset, sed tamen communiter Parochus existimaretur, quia cum falsis e *Sanc. l. 3. v. g. litteris se Parochum finxit, hic sanè com- matr. d. munem errorem haberet, non verò titulum, 22. Mas- ne coloratum quidem. Hac terminorum ex- card. de plicatione præmissa. prob. con-*

2. Afferro, communem esse doctrinam, fil. 648. Sacerdotem simplicem habentem titulum *Sperellus coloratum, & simul errorem communem, dec. 3. alii- sufficienti Jurisdictione esse instructum ad que pas- absolvendum. Ratio ducitur ex benigna sim. inter-*

interpretatione voluntatis pia: Matris Ecclesiae, quae, propter utilitatem publicam, & ne magni subinde scrupuli, & turbationes enascerentur, non solum pro suscipientibus hoc Sacramentum Poenitentiae; verumetiam pro suscipientibus alia ministeria indigentia Jurisdictione in Ministro, ut etiam pro assistentia Parochiali Matrimonii, imò & pro quibuscumque actibus à Jurisdictione Ecclesiastica dependentibus, voluit conferre veram Jurisdictionem iis, qui capaces illius sunt. Haec tribus, dicto communi errore, tituloque colorato. Cum igitur haec tria adsint. Primum, Jurisdictionis, seu potestatis collationem dependere ab Ecclesia; Secundò, error communis. Tertiò, Titulus coloratus, semper aderit certa Jurisdictio ab Ecclesia collata, atque adeò ille, cui praedicta tria favent, validè actus ab ipsa praecedentes exercebit, validè, inquam, nam illicitè mortaliter (nisi ab ignorantia inculpabili excusetur) non est dubium, quia usurpat Jurisdictionem, quam ex se non habet, sed solum posita ipsius malitia, quasi invita, concedit Ecclesia.

a L. Barb. 3. In ejusmodi benignitate exercenda imiff. 3. de off. rata est Ecclesia Jus à Civile humanum, illudque vita est canonizasse, id est, recepisse in *ficio praeo.* Sacris Canonibus; *b* Cum n. quidam servus, *quod et* habetur l. qui apud Romanos incapax erat dignitatum, *si Arbitr* obtinisset Praetoriam, & deinde in sua ditio- *C. de sent.* ne multa decreta edidisset, dubitatum fuit, an *et Inter-* ea fuissent valida, cum in Jure pro nullis acta *loc.* servorum habeantur. *c* Respondum fuit ab *b In. Syn.* Ulpiano, esse valida, & non esse reprobanda, *Re. relata* his verbis. *Humanus est illa non reprobare, cum* *e. l. 3. q. 7.* etiam potuisset Populus Romanus servo decernere *c. l.* Quod hanc potestatem, sed, *et si sciisset, servum esse,* *attinet. in liberum effecisset.*

reg. Iuris. 4. Ex hoc igitur Responso, quoties est error communis, Titulusque putativus, qualis esse in praedicto servo putabatur, toties a Jure Civili intelligitur illi collata potestas. Jus ergo Canonicum Civilia Jura in hoc imitatur, atque in simili errore, & titulo Jurisdictionem necessariam tribuit, idque tum in foro interno, tum externo, tum in causis temporalibus, tum in spiritualibus, quia semper eadem militat legis praedictae ratio. Sed aliqua de singulis praedictis conditionibus separatim seligamus.

Debet esse Jurisdictio dependens ab Ecclesia, hoc est, quam Ecclesia conferre valet.

5. Non potest Ecclesia (idem dic de quocumque Superiore) supplere impedimenta, quae sive ex Jure Divino, sive ex Jure naturali incapax hominem faciunt Jurisdictione.

6. Hinc, si quis non Sacerdos absolveret, vel consecraret, quamvis errore, & titulo quocumque vallatus esset, nihil efficeret, quia Ecclesia non potest facere, ut non Sacerdos validè absolvat, vel consecret, cum sit ad haec ex Jure Divino necessarium Sacerdotium.

7. Idem dic de Baptizante, & de absolvente, vel consecrante sine intentione, idemque de amente, qui haec facere attentaret, quia intentio, & mentis sanitas requiruntur de Jure naturae, immo etiam, & divino, quorum defectus, cum à Jure humano Ecclesiae suppleri nequeant, non possumus confugere ad titulum coloratum, communemque errorem, qui fortè adesset in praedictis.

8. Contra, si quis Sacerdos sit irregularis, vel excommunicatus, etiam denunciatus, vel suspensus, vel interdictus, vel quacumque Ecclesiastica poena incapacitatis affectus, existimaretur autem communiter legitimus Confessarius, cum praedicto titulo colorato, validè exerceret jurisdictionem absolvendi, quia eos defectus potest tollere Ecclesia. & in hoc casu tollere proficitur, & vult. Scio Veteres quosdam id negasse de excommunicatione, sed immerito, ut latè docet, & probat Sanchez. *d*

9. De famina existimata viro, si fortè assumetur ad Pontificatum, distinguit eum communi sententia idem Sanchez, & quidem ex *dein-* allata haecenus doctrina; Nam Pontifex verus non esset, quia sexus famingens de Jure Divino incapax est Sacerdotii, & Pontificatus, sed haberet tamen Jurisdictionem aliquam; Sicut enim Ecclesia Jurisdictionem aliquam confert ei, qui, Sede Vacante, praest loco Pontificis, ita eandem confert, tunc censetur famina: Famina enim, ut omnes scimus, licet incapax sit potestatis Ordinis, non est tamen incapax potestatis Jurisdictionis.

Debet

Debet esse error communis.

10. Non ergo sufficit error unius, vel alterius, vel paucorum: cum contra sufficiat, si communis error esset in hac Civitate; ubi fiunt acta, licet in alia nullus esset error, nam & servus ille in *L. Barbarius*, notus erat Servus Romæ, & tamen quia fuerat ignotus in eò loco, ubi Præturam gessit, ejus gesta pro omni loco absolute valida fuerunt existimata.

11. Sed quid, Primò, si populus præsens incipiat dubitare de defectu Jurisdictionis, ut si suborietur dubitatio, quod Parochus fuerit amotus ab officio, vel quod ejus electio fuerit nulla, &c.

Respondeo, Tunc debere inquiri veritatem: Secus esset error casualis, vel Supinus, qui fere æquivaleret scientiæ, atque adeò non esset sufficiens ad Jurisdictionem communicandam. Quod si, facta diligentia, adhuc sit res dubia, valebunt acta, quia dum vinci dubium non potest prævalet ille idem error communis, qui ante ortam dubitationem aderat.

12. Quid secundò, Si Sacerdos esset communiter existimatus v.g. Parochus, sed à paucis nullitas ejus Jurisdictionis cognosceretur, adhuc respectu horum paucorum haberetne Parochus Jurisdictionem?

13. Respondeo, Habere, cum communi sententia docet Sanchez; unde valida fore omnia ejus acta, dubitandum non esse, quia ad conferendam Jurisdictionem non requiritur error uniuscujusque, sed communis in Civitate, qui jam in hoc casu abunde adesse supponitur.

14. Duo tamen adverte. Primò, hos paucos v.g. te scientem, hunc non esse verum Parochum, peccare mortaliter, si illum convenias, ut tibi Sacramentum administret, quia cooperans eum peccato ipsius Parochi usurpantis scienter Jurisdictionem, quam ex se non habet. Excipe urgentem necessitatem, vel aliam fortè excusationem, de qua ego b

Quod si hoc Sacramentum, quod ab hujusmodi Parocho, à te cognito pro non legitimo, postulas, sit Sacramentum Pœnitentiæ, ultra peccatum, quod committis, certè in hoc ipso, quod malè dispositus cum actuali pec-

Tamburinus de Sacramentis.

cato ad illud accedis, nullam omnino, irritamque absolutionem recipies.

15. Secundò, Si pari modo ab hoc Judice tu, qui illius defectum noscis, sententiam in tuum favorem reportas, licet reportes validè, statum nomen in poenam tui delicti, rescindi illa posset, esse probabile, & tu puniri. Quamvis enim acta illa valeant, tamen, ut supra dixi, illicite ab illo judicio scienter exposcis, foves enim fictos Judices in re de ma- Rep. Fateor interim, te aliquando excusari, si tr d 40. ejusmodi Judicem non repellas, imò, si sec. 5. n. 5. omnino taceas, quando scilicet majus est Avers. de scandalum, & infamia oritura ex repulsa, & Sac. q. 64 ex manifestatione, quam ex patientiâ, & sec. 5. silentio.

Debet adesse Titulus coloratus.

Quid si desit?

16. Quando cum errore communi conjungitur Titulus coloratus, jam dictum est modo. Sed celebris est quaestio, an si desit ejusmodi Titulus, adsit autem solus error communis, idem dicendum sit. Sacerdos v.g. nullam collationem habuit, ne invalidam quidem casu 2. nu. Parochia, sed tamen Parochus ab omnibus communiter existimatur, validè ne officia Parochi administrat?

17. Certant duo celebres Doctores cum suis affectis utrinque. Thomas Sanchez & Basilii Pontius d. af. d Pont. l. 5. gat validè administrare, Basilii Pontius d. af. d Pont. l. 5. firmat. Piget me rescribere ea, quæ ad manus ejusque sunt, viderique apud prædictos, eorumque Sectatores possunt. Satis ergo mihi lo. Sanchez sit, pronuntiare utramque sententiam esse probabilem, quia cum Sanchez dicere possumus hoc beneficium concedi juxta circumstantias, quæ fuerunt in illo servo, de quo L. Barbarius ff. de officio Prætoris: At ibi, & q. 2. §. n. 15. alibi cum errore communi semper invenitur conjunctus Titulus coloratus, cum Pontio autem possumus asserere, illas circumstantias dedisse quidem occasionem Legislatoribus, sed illud Beneficium concedendi, sed ipsi tamen absolute concesserunt, quoties evitanda est hanc sent. Reip. perturbatio, quæ non minus sequitur, quando communi errori adnexus est titulus coloratus, quam, quando solus error communis intervenit.

18. Ex eo, quod probabile ducimus, sufficere ad conferendam Jurisdictionem errorem communem dumtaxat, sequitur, Con-

Th. San. l. 3. matr.

d. 22. n. 49

dicens op-

positum nō

men in poenam

tui delicti, rescindi illa posset, esse proba-

bile, Mar-

tu tamen, ut supra dixi, illicite ab illo judicio scienter exposcis, foves enim fictos Judices in re de ma-

Rep. Fateor interim, te aliquando excusari, si tr d 40.

ejusmodi Judicem non repellas, imò, si sec. 5. n. 5.

omnino taceas, quando scilicet majus est Avers. de

scandalum, & infamia oritura ex repulsa, & Sac. q. 64

ex manifestatione, quam ex patientiâ, & sec. 5.

silentio.

Fag. 2. Ecc.

præc. l. 7.

§ 3. nu. 71.

juncto n.

75. sine.

Bonac. de

gitur Titulus coloratus, jam dictum est mo-

matr. q. 2.

do. Sed celebris est quaestio, an si desit ejus-

modi Titulus, adsit autem solus error commu-

nis, idem dicendum sit. Sacerdos v.g. nullam

collationem habuit, ne invalidam quidem casu 2. nu.

Parochia, sed tamen Parochus ab omnibus

communiter existimatur, validè ne officia multi ep.

Parochi administrat?

Dianam p.

2. tr. 16.

17. Certant duo celebres Doctores cum

suis affectis utrinque. Thomas Sanchez & ne- ref. 43.

gat validè administrare, Basilii Pontius d. af. d Pont. l. 5.

firmat. Piget me rescribere ea, quæ ad manus de matr. c.

cujusque sunt, viderique apud prædictos, eo- 20. n. 6.

rumque Sectatores possunt. Satis ergo mihi lo. San. in-

fit, pronuntiare utramque sententiam esse select. d. 44

probabilem, quia cum Sanchez dicere possumus hoc beneficium concedi juxta circum-

stantias, quæ fuerunt in illo servo, de quo mor. tr. 2.

L. Barbarius ff. de officio Prætoris: At ibi, & q. 2. §. n. 15.

alibi cum errore communi semper invenitur Bauc. in

conjunctus Titulus coloratus, cum Pontio singul. ca-

autem possumus asserere, illas circumstantias su 22 §. 7.

dedisse quidem occasionem Legislatoribus, sed petes 1.

illud Beneficium concedendi, sed ipsi tamen vocans

absolute concesserunt, quoties evitanda est hanc sent.

Reip. perturbatio, quæ non minus sequitur, valde pro-

quando communi errori adnexus est titulus habilem.

coloratus, quam, quando solus error commu-

nis intervenit.

Diana l. c.

Ref. 43.

18. Ex eo, quod probabile ducimus, suffi-

cere ad conferendam Jurisdictionem erro-

rem communem dumtaxat, sequitur, Con-

tans Molf.

fest-

Delbene, Leand. Bardoni, aliosque. fessarium nunquam approbatum, Episcopum nunquam electum, Parochum, judicem, Tabellionem, ceterosque similes mere intrusos, multo magis Sacerdotem approbatum ad confessiones excipiendas pro uno anno, eo finito, vel pro tempore incerto ad beneplacitum, v.g. Episcopi, posita, sed nondum scita revocatione, Vicarium Generalem defuncto ejus Episcopo, Patronum, qui verè Jus patronatus non habet, &c. si adsit error communis circa ejusmodi officia, licet officia, ne ex putativo quidem colore habeant, validè absolvere, Jurisdictionem exercere, assistere matrimonio, sententias ferre, præsentare, &c. ac si dicto errori communi titulus coloratus esset adnexus, quia solum communem errorem sufficere probabile est.

§. VIII.

De Acquisitione Jurisdictionis ex opinione probabili.

1. *Salas p. 2. T. 1. r. 8. de consec. 2. 7. n. 286. & a. libi Ioan.* Si Sacerdos ex opinione probabili, putans, se posse ministrare Sacramentum Poenitentiae, de facto administret; validè administrat, quasi ab illa opinione probabili certam, & indubitam acquirat Jurisdictionem? Idem quæro de similibus actibus indigentibus Jurisdictione sibi collata ad eorum valorem, si ii exhibeantur ex opinione probabili.

2. *Sanc. in se. l. 4. d. 44. num. 3. Suar. de poenit. d. 26. sectio 6. n. 8. Delugo de poen. d. 19. à nu. 29. Subbi. zans, &c. Suar. O. viedo, Bardi Marcant. alique ap. Verricelli. max ci. aandum.* Negativè respondent non pauci a, ita ut non nemo ex illis dicat, contrariam opinionem esse valdè dubiam, non nemo autem, nullo fundamento probari. Rationes principaliiores sunt duæ. Altera, quia, quamvis in jure concedatur, ut modo vidimus, jurisdictionem, existente errore communi, & titulo colorato, nunquam tamen invenies in jure eam concedi ex sola opinione probabili. Altera, quia non possumus argumentari à pari, hoc est, ex eo, quod conceditur propter dictum errorem, titulumque, non possumus inferre, quod concedatur etiam ex opinione probabili; Satis enim hæc diversa sunt, cum in priore adsit error multoties, quamvis putativus, at in posteriore opinio illa probabilis est, solum apud paucos sapientes, & ex altera parte ex nullo vestigio adsit in illa titulus ultimus.

3. Nihilominus affirmativè respondent

merito alii plures b, & ita certum id putant, b Th. San. ut Verricelli l. c. asserat, contrariam, hoc est, de matr. l. prædictam num. 2. opinionem esse improbabilem, & falsam: quod certè nimis exaggeratum est, cum probabilitate sua illam summ. l. 1. pollere, non sit negandum. Ratio hujus sententiae, quàm ut probabilior sequimur Pontius de est, quia constat apud omnes, universalem matr. l. 5. Ecclesiae consuetudinem conferre jurisdictionem, seu esse signum jurisdictionis collatam, ut clarè habetur in Jure c. sed ex uni- 1. 7. 1. d. 1. versali Ecclesiae consuetudine omnes feri Sa- p. 5. num. 3. cerdotes (excipe paucos, & hos nimis timidos, vel indoctos nimis) absolunt cum jurisdictione probabili; ergo, &c. Minor probatur ex testimonio Suarii, & Delugo, qui aliàs nobis contrarii sunt. Suar. d. sic habet: G. Huria. Est autem universalis Ecclesia usque, ut Sacerdotes securè utantur hujusmodi jurisdictione probabilis in hujus Sacramenti administratione. Delugo c. sic: Est praxis, & usus communis omnium Confessariorum, qui cum jurisdictione probabilis absolunt. Merito ergo Castropalaus l. c. sic disertè nostram sententiam consummat. quiturq. Quando adest probabilis opinio absolventi à Reservatis, & à censuris, & assistendi Matrimonio, nullo morali periculo se exponit Minister irritum 2. 5. Diana faciendi Sacramentum, quia licet ex Privilegio jurisdictionem non habeat, habet tamen ex tacito consensu Ecclesiae, & ratihabitione de presenti, supplente jurisdictionem, ne tot actus irriti sint. Est post citatos Suar. Lessium, Th. Sanchez, c. C. Cum Coninck, Pontium, Bonacinam, sic addit. Omnes enim ii, alique affirmant, operantem ex opinione probabili habere jurisdictionem, illam habere certissimam, sicuti haberet, qui ex errore vulgi, & titulo præsumpto operaretur. Gloffa. Abbas, aliiq.

4. Ad primam ergo rationem in contrarium, Respondeo. Nostram doctrinam non d. Suar. fundati immediate in aliquo Jure, sed in consuetudine, quæ Juri æquivalere, ut jam modò vidimus. e. Delugo

5. Ad posteriorem Respondeo dupliciter. L. c. n. 35. Primò, quicquid sit, an in opinione probabili adsit error communis, & titulus, nam nostra argumentatio solum ea est, ut sicuti error communis, titulusque coloratus tradit Jurisdictionem ex l. Barbarius; ita opinio probabilis de Jurisdictione illam tradit ex tacito consensu Ecclesiae, & firma consuetudine.

6. Respondeo Secundò. Cum Verricelli latissi-

a Verric. l. c. a latissime hanc secundam responsionem prosequente, etiam in casu nostro adesse errorem communem, quia omnes ferè Confessarii securè absolunt ex opinione probabili, omnesque Fideles securè absoluntur. Et certè nisi securè absolverentur, quæ turbatio esset in conscientis Fidelium; si ii dubitarent de sua absolutione à suis Confessariis prudenter data? Hanc ergo communem persuasione nem Sacerdotum, & poenitentium, si tu appelles errorem communem, ego non refragabor, nam sic communem errorem, quem tu exposcis, in re nostra jam habebimus.

Præterea, quamvis modo dixerimus, solum errorem communem satis esse ad conferendam Jurisdictionem, tamen, nec abest ab opinione probabili titulus, siquidem adest auctoritas Ecclesiæ per communem praxim satis nobis explicata, dans Jurisdictione operanti ex opinione probabili; quid enim aliud est Titulus, nisi voluntas Superioris se explicantis, conferre alicui potestatem aliquam moralem?

An ex probabili opinione unius Doctoris, & ex probabilitate solius facti conferatur Jurisdictio?

b Aversa q. 16. de j. c. 1. r. 8. 7. Aversa b & Salas c affigunt duas limitationes doctrinæ jam allatæ, nam Primò, ajunt, eam admitti solum debere, quando adest opinio probabilis, quæ talis existimetur communiter à doctis, non autem admitti posse, quando solum alicui privato ea probabilis apparet.

8. Secundò, ajunt, intelligi debere nostram doctrinam, quando opinio probabilis est circa jus, v. g. an privilegium meum extendatur ad absolvendum hos vel illos casus, non verò quando probabilitas est circa aliquod factum particulare; v. g. an hic, & nunc Episcopus dederit mihi facultatem excipiendo confessiones, vel absolvendi à reservatis, &c.

9. Verùm hæc limitationes ingerunt scrupulos, & ferè evertunt eam sententiam, quam ipsi probabilem appellant. Ratio est, quia rationes, quæ persuadent nostram sententiam, absolute persuadent, & sine limitatione. Undè contra priorem limitationem, sic disertè loquitur l. c. numer. 15. Verricelli: *Quomodo cumq; opinio sit probabilis, siue extrin-*

secè propter auctoritatem Doctorum, siue intrinsecè propter solida fundamenta de novo ab uno docto viro considerata, sicuti licet ex tali probabilitate absoluit, ita, & validissime. Et merito, quia semper Populus accedit bona fide, & cum errore communi. Ergo non debet decipi, seu frustrari à fructu Absolutionis.

10. Contra posteriorem, sic idem num. 10. concludit, *Quare eadem omnino ratio est in casu nostro, (intellige in opinione probabili, de qua erat locutio) circa jus, ac circa factum, nam uterque error est inculpabilis, & caveri à Populo nequit. Hæc Verricelli. Et vide ingeniorum diversè sentientium varietatem; Aversa prædictus recipit nostram doctrinam in probabilitate Juris, & non in probabilitate facti, d Mascardus recipit in probabilitate facti, non in probabilitate juris, Verricelli, quem nos sequimur, in utraque, & quidem merito, quia est eadem in utraque ratio.*

d Masc. conf. 648. cui adde Glossam in dict. lege Barbarius.

§. IX.

De acquisitione Jurisdictionis ex Subdelegatione.

1. **S**ubdelegatio Jurisdictionis tunc habetur, quando Delegatus, qui habuit immediatè à Superiore potestatem, eandem alteri tertio concedit; Et licet videatur id nunquam fieri posse ex illo universali Axiomate, *Delegatus subdelegare non potest*; nihilominus quia Doctores multis modis limitant dictum Axioma; præsertim quando Delegatus est à Summo Pontifice, & quando est ad universitatem causarum, ut distinctius videre est apud Sanc. e, idèd c Sanc. l. 3. quamvis nostrum non sit de cæteris agere, de matr. d. 31. tamen necessaria dicere in nostra materia de Jurisdictione ad absolvendum, nostrum omnino est. Quoniam autem tota res hæc à voluntate illius ordinarii, qui te immediatè delegavit, pender; potuit enim ita te delegare, ut potestatem haberes alios subdelegandi, & potuit, ut non haberes, idcirco merito inquirimus, quandonam hoc erit, quando non ita?

Respondeo. Habe hæc tria documenta pro nostro instituto breviter.

2. Documentum primum. Nisi expressè Superior te deleget ad absolvendum cum prædicta potestate subdelegandi, vel nisi confe-

rat tibi officium, cui est annexa ejusmodi Ordinaria potestas, ut in sequenti documento dicant, nunquam a potestate alium subdelegare ad absolvendum. Ratio est, quia (quicquid sit aliquando in aliis materiis) certe in nostra, in qua maxime requiritur idoneitas personarum, tuarum personarum dumtaxat addicitur potestas, nisi tertia mentio fiat.

7. Documentum secundum. Si quando quis ita à Superiore constituatur potens absolvere, ut ei tradatur officium Ordinarii, cui scilicet officio est conjuncta potestas ministrandi hoc Sacramentum, quale est munus Episcopi, Parochi, Prælati Regularium, aliorumque supradictorum, habentium potestatem ordinariam, is non videtur delegari à dicto Superiore, sed officium Ordinarii accipere, unde jure proprio alios delegare poterit, etiam dando iisdem aliis potestatem subdelegandi, ac si quis constituatur loco alterius Ordinarii, non absolute, sed ut suppleat, seu exerceat officium Ordinarii, v.g. Parochi ad breve tempus, (quo pacto dicitur Vicarius Parochi) hic sane Vicarius brevis temporis, puta per quindecim dies, (inquit *b. Delugo*) dicitur quidem delegatus, sed dubitatur, an possit sibi subdelegare aliquem alium. Circa quam dubitationem dico, eum posse subdelegare alium eapacem dictæ Jurisdictionis in aliquo tamen casu particulari, non vero universaliter. Idem dico de Pœnitentiario Summo. Idem dicit *d. Quintannad.* de eo Religioso, qui loco Superioris substituitur in totali administratione totius Monasterii. Idemque dicit *Delugo* e de Vicario eum potestate universali absolvendi, constituto ab Abbate, seu Superiore in aliqua distantia domo à dicto Superiore. Ratio est, quia non præsumitur Ordinarius voluisse adeo rigore se gerere cum suo universali Vicario, & officiali, ut ne in casu quidem particulari, aliquid possit supra id, quod potest Delegatus ad absolvendum, de quo in antecedente documento dictum est.

4. Dixi autem Primo, alium eapacem, nam requiritur, ut non sit excommunicatus, vel alia censura affectus, & ut sit approbatus ea Approbatione, quam dicam in c. sequenti.

5. Dixi Secundo, in aliquo tamen casu, nam non potest ad totum officium suum, quia is, qui eum, pro suo Vicario, vel Officiali elegit, non præsumitur tantam potestatem eidem

concessisse. Excipe, nisi forte aliquid plus expresse concesserit. Aliquid amplius primo aspectu videtur concedere prædicto Religioso Substituto, idem *Quintannad.* feriamus *f. Quint.* per unum diem illi administratio totius domus committatur, sed si attentè legatur, à nostra doctrina non distat.

6. Documentum Tertium. Quando Pontifex Summus concedit aliquibus, (ut de facto concessit, modo alibi explicato, Mendicantibus) Jurisdictionem pro omnibus casibus, censurisque, etiam ipsi reservatis, si sic delegati, ne pro uno quidem casu particulari poterunt id subdelegare alteri. Ratio est, quia, quamvis sic sint à S. Pontifice delegati, & præterea ad universalitatem causarum, unde videantur posse, tamen non ita est, quia voluntas Summi Pontificis limitat concessionem ad personas dumtaxat sic delegatas, quæ limitatio etiam si ex aliis conjecturis non colligeretur, certè haberetur, ex eo, quod ita usurpatum est tot annis. Religiosi enim, quamvis scientissimi suorum privilegiorum, nunquam ausi sunt aliquid subdelegare de sua Jurisdictione absolvendi universaliter ipsis delegata.

7. Idem multo magis dici debet, quando inferiores Ordinarii, vel Prælati Regulares similem potestatem universalem darent aliqui subdito, qui casus certè ille esset, quem diximus in Documento Primo. Idemque de Confessoribus deputatis in aliqua domo Religiosorum, neque enim ille subditus, & hi deputati possunt aliquid alteri subdelegare, ut notat *Quintannad.*

8. Diana *b.* docet, si quando detur hujusmodi potestas ab Episcopo alicui Prælati Regulari, posse hunc subdelegare alium pro aliquo casu peculiari. Verum ego cum *Delugo* i puto, nisi aliqua alia verba Episcopus addat significantia dictam potestatem subdelegandi, non esse sententia Dianæ acquiescendum, saltem propter dictam praxim in contrarium.

§. X.

De prædicta Delegationis duratione.

1. **E**gimus, qua ratione acquiratur Jurisdictio ad absolvendum, nunc superest,

perest, ut agamus de ejus duratione, quæ est tractatio proportionaliter communis ad Approbationem, vel ad similes concessiones. Sed nobis otium non est de hac re agere universaliter, cum solum duratio Jurisdictionis, vel Approbationis ad absolvendum, quæ dependenter habetur ab Ordinario, seu Prælato, ad nostrum institutum pertineat. Porro tribus modis potest tibi ab ejusmodi Ordinario delegari, seu concedi potestas absolvendi. Primò, absolute. Secundò, ad certum tempus. Tertiò, ad tempus incertum.

2. Quoad duos priores facilis est resolutio. Nam prima durat, donec legitime revocetur, & quidem positivo actu revocationis, unde mortuo, vel ab officio amoto concedente, adhuc illa perseverat, & donec successor positivè revocet, quia est gratia facta. 28. n. 72. Vide omnino infra, b ubi discet, an revocatio hæc, sine causa facta ab Episcopo, sit valida. Vide item multa in hanc rem infra lib. 8. de Matr. tr. 2. cap. ult. §. 4. & 5.

3. Secunda etiam durabit usque ad tempus, seu terminum præcisè designatum, ut ex se patet; nisi antea pari modo positivè revocetur. Adest tamen hic notandum documentum. Si enim res non est integra, hoc est, si qua confessio bona fide incepta finiri non potuit intra tempus præfixum, sive propter poenitentis scrupulos, sive ob proximam Confessionem, sive ob aliud rationabile impedimentum, si, inquam, res non est integra, poterit Confessor post dictum tempus prosegui suam operam, etiam cum interpolationibus humano modo solitis, & illum absolvere, ac si esset intra tempus concessum. Ratio est, quia ex eo, quod ceptum est negotium Confessionis tempore habili, radicem in Delegato fixit Jurisdictio, ut loquuntur Jura, ex rationabili voluntate concedentis; quare in illo ea perpetuatur, usque ad complementum negotii. Idem passim docent Sanchez. l. cent. & Doctores, etiam in simili concessione. 2. Sum. c. ex vi Bullæ Cruciatæ, & Jubilæi, si quando, 13. n. 15. elapsis terminis confessionis, confessio incepta, propter aliquod impedimentum perdisi. 29. de fici non potuit. Addidi illud (bona fide) pan. 7. 24. quia persuadere mihi non possum, (si id in fraudem fiat) adesse consensum Superioris ad prædictam Jurisdictionem continuandam, quicquid alii dicant.

4. Nota item cum d. Fasgine aliisque, d. Fasg. 2. si, data Absolutione, recorderis alicujus Eccl. præ peccati mortalis à te, ante Absolutionem cap. l. 7. c. commissi, re non posse absolvi ab hoc Sacerdote, à quo jam expiavit omnis potestas absolvendi, cum per Absolutionem, quasi per sententiam datam, ipse jam functus sit officio suæ delegacionis; debebis ergo ejusmodi mortale exponere legitimo Confessario. Et nihilominus te posse absolvi ab oblitis, docet probabiliter ex Decretis Diana p. 11. tr. 8. res. 28. Quia tunc sequens confessio pertinet ad priorem. Verum nota nullo modo posse à commissis de novo post absolutionem, neque seorsim, neque cum prædictis oblitis. Videatur Sanchez e & distinctius Delugo, f quæ nos e Sanc. lib. breviter afferemus g. in Tr. de Casibus Re- 8. matr. d. servatis. 15. n. 17.

5. Quoad Tertium, quando confessio facta est ad tempus incertum, aliquantò difficilior est decisio. Et quidem ejusmodi concessio duplici solet fieri formula. Prius, præsertim mō, per has, vel similes clausulas: *Do tibi facultatem absolvendi, donec revocavero, vel g. Infrain donec aliud ordinavero, vel usque ad aliud, & Tr. de Ca-* in his quidem formulis videtur ostendi, de- sibus Ro- bere interponi actum voluntatis positivum ser. c. 9. revocationis, ut Superior concessionem re- §. 3. moveat. Quare si actus positivus non interponatur, perseverabit semper. Secundò per has, vel similes: *Do tibi facultatem absolvendi, donec voluero, vel donec mihi placuerit, vel, quod idem est, ad meum beneplacitum, & in his formulis videtur ostendi, non debere necessario interponi actum positivum, ut Superior concessionem revocet, sed ea revocabitur eo ipso, quod voluntas, & placitum Superioris non adfuerit, quod poterit esse sine ullo Superioris positivo actu, quando morietur; nam eo mortuo deficit, atque adeò non adest ipsius positiva voluntas, seu beneplacitum.*

6. Jam verò si de prioribus formulis sermonem habeamus; certum est apud omnes, concessionem, datam sub illis formulis, non expirare etiam post mortem concedentis, vel post eum amotum ab officio, sed ut expiret, debere à successore per actum positivum, ut dictum est, revocari. Ratio est, quia si confessio est sub his formulis *donec revocem, vel donec aliud ordinavero, vel*

70
usque ad aliud, debet, ut finem habeat concessio, poni hoc aliud, vel debet poni illa ordinatio, vel revocatio: Si ergo non ponatur, finem concessio non habebit. Cum igitur mors concedentis, vel amotio ejusdem ab officio non sit revocatio, nec ordinatio, &c. non expirabit concessio.

2. *Suar. d. 26. de Poenitent. sec.*

3. *Delugo d. 19. de poen. n. 37.*

Sanchez cum multis, li. 8. matr. d. 28. n. 52. Sanc.

plur. refertens l. 8. matr. d. 28. n. 52. Menoch.

Covar.

Pontius, quos refert sequitur, Castrop.

T. 1. tr. 3. d. 4. p. 16. §. 5. n. 5.

Merolla T. 2. d. 4. c. 6. n. 52.

Suar. de leg. l. 8. c. 32.

bG. Hurt. d. 10. de poen. dif. 4.

Grur. d. de suspens. dif. 2. Pasqu. T. 1. decis. 499.

multos citans Castrop. l. c. dicens hanc non cavere probabilitate.

8. Altera sententia multorum non minus certe probabilis, quam præcedens, docet; ejusmodi concessionem his posterioribus formulis concessam, non expirare per mortem concedentis, vel per amotionem ab officio, donec a successore, vel ejus Superiore positivè revocetur. Ratio, quæ simul solvit fundamentum oppositæ sententiæ est: quia, esto illud, donec voluero, donec mihi placuerit, ad meum beneplacitum, significet debere permanere volitionem, & beneplacitum concedentis, ut concessio perseveret; tamen jam permanet in casu nostro; eo ipso enim, quod non revocatur ejusmodi voluntas, seu beneplacitum, satis manet habitualiter, & morali modo; dum enim ego non retracto voluntatem aliquid faciendi, in illa voluntate satis persisto. Cum ergo concedens, qui è vita discessit, vel amotus est ab officio non retractaverit voluntatem, in eadem permanere dicendus est. Unde vides has posteriores formulas

donec voluero, &c.) tandem involvere formulas priores, seu cum illis coincidere, quæ dicebant (donec revocavero, &c.) lege Bordonum, & qui hanc nostram sententiam ex alio capite, quod hic non vacat examinare, probabilem esse affirmat, pro Regularibus præsertim, quando sine causa n. 60. sufficienti Episcopus apponit limitationes dictas (ad beneplacitum, &c.) quod etiam observat Diana, & innuit Delugo.

9. Objicies. In Cap. Si gratiose, de rescriptis p. 6. Tr. 6. in 6. expressè habetur illud Axioma, Concessio gratia ad beneplacitum, spirat morte concedentis. Respondeo. Hoc Axioma multas habet limitationes, quas legere potes apud f. Menochium, & g. Bossum. In ceteras f. Menoch. est illa, ut ejusmodi Pronunciatum sit verum in materia ambitiosa, & b. restringibili. Dico ergo hoc Capitulum si gratiose, non esse contra nos, illud enim expressè loquitur solum de materia multum restringibili, nempe de beneficiis vacaturis, quando scilicet Pontifex concedit alicui gratiam, ut provideatur de Beneficiis, quæ vacabunt pro tempore, quo ipsi Pontifici beneplacitum erit, quæ concessio vult expressè, ut solum intelligatur de Beneficio vacaturo, dum vivet ipse Pontifex: non enim vult præjudicare successoribus, cui competit conferre Beneficia, quæ suo tempore vacant, & idem est in officiis temporalibus.

10. Denique concessa delegatio, seu potestas absolvendi, si à Superiore revocetur legitimè, perit, ut indicatum est, sed debet revocatio intimari ei, cui concessa dicta potestas fuerat. Unde si illi non intimaretur, sive per nuntium ad id destinatum, sive per edictum, licet, & validè posset ille Sacerdos confessiones excipere, quia donec juridicè ipsi intimetur revocatio potestatis, semper potest probabiliter judicare, nondum sibi ejusmodi potestatem fuisse sublatam, ut ex communi sententia rectè Sanc. i. probat. Quod si Superior licentiam revocaret, & item eam suo Delegato intimaret, sed revocatio communiter nesciretur, validè confessiones exciperet. Sacerdos, licet illicitè, quia tunc adesset error communis, datus jurisdictionem, ut superius dictum est.

De Approbatione Confessario
necessaria.

S. I.

Quid ea sit?

2 Triden.
sess: 23.

e Pontius l. 5. matr. e. 17. n. 14. Aliqui & verò contendunt, esse sententiam, seu juridicam testificationem, quam idem Episcopus, ut Episcopus, profert de dicta aptitudine. Cum enim (ajunt) approbatio requisita à Tridentino sit quid conjunctum, & pertinens ad completam Jurisdictionem Confessarii, sicuti ipsa Jurisdic-
aversa qu. 16. de pan. sec. 6. tionem Confessarii, quæ confertur Confessario, prob-
ciatis Fa- eedit ex potestate Jurisdictionis Episcopi,
natio. Eo- ut sic, ita procedat, & approbatio necesse
Bordonij. est.

3. Ultraque sententia videtur probabilis, prior tamen est expeditior, & Tridentini

4. Hæc autem, siue testificatio, siue sententia, non est, nec esse debet solum iudicium de doctrina sufficienti Sacerdotis, sed etiam de morum integritate, & prudentia, cæterisque conditionibus ad confessiones Fidelium dignè exepiciendas : nam propterea, etiamsi Sacerdos secularis, vel Regularis dignè, quoad literas, gaudeat laurea Doctoratus, vel sit Magister, seu Lectus Theologiæ, &c. indiget Approbatione, quia Doctoratus, vel Magistrerium quantumvis notoriæ sapientiæ, nihil probat de moribus &c. Lege Thomam d' Huradum.

d T. Hunt.

6. Porro, ut omnia hic breviter colligam, quæ sunt scitu necessaria de prædicta *ess. 23. c.* Approbatione, percurram breviter aliquot *15. de Re-* clausulas Decreti Tridentini, *f* quod illam *form.* induxit, quasque prolixè habes apud Fa- *g. Fag. li.* gundez, *g* aliisque. Decretum autem est *7. in 2. Ec-* hujusmodi. *cl. præc.*

Decernit Sancta Synodus, nullum, etiam
Regularem, posse confessiones Sacularium, etiam
Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, Barbof. in
nisi, aut Parochiale beneficium, aut ab Episcopis, Conc. Tri-
per examen (si illis videbitur esse necessarium) den. d. c.
aut alias, idoneus judicetur, & Approbationem, 15.
qua gratis datur, obtineat, privilegis, & con-
suetudine quacunque, etiam immemorabili, non
obstantibus.

§. II.

h Rodri-
quez.
Henriq.
Navarro,
Lop. ap.
Ant. Esco-
bar. in

*Nullus etiam Regularis possit Confessiones
Sacularium, etiam Sacerdotum
audire.*

1. **E**tiam Regularis. Quamvis aliqui ve-
 rint hanc approbationem Episco-
 pi non esse necessariam pro Regularibus
 exemptis, quia ipsi habent Privilegia, uti
 electi a suis Superioribus, & presentati
 Episcopis, si hi nolint approbare, intelli-
 gantur jure ipso approbati, tamen est adeo
 manifesta mihi, & aliis horum privilegio-

2. *Suar. l. 5.* tum revocatio, quæ satis expresse fit à Tridentino in hac sua nova lege. contradictonie
de leg. c. 31. *an. 13.* opposita privilegiis illis quibuscunque, ut
Sanc. lib. non sit integrum dubitare de hujusmodi ne-
6. matr. d. cessaria Approbatione, etiam pro Regula-
38. n. 20. ribus.
Castrop. T. 2. Nullus possit. Per hoc verbum possit
1. tr. 3. d. 2. præposita negatione, modoque loquendi,
p. 17. n. 4. & sine Tridentini, ostenditur, nullum Sa-
Ep. T. 3. tr. cerdotem, sive Sæcularem, sive, ut modò
16. d. 4. p. dixi, Regularem, posse validè, vel licitè sine
12. §. 4. Approbatione Ordinarii confessiones exci-
nu. 4. Ep. pere, licet enim sit controversum, an semper
distinctius vox, non potest, tum licitum usum, tum vali-
ib. p. 13. dum excludat, de qua re *a Suar.* aliique fusi;
§. 1. n. 8. tamen omnes concordant, in re nostra u-
Quinta. de trumque excludere ex modo, ut dixi, loquen-
confir. di, & sine intento à Tridentino.
sing. 7. n. Posita hac doctrina, colligo ex Suario,
4. Bardi. b si quis Episcopus concederet tibi licen-
1. 10. Selec. tiam eligendi Confessarium non appro-
qu. 8. n. 7. batum, quemcunque velis, nulliter eam
b Suar. d. concessurum, quia ipse dispensare non po-
28. de test in lege Superioris, qualis est hæc Tri-
pæn. sec. 5. dentini, in qua solus Summus Pontifex
Diana p. potest. Hoc Suarii dictum, ego tunc intelli-
11. T. 4. go esse verum, quando ejusmodi licentia
7. 16. ex circumstantia non est tacita Episcopi
c Vrb. approbatio ejus Confessarii, quem tu ele-
III. Cum geris.
sicut acce- 3. Confessiones Sæcularium. In his verbis
pimus. notentur duo. Primò, Concilium loqui de
d Dian. p. Confessariis audituris Confessiones Sæcu-
11. tr. 4. larium, non ergo de exceptis Religioso-
res. 14. rum confessiones, de quibus nihil Conci-
Aversa lium innovat. Quare hi poterunt secundum
q. 16. de Jus antiquum ab iis Sacerdotibus absolu-
pæn. sec. 7. tionem obtinere, quos eorum Prælati ipsis
sine. Boss. destinaverint.
de iubila. 4. Inter Sæculares numerata post Decre-
sest. 3. cas. tum e Urbani VIII. qui revocavit omnia
2. n. 32. privilegia, aliàs concessa circa confessiones
conty. Sæcularium sine approbatione Episcopi, nu-
Tamb. de mera, à inquam, famulos, quamvis com-
Iur. Ab. menses Religiosorum, qui non sunt nec
T. 2. d. 6. Novitii, nec Professi: numerata item Alum-
q. 16. Ep. nos, & Convictos in Seminariis eorum-
cont. Lex- dem Religiosorum: ut etiam numerata pro-
ximam in xime ingressuros in Religionem, nam quia
mari. hi sunt verè sæculares, per dictum Urbani
magn. E- Decretum ablata est potestas, qua fortè
rem. S. Au- gaudebant Religiosi.

5. Secundò, notatur à Concilio, revocari *gustini*, s.
 eam antiquam aliquorum locorum consue- *1. nu. 4.*
 tudinem, per quam Sacerdotes Sæculares
 absoluebantur à quovis Sacerdote, & licet
 aliqui dubitarent de hac revocatione, nun-
 post multas declarationes Cardinalium, &
 maximè post Decretum Innocentii X. non
 potest de ea amplius dubitari, ut videre potes
 apud Vetricelli. *e*

6. Nondum omnia, quæ huc pertinent, *de missio-*
 explicuimus; enodandæ enim sunt sequen- *tit. 9. q.*
 res quæstiones, quas per suos titulos clari- *153.*
 tatis gratia, sic distinguo.

Approbatio pro Confessione ipsius Episcopi.

7. Queritur Primò, an sub nomine Sa-
 cerdotis Sæcularis hic comprehendatur et-
 jam Episcopus, ita ut Episcopus v. g. Syra-
 culanus non possit extra suam Dioccesim,
 v. g. in civitate Catanensi Confessorem ex *f Delugo*
 sibi non subditis eligere, sed debeat aliquem *de pæn. d.*
 ex illis, qui sunt approbati ab Ordinario *21. nu. 1.*
 Catanensi.

8. Comprehendi affirmant *f Delugo*, & *Suar. Ep.*
 Aversa, *g* quia etiam ipse est Sacerdos Sæ- *Coninck.*
 cularis. Confirmatur ex eodem *h Delugo*, *g Aversa*
 qui dicit Episcopum extra suam Dioccesim *qu. 16. d.*
 non posse approbare Confessarios pro suis *pæn. sec. 1.*
 subditis extra Dioccesim existentibus. *h Delugo*

9. Negant alii, Unde *i* dicunt, Episco- *in resp.*
 pum, etiam post Tridentinum posse eli- *moral. l.*
 gere, quem voluerit, juxta *C. finale de pæn. dub. 17.*
Ep. remiss. Quamvis autem alia rationes; *Boss. de*
 afferantur ab aliis pro hac sententia, illa *iubil. se.*
 mihi satis probabilis in mentem venit, *3. n. 100.*
 quia ex contextu, & loquendi modo usur- *Pasq. de*
 pato à Tridentino, nomine Sacerdotum *cis mor.*
 Sæcularium, quibus imponitur, ut ipso- *88. id es-*
 rum Confessarius sit approbatus à suo Epis- *rendens d.*
 copo, solum intelliguntur Sacerdotes com- *Episc. co-*
 munes, non verò Sacerdotes, qui simul *fir. nodum*
 sunt Episcopi. Video enim hodie Sacer- *consecra-*
 dotis nomine non venire Episcopos, esto *sum, Ep.*
 olim venerint: & etiam si hodie venirent in *decisi. 87.*
 aliis dispositionibus, certè in dispositioni- *ad Titulu-*
 bus Tridentini, non item: quia adverte *rem, leg.*
 sub nomine Sacerdotis, nunquam Conci- *eriamul-*
 lium includere Episcopum, sed constanter à *Cruce-*
 Sacerdotis nomen absolute prolaturum, *exp. Bull.*
 non nisi Sacerdotibus communibus attri- *ca. 2. d. 1.*
 buere.

10. Ad Confirmationem Respondeo. Negari ab aliis id, quod dicit Delugo, & meritò, nam cum Approbatio ad audientias confessiones sit actus Jurisdictionis voluntariae, & non contentiosae, potest in alieno Territorio exerceri, ut alibi dictum à nobis est, multò magis, si sit mera testificatio, ut dixi n. 1.

Approbatio pro Confessore Cardinalium, Imperatoris, Regis.

11. De his, (quae est Quaestio II.) cum non a Diana p. sint frequentis praxis, legatur Diana, & qui 11. Tr. 4. tamen tandem concludit Cardinalium Confessorium non indigere approbatione Episcopi, immò ipsos posse dare licentiam suo familiari, ut is eligat sibi in Confessarium Sacerdotem, quem voluerit, quamvis ab Episcopo non approbatum, quia Cardinales sunt Episcopi, & Parochi suae familiae. Non ita Imperatores, & Reges: hi enim, nisi habeant privilegium, (ut habere solent) indigent Confessariis ab Episcopo approbatis.

Approbatio pro Confessario Novitii.

12. Quærimus Tertio, an Confessarii Novitiorum Religionum exemptarum, (exceptae autem sunt hodie fere omnes Religiones) debeant ab Episcopo approbari?

13. Respondeo, non debere, quia Novitii in favorabilibus (quale certe est posse absolvi apud Confessarium independentem ab Episcopo) veniunt nomine Religiosorum: Ipsi ergo poterunt Absolutionem obtinere à Confessario deputato à suis Superioribus.

14. Sed possuntne praedictam absolutionem accipere à Confessario destinato, vel approbato solum à suo Episcopo, & non à suo Superiore?

15. Respondeo. De hac re agam infra b in Tr. de casib. reserv. ubi dicam negari ab aliquibus, sed valde probabiliter concedi ab aliis.

Quid per Bullam Cruciatæ, dicam paulò c inferius.

Tamburinus de Sacramentis.

Approbatio pro Confessario Religiosi iter agentis.

16. Quæritur IV. in hunc modum. Solet sive ex expressa, sive ex tacita licentia imbita in facultate peregrinandi, seu, quod idem est: in facultate morandi, ubi non sunt Sacerdotes proprii Ordinis, solet, inquam, concedi Religiosis, ut tunc confiteantur Sacerdoti seculari, si Sacerdote sui Ordinis carent, de qua re latè Suar. d. In his ergo casibus possuntne dicti Religiosi in Confessorem eligere Sacerdotem simplicem, nondum approbatum ab Episcopo?

17. Negat Vasq. cum paucis, sed probabilius concedit Suar. e. cum multis. Ratio est, quia ex una parte Tridentinum non includit Religiosos in hoc Decreto requirente Approbationem Episcopi, ut supra vidimus, & ex alia à Superioribus non restringuntur ejusmodi itinerantes ad eligendos Confessarios approbatos ab Episcopo, (si enim restringerentur, sine dubio non possent) ergo neque à nobis restringi debent. Nostri ex Societate an sint restricti in aliquo, quoad hoc, infra dicemus, f. ubi etiam explicabimus quare Religiosi possint absolvi à reservatis, cum iter faciunt.

Approbatio pro Confessariis Monialium.

18. Quod Moniales subditæ Episcopis debeant non alios Confessarios habere, nisi à suo Episcopo approbatos, res est, & semper fuit extra controversiam, quia subditæ, & ipsæ Episcopo sunt. Solum ergo olim erat quaestio de Monialibus exemptis, quæ scilicet Prælati Religiosorum exemptorum sunt subditæ. Sed jam hodie soluta est hæc quaestio: g. Gregorius enim XV. statuit, etiam has, non alios, quam XV. In ab Episcopo approbatos habere posse in Confessarios.

19. Porro ut hac occasione alia ad Monialium Confessarios pertinentia discas, habes sequentia.

Primo, in licentia, quam dat Episcopus excipiendi Confessiones, etiam mulierum, non intelligi Moniales, nisi specialiter exprimitur, & ita est praxis, ut ex communi sententia notat h. Campanili.

K Secundo,

Secundò, Confessarium approbatum pro uno Monasterio, non censi a approbatum pro alio.

Tertiò, approbatum pro uno Monasterio pro una vice, non posse pro aliis vicibus.

Quartò, Approbatus absolute pro secularibus, an possit excipere Confessiones Monialium tempore Jubilæi, alii negant, c. 9. n. 20. alii affirmant apud b Pellizzarium.

Quintò, A quonam absolvi possint Moniales à reservatis, dicam ibid. in Tra. de casib. reservatis. c.

ser. c. 3.

n. 3. & 4.

Approbatio pro Confessario Ordinum Militarium.

20. Interrogatus nuper fui, an Milites Hierosolymitani S. Joannis, hodie Melitenses, possint eligere in suum Confessarium quemlibet sæcularem, vel Regularem Sacerdotem, qui ipsis designetur à suis Superioribus, quamvis hic non sit approbatus à suo Episcopo?

21. Uterque Sanchez d. putat posse, quia ex una parte hi milites sunt in omnium sententia veri Religiosi, pro quorum Confessariis non requirit Tridentinum Episcopi, ut ipsi, qui sunt verè Religiosi ab hoc privilegio sunt excludendi.

22. Aversa autem putat, e non posse, atque adeò etiam ipsorum Confessarios indigere Episcopi Approbatione. Ratio est (inquit,) quia hi propter magnam libertatem vivendi, qua gaudent, veniunt nomine sæcularium, pro quorum Confessariis requirit Tridentinum Approbationem Episcopi; in Tridentino enim hoc nomen (Sæcularis) accipitur prout opponitur Religioso claustrato, ut idem hic sit, Sæcularis, ac vivens in propria domo, & quasi in sæculo.

23. Equidem tria dico. Primò, hanc acceptionem nimis esse gratis excogitamam. Dico secundò, melius idem probari posse ex interpretatione usu ipso facta hujus Decreti Tridentini, quando hi milites degunt extra Conventum, hoc est extra Melitam; Rarò enim invenies, hos audere tunc absolutionem petere à non approbatis ab Episcopo. Dico tertiò, propterea, quicquid sit speculativè, certè si sint extra con-

ventum, p. actice posteriorem sententiam dictam nu. 22. esse recipiendam.

f Diana

24. Dico denique quartò, dum sunt in Conventu, id est dum Melitæ, quasi in suo Claustro ipsis proportionato, morantur, videri eorum Confessarios non indigere, nisi licentiâ sui Superioris, quem in hoc esse Priorem Ecclesiæ, supponit g Pater Bardi. g Bard. in Profectò in praxi, usus ibi usurpatus custodiatur.

Bulle

25. Quoad alios Ordines Militares Sancti Jacobi, Alcantaræ, & Calatravæ, quamvis de his utrinque (sanè probabiliter) an verè sint, an non sint Religiosi, pugnetur, dicendum est, in utraque opinione debere uti Confessariis approbatis ab Episcopo, quando sunt extra suos Conventus (nam quando ibi commorantur, usus, servetur juxta praxim ibidem observatam.) Ratio est, quia, si non sunt Religiosi, subduntur Episcopis; si sunt Religiosi, recurrit, quod tertio loco dixi. nu. 23.

Cruc. p. 1.

tract. 4. c.

2. sec. 2.

n. 26.

De licentiâ, quam Religiosus habere debet, ut valide excipiat sæcularium Confessiones.

26. Ex occasione Approbationis, quam etiam Religiosi obtinere per Tridentinum debent, ut n. 1. dictum est, omnia ferè, quæ ad licentiâ pertinent, sub qua à dictis Religiosis Sacramentum Pœnitentiæ ministrandum est; hic breviter comprehendam.

Recole autem, Religiosos Jurisdictionem necessariam ad absolvendum sæculares habere à Summo Pontifice, ut nuper vidimus, ubi addidimus, eandem posse habere ab Episcopo, qui dum eos approbat, simul (nisi quid expresse limiter) Jurisdictionem confert.

27. Hoc in memoriam redactò; si loquamur de Jurisdictione, quam Religiosi habent à Summo Pontifice, ea ab ipsis non obtinetur, inconsultis, vel invitis eorum Superioribus. Ratio est duplex. Prima, quia in Clem. dudum de Sepulturis, Religiosis tunc, conceditur posse absolvere pœnitentes, quando à Superioribus præsentantur Episcopo, ut is eos approbet. Ergo supponit, quod ipsi Superiores non sint inconsulti, vel inviti. Hoc autem nunquam invenitur

p. 3. tr. 1.

ref. 30.

g Bard.

g Bard.

explic.

Cruc. p. 1.

tract. 4. c.

2. sec. 2.

n. 26.

Cruc. p. 1.

tract. 4. c.

2. sec. 2.

n. 26.

Cruc. p. 1.

tract. 4. c.

2. sec. 2.

n. 26.

Cruc. p. 1.

tract. 4. c.

2. sec. 2.

n. 26.

Cruc. p. 1.

tract. 4. c.

2. sec. 2.

n. 26.

Cruc. p. 1.

tract. 4. c.

2. sec. 2.

n. 26.

Cruc. p. 1.

tract. 4. c.

2. sec. 2.

n. 26.

Cruc. p. 1.

tract. 4. c.

2. sec. 2.

n. 26.

Cruc. p. 1.

tract. 4. c.

2. sec. 2.

n. 26.

Cruc. p. 1.

tract. 4. c.

2. sec. 2.

n. 26.

Cruc. p. 1.

tract. 4. c.

2. sec. 2.

n. 26.

Cruc. p. 1.

tract. 4. c.

2. sec. 2.

n. 26.

Cruc. p. 1.

tract. 4. c.

2. sec. 2.

n. 26.

Cruc. p. 1.

tract. 4. c.

2. sec. 2.

n. 26.

Cruc. p. 1.

tract. 4. c.

2. sec. 2.

n. 26.

Cruc. p. 1.

tract. 4. c.

2. sec. 2.

n. 26.

Cruc. p. 1.

tract. 4. c.

2. sec. 2.

n. 26.

Cruc. p. 1.

tract. 4. c.

2. sec. 2.

n. 26.

Cruc. p. 1.

tract. 4. c.

2. sec. 2.

n. 26.

Cruc. p. 1.

tract. 4. c.

2. sec. 2.

revocatum. Secundò, quia hoc privilegium directè concessum est Religioni, quare non transit ad particulares, nisi media voluntate Superioris. Ita a Bossius testans, esse sententiam communem. Et adverte, tamen ali-
 4. casu 2. quis, sive jure, sive injuria posset de hoc dubitare, quoad alios Religiosos, saltem quando Superior positivè non repugnat, velletque Compens. sustinere privilegium esse immediatè ipsis Priv. Soc. particularibus concessum; tamen quoad RELIGIOSOS nostræ Societatis dubitari non pos-
 Suar. T. 4. test, quia Societas habet privilegium, b ut de Rel. tr. nullis gratis concessis, vel concedendis Socii 10. l. 10. utantur, nisi medio Patre Generali positivè c. 5. n. 6. concedente.

28. Atque ex hac doctrina sequitur, Pri-
 à n. 2. mò, Regularem non posse in administratio-
 c. Suar. l. c. ne hujus Sacramenti Pœnitentiæ uti privi-
 l. 9. c. 2. legiis suæ Religionis, sive directè, sive per
 n. 6. communicationem concessis, sine suorum
 d. Aversa Superiorum licentia, quia pari modo illa o-
 qu. 16. de mnia debent modo Superiore transire ad sub-
 jectos. Sequitur Secundò, (ut infert e Suar.)
 Afsen. Superiores posse dictam Jurisdictionem, quam
 Tamb. de ipsi, juxta dicta, suis communicant, commu-
 tur. Abb. nicare limitatè, ut scilicet dicti Religiosi pos-
 T. 2. d. 6. sint excipere Confessiones Virorum, & non
 q. 16. Mulierum, in hoc loco, & non in alio, tanto
 e. Graff. tempore, & non tanto, & c. Sicuti possunt E-
 Miranda, piscopi, ut probat quotidiana praxis, limitatè
 Lezzana, approbare aliquem Confessarium pro viris,
 Laym. a- & non mulieribus, tanto, vel tanto tempore,
 lique a- pro secularibus, & non monialibus, d & c.
 p. d. Boss. 29. Si verò loquamur de Jurisdictione,
 de Lubil. quam participare possunt Regulares si ea ab
 sec. 3. casu Episcopo eis communicetur, Dico, Episco-
 2. n. 187. pum e posse, (nam quando velle, censendus
 Trull. in sit, dicam mox n. 30.) ipsis Religiosis eam
 Bulla validè communicare etiam invitis eorum
 Cruc. l. 1. Superioribus. Si enim Episcopus potest non
 5. 7. c. 1. subdito, V. G. Sacerdoti alterius Diœcesis
 d. 6. nu. 7. dare validè Jurisdictionem, Approbatio-
 Lud. 2. nemque ad proprias dicti Episcopi oves ab-
 Cruc. in solvendas, inscio, invitoque alio Episcopo
 Bulla dicti Sacerdotis, cur non Religioso? hoc
 Cruc. di- tamen interest inter utrumque quod Reli-
 sp. ut. p. c. giosus facilius posset peccare mortaliter, quia
 2. d. 16. facilius sub gravi præcepto à Superiore pro-
 n. 5. hiberi ipsi potest, ne excipiat Confessiones
 secularium, cum non tam facilè soleat Epis-
 copus sub gravi præcepto suis Sacerdotibus
 idem prohibere.

Dixi validè communicare, &c. At licitè ne Religiosi utentur dicta Jurisdictione?

30. Respondeo, etiam sine positiva pro-
 hibitione Superioris putat Layman. peccare Religiosum prædictum, f si Confessionis f Laym. l. r.
 Sacramentum administret, quia adhuc in re gravi utitur sua voluntate independen- s. tr. 6. c.
 ter à Superiore. Id ego Laymanno con- 10. n. 19.
 cedere non possum, quia, saltem ex certa consuetudine, non peccant Religiosi contra dependentiam à suo Superiore, nisi hic legitime voluntatem suam exprimat in contrarium.

31. Pejus quid molitur Bossius; g con- g Boss. l. c.
 tendit enim, Religiosum esse incapacem Ju- citans Sil-
 rildictionis Episcopalis sine consensu Su- vest. Hen-
 perioris, quia sic subderetur Episcopo, à riq. aliof-
 quo totaliter erat exemptus, quod cedit in que.
 præjudicium Superioris. Quare putat abso-
 lutionem prædictam, esse omnino illicitam, & quidem etiam invalidam.

32. Verum, ut hinc incipiam, quamvis ex ejusmodi præjudicio, etiam si illud adesset grave, illicita fieret collatio Jurisdictionis, sed unde probatur fieri etiam invalidam, & Religiosum ex vi subjectionis, quam in Religione profitetur, esse ejusmodi Jurisdictionis incapacem?

33. Deinde dico, Religiosum prædic-
 tum, non solum illicitè mortaliter usurum dicta Jurisdictione, excipiendo Sæcularium Confessiones, quando illi superior legitime per positivam prohibitionem graviter, præcipiet, ne ea utatur: tunc enim faceret contra obedientiam Superiori debitam; alias, ad summum, solum venialiter peccaturum. Vide tamen n. 36.

34. Hic denique scito, Ordinis Prædi-
 catorum Religiosos illud habere à Julio III. h ut nullæ sint omnes licentiæ Absol- h Refert
 vendi, seu Jurisdictiones pro Confessionibus audiendis, concessæ illis ab Ordinario, To. 1. Reg. Rodriq.
 (non ergo concessæ à Summo Pontifice, q. 61. ar. p. sicuti sit per Bullam Cruciatæ, ut rectè no- q. Castrop.
 tat Castrop.) i si eas Magister Ordinis re- loco mox
 vocandas esse judicaverit. Cum ergo ibi citando.
 dem Rodriq. dicat, fuisse in quodam Ca- i Castro.
 pitulo Generali revocatas, si sint sine con- tr. de pœn.
 sensu suorum Superiorum, non videtur p. 14.
 dubium, pro Dominicanis, esse invalidas n. 24.
 Absolutiones collatas, sine dicto Prælato-
 rum suorum consensu. Hanc Julii III.

Constitutionem non afficere alios Religiosos, nisi constet ab aliis Religionibus receptam fuisse, quod certè hodie non constat.) Notat ibidem Castropalaus.

Invito Superiore, an possit in Confessarium eligi Religiosus per Bullam.

35. An sint eligibiles per Bullam Cuius Regularis, quando verè sunt Approbati ab Ordinario, invitis, seu prohibentibus suis Superioribus, breviter per hanc occasionem, dic affirmativè quoad validitatem. Ratio est, quia ex una parte, ex vi Bullæ Jurisdictionem illis dat Pontifex, & ex alia jam supponimus, eos esse Approbatos.

36. Quid secundò, si Superior hunc Religiosum, quamvis aliàs approbatum, per sententiam privaverit, vel suspenderit ab omni Jurisdictione? Respondeo idem dic, quoad validitatem Absolutionis. Superior enim Regularis non potest privare Religiosum Jurisdictione concessa, vel concedenda à Pontifice.

37. Dixi in utroque casu *nn. 35. & 36. quoad validitatem*, nam in hoc secundo peccare mortaliter, *a* Regularem puto: Siquidem Superior Regularis, licet Jurisdictionem concessam à Pontifice, vel etiam ab Episcopo abolere nequeat; tamen regere subditum valet in usu talis Jurisdictionis; Si ergo illum per Juridicam sententiam prohibet, videtur sub gravi præcepto prohibere. In priore autem casu, ubi non intercessit sententia, sed sola prohibitio, peccabit Religiosus, sive mortaliter, *b* sive venialiter, juxta majorem vel minorem præcepti dati rigorem, ut innui *nn. 32.* Et quidem juxta hunc majorem, minoremve præcepti rigorem, debet intelligi Fagund. *c* dum sic habet: Si Prælatus Regularis expressis verbis à suis licentiam, approbationemque non auferat, sed tantum prohibeat audire Confessiones; aut prohibeat, ne juniores Sacerdotes feminas audiant propter periculum, & decentiam personæ, & Religionis; tunc quidem cum Approbatio non auferatur, valet Absolutio: peccant tamen contra Prælatorum suorum prohibitionem, & ob id possent ab illis graviter puniri. Hæc Fagund.

a Luis de Raimon. in Apol. pro M. Sero §. 4. n. 32.

b Diana p. 1. tr. 11. res. 13. a. si que.

c Fag. 2. Excl. præ. ep. li. 7. c. 2. n. 32.

Quandonam Episcopus præsumitur dictam licentiam concedere?

38. Sed adhuc dubitabis Primò. Quandonam judicabitur Episcopus concedere Religioso ejusmodi Jurisdictionem, Approbationemque, etiam si inviti sint Superiores? Respondeo, quando Episcopus expressè sciens, Superiores nolle Religiosum exponere ad Confessiones excipiendas; ipse nihilominus Jurisdictionem suam, Approbationemque confert, alias enim semper præsumitur eam conferre more consueto, id est Superiore Regulari positivè consentiente. Quare non est fidendum concessionem factæ ab Episcopo, Superioribus ignorantibus, & multò minùs contradicentibus. Si enim ejusmodi ignorantia, vel contradictio Episcopo non sit nota, magnum periculum est, ne collatio Jurisdictionis sit subreptitia, atque adeò nulla, cum sit sive per fraudem extorta, sive ex errore concessa. Lege Dianam *p. 1. tr. 11. res. 13.* qui tenet probabiliter cum aliis, Episcopos absolute (nisi exprimant) non dare licentiam audiendi confessiones dependenter à Superioribus Religionis.

An Religioso licentia concessa ab Episcopo in Religione, profit in sæculo, & contra?

39. Dubitabis Secundò. An Regularis, qui licentiam ab hoc Episcopo obtinuit, excipiendi Confessiones Sæcularium, possit eandem excipere, si (ut usu venire præsertim solet in Societate Jesu) ad Sæculum dimittatur? Respondet Pelizzarius, *d* quem d Pelizz. ad verbum sequitur *e* Diana, hunc amissum Jurisdictionem, quam habuit, ut Religiosus, à Summo Pontifice, quia non est amplius Religiosus; sed reventurum Episcopi Approbationem, quia illam Episcopus non revocavit, ut supponimus. Unde sequitur (ait) hunc dimissum non posse excipere Confessiones, quia quamvis gaudeat Approbatione, non tamen pollet Jurisdictione, ac poterit eandem excipere, si illi conferatur Jurdictio, sive à Parocho, sive per Bullam, vel Jubilæum, juxta mox dicenda §. sequenti, *n. 4. & 7.*

40. Insufficiens doctrina. Nam ego illud maxime scire a veo de dicto Regulari, An idem dicendum sit, quando etiam Jurisdictionem, (ut communiter fieri solet) habuit ab Episcopo pro ipsius ovibus, quæ nunquam, ut supponimus, revocata sit. Profecto si consequenter loqui Pelliz. velit, concedet, hunc in sæculo validè dictas Confessiones excipere posse, perinde, ac antea in Religione, quia jam habet, tum Jurisdictionem, tum Approbationem non revocatas.

41. Sed ego valde ambigo de duratione tum Jurisdictionis, tum Approbationis in hoc Religioso dimisso, Unde puto, non posse Confessiones excipere. Ratio mihi est, quia nequeo mihi persuadere, Episcopum voluisse tantam concedere potestatem pro tempore quo tanta in deterius personæ, & status mutatio facienda sit. Episcopus quidem tibi Religioso oves suas, sed non tibi sæculari credidisse præsumendum semper est.

42. Contra assentior a Pellizz. & Bordonio d. dicentibus; Sacerdotem Sæculari, cui Episcopus concessit potestatem excipiendi Confessiones suarum ovium, ingressum in Religionem, posse validè easdem excipere, quia hic non militat Involuntarium Episcopi, imò maxima ejus voluntas faret, propter oppositam rationem enim præcedenti dictam, puta, quia mutatio personæ est in melius.

§. III.

SECUNDA CLAUSULA.

*Nisi aut Parochiale Beneficium obri-
neat, &c.*

1. Statim atq; Parochiæ quis præfecturam incipit possidere, Approbatum jam esse ad audiendas Parochianorum Confessiones, hic Tridentinum pronunciat. Inter hos autem e numerari etiam majores Sacerdotes curam animarum habentes, puta Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, & illos Priores, quibus cura sæcularium animarum cum Jurisdictione quasi Episcopali in suo Territorio tribuitur, nimis est certum. Sicuti mihi certum est (quicquid nonnulli adversentur) non numerari a Prælatos Regulares; ii

enim quamvis habeant curam animarum d. 21. de suorum Religiosorum, nequeunt sine Episcopi Approbatione sæcularium Confessiones excipere, quia non veniunt absolute, & de jure absolute addito, nomine Prælatorum, cum eorum Prælatura, non sit propriè beneficium Parochiale, quicquid in contrarium velit Thom. Hurt.

2. Signatè autem dixi (incipit possidere) id enim significatur sub illo verbo Tridentini (obtinere.) Quare si solum sit electus, vel si post beneficium Parochiale obtentum, eo prius privetur, sive ob delictum, sive ob litem, sive ob suspensionem ab officio, sive ob aliquem casum, quo cesset beneficium, ce- rebit potestate Absolvendi, quia hæc ex jure accessoria ad possessionem Parochiæ. Nam propterea Moneta i docet Episcopos Titulares non censeri Approbatos, quia sic Episcopatus possessione carent. De hac re Delugo, qui videtur innuere Titularem sentire Approbatum, sed alibi videtur cen- fere contrarium.

3. Contra, dum Parochus Parochiam obtinet, non potest per Episcopum privari Approbatione, quia illa gaudet ex jure Tridentini, adversus quod nihil potest Pontifex inferior. Si ergo illum Approbatione indig- num esse, legitime constet, suspendat illum ab officio, vel removeat, nam tunc ut dictum est, statim cessat Approbatio.

4. Inquires Primò. Parochus quandoquidem est ipso jure Approbatus, estne pro suis tantum Parochianis, an etiam pro omnibus Fidelibus cujuscunque Diocesis, ita ut ovium sæcularium confessiones liberè possit excipere?

Respondeo. Dividenda est ejusmodi à te prolata Inquisitio, nam quoad priorem partem, An Parochus sit Approbatus pro omnibus, dico esse pro omnibus approbatum, unde de accedente Jurisdictione sola quæ illi deest pro aliis, legitime illos absolvere. Ratio est, quia ante Tridentinum Parochus non indigebat Approbatione, nam ex ipso uno officio Parochi Approbatus censebatur, sed Tridentinum nihil immutavit quoad hoc, ergo neque nunc indigebit Approbatione. At verò quoad posteriorem partem, An liberè possit excipere Confessiones omnium, dico non posse. Ratio est, quia, ad legitime eas excipendas, non solum requiritur Approbatio,

sed etiam requiritur Jurisdictio. Cum ergo Parochus gaudeat quidem Approbatione, sed non Jurisdictione, nisi pro suis ovibus, pro suis tantum erit aptus Confessarius, non pro alienis.

5. Ex ea doctrina, quod Parochus sit pro omnibus Approbatus, colligunt Fagund. *a Fag. 2. Eccl. prac. l. 7. c. 2. n. 37. citans praxim Lusit. Sac. Leand. c. 1. Delug. de poen. d. 2. 1. num. 12. Dian. p. 11. tr. 4. ref. 13. §. Concedo tam. Suar. de poen. d. 18. sec. 5. num. 18. b Barbosa de pot. Pa. voc. p. 2. c. 1. num. 3.* alique Parochum quemcumque cum sit Ordinarius suae Parochiae, posse Episcopo saltem non contradicente, delegare suam Jurisdictionem alteri Parocho, sive alterius Parochiae in eadem Civitate, sive alterius Civitatis, in eadem Diocesi, sive alterius Diocesis cujuscunque, & consequenter hunc Delegatum posse excipere confessiones ovium Patrochi Delegantis; Nam Jurisdictionem habet ex dicta Delegatione, Approbationem vero habet ex suo munere, ut dictum est.

Scio Barbosam *b* solum concedere in eadem Civitate, qui dicit, à Sacra Congregatione sic fuisse decilum: Verum de hac decisione non constat authenticè. Idem Barb. pro hac sua restrictione citat Fagund. *2. Eccl. prac. l. 7. c. 2. n. 35.* sed non rectè, quia Fagund. *l. c. sed n. 37* stat pro nobis, ut modo nos citavimus.

6. Sed quid? Poteritne eandem suam Jurisdictionem concedere simplici Sacerdoti? Respondeo, posse dixi superius *c. 4. §. 3. n. 12.* sed non Approbationem, unde simpliciter hic simplex Sacerdos, quia solum habebit Jurisdictionem, & non Approbationem, non poterit legitime confessiones audire.

7. Inquires Secundò. Cum in Bulla Cruciatæ, & Jubilæis dicatur, posse Fideles eligere Confessarium ab Ordinario approbatum, poteritne ab omnibus in quocunque loco, vel Regno eligi Parochus?

Respondeo. In eadem tota Civitate, ubi est Parochia, certum *c* videtur, quia sicuti approbatus ab hoc Ordinario potest per Bullam eligi in tota hac Civitate, sic Parochus, cujus titulus Parochiae Tridentinum æquiparat Approbationi. In aliis locis extra Diocesim *d*, multi negant, multi affirmant. Ego sicuti mox docebo, esse probabile Sacerdotem Approbatum à suo Ordinario, posse per Bullam eligi, quia Bulla non requirit Approbationem cujusvis Ordinarii loci, sed Approbationem absolutè, quam jam hic Sacerdos habet, dum à suo Ordinario est Approbatus, ita dicendum est de Parocho, cujus Beneficiu

Parochiale æquivalere voluit Tridentinum Approbationi. Ita *e* Fagundez, alique.

2. Quando Parochus amisit Parochiam, non esse per Bullam eligibilem, quia tunc actu non est Approbatus, colligetur ex iis, quæ dicam mox. *f & g*

9. Inquires Tertiò. Potestne Episcopus ad examen iterum vocare Parochum, qui jam vel examinatus, vel idoneus fuisse reputatus supponitur, quando ad Parochiam assumptus fuit?

Respondeo. Joan. Sancez *h* docet posse, & debere. Sed in praxi nunquam vidi ad examen vocatos fuisse Parochos, & certè si non apparet apertè indignitas, non esset ipsis hoc onus imponendum, sed potius, si quis indoctum se ostendat, detur ei Coadjutor, ac succedatur.

§. IV.

TERTIA CLAUSULA.

Aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur necessarium, approbatus.

1. Illud si ipsis videbitur, deonerat Episcopum ab examinando eos, quos novit esse idoneos, imò imprudenter ipsum facturum existimo, si hominem doctum, & pium, satis ab ipso cognitum, vocare ad examen veller.

2. Si Episcopus aliquem, sive per examen, sive aliàs aptum inveniatur, quem absolute approbare posset, peccatne si limitatè approbet pro determinato loco, pro certis personis, &c.

Respondeo cum *i* Bossio, qui rectè ait, E-
piscopum injuriam facere ei, quem ad examen admisit, si eum inveniatur idoneum, non approbet: consequenter ergo dicemus injuriam etiam illi facere, quem ad examen admissum, idoneum absolute inveniatur, & tamen approbet sine causa limitatè. Sine causa, inquam, nam sapissimè causa non deest, puta, ut Sacerdos non negligat studium, ut bonos mores custodiat, vel quid simile, & quidem nisi clarè de injuria constet,

semper pro Episcopo præsumendum est.

A quonam Ordinario concedi dicta approbatio debeat?

Si sermo sit de ea, quæ simul est conjuncta cum concessione, seu delegatione Jurisdictionis, non est dubium, debere concedi à proprio Ordinario loci, pro suis subditis, supra quos Jurisdictio habetur.

4. Sermo ergo hic esse debet, quando Approbatio datur separatim à Jurisdictione, ut solet concedi iis, qui aliunde Jurisdictionem habent à Summo, Pontifice, quales sunt Religiosi, vel electi per Bullam Cruciatæ, &c. in quo casu queritur, an primo concedi Approbatio debeat à quocunque cujuslibet Diœcesis Episcopo; an Secundo ab Ordinario loci, ubi sit confessio: an Tertiò ab Ordinario, cui subditur Confessarius: an Quartò ab Ordinario, cui subditur pœnitens absolvendus?

5. Non pauci in hac permolesita difficultate, quia confundunt duo quæstionis membra, molestiorem illam, & non parum scrupulosam reddunt. Duæ ergo sunt quæstiones permaximè distinguendæ; Altera de Religiosis tantum; altera de quibuscunque Confessariis, etiam Religiosis, sed electis per Bullam Cruciatæ, vel per Jubilæum, vel per peculiare rescriptum Pontificis; quamvis enim, tum Religiosis, tum quibuscunque dictis Confessariis, ipse Summus Pontifex concedat tunc Jurisdictionem, ea lege, ut obtineant approbationem ab Ordinario, diversum tamen loquendi modum usurpat pro Religiosis, quam pro eligendis per Bullam, vel Jubilæum, nam pro Religiosis utitur Tridentinum, his verbis, (ab Episcopis sint Approbati) at pro eligendis per Bullam Cruciatæ, sic Pontifex præscribit (sint Approbati ab Ordinario) pro eligendis verò per Jubilæum solet addi sic, (Approbati sint ab Ordinario loci) pro aliis denique rescriptis modò loquitur Pontifex, ut in Bulla Cruciatæ, modò, ut in Jubilæo.

6. Quoniam ergo, ut dixi, hæc permiscetur à nonnullis, unde argumenta, quibus altera quæstio probatur, detorquentur ad alteram; idè fit; ut minus expedita, imò confusa reddatur utriusque decisio. Nos igitur separatim de illis, sic discurremus.

A quonam Ordinario debeat Religiosus approbari pro Confessionibus secularium.

8. Mihi, & a Doctoribus non paucis, a *Ascan.* saltem quoad praxim, certum est Religiosum, debere approbari ab Ordinario, cujus multis ci sunt oves illæ, quæ sunt Absolvendæ. Ratio *Tamb.* ducitur à Tridentino toties citato, ibi, *Nul-* d. 6. q. 14. *lum, etiam Regularem, posse Sacularium Con-* contra il-
fessione excipere, nec ad id idoneum reputari, *lud, appro-*
si ab Episcopis approbetur. Ubi ex intentione *batus se-*
Patrum Concilii satis apparet, voluisse illos, *mel, sem-*
ut hoc judicium exponendi Sacerdotes ad *per appro-*
tantum munus, fieret ab Episcopis, pro cura, *batus.*
quam debent habere suarum ovium: at hæc requirit, ut quilibet Episcopus suos Confessarios veluti sibi formet, formatosque suis subditis exponat.

9. Quare licet his Tridentini verbis possit dari alia interpretatio, (ut contendit *b Celloti* lotius defendens hic illam propositionem *de Hierar.* (semel approbatus, semper approbatus (quali *l. 5. c. 24.* illud (ab Episcopis) ita intelligatur, ut *se-* 25.)
mel Religiosus sit ab uno ex Episcopis totius Mundi approbandus, qua unica approbatione semel habita, possit uti ea Jurisdictione ad Fideles absolvendos, quam immediate habet à Pontifice; nihilominus ejusmodi interpretationi nimis valde obstat prædictus finis Patrum, & cura in tanta re, quam Episcopi singuli adhibere obligantur pro suis ovibus. Si in eodem Tridentino, ii Religiosi, ut prædicent Verbum Dei, extra suam Ecclesiam; requiritur, ut habeant licentiam ab Episcopis singulis, & intra suas Ecclesias, saltem benedictionem, putabone in designandis Confessariis, quæ res maximi est momenti, tantam voluisse libertatem concedere Tridentinum? non utique, si juraveris.

10. Dixi autem *num. 8.* (saltem quoad praxim) nam quamvis utrumque nostra prædicta ratio, & aliæ ab aliis adductæ infirmari, possent speculative, practice certe nullo modo est contraria sententia recipienda; ipsa enim tot annos usurpata praxis, tum Episcoporum in hoc omnium constans vigilantia, qua examinare, vel recognoscere volunt Religiosos, quamvis in aliis locis approbatos, tum timoratorum Religiosorum conscientia,

non

non audentiū, cum unica Approbatione omnes Fideles abſolvere, tum deniq; periculū, ne res tanti ponderis, qualis eſt remiſſio peccatorum, invalidē exhibeatur ab ejuſmodi Religioſis, ſatis oſtendunt noſtram, hoc eſt communem ſententiam, & nullo modo aliam eſſe in uſum deducendam.

A quonam Ordinario approbari debet electus per Bullam Cruciatæ.

11. Si in Bulla aliqua, vel in Reſcripto quocunque (ut certē in Jubilæis, ſicuti notavi num. 6. ſæpē vidimus) dicitur poſſe Fidelem, cui ſit conceſſio, abſolvi, ſeu diſpenſari à Confeſſario quocunque, ſed addatur *Approbato ab Ordinario loci*, non eſt mihi dubium requiri Approbationem Episcopī, ſeu Ordinarii illius Diœceſis, ubi ſit Confeſſio, niſi fortē limitetur hoc, vel ſimili modo, *A tuo Ordinario*, vel *ab Ordinario tui loci*; tunc enim ſervanda eſſet limitatio.

12. Dubium ergo ſolum eſt, quandō abſolutē dicitur *Approbato ab Ordinario*, ut certē nunc dicitur, (quod ſupra dicto num. 6. notavi) in Bulla Cruciatæ: Quare cum ſic non appareat à quo Ordinario procedere debeat Approbatio, quærendum eſt, quiſnam Ordinarius per hæc verba deſignetur?

13. Pugnant loquendo de dicta Bulla, & ex mea ſententia, paribus armis utrinque Doctores. Non pauci ajunt ſufficere, ſi in Sacerdote adſit Approbatio cujuſcunque Ordinarii, ſive loci, ſive ipſius Confeſſarii, ſive poenitentis legitime collata, etiamſi dictus Sacerdos aliō ſuum domicilium transferat, & ex Indiis huc accedat, modō ipſi Approbatio nondum ſpiraverit, nam ſi ſpiravit, dicam mox. Ita plures

Henric. l. 7. c. 12. n. 4. Valer. V. Abſolvo. diſ. 1. Dian. p. p. 27. 11. reſ. 7. diſ. cens ſe ſentire alios quos Patres qui interſuerunt Con-

Doctores. Idem dic in Jubilæo, vel quocunque reſcripto, ſi ſimilem clauſulam præſe ferat.

14. Hæc ſententia illo nitiſur, ſatis probabili fundamento, quia expendit diverſum illum modum, quo Pontifex in Tridentino, utitur, dum imponit neceſſitatem Approbationis pro Confeſſariis, & illum, quo idem utitur in Bulla Cruciatæ. Nam licet in utroque non apponat illud, *loci*, tamen in Tridentino directē præcipiuntur Confeſſarii, etiam Regulares, ne Confeſſiones excipiant, niſi ab Episcopis Approbationem obtineant;

At in Bulla Cruciatæ directē concedit. Fideles, Trident. ut ſi poſſit eligere Confeſſarium approbatum Trul. val. ab Ordinario.

15. Ex hac diverſitate loquendi Pontificis, ſatis apparet, majorem libertatem concedi Fide-
libus per Bullam: ſolum enim imponitur, in Bull. ut eligant Confeſſarium Approbatum ab Or-
dinario. Approbatus autem ab Ordinario, §. 1. dub. 1. ſive loci, ſive Confeſſarii; ſive ipſius Fidelis, num. 7. dicitur, & eſt, in omni rigore Approbatus Th. Hur. ab Ordinario: At per Tridentinum, cum T. 2. reſ. imponatur Confeſſariis ipſis onus accipiendi mor. tr. 11. Approbationem ab Episcopo, omnino debet intelligi; (niſi minus caſtigatē locutum 2056. eſſe Tridentinum velis) ab Episcopo illo, Vocari cui incumbit dare ſuis ovibus Confeſſarios hanc ſen-
approbatus, qui eſt Ordinarius loci, à quo tentiam
Confeſſarii ipſi recipere legitime Approba-
tionem debeant; ſicuti accipere debent Juris-
dictionem, quando illis non datur à Summo Pontifice, niſi eſſet con. ra

16. Semper autem dixi (legitimē) id, praxim, quod explicatiū intelliges ex ſequenti De-
caſtro. Ordinaris v. g. Meſſanenſis po-
teſtne validē approbare ſacerdotem fixē com-
morantem in alia Diœceſi, v. g. Panormi, 1. vocari
ad hoc, ut ſit eligibilis per Bullam Crucia-
tæ, à Civibus Panormitanis, uti etiam, tentiam
ut ſit eligibilis à quibuſcunque aliis Chriſti probabili-
Fidelibus? Sæ V. Co.

Ita putant nonnulli, quia hic jam erit Sa-
cerdos Approbatus ab Ordinario (id, quod in impri-
ſolum requirit Bulla) eſto ille, qui approbat; genuin
non ſit Ordinarius loci, nec Poenitentis, nec Anton. E.
Confeſſarii. cob. in Tl

17. Verum id animo nulla ratione ſedet. mer. T. 1. Nam, & Tridentinum, & Bulla, & Reſcrip-
ta, quando requirunt Approbationem Ordi-
narii, loquuntur de Approbatione, quæ le-
gitimē, & ſecundum jura conferatur: At in ſelectis
ſecundum quam legem Ordinarius Meſſa-
nenſis poteſt Sacerdoti Diœceſis alienæ con-
cedere Approbationem, ſolum, ut ſit ab du. Con-
omnibus eligibilis per Bullam? Hoc verē non Suar. Re-
eſſet approbare pro Confeſſionibus, ſed dare gin. Filii
dicto Sacerdoti facultatem, ut poſſint eligi aliquē
per Bullam, quod eſt extra Episcopī poteſta-
tem, Approbet ergo ejuſmodi Episcopus di-
ctum Sacerdotem ad excipiendas Confeſ-
ſiones ovium ſuæ Diœceſis Meſſanenſis, tando.
(quod jure poſſe ab ipſo fieri non dubita-
mus, quia poteſt pro ſuis ovibus unde-
cunque

cunque convocare Confessarios) siquidem tunc, quia ejusmodi Sacerdos legitime erit approbatus ad Confessiones, erit consequenter juxta hanc primam sententiam eligibilis ab omnibus.

17. Porro, quando contra prædictam primam sententiam opponunt. Primò aliqui a Urbano VIII. qui revocavit omnium Regularium Privilegia, circa audiendas Confessiones, sine Approbatione data ab Episcopis Diocesano: vel Secundò, quando opponunt Breve editum à Paulo V. in quo declaratur per Bullam Cruciatæ non induci novum jus, quoad Approbationem, diversum ab eo, quod statuit Tridentinum. vel Tertiò, quando opponunt Declarationes Sacrae Congregationis in contrarium; nihil conficiunt: nam ad Primum, Urbanus loquitur de Privilegiis Regularium, nos autem versamur in jure peculiari Bullæ, vel Rescripti. Ad Secundum Paulus V. nihil innovat, nec nos innovamus de substantia Approbationis, quam legitime faciendam esse ab Episcopis, omnino requirimus; cæterum Paulus, nec restringit se ad unam Approbationem; nec, si se restringeret, posset ligare manus aliorum Pontificum, quasi hi non possint concedere, ut semel Approbatus, sit per Bullam eligibilis. Ad Tertium denique, vel de prædictis declarationibus non constat authenticè, vel ea loquuntur de Approbatione requisita à Tridentino, pro Confessariis communibus, non vero loquuntur de electis à Fidelibus per Bullam peculiarem.

18. Urgebis, in Bulla Originali Cruciatæ dicit Pontifex; *ut possit quis eligere Presbyterum Sacularem, vel ex Regularibus, qui sit approbatus ab Ordinario, vel quoad Regulares, semel tantum fuerit approbatus.* Ergo doctrina data, licet procedat in Confessario Regulari, non videtur procedere in seculari. Respondendo, Pontificem supponere id, quod communiter accidit, nimirum Presbyteros Sæculares commorari in sua Diocesi, Regulares verò transire de Diocesi, ad Diocesim. De his ergo Regularibus dicit, sufficere unam Approbationem (quod certe nostram doctrinam saltem ex parte confirmat) quamvis ad aliam Diocesim migrent. De Presbyteris tacet, quia supponit, ut dixi, domicilium eos non mutare, non tamen negat, idem de ipsis esse, si mutant.

Tamburinus de Sacramentis.

19. Iam verò plures e negant, sufficere unam e Sacrae Approbationem, quamvis legitimam, cujus de Pœnitentiaque Ordinarii, ut quis per Bullam eligi in ten. d. 28. Confessarium possit. Si interroges, cujus ergo sect. 7. Th. Ordinarii? Respondent variis modis, quos Hur. l. c. afferam num. 26. mox.

Ratio hujus secundæ Sententiæ potissima Layman. hæc est. Summus Pontifex in Bulla Cruciatæ, aliq; ap. dum postulat Confessarium Approbatum, Arversæ, proficitur velle se conformare dispositioni qua. 16. de Concilio Tridentini, sed Tridentinum requirit pœn. sec. 8. rit Approbationem Episcoporum in singulis Delug. l. c. Diocesibus, ut supra diximus, ergo etiam requirit in Bulla Pontifex.

20. Confirmatur Primò, quia quando pœn. ar. 3. Tridentinum ait, ut aliquid non fiat sine licentia Episcopi, omnes explicamus, sine licentia singulorum Episcoporum in singulis Diocesibus; quis enim dicat, quando v. g. in Bulla sess. 5. c. 2. Tridentinum vult, ut Regulares, si Cruciatæ, velint prædicare in propria Ecclesia, se præ. c. 2. d. 15. sentent Episcopis, si extra, petant licentiam qui dicat ab iisdem, quis, inquam dicat, sufficere, si licentiam semel petant ab uno Episcopo, pro sententiâ toto Orbe? Ita ergo in casu nostro non sufficit una Approbatio.

21. Confirmatur Secundò, quia si una sufficeret, cur permittit Ecclesia, ut in singulis Episcopatibus examinentur Confessarii?

22. Confirmatur Tertiò, quia tanta licentia, ut sufficiat una Approbatio, nec ullo Jure, nec ex Tridentino probatur.

23. Confirmatur Quartò, etiam si unus Episcopus posset approbare pro toto Orbe, non est credendum, ipsum velle dare Sacerdoti tantam auctoritatem. Ex quibus confirmationibus inferitur, Sacerdotem in una Diocesi Approbatum, sedebere gerere, ut non Approbatum in alia, si rationabiliter operari velit.

34. His rationibus, sic facile posset responderi. Ad rationem principalem distinguenda est major. Pontifex in Bulla Cruciatæ, dum postulat Confessarium Approbatum, proficitur se conformare cum dispositione Tridentini in substantia Approbationis, ut scilicet Confessarius sit legitime Approbatus, concedo in aliis, & præsertim in multiplici approbatione, nego majorem. Unde & nego consequentiam. Neque gratis, sic nego majorem; quando enim Pontifex in dandis similibus

L

milibus

milibus privilegiis, vult in multiplici Approbatione se conformare dispositioni Tridentini, id explicite facit, apponendo illud (ab Ordinario loci vel quid simile: ergo cum in Bulla non sic se explicet, certe in Approbatione illa multiplici conformem se Tridentino reddere non intendit.

*In Opus-
cu. meth.*

25. Ad quatuor Confirmationes respondet facile, modò non permisceas, ut mox. 3. c. 7. §. 3. nui. num. 15. quæstionem de Bulla, cum quæstione de Religiosis. Concedo enim omnia, quæ in dictis Confirmationibus assumuntur: nota anni. Sed illæ nihil aliud probant, nisi quod ex vi b. Vasq. Sacrorum Canonum, & Tridentini omnes etiam Religiosi, qui excipiunt Fidelium Confessiones, debent multiplicem dictam Approbationem pro multiplicibus Diocesis habere. At nos loquimur ex peculiari privilegio dato in Bulla Cruciatæ, vel in peculiari Rescripto. Quod ergo infertur num. 23. distinctione. 1. c. c. quendum est: nam ex vi Canonum, & Tridentini, concedo, non autem ex vi Bullæ Cruciatæ, vel Rescripti, per quæ rationabiliter aliiq. ap. Sacerdos unius Approbatione propter Aversam, rationes dictas in prima sententia.

26. His ita explicatis, pronuntio nihilominus, utramque sententiam esse probabilem. Sed ego priorem libens amplector, sicuti ad eandem accessisse visus sum alibi.

26. Quæret curiosus; Secundam sententiam sectantes, ejus Episcopi Approbationem requirunt? Respondeo. Varii varios. Vasq. b. aliique requirunt Approbationem Episcopi loci, in quo fit Confessio. Layman. c. aliique Approbationem Episcopi poenitentis, illius scilicet, qui debet absolutionem recipere. Suar. d. aliique Approbationem Episcopi Sacerdotis, puta illius, qui excepturus est confessionem, atque absolutionem collaturus. Quas sententias satis sit innuisse legendas, si cui est otium, apud e. Bardi in Bullam 29. n. 2. Cruciatæ.

Bosius l. c.

nu. 202.

e. Bardi in

Bull.

27. An Confessarius, cui legitime spiravit, vel à quo legitime revocata est Approbatio, possit eligi per Bullam, vel simile rescriptum? Idem queritur de Parocho, à quo forte ablatus est Parochia. Respondeo. Negative, si solum enim est eligibilis pro eo tempore, quo

durat Approbatio. Ratio est, quia privilegium Bullæ concedit, eligi posse Sacerdotem Approbatum, & sensus videtur esse, ut sit actus Approbatus: at is, cui illa cessavit, non dicitur amplius actus Approbatus: sicuti excommunicatus, qui est jam Absolutus, non dicitur amplius excommunicatus. Adde inconveniens, quod mox dicam num. 31. fine.

Illud ergo (Approbatus) non est participium præteriti temporis, quasi, qui fuit Approbatus, sed est nomen concretum, c. Mari. quod requirit formam Approbationis actus moraliter adesse, hoc est, eam non fuisse revocatam.

28. Aliqui tamen concedunt, contendentes sufficere, fuisse semel approbatum, etsi fuerit pro limitato tempore approbatus, & eo elapso, non fuit ex casua legitima reprobatum; quam sententiam refert & non rejicit Castrop. l. c. Illum lege, nam quia in praxim eam deducere nec volo, nec audeo, satis habeo, illam tibi brevibus innuisse.

*An sufficiat pro Bulla Approbatio
limitata?*

29. Qui est approbatus limitatè, pro Mercatoribus v. g. non pro Viris, pro rusticis, non pro mercatoribus &c. potestne privilegio Bullæ, vel similis Rescripti, eligi ab omnibus illimitatè? Respondeo, Nequaquam, sed solum pro illis, pro quibus est approbatus. Ratio est, quia supra diximus, eligibilem per Bullam debere esse legitime approbatum, at hic non est legitime approbatus respectu illorum, à quibus excluditur.

Scio non paucos concedere, posse ab omnibus illimitatè, quia verificatur (ajunt) illum esse aliquo tandem modo approbatum; neque enim Bulla distinguit, an debeat esse approbatus illimitatè, vel limitatè, sicuti approbatus ab Episcopo pro sua Diocesi, potest dici limitatè Approbatus, & tamen prima sententia num. 13. allata, probabiliter sustinet, posse hunc ab omnibus illimitatè eligi.

31. Video argumentum urgere; sed nihilominus manus non do; nam inconveniens, quod sequeretur, ostendit, sententiam hanc non esse probabilem. Sic enim Sacerdos approbatus pro una foemina, vel pro uno puero esset eligibilis pro tota Diocesi,

cessi, imò in prima dicta sententia pro toto Orbe. Ex quo inconveniente colligimus, non posse præsumi Summum Pontificem id voluisse concedere, cum, contra præsumere possumus ipsum concedere, approbatum absolute pro una Diocesi, esse pro alia eligibilem, quia ex una parte non sequitur dictum, vel simile inconveniens, & ex alia approbatus pro una Diocesi, satis propriè dicitur absolute approbatus, quod dici non potest de approbato pro uno tantum genere personarum, pro uno tantum Oppido, &c. Quæ disparitas solvit illud, quod Adversarii dixerunt numero præcedenti

32. Simile inconveniens eveniret in eo, qui fuisset approbatus per unum, vel alterum diem, ut solet in Hebdomada Sancta aliquando ab Episcopis fieri, posset enim is, per totum Terrarum Orbem, & semper eligi, quod nemo dicere audebit.

33. Doctores aliqui ex proximè citatis num. 30. sustinent, limitatè approbatum, posse ab omnibus per Bullam eligi: sed id solum docent, quando limitatio non est apposta ob defectum scientiæ. Si enim esset propter ejusmodi defectum apposta, non posset (aiunt) ab omnibus eligi.

34. Verum, quæso vos, Doctissimi viri, cum Approbatio non sit solum testificatio scientiæ, sed morum, sed prudentiæ, sed decentiæ, ut nuper vidimus, cur horum defectus æquè non restringunt Approbationem?

Religiosi, an ex vi Bullæ Cruciatæ, possint eligi.

35. An Religiosus Sacerdos possit à Fidelibus eligi in Confessarium vi Bullæ, vel Jubilæi?

Respondet. Certum est, Sacerdotem Religiosum posse eligi à Fidelibus ex vi Bullæ, vel Jubilæi, vel Rescripti. Sed, debere esse approbatum ab Ordinario, modo jam dicto, eorum item est, quia sic, etiam ipse Religiosus erit Confessarius, legitimus. Illud quæri posset, an nomine Ordinarii, hic valeat intelligi ipsius Religiosi Prælati, quando in Jubilæo, vel Rescripto, non additur illud. *ut sit approbatus ab Ordinario loci.* sed solum illud, *ut sit approbatus ab Ordinario.* Verum id in Tractatu de Jubilæo solet resolvi: legantur a Delugo, aliique.

36. Quid si quis Religiosus, invitis suis Superioribus, approbatur ab Episcopo, essetne de pæn. d. is pari modo eligibilis? Respondeo. De hoc 20. sec. 9. dixi paulò ante & supra.

An Religiosi possint sibi eligere Confessarium ex vi Bullæ, vel Jubilæi.

c Delugo
perioribus, approbatur ab Episcopo, essetne de pæn. d. is pari modo eligibilis? Respondeo. De hoc 20. sec. 9. dixi paulò ante & supra.
cit. Suar.
Henric.
Reg. Dian.
aliosque
Castro de
Bul. Cru.

37. Profectò aliud est dicendum ex vi Bullæ, aliud ex vi Jubilæi. Ex vi Bullæ tenemus cum multis (quicquid alii dicant) d. Trull. in securam, & solidam opinionem negantem; ex pæn. Bul. id est, non posse Religiosos, uti Bulla ad l. 1. §. 7. c. eligendum Confessarium Approbatum tantummodò ab Ordinario, sed debere etiam Sac. d. 4. 4. adesse consensum sui Superioris, sive ut nu. 10. c. absolvatur à casibus reservatis, quod est cer. 1. §. 1. Valer. tius, sive à non reservatis quod est magis rursus differ. controvertum. Et hoc quidem, id est, ut i. conclus. absolvatur à non reservatis concedite Quin. 5. Juniper. tanad. & alii, sed negant meritò Delugo s. de reser. p. alii que. Si plura cupias, adi citatos, latissime 2. d. 7. q. 4 hac de re disputantes: nobis ad praxim semper e Quinta. per collimantibus solidam viam significasse, de pæn. latis, superque est.

Novitios uti Bulla Cruciatæ posse, quia citans ipsi verè sunt seculares, & in odiosis non Trull. Hæ. veniunt nomine Religiosorum, firmat Ca. rig. Ludo. à Cruce,

39. Illud mihi placet, quod docet Ioan: Lean. a. Sanc. b. Quamvis daremus, esse probabile, lioque. Regularem valide absolvi per Bullam Cru. f. Delugo l. ciatæ, tamen constructum non esse Confessarium tenentem contrariam, hoc est, non- Ejenbar. l. stram opinionem, excipere Confessionem c. probl. talis Regularis, nam in hoc casu defectus, ob 33. latè si- quem non auscultatur Confessio, sive non bi contr. impenditur Absolutio, tantum se tenet ex n. in exa- parte Ministri: Verum idem Sancez adver- mine bre- tit, concedens esse, ut antè auscultationem viter con- peccatorum moneat pœnitentem Confessa- cedit. rius, senon absoluturum, juxta ipsius pœni- g Castro. tentis opinionem. Hæc Io. Sancez, quæ la- l. c. §. 2. n. tius explicat Delugo. i

40. Ex vi Jubilæi, vel Rescripti, Jubilæo tantum similis, dicendum est debere considerari h. Io. Sanc. formam Jubilæi, vel Rescripti. Certè in Ju. d. 4. 4. n. bilæis hætenus latis communiter omnia 10. sine. privilegia Religiosorum in contrarium re- i Delug. in vocata fuerunt. atque adeò potuerunt sibi respens. eligere quemcunq; Confessarium, etiam sæ. mcr. lib. 1. cularem d. 27.

cularem approbatum ab Ordinatione loci, ut scilicet nullus à libertate fatendi sua peccata tempore universalis Indulgentiæ excluderetur. Si ergo deinceps edantur Jubilæa similia præcedentibus, par erit potestas concedenda. Adde tacitum consensum Superiorum, qui dum Jubilæum suis subditis proponunt, satis ostendunt, eam libertatem approbare.

Approbationis certitudo.

41. Confessarius debet esse moraliter certus de sua Approbatione, (idem dic de Jurisdictione) sive ad absolvendum necessaria, sive ad absolvendum ab his, vel his casibus.

Amicus audit, Episcopum me Approbasse ad excipiendas Confessiones, mihi que id retulit, possumne valide Confessiones excipere, quasi certus de potestate?

42. Respondeo, Non posse, & quidem cuidam hanc doctrinam non Approbanti statim atque ostendi Th. Sanc. a manus dedit. Is diserte docet Confessario constare debere licentiam sibi datam audiendi Confessiones, vel immediatè per Episcopum, seu Vicarium loquelam, vel per Nuntium, ex Episcopi mandato, id testificantem. Sicut enim licentia audiendi Confessiones non intelligitur validè revocata ab Episcopo, nisi revocatio constet per Nuntium ad id destinatum, vel per edictum, ita nec validè concessa &c. Hæc Sanchez.

43. Quid si dubius negativè sim de licentia data? Respondeo, Non posse te illa uti, quia omnes constanter docemus in dubiis prævalere id, quod est prius: At prius est, te catere licentia, & postea, illam possidere.

44. Quid si probabilitatem de illa habeamus? Respondeo, Te tunc illa uti posse (quicquid neget b Io. Sanc.) Ratio est ex Superioribus eruenda, ubi diximus, quando est probabile, te gaudere Jurisdictione, Ecclesiæ certò illam tibi conferre. Unde non est audiendus, idem Ioan. Sanc. dum dicit, in eo casu, quo Confessor probabili Jurisdictione utitur, debere ab ipso admoneri pœnitentē de ejusmodi probabilitate, ut si velit, quærat alium absolventem ex certitudine, non est, inquam, audiendus, quia probabilis Jurisdictio affert certitudinem sui, non ex se, sed ex Ecclesiæ certò confirmante, seu conferente illam.

45. Si opponas illud Axioma: In administratione Sacramentorum tenemur sequi partem tutiorem, dico, id intelligi in materia, & forma ipsorum, vel similibus, non in Jurisdictione, nam hujus defectum Ecclesia supplet, quod non potest facere in materia, & forma Sacramentorum, ut fuse prosequitur Castrop. c

Si Approbationem, ut etiam Jurisdictionem concesserit Episcopus, sed tu illa nescias, Conf. d. 1. an validè illa uti possis, dicam infra. d

Approbationis duratio.

45. Quamdiu durat Approbatio? Sanè de c. 9. §. 1. hoc egie superius, cum de Jurisdictionis duratione disputavi. Illud est proprium hujus c. Supra loci; An ex eo, quod hæc Approbatio sit per f. c. 4. §. 10. aliquos, quos supra meminimus, sententia Collati. de aptitudine Sacerdotis, non verò Privilegium, seu gratia, an, inquam, sit irrevocabilis, l. 5. c. 24. perindè, ac sententia in aliis materiis, quæ semel data, revocari non potest?

Respondeo, irrevocabilem esse dixerunt propter dictam rationem nonnulli.

46. Verum his assentiri non possum, quia hæc est quidem ad modum sententiæ, vel testificationis, sed cum sit liberè data ab Episcopo, illam ab ipso dependere, atque adeò esse revocabilem putandum est: quod si alia ratio non urgeret, certè praxis tam communis Episcoporum eam sæpissimè revocantium, sufficienter id probat. Quid si injustè revocet? Respondeo, Aliud dicendum, si revocet à Sacerdote Sæculari, aliud à Religioso, quod jam separatim do.

Injusta revocatio Approbationis, quoad Sacerdotes Sæculares.

47. Duæ sunt sententiæ: h Ioan. Sanchez h Io. Sanc. dicens esse communem, docet, revocatio nem Approbationis absolutè ab Episcopo, 22. ex nulla justa causa factam, v. g. certò ex bene malevolentia, (nam in dubio præsumendum est Episcopum, se juste gerere) docet, inquam, esse validam. Ratio est, ait, quia sicuti Jurisdictio, quæ à Superioribus confertur, i Delugo est ad libitum revocabilis, ita, & Approbatio. Id certè probabile est. Verum i Delugo probabilius esse docet, invalidam esse revocationem.

Thom.
Sanc. l. 3.
matr. d.
36. n. 8.

b Io. Sanc.
d. 44. nu.
13.

cationem, quia revocatio ex nulla causa facta, cum sit iniusta, non potest tollere jus, quod Sacerdos in Approbatione jam habita, obtrinet.

48. Neque tamen hinc sequitur, hunc Sacerdotem Sæcularem injustam revocationem Approbationis patientem, posse valide Confessiones excipere, quia dum Episcopus revocat Approbationem, simul revocat Jurisdictionem, quam potest, etiam sine causa, revocare, quia hæc Jurisdictio, data ab ipso, est huic Sacerdoti per Delegationem, quam revocare, uti libuerit, potest, ut clarius videbis num. 51. Solum ergo hic Sacerdos posset eligi a in Confessarium per Bullam Cruciatæ, vel Jubilæum, nam tunc Jurisdictionem habet à Pontifice, Approbationem autem non amisit ex iniusta revocatione, quam nullam esse diximus.

Iniusta revocatio Approbationis, quoad Sacerdotes Regulares.

49. Si hic afferam Decretum Cardinalium, & Pii V. ac Urbani VIII Constitutiones, clarè habebitur, quid in hac re sentiendum sit.

Declaratio à Cardinalium sic habet:

Illustissimi Cardinales statuunt Archiepiscopos, Episcopos, ac locorum Ordinarios, ad quos Confessarios Approbandi ius spectat, Confessarios Regulares, alias ab ipsis libere Approbatos, ab audiendis Confessionibus, suspendere post hæc minimè licere, nisi ex nova causa, eaque ad Confessiones ipsas pertinente, aut ob non servatum Interdictum, ab ipsis Ordinariis positum.

50. Statuunt insuper, eosdem Archiepiscopos, Episcopos, ac locorum Ordinarios, Confessiones audiendi facultatem omnibus simul unius Conventus Regularibus Confessariis, eadem Sacra Congregatione inconsulsa, nullo pacto adimere posse, &c. Roma 20. Novembris, 1615.

51. Ubi nota Primò illud minimè licere & hoc (nullo pacto posse) habere vim invalidandi revocationem contra hoc Decretum ab Episcopis intentatum, & quidem de hac posteriore clausula minor est difficultas: invaliditatem enim satis ostendunt emphatica illa verba (nullo pacto posse). At de illa priorè minimè licere, dico in invaliditatem quidem non ostendere immediatè, sed mediatè, ut ita lo-

quar, id est, per necessariam consequentiam, si enim revocatio est illicita, est iniqua contra jus quæsitum, ergo invalida erit, ut modo cum Delugo num. 47. diximus, & ita de hoc particulari puncto docent e innumeri: quicquid sentiat in oppositum Ilambert apud Dianam, dicens, & illud non licere, & illud nullo modo posse, non probare invaliditatem revocationis, quia Approbatio tota pender in fieri, & conservari, sicuti Jurisdictio à libera voluntate Episcopi. Nam non est audiendus, quia non attendit ad jus quæsitum, & non consideravit Jurisdictionem, cum sit potestas juris dicendi, quæ tota est in Delegante, etiam si illicite tollatur à Delegato, verè tolli, atque adeò validè; etiam si ablatis sit contra jus quæsitum, & illicita, ut si ego à te tollam equum, quem tibi donavi, iniquè ago, sed non propterea tu sine equo poteris equitare: quod eertè invenire non est in Approbatione, quæ, utpote, sive sententia, sive testificatio semel absolute data, semper remanet in approbato, nisi nova sententia, seu nova justa Reprobatio accedat. Quare, quia, quando est iniqua Reprobatio, vim nullam habet, remanebit Approbatio in approbato.

52. Sermo autem semper est de Approbatione absolute data, nam si est ad tempus, non in injuria tibi fit, si finito tempore, ea ex se cenet. Quod si ex nulla causa revocetur ante tempus, tunc prof. cto invalidè, propter eandem rationem juris quæsitum pro illo tempore concessio, revocatur.

53. Quid si sit data ad beneplacitum? Respondet Barboza d. & e Delugo assentior, 203. non fore tunc revocationem, siue ulla causa factam, invalidam, sed validam; & cura iusta causa licitam: quia si Approbatio data fuit cum totali dependentia à beneplacito, seu libera voluntate Episcopi, non fit contra meum ullum jus, si liberè à me illa removetur. Propter identitatem rationis idem est, si loquamur de Sacerdotibus Sæcularibus, siue Regularibus, ut idem Delugo notat.

54. Leander & alique docent fore invalidam, si sine iusta causa Approbatio ad beneplacitum data, revocetur, sed illis propter nostram rationem assentiri nolo.

55. Nota Secundò illud ex causa ad Congregationem pertinente à Sacra Congregatione declarari, etiam esse eam, quæ habetur ex mala, & scandalosa vita Religiosi.

L 3

56. No- sit. 12. n. 9.

c Conin.
Sua. Bos-
sius Ho-
mob. Fa-
ber. aliique
ap. Auer.
q. 15. de
penitent.
sec. 6.

Ase. Tamb
de Iur. Ab.
T. 2. d. 6.
q. 12. n. 7.

d Barb. de
Iure Eccl.

L. 1. c. 43. n.

de Delugo

de Paen. d. 7.

21. sec. 3. n.

63. Leand. de

um. d. 11.

q. 89. ci.

rans Peyri.

Trul. Fag.

apud Dian.

p. 11. tr. 4.

ref. 15.

g Quam

refert Af-

can. Tamb.

L. c. Qua-

56. Non denique illud, quod modò dictum est nu. 48. hic non habere locum, quia Jurisdictionem Religiosi suam habent à Pontifice, mediantibus suis Regularibus Prælati, ut supra dictum est.

2 Apud
Ant. Es-
cob. T. 1.
scilicet. 2. pro-
bl. 29.

57. Hactenus de Declaratione Cardinalium, sequitur Constitutio à Pii V. quæ pro Religiosis est hujusmodi,

Qui semel ab Episcopo in Civitate, & Diœcesibus suis, prævio examine, Approbati fuerint, ab eodem Episcopo iterum non possunt examinari: ab Episcopo autem successore, pro majore conscientia quiete, examinari de novo poterunt.

58. Nota Primò, hic locutionem esse de Approbatis absolutè, vel etiam de Approbatibus, quoad tempus determinatum, v.g. quoad annum, sed pro illo anni tempore.

59. Nota Secundò illud pro majore conscientia quiete, non ergo ad libitum, & multò minus ob malevolentiam.

60. Nota Tertio, ab Episcopo successore, non ergo poterunt Religiosi jam Approbati ad examen vocari à Capitulo Sede Vacante, id,

6 Peyrin.
ap. Delugo
de pen. d.

quod aliqui rectè item notant apud Delugo.

21. n. 62.

c. Vrb. VIII.

edita 1628

se. Barb. l. 1.

de lute

uni. c. 43.

n. 210.

de lute

Abbat. per

extensum,

q. 12. qui

qu. 16. as-

postolicæ

apertiri. Hæc sunt clara.

stitutionis

Gregorii

XV. decla-

rationes.

rationes.

rationes.

rationes.

rationes.

rationes.

rationes.

rationes.

rationes.

rationes.

rationes.

rationes.

rationes.

rationes.

rationes.

rationes.

rationes.

rationes.

rationes.

rationes.

rationes.

rationes.

rationes.

rationes.

rationes.

rationes.

rationes.

rationes.

rationes.

rationes.

rationes.

rationes.

rationes.

rationes.

rationes.

rationes.

rationes.

rationes.

rationes.

rationes.

rationes.

rationes.

§. V.

QUARTA CLAUSULA.

Quæ gratis detur.

1. IN aliquibus Diœcesibus solet pro ejusmodi Approbationibus expediendis aliqua pecunia dari. Cum ergo id videatur con-

tra hanc Tridentini clausulam, inquiri Primò, an hoc sit licitum. Secundò, an Approbationes sint validæ?

Respondeo. Quod fiat validæ non ambigo, quia in Tridentino non apponitur hæc clausula, ut invalidans acta, quæ contra ipsam fiant. Quamvis ergo in Indulgentiarum concessionibus, ubi expressè ponit Pontifex, se nolle Indulgentiam concedere, si aliquid pro ipsius publicatione, vel præsentatione detur, sit dubitatio, an tunc valeat concessio, (de qua tamen re benignissimè d. loquitur d. Quintana, non vero sic e. Diana) nihilominus in casu nostro, quia non adest ejusmodi clausula irritans Approbationem, rectè concludimus, irritam eam certo non fore ex data pecunia pro illa expedienda, abstrahendo à simonia, &c.

2. Quod vero pro Approbatione, de qua nostra est disputatio, illicitè detur, & à M. Notario, illicitè item acceptetur aliqua, quamvis modica pecunia, siue pro ratione laboris, siue sigilli, siue Scripturæ, siue alio titulo, satis decernit Tridentinum, ibi (c. Ap. Ver. Vnde probationem, quæ gratis detur, obtineat) addita declaratione Sacre Congregationis, cujus hæc sunt verba allata s. à Diana ex Barbosa.

3. Cancellarius, id est, Notario Episcopi nullo pacto licet etiam in vim taxæ antiquæ, pro Approbatione ad Confessiones audiendas, quam hoc Decretum gratis dari mandavit, quidquam exigere. Lege prædictum locum Dianæ, ubi multa habes pertinentia ad ejusmodi stipendia, quæ solent dari pro Dispensationibus, pro licentiis prædicandi, vel celebrandi, pro Dimissionibus, pro Indulgentiis, &c.

§. VI.

QUINTA CLAUSULA.

Quibuscumque Privilegiis non obstantibus.

1. Diximus initio hujus Cap. §. 2. num. 1. clarè in Tridentino disponi, ut nullus Religiosus sine Episcopi Approbatione valeat Sæcularium Confessiones excipere. Id breviter expendamus, nam non g. desunt, qui g. Bordoni propter privilegia Mendicantium, & cum A. can. ipsis participantium, negent, illa indigere: Tamb. de cum Inv. Abb.

Peyrinus cum tamen nos firmiter, & omnino tenendum esse, pronunciamus, ea ipsos a egere, perinde proflus, ac indigent ceteri Sacerdotes Sæculares. Probatum manifestè, tum ex verbis *Rodr. Henr. Nav.* Tridentini, toties, allatis, nimis apertis, tum ex *Urban. VIII.* idem declarante, id, quod *Lopez ap. Ant. Esob.* approbare. Qui curiosus est, videat rationum *Theo. Mor.* confictus, & victoriam nostræ doctrinæ, a *T. i. f. 2.* pud non paucos Doctores, præsertim apud *probl. 30.* Joann. Sanc. & *Dianam d.* agentem contra *a Suar. Fa.* Brunnū hæc, & similia privilegia plus æ quo *gu. Lud. a* defendentem, nec denique omittatur *De la* *Cruce,* *go. e*

DIGRESSIVNCULA.

De Privilegio, quo aliqui, dum iter agunt, gaudent excipiendi Confessiones Sæcularium, sine Approbatione Ordinarii loci.

2. Ex hoc Tridentini, & Urbani Decreto nascitur sequens difficultas. *Eugenius VI.* Cum sciet Minoribus, *Gregorius vero XIII.* Patribus Societatis Jesu, hoc Privilegium concessit, ut *12. Septem.* refertur in nostro Compendio Privileg. V. 1628. Confessarius, nu. 2.

Confessarius nostri, ac Prædicatores ab aliquo Ordinario semel approbati, & à suis Superioribus ad ejusmodi munera deputati, quando-
cumque, sive mari, sive terra iter faciunt, possunt, (non repugnantibus tamen Curatis Parochialium Ecclesiarum,) Verbum Dei prædicare, & quorumcumque Christi Fidelium Confessiones audire, dummodo id non faciant in Oppidis, in quibus Ordinarii existunt.

3. Dubitatur jam, an hoc Privilegium sit à Tridentino, vel Urbano revocatum? Respondet. Esse revocatum, affirmant aliqui: non esse revocatum, docet *Delugo* scum quo constanter sentio: quia & Tridentinum, & Urbanus revocant Privilegia nullam requirunt Approbationem, at hoc, & illam requirunt, & multas habet restrictiones.

4. Tria autem nota in prædicto Privilegio. Primo, illud (non repugnantibus Parochis) unde si consulto effugiam præsentiam Parochi, ne, cognoscens excipere me Confessiones, impediatur, tuto excipio, quia adhuc Parochus non repugnat.

5. Secundo. Si in aliquo loco adsit Vica-

rius Generalis, non vero Episcopus, uti non possum hoc Privilegio, quia Vicarius Generalis Ordinarius est.

6. Tertio. Si ego hic approbatus me conferam in aliquem locum alicujus Diocesis, ubi non sum approbatus ad finem, ut alicujus Confessionem ibi excipiam, non possum uti hoc privilegio. Sic respondi ab hac multis annis cuidam ex nostris, qui *Messana*, ubi erat approbatus, ad Oppidum quoddam *Calabriæ*, ubi approbatus non erat, ire intendebat, ad cujusdam primarii viri Confessionem excipiendam. Ratio fuit, quia illa verba privilegii (quandocumque sive mari, sive terra iter faciunt) significant motum per locum, ergo idem significant, atque per transitum, seu transeunter, seu, ut loquitur *Delugo*, in itinere, & transitu: At aliquo se de industria conferre; ut ibi Confessiones audiat, nullo modo dicitur transeunter, seu per transitum, seu in transitu ibi repetiri.

Quid, si diu moraturus, sed certè transeunter propter alia negotia, in illum locum me conferam, possumne ibi hoc privilegio uti? Respondeo, Certè tunc magis videris illic esse per transitum, quam in fraudem Approbationis consulto eas, ut Confessionem audias, & nihilominus à N.R.P. Generali, vel S. Sede majorem hujus dubitationis explicationem desidero.

CAPUT VI.

De aliis conditionibus, requisitis in Ministro Confessionis.

§. I.

De Scientia.

1. **H**æc vel expendi potest, qualisnam habitualiter in Confessario reside-
re debeat, vel, qualisnam actualiter exercenda sit, dum actu Confessiones excipit?

Scientia Confessarii habitualis.

2. Difficile est, ad unguem decernere, ad quem gradum ascendere debeat scientia in Confessario, cujus munus est Judicis, Magistri, & Medici quoad salutem poenitentis.

Ex

Ex placitis tamen Doctorum, tria ab ipso scienda colligo, & quidem in meliore gradu à Confessario Mercatorum; vel Principum, quam rusticorum, quam mulierum, quam puerorum, &c. Nam primò scire Confessarius debet, quæ pertinent ad seipsum, quæ scilicet potestate polleat, in quos subditos, virosne, an etiam mulieres, &c. ad quæ peccata, & ad quas excommunicationes absolvendas, ejus potestas extendatur. Quod ultimum est, scire, quinam casus sunt reservati, qui non item.

3. Secundò, quæ pertinent ad ipsum poenitentem; quamnam scilicet dispositionem afferre debeat poenitens, ut sit absolutione dignus, quo dolore de offensa Dei, quo proposito amplius non peccandi, quæ integritate Confessionis, &c.

4. Tertiò, quæ pertinent ad ipsa peccata, quænam scilicet afferant obligationem restitutionis, quæ satisfactionem partis. Quænam sint ex se venialia, quæ mortalia. Quænam circumstantiæ mutant speciem peccatorum, quæ non item.

5. Hæc ergo debent à Confessario aliqua tandem ratione cognosci, ita saltem ut dubitare de iis possit, utque (salvo semper sigillo) ea, vel in libris recognoscere, vel in casibus occurrentibus sciscitari possit à Doctoribus, jussu interim, quando oportebit, poenitente redire, post casum exagitatum, dilata Absolutione. Poterit etiam idem ingenue à Confessario moneri, ut alium doctiorem conveniat. Quæ profectò probi Confessarii præstare non erubescunt, perinde, ac Præstantissimi Medici, in morbis gravibus, alios advocare ad consilium, non dedignantur.

6. Inquires. Ejusmodi scientia estne ad validitatem Confessionis necessaria, an dumtaxat ad licitam administrationem?

Respondeo. Bossius a docet Confessarium, nisi sciat discrimen inter lepram, & lepra, id est, inter peccatum mortale, & veniale in casibus communiter contingentibus, invalidè Confessiones excipere. Sed b Suarium sequi omnino debemus docentem per ejusmodi ignorantiam illicitè solum exerceri munus Confessarii. Ratio est, quia valor in Sacramentis satis habetur, si ponatur materia, & forma cum intentione legitimi Ministri, ad quam in casu nostro sufficit, ut Confessarius cognoscat peccatum sub confusa ratio-

ne peccatis, id est, offensa Dei. Et confirmatur ex communi doctrina, imò ex communi praxi, quæ in articulo mortis quilibet indoctus Sacerdos potest infirmum absolvere, & si alius non adfit, debet. Quod si indoctissimus sit Sacerdos, ita vñ peccati quidem rationem consulam noscat, (sed hoc difficile est, nisi fortè is mente laesus omnino sit) valdè dubito an valida sit ab ipso collata absolutio; si enim rationem peccati non agnoscit, quid absolvit, seu quam intentionem absolvendi habere poterit? Vide apud Dianam citatum varia Doctorum placita, circa hanc quæstionem nobis ad praxim tendentibus minime necessaria.

7. Ex dictis infero, mortaliter delinquere eos, qui de industria quærunt Confessarium indoctum respectu status ipsorum; ipsi enim is mederi utiliter nequit, dixi de industria (nam ceterum præsumere semper debes, omnes Confessarios expositos sufficienter esse doctos, nisi contrarium tibi positivè constet. Addo, doctum poenitentem posse Confessarii indocti defectum sua sapientia non raro supplete. Vide mox num. 13.

8. Infero Secundo, mortaliter peccare Ordinarios, si quando concedunt facultatem excipiendi Confessiones Sacerdotibus insufficientibus. Est tamen hic notanda limitatio. Quando enim in Villis, & Pagis non adest copia Doctoris, potest indoctus eligi in Confessarium; satius enim est, aliquem ibi, quamvis indoctum, præsto esse, quam nullum. Considerent tamen Episcopi onus, quod ipsis incumbit, suis ovibus, etiam propriis expensis, consulendi.

9. Infero Tertiò, ipsum Confessarium peccare item graviter, si se insufficientem noloens, extorqueat dictam facultatem, se enim exponit periculo, perperam ministrandi Sacramentum.

10. Ad tollendos tamen scrupulos timorati Sacerdotis, qui semper se insufficientem existimat, sciat, si bona fide ipse procedens, videt se approbari ab Ordinario, vel à piis, doctisque viris, qui eum noscunt, vel quibus se examinandum præbuit, sciat inquam, se tuto posse Confessoris munus admittere, & exercere.

11. Quid, si sit dubium negativum de mea sufficientia? Respondeo. Vel inquires, si dubium sit in te, vel, si sit in Ordinario, qui te expo-

d Favet
dubitatio
ni Suarez
l. c. nu. 11

c Propo-
ap. Dian.
l. c. fine.
mox citu-
f. c. passim
f. Suarez.
28. de pœ-
nitent. ju-
num. 9.

a Boss. de
Trib. sec. 3
en. 2. n.
168. citans
Gab. Nav.
Cajet.
b Suar. d.
28. de Pœ-
nit. sec. 2.
nu. 12.
c Propo-
ap. Dian.

exponit. De Ordinario, ajo ipsum peccare, si re exponat, quia sic exponeret Sacramenta à re conferenda periculo malæ administrationis inductæ *num. 3.* De te ajo, excusari à præcepto Superioris; Conscientiam enim tu depone-
re super ipsius iudicio potes.

Scientia Confessarii actualis.

12. Non semper obligatur Confessarius, dum excipit Confessiones, de singulis, quæ dicuntur à pœnitente, ferre hic, & nunc iudicium, an sint venialia, an mortalia; nam sæpè, siue quia pœnitens iudis se explicare amplius ignorat, siue quia cognosci nequit, an adfuerit plena advertentia in actione prava, siue ob rationem aliam, ejusmodi iudicium ferri, ne à doctissimis quidem potest. Posito ergo quod Confessarius, ut modo diximus, sciat communiter, quæ sint mortalia, quæ venialia, satis habet, si communiter ea discernat, ut possit debitam pœnitentiam in satisfactionem, & debita remedia prudenter imponere.

13. Peritia interdum pœnitentis adjuvare, ut modò diximus, iudicium Confessarii potest, non solum quando pœnitens pius est, & doctus, cujus iudicio stari possit, verum etiam, quando agitur de professione, quam peritus pœnitens exerceat. Si is enim v.g. est peritus Mercator, poterit Confessor ei fidem habere, dicenti talem contractum non continere iniustitiam. Fateor tamen in his difficilioribus rebus pertinentibus ad jus, consulendos esse doctos, & Theologos, ut jam dictum est supra, nam in rebus pertinentibus ad factum ipsum, perito in ea arte, vel professione, de qua agitur, facilius acquiescere poterimus.

14. Quid, si post peractam Confessionem Confessarius, vel pœnitens, re melius expensa, advertat esse mortale, quod ut veniale absolutum fuit? Respondeo. Si pœnitens fideliter suam actionem narravit, & Confessarius illud, quamvis ut mortale cognitum poterat absolvere, non est necesse iterum adduci ad Confessionem; Satis enim fuit; & quidem directè absolutum, & sanè, si secus asseramus,

scrupulis omnia scatebunt. Quod si non poterat absolvere; erat enim casus reservatus; dixi satis in *a* Methodo Confessionis, ubi latè, & universaliter prosecutus sum, quid agendum in casu, quo post Confessionem aliquis erroria ipsa Confessione subrepsisse, animadvertatur.

a In Metho. Confess. lib. 3. c. 3. §. 2.

§. II.

De aliis requisitis in Confessario.

1. PLura dicta sunt in præcedentibus, quæ in Confessario requiruntur. Solum supersunt duo breviter innotanda.

Primo enim esse in statu gratiæ Confessor debet, ut sine peccato hoc Sacramentum administret: in quo esse prudenter sibi persuadebit, si non cognoscat in se peccatum mortale: vel si cognoscat, tamen, siue per contritionem, bona fide existimata, siue per legitimam Confessionem, statum gratiæ recuperavit. Sed de hoc, & An sit aliquis casus exceptionis, An toties peccet: quoties in statu pravo existens, absolvit; An peccet quando audit peccata, sed ante absolutionem conferendam se conterat, dixi sufficienter, & disertè in Methodo expeditæ Confessionis lib. 3. c. 5. §. 3. & lib. 2. c. p. §. 8. n. 55.

2. Secundò, Confessarius non debet esse excommunicatus, nec suspensus ab officio, (hoc est, non suspensus ab actibus, siue Ordinibus, siue Jurisdictionibus) nec interdictus, etiam si per contritionem ipse existimet, se esse in gratia, nam censuræ affectum, remouet à prædictis actibus Ecclesia. Et invalidè quidem ageret, si censura vitanda devinctus esset; illicitè, si non vitanda, seque ipse ingereret; quæ sunt quæstiones pertinentes ad Tractatum de Censuris, de quibus infra suo loco.

Atque hic finis esto Tractationis de Sacramento Pœnitentiæ, cui adnectimus Tractatum de Causibus Reservatis.

M

TRACTA-

Tamburinus de Sacramentis.

TRACTATUS

DE

CASIBVS RESERVATIS.

CAPUT I.

Quid sit Casuum Reservatio.

1. **E**t restrictio Jurisdictionis, à legitimo Superiore inducta Confessariis, per quam restrictionem illi non valeant, aliqua peccata Sacramentaliter absolvere.

Reservatio an liget eam ignorantes?

2. Ex hac descriptione colligitur. Primò, etiam eos incidere in Casus Reservatos, qui illos esse reservatos ignorant, (quicquid nullam afferens rationem videatur, docere, a Quintanad. sed multas, at non efficaces adducens, Januarius apud Dianam *b*) Reservatio enim non est poena, cui certe non subiacet, qui illam nescit, sed, ut diximus est limitatio potestatis Confessariorum facta, ob bonum publicum, ut scilicet Fideles à peccatis illis reservatis committentis absterreantur, dum vident, ea non posse ab Ordinariis Confessariis absolvi, sed solum à Superiore, seu ab illo, cui reservantur.

3. Fateor tamen cum Sanchez, Delugo, aliisque, interdum reservationem esse poenam, quando scilicet Superior prohibet aliud peccatum, & in ejus odium infligit reservationem. Ponit Sanchez exemplum de peccato ex mala promotione ad Ordines, quod, quia reservatum est à Sixto V. in odium talis peccati, non incurritur ab ignorante ejusmodi reservationem, quamvis is, se peccare, cognoscat.

4. Quando autem reservatio fit in poenam committentis peccatum, quando sit ob bonum publicum limitatio Jurisdictionis, ex verbis Legis est colligendum. Ego certe, ut innuit ibidem Sanchez, semper censo, reservationem simpliciter factam, esse limitationem Jurisdictionis; regulariter enim sic so-

lent ab Ecclesia reservari casus, & solum tunc censuerim, esse meram poenam, quando expressè ex tenore Legis poena esse significetur.

An Pueros?

5. Colligitur Secundò, quamvis pueri ante annos pubertatis, ex sententia probabilis, quam nos in Opusculo de e Communione *e In Opusculo* sumus amplexi, propter imperfectionem judicii, eximantur ab incurfione censurarum, *e. 4. §. 2. num. 11.* eisdem tamen subiacere Casibus Reservatis; Nam casuum reservatio est restrictio Jurisdictionis, facta ipsi Confessario, ut dictum est, non verò pueris; multò magis, quia etiam pueris utilissimum est, si per ejusmodi restrictionem à peccatorum gravitate deterreantur.

An Exteros?

6. Colligitur Tertio, si quis divertat, sive permanentes, sive etiam transeunter in aliam Diocesim, ubi peccatum, quod commisit in sua, est reservatum, non verò in dicta alia, ad quam accedit, probabile valde esse, posse ibi absolvi à Confessario communi. Ita docet Suarez, alique contra paucos ab iisdem citatos. Ratio est, quia Confessarius illius Diocesis non habet restrictam suam Jurisdictionem, circa hoc peccatum. Adde Primo, Reum debere judicari juxta leges loci. Adde Secundo, nimis fore molestum, obligare Confessarios ad sciendum, quænam peccata sint in alienis Diocesis reservata. Adde Tertio, communem praxim.

7. Contra, si quis committat peccatum, quod non est reservatum in sua Diocesi, & accedat ad locum, ubi est reservatum, non potest absolvi in eo loco, quia ibi Confessario est restricta potestas.

§. Idem

8. Idem dic de Religioso se conferente transeunte de uno Monasterio in aliud, si enim in hoc adsint fortè casus reservari, qui non adsint in illo, absolvi à dictis reservatis per Confessarium hujus Monasterii non potest.

Reservatio ante, vel post tuam Confessionem facta, quid operetur?

9. Colligitur Quartò, si Confessionem tui peccati v.g. adulterii, exhibeas hodie, quando adulterium non est amplius reservatum, cum tamen fuerit, quando tu illud commisisti, posse hodie illud absolvi à communi Confessario, quia hodie huic Confessario non est restricta potestas.

10. Contra, si hodie fatearis dictum adulterium v.g. quando jam factus est casus reservatus, cum tamen ejusmodi non fueris, quando in illud incidisti, non poteris hodie à communi Confessario absolvi, siquidem hodie Jurisdictio illi jam invenitur esse restricta.

CAPUT II.

Quis possit Casus, & sub qua limitatione, reservare.

1. **Q**uod possit Pontifex pro toto Orbe, Episcopus autem pro sua Diocesi, nimis est certum ex Tridentino, & hic quidem etiam respectu regularium non exemptorum; Nam de exemptis dicam mox sigillatim. Denique certum etiam est, Prælatos, eorumdem Regularium, (siquidem hi Jurisdictionem spirituales etiam habent in suos) posse, pro hisdem suis, casus reservare sed cum limitationibus paulò inferius explicandis.

Reservatio, an debeat esse pro omnibus,

2. Tria nota. Primum, Averfa, a & Pellizarius b docent, Episcopum non posse, validè reservare decem, v.g. peccata, pro omnibus suis subditis Sacerdotibus Sæcularibus, & insuper alia decem pro Regularibus, nam ipse debet se æqualiter gerere pro Regularibus, perinde se gerit cum Parochis. Ego de

hac doctrina valde dubitò. Cur enim ex rationabili causa non possit Episcopus, plus fide de Sacerdotibus, & Parochis, quos fortè idoneos, & doctos cognoscit, dando eis majorem potestatem, quam aliquibus Religiosis, de quorum aptitudine fortè aliquando dubitet?

An possit esse nimia.

3. Secundum: Si reservatio sit indiscreta, seu nimia, puta cedens in damnum potius, quam in utilitatem animarum, reddensque usum Confessionis nimis onerosum, peccabit mortaliter reservans, etiam si sit Summus Pontifex. At vero, si fiat ejusmodi detrimetosa reservatio ab Episcopo, an sit valida?

(nam si à Summo Pontifice fiat, validam esse, fatemur omnes) est quæstio videnda apud e Delugo, qui postquam attulisset Vaquez docentem, esse invalidam propter verba Trident. Sess. 14. cap. 7. asserentis Episcopos, reservare posse casus in salutem, non in destructionem, & Suarium docentem esse validam, quia prædicta Tridentini verba non

clare auferunt potestatem ab Episcopo, postquam, inquam, eos attulisset, Suarii sententiam approbasset, addit limitationem, dicens, esse invalidam, saltem, quando Parochis diminueretur, notabiliter munus absolvendi: sic enim Episcopus moraliter tolleret ab his munus Parochi, quod certe tollere non potest, nisi propter eorum ineptitudinem, vel in pœnam; sic ille. Addamus nos, idem debere dici de Regularibus exemptis legitimè, & absolutè ab Episcopo approbatis: cum enim ab his ex communi sententia,

alibi à nobis dicta, & ex ipso e Delugo confirmata, invalidè, sine justa causa Episcopus auferret dictam approbationem simpliciter, & absolutè datam Regularibus, invalidè etiam notabiliter diminueret. Illud est certum, in dubio, semper præsumendum, esse licitam, validamque reservationem, quia semper præsumere debemus pro Superiore; re-

curri nihilominus posset ad Superiorem majorem, ut moderatiōnem adhiberet. Lege f Suarium.

per præsumere debemus pro Superiore; re-

curri nihilominus posset ad Superiorem

majorem, ut moderatiōnem ad-

hiberet. Lege f Suarium.

M 2

An juxta Reserv.

c Delug. d.
20. de Pœ-
nit. sec. 3.

d Lib. 5. de
pœn. c. 5. §.
4. n. 49.
e Delugo,
de pœn. d.
21. sec. 3. d.
nu. 36.

f Suarez
de pœn. d.
29. sec. 4.
Insr. Sa.
Congr. ap.
Quayran-
tam, V. Cap.

*An semper sit perpetua?**An operans ex metu?*

4. Tertium. Casus ab Episcopis, & à Præ-
latis Regularium duobus possunt modis re-
servari. Primò, per modum legis, seu statuti,
ut sit communiter in Synodo Diocesana, vel
in Capitulis Religiosorum, & tunc reserva-
tio durat, etiam post illorum mortem, & do-
nec à successore revocetur; quia lex est ex se
perpetua. Secundò, per modum præcepti, seu
edicti ab Episcopo, vel Regulari Prælato pro-
mulgati; & tunc reservatio spirat, Episco-
pi, vel Prælati morte, ut est communis do-
ctrina de duratione legis, & præcepti. Lege
a *Quintia*. tamen *Quintanaduennas*, qui notat ta-
de *pæn.* men, præcepta Generalis Societatis J. E. S. U.,
sing. 11. atque adeò ejusdem reservationes, ut etiam
n. 2. communicationes Privilegiorum durare et-
jam ipso defuncto, vel amoto ab officio, nisi
ea revocentur à successore, idque propter pe-
b In *Cog.* culiare b Societatis J. E. S. U., Decretum, quod
4. *Dec. p.* fuisse deinde à sequente Generali extensum
C. can. 23. ad præcepta aliorum Superiorum, ne te præ-
C. in *Cog.* tereat. Idem ergo evenire posset in aliis Re-
7. *Decr.* ligionibus, si simile quid in illis esset legiti-
67. *C. c.* me statutum.

10. *C. ap.*
Castrop. T.
3. Tr. 16.
4. 5. p. 9.
n. p.

CAPUT III.

Quinam subiaceant Casibus
Reservatis.

CERTENON nisi subditi reservantis. Sed
adhuc sunt enodandæ sequentes qua-
stiunculae.

An operans ex conscientia erronea?

1. Commisit quis delictum; v. g. Stup-
rum, quod non est in ejus Diocesi re-
servatum; ipse tamen, per errorem, reservatum
esse omninò putat, subiacetne reservatio-
ni?

e *Docto.* Respondeo, Negative. Unde is poterit
passim *ap.* absolvi à quocumque Confessario inferio-
Aver. *de* re, sine necessitate recurrendi ad Superio-
pæn. *q.* rem, apud quem est potestas absolvendi à
17. *sec. 1.* reservatis. Ratio est in promptu, quia error
delinquentis non potest diminuire jurisdi-
ctionem, quia circa illud peccatum gaudet
Confessarius.

2. Titius timore mortis, vel alterius gra-
vis mali, à grassatoribus v. g. incusso, nisi
occideret Petrum, illum occidit, & nunc
petit à communi Confessario ejus homicidii
absolutionem, quod est in Diocesi reserva-
tum, validè absolvetur? Quod est quære-
re; An operans ex metu subiaceat casui refer-
vato tali operationi adnexo? Respondeo,
validè absolvi. Ita Grassis d. aliquæ. Ratio d. Grassi
ducitur ex benignitate Ecclesiæ, quæ sicut de casib.
excusat ab excommunicatione eum, qui co- *refer. 1. 1.*
actus meru gravi, cadente in constantem vi- 13. m. 33.
rum, committit peccatum, cui adnexa est Ex- *Flor. 1. 1.*
communicatio, v. g. excusat eum, qui Cleri- 4. §. 1. na
cum (quamvis cum peccato) percutit ex me- 16. *Aver.*
tu, cadente in constantem virum, ut tan- *sa. l. cit.*
quam probabilius nos sustinebimus in libr. *Bord. 1. 1.*
de Excommunicatione, ita excusat ab incur- *fra l. p. de*
su in casum reservatum. Et ratio ulterior esse excomm.
debet, quia reservatio, ut etiam dicta Excom- *c. 7. §. 1.*
municatio, sunt odiosæ, atque adeò, quantò
strictius potest, sunt interpretandæ; & conse-
quenter, ut intelligantur de peccato plenè
voluntario; At quæ sunt ex metu, licet ab-
solutè voluntaria sint, sunt tamen aliquo
tandem modo involuntaria.

An Moniales?

3. Vel quæris de Monialibus exemptis à
Jurisdictione Episcopi, vel de non exemptis.
Priores, puta exemptæ non e subiacent (do- *e Quint.*
cebat olim communis doctrina) casibus re- *sing. 2. 6. d.*
servatis ab Episcopo, quia illius subdita ne- *pæn. n. 1.*
quaquam sunt. Immo aliqui cum Pellizza- *Pelliz. 1. 1.*
rio f. probabiliter id extendunt ad puellas sa- *Moni. c. 1.*
culares, quæ in Monasterio earundem Mo- *q. 2. 5. nu.*
nialium exemptarum educandæ conservantur 14.
Cum enim per quasi domicilium commoretur *e Pelliz.*
in loco illo exempto, participare debent de *de Moni.*
exemptione. Adde, sic esse interpretandam *c. 5. n. 19.*
Ecclesiæ voluntatem: ut habeant puellæ ea-
dem remedia suæ salutis, quæ habent ceteræ,
cum quibus convivunt.

Contra hanc communem doctrinam, illud
mihi dicendum venit in mentem. Notavimus g. *Sup. de*
in Superioribus Gregorium XV. statuisse, et- *Sac. pæn.*
jam has exemptas, non alios, quam ab Episco- *c. 3. §. 2.*
go approbatos, habere posse in Confessarios. n. 21.

Jam

Iam ex hoc sequitur, Episcopum posse restringere dictam approbationem, & Confessarium, quem his Monialibus concedit limitatè, ne valeat absolvere ab hoc, vel illo peccato; qua ratione, jam Moniales hæc subiacent reservationi Episcopi.

Certè ita nunc esse dicendum, convincit discursus; quare doctrina contrarium dicens, vera solum fuit ante dictum Gregorii XV. Decretum, non verò postea. Hodie ergo, cum Episcopi semper approbent Confessarios sub restrictione, ne absolvant à reservatis (quando contrarium non expriment) eodem modo approbare præsumunt hos Confessarios Monialium, quamvis exemplarum.

Posterioris verò, id est, Moniales non exemptæ subiacent omnibus casibus, quos reservat earum Episcopus pro tota Diocesi, quia ejus sunt legitimæ subditæ, ut notat idè Pellizzarius. Immo ex praxi communi habetur, ut Episcopus aliquos Casus superaddat reservados pro solis suis his Monialibus, quod certè potest, quando in Domino judicaverit ad Monialium bonum conducere.

Ex dictis fit, Moniales absolvi non posse à reservatis, nisi à legitimo Confessario, habente facultatem pro dictis reservatis, de qua re multa habet Quintanad. i.e. nimis fortasse benignè; lege item multa apud Pellizzarium citatum.

An Novitii?

5. Decantata quæstio: Nam propterea breviter tibi illam indico, legendam, si placet, apud Doctores mox citandos latius. Eam verò hic explicabo sub illa æquivalenti quæstione; per quemnam Novitii absolvi à reservatis valeant?

6. Distingendum est. Aliud enim dicendum de peccatis reservatis ab Episcopis, aliud de peccatis reservatis à Prælatiis eius Religionis, in qua Novitius es.

Pro Reservatis ab Episcopo.

7. A casibus reservatis ab Episcopo per te Novitium commissis, sive ante, sive post ingressum in Religionem, non potes dum es Novitius absolvi per communem Confessarium sæcularem, nisi is auctoritatem ab-

solvendi à reservatis obtinuerit ab eodem Episcopo. Ratio est manifesta, quia prædictus communis Confessarius, ut supra diximus, limitatam habet Jurisdictionem, quæ ad reservata non extenditur; at verò ab iisdem reservatis Episcopo, poteris dum es Novitius absolvi per communem Confessarium tuæ Religionis approbatum à Superiore. Ratio est, quia ex una parte Religiosi, ut Superius vidimus, cum sint exempti, non subiacent casibus reservatis Episcopo, & ex alia, Novitii in favorabilibus gaudent omnibus privilegiis suæ Religionis, ut notat Sanchez, nam d. Sanchez propterea ita poterunt absolvi à Casibus Summo Pontifici reservatis; sicuti possunt ceteri Religiosi Professi, nempe à Superioribus talis Religionis juxta privilegia, quæ quælibet Religio habere solet, & juxta ea, quæ dicuntur suo loco inferius, c. 11. §. 1.

Pro Casibus Reservatis à Religione.

8. Porro pro Casibus reservatis in Religione, est iterum diligenter subdistingendum; vel enim Primo, loquutio est de Confessariis Regularibus, immò, & Sæcularibus, quibus Superior Religionis exemptæ concessit licentiam absolviendi suos Religiosos subditos independentem ab Episcopo, (quod certè ex privilegiis exemptionis facere possunt, qualem exemptionem hodie habent Religiones ferè omnes) & de his Confessariis dico, non posse absolvere Novitium à dictis Casibus reservatis in Religione, nisi specialem ad hoc facultatem obtineant à Superiore Religionis. Ratio est, quia ejusmodi Confessarii Jurisdictionem absolviendi reservata nondum acceperunt à suo Superiore. Neque obstat prædictos Confessarios jam habere licentiam excipiendi prædictas Confessiones. Non obstat inquam. Nam Superior, cum licentiam, seu Jurisdictionem absolviendi concedit, semper concedit limitatè, id est, dæmtaxat pro non reservatis, nisi contrarium exprimat, ut infra dicemus.

9. Vel Secundo, loquutio est de iisdem Confessariis, sive Regularibus, sive Sæcularibus, quibus non jam Superior Regularis, sed Episcopus conferat Jurisdictionem, Approbationemque absolviendi suos subditos. Et de his Confessariis duplex est sententia, utraque probabilis. Alii enim negant hos posse

posse absolvere Novitios à Casibus prædictis reservatis in Religione, in qua sunt Novitii, quia Novitius (inquiunt) per ingressum in Religionem, quasi mutavit domicilium, relinqueas Territorium Episcopi, cui non amplius est subditus, unde sicut ab eo judicari in foro externo non potest, ita nec poterit absolvi in foro interno. Hanc sententiam sequitur cum Cordaba, aliique a

Laym. li. 4. tr. 5. c. Layman, Suarez, b & Alcanius & Tamburinus.

10. Alii verò affirmant, quia quamvis quoad forum Pœnitentiæ, Novitii sint exempti à Jurisdictione Episcopi, propter privilegia Religionis, quibus, & ipsi gaudent, unde possunt tum judicari in foro externo, tum in foro interno à Superioribus suæ Religionis, tamen in odiosis Novitii non veniunt nomine Religiosorum. Cum ergo odiosum ipsis sit, non posse absolvi ab Episcopo, poterunt tunc (si velint) tenere se, ut Sæculares, & sic ab Episcopo; vel à Confessario, per ipsum approbato, legitimè absolvi, non solum à non reservatis, sed etiam à Casibus reservatis in Religione, qui casus, ut supponere semper debemus, non sint ab Episcopo reservati pro prædicto Confessario.

11. Ita Alcanius & Tamburinus sibi contrarius, q. 5. plur. Ioannes la Cruz, Henriquez, aliique apud citans Hæ-Bossium.

12. Suarez l. c. qui priorem sententiam sequitur, dicit, Privilegium exemptionis totum, & integrum participari à Novitio: Cum ergo in exemptione ab ipsis participata includatur, ipsos eximi à necessitate adeundi ad Episcopum pro reservatis, non poterunt amplius ad illum adire pro absolutione; licet enim hæc pars exemptionis non valendi petere ab Episcopo sit (ait Suarez) odiosa, tamen, quia includitur in ipsa exemptione, si illam int. grè participant Novitii, etiam huic parti subjacebunt.

13. Sed profecto non apparet ratio, cur Novitius, ex vi privilegii exemptionis, non possit acceptare id, quod sibi faver? Puta, ut absolvi valeat à Superiore suæ Religionis, & responderi, quod sibi nocet, scilicet, ut absolvi non valeat ab Episcopo.

quid de Novitiis Societatis,

CAPUT IV.

De peccatis, quæ sive non possunt, sive non solent reservari.

Hæc sunt Primò venialia, ac mortalia, ritè aliàs absoluta. Secundò mortalia dubia. Tertiò merè interna. Quartò, non completa.

2. Porro, antequam hæc quatuor sigillatim declarem, adverte, ad multa sequentia decernenda, legem, seu præceptum constituentia Casus reservatos, cum sint odiosa; restringunt enim libertatem absolvendi, esse strictè interpretanda (sicut de similibus legibus odiosis docent Auctores e) hoc est, debere verba; quibus casus reservantur, sumi secundum propriam ipsorum significationem, & quando dubitatur de ipso sensu, benigniorem partem esse accipiendam. Hoc in memoriam redacto, per quatuor proposita breviter, sed sufficienter, discutamus.

Venialia, ac mortalia, aliàs ritè absoluta.

3. Hæc idè non solent reservari, quia cum ea non obligentur confiteri, inutiliter reservarentur. Dixi non solent, nam an possint, lege Suarez affirmantem, & g Valquez negantem.

4. Hinc fit, ut, si tu committas peccatum, quod ex se est reservatum, sed ob defectum plenæ advertentiæ, vel ob parvitatem materiæ cognoscas, te non peccasse, nisi venialiter, illud non sit reservatum; Fac v. g. homicidium, & furtum esse reservata, tu verò occidas aliquem inadvertenter, sed tamen negligentia dumtaxat veniali intercedente, vel fureris unum, vel alterum obolum, non eris peccati reservati Reus.

5. Aliud amplius addit Quintanad. nempe, cum ab Episcopis (nam de Prælati Regularium alia est ratio mox dicenda cap. 6. §. 1.) aliquod peccatum mortale, v. g. furtum reservatur, non intelligi reservatum in quacunque materia ejus generis, quæ possit dici delictum esse grave, & atrox. Verum id commodius explicabitur infra loco citato.

Morta-

Mortalia dubia.

aTurrian. 9. Esto possint, ut censet *a* Turrianus, *in selec.* mortalia dubia, reservari, tamen, quando id *d.38.* expressis verbis non fit, sed absolute aliquod peccatum reservatur, de certo intelligitur, non de dubio. Ratio ducenda est ex dictis num. 1. quia stricta est in hac materia interpretatio facienda.

7. Sive ergo dubites, te commississe illud peccatum, quod est reservatum, sive an illud, quod commisisti sit mortale, sive, an illud *b Suar. de* comprehendatur in Decreto de peccatis reser- *cen. sur. d.* variis, quod est habere dubium facti, vel Juris, *40. se. 6.* reservationem *b* non incurris.

Diana p. 8. Hic scrupulum inicit *c* Sanchez. Ait *4. tr. 6.* enim, si peccatum sit dubium, sed præsump- *ref. 4. Me-* tio in foro externo stet pro peccato, sicuti in *ro. n. 105* eodem externo foro judicandum esse, ut cer- *cin. T. 1. d.* tum; atque adeo, ut reservatum. Profero v. g. *3. ca. 3. nu.* tunc, sicuti Judex in foro externo esse, ut hære- *p. Sum. c.* ticum certum, condemnaret, ita Confessarius *10. nu. 15.* scienti præsumptione prolationis, re, ut hære- *quem se-* ticum certum, condemnaret, ita Confessarius *quitur Bo-* in foro interno, atque adeo cum reservatio- *ne. de pæ-* ne, condemnare debet.

me. d. 7. q. 9. Verum cum *d* Delugo, & aliis, scrupulū *7. p. 5. 8. 4.* hunc removendum judico ex dictis, quia ni- *d. Delu. d.* mirum reservatio peccatorum debet restrin- *20. de* gi juxta regulam, quā modō *n. 1.* tradidimus, *pæn. n. 18.* ut scilicet faveamus conscientis, quantum, *19. Me-* talvis præcepti verbis, fovere possumus, quam *roll. ap.* regulam observare, non cogitur forum ex- *Dian. mox* ternum.

citandum 10. Quæris. Si tu dubius de Casu reservato, *Quinta.* dubius v. g. an commiseris hæresim, absolva- *de pæn.* ris, à communi Confessario, sed postea reme- *singu. 11.* lius expensa, comperias, te verē hæresim illam *n. 3. Diana* externam commississe, obligaberisne illam *p. 4. tr. 3.* iterum confiteri apud Confessarium, habentem potestatem illam absolvendi?

ref. 4. di- 11. Respondeo. Hic tangitur illa quæstio, *que opi-* An obligetur quis confiteri iterum peccatum, *nionem ef-* quod apud Confessarium deposuit, ut dubiū, *se proba-* si deinde comperiat esse certum, de qua quæ- *bilem.* stione e alibi satis dixi, ubi notavi, communē *e Lib. 2.* opinionem esse, obligari, quia ejusmodi pec- *Mit. Cof.* catum videtur in priore Confessione solum *4. 5. 4.* fuisse indirecte absolutum; innui tamen, sen-

tentiam consentem, non obligari, esse probabilem, quia dici probabiliter potest, illud absolutum fuisse directē.

12. Juxta hanc ergo posteriorem sententiā, tu non obligaberis iterum confiteri dictam hæresim, quia juxta sententiam hanc fuit tua hæresis satis, superque directē absoluta.

Morè interna.

13. Superfluum esset quærere, an peccata (utique mortalia) interna, possint reservari: sufficit nobis advertere, ea nunquam fuisse reservata, quia Ecclesia propter suam benignitatem, præstiterit, se non judicare de interioribus, nisi quando voluntariē quis Sacramento Pœnitentiæ sese subjiciat.

Ut ergo peccatum sit reservatum, necesse est, ut ipsum aliquo tandem modo, in actum exeat exteriorem.

14. Tempestivè autem hic incidit Suarii *f. Suar. To.* aliorumque, contra Turrianum, notabilis ob- *4. de Reli.* servatio, ducta ex duobus principiis hætenus *tr. 8. l. 2.* indicatis: Altero, Ecclesia non reservat, nisi *c. 28. n. 12.* peccata externa. Altero, Ecclesia non reservat *Sanc. l. 2.* venialia. Ex his enim fit, ut si quis in Diœcesi, in *dec. c. 8.* ubi esset reservatum omne furtum, v. g. vel *n. 6. Ca-* omnis percussio proximi; finiretur unum *strop. de* *lium v. g.* parvam scilicet materiā animo tur- *pæn. p. 15.* ripiendi quantitatem notabilem, vel percute- *6. 3. n. 4.* ret proximum leviter, animo lædendi gravi- *Delugo. l.* ter, peccaret quidem mortaliter, sed non pec- *moz. ci-* cato reservato, quia illud, quod est mortale, *tando rei-* & undē malitia mortalis in actum externum *cioni Tur-* promanat, totum est internum, illud verò, *rianum.* quod est externum, est *ex se.* & objektivè ve- *niale,* atque adeo non reservatum, vide quæ- *dicam paulò g* dicam paulò *g* post.

15. Pari modo quando reservatur (inquit *6. 5. 2. n.* *Delugo h)* peccatum circa castitatem; quoties *3. 4.* in actum externum prodiit, requiritur etiam, h *Delu. d.* quod ipsa actio externa secundum se habeat *20. de* gravitatem. *pæn. n. 15.*

Nā si quis, intentione mortali, & gravi cō- tra castitatē, dicat alteri aliquod verbum turpe ex se leve, vel exerceat aliquam aliā actiō- nē externā ex se levē, licet hæc actio denomi- netur mortalis ab intentione graviter mala, à qua procedit, nō erit reservata, quia sicuti sola voluntas interna non reservatur, ita nec quā- do non procedit in actum externum habentē ex se gravē malitiam, & indecentiam. Hacten-

rus

96
nus Delugo. In quam eandem rem sic
Castrop. Castropalaus a Visio curiosa foeminae, levis
de poen. d. tactus manus, & similes, tametsi iniqua, &
un. p. 15. mortali intentione fiant, casus reservati non
§. 3. n. 4. erunt, quia ex malitia, quatenus mortalis est,
non prodit in externum actum. Hac enim
de causa exclusimus verba hereticali inten-
tione dicta, ex quibus, per se spectatis,
colligi haereseis non possit. Hac Castropa-
laus.

*Non completa in eavatione, qua
reservantur.*

16. Si reserventur v. g. incæstus, adulte-
rium, homicidium, furtum, &c. non incur-
ret in reservationem ille, qui solum dicta
peccata attentaverit, vel inchoaverit. Ita
Sylvester Grassis, Henricus, quos citat, sequi-
turque b Castrop. Quare qui solum turpi-
ter tetigit alterius uxorem, eandemque est
c. §. 2. n. 3. amplexatus, vel osculatus. Qui solum per-
cussit, vel vulneravit, quamvis graviter. Qui
scalas apposuit, & arcam aperuit, ut furaretur,
sed re ipsa non est furatus &c. peccatum
reservatum nunquam commisit. Ratio duci-
tur ex principio allato n. 2. quia legi reserva-
tionis stricta est apponenda interpretatio, &
ided de peccato est intelligenda, quod abso-
lutè completum est in suo genere, qualis est
incæstus, adulterium, furtum, &c. consum-
mata, non verò amplexus, oscula, vel furtum
attentatum.

17. Hinc fit, ut in ejusmodi forma refer-
vandi non includatur ille, qui solum man-
dat, vel solum auxiliatur, vel solum consi-
lium dat: hi enim non dicuntur absolutè
committere, seu complere illud peccatum,
cui, modis dictis, cooperatur.

Dixi in ejusmodi forma reservandi: Si enim
expressè reserventur similia attentata, vel
inchoata, non est dubium tunc etiam illa re-
servari. Sic in aliqua Religione reservatur
c. Si quis quicumque lapsus carnis externus, & sic
suadente. excommunicatio e lata contra percus-
d. C. m. a. sores Clericorum d, extenditur
ta de sen. ad mandantes & consi-
tent. Ex. lium dantes, &c.
commu.

De Peccatis Summo Pontifici Reservatis.

§. I.

*Pramittitur notabile discrimen inter
peccata reservata Pontifici,
& Episcopis.*

1. **C**asus Pontificii, hoc est, Summo
Pontifici reservati e semper adnex-
am habent excommunicationem, e. Suarez
29. de
& quidem etiam ipsam reservatam. Nana li-
cet aliquando aliquod peccatum reservari
Pontifici, sine mentione Excommunicationis
legas in nonnullis decretis, tamen ea suffi-
cienter interpretatur partim Castropalaus f,
partim g Bossius, & h Floronus, qui omnes
concludunt, nullum esse casum Pontificium
Excommunicatione liberum. p. 15. §. 2. n.

2. At verò Casus Episcopales, hoc est, re-
servati Episcopis, non omnes Excommuni-
cationem adnexam habent, solent enim ab
ipsis reservari, & Casus nullam Excommuni-
cationem habentes, & item habentes. p. 15. §. 2. n.

3. Quares, quando asserimus Casus Ponti-
ficios habere adnexam Excommunicationem
reservatam, iranè id intelligendum est, ut sola
Excommunicatio sit reservata, an etiam ipse
Casus, id est, an etiam ipsum delictum refer-
vatum sit? p. 15. §. 2. n.

Respondeo. Etiam ipsum delictum, quando
est affectum Excommunicatione. Id, quod
probatum a Sanchez i, a posteriori. Nam si bo-
na fide absolvaris a tali delicto & ab Excom-
municatione reservata, v. g. (ab haeresi exter-
na) per Confessarium ex invincibili ignoran-
tia, putantem se illa absolvere posse, comperta
deinde carentia potestatis in eo Confessario,
non solum debes absolutionem Excommuni-
cationis petere, & obtinere ab habente Juris-
dictionem ad illam Excommunicatione ab-
solvendam, verum etiam debes, in omnium
sententia, ab eodem obtinere absolutionem
delicti haereseis, quia hoc non fuit directè ab-
solutum, sed propter bonam fidem solum in-
directè cum aliis peccatis à te expositis Con-
fessario. At si ipsum delictum non esset refer-
vatū, fuisset directè absolutū, & non indige-
ret nova directà absolutione. Ita Sanchez l. c.
§. Dixi

5. Dixi quando est affectum Excommunicationis; Nam si per ignorantiam quis nesciret huic peccato esse excommunicationem Pontificiam adnexam, vel ratione metus, a ut supra dixi adnexa de facto non esset, tunc illud delictum à te sic commissum non esset Pontifici reservatum, possetque absolvi per quemcunque Confessarium potentem absolvere à peccatis mortalibus. Ratio est, quia ex una parte huic, propter dictam ignorantiam, vel metum, nunquam fuit adnexa Excommunicatio, & ex alia Casus ipse non est reservatus Pontifici, nisi quando ut num. 1. diximus, est cum Excommunicatione conjunctus. b

6. At verò, quando Episcopus concedit Jurisdictionem absolviendi à Casibus sibi reservatis, non intelligitur concedere Jurisdictionem absolviendi ab Excommunicationibus sibi eidem reservatis, quia cum ipse habeat multos casus reservatos distinctos à reservatis Excommunicationibus, concessio pro illis non potest extendi ad has, neque contra, nisi aliud ex concessionis verbis, aliusve circumstantiis conjiaciatur. Ita Bonacina, Barbosa, aliique ex communi sententia, quos habes apud Bossium. c

7. Secunda differentia. Si quando propter ignorantiam, vel propter metum cadentem in virum constantem, juxta supradicta, non incurrit aliquis Excommunicationem, dum patrat delictum Summo Pontifici reservatum, v. g. dum incidit in externam hæresim, poterit absolvi à quocunque simplici, seu communi Confessario, ut dixi num. 4. quia illud delictum, quandoquidem non habet adnexam Excommunicationem reservatam, non habetur, saltem ex usu Ecclesiæ, pro reservato, At non ita in delictis Episcopalis;

Tamburinus de Sacramentis.

Quamvis enim per ignorantiam, vel propter aliud, non incurras Excommunicationem, adhuc illud delictum ferè semper remanet reservatum, nec poterit à simplici Confessario absolvi, sed solum ab habente Jurisdictionem ad reservata, quia in Casibus Episcopalibus non adest illud Ecclesiæ, quod non habeatur pro reservato illud delictum, cui non est adnexa Excommunicatio reservata Episcopalis, & quamvis hæc per ignorantiam vel metum, non incurratur, sic docent d. Suarius, aliique. Et ratio ulterior est, quia Episcopi aliquando, imò ferè semper, reservant ipsa delicta ratione ipsorum, & non ut facere solet Pontifex, ratione Excommunicationis, vel saltem reservationem. d. Suar. d. 2. de poen. sect. 3. n. 11. Laym. l. 1. tr. 5. p. 2. c. 6. n. 10. Boss. de Indul. sec. 1. c. 28. n. 2.

8. Dixi ferè semper, nam, si quando ex verbis, vel circumstantiis constaret, delictum illud fuisse ab Episcopo reservatum, ratione Excommunicationis, tunc profecto eadem esset ratio, quæ est in Pontificiis, unde qui ob ignorantiam, vel ob aliud non contraheret hanc excommunicationem, nec contraheret dicti delicti reservationem.

9. Sed quid præsumendum, quando neque ex verbis, neque ex circumstantiis id colligi queat?

Respondeo, Præsumendum esse, reservationem ab Episcopo factam fuisse, ratione ipsius delicti, vel ratione, ut dictum est, utriusque immediatè, atque adeò etiam casum esse immediatè reservatum. Ratio ducitur ex communiter contingentibus, quia scilicet hic est consuetus usus Episcoporum, qui in reservationibus suis; ad ipsa delicta ferè semper attendunt.

10. Quæres Primò, Si Summus Pontifex auferat censuram adnexam casui sibi reservato, remanetne ipse casus eidem Pontifici reservatus?

Respondeo. Probabile est non remanere reservatum, atque adeò posse absolvi à communi Confessario. Ratio est, quam diximus num. 4. & 7. & quam rectè e notat Sanchez; c. Sanchez. l. 1. sicuti enim à principio, & veluti in fieri sunt simul casus, & Excommunicatio Pontifici reservata, ita in conservari, ut scilicet, remota Excommunicatione reservata, per potentem illam absolvere, removeatur,

N

&

& reservatio Casus, & data à Pontifice (ut supra etiam nos diximus num. 5.) facultate absolvendi pro tali Excommunicatione, censetur etiam data pro tali peccato, & contra.

11. Quod si idem casus esset Pontificius & Episcopalis, nempe sibi illud reservasset Pontifex; & ex propria sua Jurisdictione etiam Episcopus, (quod fieri, an liceat, infra insuebimus.) Remota per absolutionem Pontificis Excommunicatione à tali casu, remaneretne reservatus ipse Casus Episcopo? Respondeo. Si in rigore juris loquamur, remanere reservatum Episcopo, quia ubi plura Jura urgent, ut hic urget Jus Pontificis, & Jus proprium Episcopi, remisso uno, non intelligitur remissum, & aliud. At a Navarr. in manu-
lic. 17. nu. 261. Ver. Nono dico. b Floran. de Casib. refer. p. p. casu 2. n. 13.

12. Idem dicerem, si quis esset excommunicatus excommunicatione Pontificia, & Episcopali de eadem re, neque enim absolutus ab Excommunicatione Pontificia, intelligeretur absolutus ab Episcopali, quia existentibus duobus impedimentis, uno sublato, alterum non tollitur, ut colligitur ex Cap. c. Tuarum, & ex l. si d. Domus, licet intelligi etiam ab Episcopali, uti communi sic interpretante, doceat Raguccius, Naldus, aliique apud Dianam. Sed ego etiam de ejusmodi usu, propter rationem, à me modò dictam, valde dubito.

c Cap. Tuarum de autorit. & usu pallii. d L. si domus ff. de servit. V. e Ragucc. Naldus, aliique ap. Dian. p. 5. tr. 9. re. so. 60. f Mox c. 6. §. 1. n. 2.

13. Quares Secundò. Quod dictum est, remota excommunicatione non remanere casum reservatum in Casibus Pontifici reservatis, proceditne etiam in Casibus illis Pontificis? qui cum ipsi Pontifici sint reservati, idem tamen Pontifex concessit, ut possint ab Episcopo absolvi, qualis est v. g. abortus foetus animati, & alii quos mox enumerabo.

Respondeo. Salvo meliore judicio, mihi videretur (nam apud neminem id lego) procederet, nam si nunc sunt quidem Casus Episcopales, ut ibidem dicam, sed per hujusmodi

concessionem non mutant reservationem, quam habent Pontificiam: quare solum sunt reservati, quando, (ut supra dictum est de casibus omnibus à Pontifice reservatis,) conjunctionem habent cum excommunicatione; unde, ea remota ob ignorantiam; vel ob metum, vel per Absolutionem, non remanebunt Casus reservati, sed poterunt absolvi à communi Confessario.

§. II.

Peccata, seu Excommunicationes Summo Pontifici reservata.

IN tres Classes ea distribuo. Prima continetur in Bulla Cœnæ. Secunda in quodam Decreto Clementis VIII. Tertia in Constitutionibus aliorum Pontificum.

Duarum priorum summam attuli in Opusculo g Methodi Confessionis. Tertiam habes apud h Filiucium, aliosque. Nolo ergo actum agere, sed ad magis necessaria progredior.

CAPUT VI.

De peccatis Episcopo reservatis.

§. I.

An in Jure sint aliqui Casus reservati Episcopis.

1. CERTum est, ab aliisque satis probatum, nullum hodie de facto casum esse reservatum, in Jure, Episcopis, saltem, quia (ut notat Floronus) consuetudine ita servetur. Lege k Suarium, aliosque. Eos igitur pro sua Diœcesi, quilibet Ordinarius reservare poterit, quos prudenter ad bonum suarum ovium expedire judicaverit: vel ii reservati etiam erunt Episcopis, quos de facto propria alicujus Diœcesis consuetudo reservavit.

2. Quoniam verò aliquot inveniuntur Casus Summo Pontifici reservati, quos Summus Pontifex concessit, ut ii possint absolvi ab Episcopis, quale est ex Tridentino l omne delictum quomodocumque Pontifici reservatum, si sit occultum, & non deductum ad forum contentiosum, & qua-

lis

lis etiam est levis percussio Clerici, interli-
 trid. seff. mites peccati mortalis, ut dicemus in expli-
 24. c. 6. de catione Excommunicationis, *Si quis suaden-*
 ref. te, & qualem etiam esse abortum foetus ani-
 a Li. 5. in mati, diximus a alibi: Quoniam inquam hæc
 Decal. c. 2. ita se habent: Quaritur, an ejusmodi Casus
 §. 4. n. 7. sint Episcopis concessi jure suæ ordinariæ
 jurisdictionis, & sic possint, debeantque vo-
 cari Casus Episcopo reservati, an verò sint
 Pontificii?

b Sanch. l. 3. Sanchez, & aliique putant, dici, &
 4. in De- esse Episcopales, hoc est absolute Episco-
 cal. c. 54. pis reservati, quia sunt concessi dignitati
 num. 7. Episcopali, atque adeò perpetuo, quod
 Pontius de est, jam nunc illos esse ordinariæ Jurisdic-
 matr. l. 8. tionis Episcoporum; Castropalaus c. cen-
 c. 6. n. 9. set remanere Pontificios, quia tales sunt
 Frago. p. p. per se, licet Episcopis sint, per delegationem,
 l. 4. d. 10. concessi.

n. 98. 4. Sed vera decisio, utramque sententiam
 c Castrop. fortasse concilians, est, eos esse verè, & per se
 in Bull. Pontificios; neque enim per delegationem
 Cæn. p. 8. concessam Episcopis, mutant suam primæ-
 §. 1. n. 7. vam naturam reservationis Pontificiæ, ut
 Henriq. l. supra d. dixi. Sed tamen posse aliquo tandem
 6. c. 17. modo; & quoad aliquem effectum vocari
 n. 7. Episcopales, quia cum eorum absolutionis
 d Supra c. potestas sit adnexa dignitati, sunt ejus ordi-
 §. 5. l. 1. nariæ, & perpetuæ Jurisdictionis. Vide om-
 nu. 11. ninò quæ dicam e infra.

§. Permaximè autem utilis est hæc deci-
 13. n. 13. fio, nam Confessarius electus per Bullam
 Cruciatæ absolvit Casus Episcopales, toties,
 quories, & eodem modo mendicantes extra
 Italiam absolunt per sua privilegia Casus
 eisdem Episcopales, & denique ipse Episco-
 pus solet alicui Confessario delegare pote-
 statem absolvendi suos Casus Episcopales.
 Si ergo prædicti Casus, de quibus loqui-
 mur, absolute remanent Pontificii, nec
 Bulla Cruciatæ, nec privilegia Mendican-
 tium, nec dicta Episcopi delegatio per con-
 cessionem Casuum Episcopaliū, se exten-
 dent ad illos. At certè se extendent, (exci-
 piamus semper hæresim etiam occultam,
 propter ejus enormitatem) si sint, ut nos pro-
 babiliter sustinemus, aliquo tandem modo
 Episcopales, & Jurisdictioni Episcopali con-
 nexi.

6. Dices. Si hi Casus sunt jam concessi
 si Episcopis, non autem aliis communi-

bus Confessariis, ergo sunt ipsis Episcopis re-
 servati. Ergo falsum est, quod dictum est
 numer. 1. de facto non esse alios Casus refer-
 vatos Episcopo, nisi in Diocesi specialiter
 reserventur. Respondeo. Nego primam, &
 secundam consequentiam. Illi enim casus
 sunt Pontificii, nec esse tales desinunt, nec,
 ut num. 4. dixi, naturam reservationis mu-
 tarunt per delegationem, qua concessi fue-
 runt Episcopis, Quis enim dicat delicta oc-
 culta in Cæna Domini, esse, vel vocari pos-
 se casus absolute reservatos Episcopis? & ta-
 men Tridentinum illos ipsis concessit, Ne
 igitur commisceas hæc duo, Casus reservatos
 in Jure Episcopi, & Casus reservatos in
 Jure Pontifici, sed per particularem delega-
 tionem ordinariæ potestati Episcoporum
 concessos, ut rectè notavit f. Flotonus. Il-
 lud prius nos cum D. D. citatis negavimus
 dicto n. 1. non autem hoc posterius: quæ
 differentia, quam diversam praxim pariat,
 habebis g infra.

f. Floro. p.

p. de cas.

reserv. c. 1.

§. p. n. 5.

g infra ca.

9. §. 1. n.

56. & 7.

§. II.

Quos Casus reservare sibi potest Episcopus.

1. Ignatè dictum est §. præcedenti n. 1.

(Episcopus reservare poterit Casus,
 quos prudenter expedire judicaverit, &c.)
 nam Casus reservare cum moderatione de-
 bet, ne Sacramenti Pœnitentiæ usus diffici-
 lior reddatur, quam par est: de qua modera-
 tione extant documenta Sacræ Congrega-
 tionis apud h. Quarant. aliosque. Et Bar-
 h Quarant. bosa quidem bene enumerat casus reservari V. Cas.
 Reserv. fi- consuetos, modumque eisdem interpretan-
 di. ne. Grassi

2. At quæstio est, an ipsi possint pec-
 de casib. catum mortale cujuscunque gravitatis re-
 refer. servare? Respondeo, spectata natura re-
 Barb. de servationis posse, quia statim, atque pec-
 potest. Ep. catum est mortale, capax est reservationis, all. 50.
 ut supra vidimus, at, spectata Summi Pon-
 nu. 288. tificis dispositione, aliud est dicendum de i Barbos.
 Episcopis, aliud de Prælati, seu Capitulis l. c.
 Regularium.

3. Ajo igitur Primò, Episcopos, seu
 Ordinarios licitè non posse. Explico id, k Quint.
 asserendo eaz, quæ docet de hac re. k Quint.
 singul. 8. tanad. is enim cum attulisset verba Tri-
 de pœnit. dentini asserentis, posse sibi Episcopos n. 5.

N 2

atrociora

atrociora quædam, & graviora crimina reservare, cumque etiam protulisset Sacre Congregationis, & Clementis VIII. monitionem, qua Episcopi admonentur, ne in Casuum reservatione modum excedant, sed reservent sibi atrociorum tantum, & graviorum criminum absolutionem, addit num. 4. *Si sit reservatum furtum, vel detentio Decimarum, quando quis furaretur, vel retineret ex Decimis duodecim, vel quatuordecim argenteas, neminem d. aurum, hunc atrox, & grave crimen commississe, eumque esse atrocissimum latronem, & sacrilegum gravissimum. Et paulo post: Quantitas ergo (ait) duodecim argenteorum, licet sufficiens sit ad mortale, non tamen ad reservationem prudenter in Diocesis facienda; Cum ad hanc requiratur gravitas valde considerabilis, & atrocitas. Hæc ex illo. Unde rectè à nobis dictum est, Episcopos ex dispositione Pontificis, fuisse limitatos, ut non reservarent quodcumque peccatum mortale, sed tantummodo atrox, & grave.*

4. Quid autem, si non gravia reservent, reservabuntne validè? Respondet, Sylvester; & Henriquez, quos refert: sequiturque Suarez apud dictum a Quintanad. validam esse dicunt ejusmodi reservationem, licet quia potius in destructionem, quam in edificationem ea tenderet, illicitam, At Sotus, & Riccardus, quos refert, sequiturque Vasquez apud eundem, nec validam dicunt, nec licitam, quia Episcopi carent ea Jurisdictione; cum Pontifex ipsis illam limitaverit, (ut nu. 1. dictum est) in dispositionibus Tridentini, Sacre Congregationis, & Clementis VIII. Mihi placet opinio Suarez, quia in dictis dispositionibus, quas ad verbum affert Quintanad. l. c. nullum verbum est, sive irritans factum, sive Jurisdictionem tollens.

5. Hæc quæstio, si rectè advertis, non est eadem; sed solum similis illi, de qua egimus b supra, ibi enim actum est de reservatione omnium, vel majoris partis delictorum, hic agimus etiam de unico, si ex aliquo capite non sit atrox, nec sit notabiliter grave.

6. Ajo Secundò, Prælatos, cum Capitulis Regularium posse, & validè, & licitè peccatum mortale, quamvis non tam atrox reservare, juxta id, quod ipsi bonum,

& utile pro suis Religiosis prudenter judicaverint. Ratio est, tum quia in præcedentibus dispositionibus solum loquutio est cum Episcopis, tum quia idem Clemens id concedit Regularibus, dum in Catalogo Casuum, quos sibi reservare possunt, aliqua peccata inserit, mortalia quidem, sed certe non admodum gravia quale est, proprietas contra votum paupertatis, quæ sit peccatum mortale, furtum de rebus Monasterii in ea quantitate quæ sit peccatum mortale, lapsus carnis voluntarius opere consummatus. Accedit, & ratio disparitatis: Regulares enim profitentur perfectionis statum; unde gravius semper judicatur peccatum ipsorum, quam judicetur illud, quod committunt sæculares, qui statum illum perfectum non proficiunt.

§. III.

Peccata hodie reservata Episcopo Panormitano.

Qualibet Diocesis proprios solet statuere Casus Reservatos, quos omnes recensere nostrum non est, satis igitur nobis, superque erit, si nostræ Panormitanæ Diocesis casus reservati in ultima Synodo anni 1652. propósitos, hic additis nonnullis notulis, afferamus.

CASUS RESERVATI IN PANORMITANA Diocesi.

1. Raptores Virginum.
2. Prolem suffocantes.
3. Nefandum Sodomitæ scelus committentes.
4. Paganis mulieribus, aut bestiis abutentes.
5. Qui sanctimoniales, vel alias mulieres, intra Monasterium commorantes, turpiter alloquuntur, vel turpe quid intendunt, aut tractant.
6. Sortilegium operantes, veneficia superstitioneque exercentes, & quolibet Sacramento, vel Sacramentali ad id abutentes.
7. Literarum, ac Sigilli Archiepiscopalis, & ejus Curia falsarii, & qui literas, & scripturas Archivii, vel farto arripiunt, vel quovis modo mutilant, aut deturpant, ut integrè legi nequeant.

8. No-

8. Notarii, qui legata, ad pias causas facta non denuntiant.

9. Clerici ad quoslibet ordines per saltum, vel surripere promoti.

10. Bonorum Ecclesiasticorum invasores.

I.

Raptores Virginum.

11. Qui igitur rapit puerum, vel viduam, vel uxoratam, quamvis ex a alibi dictis *Mu. Conf.* Raptum committat, hic non comprehenditur.

Lib. 2. c. 7. §. 9. Decal. c. 6. §. 1. c. 2. Nomine autem Raptoris ex ordinaria significatione hujus criminis, intelligitur committens Raptum, unam ex speciebus luxurie. Ad hujusmodi autem Raptum, ut ibidem explicuimus, tria requiruntur. Vis illata, Finis inhonestæ libidinis, Abductio in alium locum. Quoniam ergo ibidem diximus, constitui Raptum sive vis illata sit ipsi Virgini, consentientibus parentibus, vel iis, sub quorum cura vivit Virgo, sive sit ablata consentiente ipsa Virgine, prædictis non consentientibus, idem hic consequenter dicendum est, esse casum reservatum, quocumque ex iis modis Raptus committatur.

12. Præterea. Diximus aliquantulum superius, peccatum, quod reservatur, nisi quid aliud exprimitur, debere esse in illo genere completum. Jam quæro, ut Raptus Virginis hic Panormi reservatus, oportetne, ut sit per copulam consummatus? Respondeo, non oportere. Ratio est, quia, ut ibidem *b* docuimus, Raptus satis est consummatus per ipsam abductionem ad finem libidinis.

Num. 10. c. 6. §. 2. Sancl. l. 7. matr. d. 12. n. 7. Less. l. 4. c. 6. n. 66 Nomine Raptoris non intelligitur hic quæsi si habitualiter rapiens, sed etiam ille, qui, vel semel rapit, ejusmodi enim est loquutio Doctorum, cum agunt de Raptu, etiam si semel committatur.

II.

Prolem suffocantes.

14. Occidi potest proles, Primò, per abortum fetus animati (nam si nondum est animatus, non dicitur saltem propriè, proles.) Secundò, per suffocationem, quæ fiat dum in eodem lecto infans ponitur cum nutrice, vel Matre, ibique opprimatur ab ipsis, periculum

adventibus, & non eurantibus. Tertiò, per suffocationem ejusdem infantis de industria factam, ut si mater suam prolem volens occultare ex adulterio genitam, eam suffocet. Quartò, si infantem vulnerando, vel, venenum propinando, quamvis non suffocando, ipsum occidat. Quintò, si filium jam grandiusculæ ætatis, seu jam adolescentem, ejus mater, vel pater suffocet, seu alio modo interficiat. Quærimus jam, an commissum hoc crimen singulis prædictis modis casus sit reservatus?

14. Respondeo. Si reservator hos omnes modos reservare voluisset, dixisset sanè se reservare abortum, occisionem filii vel ejusdem homicidium, vel quid simile: nunc verò, cum meminerit solum suffocationis, puto, salvo meliori judicio, solum aliquos ex dictis voluisse comprehendere, nempe quando mater, vel alia, aliufve (neque enim Synodus dicit suam prolem, sed absolute, prolem) infantem ex eo, quod in eodem lecto decumbat, opprimit modo dicto, vel quando quis prolem statim natam, ne appareat, suffocet, seu occidit; hi enim sunt in loquutione communi proles suffocatores, id est, qui vel opprimunt in lecto, vel faciunt, ut proles non appareat; alia enim sunt mera homicidia.

Dixi seu occidit, nam si quis prolem statim natam alio modo interimat, & non per materiale suffocationem, puto propter rationem dictam, esse peccatum hic reservatum.

Nefandum Sodomia scelus committentes.

15. Nos cum communi sustinimus (quid quid dicat *d* Bordonus cum aliquibus) tum *d* Bordonum agentem, tum patientem esse Sodomitam. cum alii. Hic igitur uterque comprehenditur, vide quibus in quæ alibi *e* dixi, ubi tamen solum agentem *conf. regu.* incidere in reservatum, nisi major expressio *ref. 48. q. 5* fiat, falsi sumus esse probabile. Debet autem *num. 2.* esse actus consummatus, id est cum effusione *Li. 7. in* seminis in vase præpostero: secus, quamvis *Decal. c. 7.* esset Sodomia attentata, & incepta fuisset *§. 6. n. 3.* copula in vase præpostero, sed deinde, extra effusum fuisset semen, non erit hic reservata, quia ut supra diximus, peccatum reservatum debet esse actus in eo genere, quo reservatur completus. Præterea, quoniam fœmina cum

fœmina congregiens non committit verè, & propriè Sodomiam, nam Sodomia est congressus consummatus inter masculos in vase innaturali, nec subiacebit huic reservationi. Idem dic de viro congregiente cum fœmina in vase non naturali.

16. Quod si fœmina cum fœmina in vase præpostero in quod effundat semen congregiatur (quod fieri posse potius est à nobis propter modestiam supponendum, quam inquirendum) esse veram Sodomiam docet Mazzuchellus *a* apud Dianam; sed non assentior, quia non est perfecta Sodomia, sed imperfecta, ut diximus dicto §. 6. quare consequenter dicendum erit, non esse hic reservatam.

17. De impubere non placet indistincta doctrina ejusdem *b* Bordoni, dicentis, impuberem non subiacere huic reservationi, quia regulariter non seminat, atque adeò non effundit semen intra vas alterius, non inquam, placet, debebat enim castigatus loqui, & sic distinguere. Impuberem, si non seminat, non committere propriè Sodomiam, si verò seminet, quod certè sæpissimè, ante decimum quartum annum pubertatis, malitia supplente ætatem, evenit, Sodomiam veram committere, & consequenter in casum incidere reservatum.

18. Denique quia hic casus reservatur in nostra Synodo sub hac forma *committentes*, non verò sub hac *exercentes*, non possumus dicere, illud non esse reservatum, nisi frequenter fiat; non possumus inquam, siquidem, & qui semel Sodomita est, dicitur committere Sodomizæ scelus.

IV.

Paganis mulieribus, aut bestiis abutentes.

19. Sustinui *c* alibi, congressum cum muliere pagana, hoc est infideli, seu non baptizata, non differe à speciebus aliis luxuriæ; hic tamen, propter ejus peculiarem, licet non essentialiter diversam, deformationem, merito à nostra Synodo reservatur. Non baptizata dixi, non ergo reservatur congressus cum hæretica, vel cum schismatica baptizatis, hæ enim non sunt pagana.

20. Quid de congressu fœminæ baptizatae cum homine infideli? vel de masculino

Fideli congregiente cum puero non baptizato? Respondeo. Neuter est casus reservatus, quia, ut supra vidimus, stricta est in lege reservatorum facienda interpretatio; si ergo reservatio est contra viros abutentes mulieribus paganis, non est extendenda, ut sit contra mulieres abutentes viris paganis, vel, contra viros abutentes masculis paganis. Neque obstat major, vel æqualis peccati gravitas; in reservatione enim non semper attenditur ad majorem, vel minorem criminis gravitatem, sed sæpissimè ad reprimendam aliquorum gravium criminum frequentiam, vel ad obviandum scandalo publico. Quod ex illis oritur, vel quid simile.

Propter eandem rationem, licet concubitus cum Dæmone, sive succubo, sive incubo, sit majus peccatum, quam concubitus cum bestiis, tamen hic solum bestiarum abusus, qui solet esse frequentior, non verò abusus Dæmonum, reservatur.

V.

Qui Sanctimoniales, vel alias mulieres intra Monasterium commorantes, turpiter alloquantur, vel turpe quid intendunt, aut tractant.

21. Comprehendit hic casus tum ipsas Moniales professas, tum novitias, tum educandas, tum quascunque etiam uxoratas, quæ fortè, propter aliquam urgentem causam, intra Monasterium degunt. Patent hæc ex illis verbis (vel alias mulieres.)

Præterea qui turpiter, id est, de rebus obscenis cum prædictis alloquitur sine intentione ulterius progrediendi, etiamsi de turpibus aliorum actibus, v.g. de alienis amoribus agat, ut item, qui, quamvis indifferentes, vel etiam spirituales sermones habeat cum illis, eos tamen habet cum intentione mortali aliquid turpe, sive copulam, sive osculum, sive tactum committendi; sive etiam in sola morosa delectatione sistendi, in casum reservatum incidit. Ratio est manifesta, quia hæc, vel turpia sunt, vel intendunt turpia.

Neque obstat, Peccatum, ut reservetur, debere esse ex se, & ex objecto, grave exterius, ut diximus *d* supra, qualis non est indiffere^dns *d* *Supra* hæc, vel spiritualis locutio, quamvis ex *e. 4. n. 34* prava intentione facta; Non obstat inquam, quia

quia hic adest expressa Reservantis voluntas, quæ ibi supponebatur non esse & ex alia parte hanc potestatem non fuisse ab Episcopis ablatam, nuper a diximus.

22. Animadvertendum insuper est, ex alia Constitutione ejusdem Synodi adeste Excommunicationem reservatam contra illos, qui absolute alloquuntur Moniales, vel existentes in Monasterio, idque sine licentia: sic enim habetur *b* in Constitutionibus Synodalibus.

Quoniam circa accessum ad Moniales: earumque colloquia, nostri regiminis initio, edicta promulgari mandavimus, eorum formam sub penis inibi statutis inviolabiliter observari precipimus, & speciatim penam Excommunicationis, in edictis latam, contra alloquentes sine licentia cum Monialibus, ipso facto, ipsoque jure incurrendam, nobisq; reservatam, denuo indicimus, atque innovamus.

Dixi autem etiam in Monasteriis existentes, quia in dictis edictis comprehenduntur etiam, & hi, ubi etiam datur forma dictatarum licentiarum.

23. Jam verò tres in hoc Casu reservato, de quo loquimur, sese offerunt difficultates. Prima, an si quis tractet alia crimina, v. g. agat cum Moniali de homicidio patrandi, de furto, &c. incurrat in hunc casum reservationis?

Respondeo, non incurere, quia hæc, & similia, quamvis gravissima crimina, non veniunt in communi loquutione, sub nomine turpium: Turpia enim solum sunt ea, quæ pertinent ad Venerem, seu ad præceptum sextum.

24. Secunda difficultas. An hic detur paritas materiæ; An scilicet qui duo, vel tria verba obscæna cum Moniali loquatur, incidat in reservatum, posito, quod sic peccaverit mortaliter, ut semper ex dictis, hic supponendum est.

25. Respondeo. Querit *c* Verricelli, an quando Episcopus excommunicat, quomodocunque colloquentes cum Monialibus, excommunicationem incurrat, ille, qui duo verba obscæna cum prava intentione colloquitur, & Respondet incurere, quia tunc ratione qualitatæ verborum, haberetur materia gravis, prout docet, ait, Thomas del Bene, & Merolla. At oppositum Respondet *d* Bordonus, dicens, ad incurrendam

dictam excommunicationem, non sufficere quatuor verba, etiam obscæna, quia materia non est gravis, saltem non est apta ad incurrendam tam gravem penam, qualis est excommunicatione.

Utraque sententia viderur probabilis; unde in casu nostro utrumque erit probabile, nimirum colloquentem duo, vel tria verba mortaliter turpia cum Moniali incidere, & non incidere in Casum reservatum; quamvis si indifferentia alloquatur per unum misere, & aliquid amplius in sententia *e* Dianæ, *c* Dianæ, vel per unum quadrantem horæ, in sententia *3. tr. 2. ref. ejusdem f* Verricelli, magis apparet, effugisset excommunicationem, quia tunc ex *f* Verricelli qualitate verborum, & parvitate tam angustis temporis, non fuisset materia gravis. Verum, quod dictum est de horæ quadrante, nunc expendere, proprius locus non est. Certè, non esse consulendum, iudico.

26. Tertia difficultas, an qui verba obscæna loqueretur cum Moniali, nihil illa respondente, incurreret in Casum reservatum? Respondeo. Inquiri à te, si quis posita excommunicatione contra colloquentes absolute cum Monialibus, ipse solus loqueretur, nihil respondente Moniali, incurreretne is in excommunicationem? Respondebis, esse duas sententias. Nonnulli enim cum *g* Vidal, aliisque negant, quia solus loquens non dicitur colloqui. Nonnulli cum *h* Merolla affirmant, quia ex communi usu, idem sunt, alloqui, seu loqui cum alio, & colloqui. Cum ergo utraque hæc sententia sit probabilis in casu excommunicationis impositæ in illa Diœcesi, sub illa voce *colloquentes*, quamvis affirmans, judicetur probabilior, idem tibi videbitur dicendum in casu nostro reservationis, immò, & in casu excommunicationis allatæ à nostra Synodo de loquutione cum Monialibus, sine licentia. Nihilominus in nostris casibus, tum reservationis, tum dictæ excommunicationis, dico, semper adeste reservationem, & excommunicationem, etiam nihil respondente Moniali. Ratio ducitur à verbis Synodi, quæ non dicunt, *colloquuntur*, sed *alloquuntur*, alloquitur autem quis, etiam si nullus respondeat, Idem enim est alloqui, ac loqui cum alio, si, vel primis labiis latinitatem arripisti. At in omni rigore dicere loqui cum alio, etiam illo nihil respondente, sed tamen ad tuam locutionem atque ad hanc.

— Etud

27. Illud item certum habeo, ipsam monialem audientem ejusmodi turpia, sed nihil respondentem, quamvis peccet, si cooperetur voluntarie audiendo cum loquente, tamen non incidere in Casum reservatum. Ratio est; quia in verbis reservationis dicitur, reservari peccatum, quo quis turpiter alioquitur Moniales, non verò peccatum, quo Monialis audit alias turpiter loquentes.

28. Illud item certum habeo, si Monialis turpiter responderet, immò si etiam ipsa incipiat turpiter loqui cum Sæculari, non incurere in hunc casum reservatum, quia in verbis reservationis dicitur reservari peccatum, quo quis cum Moniali loquitur obscenè, nihil autem dicitur de ipsa Moniali turpiter loquente cum Sæculari.

29. Quid si Monialis turpiter loquatur cum alia Moniali? Respondeo. Certum mihi videtur, incidere in reservatum, quia verba reservationis absolute pronunciant de omnibus, qui Sanctimoniales turpiter alloquantur.

30. Neque obstat illud, qui, masculini generis; non obstat; inquam; jam novum non est in jure, sub nomine masculino, intelligi, & fœminum; nisi ex subjecta materia alstringatur loquutio ad masculos. Lege Gloss. a & Alterum, b qui docent, dum Pontifex excommunicat eos, qui sepeliunt excommunicatum (utique vitandum) in loco sacro, comprehendendi, & mulieres; probatque ex eo, quod sub dictione qui, continetur dictio, quæ, quia Masculinum concipit Fœminium. Ita etiam Glossa c, omnesque apud d Leandrum, Et certè in casu hoc nostro, patet ex inconvenienti, nam secus sequeretur, Sæcularem mulierem, colloquentem turpiter cum Moniali, hic non comprehendendi, quod nemo diceret.

Si quis ad Moniales turpia scriberet, non puto, eum incursum in casum hunc reservatum, quia scriptio non est propriè loquutio, An incurrat ex vi illius verbi tractant, alia est consideratio.

a Gloss. in
C. eos, qui
Clementi,
p. de sepult.
b Alter l. i
de cens. d.
14. c. 1.
col. 3.
c Gloss. in
C. Gener.
V. Vniver-
sos, de elect.
in 6. &
ducitur
argumen-
tum ex C.
Si quis
suadente
16. q. 4.
d Leand. de
excom. d.
7. q. 13.

V I.

Sortilegium operantes, & Magicas artes, veneficia, superstitionesque exercentes, & quolibet Sacramento, vel Sacramentali ad id abutentes.

31. Tres hic adsunt clausulæ. Prima, Sortilegium operantes, quare etiam, qui semel per sortilegium, utique mortale, peccat, subiacet reservationi, quia jam operatur sortilegium.

31. Hoc autem delictum est illud, quo quis per sortes inquit ea, quæ sunt illi abscondita. Quoniam autem dictæ sortes, aliæ sunt consultoriæ, aliæ divinatoriæ, aliæ divinatoriæ, & primas quidem, ac secundas aliquando effelicitas, nunquam verò tertias, docet S. Thomas e, & habet Quintannad. f. Idèd non e S. Th. p. omne, & quodcunque sortilegium, sed illud, quod est mortaliter illicitum, erit casus reservatus. cunda g. 95. art. 1.

33. Secunda clausula Magicas artes, veneficia, superstitionesque, utique mortales, exercentes. Cum ergo, qui semel hæc patrat non dicatur hæc exercere; Idèd, ut ea sint reservata, frequentiam superaddendam esse, puto, quæ frequentia sit à prudenti viro decernenda. Confirmo ex patitate, ducta à pœna suspensionis ab exercitio Ordinis, privationisque omnium beneficiorum, & dignitatum, lata à Pio V. contra Clericos, Sodomiam exercentes, nam propter hoc verbum exercentes communiter DD. apud g Dianam docent, bis, aut g Dianam ter, Sodomiam committentem, non incidere in prædictas pœnas, sicuti neque dicitur v. g. Mercator, qui bis, vel ter Mercatoriam agit; ita igitur in casu nostro. p. 2. tr. 1. res. 6.

34. Tertia clausula, quolibet Sacramento, vel Sacramentali abutentes. Quia ergo etiam, qui semel aqua benedicta v. g. abutitur, dicitur abuti Sacramentali, idèd non effugiet, ex singularitate criminis, reservacionem. Abuti autem hic significat illud quodcunque peccatum, quod quis committit, usurpando Sacramenta, vel Sacramentalia cum gravi peccato circa prædicta; id est circa sortilegia, magiam, veneficia, superstitiones; hoc enim indicat illud, ad id abutentes.

VII.

Litterarum, ac Sigilli Archiepiscopalis falsarii, & qui litteras, & scripturas Archivii, vel furto arripiunt, vel quovis modo mutilant, aut deturpant, ut integrè legi, nequeant.

35. Percurre separatim prædictas clausulas.

36. Prima clausula, *Litterarum, &c. falsarum*, excommunicantur falsarii litterarum Apostolicarum. Ad hujus ergo Constitutionis instar, nunc Archiepiscopus Panormitanus reservat crimen, quo falsæ redduntur litteræ Archiepiscopales; quare proportionaliter ad ea, quæ de illa excommunicatione Pontificia decernunt Doctores; erit loquendum de hoc nostro casu reservato. Hinc, cum non sit excommunicatus in Bulla Cœnæ, qui falsificat litteras, emanatas à Delegatis, vel Officialibus Papæ, nec qui falsificat, ut ego puto, litterarum Apostolicarum copias rescriptas, & in sententia aliquorum, nec qui emendat eorum errorem Grammaticæ, & similia, videntur apud b Fillucium, aliosque, idem idem erit in casu reservato hoc nostro, respectu litterarum Archiepiscopaliarum.

36. Ad casum autem hunc reservatum non requiritur copulativè hæc tria facere, puta, litteras, & sigillum Archiepiscopi, & sigillum ejus Curie falsificare: satis enim erit, si quodcumque ex his fiat, ita enim colligitur ex fine intento ab Archiepiscopo, qui est, ut purè & sine falsitate Archiepiscopales litteræ legantur.

37. Sed eritne ex his falsarius ille, qui sigillum novum Archiepiscopi, vel ejus Curie effingeret, illoque uteretur? Respondeo. Forte, puto, quia si id non est falsare sigillum, quidnam erit?

38. Quid, si quis efformaret, seu fingeret litteras Archiepiscopales ex integro, essetne falsarius litterarum Archiepiscopi? Respondeo. Pari modo puto. Falsitas enim, quæ hic prohiberi intenditur, non necessariò supponit veras litteras, quæ deinde temerentur, sed est omnis falsitas, quæ nocet veritati litterarum Archiepiscopaliarum.

Tamburinus de Sacramentis.

In Bulla Cœnæ Domini excommunicantur falsificantes litteras Apostolicas, & deinde in alia clausula, excommunicantur ii, qui falso fabricant easdem Apostolicas litteras: Unde videntur hæc duo crimina esse diversa, nec posse inferri, reservato uno, reservari utrumque, & consequenter cum in nostra Synodo solum reservetur falsarii, qui idem sunt, ac falsificantes, non verò reservantur ii, qui de novo falso fabricant, videtur non esse verum, etiam hos incidere in casum reservatum.

Nihilominus ego puto, in dicta Bulla Cœnæ id ad majorem declarationem expressum sic fuisse, nam cæterum dico, posterius crimen includi omnino in priore, quod confirmo ex doctrina Alterii, qui expressè docet, falsam fabricationem ex integro Bullarum Apostolicarum esse crimen falsi.

39. Quid denique, qui litteras hujusmodi omnino lacerat, incidit ne in casum reservatum? Respondeo d Filliuc. notat, in Bulla Cœnæ non ex eo, quod falsarius excommunicatur, excommunicari eum; qui litteras Apostolicas dilacerat: diversa enim satis sunt lacerare, & falsificare: scriptura enim lacerata ex omni parte, & omnino, non potest abuti, potest falsificari: ita igitur quoad reservationem in casu nostro.

40. Secunda clausula, *Qui litteras, & scripturas Archivii furto arripiunt*, utique Archiepiscopalis, ejusque Curie, de quibus immediate antea fuit loquutus: furto autem arripit, etiam qui violenter per rapinam aufert: rapina enim præter violentiam involvit etiam malitiam furci.

Non dubito tamen hic, posse esse levitatem materiæ: Quid enim, si quis furetur paginam quampiam nullius, vel levis momenti: is certe, sicut non peccabit mortaliter, sic neque reservatione afficietur.

41. Tertia clausula, *Qui quovis modo mutilant, aut deturpant, ut integrè legi nequeant*, mutilare hic, aut deturpare, non est idem, ac omninò dilaniare, seu lacerare: sicut enim, qui hominem mutilat, non dicitur hominem occidere, sed aliquod hominis membrum amputare, sic non dicitur mutilare, aut deturpare scripturam is, qui omnino illam dilaniat, ita, ut usui amplius esse non possit, sed qui ex scriptura aliquam partem abscindit, vel nihil abscindendo ita deturpat, ut integrè non possit legi. Dico igitur, in hac clausula reservari

c Alter. d. 9. in Bull. Cana l. 5. cap. 3.

V. quare. d Filliuc. 16. c. 8. n. 190.

S. Th. 2. 2. q. 9. art. 1. 2. 3. 4.

Dicitur 2. 2. q. 9. art. 1. 2. 3. 4.

reservari casum, quo, quis scripturam prædictam mancam, & mutilam reddit: nam casum, quo, quis eam ita dilacerat, ut usui esse nequeat, hic non reservari probabiliter docuimus num. 39.

VIII.

Notarii, qui legata ad pias causas facta, non denunciant.

42. Hæc clausula supponit, Notarios mortaliter peccare, dum ejusmodi legata non denunciant; secus enim non inciderent in casum reservatum, at unde est, quod ipsi in hoc peccent? Respondeo, peccant ex eo, quod si non observant hoc ipsum præceptum, quod involuitur in hoc casu, qui nunc reservatur, si non observant peculiare præceptum in nostra Diocesi, ipsis Notariis impositum; sic enim habetur in postrema a Synodo Panormitana.

a Synod.
Panorm.

An. 1652.

pa 4. n.

242.

„ Notariis verò penam excommunicationis indicimus, nisi in singulis Testamentis, Codicillis, aliisque talibus eas particulas, intra tres menses nobis deferant, propria ipsorum manu signatas, in quibus aliquid in causas pias, vel in rei male partem, seu ablatam, aut furti satisfactionem quomodocumque legatur.

43. Porro hæc duo adverto. Primò, latius patere hoc præceptum, quam clausulam reservationis, de qua loquimur; præceptum enim comprehendit quodcumque legatum, tum ad causas pias, tum in satisfactionem rei ablatae, aut furti; at reservatio solum loquitur de legatis ad pias causas; quamvis enim legata ad satisfactionem rei ablatae, & furti, vocari possint legata ad pias causas, tamen cum tam signatæ Legislator in hoc præcepto, lato sub pena excommunicationis, solum mentionem faciat legatorum ad pias causas, idem strictè (ut debemus ex supradictis) id interpretando, satis probabiliter dicere, salvo meliori iudicio, possumus, solum hæc legata ad causas pias, voluisse legislatores reservare.

44. Animadverto Secundò, excommunicationem in hoc præcepto Synodi Notarii indictam, videri esse excommunicationem ferendam; illud enim, penam excommunicationis indicimus, non solet significare

excommunicationem latae sententiae, ex doctrina b Sairii, Avilæ c, & passim aliorum.

45. Verum hinc emergit molesta difficultas, nam in sententia non ignobilium DD. præceptum datum sub sola pena excommunicationis ferendæ, non statim est signum obligationis sub mortali. Si ergo Notarius non obligatur sub mortali ex vitæ talis excommunicationis, ad denunciandum legata, qua ratione erit casus reservatus denunciationis omisso, cum non reserventur, nisi peccata mortalia?

Dicam, quod sentio, in hunc modum. Verum sit, excommunicationem ferendam non esse ex se signum mortalis obligationis, de qua tenos agimus d alibi; at hoc dicitur, concediturque, nisi aliud plus ex verbis Legislatoris colligatur. Cum igitur in re nostra Legislator ex una parte imponat præceptum Notariis sub pena excommunicationis ferendæ: ex alia verò idem Legislator dicat, se velle peccatum, quod Notarii committunt, dum non denunciant, esse reservatum, clarè colligitur velle, illam inobedientiam esse gravem, ac mortalem, quia sine hac gravitate reservatio, ut nimis sæpè dictum est, consistere non posset.

IX.

Clerici ad quoslibet Ordines per saltum, vel furtivè promoti.

Clericus, qui ordinatur per saltum, id est, qui recipit Ordinem superiore, non recepto prius inferiore, suspenditur in Jure ab e Ordine sic recepto. Rursus, qui furtivè, id est, Episcopo non approbante, promovetur; suspenditur, & per aliquos irregularis fit, immò, & excommunicatur, ut per saltum videre est apud f Suarez, aliosque. Hæc igitur duo delicta reservantur in præsentia clausula.

47. Sed quas actiones comprehendit hæc furtiva promotio? Respondeo, furtiva promotio multipliciter esse potest, Primò si Ordinandus decipiat Episcopum simulando ætatem sufficientem. Secundò, falsificando patrimonium. Terriò, literas dimissoriales fingendo. Quartiò, absque notitia, & voluntate Episcopi ordinantis, cum aliis promovendis se ingerendo. Ex his

b Sair de
cenjur. l. 1.

c. 11. n. 12

c Avil. de

cenjur. p.

2. c. 2. d. 100.

du. 2.

Bonorum Ecclesiasticorum invasores.

50. Bona alia sunt stabilia, mobilia alia, unde lex hæc videtur extendi ad eos, qui alterutra rapit. Verum, salva meliore sententia, quia propriè, & strictè loquendo (ut hic ex supradictis loquendum nobis est) non dicitur quis invadere bona mobilia, v. g. pecuniam, vestem, & similia, sed furari, rapere, tollere, usurpare, nam invadere propriè est de bonis stabilibus, & significat in prædium, in feudum, in domum, possidenda, sese immittere, idèd mihi videtur, hic non comprehendi, nisi invasores bonorum stabilium.

Confirmo, quia in Bulla Cœnæ num. 17. excommunicantur qui usurpant fructus redditus, & proventus ad Sedem Apostolicam, & quascunque Ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum pertinentes: & numero 20. excommunicantur invadentes, destituentes, occupantes, & detinentes, in totum, vel in partem, Regna, Civitates, Terras, & loca ad Romanam Ecclesiam pertinentia. Vides igitur num. 20. ubi agitur de bonis immobilibus usurpari verbum invadendi, non verò num. 17. ubi agitur de mobilibus.

51. Nomine autem Ecclesiasticorum bonorum, intelligi ea bona, quæ sunt Ecclesiarum, unde bona patrimonialia hic non includi, nequaquam est dubitandum. Dubitari tamen posset de bonis patrimonialibus, ad quorum titulum quis est ordinatus. An scilicet is, qui dictum patrimonium invadit, incidat in reservatum?

Respondet, non incidere. Hujus autem responsionis ratio tota pendet ex solutione illius questionis. An bonum quodcunque stabile, statim, atque sit patrimonium Ordinati, fiat bonum propriè Ecclesiasticum. Profectò, cum agitur de rebus Ecclesiasticis non alienandis, quaerunt DD. an sub prohibitione Tridentini, & in extravag. *f. Ambitiosa*, ne bona Ecclesiastica alienari possint, includatur dictum Ordinati patrimonium: & resolvunt communiter, non includi, ut rectè notat *g. Bonacina*, quia extravagans *Ambitiosa*, (quam Tridentinum confirmat) expressè loqui-

his modis propriè furtiva susceptio est hoc quarto modo: Illud enim *furtiva*, significat clanculam susceptionem, ita, ut sine scientia ordinantis, quis consocietur cum aliis ordinandis, & sic, nesciente, & consequenter nolente, & approbante Episcopo, ordinetur: Cateri tres præcedentes modi potiùs dicuntur dolosæ susceptiones, & solum largè dici possunt furtivæ: in illis enim decipitur quidem Episcopus, sed non propriè, modo furtivo, & occulto, ut in quarto. Quemadmodum igitur Doctores cum a Suatio communiter docent, pœnam latam in Sacris Canonibus *furis sect.* 3. contra furtivè promotos, esse solum contra num. 5. hunc quartum modum, ita dicendum esse in *P. Bardi* in casu nostro, censeo, cum in utroque casu sint *sect. l. 7.* strictè verba interpretanda.

48. Quæres, de quibusnam Ordinibus hic loquutio est? Respondeo. Cum prima tonsura ex communi sententia Ordo non sit, ut habes apud Doctores citatos à Castropalao *b.* alioque, ejus furtiva susceptio non erit casus reservatus. At verò, quia Minores, Ordines sunt, *c. de ord. d.* (definit enim Tridentinum Ordines septem esse in Ecclesia, Sacerdotii, Diaconatus, Subdiaconatus, & quatuor Minorum Ordinum) *Con. Lay.* ideo eorum furtiva susceptio casus erit reservatus.

49. Dices, at Minores Ordines ex sententia Vasquez, aliorumque non sunt Sacramenta, ergo neque propriè, & verè Ordines. Respondeo primò. Minores Ordines esse Sacramenta, tenet communis sententia, quam docet S. Thom. sequiturque *c. Castrop.* Respondeo Secundò, licet Minores non essent Sacramenta, non propterea negari debet esse propriè Ordines: Ad hoc enim, ut Minor sit propriè Ordo, satis est, si ille sit potestas quædam moralis releta ad aliquod Ministerium Altaris, quæque Ordinatum constituat in gradu superiori, comparatione ministrorum Ecclesiæ, nec solum comparatione aliorum Fidelium, quod solum facit prima tonsura, cum minores faciant, etiam comparatione ipsorum ministrorum Ecclesiæ, quales sunt ipsi tonsurati, *leg. d. Castrop.* Cum ergo noster Legislator dicat (quoscunque Ordines) Minores autem omnium consensu, propriè Ordines sint, quam vis non sint, in aliquorum opinione, Sacramenta, illos etiam comprehendere voluit Legislator.

loquitur de bonis immobilibus, & mobilibus pretiosis, Deo dicatis. Porro ex hac doctrina vides, ut aliquod sit bonum Ecclesiasticum, debere esse dictum absolute Deo: quare cum dictum Patrimonium non sit dictum immediate Deo, vel Ecclesiis, sed solum in alimentum temporale Ordinati, absolute, & proprie Ecclesiasticum non erit. Adde, dictum Patrimonium; mortuo Ordinato, redire sine alia licentia ad pristinum statum, quod certe non posset, si esset proprie bonum Ecclesiasticum. Vera igitur est nostra Responsio, invadentem bona predicti patrimonii, non incurere in casum reservatum, quia non invadit bona simpliciter, & absolute Ecclesiastica.

33. Dices, at dictum patrimonium non potest alienari ab Ordinato, sine Episcopi licentia, donec aliunde non habet Ordinatus, unde vivat: ergo est bonum Ecclesiasticum. Respondeo. Nego consequentiam. Ratio enim, cur non possit alienari, non est, quia sit Ecclesiasticum bonum, sed quia ex peculiari Jure Tridentinum sic statuit, ut scilicet viventi Ordinato congrua alimenta non desint. Recte ergo Marchinus, a quando ex probabiliori sententia, docet, bona patrimonialia, ad quorum titulum, quis est ordinatus, non subiacere gabellis, nec collectari posse, non dicit, quia haec sunt bona Ecclesiastica, sed quia privilegio bonorum Ecclesiasticorum gaudent: cur autem hoc Privilegio gaudeant, ad nos in praesenti non pertinet edocere, si cui id scire placet, ipsum, & ab ipso Doctores citatos adeat.

CAPUT VII.

De Casibus reservatis pro Religiosis.

§. I.

Quibus casibus reservatis in Universum subdantur Religiosi.

1. Certe est, Religiosos subiacere Casibus in sua Religione reservatis. Certum item, eosdem non affici casibus, qui reservantur ab Episcopis, ut ex superius allatis patet: quamvis enim hi

domicilium habeant in Diocesi Episcoporum, habent tamen amplam exemptionem ab ipsorum Jurisdictione.

2. Verum, an iidem Religiosi afficiantur casibus à Summo Pontifice absolute reservatis, aliqui dubitarunt: sed immerito, sunt enim, & ipsi, ut ceteri Fideles Summo Pontifici subiecti, nec unquam ab universali lege, quia Pontifex casus reservat liberati ab eodem Pontifice, ipsi fuerunt. Solum enim per varia privilegia iisdem concessa, indeluit Pontifex, ut de iis casibus absolvi à Superioribus, juxta privilegiorum tenorem possint, non verò eos ab incurfione reservatorum exemir.

Hinc ergo fit, ut si Religiosus incidat in casum quemcumque Papalem, non possit absolvi à Confessario Regulari, quia à Superiore Monasterii est expositus ad excipendas Confessiones in eo Monasterio subditorum, nisi specialem potestatem ei Confessario attribuit legitimus Superior. Et ratio est, quia ex una parte, ut dictum est, casus supponitur esse Papalis, & ex altera supponitur per ipsam simplicem deputationem Confessariorum non concedi à Superioribus facultas absolvi à reservatis, ut certum est b apud omnes. b Delago in resp.

4. Quintanadvennas docet, Superiores moraliter in Societate nostra concedere ejusmodi Confessariis, licentiam absolvi à casibus Pontificiis, (exceptis casibus contentis in Bulla Cœnæ Domini) eo ipso, quod ipsos deputant ad audiendas nostrorum Confessiones. Id quod probat ex eo, quod Pater noster Generalis, ex potestate, quam habet à Summo Pontifice, concedit in Compendio Privilegiorum omnibus Confessariis nostris approbatis, ut possint absolvere quoscumque Fideles, ad eos undecunque accedentes, ab omnibus peccatis, & censuris, exceptis iis, quæ continentur in Bulla Cœnæ: at sub nomine Christi Fidelium, (ait hic Auctor) cur comprehendi non debeant nostri? Hæc ille, concludens, non esse mirum, si hic Confessarius non valeat nostros absolvere à casibus in Societate reservatis, possit verò à dictis Papalibus, non esse, inquit, mirum, quia hos reservat Societas, nec eorumdem absolutionem P. Generalis concedit, dum communes Confessarios deputat, illo-

illorum verò Papalium (præter casus dictos Bullæ Cœnæ.) Idem P. Generalis voluit in dicto §. 1. concedere.

Hæc Quintanadueñas: quibus ergo non acquiesco; nam adverte (quod certe miror minus advertisse Quintanad.) P. Generalem, dum dicto primo §. concedit, nostros Confessarios posse absolvere omnes Christi Fideles à prædictis Papalibus, loqui de Fidelibus secularibus, seu exterminis; nullo modo de nostris. De nostris enim loquitur paulò post, in eodem verbo *absolvo* §. 6. ubi, cum retulisset per Præpositum Generalem, vel per alios, quos ipse deputaverit, posse nostros absolvi ab omnibus casibus Pontificiis, exceptis quibusdam ibi videndis, addit, *Communicatur hæc facultas Superioribus, & iis, quibus ipsi commiserint.* Ecce, quomodo Pater Generalis restringit Confessarios nostros, dum eam facultatem, non concedit omnibus Confessariis, sed solum Superioribus, & iis Confessariis, quibus iidem Superiores concedere voluerint. Cum ergo tam distinctè P. Generalis loquatur in hoc §. 6. certè nostros, non comprehendere voluit in §. 1.

6. Et sanè mirum esset, si ejusmodi nostrorum simplex Confessarius non posset nostrum absolvere ab usurpatione alienius rei contra votum paupertatis, quæ sit peccatum mortale quodcumque, quia hic est unus ex casibus nostris reservatis, ut infra videbimus, possit tamen eundem absolvere à sacrilegio, per quod noster effingeret Ecclesiam, eamque spoliaret, quia hoc peccatum est Pontificium, nec contentum in Bulla Cœnæ, & sic de similibus. Quod certè inconveniens ostendit à posteriore, doctrinam Quintanad. nulla esse ratione recipiendam.

§. II.

Explicatio Decreti Clementis VIII. De Casibus Reservatis Regularium.

de Casib.
refer. ini. I. **I**llud sic habet, quod invenies tum in Bullario, tum apud a Juniperum, tum in b Ordin. in b Ordinationibus Societatis.
Soc. I E S V I. Sanctissimus Dominus noster, jam pridem accurate perpendit, & re ipsa cõpõit, quod reservatio facultatis absolvendi Religiosos pernitentes

à peccatis quibusdam gravioribus, nisi Superiores admodum prudenter, ac moderatè illa utantur, nonnullos infirmiores, qui interdum Superiori suo conscientia maculas detegere formidant, adducere posset in æterna damnationis periculum, & spiritualis remedii desperationem.

2. Quo circa, ut huic malo sanctitas sua opportune provideret, decrevit, ut nemo ex Regularium Superioribus peccatorum absolutiones sibi reservet, exceptis iis, quæ sequuntur, aut omnibus, aut eorum aliquot, prout subditorum utilitati expedire in Domino judicaverit.

3. Primò, Venesicia, incantationes, sortilegia.

II. Apostasia à Religione, seu habitu dimisso, si ve retento, quando eo pervenerit, ut extra septa Monasterii, seu Conventus fiat egressio.

III. Nocturna, & furtiva à Monasterio, seu Conventu egressio, etiam non animo apostatandi facta.

IV. Proprietas contra votum paupertatis, quæ sit peccatum mortale.

V. Juramentum falsum in iudicio regulari, seu legitimo.

VI. Procuratio, auxilium, seu consilium ad abortum faciendum, post animatum factum, etiam effectu non sequuto.

VII. Falsificatio manus, aut sigilli officialium Monasterii, aut Conventus.

VIII. Furtum de rebus Monasterii, seu Conventus in ea quantitate, quæ sit peccatum mortale.

IX. Lapsus carnis voluntarius, opere consummatus.

X. Occisio, aut vulneratio, seu gravis percussio cujuscunque personæ.

XI. Malitosum impedimentum, aut retardatio, aut apertio litterarum à Superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad Superiores.

4. Si quod aliud peccatum grave pro Religionis conservatione, aut pro conscientia puritate reservandum videbitur, id non aliter fiat, quam Generalis Capituli in toto Ordine, aut Provincialis in Provincia, matura discussione, & consensu.

5. Non liceat Superioribus Regularium Confessiones subditorum audire, nisi quando peccatum aliquod reservatum admiserint, aut ipsi mer spontè, aut proprio motu id ab ipsis petierint.

6. Superiores in singulis domibus deputent duos, aut tres, aut plures Confessarios, pro subditorum numero majori, vel minori, iussint docti, prudentes, caritate præditi, qui à non reservatis eos absolvant, & quibus etiam reservatorum absolutio committatur, quando casus occurrerit, in quo eam debere committi ipse in primis Confessarius judicaverit.

7. Tam Superiores pro tempore existentes, quam Confessarii, qui postea ad Superioritatis gradum fuerint promoti, caveant diligenter, ne ea notitia quam de aliorum peccatis in Confessione habuerint, ad exteriorem gubernationem utantur.

8. Licebit tamen Superioribus determinare poenitentias graves quibusdam peccatis, etiam non reservatis, à Confessariis imponendas, quæ subditos ab ejusmodi perpetrandis cohibere possint. Atque, &c. Non obstantibus, &c. Datum Romæ apud S. Petrum 26. Maji 1593.

9. Hactenus Decretum Clementis VIII. quod deinde confirmavit Urbanus VIII. addens verba sequentia:

Sanctitas sua deinceps declaravit, ut si hujusmodi Regularium Confessariis casus aliquis reservati facultatem petentibus Superior dare noluerit, possint nihilominus Confessarii illa vice poenitentes Regulares, etiam non obtentis à Superiore facultate, absolvere.

Hæc ad verbum Clemens, & Urbanus, sequuntur aliqua notula, quibus eadem illustrentur.

SUPER ILLUD NUMERI Primi.

Prudenter, & moderatè.

10. Quamvis supra dixerimus, Prælati Regularium pro suis Religiosis licere aliquid amplius reservare, quam Episcopis pro Sæcularibus suis; tamen maximè notanda sunt hæc verba *prudenter, & moderatè*, in quo vereor, ne aliqui Superiores ex nimio zelo maximè delinquant: sed hoc satis sit innuisse.

11. At si imprudenter, & immoderatè se gerant, licet (ut certum est) tunc peccent, validane erit reservatio? Respondeo, Validam puto, si cetera servantur, quæ sunt in memorato Decreto descripta, quia nulum verbum hic adest irritans factum; quo-

ad hoc, de quo hic quaeris. Et nota, hos undecim casus non esse eo ipso reservados, sed reservabiles. Sanè si eo ipso essent reservati, non diceret Pontifex, ut Prælati, vel omnes, vel aliquot sibi reservent.

SUPER ILLUD NUMERI Secundi.

Aut omnibus, aut eorum aliquot.

12. Non negat Pontifex, posse omnes prædictos casus reservari à Prælati regulariis, idque esset sine Capituli consensu, sed statim addit (prout prudenter expedit) quod maximè, ut modò num. 10. dixi, est animadvertendum. Hinc merito dicimus, non semper licitè Prælatos reservare omnes hos casus, quia Prælatus in illis reservandis habere debet probabilitatem, ad subditorum suorum salutem, & utilitatem facere, illam omnium reservationem, quod certè non semper subditorum utilitati id convenire solet. Moneo tamen in Societate judicatum à Congregatione Generali fuisse, de Societatis bono esse, omnes reservare, quibus alii sunt superadditi, ut mox videbimus id quod non fuisse nimium, probat Suarez. 4

13. Quaeres, Si ante hoc decretum erant alii casus in aliqua Religione reservati, talesne remansissent, etiam si de novo non fuissent à dicta Religione juxta hoc decretum reservati?

Respondeo probabilius, immò certum judicio, non remansisse. Pontifex enim voluit, ut in Religione non essent casus reservati, nisi juxta formam in hoc suo Decreto firmatam: At si illi antiqui remansissent, jam adessent casus reservati, & non juxta ejusmodi formam: ergo, &c. Vide id latè apud Juniperum. 6

SUPER ILLUD NUMERI Tertii.

Veneficia, & qua sequuntur.

14. Hic esset locus omnes prædictos undecim casus explicandi; sed quia non pauci Doctores satis dilucidè eos sigillatim explicant, supervacaneum judico, pluribus in his immorari. Hi autem Doctores præcipui

a Castrop. cipui sunt Castropal. a Fagundes, b Ju-
de Sac. niper. c latissimè; Pellizzarius, d Bordo-
pæn. Disp. nus. e

15. §. 2. à SUPER ILLUD NUMERI

num. 15. Quarti.

b Fagundes.

præcep. Ec- Si aliquod aliud reservandum videbitur, fiat
cl. 2. li. 8. in Capitulo Generali, vel Provinciali

c. 4. & matura Discussionem, & con-
sequent. sensu, &c.

c In niper.

de casib.

15. Ex hac clausula, per quam in Capi-
tulo Generali pro toto Ordine, & in Pro-
vinciali pro Provincia reservari debet ali-
d Pelliz. quod aliud peccatum, præter undecim dicta,
nr. 6. c. 1. (hæc enim quilibet Superior, etiam sine Ca-
pitulo, ut diximus, potest) clarè fit, Primò,
c Bord. 20. ut non possit in Capitulo Provinciali, etiam
1. à resp. cui præfideat Generalis, illud aliud reservari,
37. usque pro toto Ordine, quia tunc non est, nisi
ad 50. Capitulum Provinciale, quod solum potest
reservare pro Provincia.

16. Secundò fit, ut nec possit in Capitulo
Conventuali unius Monasterii pro ipso uno
Monasterio, quia id non concedit Clemens,
cum requirit saltem Capitulum Provincia-
le; Sed quid? Poteritne in Capitulo Gene-
rali, vel Provinciali reservari casus pro uno,
vel duobus Monasteriis tantum? Re-
spondeo, posse, quia Pontifex solum præ-
cipit, ut reservatio fiat cum consensu Capi-
tuli Generalis, vel Provincialis, non verò,
ut semper fiat pro toto Ordine, vel tota Pro-
vincia, ita Delugo: f quidquid dicat Juni-

Delugo.

di. 20. de perus. g

pæn. n.

17. Tertiò fit, ut, quia prædicta refer-
44. citans vatio decernenda est à Capitulo, idèò ne-
Suarium. cessario debeat intervenire suffragium ma-
g In niper. joris partis Capituli, secus Decretum Capi-
de cas. re- tuli non esset.

serv. p. 1.

18. Hic nota, in Societate nostra suffra-
di. 4. g. 3. gantes in Congregatione Generali se habe-
n. 4. re, ut se habet Capitulum Generale in aliis
h Suar. T. Religionibus.

4. de Re- Sed quid de Congregatione Provinciali?
lig. tr. 8. Id enim scire necessarium est, ut videamus,
lib. 2. c. 18. an Congregatio nostra Provincialis possit
n. 15. & pro sua Provincia reservare casus alios, præ-
ibid. tr. ter illos undecim? Respondeo, Negari me-
to. lib. 8. titò à Suarez. h Ratio esse debet, quia Con-
g. s. n. 4. gregatio nostra Provincialis non habet suf-

fragium, nisi consultivum, & Electivum
Procuratoris. At Clemens VIII. requirit Ca-
pituli consensum: Nomine autem Capituli
non intelligitur, nisi Congregatio Voca-
lium, habentium suffragium activum ad eli-
gendum Generalem, vel Provinciale,
quod nostra Provincialis Congregatio non
habet, habet ad eligendum Generalem Con-
gregatio Generalis.

19. Quartò, Quia requiritur matura dis-
cussio, & consensus, fit, ut quærere debeamus,
quidnam intelligatur per hæc? Sanè, per
Maturam discussionem intelligitur seria, &
diligens rei examinatio, Per consensum verò
non intelligitur solum Consilium, sed suf-
fragium majoris partis Capituli; id enim
significat illud Consensus Capituli, in hoc au-
tem differt obligatio faciendi aliquid juxta
Consilium alicujus, ab obligatione facien-
di juxta alicujus consensum; quod satisfiat
priori obligationi, si petatur consilium,
sed sine obligatione illud sequendi; poste-
riori verò non satisfiat, per petitionem
solum consilii, sed oporteat, ut adfit al-
terius consensus, juxta quem fiat res. Debet
igitur in re nostra adesse matura conside-
ratio, & non consilium solum, sed assen-
sus.

Denique, Ne te prætereant, prædicta om-
nia, cum sint de solemnitate substantiæ ac-
tus, seu decreti, nisi ad unguem, servantur,
nullam fore, & irritam reservationem. Sed
adhuc.

20. Inquires Primò, Si Capitulum re-
servet aliquod peccatum, concedens illius
absolutionem Prælati localibus cum pote-
state, ut illam aliis delegare possent; poterit-
ne deinde Generalis, vel Provincialis, sine
consensu Capituli, à prædictis Prælati illam
tollere, vel limitare?

Respondeo, Non posse, quia hæc esset
nova reservatio facta sine Capituli consensu.
Ita docet ex Suar. Delugo. i

i Delu. loc.
nu. 43.

21. Inquires Secundò, An per hoc De-
cretum, in quo conceditur Superioribus,
posse reservare undecim dictos casus, restri-
cta iisdem sit potestas reservandi Censuras?
Pontifex enim loquitur solum de casibus,
deque his præcipit, ne sine Capitulo refer-
ventur alii, præter dictos undecim, de Cen-
suris ne verbum quidem.

Re-

Respondeo, Propter hanc rationem, non fuisse in Censuris restrictam Superiorum potestatem docuerunt Suarez, a & alii. *a Suar. 10. in 3. p. d.* Sed jam hodiè communior Doctorum sententia est, fuisse restrictam, & ita declarasse Sacram Congregationem, testantur n. 13. *29. To. 4. de Diana, & Delugo locis mox citandis. Merito sane: quia secus eluderetur nimis clarè 8. lib. 2. c. Decretum Pontificis: posset enim Superior 18. nu. 17. sine Capitulo imponere Censuram, cuiusque casui, & deinde illam sibi servare, Castrop. de poen. p. 25. quod esset, sibi reservare calum contra Pontificis Decretum. Lege Juniper. qui rectè Pelliz. tr. responder rationibus Suarii.*

8. c. 1. n. 6. Atque hanc posteriorem sententiam in praxi esse excipiendam, ipsemet Suarez loco citato fateretur, dum ibidem dicto num. 13. ait, *Quamquam melius censuimus id non facere, nisi speciali Capituli consensu, ad omnem dubitationem tollendam.* Eamque absolute amplectuntur Thom. Sanch. Coriolanus, Peyrius, Megala, Molfes, Leo,

b Junip. 1. aliique apud Juniper. b & Dianam, c ad p. de casib. de, Avers. d & Delugo. e reserv. d. Inquires Tertio. Potestne Capitulum Generale, non obstante dicto Decreto Clementis VII. reservare omne peccatum mortale inobedientiae contra praeceptum obedientiae *c Diana p. 3. tr. 2. à Prælati impositum?*

ref. 3. Respondeo. Concedit Delugo *de Poenit. d. 15. num. 47.* quia, inquit, quamvis reservatione hac facta, possit Prælati prohibere praecepto Obedientiae hoc, vel illud peccatum quodcumque seu omnia peccata, quae sibi vellet reservare; & sic, quamvis sequerentur eadem inconvenientia, quae dicta sunt sequi, si reservaret sibi censuras, tamen id sequeretur, ait, per accidens, & indirectè, quod non dum à Pontificio decreto vetitum est.

Sed ego valde dubito, An validè fieri id possit, quia clarè eluderetur mens Pontificis, nolentis tantam potestatem concedere Prælati sine speciali consensu Capituli circa hoc, vel illud peccatum reservandum, ut manifestè colligitur, notatque idem Delugo *loc. cit. num. 46.* ex verbis prædicti Decreti Clementis VIII. Quod si Congregatio Cardinalium modo allata solum declaravit de Censuris, certè idem declaravisset propter identitatem rationis, pura, ne eludatur mens Pontificis, si de dicto praecepto tam universali Obedientiae interrogata fuisset.

SUPER ILLUD NUMERI Quinti.

Non liceat Superioribus subditorum Confessiones audire, nisi, vel reservatorum, vel spontè, aut proprio motu volentium.

22. His, cum plana sint, nihil occurrat superaddere, nisi fortè advertere illud, Spontè, quod non excludit inductionem alterius, & illud, proprio motu, quod dictam inductionem excludit. Cum igitur Pontifex loquatur sub disjunctione, non fiet in rigore contra Decretum, si quis confiteatur Superiori inductus, seu motus ab ipso, vel ab alio, sed non coactus. Monet tamen jure Suarez, f. ne timor aliquis, vel nimia persuasio rollat spontaneam poenitentis voluntatem.

SUPER ILLUD NUMERI Sexti.

Superiores deputent duos, tres, aut plures Confessarios, doctos, prudentes, &c. pro subditorum numero majori, vel minori.

23. Quinque hinc sese mihi offerunt difficultates. Prima, An Religiosus in differenter possit confiteri cum his pluribus constitutis Confessariis, modò uni, modò alteri, an potius, posito, quod unum elegerit, nequeat ad alium recurrere?

Respondeo, Hunc posteriorem modum docuit Suarez g. quem sequutus est Castrop. h. sed jam cum gravissimis Doctoribus, ut habet Juniper. i. & cum Quintanad. vel certus, vel probabilior nobis est ille prior, & talis est praxis in Societate, quam Coriol. tamen contrariam immeritò dicit esse Juniperus l. ex Coriolano: sed fortasse, vel olim ante Decretum Urb. VIII. de quo m. Quintanadvenas, ita erat, vel in aliqua fortè Provincia. Ratio autem nostrae probabilioris sententiae est, quia per posteriorem, vix consuleretur facilitati poenitentium, quam V. Abbat. interdicis Pontifex. Merito ergo P. N. Generalis, n. sic respondit Provinciali sententiae Flandriae 16. August. 1625. Secundarius 3.

Con-

Confessarius, licet non deberet habere jurisdictionem, nisi quando non potest haberi primarius, ad tollendos tamen scrupulos, intentio nostra est, ut, uterque plenam jurisdictionem habeat &c.

24. Secunda difficultas. An Superiores, dum jubentur, Confessarios duos, tres, vel plures juxta numerum subditorum deputare, possint nihilominus excedere hunc numerum, ita, ut legitime valeant in Convētu parvo deputare tres, vel quatuor?

Respondeo, Valere, non est mihi dubium, quia ex una parte Pontificis intentio fuit, ut daretur facilitas poenitentibus; cui non obstat, immo faver major multiplicatio, & ex alia, Superior committendo uni, vel alteri suam potestatem, non privat se Jurisdictione, ut non possit aliis eandem delegare. Delegabit autem, vel dando directe Jurisdictionem dictis Sacerdotibus, vel dando privilegium suo subdito, ut eligat sibi Confessarium, quem velit ex illis.

25. Hinc insurgit tertia difficultas. An Superior ita possit suam Jurisdictionem communicare praedictis excedentibus numerum, ut ii superadditi absolutam, & permanentem habeant Jurisdictionem? Respondeo. Suarez a (quem sequitur b Juniperus) propendit ad negandum; licet enim possit Superior pro una vice, seu ad aliquem actum deputare alios, non tamen (ait) permanentes, quia id esset contra regularem observantiam, & contra dispositionem Pontificiam. Addit, nec Superiorem posse concedere subdito, ut is sibi eligat Confessarium, quem voluerit, & quotiescumque voluerit.

26. Mihi haec doctrina sic absolute prolata videtur scrupulosa, & fortasse falsa. Prius, quia nimirum sine solido fundamento stringit Superiorum potestatem, adde, & poenitentium conscientias. Posterius, quia non video, unde facultas, quam habent Superiores in jure, delegandi suam Jurisdictionem Confessariis, restringatur. Pontifex enim in Decreto hoc solum jubet, ut Superiores deputent duos vel tres, &c. Non vero tollit, ut modò dixi, ut non possint plures. Pari modo, dum de reservatis Casibus Pontifex agens, subdit, ut dictis Confessariis deputatis detur à Superioribus potestas absolviendi ab illis, quando casus occurrerit, positivam clausulam ponit, ut omnino tunc

Tamburinus de Sacramentis.

committatur talis potestas, non verò addit negativam, ut non possit alio modo universaliter committi, etiam antequam casus occurrat.

Melius igitur mihi arridet doctrina Quintanad. c qui agens de potestate concedenda circa absolutionem reservatorum, postquam probavit, Episcopos, & Praelatos Regularium posse eam generaliter concedere Confessoribus, ut absolvant, vel alicui subdito, ut absolvator, & postquam dixit, quoad Episcopos expedire, ut in locis suae Diocesis assignent aliquot Confessarios pios, & Doctos, qui absolvere valeant à reservatis, immò, aliquando id esse necessarium in locis, ubi non est Bulla Cruciatæ, vel non adsunt Religiosi privilegiati, qui possint à reservatis absolvere, sic addit de Religiosis.

27. Quoad Religiosos non ita facile hoc admitterem, immò absolute negarem expedire (nota, expedire, dixit, non autem non posse, vel esse contra dispositionem Pontificis) cum semper intra domum habeant Praelatum, vel citò habituri sint, si forte mane, vel vespere absint, qui eam facultatem possint concedere, & strictius consulendum est pro respectu Religiosi, quam Sacularium disciplina; At in aliquibus casibus existimarent, hanc generalem facultatem concedendam, nam.

28. Primo, Poterit Superior Confessario Ordinario illam concedere pro occasionibus, in quibus Superior, vel est occupatus, vel ipsi eundem est extra Urbem, & differri nequit Sacrificium, vel communio sine nota.

29. Secundo, In Convētibz paucorum Regularium expediet, ut Superior immediatus illam etiam concedat, ne, cum petitur, colligi possit, quoniam sit is, pro quo petitur.

30. Tertio, Etiam scrupuloso poenitenti aliquoties concedi oportet generalem facultatem, ne scrupulis angatur, existimans se sine licentia absolvi non posse, quia falso iudicat se passum in reservatione incidere.

31. Quarto, Pro aliquibus magnis festivitatibus ter, aut quater in anno, etiam forsitan concedenda foret, nisi in destructionem potius, quam in aedificationem vergere cognosceretur.

Hæc Quintanaduennas, ex quibus collige universalem regulam; Possit scilicet licentiam Generalem concedi ad absolutionem praedictorum Casuum reservatorum in Religione; immò, & aliorum Papalium

(pro quibus tamen Superior potestatem delegare valet) posse, inquam, quoties rationalis causa adsit, per virum prudentem expendenda.

32. Quarta difficultas, quid significat illud aut plures pro maiori subditorum numero. Duos enim sensus facere potest. Primum, ut in magno Monasterio sint plures, quam tres, nempe quatuor, sed ita, ut si adhuc notabiliter crescat subditorum numerus, non superaddatur quintus, sextus, & sic deinceps. Secundum, ut crescente numero subditorum, superaddatur tunc quintus, sextus, septimus, &c.

33. Hac in rememini, me legisse quemdam Doctorem, qui nunc in mentem non venit, docentem in quocumque numerosissimo Monasterio ad summum quatuor Confessarios deputari posse. *a Quinta de poenit. sing. 29. n. 6.* *a* Quintanad. contra ait, autumat Sapientes, non solum debere plures, & plures, deputari, sed ea proportionem, addatur unus. Ex qua doctrina, ut vides, sequeretur in Monasterio centum Religiosorum, debere deputari decem Confessarios, & sic deinceps.

34. Certè neutra ex his sententiis placet: nam si maturo iudicio verba Decreti expendantur, invenies, & excedi numerum quatuorarium posse, & non oportere multiplicari ad proportionem dicti denarii, sed debere fieri, quod utile, & bonum subditorum fore prudentia Superiorum iudicaverit. Illud notat idem *b* Auctor, privilegium, quod in nostris ordinationibus refertur, per quod non obligetur Societas præter Confessarium ordinarium, multiplicare alios, sublatum fuisse ab Urbano VIII.

35. Quinta difficultas. An in parvo Conventu sufficiat unum Confessarium deputare? Respondeo. Suarez & alique docent, si Conventus parvus sit, iudiceturque sufficiens unus Confessarius, unum sufficere, afferuntque duas rationes. Primam, quia non videtur Pontifex obligare ad plures, nisi sub conditione, si unus non iudicetur sufficiens. Secundam, quia in Monasteriis Monialium unus solet esse Confessarius, quando ille unus sufficiens existimatur. Ergo cur non idem dicendum sit de aliis Religiosis?

36. Mihi nullo modo hæc doctrina placeat potest. Ratio ducitur à Decreto adeo dis-

te præcipiente pluralitatem. Hæc sunt ejus verba. *Superiores in singulis domibus deputent duos, tres, aut plures*: Si ergo Pontifex jubet duos, cur restringis ad unum?

Hinc respondeo ad primam rationem, negando, Pontificem loqui sub conditione, & item negando, esse præsumendum, ipsam velle aliter, quam nos docemus; ubi enim clara lex est, locum interpretatio nullo modo reperit.

Ad secundam aio, esse magnam disparitatem; Nam Monialibus provisum fuit à Tridentino, ut ter in anno alius extraordinarius offerretur, quo remedio, quia carebant Religiosi, meritis Clemens VIII. voluit saltem duos Confessarios in quacumque domo constitui, & ita, post hæc scripta, à me visus tenet Quinranaduennas *d* contra Suarez.

SUPER ILLUD EIUSDEM NUMERI Sexti.

Quibus Confessariis, etiam reservatorum Absolutio committatur, quando Casus occurrerit.

37. Si Petrus v.g. Religiosus, delicto reservato maculatus, absolutionem petit ab aliquo ex Confessariis deputatis, huic Confessario debet Superior concedere potestatem illum pœnitentem absolvendi, quando ipsemet Confessarius iudicat, sibi illam esse committendam: tunc verò sic iudicabit, quando nec damnum proximo, nec bono publico Religionis, nec ipsi pœnitenti ex ea absolutione timeri rationabiliter potest.

38. At verò, si dictus Petrus absolutionem hanc petat ab alio Sacerdote, seu Confessario ex non deputatis, non obligabitur Superior illi committere dictam potestatem. quia Pontifex loquitur solum de deputatis.

39. Scio, esse consilium omnino sequendum, ut etiam tum ejusmodi Sacerdoti (nisi valde sit ineptus, timeaturque rationabiliter malus eventus &c.) committatur, nè difficile sit remedium pœnitenti. Imò aliqui docent, debere saltem ex obligatione charitatis committi, præsertim si ejusmodi Sacerdos, quamvis non deputatus, talis sit, ut merito deputari possit.

Hæc

Hæc sunt facilia. Sed quid si Superior, quamvis deputatus Confessarius iudicet in Domino, sibi committendam esse potestatem absolvendi; ipse tamen Superior committere nolit? Id quod tyrannicum esse meritò Suarez pronuntiavit & apud Quintanad?

a Quintan.
loco cit.
sing. 13.

40. Respondeo. Huic malo occurrit Decretum Urbani VIII. volentis, ut tunc, etiam repugnante Superiore, habeat Confessarius potestatem absolvendi; Urbanus enim post confirmatum Decretum, de quo loquimur, Clementis VIII. sic voluit, ut adderetur, sicuti habes in 4. b. Tom. Bullarii, & refert idem Bull. mi. c. Quintanad.

b 4. Tom.
Bull. mi. c.
hi 273.

c Quinta.
de pen.
sing. 11.
n. 4.

Sanctitas sua deinceps declaravit, ut si huiusmodi Regularium Confessarius casus alicuius reservati facultatem petentibus Superior dare noluerit, possint nihilominus Confessarii, illa vice, penitentes Regulares, etiam non obtemperantes a Superiore facultate, absolvere.

didem loc.
cit. n. 6.

41. Idem d. Auctor loc. cit. cum aliis quibusdam putat, hanc facultatem etiam concedi Confessario, docto, & pio, qui est alias aptus, ut possit deputari Confessarius Regularium, quia inquit, sic præsumitur esse mens Pontificis: Id ego nequam admitto, quia, cum agimus de iurisdictione necessaria ad actum, non est satis qualiscumque interpretatio concessionis date. Neque dicas cum eodem, tunc adesse facultatem Pontificis de præfenti, nec solum ratihabitionem de futuro, idque propter vitandum scandalum, & ne ipsius oves pereant. Ne hoc, inquam, dicas, nam si recurremus ad aliud caput universale de vitando scandalo, & de ratihabitione, id quod quantum se extendat alibi queritur, nos autem nunc loquimur solum, spectato hoc Urbani Decreto; quod cum clarè loquatur de Confessariis deputatis, non viderè, quare ratione hic Auctor velit ad deputabiles extendere.

42. Quæres, si idem dictus Petrus illa vice fuit sine consensu Superioris absolutus, modo dicto, à Confessario Deputato, qui usus est facultate sibi ab Urbano concessa, si, inquam, dictus Petrus iterum incideret in casum reservatum, possetne absolvi iterum à dicto, vel alio deputato Confessario; positus iisdem circumstantiis, ob quas

fuit prima vice absolutus, id est, quod prædictus Confessarius iudicet prudenter, dandam ipsi esset licentiam, quam tamen negat Superior?

43. Respondeo? Posse docet e Pellizza-c Pellizarius adducens Dianam, Alfonso de Leonem, Bardonium, & meritò, quia in Decreto nulla particula taxativa adest, restringens ad unam tantum absolutionem. Et illud (illa vice) satis verificari potest, si significet illam vicem, quando ea facultate utitur. Cum igitur iterum casus idem occurrat, iterum dabitur eadem facultas absolvendi, si Superior modo dicto neget, atque ita, toties quoties.

§. III.

De Casibus Reservatis in Societate IESV.

1. Quoad alias Ordinum familias cognoscere quisque debet suo Superiori reservatos casus, ego hic solum indicabo de mea Societas ergo in Congregatione Generali, & reservavit illos undecim omnes, reservabiles per Clementem VIII. & insuper sequentes decem superaddidit, ut habetur in ejusdem Societatis Ordinationibus, qui sunt huiusmodi.

f In Ord.

I. Perjurium, & falsum testimonium in iudicio, vel extra.

nat. c. 5. de casib. re-

II. Furtum, & usurpatio alicuius rei contra votum pauperum, in ea quantitate, qua efficiat ex. Congr. peccatum mortale.

General.

III. Lapsus carnis voluntarius, & quidquid est contra votum Castitatis, quod in actum ex. alijis 67. ternum prodeat.

40. & 46. & 73.

IV. Inobedientia expressa, qua quis asserit, se nolle parere.

V. Seditio in Superiorem, & divisio à capite in grave nocumentum Societatis.

VI. Detractio fama, bonaque existimationis aliorum, & discordiarum seminatio inter fratres.

VII. Impedimentum, excludens à Societate, reticuisse in examine, vel in eo mentium esse; unde grave aliquod incommodum oriri possit.

VIII. Acceptio seu missio litterarum absque licentia expressa, qua scilicet acceptio, vel missio continent rationem peccati mortalis.

IX. Transgressio votorum simplicium, qua Pro-fessi emittunt post professionem.

X. Censura Societatis Nostra, seu peccata, qua in nostris Constitutionibus. Bullis, vel Decretis adnexam habent Excommunicationem.

XI. Hac omnia, cum manifestè erunt mortalia, & in actum exteriorem prodierint, reservantur Superiori domus, vel Collegii, & ab alio, nisi de expressa licentia illius, absolvi non possunt.

Addit præterea nu. 7. dicta Ordinatio nostra in hunc modum. Ad extremum, ut omnes eximantur scrupuli, cum Confessarius, bona fide dubitans, an mortale sit, quod proponitur ab eo, etiam si ex genere suo reservatum sit, potest absolvere, licet ejusmodi dubitatio ex ignorantia procedat, sed neque postea, si adverterit, manifestè fuisse mortale, repetenda erit Confessio, bona siquidem, & vera sit Absolutio. Hactenus Ordinatio.

Si autem dubitetur, An peccatum sit reservatum, necnè, idem dici debere. Ego univ-

a In Opus-
cul. Meth.
Conf. c. 1.
§. 4. n. 22.
b Delu. de
poenit. d.
28. n. 22.
c Castrop.
de poenit.
p. 15. §. 3.

saliter docui in a Methodo Confessionis, & probat rectè b Delugo. Iam verò pro horum decem casuum explanatione, in brevem summam prius redigam, b Delu. de quæ super illos habet c Castropalaus, mox de penu meo pauca de promam.

I.

Perjurium, & falsum Testimonium in iudicio, vel extra.

13. Duo peccata reservantur separatim non unitim, hoc est; Primò, Perjurium mortale quodcumque, factum, sive in iudicio, quod fieri solet ab Actore, Reo, Teste, sive extra illud, quod usurpari consuevit in contractibus, ac politicis conversationibus. Secundò, falsum testimonium, quo proximum graviter lædas, etiam si juratum non sit, nam quando est juratum, includitur in casu prioris, hoc est, in Perjurio.

II.

Furtum, & usurpatio alicuius rei contra Votum pauperum, in ea quantitate, qua efficit peccatum mortale.

14. Furtum, & usurpatio, utique gra-

via, ex rebus Monasterii sunt reservata Superiorius, ex Clemente VIII. hic autem in Societate superadditur, Ex bonis cuiuscumque persona: hoc enim significat illud absolute dictum Alicuius rei. Quæ autem sit ejusmodi quantitas d alibi suo nempe loco dictum est. d Lib. 8. n. Decal. 2. c. 4.

III.

Lapsus carnis voluntarius, & quidquid est contra Votum Castitatis, quod in actum externum prodeat.

15. Reservatur in Societate, non solum lapsus carnis perfectus, seu consummatus in sua specie, v. g. Fornicatio, Adulterium, &c. Verum etiam non consummatus, dummodo prodeat in actum externum, & sit per se Castitati graviter contrarius.

16. Dixi, per se, nam si actus externus sit solum contrarius Castitati ex intentione agentis, vel sit ex se venialis, sed ex tua intentione interna, mortalis, sicuti communiter dicitur de visione curiosa fœminæ, de levi tactu manus, & similibus, licet ex tua interna intentione mala mortali-ter, tamen non erunt casus reservati, quia ea malitia, quatenus est mortalis, non prodit in exteriorem actum; At erunt reservati, si in eo Visu, vel Tactu tuam pravam voluntatem Fœminæ indicares. quia tunc sunt quædam sollicitatio, atque adeò externè graviter mala. Vide mox a num. 49. & quoad dictam actionis levitatem, vide, quæ ego superius attuli ex Delugo.

c Supr. 1.
4. n. 14.
§. 15.

IV.

Inobedientia expressa, qua quis asserit, se nolle parere.

17. Hic reservatur inobedientia formalis, quæ semper ex contemptu præcepti, vel præipientis oritur: hujus generis. n. est illa, qua, quis asserit se nolle parere: nam cæterum inobedientia materialis adest in violatione cuiuscunque præcepti.

18. Quoniam autem debet esse mortalis, dubitari potest, an qui non vult, Superiori obedire in levi materia, incidat in casum reservatum; & incidere dicendum est,

est, quia si id, nihil aliud addendo, externè significes, denotas, te paratum non esse Superiori obedire etiam in gravi, quod est graviter contemnere. Non sic, si exprimas, te esse paratum obedire in gravi materia, sed nunc te non obedire, quia nunc res præcepta levis est, non inquam, sic: Nam tunc non graviter, sed leviter tantummodo, id est, in materia levi, obedire recusās.

19. Quid si nolis obedire in hac re levi, quia, Superior est indoctus, vel imprudens? Respondeo. Lessius putat, non esse mortale, atque adeo nec reservatum, at Castropalaus loco citato hoc dictum Lessii approbat, si id non declarer, nec aliis, nec Superiori, at si declarer, (etiam cum restrictione ad levem materiam) erit, inquit mortale, & reservatum, quia est gravis Superioris contemptus, & ipsius muneris non mediocri injuria. Vide quæ in hoc argumentum affero, num. 30.

V.

Seditio in Superiorem, & Divisio à capite in grave nocumentum Societatis.

20. Seditionem hanc committis, si animos fratrum commoveas, ne illum, ut Superiorem recognoscant, vel ne illius jussis obtemperent; à capite autem te dividis, si ab obediendo Generali te subtrahas, quæ, cum semper sint in grave detrimentum Religionis, non videntur habere levem materiam.

VI.

Detractio Fama, beneque estimationis aliorum, & Discordiarum seminatio inter Fratres.

21. Reservatur hic Primò, alterius famæ gravis denigratio. Quoniam verò differt Detractio, de qua hic est sermo, (quæque ea est, quæ fit in absentia infamati) à Contumelia, quæ fit in præsentia, ideo putat meritò Castropalaus, Contumeliam non esse peccatum reservatum, quæ, quia difficilius committitur judicata fuit reservatione non indigere.

22. Secundò, reservatur Discordiarum seminatio, quæ est, quando tuis verbis, vel factis dissidentes reddis Fratrum voluntates, sanè in materia gravi. Nomine autem Fratrum intelligit Castropalaus Christianos omnes, lege quæ dicam nu. 28. & nu. 60.

VII.

Impedimentum excludens à Societate tacuisse in Examine (quæ scilicet solent fieri de ingressu in Societatem) vel in eo mentitum esse, unde grave incommodum oriri possit.

23. Illud (impedimentum excludens) notat impedimenta essentialia, illud (vel in eo mentitum esse) notat, & impedimenta essentialia, & secundaria. Quæ autem hæc sint latè prosequitur alibi a Castropalaus, & breviter, essentialia sunt quinque. Primò, recessisse ab Ecclesia, fidem abnegando, vel in errorem contra fidem incurrendo, &c. Secundò, Homicidium perpetrasse. Tertiò, habitum alicujus Religionis assumpsisse. Quartò, Vinculo matrimonii consummati, vel servitutis obstrictum esse. Quintò, Infirmitatem pati, unde obscuretur Judicium, vel ad id dispositionem notabilem habere. Secundaria sunt duo, Primò, ex infecto sanguine Judæorum, & Saracenorum procedere, Secundò, Majoratum habere in Hispania, nisi habita facultate a P. Generali.

a Castrop.
T. 3. d. p. de
Relig. sta-
tu p. 8.

VIII.

Acceptio seu Missio litterarum absque licentia expressa, quæ scilicet acceptio, seu Missio contineant rationem peccati mortalis.

24. Si litteræ in se contineant rationem peccati mortalis, sed Superior det licentiam illas mittendi, eritne tunc casus reservatus? Erit (respondet Castrop.) quia licentia est invalida, cum non possit Superior concedere missionem mortaliter peccaminosam, unde ejusmodi missio tunc remanebit sine licentia. Addit, si tamen litteræ non contineant in se rationem peccati, sed solum extrinsecè sit gravis prohibitio v.g. ne eæ mittantur sine licentia, tunc per licentiam purgati Missionem ab omni labe, & propterea tunc non fore reservatam.

Verum vide nu-
mero 29.

P 3

IX. Trans-

IX.

Transgressio votorum simplicium, qua professi emittunt post professionem.

*in Castrop.
T. 3. de sta-
tu Relig. d.
5. p. 2. &
deinceps.*

25. Circa id nihil notandum hoc in loco occurrit Castropalao : ipse tamen alibi latè ejusmodi vota explicat. Sunt autem sex. Primo, votum obedientiæ Summo Pontifici, in missionibus peragendis, ad animarum salutem : At quia hoc est votum solemne quartum Professorum, ut ibidem etiam advertit Castropalaus, a mihi videtur ejus transgressio hic non comprehendi, ubi solum est locutio de Transgressionibus votorum simplicium. Secundò, votum paupertatis non relaxanda. Tertio, non ambiendi Prælationem infra Societatem. Quartò, non ambiendi ullam Prælationem extra Societatem, illamque non acceptandi, nisi fortè in casu, quo sit coactus obedientiæ ejus, qui potest præcipere sub poena peccati. Quintò, votum manifestandi hos sive intra, sive extra Societatem ambientes, ipsi Societati, vel ejus Præposito. Sextò, votum non detrectandi consilia Præpositi Generalis, vel ab eo substituti, eaque sequendi, si Deo, gratiora judicaverit, si quando in Prælatum quis assumatur. Castropalaus de hoc ultimo nihil advertit. Adverte-rem ego, hujus voti Transgressionem, cum ea committatur, quando quis est extra Societatem, hic locum non habere, ut etiam Transgressionem ambientis, quando ea juxta Urbani VIII. constitutionem committeretur ab illo, qui in aliam Religionem, etiam legitime, migraverit. Tunc enim sic Transgressores peccabunt quidem contra votum, sed peccatum non fore reservatum, puto, quia prædicta reservatio facta est pro subditis Societatis, quales jam hi non esse supponuntur.

X.

Censura Societatis nostra, seu peccata, qua in nostris Constitutionibus, Bullis, seu Decretis annexam habent Excommunicationem.

27. Notanter additur (seu peccata) nam non solum ipsa Censuræ, verum etiam pec-

cata, quibus illæ sunt annexæ, per se, & directe reservantur.

Quæ autem sunt hæc, habes apud Castrop. hic, & quo ad nostra Decreta habes in Catalogo notarum Censurarum, & præceptorum, &c.

Hæc ex citato Auctore, quibus juvat addere, quæ sequuntur.

Discutiuntur tria ex prædictis.

I. *Discordiarum Dissemminatio inter Fratres.*

II. *Missio litterarum.*

III. *Inobedientia in re levi ex motivo imprudentia Superioris.*

28. In doctrina hæcenus rescripta ex Castrop. tria videntur difficilia. Primum esse in Societate reservatam disseminationem discordiarum inter Sæculares, vel alios Religiosos, de qua dictum est num. 22. Nam quando Spiritus Sanctus deestatur eum, qui seminat inter fratres discordias, quem textum inducit Castropalaus, fatebitur quis intelligi Christianos omnes : at cum nostra lex loquatur cum nostris, dicere quis, posset, nomine Fratrum nostros dumtaxat intelligi, non externos. Ita videtur primò aspectu : sed tamen standum est Responso, quod habebis mox num. 60.

29. Deinde mihi difficile sit id, de quo num. 24. dictum est, nimirum esse reservatam missionem litterarum graviter peccaminosam, si fiat cum licentia Superioris. Profectò licentia Superioris, quamvis illicitè data, adhuc licentia est, & verè, qui mittit litteras eas peccaminosas cum prædicta illicita licentia, non potest, morali, & communi saltem loquendi modo, dici, mittere sine licentia. Si Superior concedat tibi licentiam dandi vile aliquod pretium, paucos v.g. Julios meretrici, peccabis quidem & tu, & Superior, at, ex probabili sententia, non contra paupertatem, quia non sine licentia pecuniam illam expendis. Adde, reservationem esse odiosam, atque adeò potius restringendam, quam extendendam.

30. Tertio, denique non video, cur Læssii sententia allata num. 19. quæ docet, dicentem, se nolle obedire in re levi, addentemque expressè rationem, quia Superior est imprudens, non peccare peccato hic reservato, non video,

video, inquam, cur rejiciatur sententia hæc à Castropalao. Responder Castropalaus, quia tunc est contemptus Superioris, ejusque muneris.

non appareat externè gravis contemptus (quod licet raro, interdum tamen evenire possit) non possumus negare, tunc, nec mortaliter peccari, nec incurri in reservationem, ut tandem insinuat Delugo. *b Delugo de pen. d. 20. a nu. 48. & in Resp. mor. l. 4. d. 22.*

35. Sed adhuc quæres Primò, Si peccatum est inobedientiæ, non observare, seu non exequi, quod tibi injunctum est in virtute Sanctæ Obedientiæ, estne etiam reservatum?

36. Respondeo. In nostra Societate non est reservatum, quia in nostro jure universaliter non reservatur, nisi illa inobedientiæ expressa, qua, quis dicit, nolle parere. Verum reservari specialiter inobedientiæ, cui adnexa sit Censura nostrarum Constitutionum, vel Bullarum, vel Decretorum (nam minimè ex vi juris nostri, si Censura aliundè procedat) dixi num. 27.

37. Quæres secundò. Si quis Superiori non jubenti in virtute Obedientiæ dicat similia verba, sed non eadem illa (*Nolo parere*) incidetne in reservatum? dicat v.g. Non possum facere, vel vadat V.R. & hoc aliis imperet, sum occupatus, ne me V.R. conturbet. Superiorem V.R. in hoc non agnosco, &c.

38. Respondeo. Delugo & hæc latè profertur: & denique distinguit, si ex circumstantiis hæc verba eundem sensum faciant, quæ regulariter faciunt illa (*Nolo parere*) cum par sit Superioris contemptus, efficient peccatum mortale, & reservatum, si vero dicantur in circumstantia, & in modo, quæ usque ad veniale mitigent contemptum, lænè non efficient. Si tamen dicat quis: *Nolo facere*, videtur, ait Delugo, idem esse, ac si dicat: *Nolo parere*: Siquidem *Nolle parere*, nihil aliud est, nisi *Nolle facere*, seu *exequi*, quod imponitur. Hoc postremum dictum ego confirmo ex Responsis mox afferendis num. 53. 55. & 56. ubi contemptus fundatur in illo tantum (*Nolo*) quod jam invenitur in illo (*Nolo facere*): Vide etiam num. 57. Ubi subditus excusatur ab incurfu in reservationem, si respondeat, se non facturum. Cujus certè excusationis ratio hæc videtur esse, quia, sic non respondet (*Nolo*)

39. Audiivi quemdam asserentem; solum reservari, quando præcisè, & signatè dicuntur hæc verba: *Nolo parere*, vel *Nolo obedire* (idem enim hæc sonant) non vero, quando dicuntur

a Lib. 1. in Decal. c. p. ubi P.N. Generalis, dum pronunciat, dicentem in materia levi (Nolo parere) incidere in reservatum, non loquitur, de hoc nostro casu, sed de alio, in quo non fiat prædicta expressio, seu declaratio.

Explicatur magis, ac magis quæ Inobedientiæ reservatur.

32. Si Superior tibi aliquid in virtute S. Obedientiæ legitime imponat, tu vero dicas: *Nolo parere*, certum est, te peccare, atque incidere in casum reservatum, quia peccas contra præceptum, idque illis verbis exprimis. At si idem tibi aliquid imponat sine ejusmodi obligatione præcepti, tu vero expressè dicas, *Nolo parere*, dubitari posset an pecces, incurrasque, in reservatum, & ratio dubitandi esset, quia contra nullum præceptum Obedientiæ tunc operaberis.

33. Nihilominus omnes nostri Doctores passim docent, te regulariter peccare, quia, ut est apud omnes certum, non solum peccatur peccato Inobedientiæ, quando quis transgreditur præceptum Superioris prædicto modo latum, verum etiam, quando quis graviter contemnit ipsam Superiorem, ut Superior est, vel ipsius munus, vel etiam ipsam rem præceptam, ut relatam ad præcipientem. Cum igitur (*nolo parere*) etiam abstrahendo à præcepto lato in virtute Sanctæ Obedientiæ, sit regulariter magnus contemptus, non est mirum, si asserat culpam mortalem, adeoque hic reservatam.

34. Dixi (*regulariter*) nam si dictum illud (*Nolo parere*) si in iis circumstantiis, in quibus

dicuntur verba quomodocumque æquivalentia, quamvis in circumstantiis, in quibus significetur idem, vel etiam major, & quidem peccaminosus contemptus, quia lex reservationis (ajebat) quæ est odiosa, unde non extendenda ad similia, solum prædicta verba habet. Sed profecto hic nimis ad litteram (littera autem occidit) videtur esse locutus.

40. Quæres Tertiò. Nomine Superioris, veniunt in hac reservatione Minister? Respondéo, Venire maxime, & ita expresse statuunt nostra Decreta, atque id, etiam respectu Professorum; voluit etiam Societas, ut in hoc Minister esset veluti persona Rectoris; non venire autem Subministrum, ne respectu quidem Fratrum Coadjutorum notabitur infra num. 58.

41. Quæres Quartò. Si quis Internuncio, quo Superior aliquid (sine obligatione præcepti) jubet, dicat, absente dicto Superiore, Nolo parere, committeretne peccatum reservatum?

42. Respondéo. Si dicat Internuncio, ut amico, non committet, quia non apparet tunc contemptus ullus Superioris. Multo minus, si secum ipse solus mente, vel etiam verbis, nullo audiente dicat, *Nolo hoc facere*, vel: *Nolo parere*. At si dicat Internuncio, ut Internuncio, seu, ut loquenti vice Superioris, Delugo b distinguunt, docerque regulariter esse reservatum, quia sic, ut plurimum est gravis contemptus Superioris, aliquando tamen non esse, quia aliquid contra Superiorem dicere, ipso absente, diminuit de contemptu, sicuti diminuitur injuria, quam detrahens facit alteri absenti, cum, contra, crescat, si per contumeliam irrogetur præsentem.

43. Ego verò potius regulam in contrarium constituerem, ut regulariter non sit reservatum, quia frequentissime absentia Superioris mirum quantum diminuit contemptum, esto aliquando, tantus esse possit ex circumstantiis, & modo loquendi contemptus, ut censendus sit omnino gravis.

44. Hactenus à me allata ita Societatis, vel R. P. N. Generalis judicio submissa volo, ut liberè ipsi ea corrigant, expungant, inverso stylo omnino deleant.

Sed pro cotonide subscribamus, hic denique nonnullas Responsiones Peritorum instituti nostræ Societatis pertinentes ad casus reservatos; hoc enim pacto non parum illu-

strabuntur multa, quæ in præcedentibus, dicta sunt.

CASUS RESERVATI IN GENERE.

45. Casus, cujus signa externa, ita sunt indifferencia, ut possint in bonam, & in malam partem accipi, non erit reservatus.

46. Merè scrupulosi ad tollendos scrupulos, si opus sit, potest facultas generalis concedi, ut à certo aliquo casu, perpetuo, absolvantur. Nam casus dubii, vel qui scrupulosi tales videntur, non reservantur.

CASUS RESERVATI in particulari.

Contra Paupertatem.

47. Eum, qui tantum foris prandium sumeret sine venia Superioris, uti poena sine dubio subicerem, ita reservatione Absolutionis n. n. obligarem.

Contra Castitatem.

48. Ut peccatum contra votum Castitatis censetur ita prodire in actum externum, ut sit reservatum, necesse est, talem actum esse, qui ex se non sit indifferens, qui scilicet in bonam, & malam partem accipi possit: uti est aspectus: sed debet habere malitiam exteriorem, quæ sit index interne male voluntatis.

49. Non videtur casus reservatus, si quis ex contactu manus alterius, qui ex se turpis non est, peccet mortaliter delectatione morosa, modo illa delectatio non prodeat in actum exteriorem: sin vero ex illo contactu, vel solo aspectu sequatur voluntaria pollutio, est casus reservatus ratione hujus pollutionis, quæ est peccatum contra Castitatem in actum externum, non ratione illius aspectus, aut contactus. Quidquid in oppositum dicat, non nemo apud Dianam p. 4. tr. 4. Res. 61. qui etiam citat Suarium pro nostra Decisione.

50. Hinc etiam non censetur reservatus aspectus, etiam animo libidinoso factus, nisi talis sit, qui spectatus omnibus circumstantiis, non sit indifferens amplius.

51. Aspectus, Locutio, Lectio cum delectatione interna mortaliter mala, tunc solè censetur reservata, quando actio externa, ex se indicat mali-

tiati

siam actus interni, nec manet amplius, ut, tam in bonam, quam in malam partem accipi possit. Quando vero actio externa in individuo sit talis, vel non sit, spectat ad Theologos judicare.

Contra Obedientiam.

52. Casus reservatus est deliberata inobedientia expressa verbis [Nolo facere.]

53. Tametsi Constitutiones, & Regula non obligent sub mortali, nisi adsit Præceptum, est tamen casus reservatus inobedientia, si quis dicat Ministro [Nolo facere] licet nullum sit præceptum eo, quod, ex vi voti, ac Obedientia, obligamur, etiam secluso præcepto, ne Superiorem, vel Obedientiam contemnamus, quod in proposito accidit. Et licet Minister non possit imperare in virtute Obedientia, tamen contemptus superioris est grave peccatum, quod involvitur in verbo [Nolo.]

54. Et complectitur etiam Sacerdotes, licet Decretum quartum Congreg. septima tantum meminerit Fratrum, & c. 2. Ord. Gen. tantum Coadjutorum.

^aVide supra. 31. 55. Casus reservatus est dicere [Nolo facere] etiam in materia a levi, quia hic peccatum attenditur, non tam ex gravitate materia, quam contemptu, qui involvitur in verbo [Nolo.]

56. Qui Rectori, seu Regenti Convictorii, aut Residentia Superiori respondet [Nolo], incurrit in casum reservatum.

57. Quamvis graviter peccet, qui jubenti Superiori dicit se non facturum, non videtur tamen incidere in casum reservatum, cum non clare dicat [Nolo parere] qui solus intelligitur expressè reservatus. c. 2. Ord. Gen. §. 18.

58. Qui noluit parere Subministro, non incidit in casum reservatum, licet sit Superior fratrum.

Detractio.

59. In sexto casu, ubi reservatur Detractio fama, bonæque estimationis aliorum, verbum hoc, [aliorum] complectitur, tam nostros, quam alios quoscunque.

60. Detractio gravis fama, etiam externorum est casus reservatus.

61. Cessavit jam declaratio illa R. P. Claudii de casu mormurationis reservato in dubio, atque adeo idem indicandum est àinceps de ejusmodi, quod de aliis communiter reservatis.

Tamburinus de Sacramentis.

Occultatio impedimenti.

62. Casus reservatus est, si Candidatus in examine reticeat ejusmodi habitus praveos suos, ex quorum reticentia grave incommodum oriri possit Societati, sic enim locus examinis C. B. lit. A videtur explicandus. C. 5. Ord. Gen. casu 7.

Apertio litterarum.

63. Apertio litterarum ad suum Superiorem scriptarum, tunc est casus reservatus, quando apertio illarum erit peccatum mortale, nam pendet à circumstantiis.

Falsificatio Sigilli.

64. Nomine Officialium, per quorum Sigilli falsificationem incurritur casus reservatus ex Decreto Clem. VIII. intelligitur esset, qui vatione Officii habent proprium Sigillum in Ordine, ut præter Superiores Societatis, sunt Assistentes, Secret. Provinc. Gen. Admonitor.

Machinatio in Superiores, & Seminatio discordiarum.

65. Prohibetur doceri à nostris hac propositio. b Nonnulla peccata, qua reservantur in Societate, b In ordine, ut Machinatio in Superiores, seminatio discordiarum, & similia, licet attingant gravitatem stud. sup. peccati mortalis, non sunt reservata, nisi sequatur effectus. iurib. p. pos. 22.

CAPUT VIII.

De Absolutione, à reservatis ex Jure Ordinario.

1. **N**onnulla per occasionem de hac Absolutione tetigimus in Superioribus, nunc in proprio loco plura sunt superaddenda. Cum autem ea possit impendi Jure Ordinario, id est, ab habente ordinariam potestatem absolvendi reservata, & jure Delegato, id est, ab habente Delegationem; in hoc capite de illa, deinde in sequentibus Capitibus de hac breviter differemus.

§. I.

*Quis possit absolvere à peccatis, vel Excommunicationibus reservatis
Iure Ordinario.*

1. Potest primò is, qui reservavit, seu is, cui facta est reservatio, v.g. Capitulum Generale reservat peccata Provinciali, vel Superiori locali; tunc Provincialis, vel Superior localis pro tempore existentes, seu successores in officio, possunt jure suo directè absolvere. Item Episcopus reservat aliqua peccata: poterit ergo Episcopus ipse, ut item successores in Episcopatu ea directè jure suo absolvere.

2. Potest Secundò, Superior horum. Quare in Religionibus poterit Generalis, & Provincialis absolvere casus reservatos Superiori locali, sicuti à casibus in aliqua Diecepsi reservatis Episcopo, poterit tum Papa absolvere, tum Legatus à latere ejus Provinciae,

ut notat Gavantus, *a* & Averfa *b* Limitat tamen ibidem Gavantus, ne Legatus possit absolvere à Censuris per sententiam latentis.

3. Potest Tertiò, Inferior, cujus dignitati Superior perpetuo concessit, ut possit absolvere à reservatis. Ejusmodi est Episcopus, cujus dignitati concessit Tridentinum, ut is absolvere possit ab omnibus Pontificiis casibus occultis, de qua re infra: tunc enim Episcopus jure Ordinario absolvit. Ejusmodi etiam sunt Prælati Regularium, quorum officio Pontifex Summus concessit potestatem absolvendi suos subditos à casibus Pontificiis, modo superius indicato.

De Pœnitentiario Ecclesiæ Cathedralis breviter, & absolute nega, ei, sive ex jure, sive ex consuetudine, concessum esse, posse absolvere à reservatis sine sui Episcopi speciali commissione: quod latè contra nonnullos

c Diana p. prosequitur Diana. *c*

4. De Vicariis Episcoporum dicam mox *9. tr. 8. ref.* 11. *q. ref.* cap. 10. §. unico, numero 9. De Vicariis autem Prælatorum Regularium, an scilicet Superiores, an Ministri, an ceteri similes, vel Vice-Priores, Vice-Rectores, &c. saltem, quando abest horum Superior hac eadem potestate ordinaria gaudeant? Pendet ex cognitione potestatis, quam prædictis conceditur in Re-

ligione quaque sua. Lege Quintanadvennas, d'aliisque.

5. Profectò in mea, Ministro nulla conceditur, in hoc, potestas, ut in sequentibus Responsis dixerunt Peritiores instituti Soc. Jesu *13. à nu. 1. Pelliz. tr. 1.*

1. Absente Rectore non habet Minister facultatem absolventi à reservatis, nisi ei specialiter concessum sit, quod non expedit fieri maxime si ad paucos dies dumtaxat absit: potest enim quis *pœn. d. 19. confiteri Ordinario cum onere se sistendi Superiori. Quomodo id intelligatur vide omnino f. Imper. d. infra.*

6. II. Minister non potest, absente Rectore dare facultatem absolventi à reservatis, nisi hoc etiam, præter curam domus, quam ipsi concedit, cū manefficiū, specialiter commissum sit à Rectore absente. *p. 1. d. 1. q. 2. c. 2. scripto, quod apud me habeo.*

7. III. Minister non potest dubitare Confessarium, nec dare facultatem absolventi à reservatis, nec ipse absolvere. *Infra. 12. §. 3. 1.*

8. IV. Si tamen relinquatur cum titulo, ac præsertim potestate Rectoris, videtur habere istam potestatem. *11.*

9. Denique Præfatio Compendii Privilegiorum loquitur de Vice- Rectoribus Ordinariis (non de Ministro ad breve tempus pro Rectore relicto) qui administrant cum plena potestate, & sunt verè Superiores.

10. Verum ad ea, à quibus discesseram, redeamus. Quod diximus de peccatis, dic proportionaliter de Excommunicatione reservata: ea enim per se loquendo, & communiter ex jure Ordinario, de quo loquimur, potest Primò, absolvi ab ipso reservante, seu ab ejus successore in officio, & ab eo, cui Excommunicatio reservatur. Secundò, à Superiore illorum. Tertiò, à Delegato perpetuo, &c.

11. Dixi autem (per se loquendo) nam per accidens, ratione necessitatis urgentis, possunt, & alii, sed hæc potestas potius est ex jure Delegationis, quam ex jure Ordinario, ut videbimus latè & inferius. *Infra. 12. §. 3.*

12. Dixi item (communiter) nam quavis ipse reservans possit ab Excommunicatione, sibi reservata communiter suum subditum absolvere, excipiuntur tamen quatuor casus. Primus, quando quis fuit Excommunicatus per Delegatum Pontificis ad certam causam finendam, si non vul. parere ejus sententia definita, & per annum in contumacia perse-

§. II.

An Ordinarii Prælati obligentur, ejusmodi potestatem reservata absolvendi, alteri delegare.

1. **H**æc eadem est quæstio, atque illa, An Superior, Episcopus, v.g. vel Prælatus Regularis, in casu occurrenti teneatur dare licentiam idoneo Confessario petenti auctoritate absolvendi ejus subditum nolentem accedere immediate ad Superiorem. Dico (in casu occurrenti) nam, an obligetur, antequam fiat petitio, constituere Confessarium, qui possit universaliter absolvere reservata, non multo ante dictum *ff. Supr. c. 7. §. 2. à n. 4.*

2. Ad propositam autem quæstionem ex communi sententia universaliter idem dicendum est, quod de Prælatibus Regularibus specialiter nuper indicavimus, quod ex licentia non timeretur rationabiliter damnum poenitentis, qui, ob facilitatem Absolutionis, non emendabitur, nec timeretur damnum boni publici, vel tertii, ut esset gravis infamia communitalis, vel facilitas peccandi in aliis, qui casuum reservatorum legem non curarent, si hæc, inquam, non timeretur, Superior licentiam denegare non deberet, ac denegando mortaliter peccaret: multo magis, si Confessarius testetur poenitentem esse in periculo omittendi omnino Confessionem. Ita Quintanadven. *h. lege item Castrop. 3. nu. 5. de poen. p. 15. §. 5. n. 4.* Quando vero aliquod ex his malis timeretur (quod timeri posse rarissimum esse norant passim Doctores, quia hic agimus in foro conscientie de peccatore, verè, ut supponitur, poenitente) denegabit licentiam sine peccato: Sed addo, etiam in hoc casu, regulariter melius fore, si licentiam concedat, injungendo aliquam obligationem hujus, vel illius remedium, quo obviari probabiliter possit damno, non timeretur, itemque possint occasiones peccandi removeri.

3. Quod si dubium sit, an prædicta pericula adsint, debet omnino licentiam concedere Superior, quia necessitas poenitentis ponendi se in statu gratiæ certa est, atque adeo prævalere debet prædicto dubio periculi.

Q 2

4. Quam-

perseveret: tunc enim non potest ipsemet, qui Excommunicavit, sed Solum Summus Pontifex ita habetur *C. quarenti. a Secundo*, quando Excommunicatio lata ab inferiore confirmatur à Superiore ex perfecta cognitione causæ, & ex certa scientia, tunc enim Excommunicatio evadit reservata ipsi Superiori: Ita Coninck. *b. Tertius*, quando Episcopus aliquem Excommunicat, reservatque ejus Excommunicationis absolutionem non sibi, sed Papæ, tunc enim solus Summus Pontifex absolvet, Ita Campanili, *e. licet hunc tertium casum neget Diana, d. dicens adhuc posse per legitimam appellationem, Merro. politanum*. Quartus, quando incendiarii sunt nominati excommunicati, & denunciati ad adei, tunc enim ex cap. *Tua nos*, de sententia Donat. de Excommunicationis, a solo Summo Pontifice possunt absolvi.

13. Prædicta potestas, quia quis gaudet jure Ordinario, duos effectus patit in illam habente. Primus est, ut possit eam aliis delegare, id est, habens jurisdictionem Ordinariam, potest eam aliis exerceendam committere; Nam propterea rectè Barbosa ex Suario, aliisque, notat Archiepiscopum, dum ipse actu visitat Diocesim sui suffraganei, sicuti potest absolvere subditos prædicti suffraganei per se, ita etiam posse pro illo tempore per alios, quia tunc utitur jurisdictione Ordinaria. Atque hoc, quod dicitur, in hac materia, de qua agimus, verum est etiam, si ejusmodi Ordinarius Sacerdos non sit; ut usu venire solet, quando Prælati aliqui non est Sacerdos: Is enim, licet non possit per se absolvere, potest tamen illam potestatem Sacerdoti committere.

14. Secundus est, ut inferior præsentem Superiorem, v.g. Provincialis, præsentem Generali, & localis, præsentem Provinciali, possit liberè uti tota potestate, quam jure Ordinario habet: si quidem cum uterque sit Ordinarius independentem unus ab altero, suam quisque exercere jurisdictionem potest, sive immediate absolvendo, sive alteri, ut modo diximus, suam potestatem conferendo.

4. Quando Superior Regularis irrationaliter petitam licentiam pro suo subdito denegat, qua ratione Confessarius pro illa vice adhuc possit pœnitentem absolvere, dicitur a *Sup. c. 7.* Etum est suprà; a *Quod certe non invenio in Superioribus non Regularibus.*

40. 5. Illud autem hic est maximè inculcandum Superioribus, quibuscunque, ne, quando ab ipsis postulatur dicta licentia, interrogationes illas superaddant, quibus petant à Confessario, an peccatum pœnitentis sit talis rationis, an in talibus circumstantiis, an commissum à Laico, an à Sacerdote, an eum complice, vel sine illo, &c. hæc enim, ob periculum prodendi pœnitentem, neque ipse exposcere, nec licitè explicare Confessarius potest. Lege Quinta-

6. Denique sciscitabitur à me Confessa-
rius Ordinarius, an ipse obliget sumere
onus pœnitentis adeundi Superiorem, ut
impetret facultatem absolvendi dictum pœ-
nitentem à peccato reservato? Respondeo,
Hac de re nos satis egisse libro 3. Methodi
Confessionis.

С А Р У Т IX.

Agimus in Universum de Absolutione à reservatis Jure Delegationis.

§. I.

Quis possit Iure Delegationis absolvere & reservatis.

1. **V**No verbo, is potest, qui legiti-
mè eam Delegationem habet: ve-
rùm id latiore indiget explica-
tione.

2. Dixi superius, & nunc suo loco confirmo, non eo ipso, quod, quis deputatur ad Confessiones excipiendo, habere licentiam, seu delegationem absolviendi à reservatis: Immò, si Prælati tibi conceisit Approbationem audiendi Confessiones, & absolviendi à reservatis per annum unum, quo elapso, iterum concederet approbationem Confessiones audiendi, non intelligeretur concedere potestatem absolviendi à refer-

vatis , ut notat Bordonus, *d* Debet ergo e- *d Bord. n*
jusmodi licentia esse expressa , ita ut , *nec* *fol. 39. n. 1*
satis sit , si Superior tibi facultatem conce-
dat eligendi Confessarium , quem velis , ut
definitivè Bonifacius e hac de re loquens, *e Bonifa.*
quia , inquit , in Generali Concessione *de pen. q.*
non veniunt ea , quæ non esset quis verosi- *remiss. in*
milter concessurus. Lege Suarium , *f* *f Suar.*
Coriolanum , Contra verò , si Prælatus *pen. d. 3. p.*
tibi concedat posse absolvere reservata , in- *sect. 1. n.*
telligitur concedere , posse absolvere , eri- *Et Coriol.*
am non reservata , & re approbat ad exci- *de casti.*
piendas Confessiones : quia , qui vult con- *reservat.*
sequens , vult etiam anteedens , seu id , *ars. 9. q. 1.*
sine quo aliud esse non potest , ut docet Pelli- *2. ad n. 3.*
zarius, *g* *g Pelliz.*

Si autem licentia sit ad certum genus peccati, vel ad certum tempus (ut fit in Bulla Cruciate) sub certa forma, vel simili quapiam restrictione, non posse ulterius ad alia peccata, vel ad aliud tempus, &c. extendi, patet est.

3. Licentiam absolvendi reservata concessam ad annum : v. gr. *Die 21. Decembris, 1642. durare usque ad Diem 23. Decembris,* sequentis anni 1643. docet Pellizanius, *h* *Pellizanius* *e. m. 136* quia *Dies termini non computatur in terminum*, additque, ita judicasse Doctores recentiores.

Verum penes horum Doctorum sit ejusmodi dicti fides. Nam ceterum hæc, de qua agimus, est collatio jurisdictionis, quæ æquiparatur Donationi. In Donationibus autem non video, quo modo dies termini non computetur in terminum. Si enim mihi domus, seu comedes, seu loces ad annum usum tuæ domus, finitur donatio, seu locatio de momento ad momentum, ita testante ipsa praxi. Hæc mea doctrina latè confirmatur ex iis, quæ adducit Merolla & explicans illud pronunciatum: *Dies termini non computatur in terminum*. Et de traditione jurisdictionis ad absolvendum per Bullam Cruciatæ, ita supponunt communiter Doctores, h. dicentes, eam durare præcisè, vel à Publicatione ad Publicationem, vel ad annum naturalem, &c. sine additione aliorum duorum dierum, &c.

4. Si delegans dicat : *Do tibi Confessario omnem meam auctoritatem*, non confertur tibi ulla potestas circa reservata, ut notat I Coriolanus. *l. quia sub tanta generalitate l.*

non veniunt ea, quæ speciali indigent concessione, qualis est potestas pro reservatis. At si dicat *Do omnes casus, seu concedo, ut ab omnibus casibus possis absolvere*, inclinatur conferri potestatem in reservata idem Coriolanus; id enim videtur significare illud (omnes) si quidem, qui totum dat, nihil excludit: Non ita in formula præcedente, in qua nullo modo facta est mentio, *nec casuum, nec omnium casuum*.

5. Si Pontifex Summus dicat: *Concedo tibi, ut possis absolvere ab omnibus casibus mihi reservatis*, potes absolvere, etiam ab illis, quos Pontifex perpetuo delegavit Episcopis. Si enim jam sunt, & remanent Pontificii, ut supra cap. 6. §. 1. dictum est. Si idem Pontifex, propter magnam auctoritatem, quam supra Episcopos habet, dicat, *Do tibi potestatem absolventi casus Episcopo reservatos*, probabile est, te non posse absolvere casus prædictos, quia ii, ut jam dictum est, non sunt reservati Episcopo, sed Pontifici, & solum sunt Episcopo delegati. Verum probabile etiam est, te posse absolvere, quia propter delegationem factam perpetuam Episcopali dignitati, jam possunt dici aliquo tandem modo casus Episcopales, & casus Episcopo reservati, ut item dicam a inferius, posse probabiliter ex vi Bullæ Cruciatæ. Quod si Pontifex dicat, *Concedo tibi potestatem absolventi ab omnibus casibus, quos potest absolvere Episcopus*, tunc profectò multò probabilius, poteris absolvere prædictos casus Episcopis perpetuo concessos eos enim jam potest, licet per delegationem; & quidem perpetuam, Episcopus absolvere.

6. Idem dic, si ipse Episcopo dicat, *Do tibi, ut possis absolvere A casibus, & Censuris à quibus ego possum absolvere, vel, à casibus, & Censuris Episcopalibus, vel, ab omnibus meis casibus, & Censuris*: potes enim absolvere à prædictis, quia jam ab his potest absolvere Episcopus, & propter jurisdictionem ordinariam, quam in illa habuit à Tridentino, ut diximus, aliquo tandem modo, sunt Episcopales, & Episcopo reservati. Idem erit, si dicat, *à Casibus, & Censuris mihi reservatis*, jam enim ob dictam delegationem, sicuti illi possunt dici aliquo modo Episcopales, ita Episcopo reservati, & sic docet, loquens de abortu foris animati Bauci b 88 p. 6 in selectis quæstionibus. De hæresi vide li-

mitationem Tridentini sess. 24. cap. 6. de Reformatione.

7. At si dicat idem Episcopus, *Do tibi omnes casus, quos mihi reservavi*; certè non poteris à prædictis, quia illos non sibi reservavit Episcopus, sed Pontifex, licet deinde eos Episcopo concesserit.

8. Si quicumque delegans dicat, *Concedo tibi, ut possis omnes casus reservatos etiam futuros absolvere*, poteris absolvere à futuris, quos reservabit ille idem, qui tibi hoc concessit, non verò, quæ successor ejus reservabit, quia par in parem potestatem non habet, unde non potest ligare manus successoris, ut is non possit reservare, quæ velit, Ita Pellizarius. c

c Pelliz. h.

9. Si tibi quis concedit absolute omnes casus reservatos, & deinde per aliam formulam strictiorem, concedat limitatè, potes omnes absolute, ut habet ibidem Pellizarius, d quia d Pelliz. strictior concessio non est revocatio Prioris ibi. n. 132. concessionis, ergo adhuc remanet. Excipe, nisi strictior contineat aliqua fortè verba priorem implicite revocantia.

10. Si Nuntium mittas ad Prælatum, ut det tibi facultatem ad reservata, is autem eadem Nuntio dicat, se concedere: tu validè absolveres, etiam si tibi concessio non fuerit manifestata. Ratio ducitur ex doctrina Sanchi, e & Sanch. docentis, prodesse privilegiato privilegium l. 3. matr. illi concessum, si obtentum est, non motu disp. 36. proprio concedentis sed ad petitionem seu ad instantiam Nuntii, vel Procuratoris, missi à dicto privilegiato, & ipsi Nuntio manifestatum, licet nondum manifestatum ipsi privilegiato: ita ergo in casu nostro; sed de hoc aliquantò latius dicemus mox à n. 18.

11. Si dicat Episcopus, vel Prælatus Regularis, *Concedo tibi facultatem absolventi à casibus reservatis*, non intelligitur ab excommunicationibus; nec, si concedat potestatem absolventi ab excommunicationibus, intelligitur data potestas in casus reservatos. Ratio est, quia hæc sunt diversæ potestates, & una ab altera non dependet; nam potestas excommunicationis absolventi, etiam in foro interno tantum, potest concedi cuicumque Clerico in Minoribus: cum potestas absolventi à casibus solum Sacerdotibus concedi possit. At verò, si Summus pontifex concedat casus suos alicui, intelligi etiam excommunicationes satis diximus f supra, & iterum dicitur g Infra c. 10. n. 6.

12. Denique hic superest magis, ac magis declarandum, quomodo interpretanda sint ejusmodi concessionis absolventi à reservatis. Id quod, ut planius habeas, sequentem titulum præmittamus.

Concessio absolventi, largè, an strictè interpretanda?

13. Præmittenda hic est resolutio illius celeberrimæ quæstionis, an potestas absolventi à reservatis sit largè, an strictè interpretanda? Et a Sanc. lib. 8. matr. d. 2. n. 1. & apud Bar. di de Bull. Cruc. p. 1. etiam potestas absolventi à reservatis, cum respiciat Communitatem, cui utile est habere, ad quem recurrant subditi, largè est interpretationis; licet ipsa actualis dispensatio, quia vulnerat jus commune. (Dispensatio enim est concessio, ut non servetur aliqua lex) debeat strictè interpretari.

14. Quæstio igitur est solum de potestate delegata; utrum scilicet potestas, quam Episcopus mihi dat, ut absolvam poenitentes à reservatis, largè sit interpretanda, an verò strictè.

Distinguunt communiter Doctores asserentes, potestatem prædictam delegatam Confessario, non expressis personis absolventis, esse largè interpretandam, quia tunc adest prorsus similis ratio boni Communitatis, ut modò dictum est de potestate ordinaria. Castrop. b alios citans. At quando delegata est, expressis personis absolventis, duplex est

b Castrop. de leg. disp. 4. p. sententia; Sanc. & cum aliis distinguit, si facultas dicta absolventi conceditur Confessario in gratiam ipsius Confessarii, cui Superior vult favere, latè esse interpretandam, si conceditur in gratiam ipsius poenitentis absolventi, esse interpretandam strictè.

15. Castropalaus d. verò, absolute in utroque casu, potestatem delegatam absolventi à reservatis, quando exprimuntur personæ absolventæ, esse aut interpretationis strictæ, illud tamen num. 7. notat, potestatem concessam absolventi à reservatis in Jubilæis, & in Bulla Cruciatæ esse largè interpretandam, quia est data in bonum commune Fidelium, quod dici non potest (ait ipse) de licentia data

à Prælati, quando saltem datur pro aliquo peculiari poenitente. Utraque sententia videtur probabilis.

16. His breviter explicatis, jam patet responsio ad quæstionem in hoc titulo propositam, Concessionem scilicet, de qua loquimur debere interpretari largè, si detur non expressis personis absolventis; si verò hæc personæ exprimantur strictè, vel largè, juxta duas probabiles sententias, jam dictas.

17. Profectò utilis est hæc doctrina, sed quia in casu hoc de delegatione, ad absolventem reservata, tota res pendet ab intentione concedentis potestatem, idè à tenore concessionis, à forma petitionis (juxta quam Superior facultatem dare præsumitur) à verbis in contextu dictæ Concessionis appolitis, & similibus, qualitas, & quantitas licentiæ mensuranda est; quæ omnia maxime ex more dicendis, præsertim §. 3. non parum explicabuntur.

Occasione eius, quod dictum est numero 6. querimus universaliter, an ignorans licentiam ipsi datam absolventi à reservatis, valide absolvat?

18. Figuremus casum in sequentem modum. Ego, sive, quia Bulla Cruciatæ fruor, sive, quia obtinui facultatem à Superiore, ut absolvar à casu reservato, per eum Confessarium, quem elegero, ipsum eligo, & sive dolo, sed ex ignorantia, illi non manifesto ejusmodi potestatem, ipse item, ex pari ignorantia, me bona fide absolvit, inquiri, tumne directè absolutus à prædicto casu reservato?

19. Respondeo, De hac quæstione interrogatus nudius tertius quidam Theologus, dixit, per se loquendo esse absolutum, addiditque hanc esse opinionem Suarii, e & Merolla. f Ratio, (dicebat) est, quia effectus prædictæ licentiæ Superioris, vel Privilegii nequit impediri per ignorantiam Confessarii, 16. posita enim electione dicti Confessarii, Summus Pontifex, vel Superior censetur electo Sacerdoti Jurisdictionem conferre. Dixit (per se) nam per accidens posset esse invalida Confessio, si nimirum poenitens animadvertet Confessarium ignorare suam Jurisdictionem, & tamen procedere ad Absolutionem,

mem, tunc enim graviter Confessarius peccaret; & item penitens, cooperando, unde hic non esset dispositus, ad Absolutionem recipiendam.

20. Verum hæc doctrina mihi valde difficilis est. Nam nemo acquirit Jurisdictionem ullam, sive contentiosam, sive voluntariam, nisi illam velit acquirere, seu, nisi illam acceptet: at hic Confessarius electus, cui non manifestatur, ipsum electum fuisse, nondum accepit Jurisdictionem: ergo, qua ratione juridicè absolveret? sanè fac Episcopum, te elegisse, & approbasse in Confessarium: Si interim, dum tu nullo modo noveris ejusmodi electionem, bona fide absolveres aliquè à mortalibus, num valida directè esset Absolutio? non utique, si quidem tu nondum acceptasti Jurisdictionem, & fortasse nunquam acceptaturus sis, quia v.g. non vis officium Confessarii exercere.

21. Confirmatur. Quærunť Sanchez, aliique a Castrop. apud Castropalaum, a & Dianam b, & nos infra dicemus. c An, si licentiam, assistendi 13. §. 11. Contractioni Matrimonii datam à Parocho n. 6. Sacerdos ignoret, validè assistat matrimonio? b Dian. p. & Respondent, invalidè assistere, quia eam 11. Tr. 3. licentiam, seu Jurisdictionem, nondum habet, donec acceptet, acceptare autem legitime non potest, dum eam datam esse nescit? infra lib. 8. matr. Esto teneant, si eam per Nuntium petiisset, tr. 6. de j. judicandum fore, jam acceptasse in acceptatione Nuntii, ut etiam nos modò diximus limit. c. 2. §. 5. n. 7. num. 10. Porro ex hac doctrina clarè sequitur, idem esse dicendum in casu nostro: invalidam scilicet fore illam absolutionem de reservatis, dum seponimus Sacerdotem, nec per se, nec per suum Nuntium jurisdictionem acceptasse.

22. Ad auctoritatem Suarii, & Merollæ dico, eos loqui, quando Privilegium concessum est toti Religioni; tunc enim etiam si hic Religiosus illud nesciat, secundum illud tamen operatur; sed certè, tunc non abest acceptatio; Religiosus, n. eo ipso, quod eam Religionem proficitur, tacitè acceptat omnia ejus privilegia: Et de hoc casu loquitur Suarium, d patet ex lectura loci citati ipsius, & ex Delugo e testante, ipsum de hoc loqui.

Hinc nostram sententiam sequitur P. Tanchredi f dicens, hanc esse probabiliorē, significare fortasse volent oppositam esse

probabilem; quod tamen ego significare non possum.

23. P. Bardi g nostram eandem sententiam tenet, in expositione Bullæ Cruciatæ, distinguit tamen, asserens, quod dictum est, intelligi de jurisdictione, non autem de Approbatione, quæ etiam per Tridentinum requiritur in Confessario. Si quis enim haberet (ait) Jurisdictionem, eamque sibi inesse sciret, sed haberet dictam Approbationem Episcopi, quam tamen habere ne sciret, valide absolveret, quia Approbatio est mera testificatio idoneitatis Sacerdotis, ejus cognitio, vel acceptatio nullo jure requiritur ad validitatem actus, cum tamen requiratur cognitio, & acceptatio Jurisdictionis juxta illud juris privilegium, quod afferunt Bartolus, h Sanchez; h Bartol. aliique Ignoranti non acquiritur, seu non prodest in l. Barb. Jurisdictio, quod dictum non invenies de Approbatione. Hanc disparitatem inter Jurisdictionem, & Approbationem impugnat P. i Sanchez. Mendo k dicens, etiam Approbationem debere esse Confessario notam; quia, etiam ipsa pertinet ad Jurisdictionem; Id quod certè tenendum est, & omnino consulendum in praxi.

§. II.

An, per licentiam, concessam absolventi à reservatis, validè ea peccata absoluantur, quæ fuerunt commissæ in confidentiam licentia concedenda?

1. R Espondeo, Absolvi. Ita Sanctarellus, l. Bolsius, m & passim. Ratio est; quia l. Sanctarellus. confidentia non tollit potestatem, quæ datur à Jubilæo, sive à Bulla Cruciatæ, sive 8. du. 10. à Prælati. Excipe, nisi expressè contrarium m Boss. de exprimatur in licentia; nam propterea, quia in Bulla Compositionis exprimitur, non concedi beneficium Compositionis usurpanti bona incerta ex Confidentia, seu Spe dictæ Compositionis; Idèò tunc Bulla rapienti dicta incerta bona ex dicta Confidentia non suffragabitur, Atque hinc ducitur Confirmatio nostræ Responsionis; Si enim, quando volunt Superiores id negare, expressè negant, signum satis probabile est, quod si expressè non negent, concedant,

§. III. De

§. III.

De peccatis reservatis post licentiam absolutionis commissis.

1. Si poenitens post impetratam licentiam, ut absolvatur à reservatis, nulla alia nova reservata committat, potest per illam licentiam absolvi, etiam post plures annos, etiam si mortuus sit, vel amotus ab officio Superior, qui illam concessit. *Quintanadu. a. & Delugo. b.* Ratio ducitur ex illa communi sententia, quod, quando est gratia facta, quales solent esse ejusmodi licentiæ, sine limitatione alicui poenitenti, concessæ, non expiant morte concedentis, sed ex se sunt perpetuæ, dum positivè non revocantur, ut habet Sanch. *c.* & nos infra *d.* dicemus. De licentia autem loquor, quæ non est addicta tempori: Nam licentia concessa in Bulla Cruciatæ, cum sit addicta uni anno in eo uno anno illa dumtaxat tibi proderit.

2. At, si poenitens nova peccata reservata committat post licentiam impetratam, debet quæstio resolvi, perpensa concedentis intentione, perpensisque verbis Superioris, & modo concessionis.

3. Omisissis autem aliis sententiis, fusè relatis à Delugo, *e.* dico cum eodem, debere distinguere duos modos, sub quibus dari solet huiusmodi licentia à Superioribus, de qua hic loquimur. Primò, quando, sive Confessario, ut absolvat, sive poenitenti, ut absolvatur, datur licentia ad Absolutionem talis, vel talis peccati, & tunc aio, non extendi eam concessionem ad commissæ post datam licentiam. Manifesta est ratio: quia in hac forma concessionis se Superior restringit ad tale, vel tale peccatum.

4. Hinc Primò, si petas, sic. *Volo absolvi à quodam peccato reservato, vel Confessarius petat: Volo absolvi quemdam à peccato reservato, & annuat Superior, non poteris absolvi, vel absolvi à peccato reservato commissio post dictam concessionem, neque à commissio post tuam petitionem, seu postquam mandasti Confessario, ut eam licentiam peteret.* Ratio est, quia concessio intelligitur facta juxta petitionem; petitiò autem, & mandatum fuerunt de tali quodam peccato.

5. Hinc secundò, quando ejusmodi licen-

tia conceduntur per sacram Poenitentiarium, & petitiò fuit facta pro aliquibus peccatis, concessio autem fiat cum illa clausula, *Super præmissis, seu à præmissis*, non conceditur licentia absolvendi à peccatis reservatis commissis post licentiam impetratam, vel postulatam, quia hæc non fuerunt Pontifici enarrata, ipse autem concedit super præmissis, id est, super enarratis. Neque obstat, quod, ex vi Bullæ Cruciatæ, possint absolvi peccata reservata commissæ, etiam post impetratam Bullam; quamvis commissæ ex ejusdem Bullæ confidentia, ut modo §. 2. statuiimus, non obstat, inquam, quia, in hac potestate absolvendi à reservatis, nullam restrictionem Bullæ tenor apponit, apponit in nostro casu.

6. Sed accedamus jam ad secundum modum. Quando enim licentia sine mentione implicita, vel explicita talis peccati concessa est, sive poenitenti, ut absolvatur, sive Confessario, ut absolvat, etiam si addatur (pro hac vice) videtur posse ille absolvi, & hic absolvi à reservatis commissis post ejusmodi licentiæ concessionem, immò, & post ejusmodi concessionis acceptionem, dummodo peccatum reservatum iteratum fuerit ante collatam absolutionem Ratio potest esse, quia, hæc formula concessionis non se arctat ad sola commissæ, sensus enim est, una vice, illum à reservatis absolvas. At jam ille sic, una vice, absolvitur. Unus tamen scopulus est hic maxime declinandus, scilicet ne in longum tempus differatur Confessio, de qua re mox num. 10. Dixi autem (*videtur*) nam praxis hujus doctrinæ semper mihi scrupulosa visa est.

7. Hinc prudenter se gerat Confessarius petens à Superiore, vel à poenitentiario ejusmodi licentias, & ne illas postulet eo modo, quo dictum est n. 4. & 5. Immo, neque hoc modo dicto num. 6. ne scilicet scrupulis subiaceat concessio, sed pro omnibus commissis reservatis, quæ tempore Confessionis invenerit.

8. Dices. Ex hac posteriore parte sequuntur duo absurda. Alterum, dari anam huic poenitenti, ut committat ante absolutionem alia reservata, quia jam est securus de eorum omnium absolutione. Alterum; posse differre diu Confessionem, & interim multa reservata eadem spe confidenter admittere.

9. Re-

9. Respondeo, ad Primum, id per accidens esse. Et sanè sicuti simile quid potest occurrere accipienti Bullam Cruciatæ, vel aliud Jubilæum, & tamen id non judicatur absurdum, quia judicatur majus bonum, quod subditus liberetur à suis peccatis, & non abeat in disperationem, quam quod permissio hæc sit occasio per accidens peccandi. Ita in casu nostro, &c.

10. Ad secundum dico. Cum illa verba sub tempore præsentis dicta (*Do licentiam pro hac vice*) sint accipienda morali modo, semper per illa intelligitur decerni tempus competens, & rationale ad ejusmodi absolutionem impertiendam, nõ verò quodcumque: unde, quia tota hæc res dependet, ut dixi, ab intentione concedentis illud (*Do tibi licentiam pro hac vice*) moraliter acceptum, & juxta mentem rationabilem dantis intellectum, videtur significare dari licentiam pro quocumque etiam longissimo tempore, si nova reservata non admittas; quia ex una parte, ut dictum est n. 1. est gratia facta, & ex alia non est ratio, unde dici possit, gratiam illam fuisse in hoc casu coarctatam ad tempus: at verò si nova admittas, intelligendum est, dari licentiam pro tempore præsentis, vel qui præsentis, prudentis judicio, omnibus circumstantiis expensis, æqui polleat, quia, sic præsumitur esse rationabilis voluntas licentiam ejusmodi concedentis, ut dictum est.

11. An petens à Superiore licentiam, ut absolvat à reservato, intelligatur, posse etiam ipse petens absolvi? Negativè respondet pro nostris ex Societ. Delugo, & pro aliis, expendi debere usum Religionis, &c. Lege ipsum.

§. IV.

An peccata oblita in Confessione valida, remaneant reservata?

1. **T**ertius, tribus v. g. peccatis reservatis infectus, confitetur sine fraude duo, oblitos nimirum unius, absolutionemque à potente absolvere reservata, recipit: Inquit, An hoc unum remaneat reservatum, ita ut Tertius pro illius, absolutione confugere debeat ad Superiorem, seu potentem absolvere reservata, an satis sit eam petere à quocumque communi Confessario?

2. Triplex est sententia, Prima Suarii, b Tamburinus de Sacramentis.

docentis reservationem ejusmodi casus obliti cessare, non quidem semper, sed solum, quando pœnitens accedit ad Superiorem modo quodam extraordinario, hoc est, in ea circumstantia, in qua appareat expressè, vel tacitè peti ab ipso absolutionem reservatorum, ut si subditus tempore Jubilæi accedat ad deponenda peccata apud Superiorem; non autem cessare, quando accedit ad eundem, more ordinario, pro Confessionibus quotidianis; & solutis. Ratio est, inquit, quia in posteriore hoc modo nulla implicita voluntas est tollendi reservationem; adest verò, saltem tacitè, in priore; siquidem tunc Superior vult, ut pœnitens fruatur omni privilegio Jubilæi.

3. Secunda, est Vasquez & docentis, cessare quidem reservationem prædictam, quando pœnitenti concessa est facultas eligendi Confessarium, per quem possit à reservatis absolvi, perinde, ac accedit, quando pœnitens suscipit Bullam Cruciatæ, vel Jubilæum, non verò, quando ipse pœnitens recurrit ad Superiorem, ut apud ipsum Confessionem exhibeat. Ratio est, inquit, quia, in priori casu præsumitur Superior per Bullam, vel Privilegium concedere, quantum potest, atque adeo, præsumitur tollere reservationem casus quamvis obliti: at in posteriore non præsumitur, quia illud peccatum oblitos non venit in judicium nec pro illo pœnitens accipit à Superiore remedia sui peccati, qui videtur finis reservationis, & ex alia parte tunc Superior non exercet suam potestatem tollendi reservationem.

4. Tertia sententia est Joannis Delugo & d. Delugo Castrop. & aliorumque plurium, dicentium, dis. 20. sec. semper tolli reservationem, modo bona fide, 7. de pœn. ut dictum est, illud peccatum sine culpa rati- n. 85. & ceatur: Sicuti per eundem, immo, etiam, per deinceps. Suarium, & Vasquez, tollitur Censura, seu e Castrop. excommunicatio reservata ab eo, qui, illa inculpabiliter oblitos, absolvitur à Superiore 15. §. 6. n. 3. legitimo per absolutionem à Censuris generalibus ad- quibus ad- ralem. Ratio hujus tertie sententie est, quia de pluresq. posito, quod, is, qui tunc absolvit, habeat ap. Avers. potestatem absolvendi à reservatis, præsumi- q. 17. de tur velle absolvere, seu remittere, quantum pœn. sec. 8. potest, & quantum item potest prodesse pœ- & ap. Bosi- nitenti. Cum ergo possit reservationem tolle- de Jubilæo re, non est, cur non tollat. sec. 1. ca-

5. Dico (*Quantum potest*) nam, ut modo sis 29.

R

dixi-

a Delugo
de pœn.
disp. 20.
num. 119.

b Suar. de
pœn. disp.
31. §. 4. n.
num. 12.

diximus, remanet in hoc poenitente obliga-
tio confitenti directè apud legitimum ordi-
narium Confessarium hoc peccatum, sicuti
alia peccata mortalia non reservata, & non-
dum confessa; hæc enim obligatio, cum sit
à Christo Domino inducta, non potest tol-
li ab illo, qui solum, absolvit illud peccatum
indirectè, & Superior nunc, solum, abstulit
reservationem, quam auferre poterat, non ve-
rò directè absolvit peccatum, quod sibi non
fuit expositum. Hæc sententia cæteris vide-
tur probabilior, atque ex ejus ratione faciliè
fundamentis duarum præcedentium respon-
deri poreft.

6. Inquires. Cuinam Confessario est deinde aperiendum ejusmodi peccatum oblitum? certum enim est, ut diximus, debere subdilatavibus, ut directè absolvatur. Respondeo. Non necessario opus erit illud aperire Superiori, vel ejus Delegato potenti absolvere à reservatis; quia jam reservatio est ablata, ut dictum est: sed satis erit, si subdatur Confessario communi approbato, valenti absolvere à mortalibus, nam non sufficit, si subdatur Sacerdoti simplici, hic enim non habet potestatem absolvendi directè mortalia, sed solum venialia, ut expressè docet Delugo & cum Suariorum, & Vasquez, & nos idem judicavimus in Methodo Confessionis.

a Delug. l.
c. n. 88.
b Cess. lib.
2. c. 10. §. 3
num. Met.
Con. 55. fi-
ne.

§. V.

An enarrata in Confessione invalida remaneant, reservata. Quid de oblitis in eadem?

1. Dico Primò. Si Confessio fuit invalida, quia dolose tacuisti, vel peccatum aliquod reservatum, vel aliquod mortale, non reservatum, non cessabit ejus reservatio, ut docet ibidem Delugo & quidquid benignius videatur Concedere Castropal. & Ratio est, quia præsumi, nec debet, nec potest, Superiorem velle tollere reservationem ab eo, qui sic fraudulenter se gerit.

2. Dico secundò, cum eodem num. 102. Si Confessio fuit invalida ob alia capita, ob defectum v. g. doloris, seu propositi, valde probabile est, tolli reservationem illorum peccatorum, quæ confessus es apud potentem absolvere reservatis. Ratio est, quia licet ab illorum reatu absolutus non fueris propter

Confessionem invalidam, tamen jam te Superiori præsentasti, ab eo poenitentiam, & medicinam de ejusmodi reservatis receperis, ergo non est, cur reservationem auferenda non sit. Notat verd ibidem rectè ex Vaisq. Delugo, te debere observare, quæ opposita tibi fuere in illa Confessione, quamvis invalida, quia sub onere illa præstandi, videtur Superior eam reservationem abulisse.

3. Atque id verum est, etiam, quando ejusmodi Confessio facta invalide fuit apud Delegatum, v. gr. apud Confessarium electum per Bullam Cruciatæ, vel apud Confessarium à Prælato tibi concessum, ad Absolutionem peccati tui reservati. Nam licet ii Delegati non habeant potestatem absolvendi, nisi in Sacramento Pœnitentiæ, quod in hoc casu supponitur invalidum, tamen ex usu, & benignitate Ecclesiæ, ipse Superior intelligitur tollere reservationem illam, quoties pœnitens se præsentat Delegato legitime constituto ab eodem Superiore, Ita Trullench. & alii que. c. Trullench.

4. Si in Jubilæo simile quid occurrat, ex alio capite potest evenire, ut in casu, de quo loquimur, non tollatur reservatio, quia nimirum ex vera sententia in Jubilæo requiritur Confessio valida, saltem, quando quis peccatis mortalibus aggravatur: Si ergo Confessio tunc est invalida, tu non lucraberis Jubilæum, & consequenter, nec Jubilæi beneficiis, (inter quæ est ablatio reservationis,) frui poteris.

5. Comitulus, f& Henric. g tolli etiam
in Jubilæo, prædictam reservationem pu-
rant, quibus non assentior, quia etiam, si
probabile sit, Confessionem non requiri ad
Jubilæum acquirendum, in eo, qui non ha-
bet mortalia, at in eo, qui iis laborat, requiri
omnino, nec sufficere contritionem, puto
cum Delugo. *h*

6. Dico tertio. Difficile mihi est, decerne-
re, an etiam reservatio peccati bona fide obli-
ti, atque adeo quod quis non confessus est,
tollatur in his Confessionibus invalidis ex
proxime dictis capitulis. Nam, ex una parte,
is non accepit Pœnitentiam, vel remedia à
potente illum absolvere, ut fuit in casu nu. 2.
quia non enarravit illud peccatum reservatum,
cujus per inadvertentiam oblitus est, ergo
non poterit gaudere benignitate dicta n. 2.
At, ex alia parte, ipse jam se præsentavit Superi-
ori, vel ejus Delegato, paratus illud pecca-

um enarrare, si oblitus non fuisset; ergo non videtur privandus dicta benignitate Ecclesiæ, qua reservatio peccatorum oblatorum tollatur, & ita tenet Delugo. *a* Verum ego hæreo, quia esse paratum, non videtur esse ad hoc sufficiens. Decernant sapientes.

§. VI.

An cum quis absolvitur, remaneat absolutus ab excommunicationibus oblitis.

1. **H**Actenus egimus de peccatis oblitis, nunc breviter de oblitis excommunicationibus dicamus: An scilicet, quando Confessor præmittit Absolutionem à Censuris per illa, vel similia verba, *Absolve te ab omni excommunicatione, in quantum possum, & indiges*, subiungitque Absolutionem à peccatis, an, inquam, per prædictam absolutionem deleatur excommunicatio, qua pœnitens erat irretitus, sed ejus immemor, Confessario nequaquam aperuit.

Respondet, ut alibi *b* dixi, posito, quod *Meth. Cōf.* Confessarius habuerit potestatem, seu Jurisdictionem ad ejusmodi excommunicationem auferendam, deleri; unde postea pœnitens illius recordatus, illius Absolutione non indigebit. Ratio est, quia Confessor semper habet; habereque debet intentionem simpliciter absolutam absolvendi, quantum licet potest; servandique partes omnes officii sui, quas non servaret, si absolvere intenderet à peccatis, & non à Censuris. Id quod propter eandem rationem est verum, non solum in Confessario ordinario, sed etiam in Delegato, ut notat Coninck. *c*

Si Confessarius careat jurisdictione ad absolvendam eam excommunicationem oblitam, illam non deleri, nimis est manifestum. Quare, quando ea in mentem revocabitur, legitimo Superiore indigebit.

2. Dixi (quantum licet potest) quare, si in privilegio, seu in Jubilæo esset forma, ne possit licet quis absolvi, nisi aliqua condicione adimpleta v. gr. nisi satisfacta parte, non censeretur Confessor per illud *Absolve te ab omni excommunicatione*, absolvere, si parti minime sit satisfactum, ut rectè notat Delugo. *d* Ratio est, quia, ut dictum est, Confessor solum habet, habereque præsumitur intentionem

absolvendi quos, & quantum validè, & licet potest.

3. Petes, si Confessor absolvere potens, absolvat à peccatis, dicendo *Absolve te à peccatis tuis*, nulla præmissa formula Absolutionis à Censura, ut usu venire solet in brevibus Confessionibus, & non raro in articulo mortis, remanebitne ignarus suæ Censuræ; immo, & conscius, si tamen propter imminentem mortem loqui non potest, remanebitne; inquam, absolutus ab illa, quam is Confessarius potest absolvere?

5. Respondet, Remansurum, ut docet Suarez. *e* Ratio est, quia in illo, *Absolve te à peccatis*, involuitur Absolutio à quocumque, vinculo nato ex peccatis, atque adeo à Censuris: cum igitur ejusmodi Confessor supponatur, velle licet fungi suo munere, supponetur etiam ab eo Censuræ vinculo Pœnitentem absolvere; multoque magis id erit in articulo mortis, si tunc expressè absolvens intendat per illa verba sola, *Absolve te à peccatis*, absolvere etiam à Censuris. Ad majorem autem certitudinem, sic absolvat, *Absolve te omnibus Censuris, & peccatis*, quia certum est, illud, *Ego te absolvo*, sufficere ad Absolutionem peccatorum, quod non est ita certum, licet sit probabilissimum, sufficere etiam ad Absolutionem Censurarum.

§. VII.

Casus reservatos, qua ratione possit quis fateri Superiori, vel Inferiori Delegato.

1. **Q**uandoquidem pluries firmatum jam est supra posse Superiorem, vel inmediate per se, vel per suum Delegatum casus reservatos absolvere, quæret aliquis, an, qui habet casus reservatos, possit hos solos fateri Superiori potestatem habendi illos absolvendi, & ab ipso absolvi, ac pro cæteris remitti ad inferiorem, vel contra fateri solos non reservatos inferiori, qui absolvat, remittatque pro cæteris reservatis ad Superiorem.

2. Dico *f* absolutè id fieri non posse. *f* *Id.* Ratio est, quia esset dimidiare Confessionem dixi *lib. 2.* sine necessitate. Quare in hisce eventibus, *Meth. Cōf.* vel Superior audiat omnia, & absolvat, vel *c. 10. §. 1.* audiens reservata, extra Confessionem, tol *n. 27.* lat reservationem, seu mittat ad inferiorem,

R 2 rem,

a Coninck
disp. 8. de
pœn. dub.
13. n. 100.
b Præp. de
Confes. q.
1. dub. 9.
c Cajetan.
in summa
V Confess.
10. 10.

rem, cui conferat potestatem absolvendi à re-
servatis. Si verò sit inferior; mittat pœnitentem
ad Superiorem, vel ipse adeat, impetretque
potestatem; & demum ritè absolvat. Ita
Coninck. a Præpositus, b aliique pas-
sim; quidquid dicat Cajetanus, c qui ait,
contrariam esse Romanæ Curie consuetudi-
nem, in qua discutienda, inquit, non oportet
nimum sapere, quidquid inquam, dicat.
Nam consuetudo illa solum est, quoad tol-
lendas Censuras, & reservationem, non
verò, quoad absolvendum sacramentali-
ter.

3. Dixi autem (*absolutè*) nam, si aliqua
necessitas urgeret, posset, ut si v. gr. pœnitens
non posset adire inferiorem, sed solum Superiorem,
qui tamen Superior propter aliquod
grave impedimentum, v. g. articulum mortis,
non posset omnia peccata audire, &c.

CAPUT X.

Agimus de Absolutione reservatorum
Jure Delegationis in parti-
culari.

1. **H**is in universum explicatis, expos-
cit ordo, & facultas doctrinæ, ut
de Delegationibus in particulari dis-
seramus.

Et quidem, si reservans, seu Superior con-
cedat facultatem alicui v. g. Confessario ad
absolvendum hunc peculiarem pœnitentem,
seu excommunicatum, dicitur is Confessa-
rius habere specialem delegationem. Hucre-
ducere libet facultatem, concedi solitam à
Pontifice in Jubilæis secundum varios, mo-
dò amplos, modò limitatos eorum tenores. Si
verò prædictus Superior det facultatem ge-
neralem, circa casus, vel excommunicationes
reservatas, dicitur is Confessarius habere de-
legationem universalem.

2. Porro de speciali Delegatione certa re-
gula dari non potest, nisi ea, ut servantur il-
la, quæ talis delegationis tenor præscribit. At
generales Delegationes, de quibus certa da-
ri doctrina potest, quatuor hodie inveniun-
tur.

Prima, in Tridentino, quod concedit E-
piscopis potestatem absolvendi omnes casus
occultos.

Secunda, In privilegiis, concessis à Ponti-
fice Regularibus.

Tertia, In eodem Tridentino, quod con-
firmat consuetudinem Ecclesiæ, qua quilibet
Sacerdos in casu articuli mortis, modo jam
jam explicando, absolvit ab omnibus casibus,
& excommunicationibus.

Quarta, In Bulla Cruciatæ.

De his igitur nostrum erit hic breviter dis-
serere; In hoc capite de prima dicam; de-
inde, in suis distinctis capitibus, de cæteris.

§. Unicus.

De Delegatione concessa Episcopis à Tridentino
circa casus, excommunicationesque re-
servatas, & occultas.

1. **T**ridentini d. verba sunt hujusmodi. d. Trid.
Licet Episcopis, &c. in quibuscumque 2. 4. c. 6. h.
casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reservatis reform.
delinquentes quoscumque sibi subditos, in Dice-
cessu sua, per seipsos, aut Vicarium, ad id speciali-
ter deputandum in foro Conscientiæ, gratis absol-
vere, imposita pœnitentia salutari. Idem, & in
hæresis crimine, in eodem foro Conscientiæ, eis
tantum, non eorum Vicariis sit permissum.

Hactenus Tridentinum: in cujus verbis
aliquid specialiter, & Singillatim adnote-
mus.

EPISCOPIS.

2. Nimirum illi, sive Episcopi, sive Archie-
piscopi (atque hi etiam ante usum Pallii)
qui habent subditos (non verò mere Titu-
lares.) Confirmati item, etiam ante Con-
secrationem, (sed qui possessionem habeant
sui Episcopatus, seu Archiepiscopatus, ut
ex c. e. Injuncta; notat universaliter Azor, f) inter
hic comprehenduntur, quia hæc potestas ab-
solvendi, de qua loquimur, est Jurisdictionis,
non Consecrationis. Lege Meroll. g & Træ-
posit. h

3. Plures Doctores affirmant, venire hic
omnes habentes Jurisdictionem, quasi Epif-
copalem, etiam si careant territorio, & quales
sunt Superiores Conventuales in Ordine ad
suos Religiosos. Sed de hac re vide paullo
post c. 11. §. 1. num. 11.

IN QUIBUSCUMQUE CASIBUS occultis.

omnes occultas excommunicationes refer-
vatas, etiam in Cœna Domini, de qua re
mox aliquantò latius, ubi, & quid de hæresi?
Atque id confirmat illud, quod dixi c. 9. h

h Sup. c. 9.
§. 1. n. 11.

SIBI SUBDITOS.

4. Delictum tunc est occultum in hac ma-
teria, quando non est notoriè divulgatum,
& potest tergiversatione cœlari. Quamvis
ergo possit per paucos testes probari, occultum erit. Ita cum aliis Bardi, & Leander, *2 Bard. in Bulla* sed nos universaliter de hoc egimus in no-
Cru. pa. stro Decalogo, & tandem hanc regulam
2. rr. 6. c. dedimus; Ut illud delictum sit publicum in
1. fe. 10. re, de qua agimus, quando prudenter, & ex
n. 97. circumstantiis judicatur, illud facile fore
b Leand. communiter evulgandum; quare illud erit
d. 17. de occultum, quod ejusmodi non est. Legatur
excomm. item Fagund. d. qui etiam, valde probabili-
q. 47. ter, docet, delictum deductum ad forum ex-
clin Decal. terius, sed quod non fuit probatum, esse oc-
nost. lib. 9. cultum; Immo, & postquam est punitum,
c. 3. §. 2. posse ab Episcopo absolvi, docet Lean-
à nu. 9. der & contra Suarium, aliosque non paucos,
d Fagund. sed citans pro se Sanch. aliosque.

5. Illud hic adde. Quid enim, si publi-
cum sit delictum in una Civitate v. g. Ro-
e. 8. n. 23. mæ, & petatur à poenitente Absolutio hic
c. 26. Panormi, ubi ejusmodi delictum est occultum, nec de proximo erit probabiliter evul-
e Leand. tum, gandum, poteritne absolvi? Respondeo, U-
tu. qu. 57. tumque esset probabile puta, & posse, & non
posse. Ratio, quod non possit, est, quia, jam
non est occultum delictum. Ratio, quod
possit, est, quia cum hic Panormi sine ullo in-
conveniente habeatur à Populo, ut innocens,
delictum erit occultum in Ordine ad finem,
quem requirit Ecclesia, qui est, ne alii scien-
tes illud absolvi ab Episcopo, concipiant faci-
lilitatem incidendi in reservata Pontifici.
Adde potestatem hanc absolvendi, ut pote
favorabilem, esse amplè interpretandam.

An, & quando Episcopus possit casus ex-
communicationesque publicas, absolvere,
dicam infra.

A CASIBUS ETIAM SEDI APO-
stolicæ reservatis.

6. Quoniam supra g diximus, omnes ca-
sus Pontificios reservari ratione excommuni-
cationis, idè cum hoc loco Summus Ponti-
fex concedat Episcopis casus ipsi Summo
Pontifici reservados, concedit, sine dubio,

7. An Episcopi possint, etiam non sibi
subditos, sed peregrinantes in suis Diœce-
sibus absolvere, dixi in Superioribus. i Hic
autem incidit illa quæstio, an Episcopus
possit absolvere Religiosos exemptos, habi-
tantes in Monasteriis suæ Diœcesis à casibus
occultis Papæ reservatis, sicuti potest suas
oves, quando dicti Religiosi se subjiciunt
cum licentia suorum Superiorum ipsi Epif-
copo. Et affirmativè responderet Leander, k
quem, si placet, lege. Si Superior justè neget
dictam licentiam, non posse; posse autem,
si injustè, docet Sanchez, l & apud eundem
Leandrum, docet Suar. Molina, Pontius.

i Sup. lib.
de poen. c.
4. §. 3.
à n. 1.

k Leand.
p. 4. rr. 2.
dis. 27.
q. 20.

Et iterum
de irreg.
d. 27. q. 8.

l Sanc. ci-
tat. ab eod.
Leandro.

IN DIOECESI SUA.

8. Non puto id dictum esse taxativè,
quasi Concilium definiat, hanc Absolutio-
nem debere omnino impendi in Diœcesi
propria, sed demonstrativè, quasi notet id,
quod communiter solet fieri: sit enim com-
muniter in propria Diœcesi. Sive ergo sub-
ditus existat in propria absolventis Diœcesis,
sive in aliena, poterit a suo Episcopo, etiam
existente in aliena, à dictis reservatis absolvi,
ut notat Sanch. m Diana, aliique apud eum
dem Leandrum. Ratio est, quia hic est usus
Jurisdictionis voluntariæ, quæ in aliena
Diœcesi exerceri potest, non verò Jurisdic-
tionis contentiosæ, quæ, quia affert strepi-
tum Judicii, non nisi in proprio territorio,
exercenda necessariò est. Neque valet: Epis-
copus non potest, saltem communiter, ex-
communicare aliquem, dum existit in a-
liena Diœcesi; ergo, nec absolvere; Non
valet, inquam, quia, absolvere, est actus
Jurisdictionis voluntariæ, actus autem ex-
communicandi est Jurisdictionis con-
tentiosæ, ut dicimus in Tractatu
de Excommunica-
tione. n

m Sane.
Dia. alii-
que ap.
eundem
Leand.
dis. 17. de
excomm.
q. 52. c.

n Tract. de
excomm.
PER c. 5. c. 7.

R 3

a Suar.

Suar. a
liquet cum
Meroll. 10.3. disp. 7.
c. 6. n.

157.

b Henriq.
lib. 14. c.19. sine in
comment.

lib. 6. ca.

14. n. 7. in
comment.

lit. O.

c Barbos.

p. 2. de po-

test. Episc.

alleg. 39.

a n. 11.

d Sanch.

lib. 2. ma-

tr. disp. 40.

nu. 17.

e Infrag.

12. §. 2.

n. 39.

f Barb. de

potest. Ep.

p. 3. all. 54.

nu. 116.

Merol. T.

3. de lu-

cund. Vic.

d. 7. c. 6.

n. 408.

g Sanc. li.

3. matr.

d. 29. a

nu. 15.

Merol. l. c.

n. 133.

h Quar. v.

capit. Sede

vacante,

§. 2.

i Merolla

lo. cit.

nu. 410.

k Fagund.

c. Eccl. 25.

PER SEIPSOS, AUT PER VICA-
rium, ad id specialiter depu-
tandum.

9. Non potest Vicarius Episcopi, ut do-
cent Suarius, a Sbortz, b alique cum Merolla
sine speciali mandato absolvere a casibus, seu
Censuris Pontificiis occultis concessis Epif-
copo, potest ex speciali delegatione, quia,
sic Concilium requirit ibi: ad id specialiter de-
putandum. (Addit Henriq. c cui adherent
alii, quos citat Barbosa, d non posse Epif-
copum huiusmodi potestatem absolvendi) ut
etiam dispensandi, &c. committere genera-
liter suo Vicario, sed tantum, quando casus
occurrit: melius tamen posse docet San-
chez e) excepto casu hæresis, de quo mox,
quia illud specialiter deputandum, verificatur;
si deputetur specialis ille Vicarius ad absol-
vendum ab omnibus, &c.

An Vicarius Generalis possit absolvere,
ut, & dispensare in casibus, in quibus po-
test Episcopus ratione concessionis, & im-
pedimenti recurrit ad Pontificem dicam
infra. f

10. Sed per hanc occasionem quæres;
An possit g idem Vicarius Episcopi absolvere
a casibus, quos sibi reservavit suus idem E-
piscopus.

Respondeo. Barbosa h citans Sbrox, U-
golinum, Rebuffum, ait, non posse ex gene-
rali concessione Vicariatus; nam ex generali
concessione non veniunt ea, quæ speciali in-
digent expressione: Poterit ergo ex concef-
sione speciali. Hæc est doctrina solida; pra-
xis; Cæterum an ex doctrina illa Sanchez, i
& aliorum dicentium, absolutè Vicarium
Episcopi posse sine speciali mandato audire
Confessiones omnium de Diocesi, & con-
cedere aliis licentiam audiendi, videatur
colligi, simili modo posse casus dictos re-
servatos absolvere, aliis decernendum re-
linquo.

Illud scito, Episcopum hanc, ut, & similes
potestates specialiter suo Vicario conceden-
das, non solum legitime illas ipsi tribuere,
eam, vel eas specialiter exprimendo, verum
etiam exprimendo aliquam ex his, & deinde
apponendo clausulam generalem pro cæte-
ris: ut in simili adnotavit Quaranta, k & Me-
rolla l cum aliis.

IDEM IN HÆRESIS CRIMINE, &c. l. 8. c. 11.

Tridentinum, propter gravitatem crimi-
nis Hæresis, disponit, ut illa, si externa sit,
& occulta, absolvi quidem in foro consien-
tiæ possit ab Episcopo, sed, vel immediatè
ab ipso, vel mediatè, dando alicui Sacerdoti
potestatem, solum, quando casus occurre-
rit, non verò generaliter. Hunc esse sensum
verborum Concilii pluribus probat Fagun-
dez. m

Nil præterea hic explicandum occurrit, in Decal.
nisi fortè recolere, hanc Episcopi potestatem
non fuisse, nec esse per Bullam Cœnæ Do-
mici, vel revocatam, vel limitatam esse pro-
babilissimum, ut nos alibi probavimus.

IN FORO CONSCIENTIÆ.

Non ergo hæc Absolutio ab Episcopo per
se, vel per alium collata delinquenti occulto,
impedit, ne idem delinquens possit accusari,
capi, damnari in foro externo. Verum, ut
hæc, & quid importet, huiusmodi clausula
(In foro Conscientiæ) distinctius noscas, vide,
quæ paulò post n dicam.

CAPUT XI.

De Delegatione facta Regularibus ad
absolvendos casus, & excommu-
nicationes refer-
vatas.

Duplex Delegatio facta est Regula-
ribus circa prædicta, altera Prælati
ad absolvendos suos subditos, altera
eadem, vel cæteris Confessariis Regularibus
ad absolvendos Sæculares. De utraque sepa-
ratim.

§. I.

Prelatorum Regularium potestas ad suos
subditos absolvendos.

1. Varii varia congeriunt in hanc rem. Pelliz.
Ego sequor Suar. o Peyrinum, p ac 8. c. 2.
Leandrum, q saltem probabiliter asserentes n. 33.
Prælatos Regulares Mendicantium, eorum-
que Privilegia participantes, id est, Genera-
lem, Provincialem, Superioresque locales excom-
(nisi quid obstat mox afferendum num. 6.) quæ
posse

a *Suar. l.c.* posse absolvere suos etiam Novitios a ab omnibus peccatis. Censurisque à jure, vel ab homine latis quomodocumque reservatis, etiam Papalibus, etiam contentis in Cœna Domini (excipe hæresim, de qua mox à n. 12.) Ratio tam amplæ potestatis est, quia tum ex suo jure ordinario, quod dictis Superioribus competit, tum ex variis privilegiis prædictis Mendicantibus concessis ea colligitur, & quidem tanquam ordinariis Pastoribus, atque adeo cum potestate delegandi.

2. Affert Peyrinus de dicta ampla potestate concessionem Pii Quinti factam Præb *Suar. l.c.* latis Cassinensibus b anno 1571, quam hic c. 19. n. 12. instar omnium inserere operæ pretium est, nam cæterum apud eundem Peyrinum, e. 21. à n. 8. undemque Leandrum invenies probatum, eam non esse revocatam per Bullam Cœnæ, nec per Decreta Clementis VIII. vel Urbani VIII. nec hæcenus ab aliis. Concessio autem sic habet:

3. Ut possint (Prælati Cassinensium, & consequenter participant cum ipsorum Privilegiis) absolvere omnes suos fratres, tam Professos, quam Novitios, in Religione tamen perseverantes, à quibuscumque peccatis, Censuris, & penis per eos tum ante, quam post ingressum in dictam Congregationem, seu Professionem incursum, & in futurum incurrendis etiam si fuerint de casibus Apostolica Sede reservatis, vel comprehensis in Bulla, qua dicitur Cœna Domini, singulis annis legi consueta, quoties opus fuerit, inuncta eis pro modo culpa salutari poenitentia. Hæcenus Pius V.

4. Unde colligit Primò Leander, e non e. 30. cui solum excommunicatum per sententiam generalis Frag. netalem ab aliquo Judice, verum etiam ex p. 2. l. 11. d. communicatum per sententiam particularem, si is ingrediatur in Religionem, posse ex vi Privilegiorum Religiosorum, absolvi à suo Prælato, dummodo satisfacta sit pars, quia dicta privilegia generaliter concedunt dictis Superioribus potestatem absolvendi suos ab omni Censura lata ab homine.

5. Colligit Secundò, propter eandem rationem, Ascanius d Tamburinus, posse eisdem Prælatos absolvere suos à percussione publica Clerici. Verum de ejusmodi delictis publicis universaliter mox à num. 9.

6. Duo hic sunt animadvertenda. Alterum. In aliquibus Religionibus interdum aliquod peccatum reservatur Provinciali,

& tunc Rector, seu Prior non potest illud absolvere, interdum reservatur Generali, & tunc, nec Rector, nec Provincialis poterit. Quisque igitur suorum Ordinum dispositiones consulat, nam cæterum de jure constant Privilegia modò dicta.

7. Quoad nostram Societatem scimus aliquid restrictum esse de memorata nostrorum Superiorum potestate, cum circa casus Pontificios, tum circa reservata ab ipsa Societate, ut in Compendio e nostrorum Privilegiorum, & alibi f videri facile potest, & mox à Privilegiis iterum indicabiturn. 13.

QUOAD PROXIME INGRESSUROS f In Catalogo præcep. & in Novitiatum.

8. Inquires. Primò, dictum est num. 1. Conf. in (etiam Novitios.) Quid de Sæculari proximè Gen. 9. ingressuro in Novitiatum poterit non solum Congreg. à non reservatis, sed etiam à reservatis absolvi confectio. à Prælato Regulari, vel de ejus concessione ab alio Confessario.

Respondet, Negat Th. Hurt. g cum quo g Th. sentio, quia hic verè non est, nisi merè Sæcularis, circa quem nullam habet Jurisdictio. tr. 12. c. 1. nem Prælati Regularis. Quidquid ergo §. 2. dup. concedat Diana, h affert Peyrinum, Pelli. 10. n. zar. & Vecchium, nullam enim firmam affert 2001. pro dicta concessione rationem.

Portella i affert pro hac concessione quædam Privilegia, quæ tamen ego k supra indicavi, hodie esse omnino revocata.

CIRCA DELICTA PUBLICA.

9. Inquires Secundò. Quando dictum est solutio. num. 1. posse Prælatos Regulares absolvere k Sup. l. suos, sive per se, sive per delegatum Confessarium ab omnibus casibus, & excommunicat. c. 5. §. 2. tionibus etiam reservatis, intelligitur ne num. 4. tum de occultis, tum de publicis: Respondet. Sanè de occultis (excepta hæresi, de qua mox separatim) posse mihi certum est, & fusè probat Leand. l Primò, ex propriis Religiolorum privilegiis. Secundò, quia excommunicati jam sunt Episcopales, quoad hoc, d. 17. à ut supra etiam nos docuimus cum Sanchez. q. 72. Tercio, ex concessione facta Episcopis à Tridentino concedente posse ipsos ab omnibus casibus, & excommunicationibus occultis, quoquo modo Pontifici reservatis, absol-

absolvere subditos suos, Quam concessio-
nem competere Regularibus Prælati idem
Auctor probat, tum de jure, quia in hoc ha-
bent dicti Prælati Episcopalem Jurisdic-
tionem in suos, tum ex privilegio concessio Præ-
latis Dominicanorum, ut hac potestate Tri-
dentini gauderent. De occultis ergo mihi
certum est, at de publicis non est ita mihi
certum.

10. Nihilominus satis eidem mihi proba-
bile videtur, posse etiam de publicis; semper
intellige pro foro tantum conscientiar. Pri-
mò, quia absolute, & non cum limitatione
publici, vel occulti loquuntur Privilegia.

a Peyr. T. Secundò, quia Julius II. apud Peyrinum *a*
2. in Con- declarat, non obstante Bulla Cœnæ (de cu-
st. 4. Sisti. jus reservationibus dubitari poterat) Pri-
4. n. 15. legiatos Regulares posse in perpetuum ab-
solvere suos ab omnibus in ea contentis, ac
si Bulla prædicta Cœnæ non esset facta, nec
fieret. Sed tunc (nimirum, si hæc Bulla facta
non esset) etiam publica potuissent, ergo. &
nunc

Tertiò, quia Doctores in multis æqui-
parant Privilegium Bullæ Cruciatæ cum hoc
privilegio Mendicantium. Sed ex privilegio
Cruciatæ absolventur, saltem semel, calus
reservari etiam publici, ut *e. 13. nu. 1.* dice-
mus, ergo, &c.

Quartò, quia Privilegium Martini V. sic
habet apud Leandr. *b* de Priori Sancti Be-
nedicti, & consequenter de participantibus
in Privilegiis.

b Leand. Ut ipse in foro Conscientia possit absolvere Mo-
d. 15. de nachos ab omni excommunicatione, etiam si
excomm. talis esset, quam ipse Summus Pontifex reser-
sequ. 73. vare consuevit; Et cum eis in omni irregula-
ritate, etiam in illis casibus, in quibus Papa
sibi vicem reservat, in morte videlicet, Et in
membrorum truncatione, Et enormi san-
guinis effusione, valeat dispensare, dum ta-
men aliquod horum trium non sit noto-
rium.

Hæc Martinus V. Si ergo excipit, quo ad
notoria, solum Irregularitatem contractam
ex his tribus, Morte, Truncatione, Effusione,
non autem aliquid excipit ex absolutione ex-
communicationum, clare sequitur, ex vi hu-
jus privilegii, etiam publica reservata Ponti-
fici, posse à dictis absolvi.

11. Merito ergo Tamburinus modò *num.*
5. dixit, à prædictis Prælati posse absolvi

publicos percussores Clerici. Merito item
modo *num. 4.* Leand. voluit, à dictis Prælati
posse absolvi suum subditum per sententiam
particularem excommunicatum, satisfacta
parte. At profectò tunc excommunicatio
publica est, Merito denique Suarez *c* aliique, *c* Suarez
absolute nihil distinguentes de occultis, vel *liquell.*
publicis, docuerunt, posse ejusmodi Prælatos *cc.*
absolvere suos ab omnibus, etiam Cœnæ
Domini, &c.

CIRCA HÆRESIM.

12. Quamvis etiam hodie nonnulli con-
cedant, Prælatos Mendicantium, & eorum
privilegia participantium posse ab Hæresi,
saltem, quando est occulta, suos subditos
absolvere; nihilominus quid tandem in praxi
amplectendum sit, incipiendo à Societate,
mox intelliges.

P. N. Generalis ex auctoritate, qua pollet
communicandi, vel restringendi Privilegia
nostro Ordini concessa, prohibet, *d* ne à Re- *d In Co-*
ctoribus, vel Præpositis absolvatur pecca- *privileg.*
tum hæresis, unde multò magis ne absolvatur *Gen. 2.*
peccatum relapsus in illam, & Apostasiæ ab *Le*
Ecclesia, commissum à nostris: Provinciali- *d. 2.*
bus verò concedit, ut ab illis solum absolvan- *exco-*
tur dicta peccata in casu magnæ distantie *g. 7.*
Generalis, idque sub onere, quo Pœnitens *d Su-*
obligetur, si per se, si per (salvo sigillo) per *1. n.*
ipsum Provinciale, se coram Generali præ- *c. 9.*
sentare. Id jam olim erat: Verum hodie, ne *d. n.*
Provincialis quidem potest suos subditos ab-
solvere ab hæresi, vel ejus relapsu in locis,
Sacrae Inquisitioni Hispaniæ subjectis. Ratio
est, quia hanc potestatem à se *e* abdicavit *e Cong.*
Nostr. Pat. Generalis, ut item Congregatio *Gen. 2.*
Generalis V. accedente Pontificis Summi au- *Consi-*
thoritate. Lege Castropol. *f* & Decretum hac *mili p-*
dere dictæ V. Congregationis. *f Castrol.*

13. Dixi (*Quamvis occultis.*) Nam id mi-
hi indicat Revocatio facta à Summo Ponti- *T. p. 11.*
fice per Breve, cujus meminit dictum Decre- *d. 4. p.*
tum, & quam revocationem accepit Congre- *3.*
gatio Generalis, hoc est, tota Societas.
Cum enim Pontifex revocaverit, per dictum
Breve, privilegia, quæ Pontifices concesser-
ant, Societati circa Absolutionem hæresis,
& circa lectionem librorum prohibitorum,
quia privilegia illa comprehendebant sine
dubio Absolutionem hæresis occultæ, di-
cendum

cendum est, hanc fuisse revocatam. Et nota obiter, id etiam esse in ordine ad externos, omnis enim potestas absolvendæ hæresis juxta prædicta, a nobis ablata est.

14. Alios Religiosos in iisdem locis, Hispanicæ Inquisitioni subjectis, non habere potestatem absolvendi suos subditos ab hæresi, diserte tandem docet Leandr. mox citandus. Et quidem hodie, multò magis, ita dicendum est post declarationem Innocentii X. 23. Maji 1656. publicata hic Panormi per edictum Inquisitorum 15. Februarii 1657. Ubi verò Hispanica Inquisitio non adest, concedit potestatem prædictam idem Leandr. an probabiliter, tunc decernes, quando rationes, hinc inde probantes, apud Dianam

a Diana a legeris, ut item apud Amadæum, b & p. 11. tr. 2. plenius apud eundem Leandrum. c

ref. 18.

b Amad.

in Anon.

tr. de fide.

prop. 1.

c. 2.

c Leand.

d. 27. de

excom. à

q. 76.

d Sup. c. 8.

Ordinarius pro

Regularibus subditis Depu-

tatus, possit aliquando absolvere ipsum Su-

periozem à dictis casibus reservatis?

c. 9. §. 1.

d. u. 2.

CONFESSARIUS REGULARIS IN ordine ad suum Superiorem.

15. Diximus aliquam superius, d Confessariis Regularium, non eo ipso, quod ipsi deputantur Confessarii, concedi potestatem absolvendi Religiosos, sive à reservatis Pontifici, sive à reservatis in tali Religione. Quæro jam nunc, an dictus Confessarius d Sup. c. 8. Ordinarius pro Regularibus subditis Depu-

tatus, possit aliquando absolvere ipsum Superiorem à dictis casibus reservatis?

16. Respondeo, Ut ex radice habeatur hæc resolutio, præmitte, Superiorem, seu Prælatum Regularem posse eligere sibi pro suo Confessario Sacerdotem, quem voluerit, etiam non subditum, etiam non Religiosum, etiam non Approbatum ab Ordinario, & ab eo absolvi à non reservatis, ut patet ex c. Finali de Penitentia, & remiss. Sicut enim ipse potest suis subditis quemcumque ex dictis concedere, Ita, & sibi, ne scilicet peioris ipse sit conditionis. Ita Pasqualigus, e Tamburinus, f Pellizzarius, g qui ultimus id limitat pro Jesuitis in ordine ad suos, & in Prælati Regularibus exemptis in ordine ad Moniales; adiungunt enim peculiare dispositiones Pontificum apud ipsum legendæ, ne Jesuitas Superior eligere possit pro suo Confessario non approbatum ab Ordinario, & ne dicti Prælati concedant Monialibus Confessarium, pari modo ab Ordinario non approbatum.

Tamburinus de Sacramentis.

17. Hoc posito. Respondeo, ac Dico Primò, in Religionibus, in quibus non sit aliqua legitima restrictio, Confessarios Ordinarios Domus Religiosæ posse absolvere b h Quintam ipsum Superiorem ab omnibus, à quibus na. de poen. dicti Confessarii possunt alios Religiosos, singul. 23. atque adeò ab omnibus non reservatis. Patet, Fagund. id ex cap. dicto Finali, & ne ipse Superior sit Eccl. præc. aliis deterioris conditionis.

4. l. 1. c. 9.

18. Dico secundò. Propter easdem rationes Superior, quicquid potest concedere re pro aliis, potest pro i seipso, si pariter nulla restrictio ipsi legitime sit facta. Quare n. c. & potest delegare Confessario suo potestatem, ut absolvat ipsum Superiorem à reservatis, à quibus ipse Superior potest pro aliis delegare.

19. Dico tertio. In nostra Societate (nam in aliis Religionibus consultat quisque Ordinationes suas) nequaquam procedere doctrinam præcedenti dicto traditam, Hinc Rector v. gr. nostri Collegii potest quidem delegare Confessarium, ut is absolvat ceteros subditos ipsius à reservatis, non verò, ut absolvat ab iisdem ipsum Rectorem. Ratio est expressa limitatio in jure k nostro. A k In nost. reservatis, dixi, nam à non reservatis posse delegare, incertum est.

6. n. 6.

20. Et quidem olim, si Rector, seu Superior localis noster in casum reservatum inciderebat, absolvebatur à Confessario Ordinario cum onere se præsentandi Provinciali. Quod si ipse Provincialis inciderebat, absolvebatur ab eodem Confessario Ordinario cum onere se præsentandi ei, qui ad hunc finem à Generali esset destinatus, ut haberetur in eadem ordinatione, quam etiam refert Quintanad. m

m Quintanad.

21. Nunc verò (quia id durum certe tana. 10. erat) jam adhibitum est planius remedium, cit. quo scilicet dictis Superioribus designatus est à Congregatione n Generali Confessarius n Congreg. in casu, quo ipsi inciderent in reservata. Denique signatus autem est his verbis:

c. 8.

Facultas absolvendi à reservatis Superiores locales, si quando (quod Deus avertat) in aliquem inciderent, committatur liberè uni ex Confessariis Collegii, vel Domus à Provinciali designando. Denique similis facultas absolvendi Provinciale ejus socio absolute concedatur.

22. Hactenus Octava Congregatio, Juniperus

5

2 Junip. de niperus a autem ait, prædictam concessio-
casib. re- nem eligendi Confessarium quemcumque
serv. p. 1. voluerit Superioribus factam, quia est ex jure
d. 8. q. 2. Pontificio dicto c. Finali, non posse ab aliquo
c. 3. nu. 20. restringi. Ex quo Juniperi dicto sequeretur,
restrictionem numero præcedentem allatam
irritam esse. Sed certè dictum Juniperi non
valet in Societate, in qua omnia Privilegia
nobis sunt communicanda à Rev. Patre
Generali, etiam illa, quæ continentur in jure
communi, quia Gregorius XIII. b de om-

b Greg. XIII. in nibus omnino facultatibus edicit, ne per-
comp. pri- sonæ Societatis, possint illis uti, nisi de
vil. Soc. V. Generalis licentia, & habes apud Sua-
commu- rium, c qui Prælati inferioribus aliarum
nic. §. 5. Religionum concedit posse dispensare in
c Suarez. To. quibusdam, præceptis Ecclesiæ suos subdi-
4. de Relig. tos (quod certè ipsis Prælati convenit ex
tr. 10. l. 10. jure communi) at non Prælati inferioribus
c. 5. & ibi Societatis; nisi, ut dictum est, illis à
tr. 8. l. 2. Patre Generali fiat ejusmodi potestatis com-
c. 14. nu. municatio. Consultius ergo fecisset Juni-
15. perus, si Societatem ab illa doctrina excep-
d Delug. J. set, ut excepit Delugo, d Bardi, e Pelliz. alias
4. Respon. verò Religiones remisisset ad dispositiones
moral. d. suas.

28. 23. Dico denique quartò, sine solido fun-
e Bardi. in damento Quintanad. g dixisse. Superiores
seleff. l. 6. prædictos Societatis solum pro reservatis
qu. 19. commissis occasione sui muneris, seu, ut Su-
n. 9. perior est, non posse sibi Confessarium eli-
f Pelliz. gere, sed pro cæteris posse: sine solido, in-
tr. 6. c. 1. quam, fundamento: innitur enim in quadam
n. 63. & privata Epistola R. Pat. Claudii Generalis,
tr. 8. c. 1. sic, ut is Auctor putat, declarantis. Sed certè
nu. 71. P. Claudius, nec clare loquitur, ut ex ipsis
g Quinta- Epistolæ verbis, quæ idem Quintanad. l. c.
na. de poen. assert, cognoscere poteris, nec per privatum
singul. 23. responsum judicandus est P. Claudius vo-
n. 5. luisse ferre legem universalem de re tanti
momenti, & de qua tanta ratio habetur in
Societate.

Quæres, Potestne Rector v. g. qui est in
sine sui regiminis, dare facultatem absolvendi
à reservatis suo subdito, & deinde, regimine
abdicato, absolvi à dicto olim subdito suo à
reservatis, fortè commissis in tempore, vel
post tempus, quo regebat?

h Delugo Respondeo, Id universaliter de omnibus
de poen. Superioribus exagitat Delugo, h quæ res,
d. 19. a cum rara sit, sufficit hunc tibi Doctorem
nu. 4. indicasse.

CIRCA NOVITIOS.

Satis explicui suprà c. à nu. 5. quisnam
absolvere valeat Novitios à reservatis: quæ
ergo in hoc argumentum cadunt, illinc pete.

CIRCA ITER AGENTES.

24. De hac re in universum egi in Trac.
de Approbat. Confessar. & videri potest Suar.
i Quare illud dumtaxat, quod in hunc lo-
cum remisi, de quodam peculiari jure nostræ
Societatis superest explicandum.

CIRCA ITER AGENTES
in Societate.

25. Habe, in ipsa fronte hujus argumenti
verba Ordinationis nostræ hac dere sic dis-
ponentis.

26. De iter agentibus (ait) quando ad aliquem
Societatis locum divertunt, potest à reservatis
Ordinarius loci illius Confessor absolvere, aut,
si is haberi non possit, quilibet alius Societatis
Sacerdos approbatus, aut, si is quoque desit, etiam
externus.

27. In omnibus tamen his casibus cum one-
re, & obligatione, ut se sistant postmodum Su-
periori suo, ad quem ituri, vel redituri sunt,
eique, aut alteri de ejus licentia confitean-
tur. k

28. Si verò accadat ut aliquis tanquam hos-
pes sit in aliquo Collegio, diu tamen ibi moratu-
rus (puta spatio unius, aut alterius circiter men-
sis) si eo tempore in casum aliquem reservatum
incideret, poterit, ac debet absolvi à Superiore
illius loci, in quo est, vel de ejus licentia, tan-
quam si proprius esset ejus subditus, sine obliga-
tione sistendi se Superiori ejus loci, ad quem pro-
priè pertinet.

29. Hactenus Ordinatio. De qua multa
Suarez l. aliiq. Tu breviter nota Primò, s. Da
obligationem esse, ut iterum confitearis
peccata illa reservata, ut habet Ordinatio
numer. 27. allata. Neque obstat non posse
obligari quempiam ad confitenda bis eadem
peccata, non obstat, inquam, quia ad hoc re-
spondent variis modis prædicti Doctores, sed
planior est illa responsio, quam assert ex R. Vag.
Pat. Mutio Generali, Delugo, non posse qui-
dem ab alio obligari quempiam ad iteratam

Con-

Confessionem ejusdem peccati, sed postea se ipsum ad illam obligare, ut sit in casu nostro, in quo ipsemet poenitens se obligat, & quidem voluntarie; cum enim ipsi offeratur commoditas illius absolutionis, ea lege, ut voluntarie acceptet iterum idem peccatum confiteri; si ipse, ut ea commoditate fruatur, acceptet, voluntarie acceptat. Lege id apud

a Delugo l. Delugo § 1. c. larius.

c. n. 110. 30. Nota Secundò, etiam si Confessarius hunc poenitentem non admoneat de hac obligatione, ipsummet tamen, accedendo ad talem Confessionem, illaque fruendo, obligationem acceptare. Unde semper obligatur sub mortali (est enim res gravissima) illam ponere.

31. Nota tertio, prædictum Pat. Mutium explicasse apud Delugo l. c. non esse Societatis mentem, eam facultatem dare, quando subditus ex industria, eo ipso sine facit iter, aut alias iter facturus, ex industria Confessionem differt, ut possit in ipso itinere absolvi, Addit, nec posse etiam in itinere adire externos, cum adsunt proprii.

32. Nota quarto, hæc dicta esse de casibus reservatis. Quare, si dictus Poenitens iter agens, servando Ordinationem prædictam, confiteatur alia non reservata, non habet dictam obligationem resistendi Superiori, nec iterum ea non relig. tr. 8. servata confitendi, quia, quoad non refer. l. 2. c. 17. vata, non limitatur, ut detur Absolutio cum dicto onere.

33. Nota quinto, Castrop. c. qui etiam citat Suar. asserere, se propendere ad dicendum, nostrum, qui iter agit, quando moratur, etiam per breve tempus, ubi adest Confessor Ordinarius Collegii, in quo ipse moratur, non posse Absolutionem obtinere à suo socio, quamvis hic forte esset Confessor Ordinarius Collegii iterantis. Ratio est, quia prædicta nostra Ordinatio allata n. 28. præscribit, ut hospes absolvatur à Confessario Domus, quando is hospes in ea domo commoratur, etiam pro brevi tempore. Licer. ergo (ait Castropalaus) consuetudo obtinuerit, posse à tali socio absolvi alios Religiosos iter agentes, non tamen poterit Religiosus noster. Hæc ille. Scio Quintanadv. d. concedere posse, sed prædictam rationem nequaquam solvit.

34. Dices pro Quintanad. e stare duo

responsa Nost. Pat. Generalis, Ecce illa Primum. Si nullus sit inter eos (iter agentes) reliquorum Superior, & non nisi ad breve tempus v. g. octo dierum in alieno: Collegio moraturi sunt, possunt confiteri, vel Superiori illius loci, vel Ordinario illius, vel ei, cui ex nostris in itinere confitebantur. Lug. Prov. 1579.

Alterum. Quando duo Sacerdotes simul mittuntur foras, debent sibi invicem confiteri, nec possunt alteri, etiam de nostris in itinere forsitan occurrenti. Si per Collegium aliquod transeant, in eoque quiescant aliquot diebus, potest etiam unus alteri confiteri, licet non debeat. C. Tolet. 1628.

35. Respondeo, Hæc responsa particularia, nec nobis authentica, non posse prævalere supra Ordinationem publicam, & authenticam, sed juxta hanc debere illa reformari.

36. Petes, si prædictus in itinere absolutus à reservatis, deinde legitimum suum Superiorem, sive per se, sive per alium conveniret, & patefaceret reservatum in genere, reciperetque poenitentiam, vel remedia pro ut Superiori visum fuerit, sed obtineret remissionem obligationis iterum peccatum illud confitendi, securusne esset poenitens recipiendo ejusmodi remissionem, & Superior illam concedendo? Ratio dubitandi est, quia Ordinatio num. 27. allata præscribit iteratam Confessionem, quam hic poenitens in prædicto casu non ponit.

37. Respondeo, Quamvis id apud neminem legerim; puto tamen utrumque securum fore. Nam poenitens jam fuerat in itinere directè absolutus ab illis peccatis, & ex alio capite jam legitimus Superior remittit illi liberè eam obligationem iterum confitendi. Ipse autem Superior securus item erit, quia ejusmodi tota causa ad ipsum pertinet. Quare poterit prudenter judicare sic sufficienter Ordinationi satisfactum esse. Ita, inquam, puto, salvo meliori judicio, cui libenter me subijcio.

38. Denique habe hinc, & illud f. Rel. f. In prad. ponsum ad iter facientes pertinens. Respons.

Si inter eos (inquit) qui iter faciunt, sit V. Confess. Ordinarius eorum Superior v. g. Rector, Pro- §. 6. nu. 1. vincialis, potest in alieno Collegio audire & 6.

suorum subditorum Confessiones,

si velit.

S 2

§. II.

§. II.

*Prælatorum, & Confessariorum Regularium
potestas ab absolvendum Saculares.
Remissivè.*

a Lib. 3.
Meth.

Conf. 6. 7.

a Lib. 3. Meth. Conf. c. 7. **S**atis de hac potestate nos alibi *a* egimus. Quare unum tantummodo occurrat monendum. Ut, quamvis aliquando possint Religiosi Mendicantes absolvere nominatim excommunicatos pro foro Conscientiæ, modo ibidem à nobis explicato, non debeant tamen passim id facere, sed remittant Pœnitentem ad suum Episcopum, vel ejus licentiam exposcunt, nimirum, ne veniat in contemptum ejus Jurisdictionis. Quod si rationabilis adsit causa, ut, si nimis Episcopus distet, aut licentiam neget, tunc enim verò absolvi pro foro interno ejusmodi pœnitens poterit, si aliàs est dispositus, nec per ipsum stat, quo minus à suo Prælato absolutionem pro foro externo obtineat. Consonant huic monitioni ea, quæ de Bulla Cruciatæ dicuntur inferius. *b*

b *Infra c.*
13. nu. 19

CAPUT XII.

De Delegationē, seu potestate simplicis
Sacerdotis in casu necessitatis, ad
absolvendum.

Conceditur simplici Sacerdoti posse absolvere ab omnibus casibus, & excommunicationibus quomodocumque reservatis. Primò, in articulo, seu proximo, & probabili periculo mortis, & ex Castrop. & etiam dubio. Secundò, in impedimento perpetuo, quo pœnitens convenire Superiorem non potest. Tertiò, in aliqua alia urgente necessitate, & quidem cum quibuscumq; oneribus, ut mox explicabimus per suos paragraphos.

e Castrop.
lo. mox
citando.

§. I.

In Articulo, seu Periculo mortis.

1. **C**elchris est quaestio, an in dicto periculo poenitentis, quilibet, quamvis simplex Sacerdos valide, & licite possit eum

directè abolvere ab omnibus casibus, & ex-
communicationibus etiam ob hæresim con-
tractis ? nam non posse à suspensione, vel in-
terdicto, docemus omnes cum Delugo. d. d. Delugo.

Quod possit, absente legitimo Confessario (& quoad excommunicationes, quas dictus Sacerdos absolvere aliàs nequit, imponendo

onus comparandi, quod mox *e* explicabitur) *e* Moxi
numquam fuit dubium, ut videbis, at, hoc
præfente, maxime controvertitur inter Do-
ctores, & duplex est de more sententia.

2. Prima, quam cum multis, mox citandis, sequutus sum *f* alibi, & nunc iterum sequor, affirmat. Ratio potissima, & veluti Achilles nunquam evincendus, ducitur ex Tridentino, *g* sic absolute pronunciante.

Pie admodum, ne hac ipsa occasione re-
servatorum, aliquis pereat, in Ecclesia Dei
custoditum semper fuit, ut nulla sit re-
servatio in articulo mortis, atque adeo servat.
omnes Sacerdotes, quoslibet penitentes, à
quibusvis peccatis, & Censuris, absolvere
poterunt.

3. Quæ verba adèd sunt clara, ut nimis *Theol.*
immeritò Turrianus *h* dixerit, hanc senten- *dub. 27.*
tiam esse improbableem; saltem enim aucto- *i. Marti-*
ritas tot insignium Doctorum eam sequen- *de pejsse*
tium, tam valido Tridentini testimonio *c. 3.*
vallata, non debuit nota improbabilitatis in- *k. P. Hen-*
ni; Eam inter cæteros tenent Navarrus, Sâz, *de fide,*
Ledesma, Rodriguez, Vega, Henriquez, *d. 84. §.*
apud Marchinum, i Petrus *k* Hurtadus, a-
liique, quos refert Diana, *l* & Castropalaus, *l* Diana
m cum Barbosa, Sairo, Reginaldo, aliisque, *p. 77. c.*
quor refert Delugo, *n* quibus adde Verri- *Ref. 1. c.*
celli, *o* & Leandrum. *p*

4. Confirmatur Primò, quia Tridenti-
num non addit (si defuit copia legitimi Con-
fessarii) cur igitur non addere velimus? cum t.
solemnia sint illa axiomata: Ubi lex non d-
stinguit, nec nos distinguere debemus: Quod vo-
luit lex, expressit: Beneficium Principis, ubi nul-
lum est aliterius præjudicium, est late interpre-
tandum. Quæ sunt in favorem animæ, non sunt
restringenda.

Castropalaus loco citato, aliique plures, qui *Tr. 4*
nostram sententiam non sequuntur, adhuc *mor. 36*
nostram vocant probabilem. *p. Lact.*

6. Confirmatur tertio, quia negatio est depurantis naturæ omnia removens: cum *tr. d.* igitur Tridentinum dicat, nulla est reservatio.

tio, & c. omnem omnino, & in quibuscumque circumstantiis reservationem tollit pro illo articulo.

7. Confirmatur quartò, quia illud argumentum, quod pro hac sententia loco citato olim induxi, non probabilem solum eam reddit, ut ibidem dixi, sed, remelius considerata, reddit moraliter certam.

Argumentum autem breviter est hujusmodi. Non potest negari hanc sententiam nostram esse probabilem, ut fatentur ipse Castropalaus, a & sexdecim Doctores à Delugo b adducti, & plures à Verricelli mox citando: sed, in Jurisdictione probabili, sententia est communis, quod Ecclesia dat Jurisdictionem certam: ergo prædicta Jurisdictione non erit amplius probabilis, sed certa. Minorem hujus argumenti, præterquam, quod nos eam ex communi consensu firmavimus supra, c eandem probat ipse idem Castropalaus, d cui adde Verricellum, e & Dicastillum f afferentes Suarium, Lessium, Thomam Sanchez, Basilium de Leone, Coninck, Bonacinam, aliosque, qui omnes affirmant, operantur ex opinione probabili, qua scilicet quis probabiliter judicat, se habere Jurisdictionem, statim de facto ab ipsa Ecclesia Jurisdictionem certò conferri. Hoc argumentum latius, & cum magna contentione prosequitur, idem Verricelli loco citato.

8. Sed jam secunda sententia negat, eam enim amplam potestatem pro illo articulo arctat ad eum solum casum, quo legitimus desit Confessor, vel si adsit, non sit Confessionem audire. Ita tenet Sanchez g citans Rosellam Sylvestrum, Armillam, h. 2. in de- Covarruvias, Cathéchismum Pii V. Gra- cal. c. 13. fium, Guttittes, Zambranum, Sotum, num. 7. Suarez, Valentini, Molinam, Azor, alios- h Delugo que. Ita etiam Bonacina, Coninck. Oco- d. 18. de gavia, quos citat, sequiturque Delugo h loco pan n. 24 citato. Ita tenet etiam Castropalaus, i alios i Castrop. citans.

9. Tria nihilominus concedunt nonnul- d. 4. p. 3. §. li & ex sectatoribus hujus secundæ senten- 5. n. 9 alios tix, Primò, si mori proximis, labo- citans: rans casibus, vel excommunicationibus re- k Cui Sane. servatis, non possit personaliter conventre porentem absolvere ab his, ipsum non ten- neri per literas, vel Nuntium ab eo petere facultatem, ut absolvatur, quia id nimis est grave, & afferre periculum infamix: qua-

rè tunc poterit absolvi à quocumque simplici Sacerdote.

10. Secundò, nec eundem teneri sumere Bullam Cruciatæ, ut sic possit à dictis reservatis absolvere, quia hoc est medium extraordinarium.

Tertiò, si quando dubitatur, an possit adesse Confessarius legitimus, tunc posse simplicem Sacerdotem, morti proximum à dictis reservatis absolvere; quia in ejusmodi dubio præsumitur Ecclesia Jurisdictionem illi Sacerdoti conferre. Quod si superveniat legitimus dictus Confessarius, poterit nihilominus simplex Sacerdos Confessionem inceptam finire, & Absolutionem impendere, quia causa jam coepta est.

11. Porò plurimæ afferuntur rationes pro hac secunda sententia, quas invenies præcipue apud Delugo. & Castropalaum citatos. Ego duas, quæ sunt difficiliore hie proponam, & solvam, cæteras quilibet medioeriter in Theologicis versatus poterit, ut mihi videtur, facile diluere.

12. Prima ratio, quam affert Delugo, ut ejus vis appareat, sic induci potest. Nullus, quamvis in articulo mortis, (nisi sub onere se præsentandi Superiori, vel ejus legitimo Delegato, cum primum potest) absolvi valet ab excommunicationibus reservatis (nam in casibus, quamvis reservatis, non urget hoc onus, ut mox dicetur) ergo supponit Pontifex non posse pœnitentem, se antea præsentare. Ergo, si est Superior, vel ejus Delegatus præsens, cui se pœnitens præsentare possit, obligabitur se ipsi præsentare, ergo cessat in alio simplici Sacerdote potestas eum pœnitentem absolvendi.

13. Respondeo, Distinguo primum consequens. Supponit Pontifex pœnitentem, se non potuisse præsentare, tanquam necessarium ad hoc, ut detur simplici Sacerdoti potestas, sive facultas absolvendi in articulo mortis, in dicto casu, negos supponit Pontifex tanquam id, quod communiter accidere solet, concedo consequentiam.

14. Deinde concedo secundam consequentiam, sed nego prorsus tertiam. Causa enim, unde Ecclesia cum Tridentino mora est ad concedendum simplici Sacerdoti ejusmodi potestatem, fuit quidem periculum, quod communiter, & de fa-

cili potest, & solet esse, sed tamen illam absoluit, & in omnibus casibus concessit, ut vidimus in textu Tridentini nihil limitantis; & fortasse, neque illa facilis absentia fuit causa ad aequata concessionis dictæ, sed insuper fuit facilitas, & summa commoditas, atque libertas eligendi quemcumque Sacerdotem, quam in tanto illo periculo voluit pia Ecclesia offerre morientibus. Moribundus ergo excommunicatione reservata alligatus, si præsentem habeat simplicem Sacerdotem, & insuper habeat præsentem Superiorem, poterit absolvi à simplici, sed debet, se præsentare Superiorem, non ut accipiat Absolutionem, quam jam legitime obtinuit, sed ad subdendum se remediis, vel poenitentia, quæ imponere velit Superior, id enim est se præsentare, ut omnes docent, & nos paulò inferius a explicabimus, quod certe diversissimum est ab absolvi.

a Infra § 4. à nu. 2.

15. Audi quendam Doctum Theologum, asserentem, esse inter Doctores controversum, an simplex Sacerdos possit, præsentem Superiorem, absolvere peccata reservata, at nullam esse controversiam, nec diversitatem opinionum circa Absolutionem excommunicationum reservatarum, sed esse certum, quod harum Absolutio, si possit haberi à Superiore, vel ejus legitimo Delegato, non possit obtineri à quocumque Sacerdote; & ratio, dicebat, est, quia hic poenitens tenetur, cum primum potest, se præsentare Superiorem, at, illo præsentem, potest, ergo ab illo absolvi debet. Verum facile negatur consequentia, transit enim ab obligatione præsentationis ad Absolutionem, quæ longè sunt diversæ, ut dictum est.

b Castrop. T. I. tr. 4. d. 4. § 5. num. 8.

16. Præterea, quando Castropalaus b dixit, nostram opinionem esse probabilem, signatè loquutus est, tum de peccatis, tum de excommunicationibus reservatis. Ecce ejus verba.

Dubium est, an pro articulo, vel periculo mortis simplex Sacerdos possit præstare dictam Absolutionem, præsentem proprio Sacerdote, vel Superiore, cui casus sunt reservati? Affirmant plures, tam de Absolutione peccatorum, quam Censurarum, & sic tenet Navarrus, Sà, Henriquez, Manuel, Barbosa, Sairus, Reginaldus, &c.

Hæc ille. Qua veritate ergo potuit Doctus ille Theologus asserere, circa Absolutio-

nem excommunicationis non haberi opinionum diversitatem?

17. Jam verò secunda ratio, quam ibidem affert Delugo, sic formari potest. Tridentinum loco citato non condidit novum jus, sed retulit id, firmavitque, *Quod custoditum hæcenus fuit ab Ecclesia Dei*, Sed ab Ecclesia semper custoditum fuit, ut præsentem proprio Confessario, simplex Sacerdos non absolveret moribundum, ergo, &c. Major continet verba Tridentini. Minor probatur, ex tribus testibus Sacrorum Canonum, in quibus agitur de Absolutione moribundi. In primo e enim dicitur, *Eam posse dari à quocumque Sacerdote, si absit Prælati Ordinarius*, In secundo d sic habetur. *Presbyter non reconciliat poenitentes, nisi, absente Episcopo, ultima necessitas cogat*. In tertio e declarat Pontifex *Poenitentes posse absolvi in certis casibus, si haberi nequeat recursus ad Episcopum, vel Pontificem*: Ergo (infert Delugo num. 8.) declarat, si ejusmodi recursus dari possit, illos poenitentes absolvi non posse ab inferiori?

c C. si quicumque Sacerdote, si absit Prælati Ordinarius, bet 26 q. d C. Presbyter non reconciliat poenitentes, nisi, absente Episcopo, ultima necessitas cogat. 22. q. 6. e In excommunicationibus, si haberi nequeat recursus ad Episcopum, vel Pontificem, cunctis. De Privilegiis.

18. Respondeo, Daremus certè majoris, si vera esset Major, & Minor hujus argumenti, aunc verò cum falsum aliud assumant, negatur omnino consequentia. Discurramus de Minore, mox de Majore.

19. Dico Minorem esse falsam, si loquutio sit de Absolutione Sacramentali, de qua nostra est disputatio. Uno enim verbo assero in citatis testibus agi de poenitentibus ex publica poenitentia; admodum in veteri illa ætate usurpari solita, ut expendens tres præcitatos textus clarè videre poterit accuratus lector. Et miror voluisse aliquos nostram responsionem, impugnare, fatentes, eos textus loqui de poenitentia publica, sed addentes, eandem esse, quoad hoc, rationem publici, & occulti. Miror, inquam, cum enim Sacramentalis Absolutio tendat ad internam, atque invisibilem reconciliationem cum Deo, & in ordine ad vitam æternam consequendam, reconciliatio autem illa publicè poenitentium tendat ad ædificationem externam, & satisfactionem exhibendam visibili Ecclesiæ (ut inter cetera alia discrimina tacem) eas Absolutiones esse valdè diversas, vel cæcus videret. Merito igitur pia Mater Ecclesia voluit Fidelibus maximam se Deo reconciliandi fa-

2 In Con. e. 5. in n. cal. §. 4. 39.

di facilitatem offerre in eo mortis periculo, undè proximè pendet æternitas, quam facilitatem concedere pro illa externa reconcilia- tione, nec laboravit; nec erat conveniens.

20. Discutamus nunc de Majore. Dico, illud, quod in dicta Majore affertur (*id concedit Tridentinum, quod custoditum antea semper fuit in Ecclesia Dei*) Dico, inquam, esse falsum. Tridentinum enim non dicit se concedere, *Quod custoditum semper fuit in Ecclesia Dei custoditum semper fuisse, nullum esse, in articulo mortis, reservationem*, quod certè, ut ex se patet, satis diversum est. Immo ex hoc Tridentini pronuntiatio confirmatur maximè, quia dicta sunt in præcedentibus, puta, eos textus loqui de reconciliatione publici pœnitentis; si enim loquerentur de Sacramentali, nullo modo Tridentinum poterat absolventè, & sine addito pronuntiare, custoditum semper fuisse in Ecclesia, ut pro articulo mortis, nulla sit reservatio.

EXPLICATUR ILLUD (A QUOCUM- que Sacerdote.)

20. Etiam nunc ergo excommunicatus, suspensus, interdictus, irregularis, hæreticus, schismaticus Sacerdos, poterit tunc absolvere modo dicto, &c?

21. Respondeo. Ita, quoad validitatem, quia id significat illa amplissima vox Tridentini, (omnes Sacerdotes.) Quoad licitum verò usum, nimis certum est, te, quamvis constitutum in mortis periculo, si adsit, vel adesse non diffuculter possit bonus Sacerdos, hoc est, prædictis impedimentis non irretitus, non posse petere Absolutionem ab Excommunicato, suspensio, &c. quia nulla tunc te cogit necessitas, ut coopereris cum illorum peccatis, modo explicato in nostra Methodo a communionis: At, si bonus haberi nequeat, tunc, præscindendo ab alio inconvenienti, licitum erit, nam te extrema illa necessitas excusat à peccato, quod alias esset in ejusmodi cooperatione, ut ibidem diximus in simili. Inconveniens autem illud certè esset, si communicando v. g. cum hæretico, videaris approbare ejus errorem, seu sectam: Lege §. 4. citatum Methodo Communionis.

EXPLICATUR, QUID SIT PERICULUM, seu articulus mortis.

22. Periculum, & Articulus in hac re, sic explicat Dicastillus. *b Pro eodem reputatur b Dicastil. periculum, & articulus, quando mortis pericu- de pœn. d. lum est propinquum, & verum in fieri, non au- 10. n. 409 tem, quando sere certum est, mortem diutius esse differendam, quo tempore potest occurrere oportunitas habentis facultatem legitimè absol- vendi. Hæc ille, qui deinde num. 411. tunc approbat posse absolvi damnatos in tiremi- bus, ut in articulo mortis, quando debent pe- riculosum mare transire, aut non esset aptus Sacerdos, aut haberi à tali damnato de facili non posset: Infero ego, non igitur omnes re- migantes, ut putant minus bene aliqui apud Dianam. c*

23. Pergit Dicastillus ibidem. *Plura sunt 11. Tr. 3. alia pericula, qua arbitrio prudentis potius, quam res. 2. certa regula designari possunt; ut, cum quis in morbum periculosum incidit, qui majore ex parte mortem solet asferre; aut iter agit expositum pradamibus, occidere solentibus, vel curationem alicujus morbi aggreditur, qua periculosa esse so- leat. Hæc ille.*

24. Hinc non judico, in articulo, seu pe- riculo hoc existere eum, qui tertiana simplici febre laborat, vel simili, quia non solet hæc majore ex parte mortem asferre.

25. Contra, in dicto periculo constitutos judico.

I. Damnatos ad mortem violentam, ipsis de proximo infligendam.

II. Navigantes, non semper, sed solum, quando incipit gravis tempestas, vel in casu modo dicto n. 22. de damnatis ad tiremes.

III. Milites, etiam spontaneos, quando proximum est periculum, ut notat Layman. d d Laym. l.

IV. Prægnantes sub partu quando expertæ s. tr. 6. c. sunt difficilem alias, & periculosum partum, 13. n. 19. & fortasse etiam omnes Puellas primi partus, Verr. His & per Castropalaum, e etiam illas, quæ ex adde. complexione delicata, vel aliundè, prudenter, e Castrop. periclitari timent. Non igitur omnes partu- l. mox ci- rientes, ut aliqui putant apud Dianam loco tando. citato.

V. Eos, qui timent insaniam de proximo, seu se amissuros usum rationis.

VI. Eos, qui serviunt peste infectis.

VII. Eos,

VII. Eos, qui febris, quam vocant Malig-
nam, vel simili periculosa, laborant.

VIII. Eos, quorum capita sunt proscrip-
ta, id est, qui impune possunt ab omnibus occi-
di, nec in loco sunt tuto v. g. non sunt in re-
gione distant, vel diversi domini, nam tunc
non essent in periculo vite.

IX. Eos, qui iter faciunt inter grassatores,
seu latrones, qui quoslibet occidere consue-
verunt, ut modò diximus ex Dicastillo.

X. Eos, qui capitalem inimicitiam cum a-
liquo habent, à quo timent, se esse facile occi-
dendos. Lege Layman citatum, & Castrop. *a*
t. i. tr. 4. d.

26. Nimis ergo rigidè loquutus, est Va-
sentia *b* apud Th. Sanchez in Decalogum,
num. 4. (cui adde Sorum, & Covarruviam, ibideni
b. Sor. Val. citatos) dicens nomine articuli mortis intel-
ap. Thom. ligi illud tempus, quo instat inevitabiliter
Sanch. in mors. Nimis, inquam, rigidè, nam intelligi-
Decal. lib. tur etiam periculum probabile, sed verò pro-
2. c. 3. n. 1 ximum, mortis; ut rectè probat Gaspar *c*
c. Gasp. Hurtadus, aliique, ex eò, quod Canones
Hurt. d. hac de re loquentes, modo utuntur voce (ar-
10. de pan. ticuli) modo (periculi.) Et sanè, sicut obliga-
diff. 9. tio, seu præceptum confitendi mortalia ur-
d. Delugo get, non solum in stricto articulo, sed etiam
de pan. d. in proximo probabili periculo mortis, ut
18. n. 21. communiter docetur, ita concedi prædicta
facultas debuit omnibus Sacerdotibus, ut fa-
cilius Fideles dictam possent obligationem
adimplere.

27. Tandem huc faceret quæstiuncula il-
la, an merus Clericus in Minoribus, vel etiam
Laicus possit absolvere ab excommunicatione
constitutum in articulo mortis. Verum id

c. In Tract. e alibi non admittimus.

de excom.

c. 8. §. 4.

n. 32.

§. II.

*In impedimento perpetuo, vel longi
temporis.*

28. Quando quis est ita impeditus, ut mo-
raliter ante mortem non possit, per-
sonaliter (nam non obligari per Nuncium su-
pra §. præcedente nu. 8. dictum est) confuge-
re ad Pontificem, vel ejus Delegatum, potest
absolvere à casibus, & excommunicationibus
reservatis per Confessarium approbatum, &
hoc deficiente, per simplicem Sacerdo-
f. Mox §. 4. tem, cum onere comparendi, mox *f* ex-
à nu. 2. plicando.

29. Ut id clarius fiat, sciendum est jura
loquentia de excommunicatione contracta,
ex percussione Clerici, disponere, ut ii, qui *g. C. Ma-*
hanc, etiam publicam, & enormem, contra-
xerunt, si adire Pontificem, vel ejus Delega-
tum non possit, possint ab Episcopo cum di-
cto onere mox explicando, absolvi. Intellige, *vis c. Di-*
in utroque foro, quia in prædicto casu jura *g. c. De*
non se restringunt ad aliquod forum in par-
ticulari. *sent. Ex-*

30. Nonnulli autem asserunt Episcopos
habere hanc auctoritatem jure Delegationis,
ut insinuat Pellizzarius: *b* Nonnulli i verò, *C. De Ma-*
cum quibus ego sentio, jure ordinario, ut dixi *De sent.*
suprà *k* in simili. *excom.*

31. Dixi (vel ejus Delegatum) nam si
posset adire ad Regulares, qui haberent po-
testatem delegatam à Summo Pontifice ab-
solvendi reservata Pontificia, prædicta, non
posset absolvi ab Episcopo, quia, tunc jam
cessat impedimentum, ut tenent Delugo, *l. Conf. 24.*
Leander, & alique. Quamvis benignius Co-
ninck *n* teneat, in hoc casu, quo ad hunc Regu-
lares Delegati, adhuc posse illos impeditos *k* Sup-
absolvi ab Episcopo, quia, constante impe-
dimento adeundi Pontificem, statim Epis-
copo restituitur ejus ordinaria potestas ab-
solvendi illas excommunicationes, quæ fue-
rant ipsi ablata per reservationem. Ita etiam
Dianam, Leander autem dicit, hanc esse pro-
babiliorem sententiam, licet præcedentem pro-
babiliorem.

32. His præmissis, assero, quamvis præ-
dicta disponantur à Sacris Canonibus pro
Excommunicatione ex percussione Clerici
contracta, tamen intelligi item de omnibus
aliis casibus, seu excommunicationibus Papæ
reservatis, etiam in Cœna Domini, etiam ob
hæresim. Ita Suarez, *p* alique. Et quoad
Hæresim, contra Sanchez, *q* Ratio est, quia
eadem ratio concessionis militat in omni-
bus. Unde Regula Generalis hæc formetur.
Quilibet impeditus perpetuo, seu longè tem-
pore, in quo prudenter timet de morte, an-
tequam habeatur, qui, de jure ordinario, vel
Delegato, valeat eum absolvere, potest Ab-
solutio nem de prædictis directè ab Episco-
po obtinere, quia is reputatur, ac si esset in
periculo mortis, sub hac tamen lege, ut, qui
fuit absolutus, ab excommunicatione reser-
vata Summo Pontifici, si deinde adire ad
ipsum

a Bonac. ipsum habeat, vel ad ejus Delegatum, debeat
de Conf. in coram illo comparere, ut mox universaliter
parat. d. 1. explicabitur §. 4.

33. Quid si haberi Episcopus nequeat, pos-
setne in prædicto impedimento perpetuo, vel
longi temporis Absolutionem de his obtine-
re poenitens à Parocho, seu à quolibet legiti-
mo Confessario, & hoc deficiente, à quocum-
que Sacerdote?

34. Respondeo, Negant a multi, quia præ-
dicti textus solum concedunt, ut in prædictis
impedimentis adeatur Episcopus, nihil de
aliis Confessariis. Multi tamen non minus
probabiliter, in foro tamen conscientiae, &
na lib. 3. §. quoad excommunicationem, cum prædicto
onere mox explicando, concedunt, quia re-
servatio, quæ est instituta ad bonum animæ,
in eius damnum surgeret, nisi sic eos textus
interpretemur. b

35. Ex his diluitur illa difficultas. An sicuti
Episcopus potest hunc impedimentum absolvere
à Papalibus, sic Parochus, vel quilibet Con-
fessarius possit absolvere à casibus, vel excom-
municationibus, Episcopo fortè reservatis
eum, qui habet modò dicto impedimentum,
quo confugiendi ad Episcopum aditus non
datur?

36. Respondeo, Et id etiam plures e-
gant, quia Sacri Textus illud concedunt ob
difficultatem adeundi ad Pontificem: at ac-
cessus ad Episcopum solet esse facilius; nihi-
lominus etiam plures e satis probabiliter, in
eodem foro Conscientiæ, & cum oneribus
mox declarandis, concedunt, propter ratio-
nem modo dictam; cum enim reservatio sit
d. 30. §. 3. odiosa, non debet in damnum animarum
n. 10. sine vergeret, ut certè, si secus dicere vellemus,
Alter. 1. vergeret in hoc casu.

37. Sed, quæso te, quænam in particulari
sunt impedimenta, quæ specialiter sufficiunt
ad hoc, ut Episcopus ejusmodi excommuni-
cationes Papæ reservatas, etiam publicas, ab-
solvere possit? Quod est petere, Quando nam
prudenter judicandum sit, prædicta impedi-
menta esse perpetua, vel longi temporis, ita,
ut moraliter constet, non posse ante mortem

1. q. 1. artic. 9. n. 1. C. Alte. Duar. ll. c. De lugo de poen. d. 20.
n. 22. §. Suar. l. c. n. 12. d. Castropal. Duar. Bossius ll. cc. Gran.
m 3. p. controuv. 7. tr. 10. d. 7. alique apud Dianam p. 9. tra.
7. ref. 16. Lorth. l. c. expresse advens etiam hæref. quancum-
que cum Castrop. contra Sanc. &c.

Tamburinus de Sacramentis.

absolvi à legitimo Superiore?

38. Respondeo, Præter periculum mortis,
quod pertinet ad doctrinam §. præcedentis,
est.

II. Infirmitas longa, etiam periculosa nunc
non sit.

III. Paupertas: ut si Romam non nisi
mendicando ire deberet is, qui mendicare
non solet.

IV. Ætas senilis, seu puerilis; immò, si con-
traxisset quis excommunicationem ante pu-
bertatem, ejusque absolutionem, peteret post
pubertatem, posset Episcopus absolvere.

V. Fragilitas sexus, id est, esse mulierem cu-
juscumque conditionis.

VI. Astrictus alteri: ut filius familias vel
servus, quando sine præjudicio Domini Pa-
pam adire nequit.

VII. Cura animarum, vel temporale domi-
nium, quando rationabiliter timetur, ne o-
ves, Vassalli damnum patiantur.

VIII. Debilitas in viris delicatis, qui judi-
cantur non posse ferre itineris labores.

IX. Quodlibet aliud impedimentum quod T. 1. tr. 4.
prudens judicio legitimum putetur. Hæc d. 4. p. 3. §.
cum citationibus Sacrorum Textuum habes §. a nu. 3.
collecta apud Leandrum, a & apud Dianam, b d Sanc. de
inter quæ adnumerant meritò alii inimicitias matr. l. 2.
graves, quæ impediunt iter, necessitatem suc-
currendi familiæ, vel parentibus, retentione
in carcere, in trinemibus, in Claustro, obliga-
tionem exercendi munus publicum, quod il-
lud iter non permittat, si munus relinqui sine
gravi detrimento non valeat, & similia, quæ e
etiam habes apud Suar. & aliosque.

39. Quæres: Sicuti Episcopus per se potest
absolvere in prædictis necessitatibus, & im-
pedimentis recurring ad Pontificem, potest
ne etiam ejus Vicarius Generalis?

Respondeo, Ex commissione Episcopi, nō nam p. 9.
est dubium; cum enim hæc potestas Episco-
po conveniat ratione dignitatis, potest illam
alteri, quamvis non Vicario Generali, delega-
re. At, in ex ipsa constitutione Vicariatus hæc
potestas absolvendi (ut etiam dispensandi) inf
casibus necessitatis conveniat Vicario, major enim
est difficultas. Certè mihi, & aliis negandum Dianam
e videretur, quidquid alii nimis indulgenterg Supr. c.
concedant. f Ratio est, eadem, immò major, 10. §. un.
quam innuimus supra. g Lege Dianam h idē nu. 10.
dicentem de Confessario electo per Bullam h Diana
Cruciata, & de Regulari privilegiato: h ibid.

T

enim

enim non possunt extendere privilegia absolvendi, vel dispensandi, quæ habent, ad illos casus, ad quos Episcopi potestas extenditur ratione dictæ necessitatis, &c.

Ejusmodi absolutum ab Episcopo, vel modo dicto ab ejus Delegato, quando non est recusus ad Pontificem in dictis excommunicationibus reservatis publicis, debere se præsentare Pontifici, vel ejus Delegato in iis casibus, in quibus impedimentum fortè cessaret, ut si pauper fieret, dives, &c. (excepto impedimento impubertatis) rectè notat Hurtadus, & nos supra indicavimus, atque infra b universaliter norabimus.

40. Præterea prædicta impedimenta, quæ sufficere dicimus Episcopo; ut absolvat pœnitentem à reservatis Summo Pontifici, sufficiunt etiam proportionaliter, in foro tamen interno, & cum oneribus mox explicandis, ut deficiente Episcopo, possit alius Sacerdos absolvere, ut diximus n. 35.

§. III.

De Necessitate alia urgenti.

1. Potest evenire, ut non sit perpetuo quis impeditus, nec longo eo tempore, in quo non sit habiturus Confessarium legitimum, sed tamen aliqua interim urgeatur necessitas.

2. Quare inquirimus, quid tunc agendum ab eo, qui, & alia peccata non reservata habet, & casibus item; vel excommunicationibus reservatis, etiam ob hæresim & contractis, fortè laboret; potest autem ex illa necessitate directè à non reservatis, & à reservatis indirectè absolvi ab Ordinario Confessario cum onere se præsentandi, iterumque peccata illa reservata ritè confitendi. Scimus enim (quidquid aliqui sentiant in oppositum) non posse directè, quia ille Confessarius, qui supponitur præsens, caret Jurisdictione pro reservatis, ut clarius mox n. 4. explicabimus.

3. Dico, de tota hac quæstione me disputasse in Methodo à Communionis, ubi ex sententia probabiliter affirmavi, posse, & addidi duos alios modos, quibus uti valeris, qui in necessitate dicta positus caret Confessario potente à reservatis absolvere, quæ hic non sunt cum Lectoris molestia repetenda. Qualis autem debeat esse necessitatis gradus,

sive ex notabili infamia, sive ex alio gravi detrimento procedens, ibidem distinctè declaravi.

4. Illud discrimen clarius hic est explicandum: nam supra docuimus, in articulo mortis, & in impedimento perpetuo, non adesse onus comparendi coram Superiore, quando quis per inferiorem absolvitur à casu reservato, sed solum, quando absolvitur ab excommunicatione, quæ inferior absolvere nequit. At quando quis sequens hanc sententiā probabiliter, ab inferiori, vel simplici Sacerdote absolvitur, propter urgentem necessitatem aliam, v.g. ne incurrat notabilem infamiam, ni communicet, unde vult præmittere modo dicto Sacramentalem Confessionem, semper debet postea se sistere Superiori, vel ejus Delegato, nec solum, ut accipiat pœnitentiam, vel remedia suorum peccatorum, sed, ut absolvatur, tum ab illis casibus, tum ab illis excommunicationibus, quas ille inferior non poterat absolvere.

Ratio autem discriminis est, quia in nostra sententia pro articulo mortis, & pro illo impedimento perpetuo, quod mortis articulo æquivaleret, Confessor ex Tridentino habet plenam Jurisdictionem, unde absoluit directè pœnitentem; solum pro excommunicatione, quam extra illum articulum absolvere is non potest, debet dictus pœnitens ex peculiari Sacrorum Canonum dispositione quam explicabimus §. 4. n. 2. comparere coram Superiore ad suscipienda remedia, &c. At in casu alterius urgentis necessitatis, cū Confessor ille nō habeat plenam Jurisdictionem, sed solum, propter ejusmodi necessitatē, concedatur, posse dimidiari Confessionem, in hoc, inquam, casu, Confessor pœnitentem absolvit indirectè à reservatis, & non absolvit ab excommunicatione, quam absolvere non potest, quia caret Jurisdictione, ut supponimus: unde in dicto pœnitente remanet obligatio, subdendi clavibus illa peccata, & obtinendi Absolutionem ab illa excommunicatione.

5. Scio, esse alias sententias de hac necessitate iteratæ Confessionis, ut videre est apud Quintanad. & Delugo, f sed hæc nostra planior est, tutior, & in praxi omnino servanda.

6. Scio etiam, alicui posse in mentem venire (ut innui in parenthesis, quam interpo-

*fui num. 2.) non esse ejusmodi onus confitendi iterum dictos casus reservatos: Sed fuisse a nostris Ordinationibus prohibendum, ne id doceatur, etiam scio, prohibeatur enim *nat. pro* *stud. super* hac propositio.*

Propos. 23. *Li. qui à reservato peccato, pro tali cognito, ex necessitate aliqua indirecte est absolutus, non tenetur deinceps se Superiori sistere, nec per se, nec per alium, sed manet simpliciter absolutus, & sine ullo onere quarendi directe à reservato Absolutionem.*

Quæres, cur additur illud (pro tali cognito) supra c. 10? Respondco, Ob ea, quæ dicta superius sunt.

7. Inquires hac occasione, si pœnitens bona fide à te Confessario inferiore, seu Sacerdote simplici modo dicto, sed nulla urgente necessitate accipiat Absolutionem, ad quam dandam ipse Jurisdictione caret, ut supponimus, valide erit Absolutio: Respondeo, si omnia peccata, quæ pœnitens aperuit, sunt reservata, certum est, esse invalidam, quare cum id advertet pœnitens, dedebit iterum ea omnia legitimo Confessario subdere: Ratio est manifesta, quia Confessarius ille inferior non habebat Jurisdictionem ullam circa hujusmodi peccata, quæ omnia supponuntur esse reservata, ergo validum Sacramentum Pœnitentiæ facere, quacumque tandem bona fide posita, non potuit.

8. At, si cum peccatis reservatis aperuit pœnitens alia non reservata mortalia, vel aliqua venialia cum legitimo dolore, invalida erit Absolutio ex Valq. apud mor citandos, quia (inquit) Confessarius non habet potestatem dimidiandi Absolutionem sine necessitate, quam hic non adesse, supponimus. Sed valida erit ex Suar. quia, inquit, cū tunc Confessor polleat Jurisdictione ab aliqua, illa absolvet directe, indirecte, alia: Nam propterea errore detecto, iterum hæc indirecte absoluta subdenda erunt legitimo Confessario, ut directe ea absolvantur, non verò alia, hæc enim alia ob bonam fidem Confessarii, & Pœnitentis, rite fuerunt, & directe absoluta, quia ad illa, ut supponimus Jurisdictionem habebat Confessarius, Dimidiatio autem illa materialiter solum se habet, nō formaliter, quod integritati Confessionis non obstat, docetur communiter in Tract. de Pœnit. Utramque sententiam probabilem esse cenſeo.

9. Si Confessor in posteriore hoc casu pœ-

nitentem absolvit mala fide, id est scienter, illud sacrilegè se gerere certum est, quia sine necessitate Confessionem dimidiat. Verum tu, si bona fide processisti in recipienda Absolutione, uti doctrina, numero præcedente allata, potes. Cum contrà, si mala fide, hoc est scienter id aliquando facias, quia peccabis actualiter, unde indispositus ad Absolutionem accedes, nulliter illam recipies.

OCCASIONE PRÆDICTORUM

Quærimus consequenter, an aliquando in nostra Societate sine ulla necessitate, possit quis per inferiorem absolvi à reservatis.

10. Cum in præcedentibus dictum sit, ut quis per inferiorem absolvatur à reservatis, requiri necessitatem illam, quæ sufficiat ad dimidiandam Confessionem, quamque distinctè me explicasse, dixi in Methodo communionis l.c. oritur mihi dubitatio. An circa hoc aliqua peculiari concessione gaudeant Nostri Societate Religiosi: Et quidem gaudere, quando iter facimus, certum est, eo modo, & in iis circumstantiis, quas supra c. moravimus: in qua concessione nulla fit mentio necessitatis, sed solum Carentiæ proprii Confessarii, seu Superioris, licet cum onere se præsentandi, &c. At estne alius casus, præter prædictum itineris?

11. Esse videtur primo aspectu ille alius, quando abest à Collegio, vel Domo Superior, & vult quis communicare. Sic enim videntur concedere illi, d. Theologi, quos d. Inma- peritos nostri inſtituti appellavimus in Superioribus.

Si quis, inquit, Superiore occupato v. g. habeo V. vel absente ad horam, lapsus sit in casum reservatum, & inſter tempus celebrandi, vel communiciandi, & inſuper iustam ob causam nolit comparere Ordinario, non potest ab alio valide absolvi. Quare quæſito aliquo titulo, differenda potius Celebratio, vel Communio, usque dum conveniri possit, qui habet auctoritatem. Alioquin potest talis absolvi ab Ordinario cum onere comparendi.

Et alibi.

Absente Rectore, non habet Minister facultatem absolvendi à reservatis, nisi ei specialiter concessum sit, quod non expediat fieri, maxime, ſente Superiore ad paucos dies dumtaxat. absit: Potest enim

T 2

quis

quis confiteri Ordinario cum onere se sistendi Superiori.

12. Vides, nullam fieri mentionem necessitatis, sed solum absentiae Superioris? Quare videtur Pat. Generalis in praedictis casibus concessisse Ordinariis Confessoribus auctoritatem absolventi a reservatis cum dicto onere, sicuti concessum est pro iter agentibus.

13. Dixi (*videtur*) Nam ego ita esse nequaquam puto. Primo, quia haec responsa doctorum peritorum, seu cuiuscumque sint, non habent in Societate vim universalem legis; fuerunt enim data juxta varias circumstantias, quae pro tempore occurrebant, eaque particularibus Provinciis. Et sane verosimile non est. Societatem, seu Praepositum Generalem voluisse eam tanti momenti facultatem omnibus per rescripta haec privata, concedere.

Secundo, quia pro iter agentibus adest expressa instructio pro tota Societate, atque in nostris Ordinationibus, & Decretis inserta, quae non est de dictis casibus, de quibus certe facta fuisset mentio in dictis Ordinationibus, si Societas ad eos concessionem aliquam voluisset extendere.

Tertio, quia in his responsis, nec explicitè, nec implicitè conceditur ejusmodi facultas, nulla existente necessitate, nec colligitur ex modo loquendi ipsorum, ut contra, clarè dicitur in casu de iter agentibus. Credibile ergo sit praedicta responsa supponere id, quod Doctores semper supponunt, ad dimidiandam Confessionem, debere adesse necessitatem urgentem communicandi, non igitur, illa non urgente poterit.

§. IV.

Tres conditiones requisitae, ut quis legitimè ab excommunicationibus reservatis absolvatur ab inferiore, in casu periculi mortis, impediendi perpetui &c.

Eiusmodi tres conditiones, quae, praeter ceteras communes, hic requiruntur, haec sunt Promissio de comparando: Promissio de stando mandatis Ecclesiae: Satisfactio partis. Quamvis autem earum aliqua necessaria interdum etiam sint pro Absolutione excommunicationis non reservatae, tamen, quia maximè requiruntur pro reservatis, hic

proprius est locus illas omnes universaliter explicandi; quod jam separatim praesto.

PRIMA CONDITIO.

Promissio de comparando.

2. Cum quis, ob periculum mortis, vel impedimentum perpetuum, longive temporis, juxta ac dictum in praecedentibus est, absolutus ab excommunicatione reservata per Sacramentum, vel per alium, non valentem eam excommunicationem absolvere, debet promittere, & ad id Sacerdos poenitentem obligare, ut cum primum commodè poterit, quando nimirum forte convalescet, vel desinet impedimentum (id quod morali modo, juxta conditiones personae, loci, temporis est judicandum) compareat coram Superiore, non ut accipiat absolutionem, jam enim in illo periculo eam accepit, sed, ut, vel poenitentiam, vel remedia ab ipso habeat de commissio delicto; idque, sub poena reincidentiae, id est, si non compareat, praeter peccatum inobedientiae in re gravi, reincidat in eandem, hoc est, in similem excommunicationem, à qua fuerat absolutus, ut latè explicat Delugo.

Scio Dianam approbare, tanquam non improbabilem, sententiam Ianuarii, & dicens, hanc obligationem, quam habet absolutus à Censura reservata in periculo mortis inductam olim à Sacris Canonibus, fuisse abrogatam à Tridentino pro foro conscientiae, eandem dum pro illo articulo dixit, nullam esse reservationem: Scio, inquam, hoc, sed non est recedendum a nostra doctrina, quae est communis Doctorum.

3. Dixi (ab excommunicatione reservata) nam pro casibus reservatis, quibus non est connecta excommunicatio, nullum adest jus communicationis, quod obliget ad hujusmodi promissionem de comparando, quando quis absolutus vel perpetuo impedimento, longive temporis: & praeterea pro his casibus in eo tempore, quilibet Sacerdos directè omnia peccata absolvere potest, quia ex Tridentino habet omnimodam potestatem legitimam Confessarii, ut notat rectè Diana & alique.

4. Dixi item (quam primum poterit, &c.) ut notarem ab eo, qui judicatur certo moriturus, vel certo numquam fore liberandus.

duo à dictis impedimentis, non esse exposcendam ejusmodi promissionem, quia inutilis a Sanc. l.c. esset. Immo notant Sanchez, a & Castropalaus, si per errorem Confessarii data fuisset à dicto pœnitente dicta promissio, etiam jurata, non obligari deinde ad illam, memoratum pœnitentem, si forte v.g. per miraculum cessaverit impedimentum, quia, stante eo impedimento, non obligabatur jurare: quod si juraverit, non se intendit obligare, nisi juxta intentionem legitimam Confessarii, & juxta sacra jura: at Confessarius legitime operans, & jura non intendunt obligare eum, cui impedimentum numquam erit defuturum. Sed certe hic casus nimis rarus erit, & fortasse, quia noscere non possumus, an affuerit miraculum, physice, impossibile.

Contra, si quis dictas excommunicationes absolvens, negligeret de ea obligatione pœnitentem admonere (quam certe admonitionem scienter omittere, est mortale, quia res est gravis) adhuc pœnitens, quando eam obligationem resciverit, obligabitur sub mortali, se Superiori sistere: si quidem hæc est dispositio Sacrorum Canonum in re gravi lata (ut omnes Doctores supponunt) etiam pro foro conscientie; atque adeo ab omnibus observanda.

§. His communibus explicatis, sunt pro praxi tres Notationes superaddendæ. Prima, Sacerdos communis in prædictis necessitatibus urgentis mortis, vel perpetui impedimenti absolvens ab excommunicatione, quam absolvere alias non potest, debet ex jure exposcere à pœnitente, non solum dictam promissionem, sed etiam illam juramento vallatam. Ratio est, quia tunc & ejusmodi Sacerdos se habet perinde, ac Confessarius absolvens ab excommunicatione reservata.

6. Notatio secunda. Cum certum sit, quando quis absolvitur in necessitate, saltem ab excommunicatione, c. si quis suadente, per Judicem Papa inferiorem in foro externo, Pœnitentem debere jurare, se, cum potuerit, ad Pontificem aditum, ut numero præcedente dictum est, debentne emittere idem juramentum adeundi legitimum Superiorem, qui absolvitur per Confessarium in foro Sacramentali Pœnitentia à dicta excommunicatione percussione Clerici, ut item ab aliis?

Respondet, Affirmant, & quidem pro-

babiliter non pauci, & etiam in aliis omnibus d' Thef. de excommunicationibus.

7. Sed certe mirius loquuntur & alii, nec Eccl. p. p. improbabilius, hoc est, tum in prædicta Absolutione percussione, tum in aliis excommunicationibus, satis esse pro dicto foro Sacramentali seriam promissionem, sine juramento, quæ tamen obligabit, ut modò dixi, rig. Duar. sub mortali. Ratio hujus probabilitatis est, in Bull. tum, quia jura de hac re, cum sint odiosa, restringenda sunt, tum quia, ut Sacramentum §. 4. q. Confessionis novis obligationibus difficilius evadat, rectè intelligi possunt de solo foro externo.

8. Notatio tertia, Sub hoc onere comparandi absolutus, satis obligationem sibi impositam adimplet, si compareat, sive personam, sive per alium (qui sine necessitate non pœnitentem, pœnitentis delictum explicet) si compareat, inquam, vel coram Superiori jure suo potente absolvere illam excommunicationem, seu delictum, vel si compareat personaliter coram ejus Delegato, Inb. q. quales sunt illi Regulares, qui, ut superius 262. loquimur, gaudent multis privilegiis, & quales sunt Confessarii per Jubilæum, & Bullam quando Cruciatæ, de quibus mox. Ratio est clara, quis absoluitur hic Delegati sunt loco Superioris in iis, utitur ex in quibus potestatem habent absolvendi. Ita, vi Inb. Bardi, f & alii.

SECUNDA CONDITIO.

Promissio standi mandatis Ecclesiæ.

9. Ut propositum amplius non peccandi, quod in omni peccatorum Absolutione requiritur, firmiter persistat, quando quis de re servatis absolvitur, jura exposcunt, ut absolventis ab aliquibus gravibus delictis, adhibeat juramentum de parendo mandatis Ecclesiæ, hoc est, de iterum non committendo simile delictum. Iam difficultas est, an ejusmodi juramentum sit exigendum, non solum, quando quis absolvitur pro foro externo, verum etiam, quando pro interno in Sacramento Pœnitentiæ?

10. Respondeo, Exigendum esse præsertim in percussione Clericorum, & casibus penitus Ecclesiæ, Cœnæ pro utroque foro nonnulli h. s. p. c. 22. stinent, quia non adest ratio, cur servari non aliq-

T 3

opor-

oporteat in foro pœnitentialem conscientia, id quod Canones præscribunt. Esse Exigendum, solum, quando quis absolvitur pro foro externo, non vero, quando pro foro interno, sustinent alii; tunc enim satis esse, docent, propositum consuetum emendationis; tum, quia Canones per dictam solemnitate iuramenti volunt alios terrere, quæ ratio cessat, quando quis absolvitur in interiore foro dumtaxat; tum, quia ejusmodi obligatio iurandi est odiosa, & reddens magis difficilem Confessionem Sacramentalem; unde non debemus præsumere impositam ab Ecclesia fuisse, dum expressè forum conscientia non includit.

11. Hæc sententia probabilis est, quoad alias excommunicationes, nam de contentis in Bulla Cœnæ, dicam infra. b Interim uni- versaliter moneo, prudenter facturum Confessarium, si iuramentum hoc exigat, quando advertit, fore, ut per illud pœnitens magis penetraret gravitatem delicti, seque ab illo facilius abstinere; nam si prævideat periculum iterum labendi, vel quid simile, nequaquam exigat, ne pejerandi occasionem proximo præbeat.

TERTIA CONDITIO.

Satisfactio.

12. Quamvis, aliquando contrahi possit excommunicatio sine læsione partis, ut est v. g. excommunicatio ob peccatum hæresis, unde tunc nulla erit satisfactio expolcenda, sed solum emendationis propositum, tamen non raro adest partis læsio, ut v. g. in percussione Clerici. Nomine igitur satisfactionis hic intelligitur restitutio pecuniæ, vel famæ, vel honoris, quæ parti læsa debetur, ut notat Suarez, c.

13. Hinc fit, ut pœna pecuniaria, si forte debeatur Fisco, vel Ecclesiæ, vel Notario, non veniat in hanc præsentem considerationem, quia prædicti hic non sunt pars læsa.

14. Hinc etiam, quamvis plures in percussione Religiosi partem læsam iudicent, esse Religionem, seu ejus Prælatum, tamen satis probabiliter multi, quos citant, & sequuntur Verricelli d & Leander e putant, non esse, nisi ipsum Religiosum percussum, cui satisfaciendum sit, idque in utroque foro; si enim

TRACT. DE CASIB. RESERV.

ipse percussus fuit, ipse est pars læsa. Confirmatur; quia, quando dicitur (concordata parte) non intelligitur Respublica, sed persona particularis. Confirmatur iterum, quia, si in casu dictæ excommunicationis pars læsa esset publica potestas; seu Prælatum, certe esset Ecclesia, vel Pontifex, quia excommunicationem contra prædictam percussorem tulit; at Pontifex, dum concedit, ut quis ab illa absolvatur, jam ipse condonat.

15. Jam verò, quoniam certum est, te antequam impendas Absolutionem, debere sub mortali exigere à pœnitente, ut satisfaciatur, vel reddendo ablatum, vel compensando injuriam factam, vel remissionem ab eo obtinendo, &c. Querimus primò, quid faciendum in praxi, si ea præmitti non possit, sive ob impotentiam pœnitentis, sive ob dubium quod fortè veritatem de qualitate satisfactionis, sive ob obstinationem partis læsæ, quæ non est contenta satisfactione rationabili sibi oblata, sive ob quid simile?

16. Respondeo, Quando impotentia non solum est præsens, sed moraliter certò prævidetur, semper esse futura, si nihil requireretur à pœnitente, nam res frustranea requireretur futura sit; Si loquamur pro foro externo, debet pœnitens, antequam absolvatur, præmittere cautionem de satisfaciendo, id est, debet dare, vel pignus, vel fidei iussorem, vel si ea non possit, debet iuramentum proferre, in quo quod satisfaciatur, ut nimirum certò sit promissa satisfactio. g At si loquamur pro foro Sacramentali, seu Conscientia, quamvis Deo iugo, h & alii eandem cautionem videantur requirere, quia sine distinctione de ea tam præmittenda loquuntur, tamen alii eam non necessariam probabiliter docent. (excipio dictos casus Bull. Cœnæ, de quibus dicam §. 13. nu. 34. & delictum dantium causam interdicto, quando in periculo mortis conceditur ipsis Sacramentum Pœnitentiæ, de quo in tractatu de Interdicto, Deo favente, dicemus.) Ratio, quod pro foro Sacramentali non sit necessarium iuramentum, sed sufficiat seria promissio, est, quia illa cautio, sive pignoratitia, sive fidei iussoria, sive juratoria pro solo foro externo imposita à Sacris Canonibus

2 Boss. de Inbil. sec. 1. c. 22. Filluc. p. p. tr. 11. c. 10. num. 332. Ale. lib. 4. d. 6. c. 2. Pelliz. T. 2. tr. 7. c. 1. num. 115. Farvet. Dian. p. 5. tr. 9. re. 23. v. esset p. 2. tr. 16. r. 42. clariss. ex Gord. Diana p. eadem tr. 4. ref. 68. Pasq. de Inbil. qu. 362. b Infra c. 13. nu. 33. § 34.

c Suar. de Censur. d. 7. sec. 5. n. 47.

d Verric. tr. 8. qu. mor. 20. num. 8. de excom. d. 17. q. 93. § 24.

d. 4. p. 3. §. 5. num. 15. Bonac. de Cens. d. 1. p. 9. num. 34. § 35.

bus esse, videtur? sufficiat ergo tunc, si pœnitens habeat propositum satisfaciendi, quando poterit, & sic tum validè, tum licitè absolvetur. Quod autem ipse sufficiat probant eadem ferè conjecturæ, quas modò attuli num. 10.

cap. 4. num. 10. Ne autem longè abeat. Ecce restit. tunc illam.

2. d. 10.

dub. 1.

17. Noto autem ex Ludovico à Cruce in tur. ex Lu. Bullam Cruciatæ, si fortè is ab excommunicatione in catione absolutus non servet promissionem, Bull. Cruc. scilicet, non satisfaciatur cum poterit, licet d. 1. c. 4. d. peccet; non tamen reincidere in ullam excommunicationem; quia à nullo jure imponitur hæc reincidentia contra non satisfaciendum; imponitur verò contra non comparentem, ut vidimus nu. 2.

18. Quærimus Secundo, quid si præmitti potest satisfactio, & non præmittitur? Respondeo certè tunc, per se loquendo, & rursus Confessarius peccat, & pœnitens; ut habet Leander b. Tu, quia dees mûneri tuo, immò etiam, quia, aliquando nocet parti, cum, post Absolutionem difficilius exhiberi solet satisfactio. Pœnitens, quia differt notabiliter, Duo in fine causa (ut supponimus) reddere id, quòd debet, injuste retinens, si verem, si verè famam, si verè honorem alienum, Dixi (per se loquendo) propterea, quæ mox asseram com. d. 17. num. 21.

19. Sed ecce, occasione prædictorum, se offert difficultas molestissima Confessariis. Titius v. g. percussit Clericum, cui nondum voluit, cum potuerit, satisfacere; nunc verò cum animo contrito, & cum satisfaciendi proposito accedit ad te Confessarium habentem facultatem illud absolviendi, poterisne cum hoc solo proposito illum absolvere?

Respondeo, Cum ejusmodi satisfactio sit quædam restitutio rei, vel honoris, vel famæ ablata, ideo ita te gerere in hoc casu debes, quemadmodum te gereres, si ad te accederet aliquis injustus detentor rei alienæ, qui nondum voluit restituere, nunc verò restituere quam primum, promittit. Neque enim obligatio hujus satisfactionis aliquid plus ratione sui habet, quam habeat quæcumque alia obligatio restitutionis.

20. Verum non sedet animus, Inquiris enim rursus: ecquonam modò me gerere deberem, si ageretur de restitutione. Respondeo, Id præclare doceri à Dicastillo, & ejus doctrinam ego attuli lib. 8. in Decalogum tr. 4.

Pœnitenti, qui, prima vice, fatetur se culpabiliter non restituisse alienum; nunc tamen habere firmum propositum statim restituendi, non est neganda Absolutio. Si tamen bis, aut ter, aut sæpius fuerat jussus in aliis Confessionibus restituere, & tamen, cum posset, non fecit, regulariter non est absolvendus, quousque fecerit, re ipsa, restitutionem. Ratio Prioris partis est, quia sicuti in omnibus aliis, Confessarius cedere potest, & debet pœnitenti in hoc. Ratio posterioris est, quia talis homo est in periculo proximo, experientia ipsa comperto, iterum differendi restitutionem; ideo non rectè aliqui putant, esse probabile, absolvi tunc illum posse; nam idem posset de Concubinario, etiam illo, qui sæpius jussus non ejecit domo Concubinam.

21. Dixi autem, regulariter non esse absolvendum; nam talis esse posset pœnitens, talesque circumstantiæ, ut Confessarius deberet esse contentus solo proposito restituendi, etiam si aptea, sæpe jussus, omiserit restitutionem. Et Molina quidem exemplum adhibet, ut si Confessarius non leviter credat, pœnitentem re ipsa restitutum statim, sine mora; quia non ea acrimonia fuerat illi iussa restitutio in aliis Confessionibus, vel si aliæ adsint circumstantiæ ad id credendum, præsertim, si jungatur illi, ut non prius accedat ad Eucharistiam, quam restituat.

Hæc ibi ex Dicastillo, quæ tibi usui erunt, & hæc.

22. Denique, quamvis aliqui absolute videantur, docere, quæ diximus, tamen sunt adhibendæ exceptiones duæ allatæ num. 16. altera pro casibus Bullæ Cænæ, altera pro dantibus causam interdicto, & quoad eosdem dictæ Bullæ casus, eo modo, quo dicam. §. sequ.

num. 34.

De Delegatione concessa per Bullam
Cruciatæ circa reservatos.

1. **Q**ui Bullam Cruciatæ sumpserit, potest, durante anno, eligere Confessarium ex approbatis ab Ordinario, per quem Confessarium, absolvi possit pro foro interno ab omnibus casibus, & Censuris, satisfacta parte, & quidem toties quoties, à reservatis Episcopo; at à reservatis Pontifici semel in vita, & semel in periculo mortis, atque ab iisdem Pontificiis, iterum, si secundam Bullam sumpserit; non vero tertio, si tertiam; siue dicti casus sint publici, siue occulti, (excepta semper hæresi) modo, quando delicta sunt deducta ad forum contentiosum, cautiones mox dicendæ num. 17. & 19. adhibeantur.

Circa hanc delegationem, si sequentia adnotaveris, omnia ferè, quæ ad illam spectant, faciliè cognosces.

SUPER ILLUD.

Ex approbatis ab Ordinario.

2. Quid hic intelligatur nomine Ordinarii, & alia huc pertinentia dixi latè alibi, hoc est supra Tract. de Sacramento Pœnitentiæ c. 5. §. 4. Ne igitur recoctam Cabrem repetamus, locum citatum adeat studiosus.

SUPER ILLUD.

Et iterum, si secundam Bullam.

3. Si à commissio delicto reservato Pontifici v. g. per lectionem libri hæretici de Religionē tractantis, fuisti per Bullam jam absolutus, & deinde in eodem anno incidas, siue in idem peccatum legendi librum hæretici, siue in aliud specie distinctum, occupandi v. g. bona naufragantium, non potes ex vi ejusdem Bullæ in vita absolvi, nec à peccato novo legendi, nec à peccato occupandi. Ratio est, quia Bulla non concedit, ut possis in vita absolvi semel à quolibet peccato Pontifici reservato; concedit enim solum unicam Absolutionem in vita à peccatis Pontifici refer-

TRACT. DE CASIB. RESERV.

vatis; indigebis ergo, tunc secunda Bulla; eam tamen lege, ut si tertio incidas, non tibi profectura sit tertia. Ita Bardi contra quem Leander pugnat, dicens esse probabile per unam Bullam concedi, posse absolvi ab omnibus, dummodo ab unoquoque in specie semel tantum in vita, intra publicationis annum, quis absolvatur. Certè, id esse probabile, negare non possum, quia etiam hunc sensum facere commodè possunt verba Bullæ, si attentè legantur.

4. Ex eo autem, quod in nostra sententia Bulla, semel dictam reservatorum Absolutionem concedat, fit, ut si in ea confessione aperias plura peccata contracta ex pluribus aliis delictis diversis, puta, occupatione bonorum naufragantium, percussione Cardinalium, læsione immunitatis Ecclesiasticæ, &c. fit, inquam, ut possis ab omnibus simul absolvi per unam Bullam, quia, sic, unicam Absolutionem recipis. Idem per secundam Bullam, sed non tertio per tertiam, ut dictum est.

5. Quæres, si quis non sit usus Bulla anno v. g. præterito, quoad Absolutionem à reservatis, potestne illa anni præteriti uti hoc anno? Resp. Cum Bardi non possit, quia privilegium solum fuit pro illo solo uno anno. Leander vero loco citato, putat non improbabile, posse, quia sequens publicatio hujus anni non suspendit privilegium absolvendi concessum anno præterito: quare, cum illud adhuc perseveret in præsentis anno, quia est gratia facta, potest Fidelis uti illo. Sed certè fallitur: nam ratio, cur non possit, non est, quia illa privilegia suspenduntur à nova publicatione, sed, quia illa fuerunt solum pro illo anno; illique anno addicta. Frustra ergo ipse Navarrus doctissimus quidem virum in suam sententiam citat, nam, si ipse Navarrus nostram hanc tam claram rationem advertisset, ab illa doctrina sine dubio abstinuisset.

SUPER ILLUD.

In mortis articulo.

6. Si quilibet Sacerdos in hoc articulo potest absolvere à reservatis, ut latè nuper discussimus, quid emolumenti affert hoc Bullæ privilegium? Respondeo, Duo emolumenta, alterum, quod Absolutionem hanc potest tibi conferre electus ex vi Bullæ, etiam præ-

sente proprio Parocho, quod certe inserviet pro illis, qui, ut ibidem vidimus, sustinent id tunc non posse quemlibet Sacerdotem.

7. Alterum, quod si tunc absolvaris ab excommunicatione reservata, liber eris ab onere presentandi Superiori, quia electus per Bullam jam est tuus Superior Delegatus à Pontifice, à quo onere (si absolvaris ex universalis facultate concessa pro periculo mortis) liber nequaquam eris.

SUPER ILLUD.

Excepta hæresi, &c.

8. Quamvis multi multa afferant, quibus probent, hæresim formalem saltem occultam posse per Bullam Cruciatæ absolvi ex illo principio, quod ex una parte potestas concessa Episcopis absolvendi ab illa, adhuc in ipsis ex sententia probabilissima remanet post Bullam Cœnæ, & ex alia parte Bulla Cruciatæ concedit posse absolvi omnia, quæ post Trull. Lud. sunt Episcopi, tamen cum, propter ejus gravitatem, hæresis Absolutio non veniat in concessione generali, ideo, saltem hodie, non possunt, ubi est Tribunal Sacræ Inquisitionis a. qu. 85. Hispanicæ, ejusmodi sententiæ adherere; quod, etiam alibi, puto, semper saltem esse consulendum. Cæterum, qui de hac quaestione late rationes utrinque adductas cognoscere cupit, eas legat ab aliis a fusè agitaras. Nec legere graveris ea, quæ ad facilem reddendam hanc Hæresis Absolutionem à me sunt alibi disputata. b

9. Dixi autem signatè (Hæresim formalem) id est, cum errore intellectus; quare sortilegium, maleficium, superstitio, magnæ adorationis, Tract. Daemonum, sollicitatio in Confessione; lectio librorum hæreticorum, blasphemie hæreticales, & omnia alia crimina contenta in 3. Lotth. Edictis Inquisitorum possunt per Bullam absolvi, toties, quoties, si sint Episcopalia; sequitur. art. 1. mel in vita, & semel in morte, si sint Pontificia; qualis est v. g. lectio libri hæretici de Religionis tractantis, & hæc iterum cum secunda Bulla; sed non tertio. Ita Leander e multos c. Leand. referens.

10. Quares per hanc occasionem, An per Bullam Cruciatæ concedatur, posse absolvi poenitentem, antequam denunciaret aliquod

Tamburinus de Sacramentis.

crimen Inquisitori ex obligatione denunciandum. Respondeo, Non posse (quidquid dicat Navarrus apud Leandrum d) quia in Bulla ejusmodi potestas non invenitur concessa.

11. Illud tamen est hic universaliter advertendum, aliquando posse ex præsumpta voluntate Inquisitorum, quos ita rigidos esse, non est præsumendum, ut, quando adest causa rationabilis differendi denunciationem, poenitentes, velint repellere à beneficio Absolutionis; tunc enim satis erit, si sumiter promittant denunciare; Justa autem causa erit, (ut notat ibidem Leander) si necessitas Communionis urgeat ad vitandam infamiam, vel utilitas extraordinaria obtinendi Jubilæum, vel, Tribunal longè distare. Adde ego semper casum, quo Confessor vult studere, vel consulere doctos circa obligationem, quam habeat poenitens, quando dubia est obligatio, &c. Aliud benignius docet Sanctarellus ex Navarro, sufficere nimirum saltem, c. Sanctar. propositum firmum denunciandi, & loqui- tr. de Hæ- tur (ait Diana f) de denunciando Hæretico. ref. c. 9. An tamen id in praxi sit deducendum, me do- dub. unico- ctior decernat. n. 16. sine. f Diana p. q. 17. 4. ref. 27.

SUPER ILLUD.

Toties quoties.

12. Hic quaeritur, an à Pontificiis casibus etiam in Cœna Domini occultis possit per Bullam absolvi toties, quoties; an solum semel in vita, & semel in morte modò superius dicto.

13. Respondeo, Æque probabile judico, g Sanc. posse, & non posse toties, quoties. Excipio Trull. Div. Hæresim, etiam occultam, de qua modo à aliisque cit. num. 8. dictum est. h Ratio, quod possit, est, a Leand. quia per Bullam potest quis absolvi toties, tr. 2. de ex- quoties ab Episcopalis, sed jam omnes com. d. 17. Pontifici occulti sunt hodie concessi Episco- §. 3. q. 84. pis, atque adeò sunt aliquo tandem modò E- h Henr. piscopales; ut vidimus supra, ergo, &c. Lud à

14. Neque obstat, idem dici propter hanc rationem posse, de hæresi occulta; non obstat, inquam, quia de illa propter ejus enormitatem, & propter sensum Ecclesiæ, quæ eam regulariter excipit, non debemus loqui perinde, ac de cæteris.

Ratio, quod non possit, est, quia hi casus Pontificii.

Pontificii occulti, ex eo, quod concedantur Episcopis, non desinunt esse Pontificii: ergo non desinunt esse reservati ipsi Pontificii. Adde in Bulla dici sine limitatione, omnes Pontificios posse absolvi, semel; ergo comprehendit etiam occultos.

15. Sed affirmativa sententia responderet, occultos desinere esse Pontificios strictè, statim atque conceduntur Episcopis jure ordinario, ut dictum est. Ad id, quod additur, responderet limitationem illam publicitatis, implicitè poni in Bulla, dum per eam conceditur, ut Episcopales, quales sunt Pontificii occulti, absolvi possint toties quoties, non vero alios. Utraque ergo sententia probabilis est.

SUPER ILLUD.

Ab omnibus Censuris.

a Sanch.
li. 16. in
Decal. c.
17. m. 41.
c. 43.
Henr. li. 7.
c. 13. n. 3.
Castrop. tr.
25. de Bull.
Cruc. p. 8.
§. 4. n. 8.
Trullenc.
de Bull.
Cruc. lib. 1.
§. 7. c. 2.
dub. 10.

16. Certum mihi, & Thomæ a Sanch. aliisque est. Primò per Bullam posse absolvi excommunicationem, suspensionem, interdictum personale speciale, quando hæc postrema duo sunt propriæ Censuræ; nam excommunicatio semper est Censura, ut in propriis tractatibus explicabimus (excipimus excommunicationem ex hæresi contractam) si hæc Censuræ sint occultæ, si publicæ, & deductæ ad forum contentiosum, si sint à jure, si ab homine per sententiam specialem contra aliquem in particulari fulminatam, & si per dictas sint Censuræ denunciata nominatim, si sint excommunicationes contractæ ex percussione publica Clerici. Ratio tantæ potestatis est, quia in Bulla, quoad hæc, nulla apponitur restrictio, & ex alio capite beneficium Principis latè est interpretandum (semper intellige reservatas Papæ semel in vita, & semel in morte, & iterum cum alia Bulla, sed non tertio, non reservatas vero toties, quoties &c. Vide Leandrum & alios citantem).

b Leand. d.
17. de ex-
com. q. 87.
c. 95.

17. Quando autem dictum est (etiam deductæ ad forum contentiosum) maxime advertere debes illud, quod, quamvis per Bullam possit quis absolvi ab excommunicatione deducta ad forum contentiosum, pendente tamen lite, illi sit concederetur Absolutio, nam, sic afferretur præjudicium Judici Ecclesiastico.

18. Excipe tamen, quando Judex, vel lon-

gè distat, vel injustè agit, vel nimis rigorosè se gerendo; negat Absolutionem: Tunc enim si pœnitens ex parte sua est promptus iusto ejus, qui excommunicationem fulminavit, præcepto obedire cum jam esset contumacia, poterit pro foro interno (& semper, satisfacta parte, ut dicemus) absolvi per Bullam. Simile quid dictum est & superius de Menci- c. Supra. 1.
cantium Privilegiis. §. 2.

19. Declara etiam id in excommunicatis nominatim. Quamvis enim per Bullam, possit absolvi pro foro Conscientiæ nominatim excommunicatus, tamen non erit passim absolvendus, sed erit ad suum Prælatum remittendus, ne veniat in contemptum Jus dicti Prælati. Adhibe tamen præcedentem exceptionem.

20. Certum item est, vi Bullæ absolvi non posse cessationem à Divinis, nec interdictum, sive generale, sive speciale locale, nec personale generale, ut in tractatu de Interdicto dicitur, nec eas irregularitates, quæ non sunt Censuræ, nec sunt pœnæ, sed, inductæ ob indecentiam, quæ, quis laborans repellitur ab administrando altari, qualis est v. g. irregularitas, ex Bigamia, &c. quia Bulla solum concedit absolutionem à Censuris, ex quibus non est irregularitas ex indecentia.

21. Quæstio igitur, solum proponi solet de irregularitate, quæ incurritur in pœnam alicujus delicti, v. g. ob malam ministrati- nem Sacramentorum cum violatione Censuræ ob Hæresim, ob Apostasiam à fide, &c. An, scilicet possit absolvi per Bullam.

Respondeo, Affirmat Leander, & alii que saltem tanquam probabile. Excipiunt tamen iidem, immò, & omnes, irregularitatem ex delicto Homicidii, vel mutilationis, quia illi semper est annexa indecentia. Verum omnino non puto, esse absolutè de omnibus negandum cum Suarez, falsisque propè innumeris apud citatos.

22. Triplex autem pro nostra sententia affertur ratio. Prima, quia Bulla eas Censuras tollere potest, & ad summum eas pœnas, quæ impediunt receptionem Eucharistiæ, vel Sacramenti Pœnitentiæ, ut notat loco citato Suarez, non autem alias, quæ non impediunt ejusmodi receptionem. At irregularitates, de quibus loquimur, immo alia pœna quæcumque, non sunt pœnæ ex se impedi- dentes dictam receptionem. Adde, in Bullis

recc-

receptioribus, (ut notat Leand. loc. cit.) ablatum esse illud, (ut possit absolvi à pœnis.)

23. Secunda, quia sequeretur, maiorem esse potestatem Confessarii electorum per Bullam, quam ipsius Bullæ Generalis Commissarii, quod certè videtur absurdum, & incredibile; sequela manifesta est, quia Commissario non conceditur, posse auferre irregularitatem contractam ex Apostasia, ex Hæresi, &c. ut patet ex ipsa Bulla originali, sed tu id concedis prædicto Confessario ergo, &c.

24. Hæc secunda ratio non convincit. non enim est mirum, si in hoc vinceret potestas Confessarii potestatem Commissarii, nam certè vincitur in aliis innumeris, sic in simili respondet Bardi. *a*

Prima autem ratio, dicta num. 22. gratis assumit, quod dicit, Quod autem ibidem additur (fateor) maiorem vim habet, si per legitimam potestatem illud (à pœnis) ablatum est à Bulla.

25. Tertia ergo ratio, quam affert Henricus *b* videtur absolute efficacior, quia in Bulla, ut patet ex ejus tenore, nulla datur potestas Confessario, ad dispensandum, sed solum ad absolvendum, at irregularitatis, ut etiam suspensio, per dispensationem tolluntur, non per Absolutionem, ergo ad eas, potestas concessa prædicto Confessario, non extenditur.

26. Posse item absolvi quempiam virtute Bullæ: etiam si in ejus confidentiam peccaret, non vero per eandem posse componi in male ablati ex ejusdem confidentia, dictum est *c* supra. *c*

SUPER ILLUD.

Satisfacta parte.

27. Multa diximus de hac clausula aliquid superius, *d* quæ sunt omnino hic recolenda: nunc solum quærimus id, quod propriè pertinet ad hunc locum. Cum enim Bulla requiratur, ut excommunicationis Absolutio non conferatur, nisi satisfacta parte, dubium emergit, an nihilominus, si ea, propter inadvertentiam, vel propter aliud, conferretur ante præmissam satisfactionem, conferretur validè, nam, an licitè, diximus ibidem satis.

28. Respondeo, Ut universaliter decidatur, an, non satisfacta parte, validè conferatur Absolutio, quando adest pars læsa, ut ibidem explicuimus, distinguendum est. Nam, si ea conferatur à Superiore, validè conferatur, quia satisfactio non est pars essentialis Absolutionis excommunicationis. Si vero conferatur à Delegato ipsius, erit subdistinguendum; si enim ejusmodi Delegato detur absoluta facultas absolvendi excommunicationem, idem dic, quod dictum est de Superiore. At si Delegato detur ejusmodi facultas cum prædicta clausula (satisfacta parte) duplex est sententia.

29. Prima negat, validè conferri ejusmodi absolutionem, quia satisfactio in hoc modo delegandi exigitur per modum conditionis, at, conditione non servata, in irritum abire concessio. Major probatur ex illa communi doctrina, quod Ablativus absolutus, qualis est ille (satisfacta parte) resolvitur in conditionem, si parti satisfeceris, ita tenent plures apud Trullench. *e*

30. Secunda affirmat, conferri validè, quia, quoties in delegatione exprimitur ea forma, quæ à jure communi requiritur, non aliter requiritur, quam requirit ipsum jus, nisi aliter in concessione delegationis exprimitur: Sed in jure communi exigitur quidem satisfactio, ut licitè ejusmodi delegatio exerceatur, at non, ut validè; in nullo enim jure aliter, ac dicimus, invenies ergo, &c. Utraque ex his sententiis probabilis est, & ita tandem pronunciat Ludovicus à Cruce, quamvis addat, priorem sententiam esse in praxi sequendam. *f*

31. Dixi (nisi aliter exprimitur,) Nam si in concessione delegationis dicatur (si non satisfactum fuerit, irrita sit concessio, irrita sit Absolutio, nulla, in valida) Absolutionem invalidam fore, parte non satisfacta, certum est, quia illa expressio indicat aliquid plus requiri, quàm à solo jure requiratur.

32. Cum ergo in Bulla Cruciatæ, ut etiam in facultatibus concessis Regularibus absolvendis excommunicationes, ponatur quidem illa clausula (satisfacta parte) sed sine aliis verbis expresse irritantibus, probabile satis erit, validam fore Absolutionem parte nondum satisfacta.

33. At vero, quia in concessione, quam Pontifex concedit, de absolvendis casibus

2 *Supr. c.*
12. §. 4. n.
15. & 16. Bullæ Cœnæ pro articulo mortis exprimit tunc debere saltem præmitti satisfactionem, & cautionem (quæ sit hæc diximus *suprà*) videaturque exprimere sub pœna nullitatis, ideo sine illis invalida erit in dictis casibus Absolutio. Verba Bullæ Cœnæ hæc sunt.

Caterum à prædictis sententiis nullus per alium, quam per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi de stando mandatis Ecclesiæ, & satisfaciendo, cautione præstita, absolvi possit, etiam prætextu quarumvis facultatum.

34. Quæres. Possumusne dicere, hanc Bullæ Cœnæ clausulam intelligi dumtaxat, quando Absolutio casuum dictæ Bullæ datur pro foro externo, non verò, quando pro foro interno, & Sacramentali? Respondeo, Difficile videtur, sic posse dici. Ratio est, quia dum Pontifex addit illud (*nisi in mortis articulo*) & (*etiam prætextu quarumvis facultatum*) apparet, ipsum loqui de Absolutione etiam in foro Sacramentali; hæc enim Absolutio, tunc solet dari, & pro prædicto foro solent ejusmodi facultates concedi; nam cæterum rarissimè in eo articulo agitur de Absolutione pro foro externo, & ideo ego dicto cap. 12. §. 4. num. 11. 16. & 22. visum indicasse, id esse servandum in absolvendis casibus Bullæ Cœnæ.

b Sanc. lib. 2. in Decal. 1. 13. n. 35. Cæterum tu judica, Lector, an sit præferenda sententia Sanchez, qui sic habet, b

c Henric. de poenit. c. 10. ad finem. Quamvis Confessarius non imponat prædictum se præsentandi onus, valet Absolutio in periculo mortis; quod Ecclesiæ noluerit valorem absolvendi in tanta necessitate ex Confessoris negligentia, aut ignorantia pendere, ut optimè docet Henricus. c Quare idem dicendum est, si omittat petere cautionem parendi mandatis Ecclesiæ, & satisfaciendi; imò idem dicendum est extra eum articulum. Et paulò post. Neceaturn expressio in Bulla Cœnæ, ad absolvendum ab his excommunicationibus Cœnæ inducit conditionem irritantem aliter factum, cum sola forma jure communi petita exprimat, ut probavi lib. matr. d. 33. num. 3. Hactenus Sanchez.

SUPER ILLUD.

In foro interno.

35. Quamvis non pauci asserant, Absolutionem excommunicationis vi Bullæ habitam, prodesse etiam pro foro externo, quia concessio Bullæ est absoluta, nec restricta ad aliquod forum; ut tenet Vega, Garcia, alique apud Castropalaum, mox citandum. Vera tamen sententia est, non prodesse, nisi pro foro interno. Excipe ea, quæ mox dicam à num. 43. ita tenet Sanchez, Toletus, Suarez, alique apud Castropalaum. d Ratio hujus d Castropalaum vera sententia est, quia intentio Pontificis de Bulla concedentis per Bullam Absolutionem Cœnæ. Cruc. p. 1. furarum est, ut cum pura conscientia possint fideles accedere ad Sacram Eucharistiam, & Indulgentiam acquirere, ad quod certè p. 5. r. 1. satis superque est Absolutio pro foro interno.

36. Confirmatur, quia incredibile est, summum Pontificem voluisse concedere cuicumque Confessario tantam potestatem per quam cluderentur, & perturbarentur, imò & contemnerentur Tribunalia Ecclesiastica.

37. Confirmatur iterum; quia hodie extat Bulla Cruciatæ concessa ab Urbano Octavo, ubi declaratur Bullæ hoc Privilegium suffragari in foro Conscientiæ tantum, ut latè habes multis citatis apud Dianam, e lege item Suarez, f qui solvit quandam objectionem ductam à quadam constitutione Pii V. 11. n. 1. 1. 62.

38. At, cupidum te video, distinctius sciendi, quid sit? & quam utilitatem conferat hæc Absolutio excommunicationis pro foro interno dumtaxat? f Suarez de Relig. tr. 30. d. 9. c. 1. 1. 31.

Respondeo. Quia sic est absolutus coram Deo, & in rei veritate liber fit ab excommunicatione, unde potest se gerere, sicuti se gerunt cæteri Fideles non excommunicati; sed ita, ut, quoad actiones externas, & præsertim quoad subeundum judicium Judicis Ecclesiastici, sit petinde, ac si absolutus nullatenus fuisset.

Qui igitur est excommunicatus excommunicatione occulta, & deinde absolutus in foro Conscientiæ dumtaxat, se poterit g g Suarez cit. n. 1. gerere, ut non excommunicatus in omnibus bus

bus actibus tum publicis, tum privatis. Nam excommunicatione coram Deo caret; & quia excommunicatio erat occulta, nihil erit scandali coram hominibus. At quando excommunicatio non est occulta, sed deducta ad forum externum, tunc absolutus in foro tantum interno, caute se. Primò, gerere debet in actionibus externis. Secundò, a iudicio externo Ecclesiæ liber non erit; quæ duo, si alia duo addam, satis tibi fient clara.

39. Primùm, Absolutus in foro Conscientiæ ab excommunicatione aliis nota, potest se immiscere tum humanis, tum divinis, sed non cum aliorum scandalo, id est, non coram iis, qui excommunicationem sciunt, nesciunt Absolutionem.

40. Quid, si iis dicam, & probem, me esse absolutum per Bullam v. gr.? Respondeo, adhuc te peccare, si coram eisdem publicè, & indifferenter te ingeras, quia sic videris contemnere Ecclesiam, quæ te pro excommunicato in foro externo habet. At si caute, & coram paucis, qui tuæ sint confecti absolutionis, te ingeras, non peccas, quia, sic non intervenit prædictus contemptus. Lege Suarium, a & Bardij, b aliosque.

a Suar. l. c. c. 1. n. 37. Bardij, b aliosque.

41. Sed quid, si hic deductus ad forum externum, & nunc absolutus pro foro Conscientiæ non molesterur amplius à Iudice Ecclesiastico? Respondeo, tunc posse præsumi Iudicem approbare talem Absolutionem juxta Theod. de panis Eccl. ad sit ullus, ne virtualis quidem contemptus, nihil te restringo, si Fideles sciant ejusmodi tacitam Approbationem.

42. Quid denique, si tua excommunicatio sit aliis cognita, sed non fuit deducta ad forum externum? Respondeo. Tunc sanè potes etiam te gerere, ut non excommunicatum coram iis, qui sciunt tuam Absolutionem, quia etiam tum, nullus est contemptus? &c.

43. Secundum. Quamvis in foro Conscientiæ sis absolutus, potest nihilominus contra te Iudex procedere, ac si non fuisses absolutus, tum ob delictum, ob quod incidisti in excommunicationem, tum ob actiones externas prohibitas, quas fortè, post dictam fori interni Absolutionem cum peccato gessisti; Quare poterit Iudex procedere ad te denunciandum, ut excommunicatum. ad finem, ut videris ab aliis, & si fortè publicè celebra-

Missas, vel obtinuisti beneficium post dictam Absolutionem, potest te declarare irregularem, & privatum beneficio.

Dixi (cum peccato, & publicè) mihi enim cum Suario loc. citat. num. 38. videtur probabile, quod Iudex Ecclesiasticus, si ipsi constet ejusmodi Absolutio, ut ita loquar, privata, non possit procedere contra sic absolutum ob communicationem cum Fidelibus celebrationemque Missarum, vel beneficii impetrationem, si hæc facta fuerunt cum moderatione dicta num. 38. & 39. ubi enim non est delictum, non potest Iudex urgere ad pœnam; immò, ut notat ibidem Suarez, pro aliis actionibus peccaminosis poterit quidem illum punire, sed minus; quantum scilicet præcisè est necessarium ad satisfactionem scandali per illum dati, & ad puniendam negligentiam obtinendi satisfactionem pro foro externo.

44. Potest tamen dictus Iudex procedens ex officio, (non tamen, si contra instet pars, quæ legitime contradicat) se mitem præbere cum ejusmodi privatum absolutum, quando ipsi Iudici moraliter constat Absolutio; potest enim illum exculare; potest illum non denunciare excommunicatum, potest non declarare irregularem, nec beneficio privatum, potest repellere accusationem Procuratoris Fiscalis contra Reum fortè instantis; uno verbo potest esse contentus illa Absolutione, aliamque nequaquam requirere, ita Coninck. alii- que cit. & excepti à Diana. c

c Diana

45. Si roges, Per quid Iudici constabit de dicta Absolutione?

p. 5. tr. 9.

res. 13.

Respondeo, Vel per testificationem fide dignorum, vel per schedulam Confessarii testantis, se illum Reum absoluisse vigore Bullæ: quam schedulam, ad solam Pœnitentis d Suar. de instantiam, facere poterit Confessarius, ne Conf. d. 7. scilicet Confessionis sigillum violet. Et qui- sec. 5. nu. dem ejusmodi schedulam in re nostra fidem 26. facere, docet Suar. d & Mascardus e, & de ea- c Mascar. dem multa apud Dianam f habes. de proba.

46. Unum notat Fillucc. g eam posse à T. 1. concl. Confessario, modò dicto, scribi, sed raro, & 12. non nisi ex rationabili causa; quod certè in- f Dian. p. telligo, quando est timor, seu periculum, ne 11. tr. 2. ea aburatur pœnitens, contemnendo procu- res. 62. rare Absolutionem pro foro externo; secus, g Filluc. cur danda non sit? tr. 11. c. 11.

47. Inquires denique, Quandoquidem nu. 293.

V 3

hæc

hæc privata excommunicationis Absolutio datur pro foro Conscientiæ, estne necessarium, ut conferatur pœnitenti intra Sacramentum Pœnitentiæ?

Respondeo, Vi Bullæ, & Privilegiorum Mendicantium non esse necesse, ut a alibi dicam, quia in his non ponitur clausula ad id obligans. Lege interim b Sanchez, aliosque. In aliis facultatibus impetratis, vel impetrandis, diligenter adverti debet, an clausula

aliqua ad id obligans, ponatur; si ea enim ponitur, debere intra Sacramentum conferri Absolutionem, dubium non est.

48. Denique ibidem ego notabo excommunicationis cuiuscumque Absolutionem pro foro interno regulariter esse dandam intra Sacramentum Pœnitentiæ, cum requisita ad Absolutionem illam conferendam, atque a Pœnitente obtinendam, melius in ipso Pœnitentiæ Sacramento ponantur.

FINIS DE CASIBUS RESERVATIS.

Laus Deo Beatiss. Virgini, ac Beato Aloysio.

TRACTATUS DE BULLA CRUCIATAE A U T H O R E P. THOMÆ TAMBVRINO SOCIETATIS JESU.

CAPUT PRIMUM.

Premittuntur aliqua de Natura Privilegiorum Bullæ.

§. I.

Quid, & quotuplex sit Privilegium.

DIFFERT propriè loquendo Beneficium à Privilegio, quamvis utrumque sit à Principe benigne concessum: fateor tamen aliquando confundi. Beneficium

enim est Gratia, seu facultas à Principe collata, seu data, præter, non verò contra Jus Positivum. Privilegium verò est facultas facienda aliquid, vel aliquid omittendi, non tantum præter, verum etiam contra idem Jus, hoc est contra leges Canonicas, vel Jura Civilia. Ita communiter Doctores ex Abbate.

a C. olim.
de Verb.
sign.

2. Porro Privilegium, aliud est Reale, quod scilicet conceditur certo generi Actionis, vel Causæ, vel Negotii, vel Loco, vel Dignitati: quale est VG. Privilegium Prælationis, quod concessum est pro expensis funerum, vel munerum dantis ad Navis VG. refectionem b & c. Vel donantis aliquid Ecclesiæ, vel Episcopo, ut Episcopo &c.

3. Aliud Personale, quod conceditur Personæ, ratione ipsius Personæ, ipsique immediate adhæret. Quale est VG. quod conceditur alicui Individuo, Perro VG. &c.

4. Aliud Mixtū, quod partim est Personale, partim Reale, quod nimirū conceditur quidem alicui Individuo, sed ratione ætatis VG. vel sexus, vel ex certa, & determinata causa. Quale est VG. darum Minoribus 25. annis, ut integrum possint restitui, ut sibi jubere pro alio, vel obligationem suscipere nequeant.

5. Subdividitur autem Personale: nam si sit concessum singulari Personæ tantum, vocatur in Jure absolute Privilegium; Si vero gati.

fit concessum Personis, non ut singulis, sed ut constantibus unum Corpus morale, hoc est, unam Communitatem, dicitur Privilegium Corporale.

6. Rursus hoc Corporale subdividitur, habet enim duas species. Si enim conceditur ita Communitati, ut descendat ad singulas Personas, hoc est, ut singulae sunt, & ut membra talis Communitatis possint uti illo Privilegio, Vocabitur Privilegium Corporale Personale, & huiusmodi sunt multa concessa Religiosis, Clericis, Militibus, Scholasticis, & similibus. Si vero ita Communitati conceditur, ut ipsa Communitas uti eo Privilegio possit; dicitur Privilegium pure Corporale, & huiusmodi sunt, quae conceduntur Capitulis, & similibus in electionibus faciendis, atque in Actionibus à tota Communitate, V.G. à Senatu, à Congregatione, seu Concilio expediendis. Atque hoc Privilegium, quia respicit dignitatem ipsam, nempe ipsam unionem multorum, vocatur ab aliquibus, ut notat a Salas, Privilegium Reale. Alias Privilegium, apud b Castropalaum, & passim.

§. II.

Privilegia Bulla Cruciatæ cuius sint generis?

1. Dicendum est, esse e Personalia absolute. Ratio est manifesta ex dictis. Ea enim sunt à Pontifice concessa determinatis Personis utriusque sexus, idque ad finem peculiarem excitandi Fideles ad pugnandum, vel ad precandum, vel ad erogandam eleemosynam contra Infideles. Nam propterea sic potes describere Bullam Cruciatæ. Est Diploma, seu Scriptura Summi Pontificis, continens aliqua Privilegia, quæ ipse concedit Fidelibus cooperantibus sive per pugnam sive per preces, sive per eleemosynam, ad extirpandos Infideles.

2. Dicitur autem (Bulla) quia vox hæc Bulla significat (quantum ad nos facit) sigillum pendens ex litteris Apostolicis, atque adeo per signam Synedochem, sumitur pro ipso toto Diplomate.

3. Dicitur præterea Cruciatæ, quia olim Bulla hæc concedebatur militibus, qui signo Sanctæ CRUCIS insigniti ad bellum contra Turcas proficiscebantur sub Urbano II. & in Concilio Lateranensi sub Julio III.

4. Ex eo, quod sint Personalia ejusmodi Privilegia, sequitur, durante Concessione anno, te Bullam habentem posse ejus Privilegiis frui, quocumque te conferas, etiam extra Regnum, in quo ea promulgatur, quia Privilegium Personale adhæret Personæ ex Reg. 2. de Reg. Juris in 6. Excipe Privilegium ciborum prohibitorum, quo etiam occultè, & sine scandalo uti non potes extra Regnum; quia, ut infra dicemus, id expressè prohibetur.

§. III.

Amplè ne, an strictè sint Privilegia Bullæ interpretanda?

1. Communis est Doctrina, Privilegia, quæ sunt contra Jus commune, hoc est, quæ concedunt fieri, vel omitti aliquid, quod alias erat ex Jure faciendum, vel omitendum, debere strictè interpretari, quia (ut loquimur, & egregiè declarat d Tiraquellus) d In l. si quod exorbitat, hoc est, quod te subtrahit à unquam communi Jure, odiosum est, atque adeo, v. libertatis. nn. 19. quantum fieri potest, restringi debet, ne Jus, quod propter bonum commune latum est, corrumpat cum communis boni damno.

Contra, Beneficium Principis propriè acceptum, quia (ut vidimus) non est contra Jus commune, debet latissimè interpretari, cum Beneficia Principum supponantur ex liberalitate Principe digna, hoc est, magna, proficisci. Excipe (ut ex se patere debet) nisi sit in præjudicium Tertii, hoc enim semper vitare velle, putatur Princeps.

2. Ex hac ergo Doctrina sequitur, Bullæ Privilegia, cum pleræque ex illis vulnerent Jus commune, quale est V.G. illud de lacticiis comedendis, quæ non esse comedenda diebus veritis, præcipit Ius; sequitur, inquam, strictè esse Interpretanda.

3. Et certe ita absolute sustinet. e Sanchez e Sanchez. cum multis de omnibus Bullæ Privilegiis, lib. 8. de estque hæc sententia satis probabilis, quam Matr. d. etiam sequitur f Bardi. Nam primo per Indulgentias, quæ conceduntur in Bulla, Pænitentialis satisfactio, & Rigor Ecclesiasticæ disciplinæ facile potest occasione Indulgentiarum enervari. Secundo, Electio Confessoris, Posse interesse sacro tempore Interdicti, Usus lacticiorum diebus prohibitis, & similia Privilegia Bullæ sunt contra Jus commune.

beat-

ne atque adeo odiosa, ergo strictè sunt interpretanda ex dictis num. 1. Tertio, quia partem discordare à toto, odiosum est, sed id contingit per Privilegia Bullæ, ergo &c.

a Mendo d. 4. Andreas autem Mendo à Dianam, aliof-
p. Elucid. que citans, sustinet, esse amplè interpre-
Bull. Cru. tanda; estque hæc item sententia satis proba-
a. n. 46. bilis. Et quoad Indulgentias, eam docet et-
rursus co. jam b. Sua: et, alique, Nam primo quoad has
ira Bardi Indulgentias, illæ sunt Beneficium Principis,
in Appen. ergo cum sint sine præjudicio Tertii, non est
d. p. c. p. unde sint limitandæ: Neque eadem sunt
b. Suar. de contra Jus ullum; ipsæ enim ita commodum
p. ænit. qu. Fidelibus afferunt, ut nullum offendant; nam
62. sec. 5. Deo integra fit solutio, & quandoquidem
fit ex meritis infinitis Christi Domini, ejus-
que autoritate, nullum subest periculum,
quo ea merita, hoc est, meritorum Christi
Domini Thesaurus exhauriatur. Ecclesia
item nullo pacto læditur, immo potius per
acquisitas Indulgentias purior, & in suis
membris Deo gravior redditur.

5. Secundo, quo ad Privilegia continentia
potestatem dispensandi vel commutandi, vel
absolvendi, idem dici potest, per ea scilicet,
nec lædi Deum, nec Ecclesiam.

c. Azor. 6. Tertio, quoad omnia Bullæ Privilegia
lib. 5. c. 23. probatur. Nam Privilegia & Beneficia con-
qu. 2. cessa à Summo Pontifice in favorem fidei, &
d. Suar. Religionis, quamvis exorbitent à Jure, amplè
qu. 56. esse interpretanda, meritò docet c. Azor. & d.
sec. 2. Suar. quia debemus, quantum possumus fi-
dei favere; ac judicare, Pontificem idem am-
plissimè facere voluisse. Semper autem hic, &
in similibus, intellige in iis, circa quæ Ponti-
fex, vel Princeps potestatem habet. At Privi-
legia Bullæ omnia (ut modo diximus) sunt
concessa, ut Fideles excitentur, vel ad pug-
nandum, vel ad orandum, vel ad porrigen-
dam eleemosynam contra Infideles; ergo,
cum sint in favorem fidei concessa, amplè
sunt interpretanda.

c. Henric. 7. Confirmatur, quia est probabilis opinio,
lib. 7. de quanti tenet c. Henriquez, alique, Privilegia
Indul. c. concessa Communitatibus Religionum in
22. §. 11. perpetuum latè esse interpretanda; Cum enim
c. 24. §. Communitati, & non uni Personæ concedan-
Sanc. libr. tur, favorabilia sunt judicanda, quia equipa-
8. Matr. d. rantur legibus, perinde ac inserta essent in cor-
p. num. 13. pore Juris: bono enim communi expedit, ut
Salas Tr. multa Privilegia concedantur Religionibus,
14. d. 17. ut iis beneficiis illecti Fideles, eas promptius
sec. 6.

amplexentur. Probabile item est, idem debere
sentiri, (ut sentit Salas f. citatus) de Privile-
giis concessis in favorem Causæ piæ. Unde
Azor l. c. id extendit ad concessa in favorem
Personarum miserabilium.

Si hæc igitur sunt Probabilia, cur non erit
item probabile id, quod asserimus de Bullæ
Privilegiis, quæ sunt concessa Communitati
Fidelium existèntium sub Dominio Regis Ca-
tholici, eaque in favorem fidei, quæ est om-
nium Causarum piarum excellentissima?

8. Rationibus in contrarium allatis n. 3. re-
sponderi potest, vel multa Privilegia Bullæ
non esse odiosa, cum non sint contra Jus, vel
esto sint contra; ideo non sunt vocanda odio-
sa, quia vincit favor fidei, vel illa alia capita
numero præcedente indicata; unde potius
sunt dicenda favorabilia.

Utraque ergo sententia probabilis est, am-
plexque tuto potest.

CAPUT II.

Dispositio tractandorum.

1. Summarium Bullæ Cruciatæ, quam nos
explicandam suscipimus, invenies apud
Ludovicum à Cruce in expositione hujus
Bullæ ipso initio libri: ut etiam ibidem in-
venies ipsam Bullam originalem, quam vocant
Plumbeam, seu Latinam, eandem etiam ha-
bes apud Mendo disp. prima.

2. Jam vero in ejus prima Clausula conce-
ditur Indulgentia iis, qui personaliter ad pug-
nandum contra Infideles se conferunt.

3. In secunda conceditur eadem Indulgen-
tia iis, qui alios mittunt contra eosdem.

4. In Tertia conceduntur, præter dictam
Indulgentiam, aliqua alia Privilegia Cleri-
cis, & Regularibus, qui exercitum contra In-
fideles comitantur.

5. In quarta, & sequentibus Clausulis con-
ceduntur Indulgentiæ, & alia Privilegia iis,
qui eleemosynam contribunt ad prædi-
ctum finem.

6. Nos ergo, omittendo primam, secun-
dam, & tertiam clausulam, quæ ad nos hodie
non pertinent: incipiemus à prædicta
quarta, & deinde ceteras, suo
ordine, Deo favente, pro-
sequemur.

CLAU-

CLAUSULA IV.

Item conceditur omnibus prædictis (hoc est, Christi-Fidelibus consistentibus, & declinantibus in hoc Regnum) nec non illis, qui nec ibunt, nec mittent, si intra dictum annum, ex Bonis sibi à Deo collatis, in hanc expeditionem pro Religionis defensione liberaliter contulerint, ut, dicto anno durante, possint frui sequentibus Privilegiis.

CAPUT III.

Explicans prædictam quartam Clausulam Bullæ Cruciatæ, quo ad priores partes Clausulæ.

§. I.

A Christi-Fidelibus.

1. Dubitari potest Primò de Hæretico externo. Secundò de merè interno. Tertiò de Schismatico. Quartò de Cathecumeno, Nam Fidelis Baptizatus, sine ulla dubitatione, etiam si sit in statu peccati mortalis, vel etiam si sit excommunicatus vitandus, validè Bullam sumit. Lege a Castropalaum, multos citantem, quidquid alii dicant in op-
a Castrop. de Bull. Cru. Diss. positum.

Hæreticus externus.

2. Hic nullo potest Bullæ Privilegio gaudere, si sit externus publicè, si oc-
cultè; pater, quia non est ex iis, ad quos dirigitur Pontificis Concessio.

3. Illud concedimus, si quis cum sit baptizatus, incidat in hæresim externam, sed deinde ipsum pœniteat commissi delicti, velitque redire ad fidem, posse frui Bullæ Privilegiis. Neque id mirum, quia jam Fidelis tunc actus est, posito quòd hæresim abjureret, volendo ad fidem redire. Ita b Trullench, quem affert, sequiturque Mendo.

Hæreticus merè internus.

4. Hic probabiliter potest frui, & probabiliter non potest, Privilegiis Bullæ. Potest, quia ex una parte hic est baptizatus, & ex alia solam internam hæresim Ecclesia non judicat, ergo neque Privilegia, quæ aliis baptizatis concedit, illi negare præsumitur. ita
b Trullench. App. d. 1. nu. 32. si ne. d. Bardis p. tr. 2. c. 4. sec. 2. sustinet Bardis.

Tamburinus de Sacramentis.

5. Non potest, quia non irrationabiliter quis asseverabit, illam vocem (Fidelibus) debere in Bulla summi propriè, & strictè pro vere Fideli, qualis non est hæreticus internus, & ita sustinet e Mendo.

Schismaticus.

6. Purè Schismaticus, hoc est, qui solum obedientiam Summo Pontifici externè negat, sed à nullo fidei articulo recedit (si enim ab aliquo recederet, jam esset hæreticus, de quo jam hætenus loquuti sumus) fortasse primo aspectu, solum verbis Bullæ ad litteram consideratis, posset uti Privilegiis Bullæ, quia sic jam est Fidelis. Verum ego persuadere mihi nunquam potui, mentem Pontificis, esse, ut velit favere per sua Privilegia illi, qui ab ipso tam manifestè recedit, & rebellis est.

7. Adde, si quis Schismaticus sit ex illis, qui negant, hunc Summum Pontificem esse, putans id non esse articulum fidei, quæ ratione valet ab eodem acceptare Privilegia, quæ nonnisi à vero Summo Pontifice dimanare possunt? Id certè accidere potest, quando idem Pontifex est, qui Bullam concedit, & idem, qui ab ejusmodi Schismatico repellitur. Ita contra Bardi meritò discurrit f Mendo.

Cathecumenus.

8. Hic nullis Bullæ Privilegiis potiri posse, Dis-
certum judico cum Delugo g de Pœ-
nit. aliisque quia Ecclesia nunquam, siue suas g Delugo
leges, siue sua Privilegia dirigit ad illos, qui de Tœnit.
nondum Januam, per quam ingredimur in Diss. 27.
ipsam Ecclesiam, quæ est Baptismus ingressi num. 2.
sunt.

9. Dices. At cum Suario, & aliis dictum se. de Sacr.
à nobis est in Opusc. b de Sacrificio Missæ, Miss. lib.
probabile esse, quod Sacrificium Missæ ap-
plicatum Cathecumeno, eidem prodest ex o-
pere operato quoad satisfactionem, & impe-
trationem, ergo etiam proderit & Bulla, sicut
enim ibi applicantur merita Christi Domini,
ita hic. Hoc modo argumentatur contra no-
stram sententiam i Henriquez.

10. Respondeo. Quoniam multi non di-
stinxerunt quæstionem, minus rectè huic pa-
ritati responderunt. Alia enim est quæstio, an
possit Cathecumeno prodesse Bulla, si ad illos
ipsa à Summo Pontifice dirigeretur, alia, an
ad ipsos dirigatur, unde de facto proficit. Prius
ex his, esto, sit controversum; & ipsi faveat
paritas ducta à Sacrificio Missæ. At ego dico,
certum mihi esse posterius, hoc est Cathecumenis

cumenis Bullam non prodesse ex illo capite, quod de facto Pontifex ad illos Bullam non dirigit. Id quod colligo ex communiter contingentibus, quia nimirum ad solos Baptizatos dirigit Ecclesia, & Pontifex suas leges, præcepta, privilegia, & similia, illisque solum profiteretur favere, & solum cum illis loqui. At, quod Sacerdos particularis velit dirigere fructum sui sacrificii ad Cathecumenum, jam tu supponis. Quamvis igitur asserere possimus, Christum Dominum non exclusisse Cathecumenos, tum à fructu Missæ, tum à suffragiis Ecclesiæ, tum ab ejusdem Privilegiis, quia jam sunt initiati ad portas Ecclesiæ, & veluti initiati Fideles, & quidem externi, quia jam Baptismum petunt, (sicuti non excluduntur Novitii à Privilegiis Religionis, licet nondum perfecte in illam per Professionem ingressi sint) quamvis id asserere, inquam, possimus, tamen, quod de facto Pontifex, cui vices suas in terris Christus Dominus commisit, applicet prædictis Cathecumenis Bullæ Privilegia, sicuti applicat Novitiis Privilegia Religionis, & sicut applicat suam Missam ipsidem Cathecumenis Sacerdos, nescimus. Immo ex consuetudine Ecclesiæ se semper dirigentis ad Baptizatos, scimus non applicare. Ita mihi hac super re discutendum esse, videtur.

Infantes, Amentes.

10. **I**nfantibus, & perpetuo amentibus, multo magis Phræneticis prodest Bulla Cruciatæ, si quis pro ipsis, data elemosyna, illamumat. Ratio est, quia Pontifex generaliter omnibus Fidelibus sine distinctione ætatis, vel conditionis eam concedit, & ex alia parte illi, cum sint Christiani, censentur virtualiter petere ea, quæ ad salutem animæ illis sunt utilia. Ita Trullench. a

a Trullench. 11. Proderit autem his Bulla, ut tempore lib. 1. exp. Interdicti sepeliantur in loco sacro cum moderata Pompa, ut infra suo loco posse, per Bullam, dicitur. Proderit item pueris, postquam usum rationis acquisierint, & Amentibus, si forte convalescent, proderit, inquam, ad Indulgentias acquirendas, ad vora commutanda, ad absolutionem à reservatis,

ad usum lacticiuorum,

&c.

Religiosi.

12. **R**eligiosos, vel Religiosas frui posse Bullæ Cruciatæ Privilegiis, si eam accipiant consueta elemosyna, (de qua mox,) data, certum sit. Præscindendo, tamen, Primò, ab usu lacticiuorum, de quo infra, & Præscindendo, Secundò, à Privilegio circa Pœnitentiæ Sacramentum, de quo ego in opere de Sacramentis lib. 5. de Pœnit. b satis b Ego de

13. Illud autem solum hic adnoto, Religiosos non indigere ad acquirenda Bullæ Privilegia consensu sui Superioris, cum sit consensus data omnibus Fidelibus à Summo Pontifice omnium Superiore. Sed Nostros è Societate indigere propter ipsius Pontificis restrictionem factam Nobis in Nostris Bullis, docet c Bardi contra Andream d Mendo in Appendice, & latius in Elucidatione Bullæ, sentientem, nostros è Societate, æquè ac alios Religiosos, non indigere consensu Superioris ad omnes Bullæ gratias acquirendas, præter ea, quæ pertinent ad Sacramentum Pœnitentiæ, & ad modo dictum usum lacticiuorum, qui idem mendo ibidem explicat Bullas Pontificias (quas in contrarium asserti Bardi) loqui solum de Gratiis in ordine ad Sacramentum Pœnitentiæ, non verò in ordine ad alias materias.

§. II.

Consistentibus, & delinantibus in hoc Regnum.

1. **C**ertum est, non solum fixè commorantes in hoc Regno (idem semper hic, & in sequentibus intellige de aliis Regnis Hispaniarum Regi subjectis, ubi Bulla promulgatur) verum etiam existentes in illo transeuntes, etiam per unum diem, immò, per unam horam, posse accipere & frui Bullæ Privilegiis, anno durante, tametsi hinc recedant, & deinde alibi, ubi Bulla non promulgatur, sedem figant, excepto Privilegio usus ciborum prohibitorum, propter expressam prohibitionem, ut in superioribus indicavimus, & dicitur inferius. Id manifestè concedit Pontifex in illis verbis (*consistentibus, & declinantibus*), in expressis Ita expressè Barnabas e Gallego.

2. Quid si externus declinet, seu perveniat solum in Panormi V. G. Portum, unde mittat s. amicam,

amicum, qui ipsi Bullam accipiat, ipso in Civitatem, immo in litus non descendente?

Respondeo, idem posse, quia Portus absolutè & simpliciter pars est civitatis, seu regni. Idem puto, si quis declinet in sinum similem Portui.

3. Quid si ex mari vicino extra Portum, seu sinum? Respondeo. Mihi valde scrupulosum est, tunc posse. In mari enim, quamvis vicinum quis perveniens, difficile mihi videtur, dici posse, quod declinet in Regnum, & nobiscum etiam sentit a Mendo.

Graci.

4. IN hoc Sicilia Regno sunt aliqua Græcorum oppida, quorum Incolæ ritu Græco viventes, tempore Quadragesimæ, non solum abstinere à lacticiis, sed etiam ex suo ritu à piscibus sanguinem habentibus. Inquiro jam, an Bulla iis (ut etiam quoad alia Privilegia) prosit.

Respondeo. Tum quoad dictum Privilegium de lacticiis, tum quoad alia, prodest: quia etiam ipsi sunt Fideles: & in hoc Regno, ubi Bulla promulgatur, commorantur, nec est unde ipsi excipi debeant. Quare virtute ipsius Bullæ, licebit illis comedere lacticia, diebus veritis, & per consequens, immo potiori ratione, pisces sanguinem habentes; Privilegium enim concedens lacticia, multo magis concedit pisces cujuscunque generis, qui magis distant à carnibus, quam lacticia. Ita Bardi & in Bul.

§. III.

Ex Bonis sibi à Deo collatis liberaliter contulerit.

1. TAMetsi in hac clausula non decernatur, quanta debeat esse eleemosyna portigenda ab eo, qui Bullam sumere intendit, quia tamen Pontifex concedit, etiam debere decerni à Commissario, ideo ejus taxandum est. Verba Gregorii XIII. à subsequentibus Pontificibus confirmata hæc sunt. Item conceditur facultas Commissario, ut dictam subventionis quantitatem à Fidelibus, ut prædicitur, pro Viris, & Defunctis, juxta Personarum qualitatem, & bonorum quantitatem, arbitrari possit.

2. At verò, quantum ipse decrevit? Re-

spondeo. Pro Indis, & Hispanis in India dependentibus, pro quibus major quantitas est decreta, vide Trullench. Pro nostris Regionibus (id, quod scire, ad nos pertinet) Commissarius decrevit sequentem Realium d. taxam. Bull. §. 3. Scito autem Realem unum valere unum tarenorum monetæ Siculæ, & grana quatuor cum ejusdem grani parte quarta.

3. Pro Cardinalibus, Episcopis, Abbatibus, Inquisitoribus, Dignitatibus, & pro insignibus quibusdam Personis, quas mox indicabimus §. 7. nu. 4. Eleemosyna pro Bulla Vivorum est octo Realium Castellatorum, hoc est monetæ Siculæ, decem tarenorum, & granorum decem.

4. Pro communibus Personis, pro eadem Vivorum Bulla, est Eleemosyna ditorum Realium, hoc est monetæ Siculæ tarenorum duorum, & duodecim granorum cum dimidio.

5. De Eleemosyna danda pro Bulla lacticiorum, quæ Sacerdotibus faver, dicam infra cap. 8. §. 5.

Ut idem de danda pro Bulla Defunctorum dicam c. 15. §. 2. nu. 8. pro Bulla compositionis cap. 16. §. 6.

His prælibatis, multæ sunt dubitationes hic enodandæ, quas in sequentibus §. jam jam solvimus.

§. IV.

An ex bonis furtivis, vel usurariis dari eleemosyna possit pro Bulla.

1. QUoniam Bullæ tenor habet, ut ex propriis bonis ejusmodi eleemosyna porrigatur, dubitabis, quid si ex bonis furtivis? hoc autem nomine intelliguntur hic, etiam usuraria.

2. Respondeo. Doctores ferè communiter (præter unum Rodriguez) loquentes hac de re Rodriguez, Acosta, Vega, Trullench. Bardi, Mendo, ap. Galleg Macedo, Elcobar, Diana, quos citat, sequiturque Gallegus, f. absolute, & sine ulla distinctione docent, furtiva pecunia sumi Bullam non posse: quia disertis verbis dicit Pontifex (ex Bonis sibi à Deo collatis.) Adde hanc debere esse eleemosynam: sed ex D. Thoma, g. d. Th. 2. & communiter, consistere eleemosyna ex alienis bonis, non potest.

3. Ut hæc doctrina explicatius habeatur, sic distinguendum est. Si sermo sit de ipsa pecunia in individuo furtiva, quando furtivam propriam non habet, certa est prædicta doctrina

doctrina propter rationes optimè jam allatas.

4. At verò quando fur aliam habet propriam, quam posset dare pro Bulla, ipse tamen pro Bulla furtivam det; valebit Bulla, quia tunc materiale quid est, dare hanc furtivam, cum jam cum illa fiat elemosyna æquiva-

a Bard. in lenter. Ita Bardi. a

Bull. p. 2. 5. Præterea si loquamur de pecunia furtiva, quæ fuerit immixta cum alia propria furtiva, ita, ut discerni nequeat, cum jam illa transierit, propter illam unionem & mixtionem, b Lib. 8. in in dominium furis (ut dixi in libris Decalogi. Tr. gib) potest utiliter ex illa dari elemosyna, remanente semper ipsi furi onere restituendi id, quod iniquè abstulit. Si ergo ex illa facere elemosynam valide fur potest, valide consequenter cum illa Bullam accipiet, unde & Bull. d. 4. illius Privilegiis fruatur. Ita e Mendo.

6. Huc facit casus sequens. Titius furatus est V. G. decem Bullas à Depositario, easque distribuit Fidelibus, sive pro elemosyna ordinaria duorum Realium, sive minus, retenta pro se pecunia; Inquit, An Fideles, qui, data ea elemosyna, accipiunt bona fide Bullas, utiliter accipiant?

7. Respondeo, accipere inutiliter, quia Bullæ Privilegia conceduntur sub conditione elemosynæ dandæ Regi in subsidium Belli contra Infideles, quæ elemosyna hic non adest. Unde licet, dum bona fides durat, possint dicti Fideles vsci V. G. lacticiis, tamen, cognita veritate, non poterunt. Quod si bona fide absoluti fuere a reservatis, esto propter bonam fidem, absoluti ab ipsis indirectè fuerint, at, re cognita, debebunt ejusmodi Pœnitentes de iisdem reservatis directam à legitimo Confessario absolutionem obtinere. De his absolutis bona fide vide multa à me dicta in libris de Sacramentis.

d In lib. de
Sac. l. 5.
de Pœnit.
1. de Cas.
ref. c. 12.
§ 3. à
nu. 7.

§. V.

An ex pecunia habita ex turpi lucro.

1. Meretrix V. G. habens pecuniam ex meretricio, potest ne cum hac, Bullam utiliter accipere?

Respondeo. Potest: quia, quamvis illa peccaverit, dum eam, medio peccato, lucrata est, tamen pecunia sua est, suoque sub dominio, ut alibi satis explicuimus, ergo de suo e-

lemosynam illam dat, dictisque Privilegiis Bullæ frui, merito potest. Idem dic in similibus.

§. VI.

An ex bonis creditis, vel ab alio datis?

1. Tres hic sunt casus. Primus. Titus obtinet à Commissario Bullam credito, hoc est, promittit Titus, se post sex menses V. G. traditurum elemosynam præscriptam, utiliter ne Bullam obtinet?

Respondeo, & Primò quidem Dico, manifestè inutiliter, si habet animum eam elemosynam non tradendi, quia sic nullā tribueret. At si, ipso initio acceptionis, animum habet tradendi (qui est casus propositus) Dico, utiliter; etiam pro iis prioribus mensibus, antequam promissum solvat. Ratio est, quia id concedit Commissarius Generalis apud e Mendo. Mendo, & meritò; obligare enim se ad dandam elemosynam, elemosyna est: Atque ejusmodi certè est cōmunis praxis, idque cum emolumento Regis, nam sic multi Bullam accipiunt, quod non facerent, si numerato cogerentur pecuniam deponere.

Quod si quis habeat initio animum non tradendi, sed post sex menses V. G. mutet voluntatem, velitque dare, tunc sanè à die, qua ejusmodi bonam voluntatē habet, lucrari potest Privilegia Bullæ, usque ad finem anni durationis Bullæ, quia tunc jam legitime pro illis posterioribus mensibus Bullam habet, quam legitime antea non habebat. Ita f Bardi.

Contra, si initio habuit intentionem tradendi elemosynā, & postea transactis sex V. G. mensibus mutet voluntatem, nolitque elemosynam elargiri, Dico, à die, quo non elargiri proponit, non lucraturum Privilegia, quia hæc dantur sub conditione elemosynæ, quamvis propter bonum animum solvendi, quod promissum, frui illis Privilegiis in prioribus mensibus potuerit.

2. Sed quid, si bona fide quis promissum, sed deinde, propter impotentiam inculpabilem, stare promissis non possit, fruatur ne toto anno Bullæ Privilegiis?

Respondeo. Fruatur, quia Privilegiū semel ritè obtentum non potest tolli à superveniente impedimento inculpabili, nec Rex amittit hujusmodi elemosynam, jam enim distributor Bullarum illā refarcit, quando enim sic credito Bullas distribuit, ipse se obligat ad solvendum & ita declaravit ipse Commissarius.

3. Se-

3: Secundus casus est de bonis alienis donatis. Cajus V. G. meus amicus suis pecuniis accipit Bullam pro me. Valet ne ea mihi, si eam acceperim?

Respondeo. Valet: nam sic tu virtualiter eleemosynam facis, est enim perinde ac si tibi amicus pecuniam daret, quam tu deinde in eleemosynam dares pro Bulla.

4. Tertijs casus est de Religiosis, qui ut dixi c. 3. §. 7. n. 12. possunt frui Privilegijs aliquibus Bullarum. Petrus V. G. Religiosus sumptibus Bullam, largiendo eleemosynam ex pecunijs ipsi donatis ab amico, utetur ne valide Bulla? Dubitatio autem fundatur in eo, quod Religiosus, etiam si ab amico, posita quacunque Superioris licentia, habeat pecuniam, illa non est ipsius siquidem quidquid Religiosus acquirit, Monasterio acquirit, ergo non potest verificari, quod eleemosynam ex suis bonis impetierit quod requiritur necessario, ut Bulla frui quis possit.

Respondeo, omittendo alias explicationes, Pontificem, quandoquidem in tenore Bullarum illam modo dicto concedit nominatim etiam Religiosis, huic defectui satis, superque supplere.

§. VII.

Quanam eleemosyna porrigenda ab Insignibus Personis?

Et quam porrigenda a Pauperibus?

1. **C**ardinales, Primates, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates habentes Jurisdictionem Episcopalem, Inquisitores, & Dignitates Ecclesiarum Cathedralium, Duces, Marchiones, Comites, Commendatores majores, Proreges Capitanei Generales, & alij Officiales Curie suæ Majestatis (qui sunt hi Officiales, unde apud Trullench a Domini Vassallorum, dictorumque uxores, suis viris viventibus, debent pro Bulla præstare eleemosynam octo Realium, hoc est, ut supra dixi, tarenorum decem, & granorum decem monetæ Siculæ.

2. Jam dubitabis Primo, circa hos an Vicecomites, Barones, Prætores Urbium, Senatoresque Civitatum, si non sint Domini Vassallorum, ut etiam Fiscalis in Tribunali Inquisitionis, ut item Filij Ducum, similesque si nullo Titulo, vel Dominio gaudent an inquam, hi obligentur tradere octo Reales?

Respondeo, non obligari, quia hos, si Domini Vassallorum non sint, Commissarius, in taxa ab ipso definita octo Realium, non designat; Expressio autem eorum, qui designantur, est manifesta exclusio aliorum. Ita b Mendo, & Gallegus, c Quod si Domini sint Vassallorum, debent omnino octo tradere, quia ita disposuit Commissarius, ut vidimus n. primo.

3. Si Rex aliquis exterius in Regnum, ubi Bulla promulgatur, accederet, ut etiam illi omnes, quos nos Principes in nostro Regno habemus, obligantur ad octo, siquidem satis includuntur à Commissario in illis similibus Dignitatibus Ducis, Marchionis, &c.

Prædicti Duces, &c. si careant Vassallis.

4. **D**ubitabis secundo. An prædicti Duces, Marchiones, &c. si Vassallis careant, præstare debeant octo Reales?

Respondeo. Negat Bardi, affirmat Mendo; Verum si diligenter eorum rationes hinc inde ab ipsis allatæ, considerentur, debent convenire in hunc modum. Si ejusmodi V. G. Dux nihil aliud habeat, nisi merum, & inane Ducis nomen, nullamque habeat ex eo Titulo, seu Nomine Dignitatem, vel Privilegium, vel Prærogativam, ut esset V. G. Pater, qui totum Titulum suum suamque Jurisdictionem totam in Vassallos, filio renuntiavit; Certe hic Pater sufficienter dabit duos Reales, quia nec Dignitatem habet, nec Jurisdictionem, nec in actu, nec in habitu supra Vassallos. At, si, quamvis Vassallis, ac Jurisdictione omni quis careat, Titulum tamen Ducis cum aliquibus Ducatus præminentijs habeat, quales sunt plures, quos Titulatos vocamus, & vere sunt hujusmodi, nam coram Prorege caput V. G. cooperiunt, aliisque quibusdam secularibus exemptionibus fruuntur, præstare debent octo, quia hi verè, & in omni proprietate sunt Duces, Marchiones, &c. Hujus etiam generis sunt filij horum, si Titulum vere habeant cum prædictis præminentijs (licet proventibus omnibus Pater gaudeat) quia jam dignitatem habent. Ita Gallegus. e Ratio prædictæ distinctionis mihi manifesta apparet, quia, in taxa à Commissario legitime facta, clare, ut duæ Classes distinctæ Personarum, asseruntur; quarum al-

tera continet Duces, Marchiones, & Comites; altera, quæ continet Dominos, habentes Vasallos, & ut patet ex contextu, una non est declaratio alterius. At certe hi, qui solum Titulum sibi reservant, sive habent, vere in Classe Ducum sunt, qui vero nec Tituli præ eminentiis ullis gaudent, nec Vasallos habent, in neutra Classe ex dictis connumerari, nisi æquivocè, possunt.

5. Quando quis simul est Dux, & Marchio, & Comes gaudens multis Titulis, multisque Dominiis, non est ab ipso multiplicanda eleemosyna ad multiplicationem Titulorum, quia Commissarius taxando eleemosynam assignavit octo Reales singulis Personis, non singulis Titulis.

6. Quod dixi de his, dic de Episcopis, si enim Episcopi renuntiaverunt, ita ut servaverint sibi Titulum, & Dignitatem Episcopalem (quam certe semper solent sibi reservare) cum sint vere Episcopi, sicuti etiam sunt Episcopi mere Titulares, præstare debent octo Reales; At si renuntiaverunt etiam Dignitati, quod fieri non solet; aliquis illos excusaret ab elargiendis octo, aliquis, inquam, nam ego excusare non possum quia quacumque renuntiatione posita, semper in ipsis residet Character Episcopalis ob quod semper vere sunt, & vocari Episcopi, actusque Consecrationis exercere valide possunt. Nisi loquaris de quibusdam Germaniæ, vel aliorum locorum Episcopis, qui sunt meri Clerici, & sola Jurisdictione Episcopali gaudent. Hi certe, si renuntient, in nihilo remanent Episcopi.

Ducum etiam Uxores, & Vidua ex illis.

7. **D**ubitabis Tertio, de prædictorum Uxoribus viduis. Respondeo. Uxores dum vivunt prædicti Mariti, sequuntur conditionem Virorum, quare perinde ac Viri earum, octo debent, tamen si ipsæ ex se Titulo nullo gaudeant. At vero Viduæ eorundem, si nullo proprio Titulo, seu dignitate gaudeant, donent solum tunc duos Reales; si autem ipsæ Titulo ex se gaudent, vel Dominæ sunt Vasallorum, octo omnino debent. Ita clare ostendunt Verba Commissarii eleemosynam taxantis. Faminæ denique quæcumque si non sint, neque fuerint unquam nuptæ, habent tamen verum Titulum, vel Vasallorum Dominium debent omnino octo, quia tunc

habent qualitatem requisitam à Commissario ad maiorem eleemosynam; quam quidem qualitatem respexit Commissarius in quocumque sexu ea inveniatur.

8. Quid si prædictæ Viduæ remaneant usufructuariæ Ducatus, Marchionatus, &c. Respondeo, pari modo obligari ad octo, quia sic jam actu habent qualitatem, quæ ex vi taxæ, obnoxia est majori huic eleemosynæ.

Privatus promotus ad Titulum Ducatus, &c.

9. **D**ubitabis Quarto. Si quis Privatus accipiat Bullam initio anni, datis duobus Realibus, & deinde in decursu anni evadit forte Dux, vel Marchio, &c. ut item Episcopus, Archiepiscopus, &c. indigetne à puncto novi gradus alia Bulla cum pinguiore eleemosyna, vel saltem supplementum ad octo Reales conferre, ut deinceps Bullæ Privilegiis perfruatur?

Respondeo. Non indigere, puto, quia gratia concessa initio fuit collata pro toto anno. Ergo pro toto anno durat; fuit enim data absolute, & non dependenter à futuro eventu. Ita a Bardi dicens, hanc dubitationem à nemine fuisse tractatam: faterur tamen, si Clericus ascendat ad Sacerdotium in illo anno Bullæ à se sumptæ, non posse deinceps uti Privilegio vescendi lacticiis; quo initio anni, quando non erat Sacerdos fruebatur; nec id esse mirum, quia Sacerdoti expresse fit in ipsa Bulla prohibitio vescendi lacticiis; quæ similis expressio non est in Bulla, quam prædictus Privatus, data eleemosyna duorum Realium à Distributore, hoc est à Pontifice, recepit.

Prædictarum Insignium Personarum obligatio quoad eleemosynam pro Secunda Bulla in eodem anno.

10. **D**ubitabis Quinto. Si qua ex dictis Personis Insignibus vellet secundam Bullam accipere in eodem anno (quam secundam utiliter sumi posse, non vero tertiam, dicemus infra,) debet ne octo contribuere?

Respondeo ita prorsus. Quare falsam iudico sententiam Henriquez (quam refert, & merito rejicit b Trullenç) putantis sufficere, si præ-

si præbeat duos; falsam, inquam, nam Commissarius sine ulla distinctione prima, vel secunda Bullæ, pro his Personis taxat absolute Reales plures. Vide infra c. 14. ubi ipso initio ponuntur verba Pontificis, concedentis hanc iteratam acceptionem Bullæ, nam ibi notabis hæc verba *Servatis tenore, & forma prædictis*, quibus eodem anno idem summarius sumpsit.

Muli habentes Dominium ejusdem Ducatus, &c.

11. **D**ubitabis 6. quando duo V. G. habent Dominium ejusdem oppidi pro parte,

vel pro indiviso, debent ne singuli dare octo Reales? Respondeo ita putare Mendo.

Mendo d. 14. n. 8. At b. Bard. docet, satis esse, utrosque dare octo, hoc est, singulos dare quatuor. Lege apud ipsos rationum conflictus, quia res est prætaxa praxis. Et tamen ego eo in sententiam Mendo, quia verba Commissarii taxantis eleemosynam hanc majorem præcipiunt, Ducem, Comitem, seu Dominum Vassallorum debere dare octo; Atqui singuli ex his, de quibus loquimur, habentes pro parte, vel pro indiviso Ducatum, Comitatum, Dominium, sunt simpliciter, & absolute Duces, Comites &c. & talium item Titulorum præmiuentis gaudēt, ergo, &c.

Quid si Senatus Panormitanus V. G. qui constat ex sex Patribus conscriptis, sit aliquo insignitus Titulo, sit V. G. Dux alicujus oppidi, singuli ne ex illis debent octo dare?

Respondeo non debere, puto: quia tunc singuli, quibus conceduntur Bullæ privilegia, non sunt Duces, sed solum simul omnes, ut constent unum corpus morale.

Pauperes.

12. **D**ubitabis Septimo, an Pauperes debeant eleemosynam dare pro Bulla? Respondeo. Debere, certum sit, quidquid in

Henric. oppositum innuat c. Henricus ex eo quia in Bulla originali monet Pontifex, ne exigatur eleemosyna à paupere. Quidquid, inquam, innuat, Tum quia hæc clausula non amplius extat in Bulla, quæ promulgatur; tum quia clare Bulla, tamquam opus necessarium requirit pro consecutione ejus Privilegorum eleemosynam; tum denique quia fortasse

sensus illius clausulæ solum erat, ut non cogentur pauperes accipere Bullam, & consequenter eleemosynam dare, quia Bullæ acceptio debet esse voluntaria.

13. Ex hac certa doctrina emergit affine dubium. Cum enim, qui caret Bulla Cruciatæ, non valeat in Regnis, ubi ea promulgatur, acquirere Indulgentias, quas ipsa Bulla concedit (de qua re infra cap. 14.) dubitatur nunc An, qui propter summam pauperem eam accipere, nequit, acquirat saltem alias Indulgentias, quæ sunt extra Bullam, quas Commissarius suspendit, durante anno Promulgationis, de qua suspensione infra item dicemus.

Respondeo. Acquirere, docet d. Bard. Ita etiam tener Quintanadvennas, & citans Ludovicum à Cruce. Non acquirere, docet f. Mendo. Ratio affirmantium est, quia præsumitur ex pietate Pontificis, ut non privetur Indulgentiis, qui sine culpa Bullam habere non potest. Ratio Negantis, cui assentior, est, quia Bulla nimis manifeste suspendit pro eo anno omnes alias Indulgentias pro iis, qui Bullam non accipiunt, nec, in tanta expressione mentis Pontificis, videtur, posse prudenter, præsumi contrarium.

CAPUT IV.

Explicatur posterior pars Clausulæ quarta superius posita, hoc est, illud, Anno durante.

Exposcit hic Doctrinæ claritas, & ordo, ut declaremus prius, quando nam incipit ejusmodi Annus; deinde quandiu durat, seu quando finem habet.

§. I.

Quando nam incipit Annus Privilegorum Bullæ?

1. **S**ane eum incipere à die Promulgationis Bullæ, certum est. Verum ut id minutius cognoscatur, animadvertenda sunt quatuor.

2. Primo, si quis Bullam sumit post sex menses V. G. à facta promulgatione, hic non poterit frui Privilegiis, nisi ab hora in qua sumit usque ad finem consequentium mensium ejusdem

eiusdem anni, quia antea carebat Bulla, & post illos menses, hoc est, absoluto dicto anno, ut dicemus, Bullæ Privilegia spirant. Ita

a Galleg. c. 4. dub. 15. citans Nünnum, Vilalobos, Trullen. Ludov. à Cruce.
b Lib. 5. de mox §. 4.
 2. Secundo animadvertendum est, quando dicimus, Annum Bullæ incipere à die promulgationis, intelligi de promulgatione, quæ fiat in unaquaque Civitate, seu loco, etiam minimo, ut notat *c Trullen.* nam non satis esse pro habitantibus in alia Civitate, eiusdem Diocesis, Promulgationem, quæ fit in alia, quamvis hæc sit Metropolis expresse notat ipse Pontifex in tenore Bullæ, esto, pro legibus, aliisque similibus sufficiat eas promulgari in Metropoli.

4. Animadvertendum est Tertio, Annum, in quo vigent Bullæ Privilegia incipere ab ipsa hora, in qua ea in quocumque loco promulgatur, non ergo antea.

5. Animadvertendum est 4. Cum per duplicem actum soleat promulgari Bulla, primo per solennem Processionem, & deinde, per Concionatorem in Concione, animadvertendum est, inquam, sufficere per solam Processionem, si quidem per illam solam habetur absoluta Promulgatio.

6. Hinc fit, ut si quis sumat Bullam ante Concionem, sed post Processionem, possit *d* uti ejus Privilegiis, & sanæ hæc est Praxis, ut facta Processione, statim incipiant distribui Bullæ.

A Trull. l. c.
 7. Hinc etiam sequitur, ut, si quis, etiam data stipe, sumpserit Bullam ante Concionem, & ante Processionem, non possit uti Privilegiis, nisi post Processionem, tunc enim ratificatur sumptio.

8. Denique, ne ignores, factam publicationem in Templo maximo sufficere, quamvis promulgatio alia non fiat in aliis Parochiis eiusdem Civitatis, quantumvis magnæ: nam unam Publicationem in uno loco requirit Pontifex, non vero aliam, & aliam in singulis Ecclesiis loci.

§. II.

Quamdiu durat Annuus Bullæ.

1. **P**remitto, alium esse Annum naturalem, alium Ecclesiasticum. Naturalis est spatium temporis, quo Sol suo motu redit ad eandem Cæli partem unde motum incæperat, V. G. à primò gradu signi Arctis, ad eundem, quod spatium est duodecim mensium, & sex horarum aliquibus minutis minus.

Ecclesiasticus est spatium temporis, quod ex more Ecclesiæ intercurrit ab aliquo termino deputato ab Ecclesia ad alium similem. V. G. à Pascha ad aliud Pascha, à Pentecoste ad Pentecosten, quod spatium aliquando continet plures, aliquando pauciores dies, ut ex computo Ecclesiastico scimus omnes.

2. Querimus jam an Privilegia Bullæ durent per Annum naturalem; An per annum Ecclesiasticum? Si prius, semper erit idem tempus Privilegorum, si posterius, modo majus erit ipsorum tempus, modo minus.

3. Dico, Probabile esse, Annum Bullæ durare per Annum naturalem hoc est à die promulgationis usque ad finem duodecim mensium, & item esse probabile durare per annum Ecclesiasticum, id est à Promulgationis die ad alterius promulgationis diem. Priorem probabilitatem sequitur Rodriq. *e Th. Sanch. ff. Th. Sanch. g. posteriori Gallegus, b Jo. Sanc. l. 8. m. 1. i Trullen. k Ludov. à Cruce. Bardi. l. Ratio d. 15. m. utriusque sententiæ est, quia, in communibus 17 in nunc hominum commerciis, nomine anni g. Mendo. recte alteruter solet intelligi.*

Favet posteriori sententiæ illa confirmatio. *in App. Quia in præfenti sumus in re Ecclesiastica; l. c. 14. Ecclesiæ autem Communis praxis solet anno h. Galleg. Ecclesiastico uti. Sic Communio pro obligatione præcepti annui, sic Interstitia pro Ordinibus suscipiendis, sic obligatio recitandi d. 65. Horas Canonicas solet mensurari per annum, k Trull. vel diem Ecclesiasticum non vero per naturalem.*

4. Hinc, quia Annus ecclesiasticus aliquando est brevior anno naturali, ut si promulgatur Bulla in Dominica V. G. Septuagesimæ, 10. d. quæ sit dies Vigésimus Januarii, Anno autem m. sequenti promulgetur in eadem Dominica, p. Tr. 1. quæ incidat in diem decimum ejusdem mensis

sis Januarii, unde brevior, hoc est minus decem diebus erit Annus Ecclesiasticus, quam sit annus naturalis: hinc, inquam sit, ut in priore sententia possis frui Bullæ Privilegiis usque ad vigesimum diem sequentis Januarii, etiam promulgata nova Bulla: at in posteriori non possis usque ad dictum vigesimum diem, quia adveniente nova promulgatione veluti perimitur, in hac posteriore sententia, Bullæ vigor. Sed certe, ut diximus, utrumque probabile est.

5. Nota. Si forte supponas Pontificem nolle, ut nova alia promulgatio Bullæ fiat anno sequenti, vel velle novam promulgationem diu differre; unde non possimus tunc habere terminum desitionis per novam promulgationem, quia promulgatio nova non erit. Nota, inquam, tunc Doctores convenire, quod Bullæ privilegia durent per annum naturalem: tunc enim cum desit annus ecclesiasticus, subingreditur necessario a naturalis. Dixi (necessario) nam non placet, quod b Bardi docet ex Trullench, nimirum, quando Pontifex diu differt, tunc durare per 35. dies postea, intra quorum latitudinem solet finire annus ecclesiasticus: non placet autem, quia id videtur esse nimis gratis dictum.

6. Nota insuper, quamvis moriatur Pontifex, vel Commissarius Generalis intra dictum annum, non spirare tibi Bullæ privilegia pro illo anno quia pro illo tempore sunt gratiæ factæ, ut recte notat c Castropalaus.

§. III.

Quando in uno loco tardius, in alio citius fiat promulgatio, quid juris erit in accipiente Bullam, si sequamur prædictam posteriorem sententiam.

1. EX figuratone duorum Caluum hujus quæstionis Decisio clarius intelligitur.

Primus Calus. Titius existens Panormi, promulgatione ibidem facta in Dominica Septuagesimæ die V. G. 20. Januarii, sumit statim Bullam, & inde proficiscitur Syracusas V. G. ubi anno sequenti promulgari solet Bulla die primo Cinerum, qui incidit V. G. die 9. Februarii, hoc est 14. diebus postea, Inquiri, Gaudebit ne Titius jam commorans Syracusis Bullæ Privilegiis usque ad Dominicam Septuagesimæ anni sequentis quæ incidit V. Tamburinus de Sacramentis.

G. 26. Januarii, quando Panormi promulgabitur nova Bulla, an, usque ad nonum diem Februarii juxta promulgationem, quæ fiet in sua Civitate?

2. Secundus casus, quid si contra? Cajus V. G. commorans Syracusis accepit Bullam in die Cinerum, qui forte incidit 12. Feb. deinde accedit Panormum, ubi promulgabitur nova Bulla 20. Januarii, gaudebit ne Privilegiis solum usque ad vigesimum diem Januarii juxta promulgationem panormitanam, an usque ad diem Cinerum anni sequentis juxta promulgationem quæ fiet in Civitate prædicti Caii, qui dies incidit, ut dictum est, nono Februarii?

3. Respondeo. In utroque casu, stando in posteriore sententia, sub qua loquimur, gaudere quis potest Bulla solum juxta promulgationem factam in loco, ubi quis accipit Bullam. Quare in priore casu allato n. 1. Titius gaudebit Bulla, usque ad vigesimum sextum Januarii in posteriore vero allato n. 2. Cajus Bulla fruetur, usque ad nonum diem Feb. Ratio utriusque dicti est, quia, quando tu accipis Bullam promulgatam in hoc V. G. loco, quasi dicit tibi distributor Bullarum nomine pontificis. (*Quandoquidem tu erogasti legitimam elemosynam, concedo tibi Privilegia Bullæ duratura per totum hunc annum, donec ego iterum aliam hic promulga vero*) Hujus autem rei ulterior ratio est, quia ad illum Distributorem, à quo tu recipis Bullam, non pertinet, videre, seu taxare tempus promulgationis alterius Distributoris. Quare, nomine pontificis, dat tibi privilegia secundum suas promulgationes, non vero secundum promulgationes alterius. Ita d Bardi.

4. Scio Joannem & Sanch. in casu dicto n. 1. velle Titium posse solum, usque ad nonum diem Februarii, sed propter rationem nostram non est audiendus.

Scio etiam Mendo s sustinere, tum Titium, tum Cajum prædictos posse solum gaudere Bullæ privilegiis, durante anno naturali, quocumque tandem die fiat nova promulgatio. Sed profecto id ipse dicit, quia sustinet annum pro Bulla debere esse naturalem, quæ sententiam cum dixerimus supra, esse probabilem, probabile etiam erit hoc præsens ipsius dictum; Sed quia nos hic loquimur ex suppositione, quod sequamur sententiam posteriorem, quæ est etiam probabilis, ideo, quamvis dicto

d Bardi. p.

p. tra. 2. c.

6. nu. 24.

c Io. Sanc.

d. 55. n. 9.

Mendo

l. sup. cit.

dicto prædicti Doctoris assentiamur, tamen non assentimur illi limitationi (solum.)

§. IV.

An finito anno in aliquo saveat Bulla?

1. **I**nstituto hinc quaestionem hanc, quia maximè pertinet ad praxim. In duobus casibus quaerunt rationabiliter Doctores, an Bulla proficit, absoluto anno. Dico (rationabiliter) nam casum alium, quia est ratione destitutus, jam exclusi modo §. 1. n. 2.

Quaerunt enim primo in eo casu, quo promulgatio Bullæ sit in aliqua magna Civitate, seu oppido, unde non valeant omnes Bullam sumere, An, si habeat quis animum sumendi, durabit illi vetus Bulla per paucos V. G. per octo dies post promulgationem novam? Affirmat Villalobos, & Ludovicus à Cruce. Id quod temperat Jo. Sanchez, asserens hoc verum esse, quando per omnes illos dies durat difficultas novam sumendi, vel ex malitia, seu incuria distributoris, nova haberi non possit.

2. Profecto non possum hanc sententiam, quamvis à Sancio mitigatam, non rejicere cum Gallego. *a* Nam, ut alia omittam, nimis manifestè ea est contra tenorem Bullæ, ibi (anno durante) & ibi (summarium Bullæ à volentibus uti Privilegiis, accipi, ac retineri debere.)

3. Quaerunt Secundo Doctores in casu Confessionis inceptæ, vel Commutationis Votorum; Et quia de hac Commutatione dicemus inferius, *b* solum hic agimus de Confessione; an scilicet, si qua legitima Confessio bona fide apud Confessarium electum per Bullam incepta finiri ultra ejusdem Bullæ annum non potuit, sive propter penitentis scrupulos, sive ob prolixam Confessionem, sive ob aliquod rationabile impedimentum, quo pacto dicitur res, non esse integra, quia Confessio jam fieri capit; An, inquam, possit Confessor, post finitum annum suum prosequi opus, & penitentem à peccatis etiam reservatis, ut per Bullam conceditur, absolvere?

Respondeo, posse, ac si esset intra tempus anni concessi, idque etiam cum interpolationibus humano modo solitis; Ratio est; quia ex eo, quod captum est negotium Confessionis, tempore habili, Jurisdictio radicem fixit in Delegato, hoc est in Confessario (ut loquuntur Jura) ex rationabili voluntate con-

cedentis; quare illa in eo perpenuatur, usque ad complementum incepti negotii. Idem solent Doctores dicere in Jubileo, si Confessio bona fide incepta non potuit bona fide finiri intra Jubilæi dies de qua re ego alibi *c* universaliter.

4. Dictum autem est primo (Bona fide) quia persuadere mihi non possum, quando id in fraudem fiat, adesse consensum Superioris ad prædictam Jurisdictionis extensionem, quidquid aliqui dicant. Id autem bene intellige, siquidem ejusmodi fraus duobus fieri modis potest, tum hic, tum in Jubilæo. Primo, si differas Confessionem consulto, usque ad ultimum diem durationis privilegii, & deinde peniteat te, non esse confessum, & vere velis confiteri, confessionemque bona fide incipias, faciens, quantum potes, ut illam compleas, riteque absolvaris ante finem privilegii, sed propter aliquam rationabilem causam compleri Confessio non potest. Et in hoc casu negligentia prior, immo & fraus, si qua in te fuit, prorogandi tempus, purgatur ex vera penitentia, & ex conatu Sacramentum perficiendi, & consequenter radicabitur in Confessario, extendeturque Jurisdictio, quia jam tunc nulla fraus adest. Secundo, si sive tu, sive Confessor, cum possitis perficere Confessionem, eam non perficitis, hac spe; (quam ego merito fraudem appello) ut radicata Jurisdictio sit in Confessario, quasi possit extendi ad tempus sequens. Et in hoc casu dixi, persuadere mihi non posse, Superioris voluntatem esse, ut ea Jurisdictio radicetur.

5. Dictum est secundo, (si qua Confessio incepta, &c.) quod intellige, esse certum si cepisti peccata legitime explicare Confessario. Immo dicta inceptio Confessionis tunc etiam dicitur adfuisse, quando comparuisti genuflexus coram Confessario, pectusque percussisti, & recitasti Confiteor, & multo magis, si vel unum peccatum veniale patefecisti, hæc enim externa signa sunt Confessionis inceptæ.

6. Obijcies. Sola præsentatio litterarum Delegationis facta Delegato non facit negotium captum seu causam inchoatam, ut cum multis docet Merolla, *d* quia litterarum d. sola præsentatio, quamvis acceptata, non est exercitium Jurisdictionis, per quod radice sibi Delegatus Jurisdictionem, ergo neque in casu nostro sufficiunt prædicta signa.

Re-

a Bardi p. Respondeo Nos (ut signate notat *a Bardi*) pro signo sufficienti non ponimus solum petitionem Confessionis quomodo cumque sed requirimus talia signa, quæ sint pars materiæ Sacramenti Pœnitentiæ, quæque cum exhibentur, sint Sacramentalis Confessionis exercitium.

7. Dictum est Tertio (si qua legitima Confessio) nam non prorogatur Jurisdictio Confessarii, si invalida, sive propter defectum pœnitentis, sive propter defectum Confessarii esset prædicta incepta Confessio. Ratio est, quia per verum actum Confessionis Sacramentalis (sic enim exercetur hæc Jurisdictio) radicatur potestas in Confessario Delegato, non vero per invalidam Confessionem, quæ cum nulla sit, nullum parere effectum potest.

8. Confirmatur Doctrina n. 13. data verbis ipsius Bullæ Originalis. Item (ait) *declarat Pontifex, quod, expirante anno, omnes prædictæ facultates, gratiæ, & Indulta expirant, tantum poterunt causa pendentes ad finem perducì. Notas?* (Causæ pendentes, &c.)

b Bardi lo. Ex prædictis verbis colligit Bardi *b* doctrinam à nobis hætenus dictam, solum habere locum, quando pœnitens, post prædictum annum Bullæ finitum, non committit alia peccata. Nam si quis, inquit, nondum finita Confessione, peccet; finito jam Bullæ anno, peccato reservato, non poterit ab hoc peccato absolvi per Confessarium electum vi dictæ Bullæ, quamvis Confessio cœpta fuerit ante lapsum anni: Immo neque item poterit (ait) ab aliis commissis antea, quia Confessio non potest dimidiari, quæ dimidiaretur, si ab his absolvi posset, illo alio commissio post annum non absoluto. Colligit, inquam, ex his verbis, in quibus expresse Pontifex solum concedit, causas pendentes finiri posse. at Confessio hujus peccati nunquam fuit inchoata tempore anni Bullæ, ergo, &c. Quare hic Auctor concedit, per Jubilæum posse simile novum peccatum absolvi, non vero per Bullam Cruciata, quia in Jubilæo non adest hæc restrictio, tantum poterunt causa pendentes ad finem perducì.

9. Verum contra hanc explicationem in *c Mend. d.* surgit Mendo, *c* ait enim, non esse majorem rationem, quod hoc peccatum novum impediat totalem absolutionem, non autem quod Absolutio aliorum peccatorum huic pœnitenti debita propter prorogationem Jurisdi-

ctionis, trahat ad se facultatem, ut quia non potest dimidiari Confessio, detur potestas Confessario, ut etiam novum illud absolvat.

Adde, cum adhuc vere pendens sit causa, quia confessio jam est incepta, & absolutio nondum data, non posse peccatum hoc novum superadditum habere vim impediendi prorogationem Jurisdictionis.

Certe Prior sententia tutior est. Posteriores me Sapientiores examinent; præsertim quia video in causis Judicialibus, ad quarum formam est institutum Sacramentum pœnitentiæ, non dari Delegato prorogationem Jurisdictionis, per quam judicet aliud novum delictum, quod forte committat quis post elapsum tempus Delegationis, &c.

10. Sed adhuc Inquires primo, si Confessor, apud quem incepisti prædictam Confessionem, moriatur, vel alio modo desit, eligere possum alium Confessarium, qui mea peccata omnia audiendo, me absolvat ab illis, finito anno Bullæ, vel finito Jubilæi tempore?

Respondeo cum *d* Castropalao, posse, sive *d* *Castro*. hæc electio novi Confessarii fiat ante spiram tempus privilegii, sive postea in casu proposito prorogata propter incompletam Confessionem, Jurisdictionis. Ratio est quia Confessores vi Bullæ, vel Jubilæi se habent ut unum: quare quando quis ex uno ad alium migrat, non judicatur, nisi eundem eligere.

Neque dicas, causam pendentem te debere ex Jure (ut notat *f* Navarrus) prosequi e coram eodem Jure, coram quo incepta est: *off. Deleg.* Ne id dicas, inquam, nam id verum est in causis fori externi, non vero in casibus interni fori Cujus disparitatis ratio illa est, quia facultas data pro foro conscientie intelligenda est juxta naturam ejusdem fori; At in hoc foro pœnitens potest mutare Confessarium, ut ipsi placet, donec finiatur causa per Absolutionem.

11. Inquires secundo, si post Absolutionem hanc dictus pœnitens recorderetur aliqujus peccati mortalis reservati commissi ante dictam absolutionem, poterit ne virtute Bullæ, vel Jubilæi iterum absolutionem rite accipere à dicto Confessario, qui solum habeat potestatem absolvendi vi Bullæ, vel Jubilæi? Respondeo, non posse; quare tunc necesse erit, illud peccatum oblitum confiteri apud alium.

alium legitimum Confessarium habentem
a *Lib. 5. de potestate ad illud absolvendum, ut a ego*
p*oen. c. 4.* alibi dixi. Ratio est quia Delegatus cum fun-
§. 10. n. 4. ctus est officio suo, nihil amplius potest; at
prædictus Confessarius electus, jam dando
absolutionem adimplevit suum officium; er-
go, &c.

b *Diana p. 11. tract. 8. res. 28.* Lege tamen Dicastillum apud Dianam, b
qui putat, esse probabile, quod possit, siqui-
dem tunc (ait) sequens Confessio pertinet ad
priorem, & est prioris complementum. Ve-
rum ne id extendas ad peccata commissæ post
absolutionem illam priorem; hæc enim nec
separatim, nec conjuncta cum oblitis absol-
vere dictus Confessarius amplius ex vi Privi-
legii Bullæ, vel Jubilæi poterit, quia nulla ra-
tione pertinent ad Absolutionem datam vel
dandam ex vi Bullæ, vel Jubilæi.

CLAUSULA V.

VT possint in Ecclesiis (locutio est de iis, qui
Bullam sumunt) in quibus aliis Divina
Officia (Interdicto durante) quomodolibet ce-
lebrare permixtum fuerit, vel in Privato O-
ratorio ad Divinum Cultum tantum deputa-
to ab Ordinario visitando, & designando, eti-
am tempore Interdicti, cui ipsi causam non de-
derint, vel per eos non steterit, quominus a-
moveatur: & qui facultatem ad id à Com-
missario Generali habuerit, etiam per horam,
antequam illuceat dies, & per horam post
meridiem, in sua, ac familiarium, ac consan-
guineorum suorum, præsentia, Missas, & alia
Divina Officia per se ipsos, si Presbyteri fue-
rint, vel per alium celebrari facere, & tem-
pore Interdicti Divinis interesse. Eis tamen,
qui privato Oratorio ad præmissa uti volue-
rint, ut quoties id fecerint, aliquas preces Deo
pro unione Principum Christianorum contra
Infideles, eorumque contra eosdem victoria
fundere, teneantur; imponitur.

CAPUT V.

Primum Bulla Privilegium quod est circa tem-
pus Interdicti.

Bullæ Privilegium, Interdicti tempore, tres
complectitur favores, quorum primum
relatum in præcedente quinta Clausula hic
explicamus, mox in sequentibus alias duas
explicaturi.

§. I.

Præmittitur Summaria explicatio Interdicti.

1. **I**nterdictum Ecclesiasticum absolute, &
sine limitatione latum, est regulariter
Censura, qua fidelibus tria verantur. Primo
Officia Divina, præsertim Missa, celebrari.
Secundo Sacramenta aliqua ministrare, vel
recipere; nam non prohibetur Baptismus,
Confirmatio, Pœnitentia, & Matrimonium;
sed ministrare, vel recipere Eucharistiam, ex-
tremam Unctionem, Ordinem; licet cum iis
moderationibus, quas passim afferunt Do-
ctores mox citandi, aliique in Tractatu de
Interdicto. Tertio. Denique veratur Eccle-
siastica sepultura.

2. Interdictorum autem variæ sunt Claf-
ses. Personale, idest illud, quo ipsa Persona
prædictis tribus prohibitionibus, afficitur.

3. Locale, idest illud, quo, locus aliquis
iisdem afficitur prædictis prohibitionibus,
hoc est, quo in tali loco verantur Fideles, il-
las tres actiones exercere.

4. Mixtum, idest, quo tum Persona, tum
locus prohibetur.

5. Porro subdividuntur deinde eadem In-
terdicta; nam quo ad Interdictum Personale,
aliud est Personale Generale, estque quando
interdicitur totus populus, tota communi-
tas, seu universitas, Collegium Capitulum,
&c. quatenus hæc faciunt unum corpus mo-
rale. Aliud est personale speciale, hoc est,
quando interdicitur hic, vel ille, vel ille.

6. Rursus interdictum locale, aliud est
locale generale, atque est illud, quo interdici-
tur locus, qui à communitate incolitur, V. G.
Provincia, Civitas, oppidum, Villa; aliud est
locale particulare, estque illud, quo interdici-
tur locus particularis, vel loca aliqua particu-
laria. V. G. hæc Ecclesia hujus Civitatis, illa
Ecclesia illius Oppidi, &c.

Hæc cum suis explicationibus, & limita-
tionibus præsertim iis, quas concedit *Cap. Al-*
ma mater de Sent. Excomm. in 6. habes passim c. *Suar.*
apud c. Doctores scribentes de interdicto. *Hurt. Bo.*

7. Illud pro re nostra est advertendum, Bul-
læ Cruciatæ Privilegia solum esse, stante in-
terdicto locali generali, quamvis auctoritate *Avil. de*
Apostolica imposito: quare nec personali-
ter quoquo modo interdictis, ne loco spe-
cialiter

cialiter interdicto Bulla Cruciatæ Privilegia ulla concedit. An autem persona particulariter interdicta possit ejusmodi Interdicti absolutionem obtinere virtute Bullæ, infra a suo loco dicitur.

a Infr. c.
11. §. 6.

§. II.

Favor primus Bullæ tempore Interdicti, posse Missas, & Divina Officia celebrare, &c.

1. **H**is prælibatis, ut explicetur primus hic Bullæ favor pro tempore Interdicti. Nota Primò illud non concedi iis, qui dederunt causam Interdicti, vel per ipsos fiat interdicti remotio.

2. Nota secundò. Illa verba (*in Oratorio Privato*) Nam Doctores ex modo loquendi Bullæ, & ex intentione Pontificis extendunt ad omnes alias Ecclesias, dummodo fiat privatim Officium, & solum coram suis, ut mox explicabitur. Vide id latè probatum à Ludovico b à Cruce.

3. Nota Tertiò prædictum Oratorium debere esse approbatum, & deputatum ad Divinum Cultum, qua de re ego pluribus egic in Opusculo de Sacrificio Missæ.

4. Nota Quartò illud (*in sua, & suorum presentia*) quod à me pluribus explicatum invenies loc. cit. à nu. 28. & latè item habet Trullench. d.

5. Nota Quintò. Illud plurale Missas, & alia Officia, & illud, *per alium, vel alios*, hæc enim verba absolute, & non respectivè prolata, ostendunt mihi, non unam tantummodo, sed plures Missas concedi eodem die per hoc Privilegium, nec solum semel, & iterum, & item sæpè divinis Officiis privatim interesse.

An habens Bullam tempore Interdicti obligetur Missa privatim interesse.

6. **H**is ita notatis, suum hic locum habere debet illa quæstio; An, sicuti Bullam habens potest modo dicto Interdicti tempore privatim assistere Sacro, ita obligetur, quando incidit dies festus de præcepto.

Respondendo. In utramque partem, & quo quasi Marte, congregiuntur Doctores, ut latè habes apud Ludov. c à Cruce, & latissimè apud Bardi, f & Trullench. g.

Ratio de obligantium (inter quos sunt Coninch. Avila, Alterius) præcipua est, quia nemo cogitur uti suo privilegio; Is ergo qui recipit cum Bulla privilegium assistendi Missæ tempore Interdicti privatim, poterit hoc privilegio nolle uti, & sic stare prohibitioni Interdicti, quod vetat assistentiam ad Sacrum, & pro illo tempore aufert præceptum de hujusmodi assistentia.

3. Ratio obligantium (inter quos numerantur Ludovicus à Cruce, Villalobos, Joannes Sanchez, Trullench.) illa item præcipua est, quia in tantum non obligaris, Interdicti tempore, interesse Sacro in diebus festis, in quantum impeditis Interdicti lege; At per Bullam hæc Interdicti lex jam à te removetur; ergo, remoto jam impedimento, redire debes ad obligationem assistendi.

Utriusque ratio cum probabilis, hoc est, alicujus momenti sit, utramque sententiam probabilem reddit.

8. Sed ecce, per hanc occasionem, alia subnascens quæstionculla. In Tractatu de Interdicto omnes Doctores statuunt per *Cap. Alma mater de Sept. Excomm. in 6.* concedi Clericis, & Ministris Ecclesiæ, atque adeo Religiosis, posse, Interdicti tempore, Missas, & alia Divina Officia privatim, hoc est clausis januis, &c. (ut ibi distinctius explicatur) celebrare. Jam inquiri, an dicti Clerici, & Ministri obligentur Missæ privatim interesse diebus festis?

Respondeo, obligari, Nam invenio disparitatem h inter hos Ministros ex vi dicti Capituli *Alma Mater*, & inter alios ex vi Bullæ Cruciatæ. Siquidem prædictum Privilegium collatum in *Cap. Alma Mater*, datur Ordini Ecclesiastico, cui privilegio non potest renuntiare quilibet privatus. At privilegium in Bulla conceditur ipsi personæ in particulari, cui ipsa particularis persona renunciare libere valet. Non est igitur mirum, si ipsa praxis & receptus inter Fideles usus declaravit, Ministros prædictos obligari ad assistendum Sacro diebus festis, tempore Interdicti; quia ut dictum est non possunt. non uti privilegio concessio toti Ordini Ecclesiastico. At, quia potest persona particularis, non uti privilegio sibi dato, ideo potest in Bulla, quæ datur particulari personæ, habere locum prima sententia dicta

h Lud. à
Cr. l. c.
n. 6.

n. 7.

Y 3

§. III.

§. III.

Quid concedat Bulla, quoad celebrationem Missæ in Oratoris Privatis extra tempus Interdicti.

1. **B**ulla præter dictum favorem valendi celebrare, vel facere celebrare tempore Interdicti in Oratoris privatis, concedit etiam in iisdem eundem favorem extra Interdicti tempus. Sed de hoc ego latè egi in Opusculo de Sacrificio a Missæ, quare non est id cum molestia Lectoris hic repetendum.

a In Opusculo de Sacrificio a Missæ, l. 1. c. 4. §. 4. n. 36.

§. IV.

An per Bullam possit quis erigere Oratorium privatum, in quo celebraretur sine alia Pontificis licentia.

b Castrop. de Bull. disp. un. p. 6. n. 2. fine.

1. **A**ffirmat b Castropalaus his verbis: Bulla ergo, inquit, concedit sumenti ipsam, ut possit habere privatum Oratorium, & in eo celebrare Missas, vel celebrari facere, dummodo Oratorium sit divino tantum cultui deputatum, & ab Ordinario designatum juxta formam in Trid. sess. 22. in Decreto de Celebrandis Missis præscriptam, & dum eo quis utitur, fundat preces pro unione Christianorum Principum, & eorum contra Infideles victoria. Hæc ille, cui assentitur Ludov. c. a Cruce.

c Lud. à Cr. de Bull. d. 1. c. 5. du. 1.

2. Ratio fundamentalis hujus sententiæ est, quia in Bulla expressè conceditur, ut in privato Oratorio, (visitato utique, & designato ab Episcopo) tempore Interdicti celebraretur, ergo supponitur concedi etiam aliis temporibus non vetitis, quod est minus, juxta Regulam Juris in 6. Cui conceditur quod est plus, conceditur quod est minus. Adde, in Bulla Latina expressè poni sic (etiam tempore Interdicti.) At particula hæc (etiam) cum exprimat casum difficiliorem, supponit, tamquam certum, casum minus difficilem.

d Trull. de Bull. l. 1. §. 3. dub. 4. e Galleg. de Bull. ca. 4. dub. 31. f Dian. p. 9. tr. 1. ref. 23. g Mendo d. 6. c. 1. nu. 6.

Verum hæc sententiam prorsus rejicit Trullench, d Gallegus, e Diana, f Mendo, g qui omnes non possunt (& quidem merito) sibi persuadere, Pontificem velle concedere Privilegium celebrandi Sacrificium Missæ in domo cujuscumque privati, Sacrificium, inquam, quod est summus actus Religionis,

quem exercere in hac vita Fideles possunt, quemque cum summa, & possibili reverentia debent.

3. Hæc ex illis. Sed quia Adversarii possent, has, & similes rationes ex inconvenientia ductas eludere; Illa mihi hac de re duci cogitanti efficax menti occurrit. Quod Summus Pontifex, dum licentiam concedit, ut etiam Interdicti tempore celebrari valeant Missæ in Oratorio privato, supponit, Oratorium jam esse alias ab ipso, vel ejus Delegato concessum, non autem per Bullam concedit. Sicuti cum dixit, ut notavimus modo §. 2. nu. 2. Concedo, ut habens Bullam possit celebrare in Ecclesia, etiam tempore Interdicti; supposuit jam constitutam esse perfectè Ecclesiam, non enim per hæc verba constituit. Ita in casu nostro. Perfectè autem constituta supponitur Ecclesia, quando non solum materialiter, sed formaliter etiam est perfectæ, hoc est, legitime, ad Sacrificium Missæ in ea celebrandum, ab habente potestatem approbata.

§. V.

An Commissarius Cruciatæ possit prædictum Oratorium perfectè constituere, seu concedere?

1. **D**uæ hic sunt sententiæ. Altera negat cum Diana h aliique, atque adeo negat, Commissarium Generalem Cruciatæ h Diana posse concedere facultatem, ut quis in Oratorio Domus suæ celebret, vel faciat celebrare. Ratio potissima est, inquit, quia non in Trull. apparet, Verbum ullum in Bulla, etiam Originali, Cruciatæ, per quod Summus Pontifex n. 7. hanc facultatem Commissario, quamvis Mendo Generali, communicaverit. Adduntur alia 37. à n. 105. Rationes, quæ certè non ita efficaces judicantur, perinde ac prædicta. Galleg. l.

2. Altera concedit, i modo Oratorium, 14. du. antequam in eo celebraretur, visiteretur, & de 182. m. putetur ad Divinum Cultum ab Ordinario. rra Diana Ratio hujus sententiæ est, Prima, quia Petrus k Petrus de Lara k inter ceteras facultates Commissarii Generalis recenset hanc: Item possumus (lo- Comp. quitur Commissarius Generalis Cruciatæ) trium concedere licentiam, ut quis celebret, vel celebrare faciat in Oratorio privato, quod prius fuerit ab Ordinario visitatum. p. 275. apud alios

3. Secunda, quia idem Mendo, & Gallegus legus

Iegus locis citatis testantur de ipsa praxi in Hispania, qua per annos multos à variis Commissariis Generalibus hæc concessio facta est pluribus, sed certè solum Nobilibus, ac Dinastis, & indies fit; id quod ipsi probant ex informatione, quam iidem exceperunt ab ipsis Commissariis Generalibus, & ab eorumdem Secretariis, qui ejusmodi licentiam expedire solent.

4. Tertia, quia quod in Bulla Cruciatæ hoc privilegium non inveniatur, nihil obstat; Credendum enim pro certo est, haberi ex aliqua alia Bulla, vel rescripto Commissariis directo, vel certè dicendum, usum tot annorum circa hanc facultatem legitimè concessisse jam Commissariis Generalibus ejusmodi potestatem.

5. Ut quid ego sentio, clarius proferam: Sciendum est Commissarium Generalem Cruciatæ residere in Hispania, atque ab hoc scelere constitui alios Commissarios Provinciales in quacunque Provincia, in qua Bulla promulgatur, & ab his Provincialibus substitui, seu nominari alios Commissarios particulares in singulis Civitatibus, seu Diocæsisibus.

6. His distinctis, puto Primò, esse valde probabile, Commissarium Generalem, qui in Hispaniis residet, potiri, (saltem pro Nobilibus, pro quibus est praxis) potestate prædicta, id enim admodum verisimile reddunt modo allata rationes.

7. Et quidem existimo (ut id suo hoc loco non præteream) eum, cui conceditur à Commissario Generali hoc Privilegium, non necessariò debere habere Bullam Cruciatæ, quia hanc conditionem de habenda Bulla, non videtur requirere tenor hujus concessionis; Putarem tamen, aliquam elemosynam ad arbitrium Commissarii esse dandam in subsidium belli contra Infideles; quia in his Privilegiis Cruciatæ semper habetur à Pontifice dicti subsidii temporalis ratio.

8. Puto Secundò, Commissarios provinciales, multò minus particulares, hæc potestate nequaquam gaudere. Ratio est, quia licet Commissarius Generalis habeat à Pontifice facultatem communicandi Commissariis Provincialibus omnem eandem potestatem, quam ipse Commissarius Generalis habet; sic enim dicitur in Bulla Originali, quam Originalem affert Ludovicus à Cruce ipso initio expo-

sitionis bullæ. Item ut Commissarius Generalis deputare possit Commissarios in singulis Provinciis per locorum Ordinarios, quorum conscientia onerantur, prævia maturâ deliberatione, approbandos, cum simili, vel limitata potestate, licet, inquam, hac universali potestate gaudeat, unde dicere quis posset, etiam hunc, de qua loquimur, posse concedere Commissariis Provincialibus, tamen non habemus solidum fundamentum affirmandi, quod de facto concesserit.

9. Dices. In Delegatione, qua Commissarius Generalis delegat Commissarium Provinciale, sic habetur, ut ad verbum refert Tancredi: *a Datus potestatem, & facultatem a Vinc. cum omnibus suis incidentiis, & dependentiis, Transcend: adnexitatibus, & connexitatibus secundum, & to. 2. Qu. sicut nos habemus à Sanctitate Summi Pontificis, & sicut nos illas tenemus plenissimè.* Ecce ergo, quomodo totam potestatem suam, atque adeo hanc, Generalis de facto communicat Provincialibus.

10. Respondeo, recolendo, quod modo n. 4. dictum est, hanc potestatem non habere Commissarium Generalem ex vi tenoris Bullæ Cruciatæ; quia in illa, ne verbum quidem, de hac, sed aliunde, &c. Dico igitur, esto Commissarius Generalis habeat potestatem communicandi omnia, quæ pertinent ad privilegia Bullæ Cruciatæ; sed unde habes, quod possit communicare etiam illud, quod aliunde habuit, vel ex alio rescripto, vel ex consuetudine præscripta, & connexionem vel nullam, vel satis remotam habet cum ejusdem Bullæ privilegiis? Vel, dato quod possit, unde habes, quod per prædicta verba de facto communicet, cum per hæc solum communicet connexa, & adnexa tenori Bullæ Cruciatæ, in quo tenore, ne vestigium quidem, est hujus privilegii de Orationis privatis concedendis: Incerta igitur saltem res est, & cum sit magni momenti, non est facile præsumenda.

11. Nec valet, si dicas, aliquando id concessum hic tanormi à Commissario provinciali fuisse. Nec valet inquam, quia semel, aut iterum id esse factum non parit præscriptionem, & credendum est, per errorem id esse bona fide tunc factum, quod hodiè, re diligenter examinata, fieri non potest.

§. VI.

Quid possit concedere Commissarius circa celebrationem Missæ, quo ad horam celebrandi.

1. **P**ropter connexionem, quam habet hæc quasiuncula cum præcedentibus, hæc etiam breviter tractamus. Præmittenda autem ad ejus explicationem est sequens doctrina.

Celebrandi hora est Aurora tempus, usque ad Meridiem, ut alibi declaratum a nobis est; ubi in summa dixi licere ex probabilissimâ opinione Missam incipere duabus plus, minus, horis, ante Solis ortum; hoc est, antequam corpus Solare oculis nostris appareat; Terminus autem, ultra quem celebrari non licet, dixi ibidem, esse Meridiem, sed certè moraliter acceptum, hoc est, ut inchoari Missa possit ante Meridiem, vel in ipso Meridie licet absolvatur postea.

2. Generalis ergo Commissarius potest Nobilibus tamen, aut (juxta arbitrium ipsius Commissarii) Personis qualificatis concedere, ut per horam, antequam illucescat dies & per horam post Meridiem, Missæ, & alia Divina Officia incipi possint, idque coram ipsa Persona qualificata habente Bullam, & ejus familiaribus, & consanguineis. Ubi vides, non quemlibet, etiam qualificatum habentem Bullam, id ex se posse, sed solum illis qualificatis Bullam habentibus, quibus expressè concesserit Commissarius. Hanc potestatem communicari à Commissario Generali Commissariis Provincialibus, quibus juxta dicta §. 5. num. 8. conceduntur connexa, & adnexa probabile judico.

3. Inquires. Quando nam incipit hæc hora, quæ datur ex Privilegio?

Respondeo. Cum Privilegium debeat aliquid operari, omnes autem Missam possint incipere duabus horis ante Solis ortum. Ideo qui habet hoc privilegium, poterit tribus, plus, minus horis ante dictum ortum. Et quia omnes item possunt incipere Missam in ipso Meridie, idcirco, qui hoc Privilegio gaudet, poterit incipere una hora post ipsum Meridiem. Ita Trullench. b

b Trullench. de Bull. lib. 2. §. 5. dub. 3. à n. 3. cum aliis.

CLAUSULA SEXTA.

Conceditur item tempore Interdicti (idest Interdicti localis Generalis) Eucharistiam, & alia Sacramenta, præterquam in die Paschæ possit recipere.

CAPUT VI.

Favor secundus Bullæ tempore Interdicti. Possit recipere Sacramenta.

1. **N**ota primo, hunc favorem intelligi cum iisdem cautionibus quas diximus cap. præced. num. 1. puta, si non dederint causam Interdicti, nec per ipsos stet Interdicti remotio, & privatim &c.

2. Nota Secundo illud (& alia Sacramenta) quod esse magnum Privilegium recte dicit Ludovicus à Cruce, qui cum addit, licere habenti Bullam recipere Eucharistiam, & alia Sacramenta, quando placuerit, & ubi placuerit, semper est intelligendus, dummodo id fiat januis clausis & privatim, si sit tempus Interdicti, nempe, juxta ac requirit Interdicti tempus, neque enim Bulla, & Privilegia debent in aliis non expressis Interdicti legibus officere.

3. Nota Tertio illud (præterquam in die Paschæ) solum enim per hæc verba prohibetur receptio EUCHARISTIÆ, quæ ex obligatione in propria Parochia præstari debet, Immo, quia Bulla hanc solum obligationem communicandi in Parochia, ad satisfaciendum præcepto, excipit; colligunt Doctores, esse valde probabile, etiam ipso die Paschæ, hoc Privilegio te uti posse, modo ante, vel postea Parochiæ satisfacias. In aliis ergo diebus poterit quis cum Bulla recipere EUCHARISTIAM à quocumque Sacerdote; ut tenet Vasquez, quem cum aliis sequitur Diana mox citandus, licet neget Suárez, alique apud eundem Dianam d.

CLAUSULA SEPTIMA.

Item conceditur mortuorum corpora (nisi forte vinculo excommunicationis innodati decesserint) cum moderata funerali pompa sepeliri.

CAPUT

CAPUT SEPTIMUM.

*Favor Tertius Bullæ tempore Interdicti.
Poffe Ecclesiasticæ sepeliri.*

1. **N**Ota, hoc Privilegium dari omnibus, qui recipiunt Bullam id enim clare habet ejus tenor, & quidem si non dederint causam Interdicto, vel per ipsos non steterit &c.

2. Nota Secundo, hoc Privilegium esse magnificandum; nam per Jura antiqua solis Clericis conceditur, poffe eos sepeliri in Coemeterio, & de jure noviore per *Cap. Alma Mater*, etiam in Ecclesia. At Laicis nullus, quoad sepulturam, conceditur favor, nisi forte in aliquibus festivis diebus Paschatis Resurrectionis, &c. vel pro non denunciatis nominatim, ut fusc agitur in Tractatu de Interdicto. His ergo Laicis, & pari modo omnibus Christi Fidelibus Bullam habentibus conceditur, ut possint in Interdicto Generali locali Ecclesiasticæ, sed cum moderata pompa, sepeliri.

3. Si autem quæras, quænam sit hæc moderatio. Respondeo esse illam, (ut habet Corduba apud Ludovicum a Cruce, qua cum cantu, & tribus Campanarum clamoribus Cadaver deferatur, & sepeliatur, apertis Januis Ecclesiæ, sed sine Missa. Addit idem Anthor. in quodam Commentario Bullæ declarari per Pompam moderatam intelligi moderatam Pompæ, & solennitatis, quæ aliàs fieret juxta qualitatem Defuncti. Verum Ludovicus a Cruce loco cit. concludit, standum esse consuetudini Patriæ, vel Dispositioni Ordinarii, vel si hæc defuit, Parochi.

Monitio pro oratione fundenda in usu prædictorum favorum.

4. **Q**uoties uteris Bullæ favore celebrandi in Privato Oratorio, vel celebrandi ante horam. Quoties idem facis tempore Interdicti, Quoties Missam celebras, vel celebrare facis ante, vel post horam debitam cum concessione dictæ Commissarii, Quoties divinis assistis eodem Interdicti tempore, toties aliquas preces Deo pro Unione Principum Christianorum contra Infideles, eorumque contra eisdem Infideles victoria, porrigere teneris. Sufficere autem unum Pater, & Ave, *Tamburinus de Sacramentis.*

& ejus omissionem non esse, nisi venialem. alibi b dictum est.

Idem dic, quoties Eucharistiam sumis, modo dicto superius, & quoties ecclesiasticè aliquem ex vi Bullæ tempore Interdicti sepelis, nam in Bullæ originali, quam toties citavimus, quamque habes apud Ludovicum a Cruce initio suæ expositionis, hæc monitio de oratione fundenda, ponitur immediate post illos prædictos favores, unde pro omnibus requiri videtur.

b In Opus. de Sacr. Miss. lib. 1. ca. 4. §. 4. nu. 41.

CLAUSULA OCTAVA.

Item, ut durante dicto anno, intra ipsa Regis Hispania Regna (Intellige, ubi promulgatur Bulla) & non extra, carnibus de consilio utriusque Medici temporibus jejuniis totius anni, etiam Quadragesimalium, vesci, ac pro eorum libitu, ovis, & lacticiis, itaque qui carne comederint, servata in ceteris jejunii Ecclesiastici forma, dicto jejunio satisfacisse censentur.

Excipiuntur ab Indulto vescendi ovis, & lacticiis, quo ad Quadragesimalia Jejunia tantum, Patriarcha, Primates, Archiepiscopi, & alii Superiores, vel Inferiores Prælati, & qualibet Persona Regularis, & ex Secularibus illi, qui in Præstiteratus ordine constituti sunt, nisi hi fuerint Sexagenarii.

Hactenus clausula Indultum, quod deinde concessit Prælati, ac Sacerdotibus secularibus vescendi lacticiis Urbanus VIII. ponemus, & exponemus nō multo post in fine hujus cap. §. 5.

CAPUT OCTAVUM.

Secundum Privilegium circa cibos vetitos.

HOc Privilegium quoad carnes, tū quo ad lacticia, non poffe nos uti extra Regnum, seu Regna ubi non promulgatur Bulla, supra indicavimus, & nunc confirmamus suo in loco, quia nimis id clare apparet in Bullæ tenore. Quare, si tu habens Bullam Panormi, eas Neapolim, ibi hoc Privilegio vescendi prohibitis frui non potes, potes autem, si eas in quamlibet Siciliæ Civitatem, ut etiam si adeas Hispaniam, aliaque Regna, in quibus Bullæ Promulgatio conceditur.

Z

§. 1. Poffe

§. I.

Posse carnibus vesci de consilio utriusque Medici.

1. **V**T hoc Privilegio fruamur, requiritur Consilium utriusque Medici. Circa quod dubitabis, quid emolumenti affert hoc Privilegium? Nam, vel certus sum, me ob infirmitatem gravem posse comedere carnes, & tunc licite possum illis vesci sine ullius consilio; Quod si sum incertus, & Medicus solus corporalis declaret, me carnibus indigere, etiam possum libere, ut ex se patet: Vel sum certus, vel certus reddor à Medico, me non indigere carnibus, & tunc nullo modo licite illis vesci possum: Vel denique sum in dubio, & dubius est Medicus de mea Indigentia; & tunc probabile putant nonnulli ut alibi a nos diximus, me posse iis vesci, ne scilicet in periculum certum gravis morbi dilabar; quo periculo stante, (ut quando est dubia mea Indigentia, semper stat) certe non obligor (aiunt hi) ad abstinendum à carnibus. Quid ergo emolumenti affert Bulla?

a Lib. 1. In Decal. c. 3. §. 7. V. Ieiunium.

2. Respondeo, Duo emolumenta affert. Primum, quia est alia sententia, & quidem communior, docens, in prædicto dubio esse obediendum Præcepto: Præceptum enim abstinendi à carnibus die vetito, est certum; excusatio autem, ut supponis, est dubia; unde prævalere debet cecritudo Præcepti: Ideo Põtifex sequentibus hæc communior sententiã, immo etiã sequentibus primam, ne scrupulorum sit locus, concedit per Bullam ejusmodi comestionem.

b Lud. à Cr. de Bull. d. 1. cap. 5. dub. 10.

Secundum, quia (ut habet Bullæ tenor) quæ data est à Pio Quinto, quæque refertur à Ludovico b à Cruce) concedit Summus Põtifex, ut qui in reliquis servat formã jejunii (intelligit si semel tantum comedat ad satietatem &c.) censetur implere Præceptum, & sic consequatur jejunii meritum, quod certe est magnus Privilegius. Meritum autem dixit improprio, & vulgari modo loquendi, significare volens, prædictos consequi eã satisfactionem ex dispensatione Thesauri Ecclesiæ per Summum Pontificem, quã consequerentur, si sine carnibus jejunarent. Id quod Põtifex in clausula hac, quã præ manibus habem, verbis magis propriis, & manifestis habet, ibi (ut jejuniis satisfacisse censeatur.)

3. Dubitabis secundo, quid intelligatur nomine utriusque Medici?

Respondeo, quoad Primum, intelligi quemlibet Confessarium, etiam si non sit tuus, quia etiam is Medicus spiritualis est, & quia in foro conscientiarum omnes Confessarii reputantur ut unum quid. Ita Gallegus, & addens satis esse, si id Consilium detur extra Confessionem, non enim Bulla Confessionem actualẽ requirit. Immo idem, & Bardi d docent, satis esse quemlibet Sacerdotem, quamvis non approbatum ab Ordinario ad Confessiones suscipiendas, quia etiam hic potest absolvere à venialibus, & absolute dici potest Confessarius, quidquid in oppositum dicat Mendo.

c Galleg. 6. dub. 4. d Bardi. 2. tr. 3. a. 1. sect. 2.

4. Quoad Secundum. Difficulus est. Utrum, sicuti certum est Doctorem in Medicina sufficientem esse, ita quemlibet, nec Doctorem, nec scientiam Medicinæ profitentem, sed hominem, vel etiam mulierem in medicando ægroto expertam?

e Mendo. d. 2. c. 1.

Respondeo, sufficere, quia nomine Medici non intelligitur ad litteram, qui Doctoratus laurea est insignitus. Nam, si est Doctor, sed tamen mihi constaret, esse inexpertum, nõ sufficeret; esset enim directe contra mentem Pontificis: Intelligitur ergo, qui est peritus; unde recte de hac re sic dixit Henricus. f. Si modo Medicus, aut expertus vir explicet, subesse causam.

f Henric. lib. 6. c. 1.

5. Dubitabis Tertio. Cũ Prælati omnes, ut etiam omnes Regulares, & Sacerdotes omnes, etiã sæculares, nisi sint Sexagenarii, excipiuntur per Bullã Cruciatæ ab usu Privilegii vescendi lacticiis diebus vetitis, ut mox dicemus latius, possunt ne ii uti hoc Privilegio comedendi carnes ex consilio utriusque Medici?

Respondeo, posse, quia in Summario Latino Bullæ allato à Ludovico à Cruce toties citato, & in Summario vulgari tum Hispanico, tum Italico, quod traditur fumentibus Bullam, non est illa exceptio in Privilegio comedendi carnes, adest vero solum in Privilegio edendi lacticia. Non placet ergo g Mendo nobis contrarius.

g Mendo. 18. d. 3. a.

6. Dices, at Trullench, h licet nobis favens, affert tamen verba Bullæ latinæ, ubi videtur excludi prædictæ Personæ, etiam ab usu Privilegii circa carnes.

h Trullench. d. 1. c. 4. dub. 2.

Respondeo. Vidit hunc loquendi modum Bullæ latinæ Bardi, i illumque timuit, unde i Bardi optat majorem explicationem à Commissario generali, in quo residet potestas translata, ut ita dicam, & declarandi Bullam.

7. Ego Commissarii Generalis majorem explicam.

i Lib. Decal. §. 1. n.

explicationem optare, nō possum. Quæ enim major Declaratio, quam illa, quæ habetur in dicto Summario latino, & in Translatione Hispanica, & in Italica, quod Summarium Fidelibus datur à distributore Bullarum; & quod cum magna consideratione à Commissario compilatum fuisse, nemo prudens dubitare poterit; at in hoc non est illa restrictio quoad Carnes contra Prælatos, Religiososque & Sacerdotes.

8. Quod si quis dubitet, An Commissarius ejusmodi extensionem facere poterit, dubium evincet ex utroque annorum, quo distribuitur Fidelibus prædictum summarium; id, quod, vel ostendit, Commissarium hac potestate non caruisse ex tenore Concessionis Bullæ, vel ex alio Pontificis novo rescripto, vel saltem eam acquisivisse ex tot annorum consuetudine præscriptam.

9. Dubitabis 4. an hoc Privilegium valeat non modo pro diebus jejuniorum (ut loquitur Bulla Latina) verum etiam pro diebus totius anni, quando non est jejunium, nempe pro diebus feriæ sextæ, & sabbati, ut habet Bulla Italica.

Respondet, etiam pro diebus totius anni dictis, propter rationem modo ductam à potestate Commissarii potentis Bullâ declarare, qui signare id in Bulla Italica declarare proficitur. Adde illud Bullæ Latinæ (pro diebus jejuniorum, legitime posse extendi ad dies feriæ sextæ, & sabbati, quia à sacris Canonibus hi dies vocantur etiam dies jejunii, licet nō tam rigorosi, ut sunt Quadragesimales. a Bardi id probat ex illa Regula juris in 6. Cui licet, quod est plus, licet, quod est minus. Verum, quia hæc Regula plures patitur limitationes, ut videtur est apud Sanchez, ideo nostræ rationes videntur esse expeditiores.

10. Dubitabis 5. An dispensatus ad carnes, modo dicto, per Bullam, possit pluries in eodem die carnes comedere? Respondet, esse valde probabile, posse, nisi à Dispensante restringatur ad aliquas vices tantum; Id quod cum universaliter alibi dixerim, aliaque ad rem addiderim, eadem hic cum molestia repetere non oportet. Memineris tamen, hunc dispensatum per Bullam meritum jejunii habiturum, ut dixi, num. 2. si semel tantum comederit, formam nimirum jejunii in cæteris observans.

§. II.

Posse temporibus jejuniorum totius anni, etiam Quadragesimalium vesci lacticiis.

1. Pro tribus temporibus datur Privilegiū comedendi lacticia. Primo, pro feriis sextis, & sabbatis cuiuscumque Hebdomadæ. Secundo, pro Vigiliis, & quatuor temporibus. Tertio, pro Quadragesima.

Et quidem pro Quadragesima hoc clare est Privilegium, quia tunc sine Bulla esset à lacticiis abstinendum: In cæteris autem diebus anni est etiam Privilegium, nimirum pro locis illis, ubi est legitima consuetudo non comedendi tunc lacticia: Immo etiam in aliis locis, ubi est consuetudo tunc comedendi lacticia est Privilegium, nam per illud sedantur saltem conscientiarum timoratorum.

2. Iam vero Dubitabis Primo, An qui habet Bullâ, possit vesci lacticiis in jejuniis ex voto, ex pœnitentia Sacramentali, & ex Jubilæo?

3. Antequam respondeam, recole, si vejunare debeas ex voto, si ve ex Pœnitentia data à Confessario, si ve ad lucrandum Jubilæum: recole, inquam, esse opinionem probabilem, te tunc posse jejunare comedendo lacticia, nisi tamen, vel expressè, vel ex circumstantiis colligatur, votum, & Pœnitentiam, & conditionem jejunii in Jubilæo fuisse, etiam de abstinentia à lacticiis, ut à alibi à me dictum est. Cujus probabilitatis ratio principalior est, quia Ratio jejunii Ecclesiastici ita 15. §. 6. n. cum lacticiis; quare, nisi aliud expressum in prædictis fuerit, satis jejunium exhibebitur, etiam cum lacticiis, quia jam sic ponitur id, quod absolute jejunium Ecclesiasticum est.

Respondet nunc ad dubitationem, affirmative; Nam si est probabile, ut etiam habet Bardi, te satisfacere illis sine Bulla, multo e Bardi de magis cum illa, si tamen aliud expressum non fuit, ut dictum est: nam tunc ad illam non se extendit Bulla, quæ solum dispensat in jure communi.

4. Dubitabis Secundo. Minor viginti uno anno qui non jejunat in die VG. Quadragesimæ, potest ne tunc lacticia cum Bulla comedere. Idem quaeritur de aliis non obligatis ad jejunium.

Respondeo posse; quia Privilegium hoc, quo ad lacticinia, est absolute concessum, & quidem ad libitum, nec restrictum ad conditionem jejunandi.

§. III.

Ovis, & Lacticinis.

1. **Q**uid veniat lacticiniorum nomine, *a Lib. 4. in Decal. c. 5. §. 1. a. n. 19. b Ibidem a. n. 14.* Quid ovorum & alibi dixi, ut item b dixi, non intelligi Sanguinem, Medullam, Lardum, Assuntiam, pinguedinem quaecumque licet probabiliter in nostro Sicilia Regno intelligatur Sagimen ex Sue, quod est Lardum suis liquefactum.

2. Sed hic dubitabis Primo, quid de Sagimine liquefacto ex adipe aliorum animalium, Gallinarum, Anserum Cervorum?

Respondeo, non intelligi, saltem in nostris Regionibus, nomine lacticiniorum; Ratio est, quia fundamentum, unde loco citato diximus, probabile esse, intelligi Sagimen Porcinum, est quia in nostris Regionibus illud communi hominum existimatione connumeratur inter lacticinia. At non video, Sagimen aliorum animalium, cum rarum sit, ita connumerari. Quare licet physice eadem sit ratio de hoc, atque de Suillo, non est tamen moraliter, & ita sustinet Bardi e contra Layman & Pasqualigium: quos ipse citat, qui fortasse pro nostris Regionibus contrarii non essent nostrae sententiae.

e Bard. p. 2. tr. 3. c. 3. n. 15. & 16.

3. Dubitabis Secundo de Ovis, quæ vocamus, & certè sunt nonnata.

Respondeo. Dixi ibidem, enumerari inter lacticinia, non vero racemum, unde ea pendent, quia illa sunt eadem substantia ac Ova, hic est ipsissima Caro. Pater Bardi refugit numerare inter lacticinia Ovicula illa instar acini, quæ dicto racemo sunt affixa, quia adhuc, inquit, retinent naturam sanguinis, & non sunt in substantiam Ovi conversa. Sed profecto sapor, color, aliaque omnia ostendunt, ea non esse sanguinem, sed jam concreta in substantiam ovi.

§. IV.

Excipiuntur Patriarcha &c. ab indulto lacticiniorum.

1. **I**n Jejuniis Quadragesimalibus vesci lacticinis non possunt cum Bulla hac

communi, quam nunc explicamus (nam cum alia, §. 5. dicemus) Primo Prælati. Secundo, quævis persona Regularis, Tertio omnes præsbyteri sæculares, excipe nisi prædicti fuerint Sexagenarii.

2. Dictum est autem (Quadragesimalibus) nam certe possunt in Sextis Feriis, & Sabbatis, & in Jejuniis Vigiliarum, & Quatuor Temporum, quæ non incident in Quadragesimam. Ratio est, quia Bulla solum Quadragesimæ Jejunia excipit.

3. Dictum item est (in Jejuniis) nam de Dominicis Quadragesimæ, quando non Jejunatur, dicam mox à num. 14. Verum discurremus de tribus prædictis Classibus personarum separatim.

Omnes Prælati.

4. **I** sunt Primo Patriarchæ, primates. Archiepiscopi, Episcopi. Secundo, alii Prælati inferiores, ut Abbates, Generales Religionum, provinciales, Superiores Locales ordinarii, hi enim omnes sunt Prælati, idest habentes Jurisdictionem ordinariam, eamque spirituales.

Inter Episcopos (sub quo nomine intellige in posterum omnes primi generis) & inter Prælatos Inferiores, est unum discrimen: nam hi Inferiores renunciata Prælatura, vel finito ejus tempore, cum non sint amplius Prælati, nec aliquid ejus Dignitati habeant, ut supponimus, non excluduntur tunc, ab hoc Indulto, nisi sint Religiosi. At Episcopi, renunciato Episcopatu, quia semper remanent in Dignitate Episcopali, semper excluduntur.

5. Dubitabis porro hic primo. Episcopus solum electus, sed nondum confirmatus à Pontifice, excluditur ne? Respondeo. Non excluditur: quia nondum vere est Episcopus.

6. Quid si sit confirmatus, sed nondum consecratus? Respondeo, excluditur: quia vere tunc acquisivit potestatem Episcopalem exercendi Jurisdictionem temporalem, & spiritualement; Unde potest censuras ferre, approbare Confessarios, Indulgentias concedere &c.

Dico (potest) nam cæterum, ut actu exerceat, debet accepisse possessionem Episcopatus, quod recte notat d. Azorius.

7. Dubitabis Secundo. Cardinales excluduntur ne ab hoc Indulto vescendi lacticinis, si forte legitime Bullam sumant? Respondeo.

d. Azor. 2. l. 3. q. 1. ex cap. de junct. de elect. in extr. commun.

deo. Non excluduntur, si solum sunt Cardina-
les quia hi in exclusione non nominantur.
Ar. si sint, vel Episcopi, vel Religiosi, sane ex-
cluduntur, non ratione Cardinalatus, sed ra-
tione Prælatuæ, vel professionis Regularis.
Ita Gallegus.

Galleg.
Clav. 7.
dub. 54.

Quævis Persona Regularis.

3. Hoc est, omnes, qui professionem Reli-
giosam emisserunt per sua vota: Hinc exclu-
duntur ab hoc Indulto Religiosi, etiam Laici,
etiam Moniales, etiam Conversæ, etiam
Scholares ex votis biennii Societatis Iesu,
quia omnes sunt vere Religiosi.

Contra, non excluduntur Novitii, vel Ter-
tianiæ (*Monachi de Casa*) nec Tertiarii, nec pu-
ri Heremitaræ, nec Scholares Societatis, si fue-
rint legitime dimissi, quia omnes hi non sunt
vere Religiosi, ut notat Trullench. b

Trullen.
l. 1. §. 4.
dub. 5.
aliquæ.

9. Inquires de Religiosis Ordinum milita-
rium. Respondeo. Hi includuntur à Bulla,
quoad hoc privilegium vescendi lacticiiniis,
nam non solum Equites S. Jacobi, Alcantaræ,
Calatravæ, aliique similes, de quibus est con-
troversia, an sint Religiosi; verum etiam equi-
tes Hierosolymitani, quos Melitenses appel-
lamus, hoc privilegium vescendi lacticiiniis
participant, si Bullam legitime sumant, ut pa-
ter in Summario Bullæ vulgari, quod Fide-
libus distribuitur.

10. Subinquires, Sacerdotes horum Ordinū
Militarium includuntur ne in hoc privilegio.
Ratio dubitandi est, quia Pontifex paulo post
excludit ab hoc privilegio omnes Sacerdotes;
unde videtur excludere, etiam hos Sacerdotes
militares; & ex alia parte idem Pontifex inclu-
dit in hoc privilegio omnes militares; at hi,
quamvis Sacerdotes, ex ordine Militari sunt.

Respondeo. Certant hæc in re Bardi, & Mé-
do, locis citatis, & Bardi quidē illos excludit,
quia sunt Sacerdotes; Mendo autem includit,
quia sunt Militares. Componamus nos bre-
viter litrem, affirmando utramque sententiam
esse probabilem, quia utraque expositio pro-
babilitate cadit in verba Pontificis.

11. Subinquires iterum, Regulares Ordinū
Militarium possunt ne uti hoc eodem privi-
legio. Respondeo; Possent, docet Mendo, affe-
rens Basilium, & Alphonsum restantem, talē
esse praxim. Ratio est, quia Pontifex includit
in hoc privilegio omnes, qui sunt Ordinis

Militaris. Ita etiam tenet Gallegus, & atque c. Galleg.
hanc doctrinam practicari in Conventu S. Clav. 6.
Mariæ del Monte Ordinis Militaris S. Ioan-
dis in Diocesi Toletana.

12. Subinquires Tertio. Quid, si quis ex Or-
dine Militari sit Episcopus. Respondeo. Uti
non posse hoc privilegio, tandem concludit
Mendo; d & colligitur ex iis, quæ dicemus d Mendo. d.
§. 5. ex eo, nimirum, quod prævalet Digni-
tas Episcopalis. Id tamen cum sit raræ praxis,
vide apud citatum Mendo.

Omnes Presbyteri Saculares.

13. PRæsbyteri (inquit) quare non exclu-
duntur ab hoc Indulto Clerici Mino-
res, Subdiaconi, Diaconi, qui non sunt Re-
ligiosi.

14. Porro, quia in tenore Bullæ dicitur (in
Jejuniis Quadragesimalibus) ideo, rum de
dictis præbyteris, tum de prælati, Regulari-
busque supradictis Dubitabis, An in diebus
Quadragesimæ, in quibus non jejunatur, hoc
est in Dominicis, possint hi cum Bulla licite,
& ipsi frui lacticiiniis?

Respondeo. Concedit Mendo, non solum
cum Bulla, sed etiam sine illa, prædictos, im-
mo Fideles omnes posse uti lacticiiniis in Do-
minicis prædictis. Quod posterius dictum,
hoc est sine Bulla, quam falsum sit, ostendit
e Diana præsertim ex eo, quod Sacra Congre-
gatio Sancti Officii, & Congregatio Indicis
Romæ mandavit, ut hæc opinio deleteretur à
Ref. 46. quodam libro.

15. At, quoad prius dictum, id est cum Bul-
la, puto, illud esse probabile, hoc est cum Bul-
la posse prædictos omnes diebus Dominicis
Quadragesimæ vesci lacticiiniis. Ita sustinet
Trullench, Ludovicus à Cruce, Gallegus,
Villalobos, Diana, & Bardi eos, aliosque ci-
tans. Puto tamen esse aliquo modo etiam
probabile, non posse, ut tenet Henrique Ro-
drique aliiq. apud eundem.

16. Ratio prioris probabilitatis est, quia,
Bulla latina Gregorii XIII. expresse dicit, pos-
se comedi lacticia cum Bulla in omnibus
temporibus, & Jejuniis extra Quadragesima-
lia jejunia tantum, Subsumo. Sed Dominicæ
non sunt jejunia Quadragesimalia, tunc
enim non jejunatur, ergo &c.

17. Ratio posterioris est, quia in Bulla
Vulgari translata ex latino dicitur, prædictos

non posse cum Bulla comedere lacticiam, quo ad dies Quadragesimæ. Sublumo. Sed Dominicæ prædictæ, licet non sint Jejunia, id est, non sint dies, in quibus jejunatur, sunt tamen dies Quadragesimæ. Ergo, &c.

18. Huic autem rationi respondere potest Prior sententia, asserens, magis standum esse latinæ Bullæ originali, quam vulgari in hoc casu, ubi non est Declaratio, sed dispositio pertinens ad substantiam Concessionis, excedens potestatem Commissarii. Quare vulgaris est explicanda juxta sensum Latinæ, atque adeo per dies Quadragesimæ intellexisse Commissarium solos dies Jejuniorum, qui sunt in Quadragesima, non vero dies Dominicos, & quidem merito: nam dies Dominici sunt ultra dies Quadragesimæ, qui dies proprie sunt Quadragesimæ.

Nisi Sexagenarii sint. Vbi de Pueris aliisque non obligatis ad Jejunium Ecclesiasticum.

19. **P**RÆdicti, Episcopi, Regulares, Præsbyterique sæculares, si sint Sexagenarii, possunt lacticiis frui cum Bulla.

Sed Inquires Primò. Quinam sunt Sexagenarii? qui jam attigerunt Sexagesimum annum, necdum complerunt, an, qui jam complerunt? Breviter, Annus Sexagesimus ad hunc effectum, debet ne esse completus, an satis est incompletus?

Respondeo. Ego, quamvis sciam, ex Doctoribus citatis aliquos requirere completum, aliquos esse contentos incepto, puto tamen cum his posterioribus, satis esse inceptum, atque adeo sufficere, si quis attigerit Sexagesimum. Non memorent rationes, quæ asseruntur à prædictis. Respondere enim illis facile quis posset, sed ipsa verba Pontificis, non enim Pontifex in nostra Bulla utitur illo modo loquendi (*Concedo hoc Privilegium illis, qui Sexaginta annos habent*) qui modus loquendi variè in utramque partem explicari posset, sed dicit: *Concedo hoc Privilegium illis, qui sunt Sexagenarii*. At, qui attigit Sexaginta annos, licet non compleverit, dicitur, & est Sexagenarius, ut etiam pari modo dicuntur Octogenarii, Centenarii etiam ii, qui octoginta, centum attigerunt. Sexagenarius enim proprie, & latine dicitur ille, qui agit sexaginta annos, non verò qui jam egit, illosque complevit. Hæc est mea ratio. Adde, credibile valde esse,

Pontificem voluisse indulgere prædictis, atque hoc Privilegium concedere, quando ex recepta jam consuetudine non obligantur amplius ad Jejunium Ecclesiasticum; Sed jam ex probabilissima opinione hi sunt illi, qui solum attigerunt Sexagesimum. Ergo, &c.

20. Inquires Secundò. Qui non obligantur ad Jejunium, quales sunt pueri, puellæque usque ad vigesimum primum annum complerum, & pauperes mendici, qui non habent cibum sufficientem, quo refectionem semel facere possint, ut etiam Artifices, qui artibus laboriosis vacant, possunt ne iis diebus, quibus non jejunant, comedere legitime lacticiam cum Bulla?

Respondeo. Posse. Id quod b supra universaliter dixisse me, memini. Ratio autem est eadem ibidem dicta, quia Bulla absolute id concedit, & non sub conditione jejunandi.

21. Subinquires per hanc occasionem. Pueri, qui nondum septimum attigerunt annum, indigent ne Bulla ad comedenda lacticia?

Respondeo. Certum est non indigere, etiam ad comedendas carnes, si non sint rationis capaces, sive ante, sive post septennium, quia puer rationis impotens, vel non est subditus legibus, vel ab ipsis excusatur; Certum est item, indigere post septennium, si sint rationis capaces, quia jam sunt subditi legibus, ut alibi à nobis dictum est.

Quæstio igitur solum superest de raro casu, quo puer ante septennium sit certo rationis capax. De quo dico esse probabile, d non posse sine Bulla vesci lacticiis, & item esse probabile, posse. Ratio, quod non possit, est, quia omnis, qui ratione utitur, subditur legibus. Quod vero possit, est, quia Ecclesia, nisi quid amplius explicet, solum dirigere præsumitur suas leges ad eos, qui communiter sunt in ætate, in qua solet esse plena discretio, id est, post septennium, non vero pro casu raro, & per accidens ante septennium.

22. Quid si dubium sit, an usu rationis puer polleat? Respondeo. Tunc, e ante septennium, ne illum obliges ad prædicta Præcepta Ecclesiastica custodienda, quia possidet tunc ætas Infantilis, quæ libera est, vel excusatur à præceptorum ligamine, ac propterea non est à superveniente dubio liganda. At, in septennio, vel post septennium, illum obliga, quia tunc

^a Castrop. tom. 1. dif. 1. de leg. p. 24. §. 3. ^b Sanch. l. 6. Sum. c. 16. nu. 7.

tunc ex communiter contingentibus præsumitur, ratione uti. Ita universaliter a Castrop. Quæ sententia cum certè sit, saltem tutior, est a nobis amplectenda, quam etiam docet in simili Sanch. b

§. V.

De Privilegio edendi lacticia concessa ab Urbano VIII. aliquibus ex prædictis exceptis.

1. Urbanus VIII. Episcopis, & Presbyteris secularibus, qui sunt exclusi ab Indulto lacticiniorum per Bullam communem, illud concessit iisdem (non verò Religiosis) in hunc tenorem.

Venerabilibus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis inferioribus Prælatibus, nec non Presbyteris secularibus dumtaxat, ut Quadragesimali tempore (hebdomada tamen majore excepta) ovis similiter, ac lacticiis, pro eorum libitu, uti, & vesci, indulgemus, data elemosyna per Commissarium Generalem taxanda.

2. Porro circa hanc Bullam (quam vocate solemus Bullam parvam, vel Bullam lacticiniorum) multa essent inquirenda, sed, quia hæc est extensio Bullæ Cruciatæ, ea, quæ superius diximus, hic etiam dicta esse censendum est. Solum igitur aliqua ipsius propria sunt hic proferenda, Quare.

§. Inquires Primò. Quanta elemosyna eroganda est pro hac Bulla? Respondeo. Commissarius Generalis sequentem taxam constituit. Memineris autem Realem esse unum talentum monete Siculæ, grana quatuor, & ejusdem grani partem quartam.

Pro Episcopis, &c. & Abbatibus Reales 24

Pro Dignitatibus Canonicalibus Ecclesiæ Cathedralium, vel Collegiatarum Reales 8.

Pro illis, qui gaudent Portionibus, vel Portionum medietatibus, & pro Beneficiariis curam habentibus animarum, vel non habentibus, quorum redditus annuus sit scutorum trecentorum, Reales sex.

Pro habentibus Beneficium, Capellaniam, vel Portionem, quorum redditus annuus non minus sit, quam scutorum trecentorum Reales sex.

Pro Clericis, & Presbyteris secularibus Reales duos.

4. Inquires Secundò. Virtute hujus Bullæ,

quam quis hic recipit, uti ne potest lacticiis extra regnum, &c. Respondeo e nequaquam, nam hæc Bulla cum sit extensio prioris, seu communis Bullæ, intelligitur cum eadem limitatione, qua illa est.

Inquires Tertiò. Quando hic excipitur Hebdomada major, excipitur ne etiam Dominica Palmarum: Respondeo. Excipitur. Unde, ex vi hujus parvæ Bullæ, non possunt prædicti lacticiis vesci ea Dominica. Nam cum quælibet Hebdomada constet septem diebus manifestum est, Dominicam includi in hebdomada. Dixi (ex vi hujus parvæ Bullæ) nam, quia probabile est, cum Bulla communi licite posse comedi lacticia à prædictis Personis exceptis, in Dominicis Quadragesimæ, ut supra diximus §. 4. nu. 15. Ideo qui ex dictis personis illam communem habet, poterit & ex illius Bullæ ea comedere in dicta Dominica Palmarum.

6. Inquires Quartò. De quorum bonorum redditu intelligitur, quando, in taxa, bonorum, annuorum, fit mentio? Respondeo, bonorum Ecclesiasticorum, hoc est, bonorum, quæ quis habet ab Ecclesia, seu ratione beneficii Ecclesiastici, deductis oneribus, quæ fortè sint in illo beneficio. Quare si quis habeat bona Patrimonialia, vel propria industria conquistata, quantumvis pingua, si tamen id, quod habet ratione beneficii, Portionis, Pensionis, &c. non accedat ad redditum annuum in prædicta taxa definitum eam majorem elemosynam dare pro hac parva Bulla non obligabitur.

7. Inquires Quintò. Si Episcopi, Abbates, ut item Dignitates Canonicales, pro quibus non fit mentio quantitatis bonorum Ecclesiasticorum, pauca habeant, hoc est, habeant bona Ecclesiastica non pertingentia ad annum redditum scutorum trecentorum, obligantur ne taxam 25. vel 8. Realium contribuerent pro hac Bulla?

Respondeo. Obligantur, quia dum Commissarius taxavit elemosynam pro his, non respexit ad redditus, sed solum ad Dignitatem. Addit & Gallegus, hos obligari ad prædictam taxam, etiam si nihil habeant.

8. Inquires Sextò. Coadjutor V. G. Canonici, vel cujuscumque Beneficiarii venit ne nomine Canonici, vel Beneficiarii, ita ut debeat dare elemosynam constitutam pro illis, quorum est Coadjutor?

Respondeo. Nequaquam quia Coadjutor non

c Galleg. claus. 6. du. 53.

d Gallo. l. 2. dub. 55. Trull. in Appen. n. 12.

e Galleg. ib. d. 56.

f Trull. ibid. num. 13.

g Gall. claus. 6. d. 57.

non est vere Canonicus, vel Beneficiarius, habet enim solum Jus ad rem non in re, ut notat Trullench. loc. cit. num. ult. lege id latius apud Gallegum, *a* qui id confirmat ex Suario, docente, Coadjutorem vivente Proprietario, non esse Canonicum, licet habeat locum in stallis, & vocem in Capitulo, absente Proprietario.

a Galleg. ib. dub. 58.
9. Inquires Septimò. An qui vult frui Indulto hujus Bullæ Lacticiniorum, debeat etiam sumere Bullam communem? Respondeo, nequaquam; *b* quia id non requirit tenor Bullæ: & meritò, hæc enim non dependet necessario ab illa communi; sed est nova declaratio, seu potius nova extensio, novumque privilegium.

b Bardip. 2. tr. 3. ca. 2. sec. 8. num. 131.
10. Inquires Octavo. Prælati Superiores, V. G. Episcopi, si fuerint assumpti ad Episcopatum ex Religione, gaudent ne Privilegio Lacticiniorum hujus parvæ Bullæ? Ratio dubitandi est, quia ejusmodi Episcopus, quia Episcopus est, videtur gaudere hoc privilegio, at, quia Religiosus non videtur; quæ igitur qualitas ex his prævalebit? Respondeo cum Trullench, prævalere qualitem Episcopatus, atque adeò frui hac Bulla posse, quia dignius debet ad se trahere minus dignum. Confirmatur, quia licet, qui assumptus est ad Episcopatum à statu Religioso secum ferat Vota Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ, quæ sunt de essentia status Regularis, tamen non fert obligationes ad cæteras observantias Regulares, quia illæ sunt pro statu, quo vivunt in Religione, ut signate non ferre has obligationes & abstinentias Regulæ docet Sanch. *d*

d Sanch. l. 6. Sum. c. 6. num. 15.
Immo etiam si Religiosi Sancti Francisci de Paula habeant pro voto abstinentiam à Carnibus, & Lactiniis, qui tamen ex illis assumuntur ad Episcopatum, ut etiam si quis ex iisdem ejiciatur à Religione per legitimam ejectionem, illo voto non obstringuntur quia illud votum tamen sit de essentia hujus Religionis, est tamen solum pro statu, quo ibi vivunt. Ita discuntur *e* Bardi. Quoniam igitur Episcopus extra Religionem vivit non tenetur ex vi Religionis abstinere ab illis cibis, à quibus debent abstinere in Religione, & consequenter Bulla hæc parva ei prodesse poterit, &c.

e Bardip. c. sect. 10. nu. 132.
11. Cardinalis autem non Episcopus, qui sit presbyter à Religione ad Cardinalatum assumptus, non poterit hac Lacticiniorum

Bulla gaudere, quia ex una parte Religioso nulla sit concessio in hac Bulla; & ex alia nulla in eadem sit concessio meræ Dignitati Cardinalatus, ut patet ex tenore Bullæ. Quod si ejusmodi Cardinalis sit Episcopus, tunc non est mirum, posse gaudere; quia cuicumque Episcopo hæc parva Bulla conceditur.

12. Denique Episcopi, sive Regulares, sive Sæculares, si sint mere Titulares, quia scilicet renuntiaverunt Jurisdictioni Episcopali, gaudere possunt hoc Indulto, quia adhuc retinent dignitatem Episcopalem. At vero si fortè sint degradati, non gaudebunt, quia per Actuale degradationem amittunt omnia privilegia. Si quis autem renuntiavit, tum Jurisdictioni, tum Dignitati, non posse gaudere putat *f* Bardi; quia tunc jam caret omni dignitate. Sed mihi difficilis est hæc Decisio, quia cum in eo semper remaneat Character Episcopalis, nunquam poterit se dignitate Episcopali spoliare.

13. Inquires Nono. Quando dicemus infra, in communi Bulla debere scribi nomen ejus, qui illam sumit, eamque debere apud se retinere eo modo, quo ibidem explicabitur, id ne etiam est necessarium in hac parva Bulla? Respondeo, non esse simpliciter necessarium, docet Trullench, & quia id in hac Bulla, nec *g* Trullench ab ipsa, nec ab ejus Declaratore Commissario requiritur.

CLAUSULA NONA.

Item Prædicti Bullam sumentes, qui, diebus Ieiunio non suppositis, ad implorandum Divinum Auxilium pro Vnione, & Victoria prædictis, voluntarium Ieiunium, vel, si Ieiunare impediti legitime fuerint, aliud opus pium, arbitrio eorum Confessarii, vel Parochi, assumpserint, & simul pro Vnione, & Victoria prædictis preces fuderint, toties id fecerint, dicto anno durante, quindecim anni, & totidem quadragena de injunctis eis, & quomodolibet debitis penitentibus misericorditer in Domino relaxentur; & in super omnium precum, elemosynarum, Peregrinationum, etiam Hierosolyma, & aliorum bonorum, qua in uni versali militante Ecclesia, & singulis ejus membris sunt, participes reddantur.

CAPUT

CAPUT IX.

Tertium Privilegium de quibusdam Indulgentiis & participatione bonorum operum.

Sub predictis conditionibus duo hic conceduntur, puta, Indulgentiæ quædam peculiare, & participatio bonorum operum Fidelium. Jam de Singulis.

§. I.

Quanam Indulgentia hic concedantur.

1. Solebant olim in Ecclesia (nam hodie in usu non sunt) imponi delinquentibus diversæ Pœnitentiæ, juxta diversam culpæ gravitatem, ad arbitrium Sacerdotis. V. G. Jejunia, flagellationes, Inclusiones in Monasteria, & similes, ut haberetur in multis Sacris Canonibus, qui ponuntur in fine Decreti post tertiam ejus partem; & illæ quidem, quæ imponebantur, ut duraturæ per Quadraginta dies V. G. vocabantur Quadragenæ, seu Quarantenæ; quæ V. G. per septem dies appellabantur septenæ, & sic de cæteris. Quando ergo ob Ecclesiæ benignitatem condonabatur alicui pœnitenti pœna ipsi injuncta, quæ alias durare, ut dictum est, debebat per Quadraginta V. G. dies, dicebatur ei relaxari una quadragenæ; quando autem octuaginta dies, dicebantur ei relaxari duæ Quadragenæ, ut etiam, si per annum durare oportebat, vel per duos annos, dicebatur ei remitti unius vel duorum annorum Pœnitentia.

2. Hinc facile jam intelligis, quid concedat Pontifex, dum in præsentis clausula dicit, accipienti Bullam, ac jejunanti cum circumstantiis in ea designatis, relaxari quindecim annos, & totidem Quadragenas de Pœnitentiis ei injunctis. Concedit enim ipsi remissionem debiti agendi pœnitentiam per quindecim annos, & totidem Quadragenas, seu Quarantenas dierum: quæ quidem Quarantenæ ascendunt (nisi in computatione fallor) ad dies ducentos, & nonaginta. Sive autem id explices, tunc remitti de pœna Purgatorii pœnam prædicti anni, prædictorumque dierum, sive tunc remitti de Purgatorii pœna, quanta tibi remitteretur, si per illud tempus pœnitentiam in hac vita egisses, semper magnum

Tamburinus de Sacramentis.

erit beneficium. Uter autem ex his modis sit probabilior, vide apud Scholasticos, præsertim apud Suarium. a

3. Scito autem, quando dicimus, per Indulgentias remitti pœnam, nos intelligere remitti in foro Dei. Falsa enim est illa opinio, quæ dicit, per Indulgentias remitti solum pœnitentiam in foro Ecclesiæ, lege Suarium, b qui censet esse de fide, posse ab Ecclesia concedi Indulgentiam, ut per eam extra Sacramentum Pœnitentiæ remittatur pœna apud Deum, cum Christus Dominus absolute dixerit, (quemcumque solveris super terram, erit solutus, & in Cælis.)

4. Quando autem dicimus in foro Dei, intelligimus solum remitti eas pœnas nostris peccatis debitas, quibus pœnis satisfacere debemus in foro conscientie. Quare si tu a tuo Prælato condemneris ad aliquam pœnam, sive spiritualement, ut sis V. G. suspensus per annum, sive temporalem, ut sis V. G. inclusus in Monasterio per similem annum, ab his pœnis non liberant te hujusmodi Indulgentiæ. Idem dic de Pœnitentiis, quas Summus Pontifex vel pœnitentiarum tibi imponit, quando aliquid dispensat, per has enim pœnitentias a Pontifice, vel Prælato impositas, non satisfacimus immediate Deo ob nostras culpas, quarum satisfactiones respicit, ut diximus Indulgentia, sed immediate Ecclesiæ.

5. His cognitis. Inquires Primo, quando Pontifex in nostra Bulla Cruciatæ dicit, Jejunanti remitti dictos annos, & Quadragenas de injunctis pœnitentiis intelligit ne, remitti solum de injunctis, seu impositis, an etiam de cæteris quomodocumque debitis ab ipso Jejunante. Respondeo. Licet Doctores, ut videre est apud Delugo, e discrepent, quando Pontifex limitate dicit (de pœnitentiis injunctis.) Aliqui enim dicunt comprehendendum injunctas, tum alio modo debitas, ut tenet d. Suarez, Aliqui vero solum injunctas, ut tenet Delugo, e tamen in nostra Bulla non discrepant, seu certe discrepare non possunt; certum enim est remitti de utrisque quia sic clare conceditur in Bullæ nostræ tenore ibi (De injunctis, & quomodolibet debitis Pœnitentiis.)

6. Inquires Secundò. An possit Indulgentia hujus clausulæ multoties acquiri, si multoties fiant, quæ in illa imponuntur? Respondeo, posse, siquidem hoc manifestè significat illud (toties, quoties.)

A a

Inqui-

a Suar. de Pœn. disp. 50. sec. 5. præsertim num. 5.

b Idem l. c. sect. 2. n. 2.

c Delug. disp. 27. de Pœnit. sec. 2. d. Suar. l. c. sec. 3. n. 3. Delugo l. c. nu. 11.

Inquires Tertiò. An per obtentam, vel obtinendam Indulgentiam possit Confessarius nullam pœnitentiam imponere pœnitenti vel pœnitens impositum omittere, si Indulgentia fuit plenaria, vel illam diminueret ad proportionem Indulgentiæ, si ea partialis fuit, qualis est hæc, quam in præsentia clauula explicamus, An, inquam, possit ob illam rationem, quod jam per Indulgentiam pœnitens satisfacit pœnæ sibi debitæ, propter quam solam satisfactionem imponitur pœnitentia vindicativa, de qua solum hic loquutio esse potest: nam veram Medicinalem semper esse necessario exhibendam, nec a pœnitente omitti posse, jam scimus.

Respondeo, non posse omitti, sed semper esse exhibendam docet Suarez *a* Sed posse, concedit, propter rationem jam dictam, aliasque, Delugo, *b* addens hanc esse sententiam communem Doctorum.

b Delug. de Pœnit. d. 27. n. 22. Ego, quamvis videam, hanc communem sententiam esse admodum re ipsa probabilem, de qua aliquid indicavi in Methodo Confess. quia tamen ea supponit, te lucraturum esse; vel lucraturum Indulgentiam, id, quod certe communiter non caret aliqua incertitudine propter multas condiciones, quæ requiruntur ad Indulgentias certè acquirendas: idcirco in praxi semper a Confessario injungatur pœnitentia in Confessione, & a pœnitente adimpleatur: ut nimirum securi simus de

d Bard. p. 2. adhibita satisfactione, & ita notat Bardi. *d* tr. 4. cap. 1. sec. 3.

§. II.

Quanam Communicatio Operum hic concedatur.

1. **I**Nter justos constitutos in Ecclesia sub uno Capite Christo adesse Communicationem Operum, quam fatemur in Symbolo ibi (*Sanctorum Communionem*), de fide certum est; sed in quonam ea consistit?

Sanè, non solum consistit in influxu, quo Christus Dominus, tamquam caput in sua membra gratias impertit, & in Communicatione Sacramentorum omnibus Fidelibus communium; verum etiam in eo, quod quilibet justus possit applicare sua opera & de facto applicet, quando ei libet, in satisfactionem pœnarum, quas alii debent pro suis culpis, & item, ut possit per sua bona opera im-

petrate, & de congruo obtinere pro aliis aliud donum supernaturale, vel naturale, nimirum auxilium gratiæ, conversionem a malo statu, sanctitatem, bona temporalia, &c.

2. Quoniam autem hæc Communicatio est omnibus Fidelibus communis, quid supra hæc concedit hic Bulla Cruciatæ? Nihil, Respondet Ludovicus à Cruce, & Trulench. *f* c. Lud. à Cruce. d. 1. c. 8. d. 1. 2. 4. n. 11. *f* Trulench. 1. in Bull. Lam. 5. 1. num. 9.

3. Verum probabilius esse debet, aliquid aliud concedi, quandoquidem adeò signatè eam concedere, Pontifex proficitur, & ut ex contextu patet, tanquam novum Privilegiū.

Sed quodnam id aliquid est? Respondeo, si prius memineris opera cujuscumque Justii esse meritoria, impetratoria, & satisfactoria. Et quidem per opera, ut meritoria, quæ vocantur à Theologis meritoria de condigno, solum justus facit sibi operanti: At per opera impetratoria, quæ vocantur à Theologis meritoria de congruo possunt Fideles impetrare, & mereri de congruo, tum pro se, tum pro aliis, hoc est, mereri ex liberalitate convenienti Deo aliquod beneficium sibi, vel alteri.

4. His in memoriam revocatis, sic aliqui discurrunt, quo ad satisfactionem. Petrus V. G. justus jejundet, V. G. per diem, sanè satisfacit pro aliqua parte pœnæ, quam fortasse adhuc debebat pro suis culpis, vel, si illud jejunium applicet pro aliis, V. G. pro Paulo, valebit satisfactio talis Jejunii pro pœnis debitis à Paulo. At verò si Petrus inveniatur, si ve per alia similia opera, si ve per acquisitam Indulgentiam Plenariam, nihil omnino debere pro suis culpis, & ex alia parte pro alio ipse non applicet, vel si applicet pro alio, hic alius sit Incapax, puta, quia existit in mortali, vel est in Gloria, vel est in Gehenna, tunc illa satisfactionis quantitas Petro super abundans ex prædicto Jejunio, quæ ipsi non est necessaria, quæque soli Deo cognita est, reservatur in Thesauris Ecclesiæ, cujus solus Pontifex, est distributor. Idem ergo Pontifex per hoc privilegium Communicationis, de qua loquimur, concedit hoc Beneficium, ut illa satisfactio superabundans, antequam reponatur apud Ecclesiæ Thesaurum; participetur (secundum taxam, quæ à solo item Deo est præscripta, & nota) ab eo qui Bullam habens jejunat cum circumstantiis explicatis.

Satisfactio autem dicta, quæ participabitur,

etur, erit illa, quæ superabundat in eo puncto, quo habens Bullam modo dicto jejunit, vel fortasse etiam (ut tenet *a Gallegus*) erunt illæ satisfactiones omnes, quæ erunt postea faciendæ, & non applicandæ, durante anno ejusdem Bullæ, quod certè, ut idem notat, *b* est magnum beneficium. Simile quid dici posset de impetrationis fructu, quod videre poteris apud *Galleg. c* & melius apud *Castropal. d*.
 Hæc explicatio, quam affert *Bardi* de Bulla p. 2. tr. 4. cap. 2. sec. 1. nu. 7. solum illud habet boni, quod alia melior non occurrit, nam ceterum gratis videtur confecta. Ego autem potius dicerem, dari quidem ejusmodi communicationem per Bullam, quandoquidem sic expressè conceditur à Pontifice, sed quænam sit, ignorari, donec Deus dignetur per aliquem, qui ipsi placuerit, declarare.

§. III.

Sub quibus conditionibus prædicta concedantur.

1. **P**rimò, sub Jejuniis, vel te non valente jejunare, sub opere tibi commutato à Confessario, vel Parocho. Secundò, sub oratione fundenda pro unione Principum Christianorum contra Infideles, & pro victoria contra eosdem. Non posse autem hæc opera fieri per alium, ad hunc effectum, videtur manifestum, nam ex modo loquendi Pontificis imponuntur, ut personalia.

2. Jam vero quoad Jejuniis, illud debet esse voluntarium, unde non valet ad hunc effectum Jejuniis ex poenitentia tibi à Confessario impositum, nec Jejuniis, ex præcepto Ecclesiæ. Scio Ludovicum & à Cruce sustinere, Jejuniis Quadragesimæ sufficere, idque ex præsumpta voluntate Pontificis, qui non est censendus toto illo Quadragesimæ longo tempore, velle Fideles privare his Indulgentiis; Scio, inquam, hoc, sed assentire non possum, quia ubi verba disponentis sunt clara, non est locus præsumptioni; at, quid clarius, quam illud, *diebus jejuniis non suppositis*.

3. Major difficultas est, an satis sit Jejuniis ex Voto. *Bardi* cum aliis putat, non sufficere, *Gallegus* autem, sufficere, quia Pontifex excludit Jejuniis, præcepto non suppositum; & vult, ut sit voluntarium; at Jejuniis ex Voto non est Jejuniis ex præcepto, & est maxime voluntarium, atque ex devotio-

ne votantis. Non mihi displicet hic discursus.

4. Præterea commutans prædictum Jejunium iis, qui sunt impediti, non potest esse aliud, nisi vel Confessarius explicatus supra c. 8. §. 1. nu. 3. vel Parochus: & quia dicit Pontifex (eorum arbitrio) arbitrium autem in Jure semper debet esse rationale; ideo commutatio debet fieri prudenter juxta aliquam proportionem ad Jejunium, spectata qualitate personæ.

5. Prædictus *b Gallegus* sustinet, Jejuniis hoc non posse commutari ad hunc effectum in orationem, sed debere commutari in aliud opus bonum pium distinctum ab oratione, atque errasse *Rodriguez*, cum dixit posse in orationem, quia, inquit *Gallegus* Pontifex vult duo opera, & non solum Orationem. Certè ego puto, id tutius saltem esse, sed non video, unde ita opera duo distincta exigat Pontifex, ut non possit Jejunium per replicatam Orationem compensari.

6. Illud denique hic concedo, quod concedit *Castropalaus*, i. nam si quis ex aliqua causa infirmitatis, laboris, vel ætatis à præcepto excusaretur, poterit jejunare ad hunc effectum valide; quia jam illi ejusmodi Jejunium est voluntarium, & supererogationis.

7. Secundò, quoad Orationem fundendam, nihil esset explicandum cum in tenore Bullæ, quæ ad hanc pertinent, sint clara, nisi *Rodriguez* & cum *Castropalao* 1. scrupulum quemdam induxisset. Dixit enim hanc Orationem debere esse externam seu vocalem, nec sufficere solum mentalem; quia Pontifex (inquit *Rodriguez*,) quando præcipit opera satisfactoria, requirit externa, & visibilia. Verum puto, satis superque esse, mentalem, quia quando Pontifex vult vocalem Orationem, illam explicat injungendo Rosarium V. G. Septem Psalmos, Litanias, &c. Quod autem assumit *Rodriguez*, gratis assumit nos enim dicimus, quamvis Oratio vocalis sit magis proportionata visibili Ecclesiæ, non tamen semper eam esse necessariam, cum Pontifex possit concedere Indulgentiam se conterenti V. G. & sæpè solet eam concedere dicenti, JE-

8. Scito denique hic duo. Primò, ad lucrandam hanc Indulgentiam, satis esse illam elemosynam, quæ datur in acceptione Bullæ, n. *Gallegus*, quia aliam non requirit Clausula hæc, ut notat *Gallegus*. 2. A a 2 Sec. 4. 60.

Secundo, satis esse non valde longas preces
sed id distinctius dicam mox cap. 10. §. 2. n. 4.

CLAUSULA DECIMA.

Item qui, dicto anno diuantes, in singulis diebus
Stationum almae Urbis, quinque Ecclesias, seu
Altaria, seu, in illorum defectu, quinque unum
altare deuotè uisitaruerint, precesque ad Deum
pro Vnione, & Victoria praedictis fuderint, om-
nes, & singulas Indulgentias Stationum intra, &
extra muros praedictae Urbis, tam pro se, quam per
modum suffragii, pro defunctis, pro quibus uisita-
uerint, consequantur.

CAPUT X.

Quartum Privilegium. De Indulgentiis Stationum, quas concedit Bulla.

1. **V**isitantibus Ecclesias Almae Urbis Ro-
mae conceduntur variae Indulgentiae,
quarum aliqua, quae conceduntur iis, qui vi-
sitauerint hanc, vel illam designatam à Sum-
mo Pontifice Ecclesiam, sunt solenniores, vo-
canturque proprio vocabulo, Stationes, quia,
ut Indulgentiae acquirantur, itur ad stan-
dum ibi, & ibidem orandum.

Has ergo Indulgentias Stationum, non
autem alias, quae aliis titulis conceduntur in
aliis Ecclesiis, concedit nunc in Bulla Pon-
tifex, si illi, qui Bullam acceperunt, sequentes
conditiones, quas statim explicabimus, po-
nant.

2. Et quidem singulis quibuscumque die-
bus anni esse Romae dictas Stationes, & ibi-
dem praeter alias acquiri Indulgentiam Plena-
riam, notat Gallegus, & Castropalaus. b

a Galleg.
Claus. 8.
dub. 70.
b Castrop.
de Bull. p. 5
num. 9.

§. I.

Quinque Ecclesias, vel Altaria uisitaruerint.

1. **N**omine Ecclesiae venit locus Deo di-
carus, auctoritate publica Episcopi e-
rectus, ad Missam, diuinaque Officia cele-
branda. Altaris autem nomine, venit locus il-
le, seu illa mensa firma, lapidea, vel lignea, su-
per qua exhibetur sacrificium. Nam propterea
Altaria quaedam in plateis, vel Congregatio-
nibus, vel locis similibus, ubi sacrificare non
conceditur, à nomine Altaris hic excludun-
tur.

2. Rursus licet Oratorium privatum, in
quo, ex peculiari concessione Pontificis, Mis-
sa celebratur in domo privata, dubitetur, an
ad hunc effectum comprehendatur sub no-
mine Ecclesiae, docente Diana, & ac Trullen-
d' comprehendit negante autem Gallego & ta-
men ejus Altare hic per omnes comprehen-
ditur suo nomine Altaris, quia sine controver-
sia habet omnia requisita ad verum Altare.

3. Jam verò cum Pontifex ejusmodi visi-
tationem concedat sub disjunctione, Eccle-
siae, vel Altaris, puto scilicet certum, telucra-
has Indulgentias, si uisites quinque Altaria
unius Ecclesiae, quamvis in tuo Oppido plu-
res ad sint Ecclesiae.

4. Propter eandem disjunctionem puto,
g te ad libitum posse uisitare tria V. G. Altaria
unius Ecclesiae, & duo alterius, vel contra
quamvis in utraque plura extent Altaria. Sed.

5. Inquires Primo, Altare, in quo actu non
adeft illud, quod vocamus Portatile, seu Al-
teretam, aptum ne est ad hunc effectum, de
quo loquimur?

Respondeo, esse probabiliter aptum quia
satis est, si illud sit ex le Altare, & ex licentia
Superioris, aptum ad Sacrificium; secus, si non
ad hunc duarum vel tres Tobalia, neque sufficeret.
Affert pro hac Resolutione postea b Rodriq. h Rodriq.
qui docet, si in aliqua Ecclesia sit aliquod Ca-
nonicum impedimentum, ob quod ibi cele-
brari legitime nequeat, esse aptam, ut, ad hunc
effectum lucrandi Indulgentias Bullae, visi-
tetur, cum sufficiat locum esse Sacrum aucto-
ritate Episcopi, & deputatum ad celebrandas
Missas.

6. Quod si ponas, siue Altare Oratorii
Privati jam esse redditum profanum, siue Al-
tare Ecclesiae à Ministris redditum omnino
ineptum ad Sacrificium per partialem V. G.
vel totalem destructionem; non est mirum, si
tunc illud excludamus, quia, ut sic, non reti-
net essentiam ut ita loquat, Altaris.

7. Inquires Secundò, si forte in aliquo
Oppido non inueniantur quinque Ecclesiae,
nec una cum Altaribus quinque sed cum uno
tantum Altari, quid faciendum?

Respondeo. Tunc profectò concedit Sum-
mus Pontifex, satis esse, si uisitetur unum Al-
tare quinque.

8. Hinc, si alicubi existas, ubi solum sit O-
ratorium privatum cum uno Altari, poteris
cū fructu hujus Privilegii quinque uisitare
dictum.

dictum Altare; jam enim illud est verum Altare, ut dictum est modo.

9. Quid si alicubi existam, ubi sunt quinque Ecclesie, vel una cum quinque Altaribus, sufficere, si unum Altare quinque visitem?

Respondeo. Nequaquam sufficere, quia Privilegium visitandi quinque unum Altare, conceditur dumtaxat, quando defunt quinque Ecclesie; vel quinque Altaria.

10. Et nota cum Henríquez, defectum quinque Altarium non satis esse, si sit in ea Ecclesia, quam tu eligis visitandam; sed requiritur, ut ejusmodi defectus adsit in toto Oppido.

11. Inquires Tertio. Si ego habens Bullam detineor aliquo impedimento, unde nequeam visitare quinque Ecclesias, nec quinque Altaria, poteris ne cum fructu visitare quinque unum Altare, ad quod possum forte me conferre? Ejusmodi certe sunt Moniales, quæ non raro unico gaudent altari in sua Ecclesia; ejusmodi sunt in carcere inclusi, ejusmodi infirmi, ejusmodi, qui grave malum ab inimico V. G. timent, si obeant per Ecclesias.

12. Respondeo. Si prædictis superat copia unius Altaris, posse illud cum fructu hujus Indulgentiæ quinque visitare, probabiliter docet Bardi. b. Et ratio quidem nequaquam est, quia non debemus præsumere, Pontificem velle excludere ab his Indulgentiis plures, qui dictis impedimentis sine sua culpa detinentur, non est, inquam, hæc ratio, quia non facile præsumo extensionem, quando nullum est verbum in Privilegio, quod extensionem insinuet: sed ratio est, quia in tenore hujus Privilegii sunt illa verba (in illorum defectum) quæ certe satis verificari videntur non solum quando defectus est ex parte Ecclesiarum, vel Altarium; verum etiam, quando est ex parte habentium Bullam, siquidem personis vere impeditis vere deficiunt illa quinque Altaria.

13. Inquires Quarto. Dum quis visitat quinque Altaria in eadem Ecclesia, satisfacit ne, si ex eodem loco sine mutatione situs ea visitet? Quid secundo, si sine dicta motione visitet quinque idem Altare?

Respondeo. Dum visitas quinque Altaria, certe securius est, si dum fundis preces, facias aliquem corporis motum versus illud Altare, ad quod preces porrigis; secus, ea visitatio non

videretur esse quintuplex, sed una. Dum item visitas unum Altare quinque (quæ est secunda quaestio) securius etiam erit, si prima visitatione, hoc est, prima oratione finita, caput V. G. inclines, vel si es genuflexus, surgas, & iterum genuflectas, & sic facias in singulis, ut nimirum appareant, & quidem sensibilibiter, esse plures visitationes. Ita c. Trullen. & Gallegus. d.

14. Dixi (securius) nam ceterum probabile est, sufficere corde moveri, hoc est mente distinguere unam visitationem ab alia. Ita c. d. 75. & Diana e pluribus f. alii allati à Gallego.

15. Inquires Quinto, Si quis inveniat Ecclesiam plenam ob multitudinem ad illam confluentium, satisfacit ne, si quinque Altaria visitet, stando pro foribus Ecclesie?

Quid Secundo. Si Ecclesia sit clausa? Respondeo. Si sit clausa non puto sufficere, si stans foris, visitet, quia vere illud non est visitare Altare. Esset fortasse visitare Ecclesiam sed non, ut dico, visitare Altare. Sicut non sufficenter tunc tu esses moraliter præsens Missæ, quæ in hujusmodi Altari celebraretur.

16. At si sint apertæ fores, & tu ob multitudinem ingredi in Ecclesiam non posses, certo sufficere, ibi orare, non solum pro visitanda Ecclesia, verum etiam pro visitando eo Altari, qui sit in prospectu; quia tunc tu facies unum cum tota multitudine, quæ tota dicitur moraliter præsens illi Altari, sicut etiam præsens ibidem diceris, ad satisfaciendum præcepto de assistentia. Sacri die festivo.

17. Quod si Altare, seu Altaria in prospectu tuo non sint, non sufficere inde orare (quid quid dicat esse probabile, quod scilicet sufficiat, Gallegus) g. quia tunc non esses Altaribus moraliter præsens. Ita Trullen. b.

18. Quod certe idem esset, si vacua Ecclesia tu visitares Altaria, quæ non videas, quia V. G. sint in Capellis intro sita, quare tunc non

sufficeret ea, modo dicto, visitare, quia iis non es moraliter præsens, ut non sufficeret iad assistendum Sacro pro obligatione præcepti.

Immo idem dicendum est, si vacua magna Ecclesia V. G. S. Petri Romæ, tu orares ad Altare, quod sit in tuo prospectu, sed notabiliter longe distanti. Quis enim tunc diceret hominem in janua dictæ vacuæ Ecclesiæ consistenti esse Altari maximo moraliter præsens?

Non ita, si est plena Fidelium orantium, Alia 3; quia

quia tunc omnes faciunt unum moraliter, ut dictum est.

§. III.

§. II.

Devote Visitaverint.

1. **D**Evote, inquit, quare licet in aliis dispositionibus, ubi non ponitur hæc vox (Devote) visitatio Altaris venialiter peccaminosa, V. G. cum vana gloria, vel ex vana gloria, sufficeret ad ponendam visitationem requisitam in illis Dispositionibus, de quo tamen est controversia inter Doctores, quæ legi apud Bellarminum ^a potest, tamen in casu nostro, saltem longe tutius, debet esse, sine ullo peccato visitare, visitare enim Altare cum inani gloria, vel cum immodestia, vel confabulando, vel ad finem aliquem, quamvis venialiter non bonum, devote certe visitare non est.

^a Lib. 1. de Indulg. c. 3. q. 2.

2. Præterea, quia Pontifex dicit. *Sumentes Bullam mutaverint*, ideo hæc visitatio non potest exhiberi per alium, est enim opus in-junctum Personæ.

3. Et duo quidem debet præstare Fidelis in hac visitatione. Primo, habere intentionem saltem virtutalem visitandi ob finem à Pontifice requisitum. Secundo debet orare pro rebus ab eodem præceptis atque præscriptis, nempe pro Unione & Vittoria prædictis, sufficere autem si oret pro intentione Pontificis, mihi certum est, id enim jam est orare pro prædictis. Satis item esse orationem mentalem, diximus in simili supra, ^b licet addam (ut ^c Galleg. l. c. du. 81. advertit Gallegus ^c) tutius esse si addatur aliqua vocalis oratio.

^b Sup. c. 8. ^c Galleg. l. c. du. 81.

4. Si brevis, seu exigua sit oratio, te diminutam, & orationi proportionatam Indulgentiam lucrari, putat idem Gallegus ^d in simili, citatque prole Nunnum. Profecto tutius erit, notabilem Orationem fundere, ad minus quinque Pater, & Ave, verum qui recitaret tantummodo unum Pater, & Ave, non condemnarem, quia jam ponit, quod Pontifex præscribit, puta Visitacionem Altaris cum precibus. Et ita tenet Castropalaus, ^e docens sufficere Orationem minimam.

^e Castrop. l. c. de Bull. p. 5. n. 3.

An pluries possint hæc Indulgentia Stationum acquiri, repetendo, visitationes, & preces.

1. **P**OSSE, sustinet Trullench. ^f & probabile ^f Trull. 6. cit. du. 3. n. 1. putat Gallegus, ^g quia quando Pontifex absolute & sine restrictione Indulgentiam concedit facienti opus aliquod, potest ea toties acquiri, quoties opus illud repetitur. Accedit, Privilegium Indulgentiæ, cum non sit in ullius præjudicium, ample esse Interpretandum.

2. Sed profecto ipsa Fidelium praxis, quæ semel sumpta Indulgentia uni diei addicta, non solent eodem die iterum eandem sumere, ostendit, Intentionem Pontificis non esse, ejusmodi iteratam acquisitionem concedere. Nō ita, si Indulgentia addicta temporis nequaquā sit, quales sunt Indulgentiæ affixæ Sacris nūmismatibus; tunc enim ipsi iidem Fideles pluries opera injecta repetunt, quo pluries illas Indulgentias acquirant, ut in simili habent S. Thomas, ^h & Ludovicus à Cruce ⁱ cum h. S. Thomas aliis. Ratio autem disparitatis est illa, quia ^{add. ad 3. p. 9. 1. 5. 4.} quando addicta uni temporis est Indulgentia, pro una vice, in eo tempore concessa videtur, ^{ad 4.} at quando nulli temporis est addicta, non videtur determinata ad vicem unam.

3. Confirmatur, quia hic non acquiruntur nisi Indulgentiæ Stationū Romæ, quæ sunt, ^{du. 13. m. 10.} durante uno tantum die Ecclesiastico, id est à primis Vesperis usque ad Occasum diei sequentis. At certe determinatio temporis, tam brevis, ostendit (ut ex Suario notat Castropalaus ^k) intentionem Pontificis esse, ut singulis diebus una vice acquirantur, sive de die, sive de nocte exhibeatur visitatio, altero nimirum ^{p. 5. n. 11.} dante locum alteri ex multis illuc confluentibus.

§. IV.

An hæc Indulgentia Stationum applicari valeant pro Defunctis.

1. **P**OSSE hæc Stationum Indulgentias applicari pro Fidelibus Defunctis ex vi Bullæ, nimis est certum, quia id nimis manifeste conceditur in tenore Bullæ, dummodo ipsi iidem Fideles Stationes dictas visitent ex intentione pro Defunctis.

1. Hoc

2. Hoc autem non intelligitur, quasi tu, qui Bullam sumis stationesque seu Ecclesias, vel Altaria visitas concedas ipse Indulgentias Defuncto, quia Fidelis homo potest quidem suum bonum opus alteri concedere, quoad satisfactionem, & impetrationem, nullo tamen modo Indulgentias; si quidem Indulgentia est appellatio Thesauri Ecclesiae, cuius distributio uni Summo Pontifici convenit sed intelligitur ipse Summus Pontifex (posita, tanquam conditione, tua voluntate, cum operibus requisitis) concedere Defuncto Indulgentiam.

3. Atque hinc sequitur, licet dum quis est in statu peccati mortalis nihil possit satisfacere, vel impetrare pro aliis, sicuti non potest pro se, quia est Dei inimicus valde tamen probabiliter potest per Indulgentiarum satisfactionem Defunctis prodesse. Et Costopalaus a quidem vocat communem sententiam, fructuose applicari Indulgentiam Defunctis ab eo, qui est in statu peccati mortalis, ut etiam satisfactionem Missae. Ratio autem ducitur ex praedictis; quia nimirum homo dum taxat ponit conditiones requisitas à Pontifice, & à Christo Dominio, ut Pontifex, & Christus Dominus est deinde, qui impertit Defuncto Indulgentiarum, & sacrificii fructum, lege b. D. Thom.

4. Atque etiam inde fit, ut nisi Pontifex dicat, se Indulgentiam ita Fidelibus concedere, ut possit ea applicari pro Defunctis, non poterunt Fideles applicare, quia cum ille, qui vere dat Defuncto Indulgentiam sit ipse Pontifex, si is non dicat, concessam Indulgentiam posse pro Defunctis applicari, nihil, quoad eam, conducet sola Fidelium applicatio.

CLAUSULA UNDECIMA.

Item quo omnes, & singuli praedicti purius ad Deum preces effundere, & efficacius divinum auxilium implorare possint, conceditur, ut possint eligere quemcumque Presbyterum Saccularem, vel Regularem ex approbatis ab Ordinario, & ab eo quorumcumque peccatorum, etiam censurarum Sedi Apostolica, & in Bulla Cana Domini reservatorum, & reservatarum plenariam Indulgentiam & remissionem semel in vita, & semel in articulo mortis. Aliorum vero Sedi Apostolica non reservatorum, aut reservatarum toties, quoties con-

stentur, Absolutionem & remissionem mediante salutari poenitentia, secundum culpae indigentiam obtinere; dummodo ubi necessaria erit, per ipsos, vel, dato impedimento, per Mores, aut alios, satisfactio fiat.

Nota Gregorium XIII. concessisse, ut Privilegiis in hac clausula contentis possit quis iterum cum secunda Bulla frui, sed non tertio, ut infra distinctius explicabimus.

Porro clausula haec duo continet Privilegia, quae sunt Quintum, & Sextum in ordine, de quibus sigillatim sua propria Capita jam instituo.

CAPUT UNDECIMUM.

Quintum Bulla Privilegium circa Absolutionem à Reservatis.

1. **Q**ui Bullam Cruciatæ sumpserit, potest, durante anno, eligere Confessarium ex approbatis ab Ordinario per quem Confessarium absolvi possit pro foro interno ab omnibus casibus, & censuris, satisfacta parte; & quidem, toties, quoties, à reservatis, Episcopis, à reservatis autem Pontifici (excepta semper haeresi) semel in vita, & semel in periculo mortis; atque ab iisdem Pontificiis iterum, si secundam Bullam sumpserint; non vero tertio, si tertiam, modo, quando delicta sunt deducta ad forum contentiosum, cautiones mox dicendae §. 4. adhibeantur.

Hoc Privilegium, quod sane magnum est, explicui & quidem alibi. Sed nunc in proprio loco per partes suas sic explicamus, seu iterum recudimus.

§. I.

Explicatur illud ex approbatis ab Ordinario.

1. **S**i in Bulla aliqua, vel Rescripto quocumque ut certe in Jubilæo saepe vidimus, dicitur, posse Fidelem, cui sit concessio absolvi, seu dispensari à quocumque Confessario, sed addatur (approbato ab Ordinario loci) non est mihi dubium, requiri approbationem Episcopi, seu Ordinarii illius Diocesis, quamvis non tunc, ubi sit confessio, nisi forte limitetur, hoc vel simili modo (à tuo Ordinario, vel ab Ordinario tui loci.) tunc enim servanda esset limitatio.

2. Du-

c. Lib. 5. de
Poenu. c. 5.
§. 4. à nu.
11. &
Truul. de
Casib. re-
ferec. 12.
§. 9.

2. Dubium ergo solum est, quando absolute dicitur *approbato ab Ordinario*, ut certe dicitur in Bulla Cruciatæ, de qua noster præfatus est sermo. Nam cum sic non appareat, à quo Ordinarius procedere debeat approbatio; quærendum est, quisnam Ordinarius per hæc verba designetur.

3. Pugnant, loquendo de dicta Bulla paribus armis utrinque Doctores. Non pauci aiunt, sufficere, si in Sacerdote adsit approbatio cuiuscumque Ordinarii, sive loci, sive ipsius Confessarii, sive Pœnitentis legitime collata, etiam si dictus Sacerdos alio suum domicilium transferat & ex Indiis V. G. huc accedat: modo ipsi Approbatio nondum spiraverit; nam si spiravit, dicam mox.

Ratio potissima hujus sententiæ est; quia nihil amplius requirunt illa Bullæ Cruciatæ verba, *Ex approbato ab Ordinario*, dum aliud non addunt. Ita tenet Henriquez Valer. Tho. Hurtad. Tho. Sanch. Diana. alique quos ego cito *Lib. 5. de Pœnit. c. 5. §. 4. à n. 13.*

3. Semper autem notetur illud (*legitime*) in hac sententia; id quod explicatius intelliges ex sequenti Decisione.

Ordinarius V. G. Messanensis potest ne valide approbare Sacerdotem fixe commorantem in alia Diœcesi V. G. Panormi ad hoc, ut sit eligibilis per Bullam Cruciatæ à Civibus Panormitanis, uti etiam, ut sit eligibilis à quibuscumque aliis Christi Fidelibus:

4. Ita nonnulli putant, quia hic jam erit Sacerdos approbatus ab Ordinario, id quod solum requirit Bulla, esto ille, qui approbat, non sit Ordinarius loci, nec Pœnitentis, nec Confessarii.

5. Verum id nulla ratione sustinendum est. Nam Tridentinum & Bulla, & Rescripta quando requirunt approbationem Ordinarii, loquuntur de approbatione, quæ legitime, & secundum jura conferatur. At secundum quam legem Ordinarius Messanensis potest Sacerdoti Diœcesis alienæ concedere approbationem, solum ut sit ab omnibus eligibilis per Bullam? hoc vere non esset approbare pro Confessionibus; sed dare dicto Sacerdoti facultatem, ut possit per Bullam eligi, quod est extra Episcopi potestatem. Approbet ergo hujusmodi Episcopus dictum Sacerdotem ad excipiendas Confessiones ovium suæ Diœcesis Messanensis (quod jure posse ab ipso fieri, non dubitamus, quia potest pro suis

ovibus, undecumque convocare Confessarios) siquidem tunc, quia ejusmodi Sacerdos legitime erit approbatus ad Confessiones, erit consequenter juxta hanc primam sententiam eligibilis ab omnibus per Bullam.

9. Jam vero plures negant, sufficere unam approbationem, quamvis legitimam cuiuscumque Ordinarii, ut quis per Bullam eligi in Confessarium queat. Ita Suar. Vasq. De Lugo, Layman, alique ibidem à me citati.

Ratio hujus secundæ sententiæ potissima hæc est, Summus Pontifex in hac Bulla Cruciatæ, dum postulat Confessarium approbatum, proficitur, velle se conformare dispositioni Concilii Tridentini. Sed Tridentinum requirit approbationem Episcoporum in singulis Diœcesibus, ut nos diximus à alibi, ergo etiam eandem requirit in Bulla Pontifex.

7. Huic tamen Rationi sic respondere posset Prima sententia. Pontifex in Bulla Cruciatæ dum postulat Confessarium approbatum, proficitur se conformare cum dispositione Tridentini in substantia approbationis; ut scilicet Confessarius sit legitime approbatus conceditur. In aliis: & præsertim in multiplici approbatione, negatur.

Neque gratis id negatur: Quando enim Pontifex in dandis similibus Privilegiis vult, in multiplici approbatione se conformem reddere dispositioni Tridentini, id explicite facit, apponendo illud *ab Ordinario loci*, vel quid simile. ergo, cum in Bulla non sic explicet, certe in approbatione illa multiplici conformem se reddere Tridentino non intendit.

8. His ita explicatis pronuntio nihilominus utramque sententiam esse probabilem.

9. Si quis quærat. Secundam sententiam sectantes, cujus Episcopi approbationem requirunt?

Respondeo. Varii varios. Vasq. & alique à Bosio citati à Bosio requirunt approbationem Episcopi loci, in quo sit confessio, Layman, c. 2. cum alique apud Aversam, Approbationem Episcopi Pœnitentis, illius scilicet, qui debet eam absolutionem recipere. Suarez d. cum Delugo, & Sanchez requirunt approbationem Episcopi Sacerdotis, puta illius, qui excepturus est Confessionem, atque absolutionem d. Sanchez collaturus.

a C.
de B.
8. §.

a Lib. 5. de
Pœnit. c. 1.

b Ma.
in B.
Cruc.

c Suar.
disp. 2.
pœnit.
7. n. 3.
d Lib.
Pœnit. c.
5. 4. m.

3. matr.
disp. 2. §.

An n. 1.

An sufficiat pro Bulla Approbatio, qua cessavit.

10. **A**N Confessarius, cui legitime spiravit, vel à quo legitime revocata est approbatio, possit eligi per Bullam: Idem quaeritur de Parocho, à quo forte ablata est Parochia.

11. Respondeo negative cum Castropalao; *a Castrop. a* solum enim est eligibilis pro eo tempore, quo durat Approbatio. Ratio est, quia Privilegium Bullæ concedit eligi posse Sacerdotem approbatum; & sensus videtur esse, ut sit actu approbatus, Atqui is, cui illa cessavit, non dicitur amplius actu approbatus, sicuti excommunicatus, qui est jam absolutus, non dicitur amplius excommunicatus. Adde inconvenienti, quod mox dicam n. 15.

Illud ergo Approbatus non est participium præteriti temporis quasi, qui fuit approbatus, sed est nomen concretum, quod requirit formam approbationis actu moraliter adesse, hoc est, eam non fuisse revocatam.

12. Aliqui cum Acosta, & ex parte Rodriguez apud Castropalaum l. c. & Marco Serio *b Mar. Ser. b* in Bullam Cruciatæ dicente id esse probabile, concedunt, contententes sufficere fuisse semel approbatum, quamvis fuerit pro limitato tempore approbatus, quo elapso, non fuit ex legitima causa reprobus, quam sententiam refert, & non reiecit Castropal. l. c. Illud lege: nam, quia in praxim deducere hanc sententiam nec volo, nec audeo, satis habeo, illam tibi brevibus innuisse.

An sufficiat pro Bulla, limitata Approbatio.

13. **Q**ui est approbatus limitate pro mulieribus non pro viris, pro rusticis, non pro mercatoribus &c. Potest ne ex privilegio Bullæ, vel similis Rescripti eligi ab omnibus illimitate?

14. Respondeo cum Suarez *c Suar.* & aliis (quos *diss. 28. de alibi ego d. cito*) nequaquam, sed solum pro privatis, illis, pro quibus est approbatus. Ratio est, quia supra diximus, eligibilem per Bullam debere esse legitime approbatum, at hic respectu illorum, à quibus excluditur, approbatus legitime non est.

15. Scio non paucos cum Diana, aliisque à me ibidem citatis concedere, posse ab omnibus illimitate, quia verificatur (aiunt) illum *Tamburinus de Sacramentis.*

esse aliquo tandem modo approbatum; neque enim Bulla distinguit, an debeat esse approbatus illimitate, an limitate; sicuti approbatus ab Episcopo pro sua Diocesi potest dici limitate approbatus, & tamen prima sententia modo allata probabiliter sustinet, posse hunc illimitate eligi.

15. Video argumentum urgere, sed non convincere, etiam video. Nam inconveniens, quod sequitur, ostendit, sententiam hanc non esse probabilem. Sic enim Sacerdos approbatus pro una foemina, vel pro uno puero esse eligibilis per Bullam pro tota Diocesi, imo, in prima sententia, pro toto orbe; ex quo inconvenienti colligimus, non posse præsumi, Summum Pontificem id voluisse concedere, quod inconvenienti non apparet in casu dicto num. 15.

17. Simile inconveniens eveniret in eo, qui fuisset approbatus per unum, vel alterum diem, ut solet in Hebdomada Sancta aliquando ab Episcopis fieri, posset enim is per totum Terrarum Orbem, & semper eligi, quod nemo dicere audebit.

18. Doctores nonnulli ex proxime citatis num. 3. sustinent limitate approbatum posse ab omnibus per Bullam eligi, sed solum quando limitatio non est apposta ob defectum scientiæ, si enim esset propter ejusmodi defectum apposta, non posset [aiunt] ab omnibus eligi.

19. Verum cum approbatio non sit solum testificatio scientiæ, sed morum, sed prudentiæ, sed decentiæ, ut vidimus in tr. de Pœnitent. cur horum defectus æque non restringant approbationem?

Religiosi an ex vi Bullæ Cruciatæ possint eligi?

19. **A**N Religiosus Sacerdos possit à Fidelibus eligi in Confessarium vi Bullæ? Respondeo. Certum est, Sacerdotem Religiosum posse eligi ex vi Bullæ à Fidelibus, sed debere esse approbatum ab Ordinario modo jam dicto; nam sic etiam ipse Religiosus erit Confessarius legitimus respectu Fidelium sæcularium.

At vero an Regularis approbatus solum à suo Prælato sit eligibilis per Bullam à sæculari, quaestio esse posset. Ad quam Respon- *c Trid. sess. deo negativè, quia Tridentinum e semper 23. ca. 13. pro sæcularibus vult, ut etiam Religiosi ap- de Refor.*

Bb

proben-

probenur ab Episcopis. Et ex alia parte semper præsumendum est, Pontificem velle se conformare Tridentino in substantia Approbationis, ut num. 13. diximus, atque adeo etiam in Bulla.

§. II.

Possit absolvi à reservatis Episcopo toties quoties, & à reservatis Papa semel, &c.

1. Quo ad prius, nihil est, quod explicatione indigeat. Clara enim sunt Bullæ verba, Vide tamen mox §. 5. unum, quod huc pertinet.

2. Quo ad posterius, hæc habet. Si à commisso delicto reservato Pontifici, V. G. per lectionem publicam libri hæretici de Religione tractantis, fuisti per Bullam jam absolutus, & deinde in eodem anno incidas sive in idem peccatum legendi publice librum hæretici, sive in aliud specie distinctum, occupandi V. G. publice bona naufragantium, non potes ex vi ejusdem Bullæ in vita absolvi, nec à peccato novo publice legendi, nec à peccato occupandi. Ratio est, quia Bulla non concedit, ut possis in vita absolvi semel à quolibet peccato Pontifici reservato, concedit enim solam unicam absolutionem in vita à peccatis Pontifici reservatis. Indigebis ergo tunc secunda Bulla, ea tamen lege, ut si tertio incidas, non tibi profutura sit tertia. Ita a Bardi cum aliis, p. 2. tr. 6. Contra quem pugnat b Leander, dicens; esse c. 1. sec. 1. probabile per unicam Bullam concedi, posse b Leandr. absolvi ab omnibus, dummodo ab unoquoque in specie semel tantum intra publicationis annum quis absolvatur. Certe id esse probabile, negare non possum; quia hunc sensum facere commodè possunt verba Bullæ; si attente legantur.

Dictum autem est (*publice*) nam de Pontificiis occultis dicam mox separatim §. 5. citat.

3. Ex eo autem, quod in nostra sententia Bulla semel dictam reservatorum Absolutionem concedat, fit, ut si in ea Confessione aperias singula, vel plura peccata contracta ex pluribus aliis delictis diversis Pontificiis, puta occupatione Bonorum naufragantium, Percussione Cardinalium, læsione Immunitatis Ecclesiasticæ &c. fit (inquam) ut possis ab omnibus simul absolvi per unam Bullam,

quia sic unam recipis absolutionem. Idem per secundam Bullam, sed non tertio, ut dictum est.

§. III.

In Mortis Articulo.

1. Si quilibet Sacerdos in hoc articulo potest absolvere à Reservatis, ut differimus late in Tractu de Pœnit. quid emolumenti affert hoc Bullæ Privilegium?

2. Respondeo. Duo emolumenta. Alterum, quod Absolutio hæc potest conferri ab electo ex vi Bullæ, etiam præsentem proprio agrotantis Parocho, quod certe inserviet pro illis, qui, ut ibidem vidimus, sustinent, tunc id non posse quemlibet Sacerdotem.

3. Alterum, quod si tunc absolvaris ab excommunicatione reservata, liber eris ab onere te præsentandi Superiori, quia electus per Bullam, jam est tuus Superior delegatus à Pontifice, à quo onere, quando absolveris ex universalis facultate concessa pro periculo mortis, liber nequaquam es.

§. IV.

Excepta hæresi.

1. Quamvis multi multa afferant, quibus probent, hæresim formalem externam (meæ enim internam non esse Casum reservatum, alibi c. diximus) saltem occultam, posse per Bullam Cruciatæ absolvi ex illo principio, quod ex una parte potestas concessa Episcopis absolvendi ab illa, adhuc in ipsis, ex probabilissima opinione, remanet, etiam post Bullam Cœnæ, & ex alia parte, Bulla Cruciatæ concedit, posse absolvi omnia, quæ possunt Episcopi; Nihilominus cum propter ejus gravitatem hæresis Absolutio non veniat in concessione generali, ideo saltem hodie, ubi est Tribunal Sacræ Inquisitionis Hispaniæ, non possumus hujusmodi sententiæ adherere; Id quod etiam alibi, puto, saltem consulendum, Ceterum, qui de hac questione rationes late utrinque adductas cognoscere cupit, eas legat ab aliis fuse agitas, præsertim a Bardi, Trullench, Ludovico à Cruce citatis à Leandro.

2. Dixi autem signate (hæresim formalem) id est,

a Bardi in

p. 2. tr. 6.

c. 1. sec. 1.

b Leandr.

tr. 2. de

Excomm.

d. 17. §. 3.

qu. 83.

c Lib. 1.

Decal.

§. 8. m. 1.

d Leandro

tr. 4. §. 3.

e Bardi

tr. 1. §. 1.

f Ludovico

à Cruce

citatis

à Leandro

tr. 4. §. 3.

g 1. §. 1.

h 1. §. 1.

i 1. §. 1.

k 1. §. 1.

l 1. §. 1.

m 1. §. 1.

id est, cum errore intellectus. Nam quando intellectus error non intervenit, ea tanto rigori non subest. Quare sortilegium, maleficium, superstitio, magia, adoratio Dæmonum, sollicitatio in Confessione, blasphemiae hereticae, & omnia alia crimina contenta in Edictis Inquisitorum, possunt per Bullam absolvi toties, quoties, si sint Episcopalia: at semel in vita, & semel in morte, si sint Pontificia, qualis est V. G. lectio publica libri haeretici de Religione tractantis, & hoc iterum cum secunda Bulla. Sed non tertio &c. Ita Leander a multis referens.

a Leand. l. c. §. 3. q. 4. 88. 3. Quæres per hanc occasionē. An per Bullam Cruciatæ concedatur posse absolvi Pœnitentem, antequam denuntiet aliquod crimen Inquisitori ex obligatione denuntiandi? Respondeo non posse (quidquid dicat Navarrus apud b Leandrum) quia in Bulla huiusmodi potestas non invenitur.

§. V.

An toties, quoties ab occultis Pontificiis.

1. **A** Quē probable iudico, per Bullā posse absolvi ab occultis Pontificiis etiam Cœnæ Domini, & non posse. (excipe etiam hæresim occultam de qua modo §. præcedente dictum est) sic Sanch. Trull. Diana cit. à c. l. e. Leandro. Ratio quod possit, est quia per Bullam potest quis absolvi ab Episcopaliibus. Sed iam casus omnes Pontificii occulti sunt hodie Episcopis concessi à Tridentino, & atque adeo sunt tandem aliquo modo Episcopales, ergo &c. Neque obstat, idem dici propter hanc rationem posse de hæresi occulta: non obstat, inquam, quia propter ejus enormitatem, & propter sensum Ecclesiæ, quæ eam regulariter excipere solet, non debemus de illa loqui, perinde ac de ceteris.

d Trid. sess. 4. c. 6. de Re- for.

2. Ratio, quod non possit, est, quia hi casus Pontificii occulti ex eo, quod concedantur Episcopis, non desinunt esse Pontificii. Adde in Bulla dici sine limitatione, omnes Pontificios posse solum absolvi semel, ergo excludit etiam occultos.

3. Sed huic Rationi responderet Prima sententia dicens, occultos desivisse esse Pontificios, statim atque concessi fuerunt Episcopis Jure ordinario, quod nobis satis est, loquentibus de Privilegio Bullæ, quod est favorabile.

Ad id, quod additur, respondet, limitationem illā publicitatis implicite poni in Bulla, dum per eam conceditur, ut Episcopales, quales sunt Pontificii occulti, absolvi possint toties quoties, non verò alios. Utraque ergo sententia, ut diximus, probabilis est.

§. VI.

Ab omnibus Censuris.

1. **C**ertum mihi, & Tho. Sanch. & cum Castropalao falsiusque est, per Bullam posse absolvi excommunicationem, suspensionem interdictum personale, quando hæc potestima duo sunt proprie censuræ. (Nam excommunicatio semper censura est, ut in propriis Tractatibus late explicatum est à nobis) si hæc censuræ sint occultæ, si publicæ & deductæ ad forum contentiosum, si sint à Jure, si ab homine per sententiam specialem contra aliquem in particulari fulminatam, & si prædictæ sint Censuræ denunciatae nominatim, si sint excommunicationes contractæ ex percussione publica Clerici, & quidem toties, quoties, si hæc sint Episcopales, sed semel in vita, & semel in morte, si sint Pontificia, atque iterum cum secunda Bulla, sed non tertio, (excipimus autem propter superius dicta excommunicationem ex hæresi contractam, &c.

Ratio tantæ Potestatis est, quia in Bulla, quoad hæc, nulla apponitur restrictio, & ex alio Capite Beneficium Principis late est interpretandum. Vide Leandrum. g

2. Quando autem dictum est (etiam deductæ ad forum contentiosum) maxime advertere debes illud. Quod, quamvis per Bullam possit quis absolvi ab excommunicatione deducta ad forum contentiosum, pendente tamen lite, illicite concederetur absolutio; nam sic afferretur præjudicium Judici Ecclesiastico.

3. In quo tamen excipe, quando Judex vel longe distat, vel injuste agit, vel nimis rigorose se gerendo, negat absolutionem; Tunc enim si Pœnitens ex parte sua est promptus iusto ejus, qui excommunicationem fulminavit, præcepto obedire, cum jam cesseret contumacia, poterit pro foro interno, (& semper satisfacta parte, ut dicemus) absolvi per Bullam.

c Thom. Sanch. l. 6. sum. c. 17. n. 41. c. 43. f Castrop. de Bull. p. 8. §. 4. n. 8.

g Leand. de excom. de 17. qu. 87. c. 95.

Bb 2

4. Id

4. Id quod diximus num. 2. dictum etiam sit pro excommunicatis nominatim, quamvis enim per Bullam possit absolvi pro foro conscientiae nominatim excommunicatus, tamen non erit passim absolvendus, sed erit ad suum Prælatum remittendus, ne veniat in contemptum Jus dicti Prælati. Adhibe nihilominus exceptionem numero præcedente allatam.

5. Certum item est, vi Bullæ absolvi non posse Cessationem à divinis, nec interdictum sive Generale, sive speciale locale, nec Personale Generale, ut in tract. de Interdicto dicitur, & notant hic Trullen. & Castrop. II. cc. nec eas Irregularitates, quæ non sunt censuræ nec illas, quæ sunt inductæ ob indecentiam, qua quis laborans repellitur ab administrando altari, qualis est V. G. Irregularitas ex Bigamia: quia Bulla solum concedit absolutionem à Censuris, ex quibus non est Irregularitas ex indecentia.

6. Quæstio igitur solum proponi solet de Irregularitate, qua incurritur in pœnam aliquis delicti, V. G. ob malam administrationem Sacramentorum cum violatione censuræ contractæ, ob hæresim, ob Apostasiam à Fide, ob clericum percussorem, an scilicet possit absolvi per Bullam.

a Leand. de Irreg. dif. 27. q. 36. Respondeo. Affirmant Leander, & alii quæ apud *b Dianam*, saltem tamquam probabile, excipiunt tamen iidem, imo & omnes, quos legi (legi autem non paucos) Irregularitatem ex delicto homicidii, vel mutilationis quia huic Irregularitati, vel semper est annexa indecentia, ut aliqui philosophantur, vel ut alii, quia saltem ita usu ipso, & praxi in Ecclesia propter ejus delicti enormitatem, & scandalosam conditionem, introductum legitime est.

7. Verum omnino puto, esse absolute de omnibus negandum cum Suarez, & Leandro l. c. Castropalao l. c. num. 5. aliisque.

c Suar. de Cens. dif. 1. sec. 13. nu. 6. Ratio autem est, quia eas Censuras tollere potest Bulla, & olim, ad summum, eas pœnas, quæ impediunt receptionem Eucharistiæ, vel Sacramenti Pœnitentiæ ut notat l. c. Suarez, & significant illa Bullæ verba (*quo purius Indulgentiæ Fideles consequantur &c.*) nō autē alias, quæ non impediunt ejusmodi receptionem, de quibus loquimur. Adde in Bullis recentioribus, ut notat Leander l. c. ablatum esse illud, ut possit absolvi à pœnis, Adde item ratio-

nem, quam affert Henriquez, *d* quia, inquit, in Bulla, ut patet ex ejus tenore nulla datur potestas Confessario ad dispensandum, sed solum absolvendum. At irregularitas, ut etiam suspensio, quæ sit pœna, per dispensationem tolluntur, non per absolutionem, ergo potestas concessa prædicto Confessario ad eas non extenditur. Scio aliquando absolutionem large sumi pro dispensatione, sed hic in Clausula hac Bullæ, ubi agitur de absolutione à peccatis, & à reservatis, ex ipso Bullæ contextu colligimus, nomen Absolutionis proprie sumi.

§. VII.

Satisfacta Parte.

1. **Q**uamvis aliquando contrahi possit excommunicatio sine læsione partis: ut est V. G. excommunicatio ob peccatum hæresis, unde tunc nulla erit satisfactio exposcenda, sed solum emendationis propositum; tamen non raro adest partis læsio, ut V. G. In percussione Clerici. Nomine igitur satisfactionis intelligitur restitutio pecuniæ, vel famæ, vel honoris, quæ parti læsa debetur, ut notat Suarez de Censuris alibi à me citatus.

2. Hinc fit, ut pœna pecuniaria si forte debeat Fisco, vel Notario non veniat in hanc præsentem considerationem, quia prædicti hic non sunt pars læsa.

3. Hinc etiam, quamvis plures in percussione Religiosi partem læsam judicent, esse Religionem, sive ejus Prælatum, tamen satis probabiliter multi, quos citant, & sequuntur Verticelli, & Leander alibi item s. à me citati, putant, non esse, nisi ipsum Religiosum percussum, cui satisfaciendum sit, idque in utroque foro, si enim ipse percussus fuit, ipse pars læsa est. Confirmatur, quia quando dicitur, *concordata parte*, non intelligitur Respublica, sed persona particularis; Confirmatur iterum, quia, si in casu dicto excommunicationis pars læsa esset publica potestas, seu Prælatum, certe esset Ecclesia, vel Pontifex, qui excommunicationem contra prædictam percussorem tulit; Atqui Pontifex, dum concedit, ut quis absolvarur, jam ipse condonat.

4. Iam vero quoniam certum est, re antequam impendas absolutionem, sive ex vi Bullæ, sive ex vi cujuscumque facultatis, debere sub mortali exigere à pœnitente, ut satisfaciatur, vel

vel reddendo ablatum, vel compensando injuriam factam, vel remissionem à parte læsa obtinendo. Quæritur Primò, quid faciendum in praxi, si ea nullatenus exhiberi possit, siue ob impotentiam pœnitentis, siue ob dubium, quod fortè veritur de qualitate satisfactoris, siue ob obstinationem læsa personæ, quæ non est contenta satisfactione rationabili ipsi oblata, siue ob quid simile?

§. Respondeo. Quando impotentia non solum est præsens, sed moraliter certo prævidetur, semper esse futura, nihil requirendum à pœnitente; nam res frustra se, requireretur. At verò quando potentia probabiliter futura sit; si loquamur pro foro externo, debet pœnitens antequam absolvatur, præmittere cautionem de satisfaciendo, id est, debet dare vel pignus, vel fidejussionem; vel, si ea non possit, debet juramentum proficere, quod satisfaciens; ut nimirum certa sit promissa satisfactio.

At si loquamur pro foro Sacramentali, seu Delugo de conscientia, quamvis a Delugo cum aliis Pan. d. 20 multis eandem cautionem requiratur, quia sine distinctione de ea præmittenda Canones b Trullen. loquuntur; nihilominus alii b cum Trullench de Bull. l. 1. alios citantes, eam non esse necessariam probabiliter docent. Excipe delictum dandi causam interdicto, quando in periculo mortis conceditur delinquenti Sacramentum pœnitentiæ; de qua re in Tract. de Interdicto: Ratio autem, quod pro foro Sacramentali non sit necessarium juramentum, &c. sed sufficiat seria promissio in casibus prædictis, est, quia illa cautio, siue pignoratitia, siue fidejussoria, siue juratoria pro solo foro externo imposita à Sacris Canonibus esse videtur, siquidem similes cautiones exposcere, ut plurimum illi solent, quando de rebus ad exteriorum Ecclesiam pertinentes, disponunt. Sufficiet ergo tunc, si pœnitens habeat propositum satisfaciendi, quando poterit, & sic, tum validè tum licitè per Bullam, vel similem facultatem absolvetur.

6. Nota autem ex Ludovico c. à Cruce; si fortè is ab excommunicatione absolutus non servet promissionem, scilicet non satisfaciens, cum poterit, licet peccet, non tamen reincidere in ullam excommunicationem, quia à nullo jure imponitur hæc reincidentia contra non satisfacientem.

7. Quæritur Secundò. Quid si præmitti potest satisfactio, & non præmittitur? Re-

spondeo certè tunc, per se loquendo, & tu Confessarius peccas, & pœnitens ut habet Leander. d. Tu, quia dees muneri tuo, imò e- d Leand. riam, quia aliquando nocet parti, cum post tr. 3. de ex- absolutionem difficilius exhiberi soleat satis- com. d. 17. factio. Pœnitens, quia differt notabiliter, & §. 3. q. 90. sine causa (ut hic supponimus) reddere id, quod debet, injustè retinens si verem, siue famam, siue honorem alienum.

8. Dixi (per se loquendo:) Nam talis esse posset pœnitens, talesque circumstantiæ, ut Confessarius deberet esse contentus solo proposito restituendi, seu satisfaciendi, etiam si antea sepe jussus neglexerit. Et Molina quidem apud Discastillum, exemplum adhibet, e Discastil. ut si Confessarius non leviter credat, pœni- lib. 2. de tentem re ipsa restitutum statim sine mora, Rest. quia non ea acrimonia fuerit illi iussa restitutio in aliis confessionibus, vel si aliæ ad sine circumstantiæ ad id credendum; præsertim si injungat illi, ut non prius accedat ad EUCHARISTIAM, quam restituat; Adhibe autem hic illam exceptionem de dantibus causam Interdicto, quam modo nu. §. innuimus.

9. Quæritur Tertiò, quando Bulla Cruciatæ requiritur, ut excommunicationis absolutio non concedatur, nisi satisfacta parte, an, si ea propter inadvertentiam, vel propter aliud conferatur ante præmissam satisfactoriem, conferatur validè, nam, an licitè, jam dictum est modo.

Respondeo. Ut universaliter decidatur, an, non satisfacta parte, validè conferatur hæc absolutio, quando adest pars læsa, distinguendum est. Nam si ea conferatur à Superiore, validè confertur: Siquidem satisfactio non est pars essentialis absolutionis excommunicationis. Si verò conferatur à Delegato ipsius, erit subdistinguendum. Si enim ejusmodi Delegato detur absolutæ facultas absolvendi excommunicationem, idem dic, quod dictum de Superiore est. Verum, si Delegato detur ejusmodi facultas cum prædicta Clausula, satisfacta parte, duplex est sententia.

10. Prima negat, validè confertur ejusmodi absolutionem, quia satisfactio in hoc modo delegandi exigitur per modum conditionis: at conditione non servata, in irritum abit concessio. Major probatur ex illa communi doctrina, quod Ablativus absolutus, qualis est ille (satis facta parte) resolvitur in conditionem, (si parti satisfeceris.) Ita tenent plu-

a Castrop. plures apud Castropalaum, & apud *b* Dianam. *de Bull. p. 8*

§. 5. nu. 6. 11. Secunda, quam sequitur *c* Layman cum multis, affirmat, conferri valide; quia *b* Dian. *p. 5* quoties in Delegatione exprimitur ea forma, *tr. 9. resol. 12.* quæ à jure communi requiritur, non aliter *c* Layman. requiritur, quam requirat ipsum jus, nisi aliter in concessione Delegationis exprimitur.

h. i. tra. 5. Sed in jure communi, exigitur quidem satisfactio, ut licet ejusmodi Delegatio exerceatur, at, non, ut valide: in nullo enim jure aliter, ac dicimus, inveniunt. ergo &c. Utraque ex his sententiis probabilis est, & ita tandem pronunciat Ludov. *d. à* Cruce quamvis addat, priorem sententiam esse in praxi sequendam.

d. Lud. à 11. Dixi (nisi aliter exprimat,ur,) nam si in concessione Delegationis dicatur (si non satisfactum fuerit, irrita sit concessio, irrita sit absolutio, nulla, in valida.) Absolutionem invalidam fore, certum est, quia illa expressio indicat aliquid plus requiri, quam à solo jure requiritur.

d. Lud. à 13. Cum ergo in Bulla Cruciatæ, ut etiam in facultatibus concessis Regularibus absolvendi excommunicationem, ponatur quidem illa Clausula (satisfacta parte) sed sine aliis verbis expresse irritantibus, probabile satis erit, validam fore absolutionem, parte nondum satisfacta.

§. VIII.

In foro interno.

a Quamvis non pauci asserant; Absolutionem excommunicationis ex vi Bullæ habitam, prodelle etiam pro foro externo; quia concessio Bullæ est absoluta, nec restricta ad aliquod forum, ut tenet Vega, Garzias, & alii apud Castropalaum mox citandum; Vera tamen sententia est, non prodelle, nisi pro foro interno. Excipe ea, quæ mox dicam à num. 5. Ita tenent Sanch. Tolet. Suarez, alique communiter apud Castropalaum. Ratio hujus veræ sententiæ est, quia intentio Pontificis concedentis per Bullam Absolutionem Censurarum est, ut cum pura conscientia possint Fideles ad Sacram Eucharistiam accedere, & Indulgentiam acquirere, ad quod certè satis, superque est Absolutio pro foro interno.

2. Confirmatur, quia incredibile est, Sum-

mum Pontificem voluisse concedere cuicumque Confessario tantam potestatem, per quam eluderentur, & perturbarentur, imò & contemnerentur Tribunalia Ecclesiastica.

3. Confirmatur iterum, quia hodie extat Bulla Cruciatæ concessa ab Urbano VIII. ubi declaratur, Bullæ hoc Privilegium suffragari in foro conscientie tantum, ut latè habes multis citatis apud Dianam. *f* Dian. *tr. 11. tra. 11. res. 61.*

4. At inquires, quid sit, seu quam utilitatem conferat hæc absolutio excommunicationis pro foro interno dumtaxat?

Respondeo. Qui sic est absolutus, coram Deo, & in rei veritate liber sit ab excommunicatione, unde potest se gerere, sicuti legunt ceteri Fideles non excommunicati; Sed ita, ut quoad actiones externas, & præsertim, quoad subeundum judicium Judicis Ecclesiastici, sit perinde ac si absolutus nullatenus fuisset.

Qui igitur est excommunicatus excommunicatione occulta, & deinde legitime absolutus in foro conscientie dumtaxat, se poterit gerere, ut non excommunicatus, in omnibus actibus tum publicis, tum privatis, nam excommunicatione coram Deo caret, & quia excommunicatio erat occulta, nihil erit scandali coram hominibus. At quando excommunicatio non est occulta, sed deducta ad forum externum, tunc si absolvaris in foro tantum interno (quod solum licebit in casibus dictis supra §. 6. à nu. 2.) Primò, cautè te gerere debes in actionibus externis. Secundò, à judicio externo Ecclesiæ liber non eris. Quæ duo, si alia duo addam, satis lectoribus fient manifesta.

5. Primum. Absolutus in foro conscientie ab excommunicatione aliis nota, potest se immiscere tum humanis, tum divinis, sed non cum aliorum scandalo, id est, non coram iis, qui excommunicationem sciunt, nesciunt absolutionem.

6. Quid si iis dicam, & probem, me esse absolutum per Bullam. V. G. Respondeo, adhuc te peccare, si coram eisdem publicè, & indifferenter te geras, quia sic videris contemnere Ecclesiam, quæ te pro excommunicato in foro externo habet: At si cautè, & coram g. Suarez *tr. 11. tra. 11. res. 61.* paucis, quæ tunc sint consciis absolutionis, te ingeras, non peccas; quia sic prædictus contemptus non intervenit, lege Suarum. *g* *tr. 11. tra. 11. res. 61.*

7. Quid nu. 36.

7. Quid si denique tua excommunicatio sit aliquibus cognita, sed non fuit deducta ad forum externum?

Respondeo, tunc sane potes, etiam te gere-
re, ut non excommunicatum coram iis, qui
sciunt tuam Absolutionem, quia, etiam tunc,
nullus est contemptus.

9. Alterum, quod addere modo promisi, il-
lud est. Quamvis in foro conscientiae sis ab-
solutus, potest nihilominus contra te Iudex
procedere ac si absolutus non fuisses, idque
tum ob delictum, ob quod in excommuni-
cationem incidisti, tum ob ipsam excommuni-
cationem, tum ob actiones externas prohibi-
tas, quas forte post dictam fori interni abso-
lutionem cum peccato gessisti. Quare poterit
Iudex procedere ad te denunciandum, ut ex-
communicatum, ad finem, ut viteris ab aliis,
& si forte publice celebrasti Missas, vel obti-
nuisti Beneficium post dictam Absolutio-
nem, potest te declarare Irregularem, & pri-
vatum Beneficio.

10. Dixi (cū peccato, & publice) mihi enim
cum Suar. l. c. nu. 38. videtur probabile, quod
Iudex Ecclesiasticus, si ipsi constet ejusmodi
absolutio, ut ita loquar, privata, non possit
procedere contra sic absolutum ob commu-
nicationem cum Fidelibus, celebrationem-
que Missarum, vel impetrationem Beneficii,
si hæc facta fuerunt cum moderatione dicta
n. 4. & 5. ubi enim non est delictum, non po-
test Iudex urgere ad pœnam. Imo, (ut notat
ibidem Suarez) pro aliis actionibus pecca-
minosis, poterit quidem punire, sed mi-
nus, quantum scilicet præcise est neces-
sarium, ad satisfactionem scandalī per il-
lum dati.

Potest tamen dictus Iudex procedens ex
officio (non tamen, si contra instet pars, quæ
legitime contradicat) se mitem præbere cum
ejusmodi privatim absoluto, quando ipsi Ju-
dici moraliter constat absolutio. Potest enim
illum excusare, potest illum non denunciare
excommunicatum, potest non declarare Ir-
regularem, nec Beneficio privatum; potest re-
pellere accusationem Procuratoris Fiscalis
contra reum forte instantis, uno verbo, potest
esse contentus illa absolutione, aliamque ne-
quaquam requirere. Ita Coninch, alique apud
Dianam. 4.

11. Si roges, Per quid Iudici constabit de
dicta Absolutione? Respondeo. Vel per testi-

ficationem fide dignorum, vel per schedulam
Confessarii testantis, se illum absoluisse vi-
gore Bullæ. Hanc autem schedulam ad solam
Pœnitentis instantiam facere poterit Confes-
sarius; ne scilicet Confessionis sigillum vio-
let, & quidem ejusmodi schedulam in nostra
fidem facere, docet Suarez, b de qua multa
habes apud Dianam. c

Notat autem Fillucius d eam posse quidem
à Confessario dicto modo scribi, sed raro, &
non nisi ex rationabili causa. Quod poste-
rius ego intelligo, quando est timor, seu peri-
culum, ne ea abutatur Pœnitens, contem-
nendo, procurare absolutionem pro foro ex-
terno, secus, cur danda non sit?

§. IX.

Tres Notationes ad prædicta facientes.

1. **H**ic denique tria sunt notanda. Primo,
posse absolvi quempiam virtute Bul-
læ, etiam si in ejus confidentiam peccaret,
non vero per eamdem posse componi in ma-
le ablatis ex ejusdem confidentia. Ratio
est, quia id in Bulla Compositionis expre-
se prohibetur quod non prohibetur in hac
Bulla.

2. Notandum Secundo, in Summario
Bullæ poni formulam Absolutionis, qua uti
potest Confessarius, quando absolvit virtute
Bullæ à Casibus, vel excommunicationibus
reservatis. Sed consulto dixi (potest) non
enim est hujusmodi formula de substantia
Absolutionis, cum satis sit formula Ab-
solutionis ordinaria cum intentione ab-
solvendi juxta tenorem, & facultatem Bullæ,
ut advertit Nunnus allatus à Galleg. e Imo, e Galleg.
quo ad excommunicationem, etiam satis sunt
quælibet verba illa Absolutionis significatia.

3. Notandum Tertio, certum esse, ut
notat Sanchez f cum aliis, per se non esse ne-
cessarium, ut is, qui absolvendus est ab ex-
communicatione confiteatur sua peccata, &
simul à peccatis, & ab excommunicatione
absolvatur. Absolutio enim excommunica-
tionis non est Sacramentalis; tamen, quia, ut
licite tu eam recipias, debes habere propositū
parendi mandatis Ecclesiæ, id est, non com-
mittendi in posterum eam actionem, cui ita
excommunicatio annexa est: hoc vero pro-
positum, & similia requisita tamquam dispo-

fitiones ad recipiendam absolutionem excommunicationis, melius ponuntur in Sacramento ipso pœnitentiæ, ideo illa regulariter intra hoc Sacramentum, sed ante absolutionem peccatorum conferenda erit, nec extra illud, nisi notabili causa sic persuadente.

Dixi autem (*per se*) nam si facultas, quæ tibi Confessario data fortasse est, absolvendi excommunicationem reservatam, est concessa cum hac formula, *ut absolvas intra ipsum Sacramentum Pœnitentiæ*, vel sub hac, *in foro Sacramentali*, tunc certè invalidè conferres absolutionem extra, ut ex se patet.

4. Sed ecce difficultas in casu nostræ Bullæ. Quandoquidem in ipsa dicitur, ut Confessarius solum absolvat pro foro interno, quæro, an hæc Clausula velit, absolutionem excommunicationis, vi Bullæ dandam esse intra Confessionem Sacramentalem ita necessario, ut, extra, invalidè conferatur?

Respondeo, non ita esse intelligendum. Quare valida erit absolutio excommunicationis vi Bullæ collata extra Sacramentum pœnitentiæ. Ratio est, quia illud *in foro interno*, quod requirit Bulla, significat, Absolutionem valere, quoad forum conscientiæ, & coram Deo, non autem significat, debere Absolutionem dari in foro Sacramentali, ut latè videri poterit apud Sanchez, & Suarez, &

a Sanchez. l.
3. marr. d.
16. n. 11.
c. d. 30.
nu. 21.
b Suar. 10.
4. de Re-
lig. l. 9. c. 2.
nu. 17.

CAPUT XII.

De sexto Bullæ Privilegio, hoc est, de Indulgentia, quæ in hac Clausula undecima conceditur, semel in vita, & semel in morte.

§. I.

Semel in Vita.

1. **T**utior Praxis accipiendæ, sive acquirendæ hujus Indulgentiæ, (quæ semel tantum, anno Bullæ durante, acquiritur, sed iterum eodem anno cum secunda Bulla, non vero tertio cum tertia) est, ut Confessarius ab aliquo Ordinario modo dicto approbatus, electus à pœnitente habente Bullam, die quocumque quem ipse pœnitens voluerit, Confessionem pœnitentis audiat, illumque à peccatis absolvat, & Indulgentiam hanc ipsi immediate post Absolutionem applicet, di-

c Mendo.

cendo hæc vel similia verba: *Ego tibi applico d. 27. de Indulgentiam plenariam, quam ex Bulla tibi Bull. c. 1. concedit Summus Pontifex, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.* Potest etiam applicari in ipsa Absolutione, hoc est, per ipsa verba Absolutionis Sacramentalis habens intentionem absolvendi pœnitentem à culpis, & à pœnis.

2. Dixi (*tutior*) nam in collatione hujus Indulgentiæ duo sunt, de quibus Doctores non conveniunt, ut mox videbis, at sub prædicta praxi conveniunt omnes.

Primo igitur non conveniunt, an hæc applicatio requiratur fieri in ipso Sacramento pœnitentiæ, an possit etiam extra, hoc est, quamvis pœnitens non confiteatur.

Respondeo. Requiritur actuale Confessionem, docet Trullench, nisi fortè, ob piam interpretationem de voluntate Pontificis, aliud præsumeretur, quando pœnitens incidit in phrænesim, vel morbum, qui ipsi impediatur usum rationis; Ratio autem quod requiratur per se Confessio, est, inquit, quia Pontifex sic omnino disponit copulative. *Ut possit habere Bullam eligere Confessarium, à quo absolvatur, & à quo Indulgentiam obtineat.* Ita etiam tenet Gallegus, f. dicens, esse leve fundamentum eorum, qui non requirunt.

3. At plures, inter quos est Suarez, & Filucius, eosque citans Diana, g. docent satis esse contritionem. Imò addunt, si pœnitens nullo mortali gravetur, nullam requiri tunc Confessionem, sed posse in eo casu Confessarium sine alio requisito applicare Indulgentiam. Ratio est, (ajunt) quia Pontifex tunc requirit Confessionem quando danda necessario est simul, & copulative absolutio cum Indulgentia, quod evenit, quando pœnitens non est in statu gratiæ, non vero quando disjunctivè sola Indulgentia concedenda est, quod evenit, quando pœnitens peccato lethali caret, atque adeo in gratiæ statu versatur.

4. Utraque sententia est probabilis, quia utrumque sensum Bullæ verba habere possunt; sed, ut liquet ex se, prior est tutior; unde & tutius erit, pœnitentem debere esse præsentem; nam si non esset necessaria actualis confessio, profectò hæc Indulgentia, (ut notat Bardi) h. applicari absenti posset.

5. Secundò non conveniunt Doctores, An Confessarius debeat esse approbatus ab Or-

c Trullen.
in Bull. l.
§. 7. d. 1.
nu. 4.

f Galleg.
Clau. 3.
du. 109.
g Diana.
p. tr. 11.
res. 109.

h Bardi.
Bull. p. 2.
tr. 4. c. 1.
sec. 4. m.

dina-

dinario, an satis sit, si sit purus Sacerdos, Respondeo. Certè si applicatio hæc debeat necessario fieri sub actuali confessione, approbatio in Confessario requiritur, saltem quando pœnitens debet absolvi à mortalibus, secus, satis fortasse erit purus Sacerdos, quia ubi nulla, vel solum venialium Confessio exhibenda est, non est necessaria approbatio.

6. Sed jam vides, sicuti in doctrina num. 3 præcedentis requirente Confessionem, prior sententia tutior fuit, ita & hic, esse tutius, requiri approbationem.

7. Illud certè nullo modo est sustinendum puta, sufficere quemcumque Clericum, vel Laicum, vel seipsum, si alius desit nullo, inquam, modo, quia in hac Indulgentia acquirenda in vita (nam alia erit ratio de acquirenda in morte, ut mox §. sequenti dicitur) clarè Pontifex requirit Confessarium, vel saltem Sacerdotem, & quidem distinctum, seu alium ab ipso pœnitente.

§. II.

Indulgentia semel in morte.

1. PRAXIS acquirendæ hujus Indulgentiæ, & quidem Plenariæ, partim est similis, partim dissimilis à præcedente, quia acquiritur in vita. Nam aliud est dicendum, si quis moriatur ex morte non repentina, sed cum spatio alicujus usus rationis, aliud, si repentina, sive nullo spatio.

2. Si prius, id est, si quis constitutus in articulo mortis, vel in ejus periculo, (id quod latè explicui lib. 5. de pœnit. tr. de Casib. reserv. c. 12. §. 2. à num. 17. quodque breviter est illud, quando quis in magna versatur proximæ mortis probabilitate.) Si quis, inquam, ita constitutus confiteri potest, confiteatur, & tunc Confessarius illum absolvat, simulque impertiatur Indulgentiam, similibus verbis, quibus usus est supra §. præced. nu. p. in vita. Ego tibi applico, &c.

3. Si postterius, id est, si à repentina morte invadatus, nec possit habere Confessarium, sive ob absentiam Sacerdotum, sive ob aliam causam, nec fuerit negligens ad agendam pœnitentiam de suis peccatis ob fiduciam hujus Indulgentiæ, ipse moribundus, si sit contritus, vel si nullo gravetur mortali peccato, ex se, sive alterius ministerio, seu alterius appli-

Tamburinus, de Sacramentis,

catione, & sine alia ratione, sibi Indulgentiam Plenariam applicet, seu acquirere intendat, nam tunc illam consequetur.

4. Hoc Privilegium non est in Clausula hac undecima, quam præ manibus habemus, sed infra, hic tamen illud ponimus ob doctrinæ conjunctionem. Verba Pontificis hæc sunt.

Item, si dicto anno durante, contingat per repentinam mortem, vel Confessarium absentiam sine confessione decedere, modo contriti decesserint (intellige modo in gratia decesserint: nam cum Bardi l. c. num. 29. non puro habenti solum Venialia opus esse de his confiteri) & prius statuto tempore confessi fuerint, neque hujus concessionis fiducia negligentiores fuerint, Plenariam, ut supra, consequantur.

5. His habitis. Inquirō Primò, Si quis semel in periculo dicto acquisierit Indulgentiam, potestne in alio periculo ejusdè anni, servatis dictis conditionibus iterum acquirere?

Respondeo, non posse, quia jam hoc Privilegium habuit suum effectum, ergo redire sine nova concessione non potest; nam propterea cum secunda Bulla, potest iterum eodem anno quia id de novo concessit Pontifex, licet non tertio cum tertia.

6. Inquires secundò, an, si sic applicet Confessarius, si morieris, concedo tibi, seu applico hanc Indulgentiam, si non morieris, non applico. An, inquam, si pœnitens convalescat, redeunte deinde periculo alterius Infirmitatis, vel eadem recrudescente, possit lucrari dictam Indulgentiam ex eo, quia Privilegium non habuit effectum in illa prædicta priore conditionata applicatione.

Respondeo. Posse, putat a Diana, quem sequitur Gallegus. Innititur autem uterque in quodam testimonio Commissarii, sol. 106. quod super hac re se habere, dicit. Sed negat b Galleg. Trullench. cum aliis, & merito. Nam cum Claus. 9. hanc Indulgentiæ suspensionem non concedat Pontifex, non est audacter pronuncian-

dum, ea re uti posse. Nec testimonium illud Commissarii obstat, nam tanta Commissarii potestas nullibi legitur, ut notat d Bardi. 19. num. 8.

7. Inquires tertio. Si Confessarius accedens ad proximè moriturum, qui Bullam sumpsit, invenit illum sensibus destitutum, ita ut confiteri nequeat, potestne ipsi Confessarius, seu Sacerdos applicare Indulgentiam hanc, cum

Cc

tunc

tunc non proſit conſeſſio Pontificis dicta num. 4. quia jam eſt præſens Conſeſſarius?

Reſpondeo. In noſtra, & aliorum ſententia, quos adducit a Diana, poterit tunc Sacerdos abſolvere hunc ſub conditione illa, quam b explicuimus in methodo Conſeſſionis, & deinde Indulgentiam poterit applicare modo dicto. In ſententia item eorum, qui dicunt hunc, qui non petiit Conſeſſionem, non debere abſolvi; poterit etiam ei Indulgentia applicari à dicto præſente Sacerdote ſaltem ex præſumpta Pontificis voluntate, ut in ſimili eſſe probabile, diximus ſ. præced. num. 2. & 4. Et quia fortaſſe erit contritus, ſeu alias in ſtatu Gratiæ, fructum Indulgentiæ lucrari poterit. Ita Acoſta, & Rodriquez cum Diana l.c.

8. Inquires 4. occaſione illius, quod modo dictum eſt, num. 3. (ſibi Indulgentiam applicet, ſeu inquirere intendat, &c.) Inquires inquam, an, ut Indulgentia quilibet, adeoque hæc ex Bulla Cruciatæ, acquiratur, neceſſarium ſit, ut illam quis intendat acquirere, an ſatis ſit, ut faciat opus injunctum à Pontifice, cum circumſtantiis ab eodem requiſitis, licet non intendat, imò nec ſciat, tali operi eſſe annexam Indulgentiam? loquimur autem, ut ex ſe patet, quando concedens Indulgentiam, ſcientiam illam; vel intentionem, vel ſimile quid non requirit, ſed ab illa præſcindit.

9. Reſpondeo. Duplex eſt ſententia. Rodriquez & Trullench d'ajunt, niſi quis ſciat, intendatque, fanè non lucrari Indulgentiam. Ratio hujus ſententiæ eſſe poteſt, quia Indulgentia eſt per modum Privilegii, quod ignorant non acquirunt, ſed requiritur ſcientia, & voluntaria Privilegii acceptatio.

10. At Portella, e dicens, ſe hanc ſententiam accepiſſe à Ludovico Molina, & Joſeph de Anguſtino, ajunt, etiamſi quis neſciat, ſed requiſita tamen ad Indulgentiam ponat, illam acquirere. Ratio eſt, inquit de Anguſtino, quia, vel talis ſcientia, & intentio non eſt neceſſaria, ſiquidem non ponitur in tenore conſeſſionis, ut ſupponimus, vel ſi eſt neceſſaria, ſemper adest implicita intentio, quod quilibet homo, dum bene operatur, vult acquirere totum fructum, quem poteſt ex illo bono opere, & ex ejus annexis.

11. Confirmat primo Portella ex exemplo ſatisfactionis ex opere operantis: licet e-

nim quis neſciat, nee explicite intendat per ſuum opus bonum V. G. per ſuum Jejunium ſatisfieri pœnis, quas debet ex ſuis peccatis, tamen acquiri ſatisfactionem annexam tali operi. Ergo eodem modo, elevato tali opere ad majorem valorem ſatisfactionis ex opere operato, quod ſit in Indulgentiis authoritate Pontificis, qui habet ad id poteſtatem, poterit quis abſque ſcientia, & conſequenter abſque intentione obtinere totum ejus fructum.

12. Confirmat ſecundò g Delugo l.c. quia g Delap fructus ſuffragii mihi ab alio applicati, V. G. de Panis Jejunii fructus, quem mihi applicat meus amicus pro me jejunans, imò & fructus Sacramenti Miſſæ, quem mihi (& hic eſt quidem ex opere operato) applicat aliquis Sacerdos pro me Miſſam celebrans, mihi applicatur, tamenſi nihil ego ſciam, vel intendam. Ergo cur non idem dicendum, ſi mihi Indulgentiæ fructum ipſe Pontifex applicet, me nihil ſciente, vel intendente? Cur enim Chriſti ſatisfactio applicata per ſacramentum Miſſæ, prodeſt mihi nihil ſcienti, & prodeſſe non poterit eadem ſatisfactio per poteſtatem Pontificis applicatæ?

13. Confirmo ego tertio, quia de facto Pontifex aliquando ſolet concedere, & in hac noſtra Bulla, ut vidimus numero 4. concedit moribundo à ſenſibus deſtituto Indulgentiam Plenariam, & tamen tunc ille nihil advertit, niſi ille poteſt intendere.

14. Ad Rationem Rodriquez, & Trullen. reſpondet Delugo l.c. Indulgentiam non eſſe Privilegium, quod debeat executioni mandari per ipſum Privilegiatum, ſed potius eſſe ſolutionem pro illo, quæ poteſt fieri per alium, niſi ſciente debitore, ut ſi quis amicus pro me nihil ſciente, ſolvat centum aureos, quos ego meo creditori debeo, ſatisfactus erit creditori, nec ego aliquid debebo.

Cujus rei ulterioſior ratio eſt, quia ad has, vel ſimiles ſolutiones ſemper adest intentio implicita dicta num. 10. quæ ſatis in huiusmodi ſolutionibus eſt.

15. Hanc ſecundam ſententiam probabiliffimam judico, tamen uſus Fidelium merito ſemper curat, intendere expreſſe Indulgentias ſibi acquirere: tum quia id rarius abſque dubitatione eſt, tum quia non eſt certum, licet ſit verofiſſime, ut loquitur Delugo citatus, Pontificem ita ſe habere in omnibus Indulgentiis.

e Rodriq.
in Bull. 5.
8. num. 9.
d Trull. in
Bull. l. 1. 8.
6. du. 2. n.
5.
e Portel. in
add. ad
Dub. Reg.
V. Indul-
gentia. nu.
t Joſeph de
Anguſt. in
brevis noti-
tia. de
Indulgen-
tia n. vul.

gentis concedendis, sicuti se habet in casibus modo num. 3. dictis: Et certe cum requisita, ad Indulgentias acquirendas, sint, ut plurimum, varia, & sub variis conditionibus ponenda, ut hæc apponantur, debent sciri, & consequenter regulariter semper aderit acquirendi intentio.

16. Illud (ne erres) adverte. Nam Indulgentiam lucrari volens quis pro Defuncto, vel sua opera applicare pro ejusdem Defuncti satisfactione, debet habere necessario intentionem determinatam lucrandi, & satisfaciendi pro eo. Ratio est, quia adest quidem illa intentio implicita lucrandi sibi per suum bonum opus, quantum potest, non autem ad est lucrandi pro alio, & ita docet idem a Delugo.

CLAUSULA DUODECIMA.

Item sumentibus Bullam conceditur, vota omnia, ultramarina, Castitatis, & Religionis exceptis, in aliquod subsidium hujus expeditionis per eundem Confessorem commutari.

CAPUT XIII.

De septimo Bulla Privilegio, hoc est, de Commutatione Votorum.

Non loquimur hic, an potestatem habeat Commissarius Cruciatæ commutandi vota Fidelium, sed de ea, quam habet Confessarius electus à poenitente habente Bullam. De Commissarii enim Potestate non est hic agendus locus.

§. I.

De Commutatione Votorum præter excepta.

1. **D**iffert Voti Commutatio à Dispensatione. Nam commutare est transferre vinculum & obligationem voti ex una materia in aliam, ut ex Jejunio in flagellationem. Dispensare autem est, Vinculum voti omnino relaxare; quæ Dispensatio aliquando est in totum, aliquando ex parte juxta gravitatem causæ. Quoniam vero per Bullam nullum tibi conceditur Privilegium, quoad Dispensationem, sed solum, quod Commu-

tationem, de hac etiam præcipue nostra locutio.

2. Ea autem triplex esse potest, vel enim votum commutatur in minus, ut Jejunium in unum Pater, & Ave, vel in majus, ut Pater, & Ave in Jejunium, vel in æquale, ut Jejunium diei V. G. Veneris in crastinum diei V. G. Sabbati.

Porro in minus nihil potest per Bullam, quia illa potius est Dispensatio, quam Commutatio. In majus non est necessaria Bulla, quia quilibet ex se potest sibi commutare in majus, ut late alibi diximus.

3. Bulla ego solum proderit, ut tuus Confessor per illam electus possit tuum votum in æquale commutare. Sed quia, ut ibidem diximus, est probabilis opinio, posse quemlibet ex se suum votum commutare in æquale, quia Deo æque satisficit per æquivalentem, ideo, ut per Bullam aliquid amplius habeatur, concedimus, satis probabiliter posse per eam commutari votum in aliquod aliquanto minus, non verò minus notabiliter. Hæc ibidem tractata latius habes, & videri possunt apud Castropalaum aliosque.

4. Scio autem, valde operosum esse, dig-noscere hanc æqualitatem, vel quasi æqualitatem in his votorum commutationibus; sed ego ibi, quantum potui, Regulas, & exempla id cognoscendi, diligenter tractavi. Illud nunc scias, à Castropalao, æqualitatem hanc relinqui tandem decernendam à prudenti Confessario, qui, eo ipso, quod bona fide procedat, commutatio effectum habebit.

Quis Confessarius.

5. **H**is ita constitutis. Inquires Primò. Quinam Confessarius requiritur ad hanc commutationem expediendam? Respondéo. Quem tu, habens Bullam, volueris, dummodo sit approbatus ab Ordinario modo supradicto.

6. Primò igitur non est satis quilibet Sacerdos, quia id tam ample non concedit Bulla. Secundò, non est necesse, ut Commutatio fiat in ipsa Sacramentali Confessione, quia hæc restrictio non habetur in Bulla. Terriò, nec est necesse, ut qui commutat sit tuus Confessarius, dummodo Confessarius modo dicto

Cc 2

Delugo
Fem.
27. m. 11.

a Delugo
ibid. l. c. n.
74. & disp.
24. nu. 28.

b Libr. 3.

in Decal.

c. 16. §. 5.

c Castrop.

T. 3. tr. de

Votop. 14.

Suar. l. 6.

de Voto c.

12. & 17.

Sanch. l. 4.

summ. c.

50.

d Castrop.

de Bull.

disp. 48.

pu. 9. nu. 6

dicto sit, quia Bulla requirit quidem Confessarium, sed non dicit, debere esse tuum.

Causa, ex qua prædicta Vota commutari valeant.

7. Inquires secundò, quænam causa requiritur, ut ejusmodi commutatio valide, & licite virtute Bullæ peragatur?

Respondeo. Profectò ad Dispensationem voti major requiritur causa, quam ad Commutationem. Quoniam vero nostrum est, loqui solum de Commutatione, dictò universaliter requiri causam leviozem ad illam, quam ad Dispensationem, & a Lessius quidem affirmat, in Commutatione voti quocumque faciendâ, sufficere propensionem solam votantis, placet enim id Deo, ut sic magis hilariter Vota Fideles observent. Atque id, ut dixi, universaliter loquendo. At in nostra Commutatione faciendâ ex vi Bullæ, aliam habemus causam, quam requirit Pontifex in ipso Bullæ tenore. Nam præter eleemosynam illam, quæ pro Bulla porrigitur, requirit aliud, nimirum quod, qui velit vi Bullæ sibi votum commutari, det aliquod subsidium pro Belli expeditione contra Infideles.

8. Sed ecce Difficultas admodum agitata inter Bullæ Explanatores. Ecquòdnam est hoc subsidium, temporale ne, id est, aliqua alia eleemosyna, an spirituale, id est, aliqua V. G. oratio?

Alphonfus Deza, aliique, quos citat, sed non sequitur b Castropalaus, probabile docent, sufficere spirituale, maxime si vovens sit pauper, quia Bulla dicit in subsidium. At spirituale subsidium, subsidium est.

9. Suarez, Sanchez, Henriquez, aliique apud eundem c Castropalaum asserunt, fieri posse in subsidium partim temporale, partim spirituale, nescilicet multum detrahatur de subsidio temporali, si solum spirituale satis sit.

10. Castropalaus vero loc. cit. alios adducens, docet esse omninò temporale, nam ex modo loquendi, & sine Bullæ, quæ concessa fuit ad congregandam pecuniam contra Infideles, aliud subsidium non intelligitur, nisi temporale.

11. Ego omnino Castropalaum sequor, in qua sententia me firmavit d Gallegus. Is enim postquam (probans Castropalai sententiam)

attulisset Petrum Ledesnam, Sotum, Aloysium Lopez, aliosque citat Machadum longam tractationem, hac de re ita concludentem. Verum hac ætate cessat omnis de hac dubitatione controversia: siquidem Commissarius Generalis Cruciatæ, cui de iure competit declarare dubia, quæ se offerunt circa Bullam Cruciatæ, expresse declaravit, Commutationem votorum omninò faciendam vi Bullæ in subsidium temporale; idque præcipit omnibus Confessariis sub pena excommunicationis, quam Declarationem publicavit anno 1642. Lege Gallegum, qui ponit formalia verba prædictæ Declarationis.

12. Praxis autem, cui in hoc Regno Siciliae consignata sit hæc pecunia pro commutatione Voti datur in Instructione, quam pro Prædicatoribus Bullæ Commissarius Generalis hujus ejusdem Regni publicavit, hic Panormi, ac typis impressis divulgavit, ubi num. 4. sic habetur.

Quarto s' annuente, che i Penitenti da loro stessi ripongano nella Cassa, che sarà riposta nella Chiesa, o Chiese à tale effetto, doue sarà scritto (cassa di Compositione) tutta quella somma, che i loro Confessori haueranno ordinato pagare, altrimenti facendo, non hanno complicità con l' obbligo loro, ne sono commutati i loro voti.

13. Nota autem aliam esse praxim, si quando expeditur Compositio ab ipso Commissario in his materiis, quas ipse expedit potest, nam de hac Compositione ita habetur in prædicta Instructione.

Si da notizia à tutti li Penitenti, che quella eleemosyna, che li sarà tassata dal Commissario Generale della Santa Cruciatæ per alcuna Compositione, o dispensa, sono obligati detta eleemosyna pagare al Tesoriero Generale della S. Cruciatæ, o à suoi Procuratori legitimi in presenza di detto Commissario Generale, o degl' altri suoi Delegati che facessero, se non, la detta Compositione o Dispensa è nulla.

14. Raxare Confessarius, ad commutandum meum votum, quam ego deinde in prædictam Cassam inferre debeam? Respondeo, tantam esse taxandam, quantam, juxta qualitatem Personæ, ejusque facultates, ac juxta gravitatem voti, omnibus circumstantiis consideratis, judicabit Confessarius, id quod certè non, nisi ex ejus prudentia, ac judicio, hic, & nunc decerni potest.

Vota,

Vota, ad quæ se extendit Commutatio per Bullam.

15. **Q**UÆ vota commutari queunt per Bullam? Respondeo. Omnia, præter Votum Castitatis, Religionis, & Peregrinationis Hierosolymitanæ. Hæc autem quando in aliquo deficiunt, an possint etiam commutari, dicam mox §. 2. Omnia, inquam, siue sint Personalia, siue Realia, siue mixta; ut item, siue fuerint emissa ante, siue post promulgationem Bullæ.

16. Huc etiam reducant aliqui, Votum, quod tu recordaris emisisse, sed oblitus es ejus materiam, posse enim commutari, docet *2 Sanc. l. 4. Sanch. a quia adhuc est Votum. Id tamen ne- Sum. c. 54. gar Suarius, siquidem commutatio, ait, quæ debet esse prudens, non potest ferri in incognitum.*

Sed profecto, quandoquidem est probabilis opinio, te, si voti es oblitus, ad illud non obligari, quia nescis, quid operis facturus sis, tamquam ex voto, parum utilis est hæc quaestio, quoad praxim.

18. Porro hic proprio in loco sunt quinque exagitantæ difficultates.

PRIMA, ET SECUNDA DIFFICULTAS.
De Voto non petendi Commutationem.

Prima, an Confessarius electus possit commutare votum, quod quis emisit de non petenda Commutatione sui Voti, V. G. Ieiunii.

Respondeo valide posse, (nam, num licite id petat Vovens dicam mox.) Ratio est, quia hæc Voventis voluntas non tollit à Confessario electo potestatem commutandi, hoc enim votum non est ex exceptis, quare poterit Confessarius commutare prius hoc Votum non petendi Commutationem, & deinde commutare poterit ipsum Votum. Idem dic, si vovisti, non petere Commutationem, nisi à Pontifice immediate: nam, propter eandem rationem, adhuc per duplicem dictam Commutationem poterit Confessarius electus tibi consulere.

19. Verum insurgit Secunda Difficultas, an scilicet peccet, qui petit Commutationem Voti, si voverat, se illam non petiturum.

Respondeo. Gallegus a putat, hunc, peten-

do commutationem, valide quidem commutationem recipere, sed peccare, quia facit contra Votum, illam petendo, quam non petere promissit Deo.

20. Verum, ut huic difficultati plene satisfiat, recolenda sunt prius ea, quæ alibi dixi, c. Lib. 3. in ubi sic habeo. Votum non petendi sine causa dispensationem vel Commutationem Voti §. 4. n. 8. facti, vel faciendi, validam pronuntio, quia ad prudentiam pertinet, nolle sine causa à Voti obligatione eximi. At Votum non petendi Dispensationem, vel Commutationem absolute nequaquam valere, puto cum Sanch, d. quia impedit majus bonum præsens, nempe d. Sanch. libertatem petendi dispensationem, quæ ali- lib. 4. in quando necessaria, vel saltem valde utilis, erit decal. c. 8. voventi. Haftenus ibi. nu. 22.

21. Ex quibus concludendum est. in casu, quo validum fuit Votum, te sane peccaturum graviter, vel leviter (juxta gravitatem, vel levitatem Voti) si contra illud agas, & commutationem petas sine causa, quia contra Votum agis. At in casu posteriore, quando Votum non fuit validum, non peccabis, idque ex prædicto capite, quia nimirum contra nullum Votum facis. Immo tunc commutatione Voti non indiges; siquidem votum non habet, qui invalide vovit.

TERTIA DIFFICULTAS.
De Commutatione pœnæ Voti.

22. **T**ertio. An possit commutari pœna, quam sibi quis incurredam imposuit, si votum frangeret. Emisit V. G. quis votum non ludendi, quod si luderet, sibi in pœnam non servati voti, imposuit, ut obligaretur aliquid pium facere, puta elemosynam pauperi, vel Ecclesiæ tribuere, jejunium unius diei servare &c. Difficultas, inquam, est, an hæc e Sanch. de elemosyna, vel jejunium possit per Bullam matr. l. 8. commutari? d. 15. §. in

23. Respondeo Posse. Quia hæc pœna est summ. l. 4. debita propter relationem quasi essentialem, c. 52. aliq. qualem habet ad votum. Concessa ergo facta f. Say. in cultate per Bullam circa votum, concessa intelligitur circa hanc pœnam. Ita Sanc. e con- Reg. c. 12. tra Sayrum. f. Confirmat Trullench, g. quia n. 20. votum absolutum, & directum quodammodo videtur magis obligare ad materiam, in 1. in Bull. quam directe cadit, V. G. ad omissionem ludi, §. 7. ca. 3. quam ad pœnam, in quam videtur votum ca- du. 7. n. 4.

Cc 3

dere

dere indirecte. Si ergo potest Bulla in prius, quod est majus, multo magis in posterius, quod est minus.

24. Hinc ergo fit, ut sicuti per Bullam potest commutari in opus pium æquale, vel quasi, juxta superius dicta, Votum, quod, quis absolute emittat de elemosyna alicui Pauperi vel Ecclesiæ danda, saltem quando Ecclesiæ, vel Pauperi non acceptavit (quod omnes concedunt) quia non est ex exceptis; Ita potest votum alterius materiæ V. G. Votum Jejunii, quod quis emittit sub dicta pœna dandi elemosynam, atque hoc non solum ante, quam votum fregit, sed item post votum fractionem, seu etiam post multas fractiones, & consequenter postquam contraxit debitum solvendi illam elemosynam, quamvis magnam.

25. Adverte hic tria. Primo si petis, & obtines commutationem voti pœnalis, nō prop- terea statim intelligeris obtinere commutationem pœnæ jam contractæ, si forte dictum votum fregistis; sed debes petere, & obtinere expresse commutationem dictæ pœnæ.

Ratio est, quia non eo ipso, quod habes commutationem unius, habes, & alterius; Confessarius enim dum commutat, solum ad illud dirigit commutationem, quod tu explicuisti. Ita Suar. Sanch. Rodriq. Lud. à Cruce cum a Trulleuc.

2 Trull. l. c. du. 8. n. 7.

26. Adverte Secundo. Si forte qui emittit ejusmodi votum pœnale non ludendi V. G. sub pœna, si luderet, dandi V. G. decem pauperibus, si forte [inquam] iussit cum inculpabili ignorantia, vel inadvertentia voti, vel, quamvis fuerit memor voti, immemor tamen inculpatæ fuerit pœnæ, non indigere commutatione pro hac pœna, quia pro illo casu non tenetur ad pœnam, excusante nimirum inculpatæ oblivione, quæ æquiparatur ignorantia.

27. Adverte Tertio. Commutationem, licet convenientissimum sit, non tamen est necesse, ut fiat in favorem ejus Sancti, vel Ecclesiæ, vel Pauperis, cui factum est votum. Item, opus non est, ut votum personale in actionem personalem, vel votum reale in realem commutetur: possunt hæc enim aliunde per prudens Confessarii judicium compensari, ut fab Lib. 4. in

dec. cap. 16. §. 6. 28. Quæres cum n. 24. dictum modo est saltem quando Ecclesiæ, vel Pauper non accep-

tavit. Respondeo quia votum Reale de danda V. G. elemosyna Ecclesiæ huic particulari, vel huic particulari Pauperi, non ita certum est, an possit per Bullam commutari, quando fuit acceptatum à Rectore Ecclesiæ, vel ab illo Paupere. Non est ita [inquam] certum, si certi certum est commutari posse, quando nō est acceptatum, ideo addidi illud [saltem, quando &c.] Et nihilominus, quamvis communis doctrina dicat, tunc nō posse, quia per acceptationem iam Jus illi acquisiverunt, ut sustinet Sayrus, & alii, tamen adhuc com-

mutari posse, non improbabile judicat Trull. Clau. 10. lenc. 4. quia votum factum Deo, non acceptat legitime homo, sed Deus, cujus voluntatem Pontifex, qui dat Bullam, interpretatur.

Vide, quæ ad hanc sententiam confirman-

dam ex e Sagundez ego alibi dixi, cui nunc

adde Ioann. f. de Lugo.

QUARTA DIFFICULTAS.

De Commutatione Voti Jurati.

29. Quarto, an Votum Juratum per Bullam commutari possit?

Respondeo, posse, non solum si Juramentum accedat ad votum jam factum, ut si quis dicat, Iuro, me servaturum jejunium, quod heri voti, vel, si accedat, cum fit, ut si dicat, Voveo, & Iuro jejunium. Verum si solum adsit Juramentum, ut Iuro me jejunaturum. Ratio est, quia nunc [ut supponimus] totum hoc Juramentum nihil aliud confirmat, nisi promissionem factam Deo. Quod si juramentum esset homini præstitum, tunc sane non posse per Bullam commutari, certum est, quia Bulla non respicit, nisi quod promissum est Deo, cujus voluntatis, ut diximus, interpret est Pontifex. Quare, cū in casibus propositis, illis non sint modo, nisi promissiones Deo factæ, erunt vota, quæ possunt per Bullam commutari. Ita Suar. g. Pontius. b. Castrop. i. Merolla k. alii que.

QUINTA DIFFICULTAS.

De duratione potestatis commutandi Vota.

30. Quinto. Quamdiu durat potestas commutandi vota per Bullam? Respon- deo. Certum est, durare per annum Bullæ, quod si Pœnitens nullum suum votum à Confessario commutandum petiit. Certum item est, non posse commutari post annum, quia potestas

potestas tunc jam spiravit. Sed propria difficultas illa hæc est, An, si pœnitens accedat ad re Confessarium ultimo V. G. die durationis Bullæ, petatque commutationem voti, tu vero sive quia es negotio alieni intentus, sive, quia vis liberos, vel te doctorem cōsulare &c. an [inquam] possis breviter sic pronuntiare? Ego tibi commuto ex nunc votum tuum istud in aliud opus, quod post aliquot dies ego, vel quidam doctus designabit.

Respondeo, Possē. Quia hoc modo dicere possumus, commutationem factam esse tempore durationis Bullæ, & solum designationem subrogationis fieri postea. Id quod non est uti jurisdictione post tempus spiratum Delegationis, sed est exequi, quod tempore habili commutatum est. Ita Sanch. & alique quibus adde Leandrum, & ita, contra Andream Mendo, tener Bardr. &

Dices. Potest ne aliquis dicere, per solam petitionem commutationis voti fieri castitatem, & rem non esse integram [ut in simili supra diximus de Confessione incepta] unde possit commutationem finiri post elapsam Delegationis tempus? Respondeo. Mendo de Bulla affirmat, sufficere solum ejusmodi petitionem, ut possit dici causa cœpta; Sed certe eam solum sufficere, mihi difficile est, ut difficile fuit supra e meram petitionem Confessionis illam facere causam cœptam.

§. II.

Explicantur vota excepta in Bulla.

1. **D**Ecernamus nunc, quænam vota nequeant per Bullam commutari? Dico commutari non posse vota absoluta Castitatis, Religionis, Peregrinationis Ultramarinæ [qua voce, quasi per Antonomasiā intelligitur Peregrinatio Hierosolymitana] emissā Devotionis causa. Idem dic de Juramentis, quibus prædicta observanda jurantur, quando nimirum per ea juramenta confirmantur promissiones Deo factæ; sunt enim etiam hæc reservata, quia tunc non sunt, nisi vota, ut supra dictum est: Promissiones, dico: nam, si quis per juramentum confiteri dumtaxat, sic, assertive. Iuro me habere, vel habuisse voluntatem, seu propositum conservanda V. G. castitatis, cum sic non pronuntiat, sed enuntiet, juramentum est assertorium de præsentī, vel

præterito, non vero promissorium atque adeo votum non est.

2. Dictum est autem (vota absoluta) ut enim vota hæc tria excipiuntur, ea intelligi debent, quæ sunt absolute, & perfecte talia, nulla ex parte deficientia. Id permaxime notandum est, nam ex hoc multa, quæ vota excepta esse prima facie apparent, excepta tamē nequaquam esse, inveniuntur, ut jam ex Collatoriis, quæ colligam, palam fiet.

Votum Castitatis diminutum.

3. **H**inc enim Primo, votum non fornicandi, votum non se pollucendi, votum nō nubendi, votum castitatis conjugalis, votum virginitatis præcise, idest consentientis in abstinentia primi actus luxuriæ, quatenus scilicet virginitas involvit corporis integritatem, votum integræ castitatis, sed ad tempus, ad quod rationabiliter præsumatur ætas hominis perventura; vota, in quā, hæc, quia sunt, castitatis diminuta, non numerantur inter excepta, quare sunt per Bullam commutabilia.

4. Præterea votum Castitatis vere conditionale hoc V. G. modo emissum. *Voveo Castitatem, si convalesco, hoc est si à Deo sanitatem impetrabo.* satis probabiliter, etiam sanitate obtenta, non est ex exceptis, quia deficit à puro voto castitatis, quod illud in rigore est tale, & absolute, quod propter Dei cultum simpliciter fit, at hoc respicit motivum utilitatis propriæ. Cur autem dictum sit *vere* (conditionale) mox intelliges n. 11.

Idem satis etiam probabiliter dic de voto pœnali in hunc modum facto (*voveo V. G. non ludere, quod si ludam in pœnam voveo Castitatem.*) vel in hunc alium modum, non vovendo omissionem ludi, sed Castitatē in casu ludi, sic, *nolo ludere, quod si ludam, voveo Castitatem.* Idem dic (inquam) quia hæc non sunt pura vota Castitatis, sed relata ad tuum ludū. Faciunt ad hoc ea, quæ dixi supra §. 1. n. 22.

5. Denique votū Castitatis per partes emissum, cui tamen integro noluit vovens, se subicere, huc reducitur, nec enim est ex exceptis. Vover quis V. G. hodie, nolle assentiri pravis internis cogitationibus, cras vover, se non fornicaturum, perendie se nolle actum impudicum externe peccaminosum habere; dico, hæc, singula non esse reservata, quia sunt vota diminuta Castitatis, atque adeo esse per

per Bullam commutabilia, nisi tamen vovens, voluerit in ultimo voto simul omnia colligere, illisque esse subiectum, nam tunc votum erit perfectum, & integræ castitatis.

Votum Religionis diminutum.

9. **H**inc Secundo. Votum de assumendo Ordinem Sacrum; votum de serviendo toto vitæ tempore Hospitali, vel Monasterio, seu Religioni, nisi sic intelligas, rite in illa profiteri, votum de ingrediendo in Religionem, si intelligas solum ingressum, non vero perseverantiam seu Professionem in ea (hoc vide distinctius apud Doctores citatos à Diana *p. na a*) hæc, inquam quia non sunt vota perfecta de Religione, non sunt reservata, sed per Bullam commutari, fas est.

7. Idem pronuntia, si votum Religionis sit verè conditionale, vel pœnale, propter rationes modo num. 4. dictas.

Votum Peregrinationis Hierosolymitana diminuta.

8. **H**inc Tertio, vota de invisenda Sanctissima Virgine Lauretana vel S. Jacobo in Compostella, vel votum Peregrinationis ad Limina Apostolorum, vel etiam Peregrinationis Hierosolymitanæ non ob visitanda Loca Sancta, sed ob alium, tamen honestum, & pium finem, V. G. ad sua peccata ibi cum Confessario illic forte degente confitenda, vel ad suum parentem ibi ægrotantem adjuvandum; Hæc, inquam, vota, cum non sint ad loca Hierosolymitana Sancta, non sunt reservata, unde sunt per Bullam commutabilia.

9. Idem dic, si votum ejusdem Hierosolymitanæ Peregrinationis sit vere Conditionale, vel Pœnale propter rationes adductas. n. 4.

Due Notationes facientes ad prædicta.

10. **D**uo tandem diligenter notari, velim. Primo, qualitates quasdam annexas his reservatis votis posse per Bullam commutari. Vovisti V. G. Peregrinationē Hierosolymitanam pedestrem, vel mendicando in itinere, vel sine magno comitatu, potest Confessarius per Bullam electus has circumstantias tibi commutare, modo interim peiserit

ipsa Peregrinationis substantia, quia hæc est reservata, nequaquam illæ.

11. Nota Secundo. Cur, quando dicimus votum conditionale commutari per Bullam posse, addimus illud (vere conditionale.) Ratio enim est, quia non raro, quamvis in modo loquendi addit in tuo voto illud (si) tamen non semper significat conditionem, sed tempus, atque æquivaleret particulæ, quando, voves V. G. si convalueris, si Pater tuus incolomis domum redierit, si tua soror honeste nupserit, voves, inquam, ire Hierosolymam, vel Religioni te addicere, vel castitatem perpetuam sarram rectam custodire, Aio, si sensus sit verè conditionatus in hunc modum. *Voveo, si hac prædicta mihi concesserit Deus, Religionem, Peregrinationem, Castitatem*, erunt ejusmodi vota commutabilia: at si sensus sit hic alius. *Voveo, quando ego convaluerō, quando meus pater redierit, quando mea soror honeste nupserit &c.* hæc non erunt vota conditionata, sed absoluta pro præfixo tempore, quare nequaquam commutationis favore gaudebunt.

§. III.

Vota de quibus est aliqua major controversia, an per Bullam commutari queant?

Vota conjugum.

1. **P**rima Controversia est de voto perfectæ castitatis emissio à Coniuge, an sit reservatum, ac proinde neutiquam commutabile per Bullam.

Respondeo. Certum est, si votum hoc fuit à coniuge emissum ante initum matrimonium, esse reservatum, etiam post matrimonium initum, siquidem ex matrimonio naturam non mutat; & ipse quidem peccavit matrimonium contrahendo, licet propter jus bona fide ab alio coniuge acquisitum, posset debitum reddere, at petere quidem non potest; & quamvis juxta probabiliorē sententiam possit Episcopus, & forte Mendicantes per sua Privilegia dispensare hunc, ad petendum debitum, duntaxat dum Coniux vivit, tamen nec ad hoc, nec ad totum votum commutandum Bulla quidquam potest. quia id esset Bullæ potestatem extendere ad vota per Pontificem excepta.

2. At, si sit sermo de voto castitatis, quod forte

forte conjux emittat, dum est in matrimonio, quinque modis emitti ab ipso posset. Primo, ab altero absque licentia alterius Conjugis. Secundo, ab altero cum licentia alterius. Tercio, ab utroque sine mutua licentia. Quarto, ab utroque cum mutua licentia, non per modum contractus, quod quisque cesserit Juri suo petendi. Et si his quatuor potest Bulla, quia si cum licentia, si absque ea, cum alter, qui dedit licentiam, non se privaverit Jure suo, ut in his quatuor modis supponimus, remanet, votum non esse perfectum, & absolute Castitatis. Verum quinto modo, si votum Castitatis emittatur ab utroque sed mutua licentia, & per modum contractus, quo quisque Juri suo cedit, cum jam sit votum perfectum Castitatis, reservatum erit, & non commutabile.

2 Sanch. l. 9. matr. d. 37. n. 13. Notat tamen Sanchez, a si dicti Conjuges remittant sibi, & acceptent mutuam cessionem Juris petendi, & reddendi debitum posse per Bullam tunc, ejusmodi votum commutari; siquidem quod remanet, votum integrum Castitatis non est. Sed adverte, sic remittendo, peccare graviter conjuges, quia, ut supponimus, contra votum operantur.

Votum strictioris Religionis, & quo ad tempus.

3. SECUNDA controversia. An per Bullam commutari queat votum Religionis strictioris in laxiorem, ut item, quoad tempus praefixum a vovente, hoc est quoad dilationem ingressus?

Respondeo. utrumque posse per se, quia, ut supra vidimus, circumstantiae extrinsecae non sunt reservatae.

4. Dixi (per se) nam si in laxiore non viget observantia Regularis, & dilatio temporis sit tanta, ut voventis periculo exponatur votum non implendi, tunc in neutro casu poterit aliquid Bulla, ut nec Episcopus, quia esset commutare substantiam voti, & ita tenent

b Sanch. l. 1. Sanch. b & Castropalaus. c

Votum Religionis Militaris.

5. TERTIA Controversia. An votum Religionis Ordinum Militarium possit commutari per Bullam? Respondeo, votum Religionis Militaris S. Joannis Hierosolymitani (cujus Religiosi Melitenses vulgo appellantur) de Sacramentis.

latur) non posse, quia haec est in omnium sententia vera Religio. Aliarum vero, puta S. Jacobi, Alcantarae, Calatravae, &c. posse probabiliter; quia in multorum sententia probabili, haec non sunt, saltem hodie, verae Religionis, quam vis in aliorum probabili, & fortasse probabiliori sententia, etiam hodie, sint. Lege Sperellum, & aliosque ab eodem citatos.

Excipe Regulares ex his Ordinibus. Nec mirum quia hi sunt veri Religiosi, &c. ut Andreas Mendo e recte notat cum aliis.

Votum sub disjunctione.

6. QUARTA Controversia est hujusmodi. Quamvis convenient Primo Doctores, si tu voveas sub disjunctione duo vota reservata, V. G. voveas, vel castitatem, vel Religionem, convenient, inquam, tunc neutrum posse per Bullam commutari, quia utrumque est reservatum, & quamvis, secundo, convenient, si voveas sub disjunctione duo vota, quorum alterum sit reservatum, alterum non, ut si voveas, vel jejunare per aliquot annos, vel castitatem, convenient, inquam, utrumque posse commutari per Bullam, quia tunc propter illam libertatem, quam habes eligendi jejunium, non est castitas perfecta, & absolute promissa; Controversia tamen est inter illos, An, facta à te electione reservati, quando scilicet, tu, omittis jejunium, eligisti partem illam voti, quae erat castitatis (sine novo voto ipsius, ut semper supponimus.) An, inquam, possit per Bullam praedictae castitatis votum commutari?

7. Respondeo. Esse reservatum, atque à Deo commutari per Bullam non posse, docet Sanchez. Ratio est, quia, inquit, facta electione illius, jam Deus, qui electionem vidit, illam acceptavit, ergo jam remanet esse à Deo acceptatum votum integrum castitatis.

Non esse reservatum, sustinet, si attente legas, Suarez g & Castropalaus. h Ratio est, inquit, quia illa electio non est votum, sed mera voluntas, & propositum illam partem de voto conservandi, ergo votum remanet, ut erat prius, puta cum imperfectione, quam habebat, ergo h Castro non perfecte tale. Haec sententia est mihi probabilior.

Ex qua sit, ut si pars altera non reservata fuerit reddita impossibilis, evadat V. G. praedictus voveas impotens ad jejunandum, non

D d

propte-

d. Sp. vell.

p. par. dec.

2.

o Mendo in

app. ad

Bull. Dil.

c. 31. n. 118

f Sanch. l.

8. matr. d.

9. n. 14. &

in sum. l. 4

c. 40. nu.

43.

g Suar. l. 6

de voto c.

2. 4. n. 3.

h Castro

to. 3. d. 2.

p. xi. n. 6.

propterea voti illa pars altera, quæ est. Casti-
tatis evadit reservata? quia illa impotentia
non mutat votum, seu voti imperfectionem,
sub qua erat antea: Et ita tenet Suarez, Sanch.
a aliique apud Dian. b

a Suar. l.c.
Sanch. l.c.
b Dian. p.

Votum reservatum sed dispensatum.

p. tr. de
Bull. Re-
sol. 74.

8. Quinta controversia. Vovi castitatem
absolutam, sed quia obtrui rite dispen-
sationem à Pontifice, is mihi imposuit, ut, lo-
co voti, jejunarem semel in Hebdomada, vel
quid simile, quero, an hoc jejunium possit
per Bullam mihi commutari?

e Sanc. l. 8.
matr. disp.
9, n. 20.

d Bard. p.
2, tr. 7. ca.
2, nu. 79.

Respondeo. Non posse, quia est reserva-
tum, putant multi Canonistæ apud Sanc. e
ex ea ratione, quod subrogatus sortitur natu-
ram ejus, cui subrogatur. Posse, quia non est
reservatum putat Sanch. Suar. Less. Trull. alii-
que apud Bardi, d quia materia reservata jam
fuit à Pontifice in materiam non reservatam
translata. Ad rationem Canonistarum dic,
subrogatum naturam ejus, cui subrogatur,
sortiti in intrinsecis, & in honestate operis,
atque, ut res sit proportionata, & æqualis, vel
quasi, non vero in extrinsecis, ex quibus est
reservatio, quæ valde per accidens conjungit-
ur cum illa materia. Hæc posterior sententia
est probabilior.

9. Quid si in hoc casu ego per multum
tempus omisi jejunium, (sane cum peccato)
reviviscit ne in me votum castitatis? Nam si
non reviviscit, proderit Bulla, ut per illam di-
ctum jejunium in aliud opus mihi commu-
tari queat.

e Rodrig.
in add. ad
Bull. §. 9.
n. 118.

f Sanc. l. 8.
matr. d. 9.
num. 21.

10. Respondeo. Redire sentit Rodriguez, e
siquidem votum, ait fuit commutatum sub
conditione præstandi jejunia, conditione er-
go hac nequaquam posita, votum castitatis
commutatum non intelligitur.

Non redire, docent f Sanch, aliique (cum
quibus sentio) quia falsum est, votum fuisse à
Pontifice commutatum sub ea conditione;
hujus enim conditionis nulla sit mentio in
Dispensationis, seu Commutationis Rescrip-
to; quare votum illud fuit extinctum, ejus-
que obligatio translata fuit in aliam materi-
am non reservatam.

11. Urges, si fuit extinctum, cur vovens po-
test, relicta Dispensatione, vel Commutatione,
reverti ad prius votum?

Respondeo. Hanc difficultatem dissolvi

vi lib. 8. in Decal g ac dixi, reversionem hanc g Lib. 3. in
solum concedit ex benignitate Dei: Locum decal. 13
relege. §. 7. n. 4.

*Commutatio voti reservati in aliud reserva-
tum; vel in opus præstantius.*

12. Sexta Controversia. Vovi Peregrinatio-
Hierosolymitanam V. G. Potest ne Con-
fessarius à me per Bullam electus ejusmodi
votum reservatum, vel in opus aliquod me-
lius, & præstantius V. G. in votum castitatis,
vel in subsidium belli contra infideles, mit-
tendo centum V. G. homines propriis expen-
sis, & viginti millia aureorum, atque loco la-
boris proprii tolerandi ex peregrinationis
molestia, jejunare quotidie per annum, quæ
duo, nimirum castitas, vel ejusmodi subsidium
ita vestitum, sunt opera sine dubio præ-
stantiora, quam ipsa mera Peregrinatio?

Respondeo. Posse, putat Aragonius, h h Aragonius
quia non debet impediri melius bonum, 2. 2. q. 10.
quod magis libenter acceptari à Deo præstari. ar. 12.
mendum est. Non posse, docent Sanchez, i i Sanchez
& Suar. k quia nulla potestas data est circa decal. 14.
vota reservata à Pontifice per Bullam, neque ca. 52. n. 1.
in aliam materiam reservatam, neque in ali- k Sanchez
am non reservatam, quamvis utiliore, & de voto. 11. nu. 1.
præstantiorem; totam enim potestatem, seu 21. nu. 1.
jurisdictionem commutandi prædicta tria vo- a
sibi reservavit Pontifex. Neque sic impeditur
per se majus bonum, sed solum non datur ju-
risdictio ad ea vota commutanda.

Ego in lib. 3. Decalogi substinui (id enim Lib. 3. in
hac occasione scire opera præstium erit) pro- cal. 11.
pria autoritate non posse quempiam com- 5. nu. 4.
mutare suum votum reservatum in opus me-
lius. Sed postea scripta incidi in quaestiones
Morales Vincentii Tancredi, p. p. Tr. 3. de
voto Disp. 6. Quæres 2. fol. 492. qui univer-
saliter docet, esse probabile, votum reserva-
tum posse propria autoritate commutari in
melius, etiam non reservatum, quia melius
semper acceptatur à Deo.

Neque valet, ait, paritas; non potest per
Bullam, vel per Privilegium Mendicantium,
ergo nec poterit autoritate propria. Non va-
let, inquit, quia potestas commutandi per
Bullam, & per Privilegia fundatur in jurisdi-
ctione concessa à Pontifice, quæ circa refer-
vata nondum est concessa; at potestas com-
mutandi in melius, auctoritate propria, fun-
datur

datur in acceptatione Dei, qui semper præsumitur melioris operis esse contentus. Hanc Tancredi sententiam probabilem esse, infirmari, non possum.

Vota subditorum.

13. **S**eptima Controversia. Scimus vota personarum sub alterius potestate existentium posse irritari ab eo in quo potestas ejusmodi resider. V. G. vota Filii à Patre, uxoris à marito, servi à Domino, &c. commodò, & cum illis limitationibus, quas diximus alibi, cum de a voti Relaxatione tractavimus. Jam quærimus, si filius V. G. impubes vovit castitatem absolutam, potest ne ejus commutationem obtinere à suo Confessario per Bullam?

Ratio dubitandi est, quia hoc votum, quamvis reservatum, potest irritari à Patre, ut ibidem dictum est, ergo videtur deficere à perfectione voti reservati, & consequenter videtur commutabile, tum per Bullam, tum ab Episcopo.

Respondet. Ita putat propter dictam rationem Gutierrez. Sed profecto perperam; nam nec per Bullam, nec ab Episcopo commutari potest. Siquidem vota illa ideo irritantur à Patre, &c. quia Pater habet dominativam potestatem in filium; quam potestatem dominativam non aufert, nec limitat Pontifex, quando sibi vota illa excepta reservat. At à Confessario, vel aliis Prælati, idem Pontifex aufert, vel limitat jurisdictionem, per quam debeant illa vota commutari, vel dispensari, qua quidem limitatione supposita, nihil prædicti poterunt omnino. Ita Suar. c. 6. & alique.

Vota reservata, quorum dispensatio est necessaria.

14. **O**ctava Controversia. In aliquibus Casibus urgentis necessitatis potest Episcopus dispensare in his reservatis votis, quando scilicet imminet grave aliquod damnum nisi dispense; & ad Pontificem aditus non est; ut, si quis ligatus voto Religionis, tamen, nisi puellam, quam defloravit, sine mora ducat uxorem, timeantur gravia scandala, & c. nam tunc poterit Episcopus dispensare. Jam, quæro, an tunc possit hoc votum,

commutari per Bullam? Ratio autem id affirmandi est, quia per Bullam commutari possunt omnia vota, quæ dispensare potest Episcopus; cum igitur possit hoc Episcopus dispensare, poterit, & Confessarius per Bullam electus, commutare.

Respondet. Ita propter dictam rationem putant aliqui apud Dianam. Sed negandum omnino est cum Sanchez, & aliisque. Ratio est, quia non est verum Confessario electo per Bullam concedi, posse commutare vota omnia, quæ potest Episcopus. Episcopus enim habet potestatem ordinariam, at Confessarius solum Delegatam; unde non est mirum, si Confessarius non possit, quia illi nullo modo in sua Delegatione per Bullam conceduntur nota reservata, conceduntur autem Episcopo in illa necessitate, propter quamdam Pontificis tacitam licentiam.

CLAUSULA DECIMATERTIA.

Item, prædicto Commissario datur facultas, ut suspendere possit, dicto anno durante, omnes similes, aut dissimiles Indulgentias, & facultates ab eisdem, & à Sede Apostolica, vel ejus auctoritate concessas quibusvis Ecclesiis, Monasteriis, Hospitalibus, piis locis, Universitatibus, Confraternitatibus, & singularibus Personis, in Regnis, Insulis, Terris, Locis, & Dominiis præfatis, &c.

Et paulo post.

Ita, ut interim neque publicari, neque predicari possint, neque publicate curvis hominum communiter, vel divisim suffragentur. Exceptis tamen concessis Ordinum Mendicantium Superioribus, quo ad eorum fratres.

Item, dicto Commissario conceditur etiam facultas, ut ipse, per se, vel per alium, vel alios, (quantum, & quoties sibi videbitur) Indulgentias, & alias Gratiis per eum suspensas in favorem illorum, qui præsentium Gratiarum in hanc causam pro Religionis defensione concessarum, participes effecti fuerint, revalidare, absque alio præmio, possit.

CAPUT DECIMUMQUARTUM.

De Suspensione Indulgentiarum, &c.

IN his Clausulis conceditur potestas Commissario Cruciatæ suspendendi omnes alias Indulgentias, & gratias, qui de facto suspendit, quando Bullam promulgat (pro illo scilicet promulgationis anno) quamvis deinde idem Commissarius in eadem promulgatione concedat Bullam fumentibus revalidationem prædictarum Indulgentiarum, & Gratiarum. Quare qui Bulla caret, non acquirit illas Indulgentias, quia pro ipso suspensæ remanent; qui autem Bullam accipit, eas acquirit, quia pro Bullam accipientibus revalidantur ea, quæ Commissarius paullo ante suspenderat.

Porro plura hic sunt clara, plura sub controversia, de quibus breviter, & sigillatim.

§. I.

Quanam Gratia per Promulgationem Bullæ suspendantur, vel non suspendantur, quo aut Saculares.

1. **E**X contextu tenoris Bullæ recte Doctores eas Indulgentias, facultates, gratiasque suspendi colligunt, quæ obstant expeditioni hujus Bullæ Cruciatæ, hoc est, quæ illam aliquo tandem modo impediunt, non suspendi vero, quæ nequaquam impediunt.

2. Rursus eas suspendi, quæ à Summo Pontifice, vel ejus auctoritate concessæ sunt.

3. Denique eas suspendi, quæ sunt concessæ Ecclesiis Hospitalibus, Pius Locis, Universitatibus, Confraternitatibus, singularibus Personis in Regnis, locisque in quibus Bulla promulgatur.

4. Hinc ergo suspenduntur Privilegia prædictis concessa celebrandi ante auroram, vel post meridiem, & similia, quæ concedit Bulla, quia illa impedirent Bullæ expeditionem: nam fideles contenti illis suis Privilegiis, non essent valde faciles, ad recipiendam Bullam.

5. Contra, non suspenduntur Indulgentiæ Privilegia, & facultates in corpore Juris contenta, quia Commissarius solum suspendere valet illa, quæ speciali auctoritate Pontificis conceduntur, hæc autem in Jure contenta, sunt concessa auctoritate quidem ejusdem

Pontificis, sed publica, & veluti communi. Adde, per clausulam generalem non suspendi, ea, quæ in Jure, continentur, nisi eorum fiat mentio, ut docet Bartholus & communiter receptus, & Castropalaus, & alii; hanc sententiam quod per Bullam non suspendantur quæ in Jure communi continentur, sequitur Diana, & multi apud Gallegum, & qui recenset aliquas facultates concessas in dicto communi Jure, quamvis sciam, Mendo contrarium sentire, sed contra illum late agit Bardi.

6. Nec item suspenduntur facultates absolventi, dispensandi, commutandi, quas habent. Episcopi, quia facultates hæc non conceduntur, nec locis, nec singularibus personis, sed Dignitati Episcopali.

7. Nec denique suspenduntur Indulgentiæ & gratiæ, quas aliis concedunt dicti Episcopi, quia Commissarius solum suspendere potest, quæ concedit Pontifex.

8. Gratiæ, quæ sunt omnino dissimiles illis, quas concedit Bulla, qualis est V. G. facultas testandi. Missas celebrandi cum Altari portatili, ingrediendi Monasteria Monialium, non suspenduntur; si quidem hæc non impediunt expeditionem Bullæ. Quando ergo in hac decimarertia Clausula dicitur, suspendi gratias similes, vel dissimiles, intelligitur de dissimilibus quoad modum; sic enim impediretur Bullæ expeditio, qualis esset V. G. facultas celebrandi duabus horis post meridiem, cum Bullæ Commissarius solum Personis, Qualificatis concedat per horam unam. Uti diximus sup. c. 5. §. 6. n. 2. Hæc sunt fere certa ex Castropalaus f breviter collecta.

9. Jam dubitari potest 2. An suspendantur Indulgentiæ, quas possunt Fideles acquirere, exhibentes aliquod opus pium dum habent numismata sacra, Imagines, Coronas, grana, &c. quibus affixit Summus Pontifex Indulgentias.

10. Respondeo. Suspendi docent Castropalaus, & Bardi, & quia hæc sunt concessæ singularibus Personis eas Imagines deferentibus: nam Bullæ tenor ait, se suspendere Indulgentias singularibus personis concessas. Verum non suspendi, unde has acquiri sine Bulla, docent Trullen. Rodr. Riccius, adducti a Bardi l. c. quia non singularibus personis, sed omnibus Christi Fidelibus, sub illa tamen conditione, si illas Imagines habeant, eas Indulgentias.

indulgentiæ conceduntur. Hæc posterior sententia est mihi probabilior.

11. Dubitari potest Tertiò, de Jubilæo, quod toti Reip. Christianæ solet concedi à Pontifice.

Respondeo. Hoc non suspendi, certum sit, atque adeo non esse opus Bullæ ad illius Indulgentias, & Privilegia lucranda. Ratio est, quia hoc non conceditur determinatis locis, vel personis, sed omnibus totius orbis Fidelibus. Ita Gallegus a afferens praxim, quæ Commissarius Cruciatæ non impedit Jubilæi publicationem nec addit, se requirere Bullam, ut in aliis Indulgentiis requirit.

12. Dubitari potest Quartò, de Altaribus privilegiatis.

12. Respondeo. Suspendi docet De Lugo, b & Bardi, c quia hæc Indulgentia est concessa loco peculiari, affectuque alios pro hac sententia, inter quos numerat Dianam. d Sed certè Diana e alio in loco docet, non suspendi, sicuti ibidem Resol. 23. sustinet, Altare Privilegiatum non suspendi per annum Sanctum.

13. Dico igitur, esse probabile, non suspendi, adeoque pro Altari Privilegiato nos non indigere Bulla. Ita sustinet, præter dictum Dianam, Trullen. f Quintanad. g Galleg. h Ratio est, quia est probabile, Bullam solum suspendere Indulgentias pro vivis, non verò pro defunctis.

Confirmat Gallegus l. c. quia Bulla dicit se suspendere indulgentias concessas locis, vel personis singularibus; at Indulgentia Altaris Privilegiati non conceditur particularibus personis, sed animabus Purgatorii, Anima autem in communi, & humano modo loquendi (moraliter, inquit Gallegus, loquor non Metaphysicè) non est persona absolute dicta. Bene est; Sed illud, (moraliter non Metaphysicè loquor,) non est bene. Nam etiam Metaphysicè loquendo, Anima, nec est, nec dici potest completè, & absolute persona (quamvis sua partiali subsistentia non careat) sed incompletè solum.

14. Dubitari Quintò, potest de pauperibus. Respondeo. De his dixi satis sup. c. 3. §. 7. nu. 12.

15. Dubitari Sextò potest de Privilegiis quibusdam introductis ex legitima consuetudine, an scilicet illa per bullam suspendantur?

Respondeo. Si sint contraria Bullæ, (de quibus hic sermo esse debet) ita, ut ejus expeditionem impendant, suspenduntur ex Bardi i qui in secunda editione mihi videtur ali- i Bard. p. quantulum obscure loqui; Andreas autem 3. tr. 1. c. 2. sec. 1. Mendo k ab eodem Bardi citatus absolute do- k Idem cet, non suspendi. Idemque tenet l Gallegus. k Idem Ratio hujus sententiæ esse potest, quia intro- ibid in ducta per consuetudinem non sunt imme- vendica- diate concessa à Papa. Bulla autem videtur tione n. solum suspendere, quæ immediate à Papa 17. conceduntur.

§. II.

Quanam Privilegia suspendantur, vel non suspendantur per Bullam, quoad Religiosos.

1. IN prædicta Clausula duodecima in fine, sic à prædicta suspensione excipiuntur Facultates Religiosorum Mendicantium, & consequenter Religiosorum, etiam non mendicantium, qui cum illis communicant in Privilegiis, sic, inquam, excipiuntur: exceptis tamen concessis Ordinibus Mendicantium Superioribus, quoad eorum Fratres.

2. Nomine Mendicantium hic intellige Primò Quatuor Ordines, puta Carmelitarum, S. Augustini, S. Dominici, seu Prædicatorum, S. Francisci, seu Minorum, qui Mendicantes dicuntur c. unic. de Relig. Domib. in 6. Intellige Secundò alios, qui à Summis Pontificibus Mendicantes dicti sunt in particularibus Bullis, inter quos sunt Minimi, seu Fratres S. Francisci de Paula ex Declaratione Pii V. & ex eodem est nostra Societas. Intellige Tertiò illos omnes Religiosos, qui communicant in Privilegiis Mendicantium, hæc enim Exceptio, de qua loquimur, Privilegium sine dubio est.

3. Nomine Fratrum Intellige omnes Personas Religiosas, sive constitutas in sacris, sive non, sive Clericos, sive Conversos, seu Laicos, sive moniales, sive novitios, novitiasque. Ratio est, quia favor hic ex contextu Cr de Bullæ conceditur Religiosis, at hi omnes veniunt nomine Religiosorum, & sic, utpote in c. 9. du. 4. refavorabili, etiam Novitii. Non intelligo Villal. tr. autem Tertiarios, & Tertiarias, qui non sunt 27. claus. Religiosi Religiosam Professionem emittentes. Ita Lud. à Cruc. m & alii. 12. nu. 12. & 13.

Dd 3

4. No-

4. Nomine *facultatum*, quæ excipiuntur à prædicta suspensione, veniunt, non solum quæcumque alia Privilegia, verum etiam Indulgentiæ, quæ dictis Religiosis, quatenus Religiosis talium ordinum sunt concessæ, hæc enim certè facultates, & gratiæ sunt. Ita Lud. à Cr. l. c. quæ suspendi à Commissario possunt, at post Trull. lib. 1. §. 9. dub. 5. Dices. Verba Bullæ excipientia Religiosos diriguntur ad Superiores Ordinum Mendicantium, ergo dicendum est, illas solas facultates, & Indulgentias excipi, quæ conceduntur Superioribus, licet pro subditis, non verò, quæ ipsis subditis immediatè conceduntur.

Respondet. Ex intentione Pontificis volentis, esse Religiones exceptas ab hac suspensione, manifestè apparet, excipi etiam, quæ immediatè conceduntur Religiosis, ratione tamen ipsius Religionis, non verò quæ ratione ipsius Personæ particularis. Ita Quintana ad In-tanad venias b alios citans. Addit idem Auctor, bil. & In-id declarasse, & concessisse Leonem X. Mendul. Regu-noribus, atque adeo omnibus communicanlaribus, tibus cum ipsis.

6. Ex his ergo collige. An sæcularis Bulla carens possit absolvi ab illis Religiosis, qui habent per sua Privilegia facultatem absol- nu. 3. Ro- vendi, &c. Nihil hic dicimus, an sæcularis drig. in possit acquirere Indulgentias concessas Ec- exph. Bull. clesiis, seu Monasteriis, ea V. G. tali die visi- §. 12. nu. tando, &c. nam de his jam §. præc. n. 3. vidi- 4. Gal. mus, illas acquirere sine Bulla sæculares ne- claus. 12. quaquam posse. Loquimur ergo hic solum de prædicta facultate absolvendi potestas.

Respondet. Negant non pauci & non pau- ci d. autem concedunt; Ego, licet negantes n. 4. & l. probabiliter loqui, fatear, quia Pontifex ex- 7. c. 28. cipit solum facultates, quoad Fratres: tamen n. 7. plures concedentes loqui item probabiliter puto: citans. quare sine Bulla posse, circa sæculares, à Re- Lud. à Cr. ligiosis exerceri sua prædicta Privilegia, tu- l. c. du. 2. tum erit; id quod mutans sententiam alibi n. 6. Sanc, etiam docuit Rodriguez modo citatus.

7. Prædictorum Doctorum suas quique proserationes affert: illa mihi sufficiens vi- detur, quia Pontifex, ut supra vidimus, eas facultates à Commissario suspendi concedit, quæ sunt concessæ Ecclesiis, Monasteriis, Locis piis, Universitatibus, particularibus personis. At hæc facultates Religiosorum sunt

concessæ toti Ordini Religioso. Nemo autem Ordinem V. G. S. Francisci nominavit Eccle- siam, vel Monasterium, vel locum pium, vel Universitatem, vel singularem personam, sed Religionem, sed Ordinem, sed familiam Re- ligiosam, &c. Adde Praxim timoratorum Religiosorum, qui suis prædictis Privilegiis utuntur sine scrupulo, etiam in Ordine ad sæculares non habentes Bullam. Quæ conti- nuata praxis potuit certè legitimam consue- tudinem introducere.

8. Posset tempore Interdicti sine Bulla Re- gulares suis quibusdam Privilegiis uti, quæ pro illo tempore habent qualis est V. G. Pul- satio Campanarum in aliquibus festivitati- bus tempore Interdicti occurrentibus, sequi- tur ex dictis, & confirmat sanè probabiliter Mendo, licet neget Bardi, id quod quia est rara praxis, satis sit, hos Auctores indicasse.

CLAUSULA DECIMAQUARTA.

Item, mandatur à Summo Pontifice, ut Summa- rium Bullæ (sanè in vulgari Sermonem impres- sum, & sigillo Commissarii, vel ejus Delegati munitum) per omnes Christi-Fideles ad præ- dictum Bellum contribuentes, qui hujusmodi gratiarum participes esse, voluerint, recipia- tur, & retineatur.

CAPUT DECIMUMQUINTUM.

De Receptione, & Retentione Bullæ.

§. I.

Bulla, quæ est recipienda, debet esse scripta, in pressa, &c.

1. Q uamvis, ut privilegium habet vim, f. Sanch. non sit semper necessaria, scriptura, l. 8. man. nisi forte in foro externo, ut appa- disp. 29. reat, quale nam illud sit; tamen in hisce no- n. 20. stris Bullæ Privilegiis necessaria est receptio Bullæ scriptæ, & impressæ, ac sigillo, nomi- neque Commissarii, vel ejus Delegati firma- ta. Ratio est manifesta, quia sic expressè vult Pontifex, & clarè enuntiat Commissarius Cruciatæ, dum in Summario vulgari, quod Fidelibus in Sicilia distribuitur, sic habet.

Dichia-

Dichiariamo, che quelli, che la pigliaranno, habbino da ricevere, e conservarsi questo Sommario, e Bolla, ch'è stampata, sigillata, e firmata di nostro nome, e sigillo, per che d'altra maniera non guadagnano detta Bolla, ne le gratie di quella.

2. **R**ecte autem dicit (quelli, che la pigliaranno) sensus enim est, (qui velint recipere,) siquidem, nemo ad eam lumendam, obligatur, ut insinuat a Sanchez, quando docet 2. Sac. lib. 1. Sum. c. egrotum in periculo mortis constitutum non vale: tem adire Superiorem pro absolutione Reservatorum, non teneri Bullam accipere, ut a Reservatis absolatur, sed posse absolvi a simplici Sacerdote, quia non tenemur, inquit, inquirere modos extraordinarios, & Privilegia, sed uti possumus modis ordinariis ab Ecclesia constitutis. Vide alium similem b Trull. l. calum apud b Trullenc.

1. §. 1. du.
2. nu. 2.

§. II.

An requiratur, ut in Bulla inscribatur nomen eius, qui illam accipit?

1. **Q**uærimus, an sit necesse conscribere ejusmodi nomen in ipsa Bulla. Id enim, quamvis fieri diligenter soleat, disponatque sic debere fieri Commissarius, tamen scire omnino debemus, utrum id solum expediat, an ita sit opus, ut nulla acquiritur privilegia ab habente Bullam, si in illa suum recipientis nomen non sit inscriptum.

2. Respondeo: Solum expedire, non autem esse obligationem, judicat c Bardi, & apud ipsum Ludovicius à Cruce, Rodriguez, Henriquez, Villalobos, Trullench, quibus adde Castropalaum, d' Verba Summarii, quod in nostro Regno Fidelibus distribuitur, hujusmodi, hac de re, sunt:

E perche Voi, Titio de Amatis, haveate dato due Reali, &c. & haveate ricevuta quest'à Bolla, essendosi in essa scritto il Vostro Nome, di biamo, ch'haveate conseguito, e vi si concedono le dette Indulgenze, Gratie, &c.

3. Prædicti igitur Doctores declarant illud (essendosi in scritto il vostro nome) non, quasi dicat conditionem, sic (si est scriptum tuum nomen, conceduntur tibi Bulla Privilegia) sed solum demonstrat id, quod de facto est in hunc modum. (Per hanc Bullam, in qua nomen tuum scriptum est, tibi conceduntur Privilegia, &c.)

215
Ego cum e Gallego volo, ut inscribatur nomen, saltem, quo securius in re tanti momenti procedatur. c Galleg. Claus. 14. sub. 119.

4. Fateor tamen, nomen posse à quocumque inscribi, nec esse necesse, ut id fiat à Depositario Bullarum, quia in Summario Vulgari prædicto, dicitur quidem, ut inscribatur nomen ibi (essendosi in essa scritto il vostro nome) sed non præscribitur, à quo nam scribi debeat.

5. Fateor item, nomen appellativum sufficere, ut (Dux talis, Princeps talis, &c.) modo sic, singularis, & determinata Persona signetur.

§. III.

Sufficit ne Receptio sine Acceptatione vel Acceptatio sine Receptio.

1. **P**rofectò non sufficit: unde qui Bullam sumit, seu recipit, debet simul illam acceptare: Privilegia enim Personalia solum iis favent, qui illa acceptant. Rursus qui illam acceptat, debet apud se illam actu & physicè recipere, quia diserte, ut modo vidi, id mandat Pontifex. Quare nec sufficit receptio sine acceptatione, neque hæc sine illa.

2. Multò minus sufficit habere Intentionem accipiendi: cujus rei sequens exemplum habe. Titius non multis ab hinc annis accessit aliquanto tardius ad fores Ecclesiæ, ubi distributor Bullarum sedebat, petiitque ab eo Bullam, atque consuetam eleemosynam largitus est: idque in libris suarum Rationum notavit Distributor, scripto item ibidem Titii nomine. Sed quia Bullas omnes, quas domo in Ecclesiam secum attulerat, aliis Fidelibus is distribuerat, dixit Titio: Ito frueri Privilegiis Bullæ, nam ego nunc determino pro te unam ex Bullis, quas distribuendas domi custodio, & illam tibi applico, tuæque jam amodo est. Acceptavit Titius, suamque domum reversus, comedit lacticiam de illo, qui dies erat ex diebus Quadragesimæ. Legitime ne se gessit Distributor, licetque veritos cibos ad mensam adhibuit Titius, abstrahendo à bona fide, quæ fortè tunc intercessit?

3. Respondeo, nec legitime, nec licite. Ratio nimis est manifesta, quia nimis clarè Commissarius Generalis, cujus est explicare, quæ

quæ pertinent ad Bullam, vult, ut ad acquirenda Bullæ Privilegia, ea physice, & materialiter recipiatur, nec sufficiat Bullæ possessio veluti civilis, quam quis habeat per alium, seu per Bullarum Distributorem: hoc enim significant illa duo Bullæ verba signatè unita (*recipiat, & retineatur.*)

a Sebast. Acofta in expl. Bull. 9. 12.
4. Confirmatur, quia, ut habet Acofta, a Commissarius Generalis in §. ultimo instructionis editæ pro iis, qui de Bullæ Privilegiis conciones apud populum habitati sunt, prohibet sub excommunicationis pœna: ne suscipiens Bullam Cruciatæ illam relinquat apud Thesaurarium, ne scilicet inde subreptam aliqua fraudes. Hæc ille. Si ergo non est Bulla relinquenda apud Distributorem, seu Thesaurarium, postquam illa actu recepta est, erit ne relinquenda antea?

b Henr. lib. 7. c. 20. nu. 5.
5. Rectè igitur Henriquez b sic notat: *Olim inquit, sufficiebat conscribi in libro Depositarii proprium nomen suscepturi Bullam, atque ita fruebatur quis Privilegiis Bullæ; nunc vero, ut Privilegiis quis fruatur, satis non est intentio sumendi, & conscribendi, nisi Bulla recipiatur.*

6. Potro hic, ubi versamur in Receptione & Acceptatione Bullæ, aliquot sese offerunt Dubitationes explicandæ.

PRIMA DVBITATIO.

De receptione Bullæ pro existente in alio loco.

7. Si existas in eadem civitate, tu, & Amicus, qui pro te Bullam jam promulgatam accipiat, illamque ad te ferat, vel te de acceptatione moneat, tuque acceptes, sufficere ad acquirendas à te Gratias Bullæ, non est dubium, confirmatque ipsa Praxis, qua servis, amicique utimur ad Bullam recipiendam. Sed dubitatio est, quando tu, & amicus in diversa commemoramini Civitate, vel Regno. Et quidem tres evenire id modis possunt.

8. Primò, si existas tu, & amicus in eodem Regno, ubi Bulla promulgatur, sed in diversa Civitate: si V. G. tu Panormi habitans, actu accipias Bullam pro amico V. G. Titio consistente Messanæ, quæ est Civitas ejusdem Siciliæ Regni; atque ille à te admonitus de receptione, acceptet: gaudere ne poterit Bullæ Privilegiis? Respondeo, gaudere posse. Hæc enim receptio non est actio, ut ita dicam, personalis, quæ scilicet debeat ab eadem

persona fieri, quæ Privilegium recipit: satis est enim sic i per suum amicum, tamquam per suum instrumentum, seu Procuratorem. Patet id in impetrationibus dispensationum, & similium, quæ mihi profuant, si fiant à meo Procuratore, dummodo cætera servem; quæ requiruntur. Requiritur autem in casu nostro, ut tu porrigas elemosynam loco amici, ut inscribatur ejusdem nomen; & ab eodem acceptetur; & denique ut Bulla conservetur apud te nomine ejusdem amici, quam conservationem sufficere, mox dicemus §. 4. Atque ita sustinent Suar. Henric. Villalob. Trullench. allati, & approbati à Gallego. c

c Galleg. Claus. 14. dub. 167.
9. Secundo modo prædictus casus accidere possit, si tu existas in uno Regno, & amicus in alio, sed in utroque promulgetur Bulla, ut, si tu existens hic in Sicilia, sumas Bullam pro Cajò V. G. existente in Hispania, proderit ne Cajò (postquam is acceptaverit, &c.) illa Bulla, quam tu pro eo in Sicilia sumpstisti?

Respondeo. Mihi videtur profutura, quia jam Cajus existit in loco apto ad summptionem Bullæ; id quod solum requirit Pontifex, dum dicit se dare Privilegia Bullæ existentibus in Hispaniarum Regnis, in Sardinia, & in Insulis Hispania adjacentibus, &c. At Cajus jam existit in Hispaniarum Regnis, &c.

10. Tertius modus est, si tu existas in Regno, ubi Bulla promulgatur, amicus verò sumens Bullam pro te existat in Regno, ubi non promulgatur Bulla, Tu V. G. existas in Sicilia, sumasque Bullam pro Sempronio existente Neapoli.

Respondeo. Duobus modis figurari hic casus potest. Primò si Sempronius sit Neapolitanus, & commoretur Neapoli, & neutriquam declinet in Siciliam, tu verò in Sicilia existens V. G. Panormi, sumas pro ipso Bullam. Et in hoc casu certum apud omnes est, Sempronio non prodesse prædictam Bullam, quia Pontifex vult, ut solum existentibus, vel Declinantibus in Regnum concedatur Bulla. Secundo modo, si Sempronius sit Siculus, sit V. G. Panormitanus, & maneat Neapoli, nec personaliter declinet in Regnum ubi promulgatur Bulla; tu verò Bullam pro illo acceptante V. G. sumas, &c. & in hoc etiam casu d Gallego mihi certum est (& tenet etiam Gallegus d Claus. p. 17. Resol. dub. 6. sum.) quidquid non nemo sentire posset in opposi-

um,) non prodesse ejusmodi Bullam Sempronio. Ratio est, quia licet dictus Sempronius civiliter dicatur esse per suum Procuratorem Panormi, id tamen est ex fictione Juris: at Summus Pontifex ibi (*consistentibus, & declinantibus*) loquitur de vera, & physica consistentia; veraque declinatione, non verò de Juridica, & à Jure facta.

11. Confirmatur, quia si id conceditur Sempronio Panormitano existenti Neapoli, non est ratio, cur non concedatur Sempronio Neapolitano ibidem, id est Neapoli consistenti. uterque enim poterit esse civiliter in suo Procuratore Panormi, & tamen omnes, ut vidimus, negant de Sempronio Neapolitano: esse autem Panormitanum vel Neapolitanum nihil confert ad hanc rem nostram, quando uterque est in Regno, ubi nequam Bulla promulgatur.

SECUNDA DUBITATIO.

De certitudine acceptionis Bullæ.

12. Si meus Pater V. G. soleat ipso die promulgationis Bullæ singulis annis existens hic Panormi sumere pro me Bullam, ego autem existam V. G. Syracusis, possum ne uti Bulla, antequam me ille de acceptione admoneat? Idem quero, si amico commiserim, ut acciperet pro me Bullam, & sciam, ipsum esse diligentissimum, & multoties pro me illum ipso die promulgationis accepisse.

Respondео. Quamvis supponeremus certitudinem moralem, quòd pro te accepta ritè fuerit Bulla, satis esse ad illius Privilegia consequenda, nihilominus dico, hic non adesse ejusmodi moralem certitudinem. In tantis enim periculis mortis, infirmitatis, oblivionis, absentia à loco promulgationis, multitudinis negotiorum, quibus tuus pater, vel amicus subicitur ob humanam conditionem, non potes certò moraliter scire, acceptam ab illis fuisse Bullam, cum hic præsertim agatur de re tanti momenti, quanta est Absolutio à Reservatis, & similibus, quæ certam requirunt potestatem, vel saltem verè probabilem, quæ probabilitas hic non adest, cum pericula prædicta rem faciant valde dubiam. Ita a Gallegus citans Vegam, & Rodriguez. Esto Diana b Henriquez, & Villalobos citati à Tamburinus de Sacramentis.

prædicto Gallego sentiant, tunc adesse certitudinem moralem, sed non sunt audiendi.

TERTIA DUBITATIO.

De duabus Bullis, quarum alteram tantum quis acceperit.

12. EGO pro amico Bullam modo dictam accepi, ejusque nomen inscripsi, illumque de acceptione admonui, sed ipse, quia invenitur jam Bullam suscepisse, non acceperat; Possum ne cum fructu, vel ego, vel ille, alteri eam applicare, qui det mihi elemosynam, quam ego dedi, deletoque amici nomine, hujus nomen inscribere?

Respondео. Villalobos mox citandus dicit, te posse, quia dum acceptatio facta non est, potest Bulla applicari, servatis servandis, cui velis, tunc enim tu es veluti Distributor, seu Depositarius illius Bullæ, dum alteri perfecte applicata non fuit; nam propterea tunc mutare nomen, nullam falsitatem continet, sed est corrigere clarum errorem. Ita Villalobos apud c Dianam.

13. Ipse idem Diana, postquam prædictam doctrinam approbavit ex Villalobos, sicimmediatè addit: *Norandum est tamen, quòd si Petrus sumit Bullam pro Joanne, qui jam alteram acceperat, non potest Petrus illam alteri applicare, quia, ut ait d Vega, realiter ille sumpsit d Vega in eam Bullam cum intentione applicandi Petro, & sum. tom. non aliter, ergo, &c. Et ita testatur, respondisse 1. c. 43. de hoc casu interrogatum Medinam. Hactenus casu 6.*

Diana, in quibus mihi videtur esse contradictio. Si enim ipse ex Villalobos dixerat, posse, te cum fructu applicare alteri Bullam acceptam pro amico, qui invenitur jam accepisse, & nolle nunc acceptare, qua ratione deinde negat cum Vega, aitque Petrum sumentem Bullam pro Joanne eodem modo non acceptante, non posse alteri applicare? Certè utrobique fuit intentio applicandi ei, qui invenitur jam Bullam accepisse, quare videtur idem Casus, non diversus.

14. Vidit, puto, hanc contradictionem e Gallegus, voluitque concordare, & sic distinxit. Si tu quando sumpsisti Bullam pro amico, nulla reflexione usus es, sed solum dixisti: *Volo accipere pro amico*, potes alteri applicare, si amicus non acceperit, atque hic est (ait) casus concessus à Villalobos. Si verò usus

Ec hac

hac reflexione in hunc modum: *Volo accipere pro amico V. G. Ioanne cum intentione illi eam applicandi, non autem alteri, non potes alteri applicare, atque hic est Casus Vega.*

15. Ego sane non sum adeo ingeniosus, ut inter duos hos casus diferimen illud introspectiam. Jam enim quando accepi pro amico sine illa signata reflexione, amico volui applicare, non alteri. Quid enim significat illud (pro amico) nisi amico applicare, & consequenter non alteri. Præterea illa Bulla in utroque casu remanet sine perfecta applicatione, posito quod in utroque casu absit acceptatio. Denique pro utroque non est præsumendum Commissarium, qui jam habuit elemosynam, velle sibi eam retinere, & fructum Privilegii Bullæ nulli conferre.

16. Mihi igitur videtur Villalobos fuisse in sententia concedente posse illam Bullam alteri applicari; sed Vegam in sententia negante. Quamobrem non est, quod recurramus ad concilianda sive duo illa dicta dianæ, sibi contraria, sive duas sententiâs ex opposito diversas, ut propterea a Delugo meritò expressè advertat, Dianam hac in re non fuisse consequenter loquutum.

a Delugo
de pœn. d.
27. nu.
88.

17. Poniò dictus De Lugo l. c. prædictam sententiam Villalobos negat, impugnatque ex eo, quod posito, quod elemosyna facta ab amico nomine meo fuit, & non nomine alterius, nequit per ratificationem deinde alter acceptare; quasi sit facta nomine suo: nemo enim potest ratum habere, quod nomine suo non est factum, sed nomine alterius.

18. Verum esto (respondere posset Villalobos) Elemosyna illa non sit facta nomine illius alterius amici, quia tamen ego nolui acceptare, tamquam factam nomine meo, remanet facta nullius nomine; ergo poterit ille alter amicus non quidem ratificare, sed illam acceptare nunc, tamquam pro se factam.

QUARTA DUBITATIO.

De duabus Bullis, quarum utraque sit à te acceptata.

19. Quid dicendum, quando accessit acceptatio? Casus figurari in hunc modum potest. Commisi amico, ut quotannis fumeret Panormi pro me Bullam; ego autem memor hujus commissionis accepi Bullam

Syraculis animo utramque acceprandi. Vel, Syraculis acceptavi eam, quam ego sumpsi, oblitus illius commissionis impositæ meo illi amico: nam quia, etiam in hoc oblivionis casu commissionem illam nunquam revocavi, & Bullam sumptam Panormi in meo Procuratore me accepisse con vincor, sane etiam in hoc eventu aderit legitima acceptio.

Inquiro jam, cum rescivero Bullam unam mihi sufficere, possumne alteram ex his alteri tertio acceptanti cum fructu applicare, qui mihi elemosynam à me collatam refarciat?

20. Respondeo. Hodie postquam Pontifex Gregorius XIII. (ut mox cap. 14. videbimus) concessit, ut cum fructu bis, in anno eodem possit Bulla sumi, puto, te non posse alteri applicare. Probatum, quia Bulla semel alicui applicata, & quidem cum fructu, nequit alteri applicari, ut ex se patet, secus enim possem meam primam Bullam alteri applicare, quod nullus dixit. Sed tu jam tibi applicasti utramque, & quidem cum fructu concessio à Gregorio XIII. ergo, &c. Minor probatur, & explicatur: nam quamquam fortasse tu non indigebis secunda Bulla, tamen ut illam cum fructu habeas, satis est, si ex illa acquiras (ut certè acquiris) potestatem illa utendi. Neque enim prima Bulla fortasse tu indigebis, eaque fortasse nunquam uteris, & tamen non inde dices, te non accepisse illam cum fructu, & posse illam alteri à te applicari, fructus, enim veluti immediatus est ipsa potestas fruendi, &c.

21. At si loquamur ante hanc concessionem Gregorii, ut item de tertia Bulla, quæ fructuosa tibi non est, tu verò illam, sive per ignorantiam, sive ob aliam causam tibi applicasti, puto, esse probabile, te posse, alteri volenti eam applicare; & ab eodem elemosynam à te datam recuperare. Ratio est, quia cum illa applicatio fuerit exhibita ex errore circa substantiam, id est, circa Privilegia, & fructus utiles Bullæ, vera & valida applicatio non fuit, atque adeo irrita. Ne ergo hac tertia Bulla remaneat inapplicata, & ne Commissarius data elemosyna immerito gaudeat ideo propter eandem doctrinam, quæ n. 12. & n. 15. est allata, poterit alteri conferri.

§. IV.

Explicatur illud (Retinere.)

1. **N**on solum Bullam accipere, sed retinere apud te, seu (ut loquitur Bulla Latina) penes te habere debes. Id quod gravioribus verbis sic præcipit Summarium Bullæ, quod in nostro Regno distribuitur.

Dichiaro, che quelli che piglieranno questa presente Bolla, habbino da ricevere, e conservarsi questo Sommario, e Bolla, ch'è stampata sigillata, e firmata di nostro nome, e sigillo, perche d'altra maniera non guadagnano la detta Bolla, ne le gratie di quella.

2. Hoc (Retinere, seu conservare) nimis strictè, ne dicam, ineptè, explicant nonnulli, putantes, opus esse, illam secum ferre; Immo ineptius aliqui, oportere eam manu tangere, quando utuntur ejus aliquo Privilegio, v. g. quando absoluntur à Reservatis. Dico igitur, satis esse, eam domi suæ retinere: quamvis in alia civitate; immo satis esse, servare eam apud amicum, etiam absentem. (sed non apud Thesaurarium ex dictis §. 3. n. 4.) moralis enim retentio præcipitur, non physica. nam Pontifex loquitur juxta morem, quo solent homines res suas asseruare; & ita sane praxis ipsa timoratorum doctet.

3. Hinc solvitur ea Dubitatio, An si amittas Bullam, amittas ejus Privilegia, quando quidem eam in eo casu jam non retines.

Respondeo cum necessaria Distinctione. Si inculpabiliter amittas, non est, unde cadas à Gratiis. Non enim obligaris ex tenore Bullæ, ut jam vidimus, nisi ad eam humano modo custodiendam. Custodisti autem, dum morali diligentia illam conservasti, quamvis deinde sine tua culpa ea amissa, lacerata, vel combusta fuerit, &c.

4. At si consulto illam amittas, projicias, laceres, &c. concides sane à Privilegiis, non propter rationes, quas quidam minus aptè afferunt, præsertim illam, quia sic videris à te velle removere Bullæ Privilegia; Id enim verum nequaquam est: siquidem non sequitur: Projicio nullam seu ejus scripturam, ergo ejus Privilegia projicio. Non inquam, propter ejusmodi rationes, sed quia clarè, diserte, expressis verbis sub hac conditione, ut Bullam

humano modo conserves, Pontifex tibi ejus Privilegia communicat. Id enim notant ea verba Commissarii, ejus est, mentem Pontificis circa Bullam declarare. (*Habbiano da ricevere, e conservarsi questo Sommario, &c. perche di altra maniera non guadagnano la detta Bolla, ne le Gratie di quella.* Hæc est doctrina communis apud Gallegum, & Dianam, & aliosque ab eisdem citatos. Solum invenio Andream Mendo e putantem, etiam si culpabiliter quis amittat, posse frui Bullæ Privilegiis, sed non est propter nostram rationem audiendus.

§. V.

Duo discrimina notabilia inter Bullam Communionem & Bullam Compositionis quoad earum retentionem & nominis inscriptionem.

1. **D**E Bulla Communi dictum hæc est, eam; scripto nomine accipientis, debere, tum accipi, tum conservari.

Primo igitur contra hoc posterius posset quis in hunc modum argumentari. Bullam Compositionis, de qua infra, non obligamur conservare, sed satis est, illam recipere ergo & Bullam Communionem. Antecedens probatur ex verbis Bullæ Compositionis, quam distribuit in hoc Regno Commissarius, quæ hodie sunt.

Et ordiniamo precisamente, che riceviate in voi questa Santa Bolla, essendoci in essa scritto il vostro nome, perche così vuole, e comanda Sua Santità, e che altrimenti non godiate della compositione, che per essa vi si concede; la quale Bolla ordiniamo, che sia stampata col nostro nome, e sigillata col nostro sigillo.

2. Immo etiam antea sic legebatur in Bulla Compositionis anno 1628. *Et ordiniamo precisamente, che riceviate in voi questa Bolla, perche così vuole, e comanda Sua Santità, e che altrimenti non godiate della compositione, che per essa vi si concede, &c.*

3. Vides igitur, tum hodie, tum antea, numquam in Bulla compositionis apponi, ut illa conservetur, sed solum, ut recipiatur, &c.

Respondeo nunc ad propositam paritatem, negando consequentiam. Hoc enim est primum notabile discrimen inter Bullam communem, & Bullam compositionis, requiri nimirum conservationem Bullæ communis,

Et 2

Bullæ

a Galleg.
Claus. 14.
dub. 18.
b Dian. p.
10. tr. 2.
ref. 4.
c Andr.
Mendo de
Bull. disp.
21. n. 3.

bullæ compositionis conservationem non requiri. Et ratio manifesta est; quia Pontifex per suum Commissarium conservationem mandavit in bulla Comuni, ut vidimus §. præced. non verò in bulla Compositionis, ut modo habuimus nu. 2. & 3.

4. Sed inquireret curiosus, cur id? Respondet recte bardi, a quia in communi bulla multa adsunt Privilegia, quæ habent tractum successivum pro toto anno, unde congruum fuit mandare; ut ea conservaretur, ne scilicet erraret Privilegiatus, quando uti ejus Privilegiis voluerit. At in bulla Compositionis unica est gratia, qua scilicet bullam hanc recipiens liberatur à restitutione incertorum, quæ gratia semel habita, nihil refert bullam conservare.

5. Secundò, potest quis ita argumentari contra Inscriptionem nominis in hunc modum. In bulla Compositionis hodie necesse est, ut inscribatur nomen accipientis sub pœna Compositionis gratiam non obtinendi, ut apparet ex verbis nu. 2. recitatis; ergo sic erit in bulla Comuni, & tamen supra §. 2. diximus ex bardi in hac communi bulla expediens id esse, non necessarium.

Respondeo simili modo, quo respondimus ad præcedens argumentum, non esse scilicet id mirum, quia in textu bullæ communis non apparent, saltem manifestè in illa sententia P. bardi, verba, quæ annullent concessionem, si non scribatur nomen, ut ibidem dicto §. 2. legisti. At verò non apparent clarè in bulla Compositionis, ut jam item modo legisti nu. 2. Atque hoc est secundum notabile discrimen inter has duas bullas.

Cur autem hoc? Respondeo, me putare, Pontifici satis fuisse, rationem honoris recipientis bullam habuisse, dum non requisivit, ut hæc bulla conservaretur; vnde eidem non visum non est necessarium, concedere, seu permittere, ne inscriberetur nomen.

Respondeo secundò. Rationem, cur hoc discrimen voluerit Pontifex, Pater bardi asserere debet, non autem nos, qui citato §. 2. docuimus, scribendum esse nomen, etiam in bulla commu-

ni.

CAPUT DECIMUMSEXTUM.

Concessio Gregorii XIII. per quam bis Bulla sumi potest.

Ea sic habet apud a Gallegum, & apud b a Gallegum Trullench.

Ac etiam, ut omnes Christi-Fideles, non tantum libri clari semel, sed bis, singulo quoque anno, servatis 11. tenore, & forma prædictis, quibus eodem anno b Trullench Summarium sumpserint, tam pro se. l. i. de quam per modum suffragii pro Animabus in Bull. 1.1. Purgatorio detentis, Indulgentiis, Concessionibus, Gratiis, & Indultis prædictis uti, & potiri, & gaudere, ac dictorum Bonorum spiritualium participes fieri valeant, in Domino misericorditer concedimus, & indulgemus.

§. Unicus.

De secunda prædicta Bulla, qua eodem anno recipi potest.

1. **C**um hæc Bulla sit mera extensio ad solam iteratam receptionem (sed certè non ad tertiam) ideo omnia sunt pro illa servanda, quæ diximus in præcedentibus, nam propterea non sunt repetenda. Notanda tantummodo sunt duo.

2. Primò, hæc secundam Bullam possi sumi simul cum prima, vel postea intra annum, quando liberit. Ita Gallegus c inferri-
vict aut illa, sive pro toto anno, si initio accepisti, sive pro solo tempore, quo sumpstisti, usque ad finem anni. Interviet, inquam, pro tribus Privilegiis. Puta Primò, ut possis acquirere iterum Indulgentiam plenariam in vita, & iterum in morte, licet per primam Bullam eam acquisieris. Secundò, ut obtineas iterum absolutionem ab iis reservatis, à quibus semel fortè absolutus fuisti per primam Bullam. Tertiò poteris iterum, seu bis, accipere eodem anno Bullam pro Defunctis, de qua Cap. sequi. atque adeo bis applicare propriis plenariam Indulgentiam.

3. Norandum Secundò Eleemosynam pro hac secunda receptione Bullæ, conferri debere à privatis, duorum Realium, ab Insignibus verò Personis, octo; Hoc est, præter eleemosynam datam pro prima Bulla, debet alia similis pro hac secunda porrigi, ut diximus c. 3. §. 7. n. 10.

Atque

Atque hæc de Bulla Vivorum, sequitur de Bulla pro Defunctis, deque Bulla Compositionis brevis, sed pro praxi, ad quam semper intendimus, sufficiens explicatio.

CAPUT XVII.

De Bulla pro Defunctis.

1. In Bulla latina sic habetur.

Item, eadem Indulgentia (utique plenaria) suffragabitur per modum suffragii, etiam animabus Defunctorum, pro quibus in huiusmodi subsidium (nempe Belli contra Infideles) proficisci, vel Milites mitti contigerit, aut pro quibus non euntes, nec mittentes, tamen elemosynam de bonis suis juxta taxam per Commissarium, personarum qualitate inspecta, faciendam, pro Religionis defensione contulerint.

§. I.

Explicatur illud (per modum suffragii.)

1. Quemadmodum si quis in Carcere esset detentus ob debita, quib⁹ premitur, duplici posset modo liberari, Primo, si Princeps illum absolveret per sententiam, vel alio legitimo modo, ab ejusdem debitis; Secundo, si amicus aliquis offerret Creditoribus solutionem dictorum debitorum; quorum prior liberatio diceretur haberi per absolutionem, posterior per modum auxilii, quod per oblationem satisfactionis affertur ab amico; Ita anima, quæ existit in Purgatorio posset liberari, Primo, si Deus, vel Delegatus ab illo illam absolveret. Secundo si quis per sua bona opera pœnalia offerret pro ipsa tantam satisfactionem, quanta sufficit ad debita dictæ animæ compensanda. Prior ex his modis vocetur absoluta, ut ita loquar, liberatio, seu condonatio, seu Indulgentia per modum absolutionis. Posterior vero vocetur liberatio, seu Indulgentia per modum suffragii, siue auxilii; Ille enim, qui sua opera, pro anima offert, auxilium affert animæ.

2. Jam vero Summus Pontifex, cui dictum est, *Quicumque solveris super terram*, &c. concedit vivis, per potestatem Judicialiam, quæ valet suos subditos absolvere, concedit, inquam, auctoritative Indulgentiam, & liberationem à pœnis, quas illi debent: nam

ex Thesauris Ecclesiæ ipse, qui est ejus administrator, & distributor satisfactionem tantam, auctoritate à Christo sibi communicata exhibet Deo, quantam debet Fidelis, cui Indulgentiam confert. At verò, quia eidem Pontifici non sunt subditæ animæ Purgatorii, nec ab ipso ligari, vel solvi auctoritative possunt, cum tamen possit idem per modum auxilii offerre Deo pro anima tantam satisfactionem, quantam ea anima debet, ad hoc enim non requiritur, quod anima sit illi subdita, ideo tunc dicitur, quod per modum suffragii, seu auxilii ejusmodi animas liberet. Unde vides, non differre Indulgentiam Plenariam pro vivis, ab Indulgentia Plenaria pro Defunctis; utraque enim animam liberat: solum pro vivis Pontifex, per Indulgentiam illam, remittit pœnam juxta prædicta, ut administrator; pro Defunctis autem, ut auxiliarius. Hæc rudi Minerua indoctoribus delibasse sufficiat.

3. An autem utraq; hæc satisfactio à Pontifice oblata Deo, acceptetur ab ipso de condigno, & ex justitia, ut tenent tamquam probabilius a Trullench, aliique apud b Bar. a Trull. in di, an potius de congruo ex liberalitate, & Bull. du. 4. misericordia, ut tamquam probabilius tenent num. 6. e Soto, aliique, quos sequitur ibidem Bardi, b Bardi p. quamque valde rationabilem existimat d. 4. de Bull. Bellarmianus, ut item, an Deus illam acceptet tr. 2. c. 2. infallibiliter, ut tenere consequenter debent sec. 4. Trullench, aliique cum sequentes; an vero c Soto in fallibiliter, ut tenent alii cum Soto, sunt 4. disp. 19. Quæstiones Theologiæ videndæ apud præ- q. 2. ar. 4. dictos, & apud e Suar. um. d Bellar. l. 1. de Indu. c. 34. n. 4. e Suar. 3 p. 10. 4. disp. 84.

§. II.

Conditiones requisitæ pro Bulla defunctorum.

1. Omissis iis, quæ pertinent ad animas illorum, qui ad Bellum contra Infideles proficiscuntur, vel eorum, qui ad idem Bellum Milites destinant; nostrum erit, de hodierna tantummodo communi Praxi loqui, quæ Fideles, data elemosyna (modo quo supra diximus c. 16. §. unico n. 3.) Indulgentiam plenariam virtute Bullæ applicant pro defuncto, hoc est pro anima existente in Purgatorio.

Hoc autem initio ne te prætereant duo. Primo, hanc Indulgentiam, quæ per hanc Bullam confertur, esse diversam ab illis Indulgentiis stationum explicatis in superiori-

bus,

a. *Supra*
c. 10.

bus, a quæ possunt etiam, ut ibidem vidimus, pro Defunctis applicari. Secundo, à Fidelibus solum designari Animam, cui est applicanda Indulgentia, at à Pontifice illam impartiri, ut late diximus eodem cap. 10. §. 4. num. 2.

2. Quoniam autem hæc Defunctorum Bulla est pars Bullæ Vivorum, ideo potest bis sumi modo dicto cap. 16. n. 2. Debet item accipi, acceptari, ac retineri, seu conservari, modo, quo de Bulla Vivorum supra decrevimus cap. 13. §. 2. & sequentibus.

3. Quid de inscriptione nominis? Respondeo propter eandem rationem, quia hæc est pars Bullæ Vivorum, idem dic, quod de inscriptione dicti nominis diximus ibidem.

4. Certe praxis est, in illa scribi nomen, tum ejus, qui Bullam accipit, tum ejus, pro cuius anima accipitur. Verba hujus Bullæ, quæ in Regno nostro distribuitur, sunt sequentia.

Per quanto voi, Pietro Romano, d'astino due Reali di plata (cioè d'argento) ch'è quello, che stà tassato, e dichiarato per noi il Dottor D. Pietro Paceco Commissario Generale della Santa Cruciatà à beneficio dell' Anima di Bernardo Amodeo, e ricevestino in voi questa Santa Bolla, li è concessa l' Indulgenza sopra detta, &c.
Jam vero proprias difficultates ad Bullam hanc pertinentes, hic subnectamus.

PRIMA DIFFICULTAS.

An qui Bullam Defunctorum accipit, oporteat esse in statu gratiæ, ut Anima proficiat acceptatio, & applicatio pro illa?

5. **R**espondeo, valde probabile esse non oportere propter rationem dictam c. 10. n. 3. sed quia alii sustinent oportere, ideo providum est consilium, ut proxime moriturus committat hæredi, ut sumat pro ipso, quando morietur hanc Bullam, nam quando deinde hæres illam accipiet, vel applicabit id faciet nomine alieno, non proprio, unde certò non requiretur in hærede status gratiæ. Quemadmodum si meo servo peccatori jubeam elemosynam pauperi dare, nihil mihi officit ejus peccatum, quia non agit nomine suo, sed meo. Aliud simile consilium habebis infra num. 7.

An hac Bulla possit applicari pro multis Defunctis?

6. **R**espondeo. Ita putat Mendo, b quo pacto Indulgentiæ fructus divideretur in illos plures pro rata. Sed illum audire non possum, si quidem in Bulla hac, quæ distribuitur, expresse ponitur ut modo vidisti, (*pro anima talis persone*) ergo solum pro una applicari potest, cui rationi nimis frigide ipse Mendo respondet, dum dicit, id poni, quia communiter Fideles pro una anima solent applicare.

TERTIA DIFFICULTAS.

Quanam ratione facienda est Applicatio?

7. **R**espondeo, modo duplici, vel nimirum primo, si qui accipit Bullam determinet ipse, vel alius talem animam, vel Secundo, si dicat, seu intendat, se velle liberare illam animam, quam determinabit Deus. Ita docet Mendo. c

At quando nam Anima liberabitur, quando accipitur Bulla, an quando applicatur? c. *Idem.* Respondeo, si Bullam recipiens, erogata, seu c. d. 13. promissa, modo supradicto, elemosyna, si n. 14. mul applicat, tunc liberabitur, at, si prius accipiat, sed inde ad tempus applicet, sane liberabitur, quando applicat. Ratio est, quia ultimum requisitum est applicatio. Unde, si tu, dum Bullam accipis, non sis in gratiæ statu, expediet non applicare tunc, sed quando eris in gratia, ut nimirum securius opereris, propter illam opinionem, quæ requirit in Fideli gratiæ statum, ut is operetur utiliter pro Defuncto.

Nota, semel facta applicatione pro anima v.g. Petri, te non habere potestatem applicandi alteri, quia facta à te applicatione, jam suum effectum adæquatè habuit tua Bulla.

QUARTA DIFFICULTAS.

An pro hac Bulla Defunctorum requiratur dari Elemosynam?

8. **R**espondeo. Requiritur, ita enim explicuit, seu taxavit Commissarius, cui data est taxandi potestas.

Illud

Illud tamen ne ignorato, pro hac Bulla sufficere eandem quantitatem elemosynæ pro omnibus, sive privatis, sive insignibus personis, & quidem in nostro Regno duos Reales. Ratio est, quia pro viventibus distinctionem apponit Commissarius inter privatas, & insignes, non autem pro Defunctis: & merito, quia voluit illis sanctis animabus favere liberalius.

QUINTA DIFFICULTAS.

An hac Defunctorum Bulla possit sumi pro existente in alio Regno?

R Espondeo verbis Ludovici a Cruce (Concedit, inquit, S. Pontifex, ut qui Bullam in ipso Defunctorum Bullam sumptuerint, possint eam cuicumque animæ in Purgatorio existenti applicare, dummodo duos argenteos in subsidium Belli contra Infideles solvant, &c. Notas illud cuicumque animæ? Vivus ergo recipiens Bullam, debet esse in Regno, ubi Bulla promulgatur, non autem necessario ille, cui applicatur, vel applicanda est indulgentia.

SEXTA DIFFICULTAS.

An hac Indulgentia possit acquiri pluries pro Defuncto?

R Espondeo, solum semel cum una Bulla, & iterum cum alia, sed non tertio cum tertia, &c.

Illam autem opinionem Trullench putantis, quoties cum una Bulla applicatur a Fidele, qui Bullam hanc accepit, hæc Indulgentia, toties Indulgentiam acquiri pro anima, mihi videretur opinio nimis fictitia, nam cur requiritur nova concessio Pontificis, ut bis hæc Bulla sumi possit, qua iterum acquiratur Indulgentia? & cur Fideles nunquam hac Praxi, quod sciamus, usi sunt?

11. Illud occasione hac solet inquiri, cur bis in anno potest utiliter sumi hæc Bulla? Immo cur fructuosum est, altero & altero anno pro eodem defuncto subinde Bullam sumere. Ratio dubitandi est, quia, si per unicam Bullam semel habita Indulgentia, Deus liberat animam, jam non est opus alia secunda, multo minus tertia, &c.

Respondeo. Sanè cum fructu pluries Bullæ

sumuntur, quia possunt concurrere circumstantiæ, ob quas per priores Bullas non acquiratur Indulgentia: ut si accidat, non esse causam sufficientem, ad illam Indulgentiam concedendam, si non sit in gratia, qui Bullam suscipit, applicatque (nam non est, nisi in opinione, quod in prædicto non requiratur gratia) denique si Deus non acceptet (est enim in simili opinione, an Deus infallibiliter nec ne acceptet, ut §. præced. n. 3. indicavimus) Addit Castropalaus b. n. in eadem scilicet b. Castrop. de re posse, an opera ad Indulgentiam requisita Bull. p. 12. ipse exequatur, pro ut Pontifex intendit, & num. 4. necessarium est ad Indulgentiæ valorem, & rursus numinem scire an, etiam te ignorante, elemosyna erogata pro Bulla sit aliena, vel, an Depositarius, seu distributor tibi dederit Bullam alterius; vel, an ipse sit raptor, simulator, vel non legitimus Minister. Præstabit igitur iterata Bullarum acceptio, non pro defunctis modo, verum etiam pro viventibus. Quod dicitur est de his Indulgentiis per Bullam, dic universaliter de aliis Indulgentiis, prudenter nimirum eas, pluries, & pluries sumi. Hactenus de Bulla Defunctorum satis.

CAPUT XVIII.

De Bulla Compositionis.

Per hanc Bullam concedit Pontifex Fidelibus etiam Religiosis, & siquidem diximus c. Castrop. de supra c. 3. §. 2. n. 12. Religiosos posse omnibus Bull. Cru. Bullæ Cruciatæ Privilegiis frui, præter usum p. ultimo, laetificinorum, & quæ ad Sacramentum Pœnitentiæ pertinent, ut si forte habeant aliquid ex bonis male ablati, vel retenti, facta elemosyna, positisque conditionibus mox explicandis, possint illa omnia sibi tuta conscientia retinere.

Hujus autem concessionis Justitia & honestas, ut etiam potestas Pontificis ad illam exhibendam hic a nobis, qui solum ad praxim intendimus, tamquam certa supponitur, videnda si placeat apud Trullench, Bardi, Ludovicum à Cruce, aliosque hujus Bullæ diligentes explanatores.

Porro verba Pontificis hanc compositionem concedentis hæc sunt. *Ut possit Commissarius componere super illicite habitis: nec non super medietate legatorum omnium, quæ propter male ablata facta sunt, si Legatarii*

per

per annum in exactione negligentes fuerint, ac super illis quæ facta erunt (hoc est, quæ inveniuntur esse iam facta) & quæ dicto anno durante fient, si Legatarii inveniri non potuerunt, nec non super male ablatis, & per usurariam pravitatem, aut aliter male acquisitis, si in omnibus præmissis casibus (præterquam dicta annalis negligentia) persona, quibus restitutio, seu solutio faciendæ est (præstato per restitutorem Iuramento de diligentia per eum facta pro inveniendo Legatario seu Creditore, & minime inventio non reperiantur; possit, inquam, Commissarius componere, & ita debitores liberari.

Et paulo post.

Ita etiam datur facultas eidem Commissario componendi cum eis, qui ad restitutionem fructuum ex omissione horarum Canonicarum tenentur; ita, ut quantitas compositionis, pro medietate, Ecclesie, vel aliis locis, quarum, vel quorum ratione Horas prædictas recitare debent, & pro altera medietate, in subventionem huius negotii detur.

§. I.

Explicatur Caput illud Primum se componendi, id est super illicite habitis, & super male ablatis aut aliter male acquisitis.

Illicite habitæ, seu retentæ sunt, quæ quamvis sine peccato, propter bonam fidem, vel ob iustum contractum, vel ob aliud habitæ olim fuerint, suo tamen tempore restituta non sunt. Male vero ablata sunt illa, quæ cum peccato, & iniustitia surrepta fuerint, nec Domino reddita, quod posterius magis magisque enodare volens Pontifex addidit, & per usurariam pravitatem aut aliter male acquisitis.

2. Pro his igitur format Generalem hanc Regulam Trullench. a Compositio, de qua loquimur, generaliter fieri potest in omni eventu, in quo constat, Restitutionem faciendam esse ratione rei male acceptæ, vel iniustæ retentionis, duabus conditionibus concurrentibus, prima, ut, facta debita diligentia, Dominus certus, aut ejus hæres non appareat, (quam primam conditionem paulo post §. 5. nos illustrabimus.) Secunda, ut hæc bona ablata non fuerint ex confidentia huius Bullæ. De qua item conditione nonnulla nos addemus non multo post §. 7. n. 4.

3. Proferunt, & illam aliam Regulam Do-

ctores apud eundem Trullench. b & Delugo b Trull. c Quotiescumque aliqua cedunt Pauperibus, l. 3. dub. 4. vel Locis Piis, hoc est deberent illis distribui, num. 4. potest fieri compositio.

Signate dictum est (cedunt) non vero dictum est (debentur) id quod sic explicat, Andreas Mendo. d Si restitutio faciendæ sit Ecclesie, (ait) ex eo, quod fraus aliqua in illam patrata est, non potest debitor componi per Bullas, quia à Pontifice, & Commissario non conceditur compositio de bonis, quæ certo Domino debentur, at hic certus est Dominus, nempe determinata illa Ecclesia. Nec conceditur de omnibus bonis pertinentibus ad pia opera, quorum Pontifex est administrator, sed de his, quæ non sunt ablata ab ipsis piis operibus & tamen restitutio esset ei faciendæ, vel quia Dominus non est certus, vel quia bona turpiter acquisita sunt, & proprio Domino non sunt reddenda. Hinc si quis abstulisset bona pertinentia ad Ecclesiæ fabricam, non posset per Bullam componi, sed deberet ipsi fabricæ restituere, &c.

Prædictarum Regularum ratio illa est, quia de his Pontifex Summus, ut administrator rerum etiam temporalium, quando ad bonum animarum faciunt, modo à Doctoribus latius explicato, potest disponere, atque adeo de illis compositionem concedere.

Jam vero, ut quæ sunt in titulo huius §. explicarentur, apposuit Commissarius Cruciatæ multos casus in ipso Summario vulgari, quod compositionem postulantibus distribuit, qui breviter sunt sequentes.

De acquisitis cum peccato.

4 ET quidem quoad male ablata, quæ ex iniusta receptione, vel damnificatione debentur. Potest Primo Compositio expediri, (ait Commissarius) si Judices, si Advocati, si testes, si Notarii, si similes Officiales aliquid iniuste receperint, ita, ut secundum Regulas Restitutionis restituere incertæ personæ obligentur; satisfacto semper illo, cui damnum fortasse ab ipsis illatum est. Nota, aliquos & Doctores compositionem hanc Judicibus concedere solum super accepta ob administrationem Justitiæ in causis temporalibus: Sed Castropalaus f concedit, etiam in spiritualibus. Illum lege.

5. Secundo, si quis iniuste aliquid receperit, ut intercederet pro iniusta sententia, restitutor semper damno parti læsæ.

Ter-

a Trull. in
expos. Bul.
compos. l. 5
c. 19.

c Trull.
l. c. cap. 1.
Henricus
part. 1.
c. 35. n. 1.
Castrop.
ad id.
Bull. pa.
ult. §. 1.
num. 4.

6. Tertio, si in ludo per fraudem aliquid injuste quis acquisierit ab eo, quem nunc invenire non potest.

Nota, si tu forte luseris cum Beneficiario, vicerisque illam partem superfluum, quam is tenetur distribuere Pauperibus, doceri à *a Delugo* l. c. dictam partem deberi pauperibus, atque adeo posse, te de ea componi; at doceri à *b Bardi* p. 3. Tr. 5. dec. 2. sec. 3. pauperibus non deberi, neque componi te posse. Ratio hujus posterioris sententiae, quam libentius sequor est, quia, cum sit hodie probabilis opinio Beneficiarium esse Dominum, etiam illorum bonorum, quae ipsi sunt superflua, jam à te scitur Dominus, puta beneficiarius, ergo illi, non vero pauperibus restituere debes, si per fraudem vicisti. Quod si vicisti sine fraude, illa tibi retine, quia ea habuisti à Domino suae rei: esto beneficiarius peccaverit, sic ludendo, & fortasse etiam tu, si sciens cooperatus es cum illius peccato.

7. Quarto, si ob fictam paupertatem, vel similem fictionem aliquid recepisti, quod restituere obligeris.

8. Quinto, si quid debeas ob damnum, quod venando, piscando, pascendo, vel alio modo alicui intulisti, semper incerto eo, cui damnum illatum est.

9. Sexto, si honesta mulier [non publica meretrix] aliquid ob turpem usum habuerit.

10. Septimo si per injustam venditionem, vel emptionem vini, vel aliarum rerum, siue fraus fuerit in mensura, siue in alio &c.

De acquisitis sine peccato, ubi de Inventis.

11. Quoad rem acceptam Potest, primo, fieri compositio, si quis habeat pecuniam, vel aliud incerti Domini apud se depositum.

12. Secundo, si ex contractu, vel quocumque alio capite aliquid quis incertae personae debeat.

13. Tertio, si quis aliquid habeat, quod casu invenerit, nec sciri possit Dominus, Haec autem alicubi esse à Rege, & sub praepo, vel excommunicatione à Pontifice applicata Ordinibus Sanctae Mariae de Mercede, vel Sanctissimae Trinitatis ad redimendos Captivos, unde non possit de illis componi, contendit *c Ludovicus* à Cruce. Verum nos sequimur alios Doctores cum quibus.

Tamburinus de Sacramentis.

14. Dico Primo. Casu Inventi, si post debitam diligentiam inveniri Dominus non potest, probabilissimum esse, posse ea sibi aservari ab Inventore cum intentione ea Domino reddendi, si is comparterit. Ratio est, quia nec ex jure naturae, nec ex jure positivo probari potest oppositum, modo dictum animum habeat Inventor. Id fuisse probat *Mendo* l. c. au. 17.

Addit idem Disp. 14. c. 17. n. 182. Idem esse de bonis naufragantium, eo ipso enim quod inveniri non potest eorum Dominus, sunt & quae bona inventa, & excommunicatio in Bulla Coenae solum loquitur, cogito, vel comparente Domino.

15. Dico Secundo, & nec ullam esse in conscientia obligationem reddendi bona incerta inventa siue animata, siue inanimata, Cruciat, aut praedictis Ordinibus. Ratio est, quia si Inventor ea licite, juxta hanc opinionem retinet, non cadet in ipsum, nec praepotum, nec excommunicatio, quae solum sunt lata juxta aliam oppositam, quae certe probabilis est.

16. Idem *Mendo* d. Disp. 33. n. 23. docet, posita praescriptione (quae ponitur post certum tempus à lege definitum, de qua passim Jurisconsulti) non obligari inventorem reddere rem inventam Domino comparenti, quia per praescriptionem legitimam is acquisivit rei Dominium absolutum; sic concedentibus legibus Praescriptionis.

17. Sed difficilis mihi est haec Decisio, ad legitimam enim praescriptionem requiritur, ut res à possidente teneatur tamquam sua absolute, & non nomine alterius; at hic inventor nomine Domini possidet, dum eam retinet sub conditione, donec Dominus comparterit, non vero absolute, & nomine suo. Sed redeamus ad nostra.

18. Ex dictis patet, te non indigere compositione pro praedictis inventis in nostra opinione, indigere autem in alia probabili, quam hic sequitur Commissarius.

19. Hi sunt praedicti casus in Summario collecti, in quibus semper intellige, quando facta debita diligentia, ignotus est Dominus, ut item semper intellige, quando is, quicquid habet, restituere obligatur. Quod advertitur, quia Commissarius in multis ex praedictis casibus enumeratis, secutus est opinionem probabilem, quod illa bona resti-

ff

ruenda

zuenda sint, ut V. G. in muliere dante usum sui corporis, & in rebus casu inventis, ut modo dictum est & c. Nam cæterum quando ad est opinio probabilis, quod restituenda non sint, potest quilibet hanc sequi, & sic de compositione non esse sollicitus. Et quidem Trullench, Bardi, & Mendo latius in expositione hujus Bullæ (utiliter quidem) agunt de casibus, quando prædicti obligantur restituere, quando non item: sed quia id, est digredi ad alias materias, ideo ab his mihi abstinendum hic omnino fuit.

§. II.

Explicatur illud secundum Caput. Super medietate legatorum.

1. **E**Xfiguratione casus id facilius docebitur. Titius in fine vitæ cognoscens seu dubitans apud se esse summam centum V. G. aureorum ex male ablatis (ut exoneret suam conscientiam) legat, Ecclesiæ S. Petri, vel Paulo pauperi summam illam. Accidit autem, ut illa Ecclesia, seu ejus Rector, & pauper ille, fuerint negligentes per annum nequaquam exigentes à Titii hæredibus ejusmodi legatum. Ajo, hos Titii hæredes posse super medietate hujus legati, hoc est supra quinquaginta aureis se componere per hanc Bullam, data tamen alia medietate illi Ecclesiæ, vel Pauperi, legatariis.

2. Nota autem hic Primò, in hoc casu non requiri incertitudinem Domini, nam in aliis requiritur (ut supra dictum est) Dominum esse ignotum. Sicuti etiam, non requiri dicitur §. 4. in omittente horas Canonicas. Quod autem etiam si notus sit Dominus, possit hanc compositionem concedere Pontifex non solum pro legatis faciendis in illo anno post promulgationem Bullæ, quod concedunt omnes, verum etiam pro legatis jam factis ante Bullæ promulgationem, quod negat Delugo, lege apud Bardi etiam hoc posterius concedentem.

3. Nota secundo, debere intercessisse negligentiam Legatarii; unde si ejusmodi legati notitiam sine sua culpa nequaquam is habuit, non currit adversus illum prædictus annus, nisi à die notitiæ legati.

4. Nota Tertio, male ablata, pro quibus constituta diximus hæc legata, non debere

esse facta ob confidentiam Bullæ, tunc enim, ut dictum est, compositio nulla conceditur.

5. Nota Quarto id, quod advertit §. 7. n. 5.

6. Nota Quinto Si summa medietatis legati excedit summam centum mille maravedis hispanicarum, seu unciarum Sicularum 128. tar. 20. & gr. 6. (id quod mox explicabimus clarius §. 6.) de excessu debere fieri compositionem immediate cum Commissario, si non excedit, sumi posse tot Bullas, quot §. eodem definiemus.

7. Porro, cum certum sit apud omnes, hæredem, ne supprimat rem alterius, debere admonere legatarium de legato ipsi à Defuncto relicto (si aliunde is non sciverit) ut à die notitiæ, ut diximus, currat prædictus annus. Inquires, quemnam admonere, si legatum factum est Pauperibus, vel pio loco in communi?

Respondeo. Admonet Procuratorem pauperum, vel Rectorem loci pii, vel Episcopum, vel breviter illum, qui curam habet de iis legatariis, quibus Defunctus voluit prodesse. Ita Mendo disp. 34. c. 4. n. 56.

Inquires iterum. Si dicti Procuratores sint negligentes; unde post annum amittat locus pius V. G. medietatem legati, ex eo, quod hæres se composuit, ad quid Procuratores, obligabuntur? Respondeo. Sine dubio, ad restituendam tali loco illam medietatem amissam, si per culpam ipsorum gravem ea amissa est. Semper suppono, hos esse Procuratores ex officio, & ex stipendio, vel quia muneri suo est annexa procuratio, nam si eam ex caritate gerant, quamvis peccaverint, ad restitutionem non tenebuntur. Ita Mendo ibid. n. 37.

§. III.

Explicans Caput illud Tertium. Ac super illis legatis, & c.

1. **S**I quando adsint legata quæcumque, tametsi non fuerint facta ad exonerandam conscientiam; legata, inquam, sive facta ante Bullæ promulgationem, sive quæ fient post illam, durante anno tuæ Bullæ, quæ quidem legata tu, utpote hæres legantis, solvere legatariis ad assem teneris, si tamen dicti legatarii, adhibita morali diligentia, inveniri non possunt, poteris tibi consulere per hanc compositionem, non solum quoad partem,

verum

verum etiam quoad totum. Hæc enim cum sint in hoc casu incerti Domini, debentur Pauperibus, atque adeo sunt compositionis capacia. Differt hic casus à præcedenti in duobus, nam in præcedente notus erat Dominus. Et legatum factum erat ad exonerandam conscientiam, quæ duo non sunt in casu præfenti.

2. Nota autem hic Primo, si summa excedit decem mille maravadi hispanos mox explicandos §. 6. debere fieri compositionem per Commissarium, si non excedit posse per tot Bullas, quot mox eodem §. 6. dicemus. Et subadverte, quando compositio fit per Commissarium, debere ejusmodi hæredem jurare se diligentiam moralem adhibuisse ad inveniendos legatarios modo universaliter explicando §. 5. hinc, quod Juramentum non requiritur, cum per Bullas &c.

5. Nota Tertio. Quod dicitur de legatis prædictis incertis, dic de fidei commissis incertis, nam legata, & fidei commissa saltem in hoc equiparantur, ut recte Villalobus, a aliique.

a Villalob. 12. 29. nu. 4. Nota Quarto id quod infra dicam §. 7. 22. Mendo num. 5.

dis. 34. c. 5. Nota Quinto si Cajus v. g. determinatæ personæ Titio v. g. legat aliquam summam, quam à Titio furatus fuerat, vel quomodo-cumque ab illo habuerat, nō posse prædictos Caii hæredes uti Compositione, quia tunc certus est creditor, & legatum illud potius est restitutio, quam vere legatum.

Si Defunctus habebat bona, super quæ poterat componi, an de iisdem possit componi hæres, dicam mox §. 4. num. 13.

§. IV.

Explicat illud Quartum Caput. Et super fructibus debitis ex omissione Horarum Canonicarum, & fructibus ex redditibus Ecclesiasticis male perceptis.

b Mendo d. 34. c. 3. c Trullen. l. mox cit. d Bardi p. 3. tr. 5. disp. 2. c Trull. l. 3. de Bulla c. 2. 1. Siquis Ecclesiasticus Beneficiarius non recitavit Horas Canonicas, vel Beneficium habuit sine titulo, vel aliud non Canonicè obtinuit, & tamen fructus Beneficii percipit, cum injuste perceperit, debet eos restituere, sed b potest uti hac compositione, de qua loquimur, (quantum debeat restituere; qui omittit Horas Canonicas vide Castropalaum c Trullen d Bardi. e)

Idem si excommunicatus, vel suspensus, vel

Irregularis eos fructus perceperit, idem, inquam, dic in sententia eorum, & in casibus illis, in quibus vide Trullench f aliosque. Idem f Mendo. quod dicitur de beneficiario non recitante disp. 34. Horas, dic de Pensionario,) propter eandem c. 2. n. 28. rationem) non recitante officium B. Mariæ Virginis.

2. Hic autem est quædam conditio observanda, ut ultra duos Reales, quos ejusmodi beneficiarius debet erogare pro una Bulla, quæ remittit ipsi mille maravadi Hispanos. mox explicandos §. 6. debeat dare alios duos Reales Ecclesiæ in qua est Beneficiū, pro quo compositio expeditur, & sic pro aliis singulis Bullis quibus indigebit beneficiarius. Quod si summa à Beneficiario male percepta excedit decem mille maravadi eodem §. mox explicandos, unde debeat compositio immediate fieri cum Commissario, summa compositionis debet dividi, cujus altera pars media detur in subsidium Belli, altra tribuenda est pari modo Ecclesiæ, ubi est beneficium, Hunc sensum faciunt illa verba Summarii vulgaris, quod in nostro Regno distribuitur pro hac compositione *Che habbi da dare aleri due Reali alla fabrica della Chiesa del Beneficio &c. e volendo si componere di piu' s'offerui l'ordine dichiarato di sopra.*

3. His declaratis, Nota primo, super Distributiones quotidianas, si quando quis, cū non interfuerit Choro, illas tamen accepit, non posse fieri compositionem, Ratio est manifesta, quia hæ accrescunt interessentibus, ergo cum Dominus sit certus, non est locus compositioni.

4. Idem propter eandem rationem dic de cas. 2. n. 5. fructibus beneficii cujuscumque, quando ex speciali statuto, vel consuetudine legitima aliis sint attributi. Lege Andreæ Mendo, qui tandem concludit, id esse, saltem tamquam tutius amplectendum.

5. Nota Secundo, nec item posse fieri h cō positionem super redditus, quos forte perceperunt Parochi, vel Episcopi non residentes ultra tempus ipsis à Tridentino i concessum. i Trid. sess. Ratio est, quia ibi Concilium prohibet, ne de iis fiat compositio; & ex alia parte non apparet in Bulla hac revocari hujusmodi prohibitionem.

6. Idem recte docet Ludov. à Cruce de fructibus non rite perceptis ex beneficiis incompatilibus, quia ex Tridentino citato non

residentes non possunt, ut modo dictum est, componi: at ille qui habet duo Beneficia incompatibilia non potuit in utroque reside- re, & ita testatur dictus Ludovicus, respon- disse Commissarium Cruciatæ de hac re in- terrogatum; sed bene notat Mendo *a* posse componi de fructibus beneficii, ubi forte re- sedit, quia, quoad hoc, non repugnat Triden- tinum.

*a Mendo
d. 34. c. 3.
m. 36.*

*b Trull.
l. c.*

7. Nota Quarto, quid de fructibus benefi- cii vacantis? Respondeo, De his fusè loquen- tem legi posse Trullen. *b* qui denique ait, fru- ctus tempore veræ vacationis provenientes, in sententia multorum, debere successoribus, vel convertendos esse in Ecclesiæ utilitatem, atque adeo cum sic certi sint creditores, non habet (ut aliqui censent) locum compo- sitio.

*c Idem l. c.
cui addit
Mendo d.
34. c. 3.
n. 42.
d. Suar. l.
4. de Re-
lig. c. 53.
m. 26.*

8. Dixi (ut aliqui censent) nam ceterum ipse idem Trullench *c* putat, etiam super fru- ctibus veræ vacationis prodesse compositionem, tamen si successoribus ii deberentur (de qua tamen re, hoc est cui debeantur tales fructus est solennis questio: & tandem Sua- rez *d* dixit consuetudinem legitimam cu- juscumque loci esse servandam.) Ratio prop- ter quam super his compositio possit expedi- ri, est, quia adhuc antequam successor il- losumat, sibi que vendicer, sunt in disposi- tione Pontificis, qui Commissario delegavit potestatem super illis compositionem conce- dendi.

*e Lud. à
Cr. d. 3.
dub. 18.
Trull. l. 3.
c. ult. fi-
ne.*

9. Nota Quinto, non posse *e* expediri com- positionem super stipendiis pro Missis cele- brandis male perceptis: nā constat, eas Missas esse celebrandas pro iis determinate sive vivis, sive Defunctis, pro quibus ii intenderunt, qui stipendia seu elemosynam tribuerunt; quare etiam si tu illorum non recorderis, neque illos scias; personæ incertæ nequaquam sunt, cum à Deo, ad quem pertinet earum fructuum con- cedere, satis, superque noscantur.

10. Nota Sexto. Quid de beneficiario cum distractione voluntaria horas Canonicas re- citante? Supponendo eam sententiam, quæ docet recitantem cum voluntaria distractio- ne non satisfacere in conscientia obligationi, quam inducit vel ipsa ratio orationis, vel Ec- clesiæ grave præceptum;

Respondeo. Aliqui hunc negant, compo- sitione indigere; aliqui affirmant: Ratio affir- mantium est, quia ad orationem cum atten-

tione faciendam obligatur beneficiarius, at- que adeo, cum peccet, nec ponat, quod ab ip- so ratione beneficii requiritur, contra iustitiā operatur; unde cum obligetur fructus sic per- ceptos restituere, indigebit compositione, vel eos Ecclesiæ restituat. Ratio negantium est, quia esto is peccet contra Religionem, non tamen contra iustitiam, jam enim externe re- citat, ad quod solum vi beneficii teneri vide- tur. Utraque sententia est probabilis, lege Bar- di *f* & ab eodem citatum, & non in omnibus *f* Bard. *g* approbatum Andreæ Mendo. *g*

Huc reducitur illa Questiuicula An Offi- cium hodie omisum à similibus Beneficia- riis, si cras ab eodem suppleatur, recitando Of- ficiū duplicatum, satisfaciatur, quoad iusti- tiā, etiam pro hodierno die, & sic nō indigeat compositione pro ejus omissione. Respondeo. Ita *g* putat Suarez cum nonnullis aliis; sed *g* Suarez certe oppositum *h* est omnino tenendū, quia Officiū est additum ab Ecclesia huic diei, *h* Bard. quo elapso, nulliter, quoad diem hunc, sup- pletur. Neque obstat altero die suppleri ali- quando posse Missam, quam hodie celebrare *c*, debeat beneficiarius, nō obstat, inquam, quia Missa regulariter non est addita à dantibus pro ea elemosynam huic diei, quia ab ipsis solum spectari solet utilitas, & fructus Missæ, quæ regulariter æque habentur altero die. At Officiū additum est huic diei ab Ecclesia, quæ respexit ad hunc præcise diem, ne scilicet dies ullus præteriret sine religioso cultu per Officiū.

12. Nota Septimo, An Hæres defuncti be- neficiarii possit utiliter se componere de fru- ctibus male ab ipso beneficiario perceptis, & nunc jam à dicto hærede alias legitime pos- sessis? Respondeo, nō posse existimat Delugo. *i* quia compositio pro debitis certis non vide- tur esse concessa, nisi illi, qui ea debita perso- naliter contraxit, at hæc debita contraxit be- neficiarius, non hæres. Verum Bardi *k* conten- dit, posse, donec aliud non declaret Com- missarius Cruciatæ, quia non apparet in Bul- la, compositionem pro debitis certis esse so- lum ei concessam, qui illa immediate con- traxit. *k*

13. Atque, hac posita Decisione, multo ma- gis sequitur, universaliter hæredem posse se componere super omnibus illis bonis, sive male perceptis, sive male retentis, super qui- bus poterat se componere Defunctus, dum

inter

inter vivos existeret, nam ad hæredes proveniunt bona Defunctorum iisdem qualitatibus affecta, quibus apud Defunctos erant.

§. V.

Explicatur illud, si facta diligentia non invenitur creditor.

1. Præter illud de medietate Legatorum ex negligentia Legatarii, & præter dicta de fructibus receptis in omissione horarum Canoniarum, semper in aliis requiritur, sicut supra dictum est, ut constet creditorem esse incertum, seu ignotum. Id autem constare debet per diligentiam morali modo factam, hoc est, ut adhibita sit ea diligentia, quam vir bonus, & timoratus in simili casu, consideratis quantitate, & qualitate rei, apponeret in re sua; non enim eadem diligentia sufficit ad querendum Dominum pretiosi Adamantis; quæ ad Dominum unius, vel alterius aurei. Et quidem de hac sufficienti diligentia exhibita, debet à debitore fieri Jurementum, quando fit compositio immediate cum Commissario, quando autem fit per acceptionem Bullarum, satis est, ut ipse debitor sit certus, illam fecisse, & hanc esse praxim, affirmat, & signat Trullenchi.

2. Nota hic primò. An dicendus sit esse certus, an incertus, si sciam rem, quam ego habeo, esse alicujus ex duobus vel tribus, vel quatuor, nescià verò cujus in particulari? Respondeo, hanc dicendum esse certum; quare tunc res est dividenda inter illos pro rata dubii.

3. Quid si dubium versetur inter decem, quindecim, viginti, centum? Respondeo. Cum hæc res debeat morali & humano modo pensari, debet prudenti iudicio, spectata qualitate personarum, rei que quantitate, discerni, an sit tantum dubium, ut res illa ad certitudinem potius, quam ad incertitudinem vergat.

4. Nota Secundò. Quid si creditor certus sit absens? Respondeo. Tunc sanè, ut rectè advertit Sotus c) is erit per se loquendo, certus; absentia enim Domini ejus certitudinem non tollit. Dixi (per se loquendo) nam id licet Lud. mitat Henriquez, & nisi res esset ad Dominum mittenda majoribus expensis, quam ipsa valeat, tunc enim æquiparatur rei incerti

Domini. Sed adverte, hoc tunc locum habere, quando non speratur, fore opportunum tempus eam restituendi Domino, & quando debitor non teneretur illas expensas facere.

Quod ultimum ideo dicitur, quia quando res est illicitè à te acquisita debes regulariter tuis expensis (si habeas unde) mittere ad Dominum juxta alibi à me dicta, & consequenter non suffragabitur tibi compositio.

5. Nota Tertiò. Quid si sub dubio debeant aliquam summam Titio V.G. Creditori mihi satis cognito, sub dubio, inquam, an illi debeam decem, an quindecim, an viginti, an nihil? Respondeo. Putat Henriquez a debere c. Henr. l. 7 dari Titio aliquid juxta prudentis iudicium. de Indul. spectato dubio, & spectata rei quantitate, de c. 13. §. 5. reliquo autem posse componi. Cujus Decisionis illam rationem redderem, quia de eo, quod est reliquum, vere nescitur Dominus.

6. Inquires Quartò. Si quis vendens V.G. vinum, sciat, se decem aureos per fraudes furripuisse in hoc oppido, vel vicinia; ignoret tamen personas peculiarias quibus damnum illatum fuit, uti ne, ac sem compositio potest? Si enim eas noscendi spes elucet, debet diligentiam apponere, illisque inventis rem reddere, nec tunc licebit, ut toties diximus, ad compositionem confugere.

7. Respondeo. Villalobos f putat, non f Villal. tr. esse tunc compositioni locum, sed obligari 2.9. m. 36. vendentem restituere summam furreptam Communitati, vel vendere vilius in illo eodem loco.

Addit Castropalaus g hanc sententiam sequens rationem illam, quia tunc Communitas est læsa, quæ, cum sciatur, ipsi est restitutio facienda, quo sic læsis, quantum fieri potest, satisfiat. g Castrop. de Bull. p. ult. §. 2. nu. 15.

8. Verum distinguendum omnino est. Si damnum illarum fuit Communitati, accipiendo ab illius V.G. Thesaurò, vel ab aliquorum cumulo, quia Communitas est læsa, ipsi Thesaurò, seu cumulo facienda est restitutio, ut qui damnum passi sunt, refarciantur.

At si furtum fuit factum ex bonis variorum Civium, qui cognosci non possunt, tunc et si pars læsa est incerta, nam ut rectè Delugo h notat nihil refert, scire, esse alicujus ex illa Civitate seu communitate, si enim id factis esset, usurarii & furis debita non essent incerta, quia licet, quinam sint ab ipsis læsi, ignorentur, scitur tamen ex qua Civitate

ff 3

sint.

230
a Lib. 8. in sint. Vide quæ ego de hac re alibi dixi.
De. al. r. 4 9. Denique facta à me legitima Compo-
e. 1. §. 3. n. sitione, si fortè appareat Dominus, ad quid me
 19. §. 20. obligabis?

b Rodriq. Respondeo. Non *b* pauci affirmant, obli-
Villal. L. n. gari te, etiam ante sententiam ad restitu-
à Cruc. dum comparenti Domino id, in quod factus
quos citat. es ditor. Ratio est, inquit, quia Pontifex
sed non se- per Compositionem nec intendit, nec inten-
quit. Trull. dere potest juri alieno præjudicare, quare il-
l. 3. d. 4. n. lam concedens, concedit sub conditione, si,
 8. seu donec, Dominus non appareat.

c Henric. 10. Contra. *c* Non pauci affirmant, te ad
Bannez. nihil obligari in foro conscientie, siquidem
Acosta ejusmodi Compositio facta est à Pontifice,
Trull. eos ci- qui cum sit primus administrator bonorum
tate. temporalium Fidelium, quando hæc concer-
 nunt bonum spirituale, potest disponere de
 rebus, &c. & re ipsa disponit sine ulla condi-
 tione, quæ certe gratis asseritur, cum in Bulla,
 ne vestigium quidem illius appareat. Et qui-
 dem, si id potest Princeps secularis per præ-
 scriptionem, cur non possit per Compositio-
 nem Pontifex? Item sicuti si distribuisses to-
 tum Pauperibus, nihil tu deberes postea Do-
 mino comparenti, ut omnes concedunt; Ita si
 per compositionem legitime tibi, & subsidio
 contra Infideles auctoritate Pontificia divisi-
 sti. Hæc sententia est à nobis promptius am-
 plectenda.

11. Dixi (In foro conscientie.) Nam quia
 Bulla Cruciatæ, quanta quanta est, solum re-
 spicit forum internum, posse te condemnari à
d Trull. l. c. Judice teneri Trullench. *d* ut rem reddas Do-
 mino comparenti, & tunc post sententiam,
 non verò antea, debebis justæ sententiæ pare-
 re, ac reddere;

12. Sed nihilominus valere etiam pro ex-
e Acosta. terno foro, docet Acosta *e* cui assentitur De-
q. 95. lugo, *f* quia compositio est expedita absolu-
f Delug. d. tæ auctoritate Pontificis potentis liberare, at-
6. de iust. que sine ulla restrictione liberantis debito-
rum. 105. rem.

13. Prudenter autem addit Bardi, valere
 quidem compositionem in foro externo, sed
 quia in foro eodem debet constare, eam legiti-
 me fuisse expeditam, constare autem diffici-
 le est, ideo regulariter illa non proderit, nisi
 in foro interno, semper enim creditor dicere
 poterit compositionem non fuisse factam su-
 per suo credito, non fuisse præmissam debi-
 tam diligentiam, &c.

*Explicatur quantitas, de qua quis componi
 valeat.*

1. **D**ux sunt viæ, per quas incedere potes
 ad compositionem acquirendam. Al-
 tera est per sumptionem tot Bullarum, altera
 per compositionem immediate faciendam
 cum ipso Commissario.

Si fiat prior via, quantitas, super qua fieri
 potest compositio pro una Bulla, sunt duæ
 mille Maravadis, quæ in moneta Sicula sunt
 uncie duæ tarenæ quinque, & septem cum
 granis quatuor, seu sunt scuta sex, tarenæ quin-
 que & grana quatuor: fierique potest com-
 positio per sumptiones tot Bullarum usque
 ad quantitatem centum mille Maravadis,
 hoc est, usque ad uncias centum viginti o-
 cto, tarenas viginti, & grana sex, seu usque ad
 scuta trecenta viginti unum, tarenos octo, &
 grana sex. Quare sumendo, vel simul, vel suc-
 cessive intra annum publicationis, quinquaginta Bullas, inveniatis (si rectè ratione iu-
 bis) extinxisse dictam quantitatem centum
 mille Maravedis.

Nota, per unam, seu per singulas Bullas
 solvi debere Commissario seu Distributori
 Bullarum duos Reales à quocumque sive per-
 sona sit privata, sive insignis: hæc enim di-
 stinctio est, pro sumenda Bulla communi,
 non vero *g* pro Compositionis Bulla.

2. Quod si summa, pro qua fieri postula-
 tur compositio, excedit dictam Summam
 centum mille Maravedis, tunc erit recurren-
 dum ad posteriorem viam, id est, erit conveniendus
 Commissarius, ut ipse taxam suo ar-
 bitrio (nam non est definita pro omnibus) *g Bardi*
 designet, juxta Personarum qualitatem, &
 quantitatem Bonorum. Notat tamen Hen-
 riquez, *h* solere designari decem, quæ à debi-
 tore in subsidium belli erogentur, pro singu-
 lis centenariis. *3. r. 1. d. 1. n. 3.*

3. Inquires in hunc modum. Ego ex resti-
 tutione incertorum debeo mille uncias au-
 reas, vellem autem per priorem viam sumere
 Bullas quinquaginta pro extinctione uncia-
 rum Sicularum centum viginti octo, tarenor-
 um viginti, & granorum sex, quæ sanè est
 mihi utilior via, & pro reliquis per viam po-
 steriorem componere, me cum Commissario,
 possum nec?

Respon-

a Trull. d. l. 3. dub. 3. n. 2. c. 3. Respondeo, validè & licitè posse. *a* Quia, & id signate concedit ipsa Bulla Compositionis, & ita praxis habet innixa in eo, quod Commissarius non est limitata quantitas, de qua componere ad prædictum suum arbitrium possit.

4. Subinquires. Vellem pro tota Summa confugere ad Commissarium.

b Bard. p. 3. tr. 5. diff. 3. c. 3. n. 5. Respondeo confugito, ut liber, propter eandem rationem, & ita notat *b* Bardi.

5. Subinquires iterum. Debeo ducentas uncias Siculas, mihi provideo de tot Bullis quot sufficiunt ad extinguendas centum; deinde aliquot post diebus fumo totidem Bullas pro aliis centum, legitimè ne me gero? Respondeo. Nimis te illegitimè geris: debes enim ad Commissarium pro posterioribus centum recurrere, sive bona, sive mala fide eam divisionem feceris, sive etiam oblitus fueris invincibiliter, te debere ducenta. Ratio est, quia Privilegium, quod datur per receptionem tot Bullarum intrinsicè limitatum est, ad tantam limitatam summam materialiter, & non ad amplius.

§. VII.

Conditiones requisita pro recipienda hac Compositionis Bulla.

1. **P**rima est, ut juxta dicta pro Bulla Communi, à Fideli baptizato (non est, necesse, ut existat in statu gratiæ, ut notat *d* Mendo) recipiatur Summarium hujus Bullæ à manibus legitimi Ministri, data elemosyna, quam diximus §. præced. num. 1. sine, & quidem impressum, & signatum nomine & sigillo Commissarii. Debet autem is, qui vult compositionem, existere in Regno, ubi Bulla promulgatur, vel ad illud personaliter declinare, juxta dicta superius de Bulla communi. Quare Neapolitanus V. G. qui Panormi incolit, vel obiter etiam per paucas horas Panormi manet, potest, dum manet, recipere hanc Bullam, vel componere cum Commissario, & consequenter liberari à restitutione bonorum, de quibus componitur.

2. Secunda conditio ut inscribatur nomen: id, quod per occasionem clare diximus supra cap. 15. §. 4. Non requiritur, autem, ut conservetur, quod etiam per eandem occasionem dictum ibidem est. Lege, si est otium,

Mendo, & Bardi, qui contra hoc posterius *g* Bard. l. c. afferunt, & solvunt objectionem quamdam nobis non admodum necessariam.

3. Tertia, ut non aliena surripiat quis in confidentiam hujus Compositionis. Nota autem compositionem negari surripienti ex confidentia, non autem negari surripienti cum confidentia. Explico id asserendo verba Henriquez. *h* Non vales, inquit, Compositio, si *h* Henriquez. injustè hac bona quis occupaverit tamquam ex l. 7. de immediato motivo, aut sine principali; At non dilgens. prohibetur Compositio, si jam decreverat furtis c. 34. facere, aut ea diutius teneat. Hæc ille, cujus sensus est, non prohiberi compositionem, si spes Bullæ inveniatur jam voluntatem furandi, non autem illam moveat ad furandum.

Esse etiam confidentiam, puto cum Mendo disp. 33. nu. 43. si quis quid furetur ab aliquo, sperans, fore, ut illum, quem nunc cognoscit, sit fluxu temporis ignoraturus.

4. Huc facit sequens quasiuncula. Si Petrus v. g. spe compositionis faciendæ, retineat bona hæc incerta, nec restituat, sed nec distribuat pauperibus, peccat nec ne? Respondeo. Si longa est mora, qua retinet, peccat mortaliter, quia unusquisque obligatur statim restituere, dum potest. Adverto tamen, quod si deinde expediat legitimè compositionem, valet compositio, quia Pontifex negat compositionem surripienti in confidentiam Bullæ, non vero surrepta retinenti.

5. Adverte tamen, quod si hæres, spe hujus compositionis retinet legata, de quibus dictum est §. 1. & 3 non potest uti compositione, quia hoc in hærede non est solum retinere, sed in radice, est furari. Idem dic in similibus.

6. His ita satis, superque declaratis. Inquires Primò, circa Primam Conditionem. An hæc Bulla compositionis pro sit Fidelibus Defunctis? Respondeo si Defunctus, antequam animam efflaverit, mandavit suo hæredi, vel alteri; ut sumeret ejusmodi Bullas,

vel, ut, faceret compositionem cum Commissario, utilis ei Bulla, & seu compositio erit. *k* Trull. l. 2. dub. 2. Id quod rite solet fieri, quando, dum quis est *Lege And.* morti proximus, dubitat, an aliquid ex male *Mend. d. 33. c. 5. nu.* ablatis habeat, unde mandat hæredi, ut habita consultatione cum Theologis, si ipse debet, hæres sumat tot Bullas &c. Quod si is nil tem in alimandavit, utilis ei Bulla nō erit, quia Bulla accipi debet nomine illius, cui ea profutura est; Trull.

at non

i Acosta in expl. Bull. qu. 92.

lud. à Cr. de Bull. d. 3. du. 5.

k Trull. l. 2. dub. 2.

Lege And. 33. c. 5. nu.

50. Agen.

quo contra

at non potest fieri nomine Defuncti, id quod Defunctus nequaquam mandavit.

Dices. Quid faciet igitur hæres, si forte cum hæreditate ipsi adveniat aliqua Defuncti Bona, quæ ipsi constat, esse aliena, Dominumque inveniri non posse? Respondeo. Quærat ipse nomine proprio Bullas, vel Compositionem, ut dixi §. 4. nu. 3.

7. Inquires Secundò. Circa conditionem tertiam, Quæ fuerunt ablata ex confidentia hujus Bullæ, & Dominus ignoratur, si non sunt capacia compositionis, cuinam restitui debent.

Respondeo. Pauperibus, vel locis piis, inter quos pauperes rectè nominentur Animæ Purgatorii, & quæ maxime indigent Missis, & suffragiis; ut etiam ipsa Monasteria, & ipsi item Religiosi in particulari. Illa enim sunt loca pia, hi sunt, verè Pauperes voto paupertatis adstricti, si illud ritè servent. Pauperibus,

inquam, vel locis piis deberent ex se ea restitui, ut disposuit Alexander Pontifex & alibi c. Lib. 8. à me adductus.

8. Dico, *ex se*, nam quia in hac Bulla disponit Pontifex, ut ablata ex dicta confidentia applicentur in totum ad hujus belli subsidium, ideo ita debere sub peccato mortali applicari, & non dari pauperibus, vel piis locis docet d. Trullench. ubi tamen viget consuetudo sic applicandi, ubi enim ea consuetudo non esset, abrogata judicaretur hæc dispositio. Verum tantum rigorem peccati mortalis negat Bardi, quia in Bulla non est verbum inducens obligationem sub mortali, & ex alia parte mutare unum opus pium in aliud item pium, id est, quod deberet dari expeditioni huic contra Infideles, dare Pauperibus, non est (nisi aliud addatur) materia gravis saltem, ut plurimum. Atque hæc de Bulla compositionis breviter scripsisse, sufficiat.

Finis Tractatus Bullæ Cruciatæ.

Laus Deo, Beatissimæ Deiparæ, ac Beato Aloysio, Patrono meo, cujus hodie 21. Junii diem Festum colimus.

LIBER SEXTVS DE SACRAMENTO EXTREMÆ-VNCTIONIS.

SACRAMENTUM Extremæ-Unctionis, est Unctio exterior facta cum oleo benedicto in sensibus corporis infirmi à Presbytero, sub præscripta formula verborum, ad auferendas Reliquias peccatorum, & corroborandum infirmum contra omnia mala, quæ solent tempore mortis imminere. De illa ergo latè Theologi tractent, nos ea, quæ sunt Praxi scitu necessaria, sic breviter expedimus.

LIBRI

De Sacramento Extremæ-Unionis.

CAPUT I.

De Materia, & Forma, Extremæ-
Uctionis.

S. Y.

Materia Remota.

7. **E** Jus remota Materia est Oleum Oli-
varum ab Episcopo benedictum. Si
vero scire cupis. An Oleum non be-
neditum sit apta materia ad valorem hujus
Sacramenti, (nam certè est graviter illicita)
& an Summus Pontifex possit concedere hanc
benedictionem simplici Sacerdoti. Lege E-
manuel *¶* Sà Genuinum, qui concedit pri-
us ex his : Lege item eundem expurgatum,
b qui utrumque concedere videtur. Sed, & le-
ge Castropalaum, *c* qui cum communi ut-
rumque probabilius negat. Hoc oleum jam
benedictum potest in vase stanneo conserva-
ri, ut habet *¶* Rituale Romanum: verum Reli-
giosiores Parochi usurpant communiter ar-
gentum.

OLEUM NON BENEDICTUM,
quatenus addi potest benedicto.

a Sa Ge-
nain.V.
Extr-Vn.
num.6.
b Sa ex-
purgatus
ibidem.
c Castrop.
de Extr-
Vn^o p.2.
d Ritual.
Ro.de Con-
fess.

et imo debere esse in parva quantitate, ut
contra nonnullos latè probat Quintanad.
et Ratio autem hujus doctrine est, quia mo-
dicum illud non benedictum, quod additur
Oleo benedicti, non extrahit abesse Olei be-
nedicti.

3. Eadem autem ratio probat, Oleum O-
livarum, cui additur aliquod aliud genus Olei
in parva quantitate v. g. Balsamum, Oleum
Amygdalarum, vel simile esse aptam materi-

Tamburinus de Sacramentis.

am, quæ benedicatur in Oleum infirmorum
quia per parvam illam quantitatem non ex-
trahitur à suo esse, sicuti Vinum, si modica a-
qua immisceatur est apta materia consecra-
tionis, &c. Ne igitur audias illos, qui nullam
proximi missionem Balsami in Oleo infirmo-
rum admittunt.

4. Confirmatur primò, nostra doctrina ex
Sà, qui docet Oleum Rosaceum, vel Viola- f Sà ex-
ceum, si formam Olei amisit ob Violatum, vel purgatus
Rosarium missionem, non posse esse aptum ad nu. 16. fin.
Sacramentum hoc. Quasi dicat, si non amisit,
aptum esse; at certe per medicam missionem
non amittit.

5. Confirmatur Secundò, quia Suar. g non g *Suar. d.*
putat, esse sententiam improbabilem eorum, 40. de Sa-
qui dicunt, olim Oleum Balsamo immistum, *cr. se. i. cir-*
ulsi fuisse ad Unctionem infirmorum, cum *ca finem*
aque pro Sacramento Confirmationis, atque *Henr. lib. 3*
pro Sacramento Extrema- Unctionis bene- *cap. 8. n. 2.*
dicti ab Ecclesia fuerit consuetum. Profecò
hujus consuetudinis non alia esse poterat ra-
tio, nisi, quia modica solet esse illa mixtura
Balsami, quæ propterea Oleum in suo esse, seu
substantia relinquit. Vides Confirmatio in-
validè fieret ex solo Oleo Olivarum, ut suprà
docuimus, quia pro illa requiritur Chrisma, id est,
Oleum Balsamo mistum: at Extrema- Unctio
fit validè in solo Oleo, sed, & validè in Oleo
cum modico Balsamo, quia hoc modicum
non removet Oleum ab esse Olei.

OLEUM INFIRMORUM VETUS.

6. Interrogabis, An liceat, ad administran-
dam Extremam-Unionem, uti Oleo ben-
dicto precedentis anni?

7. Respondeo, Urgente necessitate, lice-
re : at ea non urgente, validam quidem fore
administrationem : sed ita illicitam, ut peri-
culum subest peccandi mortaliter. Scio, Em-
manuel *h* S^a Genuinum putare, adhiberi *h* S^a Ge-
posse Oleum non eodem anno benedictum, *num. V.*
cui sententia S^a expurgata addit rationem : *Extr. Vn.*
De solo enim (ait) Chulimate comburendo : *nu. 6.*
præceptum est *C. fin. dist. 4. Consecr.* Hæc ille :
cujus rationis vis ea esse mihi videtur. Non
præcipitur comburi Oleum Extremæ-Un-
ctionis antiquum, ergo poterit servari,
ergo, ne sit otiosa, & frustanea conserva-
tio, uti eo licitè ad Sacramentum poterim-
us.

G₂

8. Huic

a Leand.
tr. 4. de
Extr. Vn.
d. 2. §. 11.

8. Huic sententiæ Emmanuelis faver Leander a dicens, post longam consultationem cum multis Theologis, fuisse resolutum, usurpantem prædictum Oleum vetus non peccare mortaliter.

b Leand.
loc. cit.
c Castrop.
de Extr.
Vnct. p. 3.
nu. 12.

9. Verum Bonacina, Possevinus, Zambrianus apud eundem Leand. sustinent, esse peccatum, uti Oleo alterius anni, licet non explicent, peccatum mortale sit, an veniale. Et quidem Leander loc. cit. ait, hos dicere, esse peccatum mortale, sed Castrop. e ait, hos non explicare, an hoc peccatum mortale sit. Quinam ex his duobus Doctoribus verius referat, videat, qui otiosus est.

Denique Castropalaus loc. citat. sic habet. Cum gravis sit materia; uti Oleo veteris anni, si præceptum ad sit, culpam gravem constituere debet. Hæc ille, sed non explicat, an huiusmodi præceptum ad sit.

Ex his vides cur ergo num. 7. dixi subesse periculum mortaliter peccandi, &c.

10. Sed, quando erit judicanda urgens necessitas, ita ut omne peccatum evitetur? Respondeo, quando timeatur præpropera infirmitas, ut item, quando de ea dubitatur, quia in dubio favendum est periclitanti: quod iudicium, vel Medicus, vel prudens Vir dabit, & quidem benignè potius, quam rigorosè. In his ergo eventibus, si tempus non suppetat conquirendi novum, utere veteri sine scrupulo.

§. II.

Materia proxima.

1. Proximam materiam dant quinque sensuum unctiones ex prædicto Oleo benedicto. Non enim probo sententiam aliquorum, quos pferunt (sed rejiciunt) Suarez, a Suar. T. d & Bellarminus, e putantes sufficere unctionem cujuslibet partis corporis: sic enim non 40. sec. 2. verificaretur hujus Sacramenti forma, quæ nu 8. ut videbimus, sensus ipsos exprimit signa- c Bellar. li. 12.

d Extr. Vn.
c. 10.

2. Dixi (quinque sensuum) nempe Oculorum, Aurium, Narium, Oris, Manuum; intellige, vel locorum his sensibus vicinorum, si forte quis aliquo ex his careat. Quare unctionum, seu lumborum; & unctio pedum, non sunt de necessitate Sacramenti; imò in fœminis, illa in renibus, propter de-

centiam, semper omittenda est, & etiam in viris, quando difficulter moveri situ possunt, illa autem in pedibus, solum, ibi est exhibenda, ubi fert consuetudo, ut utrumque cum aliis notat Castrop. f

f Castrop.
T. 4. de
tr. Vnct.
3. nu. 3.

3. Cum autem dictum est (oculorum, aurium, &c.) non ita intelligo, quasi sentiam ex necessitate Sacramenti injungendos esse utrosque Oculos, utrasque Aures, &c. satis enim est ad valorem: unum Oculum, unam Aures, &c. injungi: unde in casu necessitatis, id est, periculi præproperæ mortis, vel similis, unus ex singulis est injungendus. Dico, in casu necessitatis. Nam, quia gravis hæc res semper visa est Ecclesiæ, erit mortale extra necessitatem utrosque sensus non inungere.

4. Quamvis autem Castropalaus g doceat, hoc Sacramentum nunquam esse incipiendum ministrari, si timeatur, non posse omnes quinque unctiones perfici, tamen hoc ipse idem limitat pro casu necessitatis, adducitque Layman, aliosque. Nam quando nulum (inquit) Sacramentum ægrotus suscepisset, timereturque decessurus ante finitas quinque unctiones, posset (addo ego, & deberet) sub conditione infirmus inungi in sensu magis obvio v. gr. in Capite, pronunciantem Sacerdote formam exprimentem quinque sensus, sic. Per istam Sanctam Vnctionem, & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per auditum, odoratum, gustum, & tactum deliquisti. Neque hoc est contra Doctorum num. 1. allatam ex Bellarmino, nunc enim cogor a necessitate providere infirmo, si forte possim, &c.

a Hic
alibi
Extr.
differ

5. Tandem moneo, unctionem singulorum sensuum tantam requiri, quanta sufficit, ut sit sensibilis, quamvis per unam guttulam, seu stillulam fiat, quia solum requiritur, ut verè possit dici sensus inunctus, ad quod quælibet sensibilis certò sufficit.

b Sa
4. in
40. f

§. III.

Forma Extremæ Vnctionis.

1. Forma hujus Sacramenti sunt verba deprecatoria, & invalida essent si indicative, si imperativa; (quidquid aliqui pauci contradicant) quia in Orationis modum hoc Sacramentum instituit Christus

Itus Dominus, ut habetur Iacobi §. orent super eum, &c. Ea autem est huiusmodi per singulos sensus.

Ad Oculos. Per istam Sanctam Unctionem, & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Deus, quidquid per visum deliquisti. Amen.

Ad Aures. Per istam Sanctam Unctionem, & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Deus, quidquid per auditum deliquisti. Amen.

Ad Nares. Per istam Sanctam Unctionem, & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Deus, quidquid per odoratum deliquisti. Amen.

Ad Os, compressis labiis. Per istam Sanctam Unctionem, & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Deus, quidquid per gustum, & locutionem deliquisti. Amen.

Ad Manus. Per istam Sanctam Unctionem, & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Deus, quidquid per tactum deliquisti. Amen.

Ad Pedes. Per istam Sanctam Unctionem, & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Deus, quidquid per gressum deliquisti. Amen.

Ad Lumbos, seu Renes. Per istam Sanctam Unctionem, & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Deus, quidquid per lumborum delectationem deliquisti. Amen.

2. In prædicta forma puto probabilis, esse illud (Sanctam,) nec illud (per suam piissimam misericordiam) multò minus illud. Amen. Nam cetera certum sit, esse de essentia; & omnia, ut iacent (excipio illud, Amen) esse de præcepto gravi, ut notat rectè Suarez. b

Tanquam verius item puto, essentielle esse, cuilibet unctioni, suam formam distinctè repetere, nec sufficere, quinque unctionibus celeriter peractis, unicam formam omnes sensus complectentem exprimere, in hunc modum. *Per istam Sanctam Unctionem, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Deus, quidquid per visum, auditum, odoratum, gustum & tactum deliquisti,* solum igitur sub conditione id fieri poterit, quando timetur ocior mors, ut modo: §. 2. num. 4. significavi.

3. Invocatio explicita Trinitatis seu ejus expressa mentio, nec necessaria est, nec con-

unctionem item expedire per modum Crucis, & quamvis sit consuetum, tamen non est d, nec de necessitate Sacramenti n. 5. nec de præcepto gravi, unde, præciso con-

4. Si necessitas urgeat, ut si infirmus timeatur decessurus sine hoc Sacramento, adhiberi possunt plures Sacerdotes, quorum singuli suas unctiones peragant, verum singuli sub suis formis, nullo enim modo potest alter ungere, & alter formam proferre. Lege Suarium. e

5. Si Sacerdos non possit progredi ad perficiendum hoc Sacramentum, supplenda ab alio Sacerdote esse, quæ restabunt, rectè cum Divo Thoma, aliisque monet S. a. f

§. IV.

*Modus, seu Solemnitas administrandi
Extremam-Unctionem.*

1. **P**arochus, vel ejus jussu Sacerdos superpelliceo, & stola indutus (secus fore mortale, & potius, si vestes non superpent, omitti debere Extremæ-Unctionis Collationem, asserit Suarez, g sed nequaquam debere omitti, docet Quinatanadu. h Cum quo sentio, quia in hoc Sacramento levis judicandus est defectus vestium, quare illæ cedere h solidæ decumbentis utilitati debent) Sacerdos inquam, sic indutus, atque associatus Clerico, potest uti Laico, potest nullum advocare, si in promptu is nequaquam sit, ut notat Layman i) ingreditur in locum ægroti, eundemque, confiteri se sacramentaliter volenti, libenter audit, cum preces antecedentes ad Sacram Unctionem devotè fundit, quas preces, non posse sub peccato mortali omitti, nisi urgente necessitate, putant Quinatanadu. & Bonacina. Addo libens, & nisi excuset parvitas materiæ, ut si ex illis modica pars omitteretur. Mox Psalmos Pœnitentiales, ac Litanias, quæ solum sunt sub consilio, recitari genibus flexis ab astantibus curat, dum ipse interius infirmi sensus digito inungit ad modum

Gg 2

Crucis;

Crucis : quam autem Crucis efformationem non esse sub præcepto modo docuimus , peractaque qualibet unctione , ipsi idem inuncta loca tergit gossipio, vel stupa, vel lana, vel simili , illa mutando ad singulas unctiones, quæ in vase mundo reponit, ad ea comburenda , combustionis cineres in Sacramentum proijecturus. Denique recitat Orationes consequentes ad Sacram unctionem, sub eodem peccati mortali onere, (nisi necessitas excuset, vel parva materia) sicuti diximus de similibus Orationibus antecedentibus.

1. Hoc Sacramentum ministrare sine lumine, non esse peccatum, bonum est scire, ut recte notat Quintanadv. n.

2. Super sunt tres quæstiunculæ. Prima, quonam digito hæc unctiones sunt expediendæ?

Secunda, Quæ pars manus ejus, qui non est Sacerdos, est inungenda, exterior ne, an interior, quam volam appellamus? Ejus, inquam, qui non est Sacerdos, nam omnes scimus rituale Romanum reformatum præscribere, ut Sacerdotes (quia jam fuerunt in volamans Sacro Chrismate uncti) in exteriori manu inungantur, dum eis Extremæ-unctionis Sacramentum ministratur.

Tertia, Quid de inversione Ordinis unctionum?

4. Respondeo, Si de valore Sacramenti loquamur, Primò, quocumque digito ejusmodi Sacra Unctio exhibeatur; Secundò, quæcumque pars manus inungatur; Tertiò, à quocumque sensu, mutato Ordine, incipiat, validum erit Sacramentum; quia cum sic jam adsit unctio à Christo instituta, adest jam, quod est de substantia: neque enim credibile fit, Christum Dominum voluisse, valorem tanti Sacramenti à circumstantiis tam levibus dependere.

5. Si verò loquamur de licito usu, puto, non esse saltem mortale, quocumque digito exhibere unctionem, vel exteriorem manum non Sacerdotis jungere, quia hæc duo levia sunt.

6. At invertere ordinem unctionum, ita ut prius ungantur aures, quam oculi, &c. esse grave peccatum. docet Castropalaus b his verbis: *Grave est peccatum, ut potè contra Ecclesiæ consuetudinem, ordinem invertere* (hoc est, si prius ad aures deinde in oculis, &c. Unctio fieret) ut ex communi docet Suarez.

tom. 4. in 3. p. d. 4. sect. 2. fine. Emmanuel Sà V. Extrema-Unctio. nu. 12. Bonacina aliis relatis d. 7. de Sacramentis quæst. unica p. 5. num. 20.

7. Profectò animadverto, etiam doctissimos viros, labi interdum, in adducendis Authoribus, sive ob Amanuensium, sive ob Typographorum incuriam; Legi locum Suarii à Castropalao citatum, ubi, non, (grave) sed (aliquod) esse peccatum dicitur: At illud (aliquod) satis minus est, quam illud (grave.) Legi Emmanuelem Sà, tum Genuinum, tum expurgatum in Editione Romana, qui nec numero 12. citato à Castropalao, nec in toto verbo Extrema-Unctio hujus rei meminit. Legi Bonacinam, qui loco ab eodem citato, solum docet; Ordinem in unguendis quinque sensibus, non esse necessarium, necessitate Sacramenti, quia, mutato ordine, ad huc completa manet significatio, at, de necessitate præcepti, ne verbum quidem.

8. Ego, si me consulis, puto, non esse mortale; Excipe semper contemptum, & scandalum, quæ centè rarò hic contingere possunt. Ratio est, quia, ut in simili dictum est sæpius, hæc non est tanta variatio, ut mortalem culpam parere possit. Meritò ergo dixit Suarez, esse aliquod peccatum, id est, veniale; & fortasse citatus Castropalaus non discedit ab hac sententia. Cum enim illud (grave) non rarò à Doctoribus & usurpetur pro gravi in genere peccati venialis, possumus opinari, Doctissimum Castropalaum voluisse dumtaxat notare, peccatum hoc non fore ex peccatis venialibus levibus, sed in genere venialium, esse ex gravibus.

CAPUT II.

De subiecto hujus Sacramenti.

1. **I**S, qui validè, & licitè potest Extremam-unctionem recipere, est Homo Viator baptizatus; Ufus rationis compos; In gratia existens, seu putans in eadem existere; Graviter infirmus, & denique: Qui in eodem periculo hoc idem Sacramentum non suscepit. Illustramus singula.

6. Sanctus in det. 13. c. 6. n. 22. c. 1. d. 2. n. 3. circa fin. Idem Co. fr. 10. 3. d. 2. de viti p. 17. n. 6. fine.

§. I.

Viator.

2. **N**on ergo mortuus hujus est Sacramen-
ti capax. Ei autem, de quo dubitatur,
an expiraverit, non nisi sub conditione dan-
dum est. Immo supra dixi, ab eo conferen-
do abstinendum esse, si praevideatur infir-
mus esse moriturus, antequam quinque un-
ctiones perficiantur, nec sit casus necessitatis,
juxta ibidem dicta.

§. II.

Baptizatus.

3. **C**athecumenus, & multo magis infide-
lis Extremae-Unionis capax non est,
quia Baptismus re ipsa susceptus, qui est Sa-
cramentorum Ianua, necessario praecedere ad
illam debet. Si autem accedat, aliquem gravi-
ter infirmum baptizari in fine vitae, statim à
Baptismo, extreme ungi poterit.

4. Quamvis autem ex congruentia soleat
dicto baptizato in fine vitae porrigi Viaticum
prius, quam ei conferatur Extrema-Unctio,
tamen cum haec sint Sacramenta, quorum u-
sus de nū ab alio non dependet, necesse non est, sub
Ext. Vnct. tanto rigore ejusmodi ordinem custodire.

§. III.

Vnus rationis Compos.

1. **N**on quidem, quod actu ratione utatur,
sed quod usum rationis habuerit.
Unde licet Infantes, perpetuoque amentes
invalide inungantur; Pueri tamen septennes,
cum supponantur usum rationis obtinuisse,
valide, & licite unguuntur: Non est autem ne-
cesse, ut mortaliter peccare, potuerint, cum sit
satis, si potuerint, venialiter. Quare non sunt
laudandi Episcopi, qui requirunt, puerum
excessisse pubertatem. Et quamvis, juxta ali-
quorum probabilem sententiam, his septem
annorum Pueris non liceat, dare Viaticum,
pro quo suscipiendo expectandus est deci-
mus Circiter annus; tamen licebit, debebit-
que dari Extrema-Unctio, quia haec sunt Sa-
cramenta disparata, & Extrema-Unctio non

requirit tantam discretionem, quantam illo-
rum opinio requirit ad sumendam Euchari-
stiam. Dixi (juxta aliquorum sententiam) nam
ego sustinui e posse, & debere, etiam his, dari e In opus-
cul. meth.

2. An autem satis sit ad validam, licitamque
unctionem, solum posse peccare, saltem ve-
nialiter, unde licitum sit, si pueris septenni-
bus, siue aliis illam conferre immediate post
Baptismum, quando moraliter certum est,
nondum eos, ne venialiter quidem peccasse,
duplex est sententia. Affirmat Suarez, & alii-
que innuunt, quia solum requirunt poten-
tiam peccandi. Negat Io. Sanchez e cum aliis, num. 8.
quia sic non verificaretur forma hujus Sacra-
menti, quae dicit, Indulgeat tibi Deus quid-
quid peccasti, &c. Leand. dif. 3. de Extr.

3. Utraque sententia, saltem propter au-
thoritatem Doctorum, est probabilis: unde Io. Sanchez
fit, ut probabile sit, & probabile item non sit, se-
lect. d. 27 Beatissimae Virgini ministratum fuisse hoc n. 18. &
Sacramentum. 19. quem

Si dubitetur, an puer usu rationis polleat?
poterit, & debet ecclesiasticè inungi, sed Leand. l. c.
sub conditione. Ita Ioan. Sanchez f. Addens, cum aliis.
negotia, in quibus nihil amittendum time-
tur, sed potius lucrum speratur, aucter esse in sel. d. 17
tractanda. nu. 17, Le-

Accedamus nunc ad Phreneticos. Qui post
usum rationis in Phrenesim, vel in amen-
tiam inciderunt, hoc Sacramento frui posse,
certum est. Nec enim est opus, ut expresse in-
firmus illud, dum sanæ esset mentis, petierit,
cum sufficiat, vel aliquod dedisse petitionis
signum, vel solum esse Fidelem, de quo
præsumitur velle, saltem in mortis articulo
ritu Christiano decedere, & de quo non con-
stat, esse in mortali, modò mox explicando
§. seq. n. 2.

Cavendum tamen semper est, ne, quoad
Phreneticos, sit periculum irreverentiæ, eo-
nim existentē, non erunt ungendi.

§. IV.

In gratia existens, seu putans, &c.

1. **C**um hoc Sacramentum sit Vivorum, ut
calibi explicuimus, & requirit statum
gratiæ in suscipiente. Quod si quis bona fide
putans se esse in eo statu, tamen re vera sit in
mortali, hoc peculiare habet hoc Sacramen-
tum, ann. 19.

Gg 3.

tum,

tum, ut in omnium sententia cum attritione illud mortale remittat; nam propterea dicitur, auferite Reliquias peccatorum, id quod pluribus explicant Theologi.

2. Huc ergo pertinent peccatores, de quibus notat Primò. Coninck. a si post peccatum commissū, v. g. post duellū, tempus superfluit, quo vulneratus pœnitere potuit, præsumendum esse, saltem per attritionem pœnituisse, nisi contrarium clarè constet, quod certè clarè constare, difficile est. Quare, si sit à sensibus abalienatus, unde non possit, nec conteri, nec sacramentalem Absolutionem cum attritione suscipere, erit regulariter per Extremam-Unionem reficiendus, quia regulariter præsumitur attritus, & non potest de statu actua-

b In opusculi peccati constare. Vide omnino, quæ dixi b cul. meth. in opusculi. Methodi Communionis.

3. Notat Secundò. Sā, c suscipientem hoc Sacramentum, non debere esse excommunicatum, nam propterea, si sit, vel si timeatur esse ejusmodi, erit, prius, siue absolute, siue sub conditione, si indiget, absolvendus; pro eo enim articulo quilibet Sacerdos hanc absol-

endi potestatem habet, eo modò, & cum iis operibus, quæ supra à pluribus explicuimus.

4. Dices, Si suscepturus hoc Sacramentum debet existere in gratia, ut dictum est num. 1. quo modo ad administrandum illud infirmo alienato à sensibus, de quo solum nunc est locutio, satis est mihi ministranti, si illum attritum dumtaxat esse præsumam?

5. Respondeo, hunc nodum solvit Suarez, ego indicavi, dum eodem numero primo dixi, (vel bona fide putans se esse in gratia.) Cū enim dictus Suarez sibi, sic objecisset. Fidelis non potest licitè accipere hoc Sacramentum cum sola attritione cognita: ergo, nec Minister potest licitè dare; Cum, inquam, sic objecisset, ita respondet. Vtique potest, quia, si conferat, Sacramentum non carebit effectu suo. Diximus enim supra, Sacramentum hoc facere de attrito contritum, quoties suscipiens non peccat de novo in ejus susceptione. Sed ille recipiens de quo loquimur, non peccat de novo, nam ratione talis status, in quo est à sensibus destitutus, est incapax novi peccati, & aliàs supponitur attritus, quo pacto absulit obicem gratiæ, ergo sit contritus virtute hujus Sacramenti, recipitque gratiam, & consequenter Minister illi hoc Sacramentum conferre dignè poterit. Hæc Suarez.

§. V.

Infirmus.

1. Eiusmodi sunt omnes ii, qui ex vulnere (quidquid aliqui dicant, qui volunt, ut præter vulnus, morbus aliquis accedat) qui ex morsu Viperæ, vel rabidæ Cānis, ergo etiā, qui ex veneno quocumque, qui ex senio, qui ex humorum inordinatione, qui ex naturæ debilitate, ut etiā mulieres, quæ ex prægnatione, vel puerperio; Omnes, inquam, hi, si in mortis probabili periculo esse, juxta prudentis, & quidem benigni judicii, indicantur, possunt Extremam-Unionem suscipere, etiā si in lecto non jaceant.

2. At verò, Qui mortis supplicio sunt afficiendi, qui periculosam navigationem aggressuri, qui ad prælium quantumvis atrox præparantur, nec licitè, nec validè eandem Unionem suscipient, quia, ut sic non sunt infirmi.

Imò Suarez f sustinet, non solum illicitam, sed invalidam esse collationem hujus Sacramenti factam infirmo, qui prudenti judicio non periclitatur, quod certè probabile est: quia hoc Sacramentum institutum est pro fine vitæ. Sed est etiam probabile, esse validā, & licitam, ut sustinet Coninck g quia Tridentinum h dicit, hoc Sacramentum conferendum esse Infirmis, præsertim periculosè h Trid. decumbentibus. Notandum enim est illud (præsertim) quod indicat posse, quoad valorem, etiam aliis infirmis.

3. Quid, si sit dubium, an infirmus sit in dicto periculo? Resp. etiam in prædicta sententia Suarii, ministraretur, (ait Capeavilla i) i huic Extrema Unctio. Sed expectetur (inquit Castropalaus k) donec constet de periculo. Utraque sententia est probabilis, sed prior magis est animæ favens, adeoque licentius excipienda.

4. Et quidem adverte, etiam in prædicta Suarii sententia, (quam certè esse in praxi sequendam, & non illam Coninck, ipse usus Fidelium communis ostendit) periculum esse non expectandum, non verò vitæ desperationem. Nam concors est Theologorum vox, Extremam-Unionem esse conferendam, quando sensus, & mens recipientis vigent, ut animarum reverenter, & cum majore dispositione recipia-

recipiatur. In quo tamen rigorose loquitur

a. Catech. Rom. qui illud tempus egroti ungendi, observare solent, cum iam, omni salutis spe amissa, vita, & sensibus carere incipiat.

nu. 9. 5. Ejusmodi dictum lenit Quintanaduen-
b. Quintanaduen. nas b. dicens, ad mortalem culpam incurrendam, requiri, ut tanta dilatio, dedita opera, & ex negligentia fiat.

nu. 3. 6. Adhuc mitius Suarez & Ministri (ait) cu-
c. Suar. l. c. rare debent, ut hoc Sacramentum detur Fidelibus,
d. 42. fess. dum sunt sui compotes. An vero hoc ita sit neces-
sarium, ut cadat sub preceptum. Auctores nihil dicunt, neque ego facile hanc obligationem imponam, saltem sub gravi culpa. Hactenus Suarez, lege tamen exceptionem mox num. 8. ponendam.

7. Hæc quoad Ministros: Sed quid de ipso infirmo, obligaturne sub mortali ad hoc Sacramentum suscipiendum.

Respondeo, communem esse opinionem solum obligari sub veniali, quia hoc non est Sacramentum necessarium: Excipe, Primò, quando ex contemptu omittat, vel cum gravi scandalo, quod certe non adest solum ex eo, quod infirmus requisitus, velit differre ad tempus commodius; sed adesset, inquit

d. Coninck Coninck, d. & Laymam, e quando requisitus ex nulla causa noller, unde astantes (ait 10. n. 30. Laymam) conciperent, illum esse hæreticum, c. Laym. tr. vel ob hominis auctoritatem, ad vilipendendum, de Ext. dum hoc Sacramentum, moveri possent. De Vn. cap. 7. nique Hurtadus f. notat, rarum esse, quod sequatur ejusmodi grave scandalum ex mera off. G. Hurt. missione.

de Ext. 8. Excipe Secundò, quando aliud Sacramentum infirmus non suscepit, nec contritionem elicit, nam tunc videtur ex obligatione Charitatis ad se ipsum, teneri ad suscipiendam Extremam-Unionem, ut si forte sit in peccato sibi non cognito, gratiam cum attritione acquirat, justusque decedat.

9. Atque id, quod in hac secunda exceptione dictum est, debere etiam servari à Ministris, & assidentibus circa infirmum, operæ pretium est, advertere.

10. Denique Prælati, & Parochi, sub quam obligatione tenentur ad hoc Sacramentum suis ovibus administrandum, dicam cap. 4. nu. 5.

§. VI.

Quando reiterari potest Extrema-
Unctio.

1. Quamvis Extrema-Unctio Characterem non imprimat, ut supponit Tridentinum & ex Eugenio Quarti definitione, nihilominus, eodem periculo mortis perseverante, iterari, nec licet, nec valide potest, quia semel habita, sufficit pro eodem periculo, ut ex usu Ecclesiæ constat antiquissimo. At si novum superveniat periculum, licet infirmitas non cessaverit, valide poterit, & licet, quia tunc censetur alia nova infirmitas, atque adeo novo remedio, novoque indigens auxilio.

2. Hæc sunt certa, & omnibus obvia. Verum gravis difficultas apud Doctores agitur, quonam modo hoc novum periculum cognosci possit? Quod tamen ex sequentibus eorundem Doctorum explicationibus habebis, spero, manifestè.

3. Hurtadus b. sic loquitur. *Ut verò novum h. 6. Hurt. ad sit periculum, non requiritur majus temporis de Ext. intervallum, quàm, quod requiritur, ut infirmus Vnct. diff. dicatur prius periculum evasisse, seu fuisse extra 10. sine illud.*

4. Bonacina i. sic. Si status, inquit, Infirmitatis mutetur, potest iterari Extrema-Unctio. Ita- 8. de Ext. quod, si existens in periculo mortis infirmus percepit un. q. unic. Extremam-Unionem, deinde per aliquot dies p. 6. nu. 4. evasit mortis periculum; ut si, per mensem, convalescit à periculo mortis, potest iterum recipere hoc Sacramentum, si iterum incidat in grave ejusdem mortis periculum.

5. Suarez k. cum dixisset, frivolum esse, ad k. Suar. iterandam Extremam-Unionem, unius To. 4. in 3. anni interruptione postulare, vel unius menses p. d. 40. sic; sic addit. *Idèò hac regula non est admodum sect. 4. n. 7 certa, idèòque prudenti arbitrio hoc relinquendū est, ut nimirum, considerata diuturnitate agitudinis, & statum ejus, & interruptionis eorum inter se, practica, & communi existimatione, illa censentur diversa pericula, & status ita diversi, & perinde se habeant, ac si essent morbi omnino distincti.*

6. Coninck l. ita docet, Intervallum inter l. Conin. d. periculū transactum, & periculum novum in ea- 19. de Ex- dem infirmitate, debet esse notabile, id est tantum, tr. Vn. d. 8. ut utrumq; periculum, non solum secundū appa- n. 26. rentiam, & effectus, sed in re ipsa possit dici distinctum.

strictum, ita ut ager, medio tempore, prudenti iudicio, possit dici fuisse, extra periculum mortis, quod ad illum morbum attinet.

7. Denique Rituale Romanum his verbis breviter, et diserte propositam rem, Ac expedit. In eadem infirmitate hoc Sacramentum iterari non debet, nisi diuturna sit, ut, cum infirmus convalesceris, iterum in periculum mortis incidit.

CAPUT III.

De Ministerio hujus Sacramenti.

§. I.

Minister est Sacerdos.

1. **P**ro valore, est quilibet simplex Sacerdos, licet excommunicatus, vel degradatus. Pro licito autem usu, debet esse Sacerdos non excommunicatus, nec alia innodatus Censura, & Jurisdictionem habens in inferiorem, qualis est Prelatus pro suis ovis, ut item est Parochus pro suis, vel alius Sacerdos ex alterius commissione tacita, vel expressa. Quare in necessitate quilibet Sacerdos nulla Censura ligatus licet confert, quia potest presumere licentiam Parochi, vel Prelati, cum in his actionibus, quæ, non ut valide, sed, ut licite fiant, dependent à superiore, non requiratur, nisi probabilis ejusdem consensus: jure, ut ait Castropalaus, & sic disponente.

a Castrop.
de Extr.
Vncl. p. 7.
num. 4.

3. Si sane ulla licentia Sacerdos alterum un-
geter, falem tæpè id faciendo, videtur res
gravis, atque adeo culpa mortalis, usurpa-
enim iurisdictionem alteri. Non ita, si le-
niat, aut iterum; sic enim leve quid est, ut in
simili aliter memini, h me declarasse.

b In opus.
de comm.
c. 5. §. 4.
nu. 8.

4. An Sacerdos excommunicatus licitè ex necessitate inungat? colligi ex ibidem dictis potest.

§. II.

Sub qua obligatione:

Clage Lay. 5. lib. 5. tra. **P**arochus, & Prælati tenentur ex iustitia, & obligatione sui officii sub mortali, & 7. n. 3. tali (alii enim Sacerdotes, solum ex Charitativitate) hoc Sacramentum conferre suis ovibus, p. 3. tra. 4. si expressè, si tacitè parentibus: quam *resol. 170.* tacitam petitionem ego interpretor adesse,

quoties infirmus graviter decumbit, nec Sa-
cerdotem excludit, immò si excludat, debet
à Parocho persuaderi, &c. Licet enim infirmus,
modo supradicto, non obligetur, saltem d
regulariter, sub mortali Extremam-Uctione
nisi suscipere, qui potest suo juri cedere, non
tamen ita Parochus, qui, ut Pastor, debet in
ailo gravi articulo suis ovis de spirituali-
bus remediis providere.

Pro tempore pestis videantur Castropala-
us, & multi, quos citat Leander. Nobis in de Suis.
præsentia fati sit duo notare, Primò. Docent tom. 4.
non pauci, si pesti infecti, sint confessi, un- 44. j.
de censurionem esse in gratia, posse Extremam nu. 20.
Unctionem absolute omitti.

Secundū, Docent Tannerus & alique, non Velle. A-
tineri Parochum, quando, adhibitis reme-
diis, adhuc subest periculum suae vitæ, hoc Del. Sac.
Sacramentum porrigere, sed ad Suarez loc. cit. alii, con-
cit. Parochum obligari, adhibere convenien-
tia remedia, quibus possit sine morali peri-
culo, Extremam Ūctionem ministrare. Lege de Ext.
ipsum, qui hæc remedia enumerat.

§. III.

*Religiosi, an sint hujusmodi Sacramenti
Ministri.*

1. **C**ontra Religiosos conferentes hoc Sa-
cramentum fulminatur iplo facto ex-
communicatio Pontifici reservata in *Clem. 3. n. 2.*
primis de Privilegiis. Intellige autem, quando
sine licentia tacita, vel expresse Parochi, vel
sine Pontificis privilegio id faciant. Quibus
tamen ipsi ex privilegio conferre Extremam
Unctionem possint, habes latè apud *Quin-*
taxat.

2. Primò. Si Novitius Sacerdos conferat
alicui Extremam-Unionem sine licentia à Superiore
Parochi, peccat quidem modò dicto §. 1. m. 5. m. 1.

3. At non afficitur hac excommunicatione. 21. d. 1.
Ita Suarez *b* (quidquid dicat Navarrus,) nam *id est* +
hæc excommunicatio est contra Religiosos, i. Natos
Novitii autem, in odiosis, Religioforum no- in ma
mine, non veniunt. 22. s.

3. Secundò. In dicta Clementina non est
sermo de Religioso ministrante hoc Sacra-
mentum, alteri Religioso, qui est exemptus
à Jurisdictione Parochi. Ratio est, quia dicta
prohibitionis totus finis est, ne præjudicium
aliquid

aliquod oriatur Parochis, quod nequaquam fit, si Religiosus Religiosum inungat, in quos nulla Parochus Jurisdictione gaudet.

§. IV.

De adjutore ministrantis hoc Sacramentum.

1. **A**djutor, seu respondens Sacerdoti hoc Sacramentum ministranti, indicavi supra, solere esse Clericum, immò sufficere etiam Laicum, & aliquando posse nullum adesse. Inquit nunc præterea, an liceat esse Fœminam?

Respondeo, nequaquam licere: nec scilicet, respondeo ad preces, nec multò magis, tergendo sensus infirmi uncti.

Quid si deficient viri omnes? Adhuc sentio cum Quintan. a. potius Sacerdotem sibi debere respondere, & eundem ipsum abstergere unctiones, quam Fœminam adhibere. Nam ex una parte, ejusmodi adjutorem adesse, non est necessarium in hac functione, & ex alia Fœminæ in Sacris Canonibus semper arcentur ab immediatis hisce Ministeriis Sacramentorum.

CAPUT IV.

**Quo tempore ministrari potest
Extrema-Unctio.**

1. **Q**uacumque hora, quocumque tempore, quocumque die: non enim est, unde coarctatum sit ejusmodi tempus.

Finis de Extrema-Unctione.

Laudes DEO, Beatiss. Virgini, ac B. Aloysio.

Tamburinus de Sacramentis.

2. Solum in tempore Interdicti prohibitum id invenimus in Sacro Textu. b

3. Excipitamen ab hac prohibitione debent, Primò, ii, quibus pro illo tempore concessum est privilegium, (quod an, & quatenus concedatur à Bulla Cruciata dicitur in Trac. de Interdicto, & ubi etiam dicitur, quoad Religiosos. c Interim lege Lud. a

8. Excipe Secundò, quando moriturus Sacramentum Pœnitentiæ recipere non potuit; nam in hoc casu Extrema-Unctio est, medium valdè probabiliter necessarium ad animæ infirmi salutem, unde illam non prohibet Ecclesia, sicut, nec tunc prohibet collationem Sacramenti Pœnitentiæ.

Quoniam verò acquiri primam gratiam, & peccatum oblitum remitti Fidei Baptizato per susceptionem aliorum Sacramentorum bona fide, & cum attritione factam, est solum probabile; d per Pœnitentiam verò; & Extremam-Unctionem fit moraliter certum, ideo puto non esse alienum ab Ecclesiæ pietate concedere, ut infirmus, si tempore interdicti non potuit recipere Sacramentum Pœnitentiæ, (esto receperit aliquod aliud Sacramentum, etiam Eucharistiam) posse Extremam-Unctionem rite suscipere, illique à Sacerdote eam ministrari, ut scilicet certius ejus salutem consulatur.

o(30



HL

LIBER

non sit de fide, est tamen certissimum esse Sacramentum, ut apud Vasq. aliosque citatos videre poteris.

6. Quoad praxim, illud ex dictis colligi debet, Ordinem, cum jam dixerimus, esse Sacramentum, unde suam producit gratiam, debere dignè ministrari ab Episcopo ordinante, & dignè recipi ab ordinato, id est, sine conscientia peccati mortalis, ut supra libro primo de Sacramentis in universum explicatum est. Sed difficultas propria hic se offert: An id sentiendum sit de omni Ordine, etiam de prædicta extensione; ita ut per quameunque indignam collationem, vel receptionem illorum, committatur novum numero peccatum?

7. Respondeo. Ita est sentiendum in sententia, quam, ut probabiliorum secuti sumus, docentem, eos omnes esse Sacramenta; multo magis de illa extensione, quam diximus, certò esse Sacramentum. At quia non possumus negare probabile esse, Subdiaconatum, & Minores Ordines non esse Sacramenta, ut modò vidimus, idèd probabile etiam erit, ea ministrare, & vel suscipere, non esse saltem mortale.

CAPUT II.

De Materia, Forma, & Officiis primæ Tonsuræ, & Minorum Ordinum.

§. I.

Prima Tonsura.

1. **E**st deputatio ad canendum in Choro, seu Ecclesia. Et ad ejusdem obsequium.

2. Confertur ab Episcopo per abscissionem capillorum, loco materiæ, & per hæc verba, loco formæ, ab eodem Episcopo, & simul ab ordinando pronunciata. Dominus pars hereditatis meæ, & pars mea Deus in æternum.

Dixi (loco materiæ, loco formæ) cum enim prima Tonsura Ordo non sit, vera materiæ, formæque non indiget: nam propterea, his de Ordo. tr. omis, valide quis b deputaretur ad obsequium prædicta, si quocumque alio modo, ipso consentiente, ad ea addiceretur ab Episcopo.

3. Officium primæ Tonsuræ est, deputare Fidelem ad canendum in Ecclesia, ob quam rationem vocatur his Psalmista, & ei imponitur, ut semel recitet septem Psalmos Penitenciales cum Litanis, & Precibus consequentibus. Destinatur item per ipsam Fidelis ad obsequium, & famulatum Ecclesiæ, unde sit capax beneficiorum Ecclesiasticorum, & aptus ad Ordines sequentes.

4. Ut autem id hac occasione dicam, adverte, prædictas Orationes imponi ab Episcopo tum Tonsurato, tum cuilibet ordinato in Minoribus, & quidem semel, etiam si receperit simul dictam Tonsuram, & quatuor omnes Ordines: imponi, inquam, non sub peccato, sed sub consilio, & sicuti idem sentiendum esse de Matrimonio, & Missis, quæ l. c. c. 3. idem Episcopus imponit Ordinato in Sacris, cum Nardicam d. mox.

§. II.

Ostiarium.

1. **E**st Ordo Ecclesiasticus, per quem datur potestas claudendi, aperiendi, & custodiendi Ecclesiam.

2. Ejus materia remota sunt claves Ecclesiæ, Proxima est porrectio, seu traditio clavium. Forma sunt illa Episcopi verba. Sic age, quasi rationem Deo redditurus pro his rebus, quæ his clavibus includuntur. Adduntur tanquam Ceremoniæ, aperire, & claudere fores ejusdem Ecclesiæ, & illi tradi campanulam, seu funiculum, quo ea ligatur, quibus ostenditur exercitium Ordinis, quem susceperunt.

3. Ostiarii munus est, aperire, claudere, custodire Ecclesiam, advocare, & admittere dignos, indignos excludendo, Campanas pulsare (explicat Gaspar f. Hurtadus, id intelligi, tempore sacrificii) supellectilem Sacram custodire, denique aperire librum ei, qui est prædicaturus, quod tamen ultimum in usu certè non est.

§. III.

Lectoratus.

1. **E**st Ordo Ecclesiasticus, quo conceditur potestas Prophetias, & Scripturas legendi in Ecclesia.

Hh 2

2. Ejus

c March.
varr. &
Reginaldo.
d Inf. c. 2.
§. 4.

c Leand.
de Ord. d.
2. q. 10. ex
March. l. c.
tr. 2. p. 2.
cap. 3.
f. G. Hurt.
de Ord.
diff. 5.
g. G. Hurt.
ib.

2. Ejus materia remota est liber continens Sacras Lectiones, id est, Epistolas, & Prophetias. Proxima est ejusdem libri traditio. Forma. *Accipe, & esto verbi Dei relator, habiturus, si fideliter, & viriliter officium tuum impleveris, partem cum iis, qui verbum Dei ab initio bene ministraverunt.*

3. Munus ergo Lectoris est legere prædictas Prophetias, & sacras Scripturas, etiam Evangelium, sed extra Missam, nam, in hac, est officium respectivè Subdiaconi, & Diaconi. Item ejusdem Lectoris est munus, Catechumenis baptizandis fidei rudimenta tradere. Olim panes, & fructus novos Lector benedicebat, minori tamen solemnitate, quam ea, quæ convenit ordinatis in Sacris, ut notat Gasparus Hurtadus, verum hodie id abrogatum esse, Marchinus b testatur.

a G. Hurt.
lo. cit.
b March.
de Ord.
tra. 2. p. 3.
cap. 3.

§. IV.

Exorcistatus.

1. **E**ST Ordo Ecclesiasticus conferens potestatem imponendi manus super energumenos, legendique exorcismos, ad Demones fugandos.

2. Materia ejus remota est liber Exorcismorum, Proxima ejusdem libri traditio; Forma. *Accipe, & commenda memoria, & habe potestatem imponendi manus super energumenos, sive baptizatos, sive Catechumenos.*

3. Ejus ergo officium est manus imponere super Energumenos, atque exorcismos legere; Olim Exorcista edicebat Populo, ut, qui non communicant, darent locum aliis communicaturis, & aquam qua in ministerio Baptismi uturus erat Baptizans, infundebat, sed hodie hæc, ipso non usu, abrogata esse, idem ibidem notat Marchinus.

§. V.

Acolythatus.

1. **E**ST Ordo Ecclesiasticus, quo datur potestas accendi lumina, cereumq; accensum transferendi ad altare, & porrigendi Subdiacono Urceolos, pro Sacro Ministerio.

2. Materia remota hujus Ordinis est duplex, altera, est candelabrum cum cereo extincto, altera, sunt Urceoli vacui. Horum

traditio est materia proxima. Notatque Bonacina c satis esse, si unus Urceolus tangatur ab ordinando: Forma item duplex est. Altera. *Accipe, Cerojerarium cum Cereo, ut, ciat, te ad accendenda Ecclesia lumina mancipari in nomine Domini.* Altera. *Accipe Urceolos, ad suggerendum vinum, & aquam in Eucharistiam Sanguinis Christi, in nomine Domini.*

3. Circa quæ, duplex est sententia, alii d. affirmant Priorem, alii e. Posteriores, alii f. utramque simul esse materiam, & formam adequatam hujus Ordinis, & per ipsas imprimi Characterem. Omnes probabiliter.

4. Officium ergo Acolythi est præparare lumina ad Sacrificium, Cereum, ubi est legendum Evangelium, ferre: Diacono, & Subdiacono interservire, (nam inde dicitur Acolythus, latine pedisequus) Aquam, & vinum in Urceolis ministrare, eisdemque vino, & aqua plenas eidem Subdiacono porrigere.

Acolythum immo, & ceteros quocumque Ordine, quamvis Minori, insignitos, immo & solum Tonfuratos posse licite tangere valia sacra, sed in quibus non sit Sanctissima Eucharistia g alibi docuimus.

§. VI.

Aliquot quaestiones de initiatis Tonfura, & Minoribus.

AN, HI, CUM INITIANTUR, Obligentur Sacram Eucharistiam sumere, & quid de aliis?

1. **P**rima Tonfura, & Minoribus initiatis, eo die, quo initiantur, obligantur ne, Sacram Communionem suscipere, & per hanc occasionem, quid de aliis in Sacris?

2. Respondeo tribus dictis. Dico, Primò. Tonfura, & Minoribus initiatos non obligari. Primò, quia non adest Textus ad id obligans. Secundò, quia aliqua Rubrica sit forte disponens, nullum indicat præceptum, unde solum continet consilium. Tertiò, Praxis idem persuadet, quando scilicet hi ordines conferuntur à Prandio.

3. Dico, Secundò, idem affirmari debere de Subdiaconatu, & Diaconatu propter duas priores rationes proximè dictas, semper sup-

supponendo, non esse alicubi peculiare præceptum.

4. Dico, Terriò, Sacerdotio initiatos omnino sub pœna culpæ mortalis communicare debere, a quia debent participare de suo sacrificio.

a Quinte.
de Ord. sin-
guli. 17. n. 2

AN PECCET QUIS, SI INITIATUR

Tonsura, & Minoribus, sine intentione ascendendi ad alios Ordines. Et quid de Episcopo, si id sciens, illum initiet.

5. Neutrum peccare mortaliter, b puto,

quia nulla gravis deordinatio in hoc apparet, nec grave præceptum. Non ita in eo, qui Religionem ingreditur animo non perseverandi, quia hic decipit Religionem, dum alitur ejus expensis contra ejusdem Religionis voluntatem Lege Coninck. c

6. Dices. At Tridentinum d prohibet illos prima Tonsura ordinari, de quibus probabilis conjectura non sit, eos, non sæcularis judicii fugiendi fraude, sed ut Deo serviant, hoc vitæ genus eligisse?

Respondeo. Tridentinum loquitur de initiato ex intentione fugiendi judicium sæculare, non autem de intentione non ascendendi ad alios Ordines.

7. Quod si quæras, an is, qui contra Tridentinum initiatur ex intentione fugiendi dictum judicium, peccet mortaliter? Respondeo, esse duas sententias. Navarrus, & alique putant, peccare mortaliter. Sanchez f cum aliis, mortaliter non peccare.

8. Hanc posteriorem sequor, quia, nec Tridentinum imponit præceptum grave, nec gravem injuriam is, qui cum ejusmodi intentione ordinatur, irrogat, vel Ecclesiæ, vel potestati sæculari, quilibet enim uti potest sua libertate, in eligendo vitæ statu, esto deinde per accidens sequatur exemptio à sæcularibus, & esto sic ordinatus ad statum altiore non sit ascendere.

9. Verum peccatne saltem venialiter? Respondeo Sanchez g citatus, sic habet. Si Ordinarius Minoris, aut primam Tonsuram accipiens, solum intendat declinare jurisdictionem fori sæcularis, nonnulla culpa est, quod deficiat recta intentio Ordines suscipiendi. Certe ex modò loquendi communi, illud (nonnulla) solum videri alicui notat. Quare si deinde Sanchez

numero 18. dicit, non peccare Episcopum, si prædictum ordinem, intelligendus erit, (ne sibi sit contrarius) non peccare mortaliter, nam non posset effugere veniale, si sciens ad illud cooperaretur.

10. Notabile demum est illud, quod dicit Layman, nimirum, Rectores Academiae sine veniali solere, assumere Minores Ordines, absque intentione permanendi in Clericatu, sed solum, ut sic, possint Scholares Ecclesiasticos regere. Quæ Doctrina ostendit, posse adesse justam causam, unde, ne venialiter quidem peccetur.

AN PECCET IS, QUI MINORIBUS

initiat ob solam spem Beneficium Ecclesiasticum consequendi?

11. Marchinus b ad hanc quæstionem sic Responder. Si dicta spes sit causa principalis finalis, & primaria, mortaliter peccabitur, secus, si sit secundaria, & impulsiva. Quæ Doctrina confirmari potest ex D. Thoma i docente, appetere Episcopatum ob divitias (intelligendus enim est principaliter) esse mortale.

12. Profectò, si id, ita absolute dictum, verum esset, vix Sacerdotibus, vix Clericis, vix Fidelibus. Quotusquisque enim est, qui ob finem habendi temporalia ad spiritualia non moveatur?

13. Naviter igitur intelligendum est, quid sit hac in re moveri à lucro, vel simili spe temporali, tanquam à fine, seu causa principali, ita ut mortaliter tunc peccetur. Certe est, cum quis ita movetur ab hoc fine lucris, & ita spiritualia ad illud ordinat, ut velit legem Dei in re gravi negligere, dummodo eo lucro potiatur. Hanc profectò intentionem, si, vel Clericus, vel Episcopus habet in sua Ordinatione, peccare mortaliter non est dubium, deque hac loquitur S. Thomas.

At, si ejusmodi intentionem non habeat, sed ita velit finem illum lucris, media sua ordinatione, ut, sive expresse, sive tacite sit paratus, legem Dei non negligere, hunc certe difficile est, pronuntiare, mortaliter peccaturum, quamvis enim aliqua sit venialis deordinatio, spiritualibus uti, tanquam mediis ad temporalia, tamen, dum constat voluntas prædicta, esse gravis, & mortalis deordinatio.

H h 3

In opusculo nio nequaquam videtur. Lege nonnulla ad-
de *Sacra.* modum huc facientia in nostro opusculo, a
Missæ li. 2. de Sacra. Missæ,

c. 1. §. 1.

bTh. Axor AN INITIATUS TONSURA, VEL
Silv. aliq. Minoribus peccet, si sine ulla causa
ap. Leonid. uxorem ducat, & à Clericatu
de Ord. d. discedat.

7. qu. 13.

cSan. l. 7. 14. Quamvis b aliqui nullam hic agnos-
ma. d. 31. cant culpam, tamen adesse venialem mihi e-
num. 7. probabile est, quia ejusmodi Clericus vide-
d Lib. 3. in tur recedere à statu, quem in ipsa receptione
Dec. ca. 11. Tonsuræ videtur implicite Ecclesiæ, aliquo
num. 2. tandem modo, promississe. Non ergo hanc
eSan. l. 7. culpam ego duco ex capite inconstantiæ; hoc
mar. d. enim fortasse non attingeret culpam, cum sit
44. nu. 5. solum defectus majoris boni, ut in simili di-
Castrop. de ximus à alibi, sed ex capite dictæ infidelitatis
Ord. d. un. in re non notabiliter gravi.

p. 17. n. 15 15. Hunc autem Clericum, si beneficio
Laym. li. 4. gaudeat, vel Ecclesiastica pensione, illis pri-
tr. 2. c. 14. vari, statim, e ipso jure, inito validè matri-
num. 7. monio, nec, quæso, prætereat.

fPanorm.

S. Aug. AN TONSURA INITIATUS SIVE
Tab. Arm. simplex Clericus, siue beneficiatus pec-
Silv. Bar. cet, si Tonsuram, quam Cleri-
Sotus ap. cam appellamus, non
March. de deferat.

Ord. tr. 2.

p. p. c. 6. Idem per occasionem quærimus de Initiato
gVa. q. 10. in Sacris, Et quid de vestibus
3. in 3. par. Clericalibus?

d. 250. c. 8

G. Hur. de 16. Triplex est, quoad Clericam, Senten-
Ord. diff. tia. Prima, docet s omnes Clericos peccare
ult. mortaliter, si Clericam forte negligant per
Sanc. in tempus notabile. Secunda satis communis
Concl. 7. g asserit, non omnes, sed Clericos Beneficia-
Ca. 1. d. 13 tos, & constitutos in Sacris. Tertia conten-
de Ord. q. dit, b nullos peccare mortaliter, nisi adsit te-
34 & 35. meritas conrumacia, & contemptus.

h March. 17. Huic tertiæ sententiæ ego adhæreo li-
l. c. tr. 2. p. bentius. Ratio est, quia consideratis diligen-
1. c. 6. ter, expensisq; singulis rextibus allatis a con-
Castro. de trario sententibus, nullum inveni, qui præ-
Ord. d. un. ceptum, saltem grave, contineret, quam
p. 18. n. 3. diligentem considerationem hic inferere aui-
Cajet. a mus fuit, verum, quia post meum in expen-
liquo ap. dendo laborem impensum (sincerè enuncio,
Pian. p. 3. me non mentiri) incidi in Marchinum loc.

cit. apud quem legi, meam diligentiam ab
ipso fuisse præventam, ideo judico, satis, 17. 4. 176
superque esse, si te ad illum, Lector benigne, 183,
remittam.

18. Excepi autem contemptum, &c. quod
ex Cajetano, sic disertè notavit Layman i his
verbis, in quibus statuitur etiam de vestibus, i Laym
& comprehenduntur item initiati in Sacris, i. 5. tr. 94
Silvester, Armilla, Vasquez ajunt, non esse mor- 12. n. 1
tale, Clericum Beneficiatum, vel constitutum in
Sacris non ferentem Tonsuram, aut habitum
Clericalem (seclusa contumacia, & contemptu)
nisi notabilis excessus sint ultra modum consue-
tum: Et hoc placet, tum esse mortale, si spectatis
circumstantiis persone, loci, diuturnitate tempo-
ris, &c. Clericalis Tonsura, & habitus neglectus
notabiliter repugnet honestati, & bono exempla
Clericorum; cujus gratia talis habitus, lege E-
clesiastica, præcipitur. Sin verò ex justa causa,
vel ad tempus breve, sine honestatis detrimento,
habitibus deponatur, nulla omnino est. Spectanda
etiam est cujuscumque Dioecesis consuetudo. Hæc
Layman: quæ, quasi iisdem verbis, approbat
Castropalaus loc. cit.

19. Nec dissimilis est Trullench. k cujus k Trullen
verba hic exscribere non erit inutile, quia
explicant prædictam Layman, & Cajetani
doctrinam; Sic enim ait. Cajetanus docet, 1. 6. de Ord.
Initiatum non gestantem habitum Clericalem, c. un. d. 15
& Tonsuram apertam, tunc peccare mortaliter, nu. 6.
quando adest temeritas, contumacia, & contem-
ptus. Cujus sententia sustineri posset, si adesset
aliquod signum, quo appareret Clericus; quod
tamen probabile admittunt Ledesma, & Vil-
lalobos: Secus tamen, si nullum signum Clerica-
tus appareat, ut si habitum Laicalem, & ensem
sine corona deferret. Ideo, & bene, prædicti Villa-
lobos, & Ledesma concludunt, Clericum Initia-
tum, tunc solum, peccare mortaliter, cum ita
non deferat habitum, ut videatur non Clericus.
Excipe semper necessitatem justam, qualis esset
paupertas, vel fuga inimici, parvitatem item
temporis ob aliquam congruentiam, &c.

Hæc ex Trullench. Addo ego lBarbosam, lBarbo
aliosque.

G. Hur.
c. & Va.
loc. cit.

CA-

§. I.

Quid ille sit, & qua Materia, & forma con-
stat, & quod ejus Officium.

1. Subdiaconatus est Ordo Sacer Ecclesia-
sticus, quo datur potestas assistendi in al-
tari Prasbytero sacrificanti, ministrando
et Calicem cum Vino, & Patenam cum Hostia, &
item potestas legendi Epistolas in Missa.

2. Materia, & forma est duplex. Altera,
est Calix cum Patena sine Vino, & Hostia,
quæ est materia remota, nam proxima est
ejusdem porrectio cum hac forma ex verbis
monitoris composita potius, quam ex imper-
rativis. Videte cujus ministerium vobis traditur,
ideò vos admoneo, ut ita vos exhibeatis, quod Deo
placere possitis. Ita post accuratam considera-
tionem se invenisse, asserit Vasquez a cum
plausu suorum Auditorum; nam sic, ait,
constabit hoc Sacramentum, more cetero-
rum, rebus, & verbis, & non est cum molestia
quaerendum, cur hic Ordo conferatur sine
forma verborum? Altera materia remota, est
liber: proxima, ejus porrectio: forma hu-
jusmodi. Accipite librum Epistolaram, & ha-
bete potestatem legendi in Ecclesia Sancta Dei,
tam pro Vivis, quam pro Defunctis in nomine
Patri, & Filii, & Spiritus Sancti.

3. Ex his materiis, & formis nonnulli sen-
tunt b conferri Subdiaconatum per priorem,
14. Casp. alii vero c per priorem simul, & unitim cum
d Ord. un. posteriore. Id quod, & an duplex Character
p. 4 n. 13. partialis imprimatur, & duplex conferatur
vicariis id gratia? An potius unus, & una? similesque
commune quaestiones, quæ ad praxim non faciunt, Do-
c. tertium. ceteros citati prosequantur.

4. Munera Subdiaconi, id est, Subministri
Sacerdotis, his verbis numerantur in Pontifi-
cali. Subdiaconus oportet.

I. Aquam ad ministerium altaris præpa-
rari, ap. rare.

II. Diacono ministrare.

III. Pallas altaris, & corporalia ablueri
de hoc omnino vide in d nostro opus. de
de Sacr. Sac. Missæ.

IV. Calicem, & Patenam in usum Sacrifi-
cii eidem offerre.

V. Panem consecrandum pro Populo in
altari ponere. Hæc in Pontificali, quibus ex
aliis Rubricis additur.

VI. Crucem in supplicationibus gestare.

VII. Epistolam in Missa solemniter canere.

VIII. Denique Subdiaconus ad mulierum
januam, sicuti Diaconus ad januam virorum,
dum in templum ingrediebantur, antiquitus, e
ad sexus distinguendos, assidebant.

5. Hæc sunt Subdiaconi munera, quibus
adde obligationes duas, quas sub mortali in-
fiscceptione sui Ordinis contrahit, puta Ca-
stitatem servandi, & horas Canonicas persol-
vendi.

6. Denique tria adverte. Primò, porre-
ctionem, seu traditionem prædictam, quæ
est materia proxima Subdiaconatus, ut etiam
similem traditionem in Diaconatu, & Sa-
cerdotio, debere, sub pœna nullitatis Ordinis,
fieri ab Episcopo ordinante: quæ tamen
invaliditas non ita clarè apparet in Minori-
bus Ordinibus, nam olim ab alio, quam ab
Episcopo, hoc est, ab Archidiacono tra-
debatur Acolytho materia, ut notavit Vas-
quez. f

Secundò, formam Priorem Subdiacona-
tus dictam num. 2. solum esse illa verba (Vi-
dete cujus ministerium vobis traditur) cetera
enim videntur solum ad adhortationem per-
tinere. Lege Vasquez citatum dicto numero
secundo.

Tertio, in secunda forma Invocationem
Sanctissimæ Trinitatis non g esse de necessi-
tate Sacramenti. Cur autem dicatur (videte)
in plurali, rationem à Theologis scholasticis
petito.

§. II.

Quaestiones aliquot circa materiam Subdia-
conatus.

SI DRADATUR CALIX SINE PATE-
na, vel contra, validane est or-
dinatio?

1. Validam esse putat Silvester, h invali-
dam Marchinus, i & Leander, k quia
Concilium semper utrumque exprimit. Et
ratio ipsa dicat, ut utrumque tradatur, si
curi ad utramque partem Sacrificii, nimirum
Corporis, & Sanguinis Christi, illa traditio
refertur. Certè hoc posterius, saltem in praxi,
urpatur.

c Ap. Clem.
Rom. lib. 8.
const. c. 11.
alias 15.

f Vasq. l. 6.
d. 2. 7. c. 2.
n. 23. ap.
An. q. 2. de
Ord. inir.
sec. 2.

g Bonac.
de Sacr. d.
8. q. un. p. 3.
nu. 14.

h Silv. V.
Ord. 2. q.
11. fine.

i March.
de Ord. tr.
2. p. 6. c. 1.
d. 2.
k Leand.
de Ord. d.
3. q. 15.

urporè tutius, & meliori rationi innixum, erit sustinendum, idque satis confirmabitur ex dicendis de Sacerdotio mox, *a* ubi dubiam putabimus ordinationem Sacerdotis, si porrigatur, sola Hostia, vel solus Calix,

AN IN SUBDIACONATU CALIX,

& Patena non consecrata sufficiant ad valorem Ordinis. ut item in Sacerdotio?

b Bonac. de Sac. d. 8. q. un. p. 3. n. 5. Diaconus, Sacerdos, aliiq. cum Leand. d. 3. de Or. q. 16. c. Castr. de 2. Sufficere docet Bonacinæ, *b* quia nullo jure præcipitur, illa debere ad hunc effectum esse consecrata. Non sufficere contendit Castropalaus, *c* quia, per hæc non consecrata, nequaquam significatur, tangentem ea vala deputari ad rem sacram Sacrificii, & quia secus posset dici, esse materiam aptam quodlibet vasculum, ligneum, coriaceum, argillaceum.

Ord. d. un. p. 4. n. 15. d. March. Denique Marchinus *d* Bonacinæ sententiam post factum tolerat, non verò antea, quia Calix non consecratus non est Calix in jure Canonico.

6. c. 1. d. 1. num. 2. 3. Equidem assero, Primò, Marchini dictum (cum sit de valore Ordinationis, ut ratio ab ipso allata clarè demonstrat) sustineri non posse: Quando enim ante ordinationem inepta est materia, est item postea, & è contra. Si enim unquam valet illud axioma juris. *Quod ab initio invalidum est, tractu temporis non convalescit*, certè valet in administratione Sacramentorum, in quibus, ut omnes scimus & alibi nos explicuimus, retractio, & fictio juris locum habere nequaquam potest.

4. Assero Secundò, Bonacinæ sententiam esse probabiliorē; & loquendo de Sacerdotio, mihi moraliter certam. Ratio est, quia materia propria Sacerdotii est Hostia, & Vinum, quæ etiam si dentur in manus ipsas ordinandi, sufficientissima sunt ad valorem Ordinis, cum solum propter congruentiam tradantur in Calice, & Patena, ut ex Vasquez, aliisque dicemus paulò *e* post. Ergo parum nocebit, si deficient Calix, & Patena consecrata, cum solum ad summum esset perinde, ac Patena ipsa, & Calix deficerent, modò ex alia parte adsit contractus moralis, qui sufficienter potest adesse, sicuti adesse ibidem numero septimo, dicemus, si velo Calix, & Patena cooperta sint. vel in disco,

aut ara portatili materia consecranda tradatur, & per velum, vel per aram tangatur. Atque ex his patet responsio ad rationes Castropalai.

Pro Subdiaconatu sufficit ratio allata numero secundo,

AN, IN SUBDIACONATU, UT etiam in cæteris Ordinibus, & præsertim in Sacerdotio, sit de necessitate valoris Sacramenti, contingere Physicè materiam, an potius sufficiat porrectio facta ab Episcopo cum acceptione Ordinandi?

5. Id quærimus in Ecclesia Latina: nam in Ecclesia Græca non solum Subdiaconatum, verum etiam Diaconatum, & Sacerdotium, & Episcopatum conferri per manuum impositionem, nullus ignorat. Neque mireris hanc diversitatem, quia Christus Dominus instituit materias, & formas hujus Sacramenti Ordinis, non cum omnimoda determinatione, sed reliquit aliqua determinationi Ecclesiæ; Instituit enim veluti in genere, ut Episcopus per aliquod manuum signum, seu extensionem communicaret ordinando potestatem: quale autem hoc signum esset, voluit, ut Ecclesia decerneret, quæ in Græcis determinata fuit extensio manuum super ordinandi caput ab ipsis vocata Chirotonia, id est, manus impositio; *2. de Sac. in Latinis autem fuit extensio ejusdem manus, qua porrigantur, seu tradantur ordinando prædicta instrumenta: Et quidem, 2. p. 7. c. 2. loquendo de Ordinibus Sacris, Subdiacono n. 9. Ac porrigitur Patena, & Calix sine Vino, & de Ord. Hostia, Sacerdoti autem eadem Patena; & q. 2. se. 1. Calix, sed cum Vino, & Hostia: nam Episcopus copatus, etiam in Latinis, confertur per manuum impositionem, & Diaconatus etiam hujusmodi per eandem impositionem confertur saltem citius, tanquam per materiam inadæquatam, ut *g* Cajet. mox dicemus. Hunc explicandi modum, Scot. V. post accuratam considerationem, video in Reg. Lay. ter cæteros modos, ab aliis excogitatos, esse Hæreticè expeditiorem, qui quidem modi poterunt legi apud f. Doctores latè.*

6. Plures ergo Doctores *g* non requirunt contactum Physicum, & reale, ut necessarium ad valorem horum Ordinum; satis mox enim esse putant; si adsit contractus moralis, *rand. id est,*

id est, ut ordinandus aliquo gestu corporis, v. g. extensione manus significet, se illa instrumenta, vel materiam, quæ offert, seu ponit Episcopus, acceptare. Verum a plures requirunt omnino, ut essentialem, & prorsus necessarium, contactum physicum. & realem. Conflictus rationum, ex utraque parte allatarum, nimis obvius est apud citatos, nam propterea à me, qui solam praxim promoveo, est omnino omittendus.

7. Illud disertè pronuncio, quamvis utraque sententia sit probabilis, nihilominus in praxi, ita adhiberi debere physicum contactum, ut is, qui solum moraliter tetigit, sit iterum sub conditione ordinandus, & interim abstinere debeat ab exercitio Ordinis, præsertim Sacerdotii. Ratio huius monitionis, quam facit Hurtadus b licet priori opinionis sectator, est, quia tantus rigor, quo Ecclesia Latina contactum physicum præcipit, & sollicitudo tanta, qua is physicus contactus in eadem Ecclesia servatur, ostendit, illum esse necessarium ad valorem.

8. Hinc Sacerdos sine physico contactu initiatus Confessiones Fidelium excipere non posset, nec accipere stipendia pro Missis, nec redditus Beneficii Sacerdotalis; quia nemo, extra casum necessitatis, vult Absolutionem recipere, vel oblationem Sacrificii habere ab eo, qui sub ejusmodi dubitatione initiatus fuit, nec eadem porrigere pingues redditus beneficiorum, &c.

9. Dixi, (præsertim Sacerdotii) quia in Sacerdote est grave periculum nullitatis Sacrificii, & Confessionum, damnique Pœnitentium, nam propterea præter Sacerdotium non puto necessariam in aliis Ordinibus prædictam iterationem promotionis.

10. Inquires. Prædictus contactus physicus debetne fieri simul physice cum prolutione formæ?

Respondet. Satis esse & simul moraliter, id est, si paulò post, si paulò ante, ita tamen, ut distantia sit valde exigua, nam verum moraliter esse debet, quod, dum Episcopus profert formam, ordinandus tangat. Addit Delugo d eum, qui non tetigit Calicem, & Patenam, dum actu forma pro-

Tamburinus de Sacramentis.

ferrebat, sed modo dicto; paulò post, posse quidem ad maiorem animi sui quietem sub conditione reinitiari, sed non esse necessarium. Quæ doctrina ostendit, valde ipsi certam esse responsionem nostram, nec solum probabilem. Aliquæ aliæ quæstiones ad prædictam materiam, & formam Subdiaconi facientes habebis infra & in simili cum de Sacerdotio.

c Infrac.

4. 5. 3. n. 63

7. 6. 8.

§. III.

Quæstiones aliquot circa obligationem Subdiaconi de servanda Castitate.

1. D Uas obligationes Subdiaconum subire in sui ordinatione diximus §. primò, Castitatem scilicet custodiendi, & horas Canonicas recitandi, quibus potest addi tertia, id est, & patrimonium aptum, ad se alendum possidendi, de quibus necesse habemus (initium sumendo à prima) separatim hic disputare.

PRIMA OBLIGATIO.

Custodiendi Castitatem.

2. Et quidem. Prima quæstio, quoad Castitatem, ea est, An ad illam teneatur Subdiaconatus (idem dic de cæteris constitutis in Sacris) ex voto, quod, dum ordinatur, sive explicitè emittat, sive implicitè, dum vult ordinari eo modo, & cum iis oneribus, quæ Subdiaconatui affixit Ecclesia, affixit autem Ecclesia obligationem, ut votum Castitatis ipse ordinandus emitteret, an potius teneatur non ex dicto voto, sed immediate ex præcepto ejusdem Ecclesiæ, quatenus scilicet Ecclesia præceperit, ut Subdiaconus à Veneris abstineret: si enim, etiam si expressè ordinandus Castitatem non voveat, adhuc obligabitur ex præcepto; sicuti Fideles, etiam si non voveant Sacro interesse, die festo, adhuc tenentur ex præcepto Ecclesiastico.

3. Valde autem hic notandum est, huic obligationi servandæ Castitatis, quam habet ordinatus in Sacris, esse annexum impedimentum dirimens matrimonium, hoc est, invalidè constitutum in Sacris contrahere matrimonium, si fortè illud attenter:

I i

id quod

a *sess. 24.* id quod de fide est, cum sit à Concilio a Tri-
 Canon. 9. dentino definitum, cuius verba mox ponē-
 b *Sanc. lib.* mus numero Octavo.

7 *ma. disp.* 4. Porro quoad obligationem servandā
 27. n. 10. Castitatis triplex est sententia. Alii b *asse-*
Veig. in 3. runt teneri ex voto, alii c *ex Præcepto*, alii
 p. d. 248. ex d *utroque*, & quidem omnes magnæ au-
 Pont. lib. 7 thoritatis Doctores, iique non vulgaribus
 matr. c. 27 innixi rationibus, unde, & omnibus est meri-
 Mareb. de rō concedenda probabilitas.

Ord. tr. 2. 5. Verum, quia non pauci ex his Doctori-
 p. 6. c. 8. ribus confundunt obligationem servandā
 Suar. de Castitatis cum obligatione non ducendā
 Relig. t. 3. uxoris sub impedimento dicto nullitatis,
 li. 9. c. 17. coacti fuerunt admittere obligationem præ-
 c *Val. Sor.* cepti, ubi tantummodo est votum. Ex
 Paludan. plico clarius, dum meam sententiam pro-
 quos sequi fero.

tur Aver. 6. Ego enim sustineo, obligationem
 qu. 4. *sect.* servandā Castitatis in constitutis in Sacris
 7. V. Pra- immediatē esse ex Voto, (sive implicito,
 ferendus. sive explicito, eo modo, quo explicui nu-
 d *Con. d.* mero secundo) At impedimentum explicā-
 20. du. 13. tum num. 3. quod iidem habent, dirimens
 Rebell. l. 3. matrimonium, esse immediatē ex Ecclesiæ
 de matr. Præcepto.

qu. 10. 7. Prior pars probatur. Primò, quia,
 Hurt. de in aliquibus vulgatis Textibus apud præ-
 Or. dis. 26 dictos Auctores, obligatio ad Castita-
 Arcud. li. tem, in ordinato in Sacris, vocatur Vo-
 7. Concorum.

dis. ca. 40 Secundò, quia in aliis Textibus præcipi-
 tur, ut nullus ad Subdiaconatum promo-
 veatur, nisi prius se castē victurum, pro-
 mittat.

Tertiò, quia omnes fatentur, ut alibi
 c *Li. 2.* nos e diximus, & potest videri signatē ap-
 metb. Cō- pud Verrielli, f Sacerdotem peccare sa-
 f *se. 7. §. 1* crilegē, si merē internē admittat delecta-
 n. 1. 4. in tiones Venereas, cum teneatur ad servan-
 edit. Pan. dam omnimodam Castitatem. Ergo fateri
 an. 1641. etiam omnes debent, eum teneri ex Voto,
 f *Verri-* & non ex Præcepto Ecclesiæ. Patet conse-
 tr. 4. qu. quentia, quia Ecclesia non præcipit merē in-
 mer. §. n. 2. teriora, ut, nec iudicat de internis, ut omnes
 scimus.

8. Posterior pars, quod impedimentum
 dirimens matrimonium immediatē in iis-
 dem sit ex Ecclesiæ Præcepto, probatur,
 g *Trident.* Primò, ex Tridentino g in iis verbis. Qui
 sess. 24. dixerit Clericos in Sacris constitutos, vel Regu-
 Cant. 9. lares solemniter Castitatem professos, posse matri-

monium contrahere, contractumque validum es-
 se, non obstante lege Ecclesiastica, vel voto, an-
 thema sit. Hæc Tridentinum, quod, si bene
 expendatur, duo decernit, Primò, non pos-
 se licitē prædictos contrahere Matrimonium
 quia obstat votum. Secundò, invalidē
 illud contrahere, quia obstat lex Ecclesia-
 stica.

Probatur Secundò, quia Votum ex se,
 in quantum dicit promissionem Deo fac-
 tam, non irritat Matrimonium, ut patet
 ex Voto Castitatis simplici, quod, quo-
 ad promissionem Deo factam, omnino
 convenit cum Voto Castitatis solenni:
 Rursus Ordo Sacer ex se, nec Matrimoni-
 um irritat, ut patet in Græcis, ergo quan-
 doquidem apud Latinos, rum Sacer Ordo,
 tum Votum Professorum illud irritat, non-
 nisi ex lege Ecclesiastica provenire immédia-
 tē potest.

Probatur Tertiò, quia multi Sacri Tex-
 tus apud prædictos Doctores allati sem-
 per ius jubent ordinatis in Sacris servare
 Castitatem, ut addant relationem ad ir-
 ritationem Matrimonii, quasi dicat Ec-
 clesia. Advertite, quod sacræ vestræ ordi-
 nationi ego conjungo matrimonii irritatio-
 nem.

9. Ex dictis sit Primò, ut si quis ordi-
 netur Ordine Sacro cum expressa intentione
 nolendi vovere Castitatem, cum hic verē
 non voveat, quia Votum debet ex propria
 voluntate proficisci, Voto non teneatur, at,
 si matrimonium inuit, nulliter ineat, quia
 ejusmodi irritatio matrimonii non dependet
 à voluntate propria, sed à lege Ecclesiastica;
 sicuti, si meus frater ducit uxorem Bertam,
 ego si affinis cum ipsa Berta, affinitate diri-
 mēte matrimonium, quod fortē attentarem
 cum ipsa post mortem mei fratris, si inquam
 affinis, etiam si ego nollem; quia impedimen-
 tum hoc non dependet à mea voluntate, sed à
 lege Ecclesiastica.

10. Adverte autem hunc, qui scienter Sa-
 cros Ordines suscipere, & Castitatem vo-
 vere non vult, Non tantum peccare (Sunt ver-
 ba Hurtadi b) pro tunc, quando ordinatur, h. c. b.
 non vovendo; sed etiam pro tempore sequen-
 ti, quousque, aut explicitē, aut implicitē vo-
 veat, quia ad eam vovendam tenetur, tan-
 quam ad aliquod annexum statui, quem susci-
 pit. Hæc Hurtadus. Et sanē prædictus no-
 lens

lens vovere nimis temere decipit Ecclesiam in re gravi, quæ nunquam ad Ordines ipsum admitteret, si ejusmodi in eo dispositionem cognosceret.

11. Dixi (*scienter*) nam si susciperet Ordinem Sacrum proflus inculpate nesciens aliquid de voto, nec de eo, quod faciunt alii, tunc esset ordinatus, & sine peccato non emisisset votum: At irritum esset ejus Matrimonium, quod fortè contraheret, qui jam habet Ordinem, cui adnexa est ab Ecclesia irritatio. Votum autem, quod tunc per ignorantiam non emisit, debet deinde emittere, ut dictum est, cum primum eam ignorantiam deposuit, si velit uti Ordinibus susceptis, vel, si nolit uti Ordinibus, petat dispensationem à Pontifice, quam tamen Pontifex difficulter concedet, quia difficillimè poteris hodie, in tanta harum rerum pericia, inculpata tuam ignorantiam probare.

12. Dixi iterum (*qui Sacros Ordines suscipit*) nam si quis adultus non haberet intentionem suscipiendi Ordines, Ordines non susciperet, quia nemo validè suscipit Sacramenta, nisi ea suscipere intendat. Undè, quia hic verè Ordines non haberet, nec ad servandam Castitatem, nec ad alia onera Ordinis Sacri teneretur, neque laboraret impedimento dirimente matrimonium: solum peccavit sacrilegè propter defectum illius intentionis, ut ex se patet.

13. Ex iisdem supradictis fieret, Secundò, ut si quis injusto metu, vel vi coactus susciperet Ordinem Sacrum, teneretur Voto, quia, ut alibi dictum *a* est, metus ex se non tollit voluntarium. Dixi tamen (teneretur) nam ceterum, quia vota ex injusto timore extorta irrita nunc esse ex lege saltem Ecclesiæ, notavi ibidem, & ideo hodie non tenetur, quoniam verò eadem Ecclesia nunquam invalidavit (& nec potest) receptionem Sacramenti factam ex timore, idcirco is ita Ordinatus contrahit impedimentum dirimens subsequens Matrimonium, quod impedimentum Ordini Sacro eadem Ecclesia connexit, quodque dispensari poterit à Summo Pontifice, quia idem metus dat justam causam dispensandi.

Ita, post maturiorem considerationem putato, tenendum, quamvis loc. cit. c. sequendo aliam opinionem dixerim, initiatum ex metu validè, & licitè Matrimonium posse con-

trahere, quod certè est probabile, quia probabile est, Ecclesiam conjunxisse impedimentum dirimens matrimonium soli Ordini Sacro suscepto modo ordinario, & consueto, id est, cum cognitione Voti illi Ordini adnexi, & voluntariè emissi, ut notat Bossius, *d. d. Boss. p. mox cit. n. 101.*

14. Dices? Qui ex metu injusto, ut ibidem diximus, solemniter proficitur, potest, probato metu, validè inire Matrimonium, nec solum licitè, cur ergo non ita is, qui Ordinem Sacrum ex simili metu suscipit?

Respondeo, Clara est ratio, quia hïc, ut modò dixi, verum Ordinem suscipit. Undè, & contrahit id, quod Ordini est adnexum: At ille, cum verè non sit professus, nullam obligationem adnexam professioni subire potest.

15. Denique fieret Tertio, ut, ex vi prædictæ doctrinæ, si infans rationis impositus ordinaretur, quem in jure *e* certum *c. un. de* est validè, licet illicitè, ordinari in Sacris *cl. per* (non verò, per aliquos, in Episcopatu, *saltem* quia Episcopus ordinatur in Pastorem, ad *promoto.* quod munus est incapax is, qui ratione caret, ut docet Sanctus Thomas, *f. quæ ratio, f. S. Th. a-* an convincat, non est otium nunc querere, *liq. cum* quæram tamen breviter inferius *g*) si infans, *Cast. d. un.* inquam, ordinaretur in Sacris, non esset *de Or. p. 7.* obligatus ad votum servandum, quia infans *n. s. lege* emittere votum non valet; sed tamen invalidè grandior factus iniret Matrimonium, *Or. in. d. 5.* quia, cum habeat Ordinem Sacrum, ha- *qu. 8.* bet, & impedimentum Ordini Sacro adha- *g. Inf. c. 5.* rescens. *§. 1. nu. 12.*

16. Dixi autem, (*fieri ex vi prædictæ doctrinæ*) nam ceterum Ecclesia id voluit limitare in Infantibus, disposuitque meritò, ut ipsis, adveniente usu rationis, daretur *b op. h. Sanch.* tio, ut si velint Ordini stare, stent, ac dein- *aliq. com-* cepts obligabuntur ad Castitatem, quia per *munit. ap.* dictam electionem implicite illam vovent; si *March. tr.* nolint, ducant uxorem, ut libet, sed Sacerdo- *2. p. 6. c. 8.* tio non utantur. *diff. 10.*

17. Quid si (ut id hac occasione non *ta- Boss. T. 2.* ceam) initietur puer rationis compos, sed *mor. p. 3.* nondum pubes, sciens Ordini Sacro anne- *ri. 3. n. 199* xum esse votum Castitatis? *i Lib. 7.*

18. Respondeo. Sanchez *i* putant, hunc *mat. d. 30.* puerum ante decimum sextum annum ætatis *n. 8. alio-* completum, non teneri ad continentiam post *virans.*

diaconatum conferri per libri Evangeliorum traditionem, & Concilium Carthaginense Quartum cap. 4. assignat pro Ordinatione Diaconi impositionem manus: Ne igitur hæc duo dicta sibi repugnent, vel certe, ut coherant expeditius, dicendum erit, hunc Ordinem per alterutrum inadæquatè conferri, atque adeo Eugenium, & Concilium solum in his verbis assignasse materiam inadæquatam. Quandonam imprimitur Character, an duplex gratia conferatur? Et similia sunt quaestiones à Scholasticis expendendæ.

4. Munus Diaconi, id est, Ministri Sacerdotis, est, assistere proximè Presbytero sacrificanti, id quod involvit multa, sed præsertim prærogativam legendi Evangelium in Missa. Munus etiam ejusdem est, ex præscripto Sacerdotis Eucharistiam ministrare, quando urget necessitas, ut item Sacrorum lotioni assistere: quæ duo ego satis clare pro-

In opus. securus sum alibi. a

de comm. 5. Semel quaesitum fuit, an Diacone liceat deferre Pixidem, in qua sunt Sacra: for-
In opus. de mule de uno altari in alterum?

Sacr. Missa. Respondimus licere, b quia ex Sancto c. l. 1. c. 2. Thoma Diaconus debet habere potestatem §. 2. ibid. super Christi Corpus in Sacris Vasis con-
lib. 2. c. 8. tentum, Confirmavimus, quia ex quotidiana §. 8. n. 1. na praxi Diaconus, pro solemni Processio-
b Leon. de ne, vel expositione, Pixidem, seu Lunulam,
Ordin. d. 1. in quibus est Eucharistia, educit à Sacratio, quæ 38. vel à sublimi loco fumat, adducitque in ma-
March. ib. nus Sacerdotis.

6. Quaesitum iterum fuit de munere c. 8. Thom. prædicandi verbum Dei, & putavi hoc mu-
3 p. qu. 82 nus d. esse proprium Diaconi; neque enim
ar. 3. ad putandum est, tradi illi Evangelii librum,
primum. ut eum solum legat, verum etiam, ut, si aliàs
d. Leon. de est idoneus, illud interpretetur, & Fidelibus
Ordin. d. evulget.

2. qu. 26. Quicquid ergo dicant aliqui id conceden-
29. tes e Diaconis, solum quando adest penuria
e Chamer. Sacerdotum: mihi enim durum videtur,
Med. ecclesiam velle prohibere illis officium, quod
apud Leon. ex propria ordinatione ipsis competit. Multò
citati. magis durum videri debet Castropalao, f
f Cui. rop. qui fatetur, materiam adæquatam Diacona-
de Ord. d. tus esse traditionem Evangelii, ut denotetur,
un. p. 4. inquit ipse idem, munus Diaconi esse,
2. 11. legem Evangelicam præ-
dicare.

§. II.

Quaestiones aliquot circa materiam
Diaconatus.

1. Si non tradatur liber Missalis (ut certe solet) sed alius liber continens Evangelia, vel eorum partem, Inquiri, an promotio Diaconi validè consistat?

Respondeo, validè consistere, quia jam adsunt Evangelia, quod solum requiritur.

2. Inquiri iterum. Quid, si solum tradatur liber Sacer v. g. liber Exorcismorum, vel Concilium Tridentinum, vel similis liber Evangelium non continens?

Respondeo, Non fore ordinationem validam; quia, sic, non adessent Evangelia, quæ significat formam, quam ordinans profert: *Accipe potestatem legendi Evangelium, &c.*

3. Inquiri Tertiò. Quid, si tota Sacra Scriptura tradatur?

Respondeo, fore certè validam ordinationem, quia Evangelia jam adsunt. Unde idem dicendum erit, si tradatur solum Testamentum novum, non verò, si tradatur solum vetus Testamentum, quia in novo adsunt Evangelia, in vetere non item.

4. Quòd, si traderetur liber continens solum Acta Apostolica, Epistolas Sancti Pauli, & Apocalypsis, incerta mihi esset Ordinatio, & sub conditione repetenda, nam quamvis in Actibus, aliisque prædictis libris adsit doctrina Evangelii, non sunt tamen Evangelia.

CAPUT V.

De Sacerdotio.

§. I.

Quid sit, ejusque materia, forma, & officium?

1. Sacerdotium est Ordo sacer, per quem datur potestas conficiendi CHRISTI Corpus, & Sanguinem, ac remittendi Fidelibus peccata.

2. Ejus materia, & forma duplex est.
Ii ; Prior.

Prior est Calix cum Vino, & Patena cum Hostia, earumque traditio. Forma est ejusmodi. Accipe potestatem offerendi sacrificium Deo, Missa[que] celebrandi, tam pro Vivis, quam pro Defunctis, in Nomine Domini.

Posterior est ultima impositio manuum,
ab ipso solo Episcopo facta ipsi Sacerdoti
cum his verbis tanquam forma: *Accipe Spiritum Sanctum, quorum remisistis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueris, retenta sunt.*

3. Dixi (ultima impositio) nam in Solemnitatibus Ordinationis Sacerdotis præcedit alia impositio manuum, facta ab Episcopo ordinante, & ab aliis tribus saltem, Sacerdotibus Ordinationi assistentibus, super caput Sacerdotis ordinandi, sicut etiam præcedunt aliæ Ceremoniæ, puta impositio venis, aliquæstium Sacerdotalium, sacra Unctio manuum, ap. Leand. &c. quæ omnia licet magni momenti, de Ord. d. substantia tamen nequaquam sunt, quicquid 3. q. 6. & dicat Delugo, a putans prædictam manuum ap. Aver. præcedentem impositionem esse de essentia.

4. Est autem, & hic duplex opinio. Non pauci enim *b* putant, esse materiam, & formam adaequatam Sacerdoti solum traditionem dicti Calicis, & patenæ cum Vino, & Hostia cum suis verbis: Non *c* pauci autem putant, utramque esse adaequatam; alteram verò esse inadaequatam.

luga. Marc. 5. Hæc posterior sententia videtur pro-
babilior, quia in Conciliis, Patribus, & Sa-
cra Scriptura Ordinatio Sacerdotis semper
vocatur impositio manus, ut notat eruditè
Bellarm. d. Cum ergo nos modo num. 3. ex-
cluderimus illam præcedentem impositionem
manuum, hanc excludere non possumus.
Sane. l. mus: at quia adæquata sine dubio non est,
erit omnino inadæquata. Cæteras questio-
nes, & sanè multas, hinc pullulantes lege
apud Scholasticos, dummodo semper
certum sit, Apostolos fuisse verè Sacerdotes in-
stitutos à Christo in ultima Cœna, ut definit
Trident. e.

12. *Cano-* Munera Sacerdotis, præter munus sacri-
ne 1. candi; seu conficiendi Christi Corpus, &
 Sanguinem, & absolvendi à peccatis, multa
 sunt, & omnibus obvia: nam propterea non
 sunt hic cum Lectorum rædio transcribenda.
 Inter cætera illius etiam est, prædicare
 f. *Sup. f. 4.* Verbum Dei, sed cumulativè cum Diacono
 f. *1. m. 6.* propter superius dicta. f

Quaestiones aliquot circa Presbyterium?

i. **P**rima quæstio, An Sacerdos ante ultimam manuum impositionem, sed post dictam Calicis, & Patenæ traditionem, ejusque prolatam formam validè consecret Sanctissimum Christi Corpus, & Sanguinem?

Respondeo validè, quia jam per illam traditionem completè ipsi communicata est hæc potestas, & ut habetur ex Tridentino loc. cit. per illam est verè Sacerdos, ac defacto validè consecrat in Missa Ordinationis, quam concelebrat cum Episcopo, antequam accipiat, per dictam manuum impositionem, potestatem absolvendi à peccatis consecrat, inquam, in dicta Missa Ordinationis, sive solus, sive actione communi cum aliis, quæ sunt quæstiones à Scholasticis agitatæ.

2. Hinc vides Primò, has duas potestates, id est conficiendi Eucharistiam, & absolvendi à peccatis, esse inter se distinctas, nec unam ab alia dependere, non verò ita in aliis Ordinibus, ut pluribus prosequuntur iidem Scholastici.

3. Hinc etiam vides Secundo, si cui forte per errorem, vel quid simile, tradita est prior potestas, non verò posterior, invalidè absolvere à peccatis.

Vides Tertiò, in prædicto casu, solum pos-
terioriorem esse supplendam, quia prior suum
effectum habuit, suumque Characterem im-
pressit.

4. *Quæstio secunda. Utrum necesse sit* *Ord. An.*
necessitate valoris Sacramenti, ut ordinandus
tangat immediatè Hostiam, an sufficiat tan- *p. 4. m.*
gere cum Calice solam Patenam, ubi est Ho- *o. 1. 14.*
stia, non verò ipsam Hostiam? *Gr. Sac.*

Respondet, longè probabilius & est etiam apud
practicè sufficere, si cum Calice solam Pare-
nam, ubi sic Hostia tangat; sufficenter enim;
dicitur acceptare Hostiam, dum acceptat vas,
in quo illa est: sicuti de facto non tangitur
Vinum, sed Calix, in quo illud continetur.
Ita Gaspar Hurtadus loc. cit. dicens esse
maximè certum moraliter; & rectè Vas
quez h. notat, cum ordinatus habeat tunc.

manus linteo colligatas, difficile esse tangere cum Calice ipsam Hostiam præsertim habenti digitos breviores, & denique Leander rectè hic putat etiam si sit præceptum tangendi ipsam Hostiam, non esse credibile esse sub morali, &c.

5. Quæstio tertia, Si tradatur Hostia immediatè in manum Sacerdotis, vel, si tradatur Hostia, & Vinum semel immixta in Calice, validane est Ordinatio?

Respondeo validam esse, quia id, quod per se, & de essentia requiritur, est traditio illarum substantiarum, & solum ob congruentiam, ex præcepto Ecclesiæ, usurpatur Calix, & Patena.

6. Quæstio Quarta. Satisne est tangere Calicem, in quo sit vinum, & cui super imposita sit Patena cum Hostia, sine necessitate tangendi Physicè ipsam Patenam, quæ quæstio communis est etiam Subdiacono, licet pro hoc, sine Vino, & Hostia?

a Conin. l. Respondeo, ad valorem satis *a* esse, quia *c. Gaf.* Calix, & Patena Calici superposita videntur *Hurt.* facere unum: & ex alia parte, sicuti pro *Sa- Val.* Vajq. Val. cerdotio, pro quo debet in Calice adesse vi- *aliq. apud* num, sufficit ad ipsum vinum moraliter, & *Leand. l. c.* humano modo tangendum, si tangatur vas *qu. 25.* illud continens, ita nunc sufficit tangere Calicem continentem supra se Patenam, in qua sit Hostia, ad hoc, ut morali modo, dicatur: & ipsa Patena cum Hostia tangi. At *b* Conin. l. verò ex præcepto, *b* seu saltem antiqua con- *c. Castrop.* suetudine, tum Patena, tum Calix tangenda *de Ord. d.* sine dubio est.

un. p. 4. 7. Propter prædictam rationem, du- *n. 20.* ctam à natura contactus moralis, sufficit *c. Castrop.* etiam *c* ad valorem, si tangatur Calix, & Pa- *l. c. Aver.* tena velo aliquo cooperta, vel si tradantur *d* *qu. 2. sect.* in disco, v. gr. vel ara portatili, si hæc imme- *2. v. non* diatè, non verò Calix, & Patena tangantur, *pro hoc.* ut sic enim etiam ipsa humano modo tan- *Cum Co-* guntur.

un. Vajq. 8. Denique adverte, non esse necesse *Bonac.* prædicta tangere tota manu, seu pugno, *d. Grav.* seu aperta palma, satis *e* enim est tangere *de Ordin.* extremis digitis, immo, quia satis esse, tan- *d. 2. fol.* gere una manu, docet *f* Averfa, ideo satis *220.* esse puto, si uno extremo digito tangas, quia *c. Aver.* sic sufficiensissimè qualibet res est, & dicitur *l. c.* tacta.

f. Aver. 9. Quæstio Quinta. Quandoquidem pro *ibid.* Ordinatione Sacerdotis Calix vinum conti-

nere debet, & Patena Hostiam, ut dictum est, essetne valida initiatio, si deesset alterutrum? *v. g.* esset solum vinum in Calice, vel sola Hostia in Patena?

Respondeo, Video speculative sustineri posse, *g* esse validam, quia, dum datur pote- *g. Cum* stas consecrandi unam speciem, indivisibi- *Henr. lib.* liter datur potestas consecrandi, & aliam; *10. c. 6.* tamen, quia cum summo rigore utraque re- *Fil. tr. 9.* quiratur ab antiquissima Ecclesiæ consuetu- *c. 6. num.* dine, ideo, dubia saltem mihi semper erit, *43. & ali;* *cit. à Le-* *and. d. 3.* *de Ord.* *q. 8.* *h. Cum G.* *Hurt. de* *Ord. diff.* *15. v. ob-* *servandū.* *March. p.* *8. c. 5.* *Aver. qu.* *2. sec. 8.* *alios citās.* *Leand. l. c.* *qu. 9.* *i. Tanner.* *T. 4. d. 7.* *qu. 2.* *dub. 4.* *practicè ejusmodi Ordinatio alterutra specie* *carens, & propterea sub conditione repeten-* *da, ut factum esse testatur Tannerus i in e-* *ventu hujus casus, qui ipsius ætate fuit dili-* *genter exagitatus.*

10. Subinquires. Quid, si in Calice sit vinum solum sine aqua, vel vinum aqua multa dilutum?

Respondeo. Si vinum solum, sufficiens erit ad valorem sine dubio; aqua enim solum imponitur ex præcepto. At, si vinum sit aqua multa dilutum, distinguendum est: si enim aqua non sit in tanta quantitate, ut illud vinum amittat denominationem vini, ita scilicet, ut possis absolute dicere, In hoc Calice est absolute vinum, ut facile posset evenire, si vinum sit valde generosum, quamvis aquæ quantitas fuerit nonnihil notabilis, erit ad valorem Ordinis sufficiens, at, si in tanta quantitate sit aqua, ut amittatur denominatio vini, quod facilius eveniret, si vinum sit admodum leve, nec valde generosum, nequaquam sufficeret, seu saltem valde dubia redderetur Ordinatio. Ratio est manifesta, quia in priori casu dicitur absolute in Calice esse vinum, in posteriore autem non item, vel certe sub dubio.

11. Non multis ab hinc annis, peracta jam aliquorum Sacerdotum promotione comprehensum est, in Calicem, qui ad illam Ordinationem usurpatus fuit, infusam fuisse ab imperito Ministro totam aquam, & totum vinum, quibus Urceoli consueti parvis magnitudinis pleni erant, & præsto aderant in abaco ad Sacrum ministerium; dubitarumque fuit, an tanta mistio aquæ abduxerit vinum illud ab absoluta denominatione vini?

Super qua dubitatione longa, diligens- que discussio facta est à Theologis, inter quos

quos ego adfui omnium minimus; omnesque, præter admodum paucos, decrevimus illos Sacerdotes debere, sub conditione, Ordinem iterum ritè recipere; saltem propter rationes, quas supra indicavi, cum agerem de contactu Physico materiæ ordinationis, cui sententiæ probi illi Sacerdotes, immò, & idem Episcopus, qui illos initiaverat, adhæserunt.

12. An Calix, & Patena debeant esse consecrata? Dixi supra cap. tertio, §. secundo, num. 2.

An debeat intercedere contactus Physicus? Dixi ibidem à num. 5.

An simul cum prolatione formæ? Dixi ibidem num. 10.

NOTATIO PRO CASU, QUO sit reiteranda Ordinatio sub conditione.

Ad reddendam facilem ejusmodi reiterationem, quæ, propter aliquos casus supra dictos, vel similes, est sub conditione exhibenda, notetur, eam posse fieri quolibet anni tempore, posse à quocumque Episcopo, posse in Oratorio privato, posse absque cæteris Caremoniis, sed solum supplendo id, in quo adest dubium. Ratio est, quia solemnitates, aliàs requisitæ, sunt institutæ pro Ordinatione absoluta, non autem pro Ordinatione conditionata; tunc enim non est Ordinationem celebrare, sed, quod imperfectè præstitum est, supplere. Ita ex Granado de Ord. Quintanady. b
sing. 1.

CAPUT VI.

De Subiecto Ordinis,

§. I.

Quoad valorem?

c C. Veniēs
de Presbit.
non bapti-
zatis &
passim.

d Leon. a. 1.
hos citans
de Or. a. g.

1. March, Sacramentorum, id est Baptismum non est alios item ingressus.

2. De non Baptizato nil occurrit, quod addam; de Fœmina illud quæri solet, an is, p. 4. c. 1. qui simul Fœmina est, & Masculus, quem

Hermaphroditum appellamus, sit capax Ordinis?

HERMAPHRODITUS.

3. Respondeo, Is Hermaphroditus, in quo prævalet sexus virilis, est Ordinis capax, sicut, & matrimonii. Verum: irregularisne est? Affirmat Henriquez; f. l. cc. Negat Hurtadius. g. Sed certè etiam si non esset in rigore irregularis, tenendum tamen est cum Castropalao, hillum non esse ordinandum: quia in se monstruosum esset, hominem aliquo tandem modo fœminam, ordinari.

4. Is autem, in quo prævalet fœmineus sexus, Ordinum capax non erit.

5. Is denique, in quo uterque sexus æquè prævalet, (quod tamen, nunquam esse, sed necessariò unum prævalere putar Valquez i) aliqui affirmant, capacem esse Ordinis, aliqui negant; sed concordant omnes, esse propter modo dictam rationem irregularem. Vide hæc fusè disputata apud citatos.

6. Sed quid Primò, de eo, qui nullum sexum habet, qualem puerum natum, esse, testatur Livius. k

Respondeo, Incapacem Ordinis hunc pronuncio, quia verè non est vir.

7. Quid, Secundò, de eo, qui ex muliere erupit in virum?

Respondeo, Hic non erit incapax, nec ex hoc capite irregularis. Ratio est, quia præsens status debet considerari, in quo jam est vir, & in nihilo fœmina. Quod si, ita erumpat in virum, ut remaneat etiam fœmina, idem dic, quod modo dictum est num. 5.

8. Quid Tertiò, si ex viro desciscat quis in mulierem?

Respondeo, id evenire posse difficile apparet Joanni l Delugo, sed tamen, id si eveniret, esset is incapax Ordinis, quia secundum præsentem statum fœmina esse supponitur.

9. Sed si antea fuerat ordinatus, amitteret Characterem Sacerdotii, possetque ne consecrare validè?

Respondeo, Id dicam infra lib. 8. Tract. primo de matrimonio cap. 12. §. secundo, num. 36.

10. Qui se finxit fœminam, irregularem volunt

2. Maior de volunt Majolus, & Ugolinius, sed certè nulli-
irreg. l. 1. lo id fundamento dictum est, nisi forte aliud
c. 27. n. 4. addatur caput, quale posset esse infamia ex
b. Vol. de ejusmodi fictione contracta.

irreg. c. 48

§. 2. n. 2.

P U E R.

11. Is Puer, qui caret usu rationis, id-
d. 1. Ord. est, infans, capax est Ordinis. Unde va-
q. 8. exc. lidè eos suscipere, doceat communiter Do-
um. de Cl. Atores. c.

12. Multi tamen addunt ex Doctrina San-
promissio, et d. Thomæ, infantem invalidè ordinari in
Ego sup. Episcopum, quia Episcopus consecratur in
indicavi pastorem, ad quod munus est incapax, qui ra-
c. 3. §. 3. tione caret. Sed certè, sic etiam esset incapax
nn. 15. potestatis ad absolvendum à peccatis. Ergo
d. 5. Thom. non posset ordinari in Sacerdotem cum hac
aliqu. ap. potestate. Propter hanc rationem, aliasque
Castrop. d. Discastrillus sustinet, etiam infantem validè
un. de Or. ordinari in Episcopum.

p. 7. n. 5.

EXCOMMUNICATUS, QUEM NO-
lit Episcopus ordinare, &c.

13. Moris est, ut Episcopus, ante Ordina-
tionem, enunciare faciat, se non intendere,
ordinare excommunicatum, irregularem,
nec futurè accedentem ad Ordines, nec simi-
les. Iam queritur, si quis ex dictis adhuc ad
Ordines suscipiendos accederet, validè ordi-
naretur, si non propriè ex defectu capacita-
tis suæ, certè ex defectu intentionis Episcopi?
juvat enim hac occasione, id breviter expli-
care.

Respondeo, esse multo probabilius, validè
ordinari; Tum quia, ut habetur in Pontifica-
li, post prædictam protestationem solet Epis-
copus, absolvere ordinandos ab omni ex-
communicatione ad effectum solum illos
Ordines suscipiendi: tum quia illam prote-
stationem ad terrorem enunciat, habet autem
animum etiam intrusos promovendi: Tum
quia idem Episcopus (nisi oppositum constet)
præsumitur, quando actu confert Or-
dines, voluntatem priorem, si quam contra-
riam habuit, mutare, & illum jam præsen-
tem ordinare. Dico (nisi oppositum constet)
nam si certò constaret, Episcopum persistere
in ea negativa voluntate, necesse absoluisse;
certum est, te Ordinem non recipere, quia
intentio ministrantis semper requiritur ad
Tambrinus de Sacramentis.

valorem Sacramenti. Itaq. Sanchez, g. Lay- f. Sanc. lib.
man. b. Thesaur. i. Immo adverte, quando 7. matr. d.
agitur de Sacerdotio, si aliquid sit rationa- 16. nu. 11.
bile dubium de voluntate Episcopi, debere g. Layman
sub conditione reiterari Sacerdotii initiatio- de Sacr. in
nem, id enim persuadet periculum gravium commu-
damnorum, si forte prior initiatio fuit in- ca. 4. n. 7.
valida, ut in universum alibi dictum est su- h. Thesaur.
perius.

Pro consolatione Lectoris sic benignè ha- Eccl. p. 2.
ber Sà: Si Episcopus dicat, nolo, vel non intendo, V. Ord. c.
ordinare excommunicatos, vel irregulares, intel- 7.
ligitur si sciat talem esse. Quare is, quem ordinat, i. Sà V. Or-
non sciens talem esse, verè est ordinatus. Hæc do nu. 32.
Sà. Non tamen omitterem conditionatam
Reordinationem.

§. II.

Quoad licitam receptionem Ordinum.

I. T licet quis Ordines recipiat, debet
Primò, esse confirmatus.

II. Tantam habere ætatem, quantam re-
quirunt Sacri Canones.

III. Titulum habere Patrimonii, vel bene-
ficii, vel Religiosæ paupertatis.

IV. Non esse irregularem, vel simili affe-
ctum impedimento, quæ omnia impedi-
ta simul colligit Trullench. k

V. Sufficiatibus esse literis peritum. k Trull. de

VI. Esse in statu gratiæ. Or. diu. li.

Quoniam verò de Primò, Quattò l, dub. 11. n.

Quintò, m & Sextò, n alibi commodior est 12.

tractandi locus, hic solum superest de duobus l. Li. 3. de

agere, puta de ætate, & de titulo. Confirm.

D E Æ T A T E
Ordinandorum.

I. Quod illicitè, sed tamen valide ordina- §. 1.

tur infans, satis innuimus aliquantò superius. n. lbi. c. 12.

De adultis ergo agendum hic erit. §. 1. c. 2.

2. Et quidem, quamvis, in Sacris Canoni- o Suppl. li.

bus, alia ætas decreta olim pro Ordinibus 1. de Sacr.

suscipiendis fuerit; hodie tamen sequentes in gen. c.

dispositiones Concilii Tridentini sunt ob- 3. §. 2.

servandæ. p. Sup. c. 1. §. 3. nu. 15.

ÆTAS PRO PRIMA
Tonsura.

2. Ætas pro Tonsura est septennium
Kk comple-

completum. Non septenni Tonsuram concedere, illa culpa erit, quam dicam nu. 6. Ejusmodi ætas statuitur in a jure, & colligitur ex de Temp. Tridentino, b quod vult, ut iniciandus prima Ord. in 6. Tonsura sciat rudimenta fidei, & item legere, b Trident. & scribere.

4. Quod, si septennio minor comprehendatur ex præcoce ingenio, usu rationis pollere, ac legere, & scribere sciat, ordinari prima Tonsura posse, merito docet Quintanadu. c

c Quintanadu. c

21.

ÆTAS PRO MINORIBUS.

5. Ad Ordines Minores licet nonnulli, prod Narb. de babiliiter doceant, requiri annum ætatis decimum quartum, tamen probabilius est, latius esse septennium completum. Ratio est, quia non apparet prohibitio in contrarium. Quoniam tamen communiter non statim à septennio scit puer, quod requirit Tridentinum pro Minoribus, ideo communiter non statim sunt ordinandi.

6. Quares. Peccatne mortaliter, qui Minoribus ordinat non septennem, nam qui Majoribus, peccare mortaliter, non est dubium?

Respondeo, Qui ordinat saltem sola prima Tonsura non septennem, non peccare mortaliter, docent aliqui. Verum post prædictum c. Nullus, & post Tridentinum loc. cit. esse mortale, merito docent Sanchez, fallique: siquidem prohibitio est de re gravi. Excipit necessitatem, si quando hæc unquam adit, ibidem Sanchez.

16.

ÆTAS PRO ORDINIBUS

Majoribus.

7. Id sic decernitur à Tridentino g Nullus in posterum ad Subdiaconatus Ordinem ante 21. Ad Diaconatum ante 23. ad Presbyteratum ante 25. ætatis sue annum promoveatur.

8. Satis esse, si ii anni sint incepti, etiam per unum diem, concursus est Doctorum sententia.

9. Si inceptus sit dies, sed nondum advenit hora natiuitatis: vel, si venit natiuitatis hora v. g. hora matutina, sed non completus est dies, vel, si dies hic sit bisextilis; an ordinari quis possit? &c. Vide apud Docto-

res; h sunt enim hi casus adnotandum, tamen, meque utiliora explicare volenti impedire non debent.

10. Illud non est omittendum. Quid enim fiet, si omnibus diligentis factis, dubium sit, an ætatem requisitam quis habeat ad Ordines suscipiendos?

11. Respondeo, Si dubium sit negativum, non potest licite promoveri, quia, ut universaliter alibi dixi, i certa obligatio ætatis requisita non potest vinci ab incertitudine, qua laborat provectionis ætatis.

12. Si verò dubium sit positivum, id est verè probabile sit, te gaudere requisitis annis, licet æquè probabile, immo probabilius sit, illis non te gaudere, licite ad Ordines admitti poteris, k quia, qui probabiliter ratione movetur ad operandum, prudenter operatur, atque adeo sine culpa. Quidnam sit verè probabile? vide omnino in nostro Decal. lib. 1. cap. 3. §. 3. num. 11.

13. Si parentes ordinandi testentur de requisita ætate, concedere Ordines, poterit sine scrupulo, Episcopus, quia licet testimonium k Collegi parentum pro filiis in aliqua alia materia ab aliquibus sufficiens non judicetur, hic tamè ubi in nullius est præjudicium, sufficiens judicandum est. l

Ætatem pro Ordinatione incipere à die natiuitatis, non verò à die conceptionis, ostendit communis usus, & colligitur ex doctrina, quam habet in simili Merolla. m

§. III.

De Titulo ordinandorum.

1. Tridentinum n præcipit, ne quis possit ordinari in Sacris, nisi ad Titulum Beneficii, vel Patrimonii, vel Paupertatis, ejus scilicet, quam solemniter emittunt Religiosi, quales etiam esse eos, qui emittunt vota bienni in Societate JESU, decrevit Greg. o XIII. Ratio hujus dispositionis fuit, ut ordinatus in Sacris haberet, unde ali honestè posset. Nam propterea quantitas Beneficii, vel Patrimonii arbitrio Episcopi remittitur ab eodem Tridentino, qui secundum varias regiones sufficientem summam determinet. Sanè Synodus Panormitana p hodie requirit censum scutorum sexaginta annuorum Panormi, in aliis verò Diocesis

§. IV.

*Quæstiones aliquot circa prædictos Titulos
Ordinandorum.*

AN SUSPENSIONEM
incurrat, qui ordinatur
sine Titulo?

1. **N**ovitios, vel nulliter professos suspensionem incurrere, jam modò dictum est. De aliis igitur quæro, qui fortè sine Titulo Beneficii, vel Patrimonii, vel Pauper-

2. Et tanè olim, ipso facto, suspensio- nem incurrerant, & celebrantes contrahe- bant irregularitatem ii, qui sine sufficienti ti- tulo Ordines Sacros suscipiebant. Postea re- titulo ab Innocentio Tertio ablata, ex meliori sententia, fuit, hæc suspensio in illis verbis (Nos tamen benignius agere cupientes) & impositum fuit onus Episcopo aliquem sine Titulo scienter ordinanti, ut ipse teneretur alere sic ordinatum, donec ei de sufficienti benefi- cio provideretur.

3. Id olim fuit: Sed quid hodie post Tri- dentinum? loquimur autem de dicta pœna suspensionis, nam graviter peccari ab ordi- nante, & ab ordinando, nullus dubitat.

4. Respondeo, Multi insignes Doctores dicunt, ejusmodi sic ordinatum incurrere di- ctam suspensionem, quia putant, Tridenti- num loc. cit. dum patrimonium, seu alimen- ta sufficientia omnino requirens in ordinato, aliiq. ap- sic habet: *Antiquorum Canonum pœnas super Dicast. p. hu innovando*: putant, inquam, innovare, tum pœnam suspensionis contra ordinatum, tum pœnam oneris alendi contra Episcopum ordi- nantem.

5. Verum & multi non inferioris item ordi- nis Doctores, immò, ut habet Barbosa, loc. cit. numero, & auctoritate Superiores do- cent, Tridentinum non innovasse pœnam suspensionis contra ordinatum, quæ jam an- te Tridentinum fuerat ablata, sed solum in- novasse, vel confirmasse pœnam oneris alen- di, quæ ablata non fuerat.

6. Mihi placet huic posteriori sententiæ adherere, licet fatear; probabilem esse prio- rem. Ratio, quæ me mover, est, quia non possum mihi persuadere, Tridentinum

Kk 2

voluisse

cessis locis, scutorum quadraginta. Ad Mino- res non expostulari a ejusmodi Titulos ex ju- re communi, saltem hodie, operæ pretium est, admonere.

2. Quoad Titulum Beneficii, nota, non sufficere quodcumque tenue; suppleatur, ergo tunc ex patrimonio, ut sufficiat tota summa, ad alimenta honestè præstanda.

3. Quoad Titulum Patrimonii, nota pra- xim aliquorum Episcoporum, qui ne ad pri- mam quidem Tonsuram volunt aliquem ad- mittere, nisi Patrimonium necessarium pro Ordinibus Sacris se habere, legitimè osten- dat: prudenter sanè, ne Clericatum deinde cum dedecore exerceat, vel ab illo ad sæcu- lum redire cum inconstancia cogatur. Sed quia communior praxis id non requirit, non possumus, Episcopos ad hoc obligare, sed laudare dumtaxat.

4. Quoad Titulum Paupertatis, nota Pri- mò, extare Bullam Pii Quinti, quæ prohibet, ne Novitii ante Professionem ordinentur in Sacris ad Titulum Paupertatis, ac secus fa- cientes, ipso facto, suspensioni subjicit, & in Ordine sic suscepto ministrantes irregularita- te afficit.

5. Nota secundò, eum, qui emissà inva- lida Professione ob metum, vel ob aliquod impedimentum verè professus non est, & universaliter, qui ad sæculum liberè, & li- citè redire potest, (abstraho hic à Schola- sticis Societatis) si ordinetur ad Titulum Paupertatis, esse etiam suspensum, & mo- dò dicto irregularem ex eadem c. Pii Quinti Bulla. Et quidem is dupliciter peccat. Pri- mò, quia sine patrimonio, seu sine ullo titulo. Secundò, quia sine Dimissoriis proprii Episcopi ordinatur, ut notat rectè Diana.

6. De ejectis adesse Decretum Sacræ Con- gregationis, ut sint etiam suspensi perpetuo, ablata potestate Ordinariis locorum eam su- spensionem moderandi, vel relaxandi.

Hac occasione, scias, quod De- cretum affert ad verbum
Donatus. e

voluisse innovare poenam illam, quæ jam erat abolita per Innocentium Tertium, illius expressam mentionem nullo modo faciendo, Adde in poenis benigniorem sensum esse sustinendum, &c.

7. Si ordinandus pactum inerat cum Episcopo, quod ab eo non peteret alimenta, tunc enim verò incurreret a suspensionem à solo Summo Pontifice dispensandam, & ordinans suilege Hurt. spenditur per triennium à collatione Ordinum, & eundem præsentans, per idem triennium, ab Ordinum executione.

8. Quando sciens Episcopus ordinat aliquem sine patrimonio, quem alius Episcopus præsentavit, quis nam obligabitur porrigere ejusmodi ordinato alimenta, ordinans, an præsentans?

Respondet, id clare decidi à Bonifacio Octavo in jure, quod, quando occurrerit casus, facile videre poteris, longum enim esset Decisionem illam varios casus continentem hic referre.

PATRIMONIUM FICTUM.

9. Quid si quis fingat, vel ementiatur Patrimonium?

Respondet. Tunc, si fictum supponis esse patrimonium, nullum illud erit; ergo is cum nullo titulo ordinabitur, & sic recurrit doctrina modo prædicta à numero quarto.

PATRIMONIUM CUM

Promissione illud alteri retrodonandi.

10. Quid, si ab amico acceptavi Patrimonium, unde cum verò patrimonio promoveat, sed eidem amico promiserim, me illud eidem retrodonaturum?

Respondet. Tunc peccasti graviter, quia in re gravi deceptisti Ecclesiam.

Institas: incidere in suspensionem?

Respondet. Si hoc modo acquisitum patrimonium verum est patrimonium, non ordinatus fuisti sine titulo, atque adeo in nullius sententia incurristi in suspensionem: si non est verum, ut ego puto, quia morali modo est, ac si illa bona non haberes, Doctores allati num. 4. dicunt, te incidisse. At Doctores sequentes opinionem probabilioris dictam num. 6. negant, si nullum pactum iniisti cum Episcopo.

11. Bonacina & cum aliis putat, prædictum, qui promissit se retrodonaturum amico post Ordines susceptos patrimonium non obligari ad retrodonandum, quia ex Tridentino bona, ad quorum titulum quis ordinatur, alienari nequeunt: unde potest is bona illa si bi in conscientia retinere, at Suar. d. alique dicunt, teneri ad retrodonandum; quia, vel jure invalida fuit donatio amici ob defectum voluntatis de absolute donando, vel certe moraliter, ut ego dixi, seu æquivalenter, nulla, fuit.

12. Hæc posterior sententia mihi videtur probabilior, Verum utramque esse probabilem, merito dicit Diana loc. citat. licet priorem, ut probabilior em ipse sequatur, addit ex Sanch. aliisque, ejusmodi retrodonationem, si forte fiat, referendi solere à foro exteriori, idque in poenam Donatoris, qui voluit decipere Ecclesiam, & Episcopum. Unde etiam sequitur, quod Judex non obligabit dictum Donatarium, ut donationem sibi factam ab suo illo amico, illi retrocedat.

13. Si quis ordinandus promittat patrimonium amico reddere, quando ipse jam ordinatus factus fuerit sufficiens beneficium, vel alia bona, idque cum consensu Episcopi, nullam poenam, nullamque culpam incurrit, quia nulla ratione contra Tridentinum operatur. Ita Trullench.

IN SYNODO PANORMITANA

suspenditur, qui cum ficto patrimonio ordinatur.

14. Denique hic duo adverte. Primò, prædicta sic se habere in jure communi, Ceterum quisque sua Diocesana consulat statuta. Sanè Synodus Panormitana f. sic suspensionem contra prædictos pronunciat: Declaramus, fictitium esse Patrimonium illud, quod ab aliquo possidetur cum prævio pacto non exigendi fructus annuos, vel eos retrodonandi, vel quomodolibet retrocedendi. Declaramus etiam, in poenam suspensionis à jure impostam eos incurvere, qui cum hoc fictitio, & simulato patrimonio ad Sacros Ordines accesserint: eandemque poenam suspensionis ipso facto incurrendam, si, & quatenus opus est, denuo adiungimus.

ULTRA

ULTRAMONTANI SUSPENDUNTUR, si cum fisco Patrimonio ordinantur.

15. Secundò, adverte adesse Decretum Urbani Octavi, quod eo ipso Ultramontanos, vel natos extra Italiam suspendit in perpetuum, si ordinentur in Italia cum fisco patrimonio, aliisque eos pœnis ad arbitrium Summi Pontificis subdit. De hoc Decreto iterum redibit sermo non multò post.

DE PATRIMONIO SUFFICIENTI, sed non ex arbitrio Episcopi.

16. Si quis Patrimonio fruatur, quod sibi sufficiat ad alimenta sibi congrua; Episcopus tamen nolit patrimonium illud ad Ordines admittere, si is nihilominus initiatur, dicitur ne initiari sine sufficienti patrimonio?

17. Rursus, si Episcopus, vel Synodus decretat pro patrimonio sufficienti v. gr. quinquaginta aureos annuos, sufficientem autem mihi in meo oppido viginti, vel triginta, si cum his promoveat, dicat ne promoveri cum sufficienti patrimonio?

18. Respondeo, utrumque dici sine sufficienti patrimonio promoveri; quia manifestè Tridentinum illud vult esse sufficientem, quod approbat Episcopus Ita Trullench. b alios citans. Reminiscere nihilominus, tum pro his, tum pro præcedentibus casibus, si parum, seu in quantitate minimè notabili sit defectus, esse tunc parvitatem materiæ, atque adeò tantummodo culpam venialem. Quenam sit hæc parvitas, vide apud Dianam p. 4. tractat. 4. Ref. 52.

AN PATRIMONIUM ALIENARI queat?

19. Non posse alienari, donec ordinatus nanciscatur sufficiens Beneficium, vel bona, unde alatur, idque cum consensu Episcopi, diserte præcipit Tridentinum. c An autem consensus Episcopi ita requiratur, ut sine illo invalida sit alienatio facta à dicto ordinato jam habente sufficiens beneficium, vel bona; bipartita est sententia apud Barbosa d v. l. c. Trid. m. denda, affirmans altera, altera negans, utraque 69. probabiliter, quia verba, & contextus Tridentini in utramque partem probabiliter trahi possunt.

20. Sed adhuc inquires. Primò, An sicut patrimonium, ad cuius titulum quis ordinatus fuit, potest modò dicto alienari post adeptum sufficiens Beneficium: ita e contra possit Beneficium renunciari post adeptum sufficiens patrimonium, vel sufficientia bona Tridentinum enim solum prioris casus meminit.

21. Respondeo, posse modo dicto, etenim eadem prorsus ratio, eademque Concilii intentio.

22. Inquires Secundò, An, si alienarem dictum patrimonium ante adeptum sufficientem beneficium, vel bona: non solum illicitè mortaliter, ut certum est, sed etiam invalidè alienarem.

23. Respondeo, etiam invalidè, ut est sententia communis; id enim clarè colligitur ex verbis illis Tridentini loc. citat. nullatenus possint addito sine, cur alienatio prohibeatur, qui est, alimenta ordinato in Sacris non adesse.

Immo, nec potes hypothecare tuum patrimonium, nec creditori tuo illud cedere, nec alteri remittere. Audi Barbosa m.

24. Alienari, aut extinguì, vel remitti non potest patrimonium, immò, nec vendi, nec permutari, nec hypothecari, nec præscribi tempore ordinatio, & paulò post, dictio, illa nullatenus importat nullitatem actus ipso iure, ex multis quos plena manu retuli in tr. de dictionibus.

25. Audi Aloysium f Riccium: *elegantè*, f Aloys. inquit, dubitatum fuit, an prohibitus alienare Ric. p. 2. bona, ad quorum titulum quis fuit ordinatus, decif. Cur censetur etiam prohibitus obligare eadem bona Archiep. na? & paulò post cum multa erudite protulit. Neap. de- set, sic habet: Nullatenus potest obligare in specie, c. s. mibi seu speciali obligatione nominando tale bonum 212. mul. patrimoniale: & licet possit, sine inchoatione poena tos Aust. obligare in genere, obligando nimirum in omnia & rebus bona sua, tamen in tali generali obligatione non adducens. comprehenduntur huiusmodi bona, ad quorum titulum fuit promotus.

26. Confirmatur hæc ex sequenti resolutione. Querunt nonnulli, An ordinatus g Ap. Lo. Diaconus cum legitimo patrimonio, si illud ante susceptionem presbyteratus alteri renunciet (idem certè esset, si vendat) & deinde ad Sacerdotium promoveatur, incurrat suspensionem? (peccare enim mortaliter non est dubium) & quamvis multi, qui sententiam

kk. 3

illam

illam dictam num. 4. sequuntur, affirmant, quia hic sine patrimonio ordinabitur; tamen probabilius plures, etiam stando in illa sententia, negant, quia censent hanc renunciationem omnino esse invalidam, unde bene colligunt, hunc re vera non ordinari sine patrimonio.

27. Dictum patrimonium licet à Principe collectari non possit, nec ex illo debeatur gabella; tamen in rigore non esse bonum Ecclesiasticum, dixi contra Marchinum, b
b Marob. supra. c

DE AMITTENTE PATRIMONIUM.

18. Titius idoneo patrimonio instructus ordinatus fuit Subdiaconus, sed deinde, sine sua culpa, illud amisit, potestne licite, sine alijs bonis ad superiores Ordines ascendere? Idem quæro de simili Diacono, quoad Sacerdotium.

29. Respondeo, non posse, d quia sic promoveretur sine patrimonio contra Tridentinum. Effulget tamen una quædam benigna interpretatio: nam, si in Diaconatu, vel Subdiaconatu cum dedecore status Ecclesiastici, vel mendicare, vel turpi quæstu victum quærere is cogeretur, spem autem haberet, cum Sacerdotio honestius se fore sustentandum, posset Episcopus dispensare ad Sacerdotium, quia hæc esset causa sufficiens dispensandi, unic. dub. Ita Henriquez, & Avila, quos citat, & non reprobatur Castrop. l. c.

30. Propter dictas similes rationes cum legitimo Patrimonio promoris, sed deinde sine culpa (nam cum culpa dicam alibi e) ob aliquod infortunium, illo privatis, poterit Episcopus permittere celebrationem, aliaque Sacerdotis ministeria, Immo puto, Sacerdotes ejusmodi posse sine ulla Episcopi licentia, porro prosequi in suis dictis ministeriis, quia, ubi nulla culpa, nulla esse debet poena. Et quia honestius sic vivent, &, quia nullum jus est in oppositum. Jura enim solum vetant, ne ascendatur ad Ordines sine patrimonio, nihil de ejusmodi amissione loquuntur, & denique, quia talis est praxis; cum nemo ex Sacerdotibus se gerat, (etiam scientibus Prælati) ut suspensum ex superveniente jactura patrimonii. Vide, quæ Deo aspirante dicam in Tract. cit. de irreg.

AN SINE PATRIMONIO INSIGNIS aliquis vir initiari possit?

Quid de expectante certo hereditatem, vel quid simile?

31. Docent non pauci posse aliquando Episcopum dispensare, ut absque Patrimonio, vel Beneficio ordinetur in Sacris vir literis insignis, cui merito præsumi potest non defutura honesta alimenta.

32. Sed profectò id videtur contra Tridentinum, g & fortè, dum præcipit, ne quis, quamvis alias sit idoneus, moribus, scientia, & ætate sine titulo ordinetur, id prohibere signatè voluit.

33. Majorem probabilitatis speciem habet. Primò, quod aliqui h affirmant, posse scilicet promoveri eum, qui de proximo certò moraliter expectat Beneficium, tunc enim (ajunt) modo morali, & humano potest estimari, jam potiri Beneficio.

Secundò, quod alii dicunt, posse sacris initiari filium, qui pingue patrimonium expectat à Patre.

Tertiò, quod Sà, & multi que putarunt, posse scilicet promoveri graduatum in jure Canonico, vel in Theologia præsertim in Collegiis Majoribus Hispaniæ, quibus nunquam defunt Beneficia pingua; tunc enim perinde sunt, ac si Beneficio gauderent.

34. His tamen non obstantibus, quæ penfitare nunc non vacat, recedendum non est à tam clara dispositione Tridentini ibi (nisi legitime constet Beneficium pacifice possidere) & ibi (patrimonium verè ab eis obtineri.) Adde, & responsiones Cardinalium apud prædictos Auditores, & præsertim apud Sà expurgatum.

AN SINE BENEFICIO, SED cum solo Patrimonio possit quis promoveri?

35. Tridentinum loco citato, sic disponit: Patrimonio, vel pensionem obtinentes ordinari posthac non possint, nisi illi, quos Episcopus judicaverit assumendos pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum. Hæc Tridentinum. Cum ergo illud judica-

veris hic significet boni viri arbitrium, hoc est, voluntatem rationi congruam, contra Tridentinum faceret Episcopus, si solius Patrimonii titulo, ad hominem promovendum, moveretur. Atque hinc inferit Navarrus, a se vidisse negatam eundem fuisse facultatem ascendendi ad Subdiaconatum ob defectum tituli Beneficii, licet is habuerit patrimonium trium millium scutorum. Id, quod refert Trullen. b ait, hoc Decretum obligare sub mortali, citatque eundem Navarrum, & Vilalobos.

36. Equidem duo expendenda Lectoribus do. Primò, nonne potuit esse causa rationalis prædictum hominem promovendi, quia utile, & honorificum est Ecclesie hominem prædixitem ejus servitio addici, & consecrari?

Secundò, tantum rigorem exposcendi omnino Beneficium in ordinandis vix animadverto in Episcopis: ususne subsecutus Decretum hoc fortasse mitigavit.

CAPUT VII.

De Ministro Ordinis.

§. I.

Quoad validitatem.

1. Certum est, ordinarium Ministrum Ordinibus conferendis esse Episcopum, ut habet Tridentinum.

2. Certum item est omnes Episcopos in hoc æquales esse, & validè cuicunque Fideli Ordines ministrare. Nam Episcopus quicunque, etiam excommunicatus, etiam Hæreticus, etiam si Diaconatum, & alios inferiores Ordines non suscepisset, potest omnes Ordines, quamvis à se non susceptos, alteri conferre, dummodo verè ipse sit Sacerdos, & Episcopus consecratus (non enim satis foret, esse electum, & confirmatum) siquidem Ordines confert verbi gratia, Diaconatum, non ex vi Diaconatus, quem habeat, sed ex vi Ordinis Episcopalis, qui Diaconatum, aliosque ipso inferiores essentialiter non supponit. Lege Vasquez, & aliosque, licet sit contrarius Sanchez, & alii.

3. Incertum ergo illud remanet, An alii

Episcopo inferiores, id est, Sacerdotes communes possint ex delegatione Summi Pontificis, Ordines validè conferre. Nam non Sacerdoti, etiam si sit Cardinalis, tantam potestatem delegari non posse, quia, nec exemplum, nec ulla ratio id persuadet, certum fo-

4. Respondeo, distinguendo Ordines in tres classes. Primò, in Sacerdotium. Secundo, in Diaconatum, & Subdiaconatum. Tertiò, in Ordines Minores, Tonsuramque primam.

5. Dico jam Primò, probabile ab aliquibus existimari, Sacerdoti posse à Pontifice delegari potestatem conferendi alteri Sacerdotium, sed improbabile existimari ab aliis; quod posterius libentius recipio; cum enim hanc denegationem nunquam concesserit Pontifex ab ipso Ecclesie initio, non est res tanti momenti, sic facile concedenda. Lege citatos.

6. Dico Secundò, facilius posse concedi, delegabilem à Summo Pontifice esse Sacerdoti potestatem conferendi Diaconatum, & Subdiaconatum, quia non tam clarè apparet hic valde gravis inconvenientia, immò fertur Innocentius Octavus id concessisse Abbatibus Cisterciensibus pro suis Monachis. Sed nihilominus id alii negant, & quoad Innocentium dicunt, ipsum solum concessisse, ut dicti Abbates possint in suis Monasteriis ordinare suos non per se, sed per quemcunque Episcopum.

Dico Tertiò, Sacerdoti posse Summum Pontificem concedere facultatem conferendi primam Tonsuram, Minoresque Ordines,

Addo concessam de facto eam esse quibusdam Abbatibus pro suis Regularibus. gantur Diana, b Leander, i Marchinus, k 4. de Ord. Loth, & aliique permulti ab ipsis adducti, qui de hac concessione, ejusque extensione, hinc inde, disputant latè.

§. II.

De Ministro Ordinis quoad licitum usum.

1. Quamvis multa requirantur in Episcopo, ut licitè Ordines conferat, status v. gr. gratiæ, non esse suspensum à Pontifici-

f. Sanc. Con-
ninc. alii-
que apud
Leand. l. c.
qu. 16. ap.
Aver. de
Ord. qu. 3.
sec. 3. Ver.
in hac re.

Apud
L. and. l. c.
qu. 18.
h. Dian. l.
p. 4. tr. 4.
ref. 147.

Ep. p. 5. tr.
13. ref. 93.
Ep. p. 7. tr.

11. ref. 42.
i Leand. d.
4. de Ord.
p. 1. p. 2. de
Ord. c. 10.
l. Ludov.
Bertrand.
Loth in

que d. 15.
k March.
tr. 1. p. 2. de
Ord. c. 10.
l. Ludov.
Bertrand.
Loth in

ref. Theol.
tr. 7. d. 1.
à art. 3.

Pontificalibus, &c. tamen, quia de his, & similibus alibi actum est, hic solum proprius locus est agendi, Quosnam Fideles possit licite Episcopus promovere. At quia certum est,

1. *Trid. sess. 6. c. 3. de Ref. & sess. 14. c. 1.* non posse, nisi suos; cum ex Sacris Textibus non liceat quempiam ordinari, nisi à proprio Episcopo; ideo hic solum superest quærere, quisnam nomine proprii Episcopi, intelligendus sit?

2. Respondeo, in aliis materiis intelligitur ille Episcopus, in cujus Diocesi habet quis fixum domicilium: at vero in materia Ordinationis aliquanto latius accipitur nomen proprii Episcopi, Bonifacius enim *Constitutio* *Stavus*, qui nec expressè, nec tacite revocatus fuit à Tridentino, quicquid aliqui dicant, vel certè, etiamsi fuerit à Tridentino revocatus, revocatio tamen est abrogata ab ipso *Trid. sess. 12. c. 2. de Refor.* juxta dicti Bonifacii dispositionem, quotidie operationem: Bonifacius, inquam, generaliter sic rem hanc disponit, ut velit neminem *Sp. 15. n. 6.* posse ordinari, etiam prima Tonsura, nisi ab Episcopo, qui propriè sit suus, vel ratione Originis, vel ratione Beneficii, vel ratione Domicilii.

3. Non deest tamen duplex exceptio. Præterea, habetur in Tridentino, in favorem Familiarum Episcoporum, ut scilicet Episcopus Diocesis possit ordinare suum non subditum, qui per triennium cum ipso fuerit commoratus, & cui statim Beneficium conferatur. Dixi (*Episcopus Diocesis*) nam id omnino negatur, à Episcopo Titulari Diocesim non habenti. Quod autem familiari huic, saltem intra decem dies, debeat Episcopus beneficium conferre. Quod hæc concessio extendatur etiam ad famulos talium familiarum, Quod triennium debeat esse continuatum, Quod numeretur, etiamsi inceperit ante collationem Episcopatus. Quod servitium debeat fieri Episcopo præsentem, non auspensi, si rem distanti, sunt quæstionculæ, notatæ à Doctoribus & apud Leandrum.

4. An huic non subdito, sed familiari possit concedi, sit Episcopus ex titulo familiaritatis dispensatus, hæc in interstitiis dicam infra.

5. Secunda exceptio habetur in jure, in quo conceditur, Clericos posse promoveri ad Ordines à vicinis Episcopis sine proprii Episcopi licentia, quando hic proprius notoriè ordinavit alienos subditos sine licentia pro-

priorum Episcoporum. Lege Suar. i. & Ca. i. de i. tropal. & de his, & similibus. Sed jam separatim illustremus illa tria allata à Bonifacio Octavo.

PROPRIUS EPISCOPUS RATIONE Originis.

6. Afferò Primò, Antonium posse ordinari ab Episcopo v. gr. Panormitano, si ipse natus sit in Panormitana Diocesi (& ejus parentes ibidem habuerint fixum domicilium eo tempore, quo Antonius natus est. Hæc est certissima assertio: hoc enim permaximè est, esse subditum ratione originis.

7. Idem est, si postquam Antonius in hac Diocesi est natus tempore, quo ejus parentes in eadem degebant, postea iidem in aliam Diocesim se transfulerunt. Ratio est manifesta, quia translatio parentum, postea facta, non potest auferre jus nativitatæ acquisitum à filio.

8. Sed quid, si Antonius natus est in hac Diocesi, dum parentes ipsius hic domicilium non habebant, sed erant in transitu, causa itineris v. gr. vel alterius negotii: eritne Antonius existimandus hujus Diocesis?

9. Respondeo. Nonnulli, melle existimandum, dicunt, & quidem probabiliter, sed probabilius id alii negant, quia ex una parte fortuita nativitas non videtur sufficere, ut per eam quis dicatur habere originem ab ea Civitate, ubi, sic per accidens, nascitur: & ex alia parte, in re, ubi disceditur à jure communis hæc est verborum interpretatio facienda. Sane Medulla Theologica citans Diam, sic habet: *Studiosi, qui in Univeritate habitant, etiam ultra Decennium, animo redeundi in Patriam non contrahunt ibi domicilium, atque adeo ab ejus loci Episcopo ordinari non possunt: immo, si ibi ducant uxorem, nec filii eorum: sicut enim non dicitur Episcopus domicilii respectu Patris, ita nec Episcopus originis respectu proles, quæ nata fingitur in domicilio Patris.* Hæc ibi.

10. Hæc tamen omnia licet probabiliter hanc sententiam faciant, non tamen priorem à sua probabilitate dejiciunt, nam in communi existimatione, communique hominum usu, qui alicubi nascitur, illius loci sit multum habens. Unde, quod mavis, tutò sequere.

11. Affe-

11. Affero Secundò, probabile esse, aliquem posse ordinari in Civitate originis paterna; hoc est promoveri licet posse prædictum v. gr. Antonium ab Episcopo Panormitano, si ejus pater natus, & fixè commoratus sit in Panormitana Diocesi, tamen ipse Antonius natus sit, & sit commoratus in Diocesi aliena, & affero item probabile esse non posse. Ratio prioris probabilitatis est, quia illud (ratione originis, seu esse oriundum, seu originarium) de quo loquitur Bonifacius, significare id debet, quod significatur in jure, & in jure, per hæc vocabula, significatur, aliquem computari in civem illius Civitatis, in qua natus est pater; ergo, &c. Ratio probabilitatis posterioris est, quia: spectanda est origo propria, non verò paterna cum vox illa oriundus, seu origo [sæpius] significet idem, quod significat vox] ortus, seu nativitas.

12. Ex priore probabilitate infero Machin. lo c. cit. non esse subreptitiam dispensationem, si quis exposuit, se esse oriundum ex tali Civitate, cum tamen ipse sit ortus alibi, sed pater ejus erat natus in Civitate illa, ibique domicilium habebat; sed de hac illatione, valde dubito, præsertim in Dispensationibus matrimonialibus, quæ hodie, ut suo loco dicemus, diriguntur expediendæ ad determinatum Ordinarium loci nativitatis dispensandi.

13. Doctores autem prædicti, qui affirmant, originem patris sufficere, notant, se loqui de filiis, legitimis, nam illegitimi non sequuntur nativitatem patris, sed matris, unde hi non possunt ordinari ab Episcopo Civitatis originis patris, sed matris. Nam licet, ut advertit Castropal. d in hac materia Ordinum, non spectetur origo matris sed patris; tamen, quando filius est naturalis, cum pater soleat esse minus cognitus, origo matris inspicitur. In expositis verò, quando nescitur origo paterna, vel materna, subrogari, ait, locum expositionis; quod ultimum docetur etiam communiter apud Metollam, & Gratianum, & aliosque.

14. Affero Tertiò. Quamvis nonnulli, propter rationes modò dictas de patre, extendant idem ad Avum, posse scilicet ordinari quempiam in Diocesi, ubi ejus Avus natus est, tenendum tamen est cum aliis, h nequa-

Tanburinus de Sacramentis.

quam posse, nam secus nimis extenderetur h Trull. l. ejusmodi potestas contra dispositionem Sac. canon. 5. eorum Canonum volentium cuicumque Episcopo suos fines præscribere.

5. Hic se offert dissolvenda quæstio, de tr. 1. p. 5. c. qua superioribus diebus disputatum Panorm. 6. n. 2. dimi fuit. Solent nonnulli ex civibus Montis Regalis suos infantes Panormum, non plus, nec DD. quam quatuor circiter milliaribus à Monte defendere Regali distantem, asportare, ut ibi Sacrum non sufficiens Baptismum suscipientes, veluti; sic Civitate cere originem Arvi. donati, potiri deinceps Panormitanis Privilegiis possint, an jure, ipsi viderint. Quoniam ergo diversæ hæc sunt Dioceses quidam ex his Panormi baptizatus, sed natus Montis Regalis, ex Montisregalensi patre, Ordines postulavit ab Archiepiscopo Panormitano tanquam ejus subditus, legitimè voti compos fieri potuit?

16. Ostendi ego iis, qui id sciscitati sunt Leandrum i id concedentem his verbis: Qui i Leand. de in una Diocesi est natus, in altera baptizatus, in Ord. d. 8. tertia habet domicilium, in quarta Beneficium, q. 7. citans optime potest à quolibet ex his Episcopis ordinari, c. cū nullum vel ad id literas Dimissorias accipere.

17. Verum, quamvis hunc Auctorem Ord. in 6. ostenderim, dixi, nulla ratione esse approbandum.

I. Quia ratione solius Baptismi, non potest quis dici originarius, seu habere originem, seu ortum in aliqua Civitate, propriam originem enim dat nativitas temporalis, non spiritualis.

18. II. Quia nunquam legimus hujusmodi prærogativam faciendi civem alicujus loci, soli ipsi Baptismo fuisse concessam.

19. III. Quia nemo daret legatum relictum civibus, seu naturalibus alicujus loci, si solum ibi quis fuisset baptizatus, nam si daret, utique veris naturalibus injuriam faceret.

20. IV. Quia rectè sic ait Trullench. k Quod Baptismus det originem, intellige em, l. c. nu. 3. modo non constaret in individuo de loco, ubi quis natus est.

21. V. Quia ex hoc dicto Trullench. puto, illos, qui concedunt Baptismo effectum, originem dandi Fidelibus, solum velle; pro foro externo ex Baptismo probari, vel præsumi nativitatem, nam cæterum pro foro interno, & pro externo, quando constat, alibi fuisse

LI nativi-

nativitatem, procedere non potest illa doctrina, & certe omnis sanæ mentis homo id etiam sentiet in Privilegiis quoad temporalia, nisi expressè, vel ex æquitate quadam, quam mox dicam, id Baptismo concedatur à Principe, quamvis aliquid plus videatur concedere Gratianus citatus mox num. 24.

22. VI. Quia volui oculis meis recolle e *Cap. Cum nullus*, citatum à Leandro, & Sanchez, Marchinum, Hurtadum ab eodem pro ejus sententia item citatos, & ne verbum quidem de Baptismo. Unde alios, quos ipse citat videre nolui, nam etiam si rem dicerent, non rectè dicerent.

23. VII. Quia bene distinguit Merolla, a *Meroll.* Id, quod fortè Doctores, quando videntur diversimodè loqui, conciliabit. *T. 3. dis. 6.* Advertendum (inquit) gaudere predictis Privilegiis, ut civem *exp. 6. dub.* ortum, Infidelem baptizatum Neapoli, quia tunc *3. dis. 5. n.* Neapoli dicitur renasci. Idem decijum fuit pluries *180.* in eadem Regia Camera. Hoc autem limitant aliqui, nisi fuerit baptizatus Neapoli in fraudem, ut originem consequeretur. Ita Stephanus, b *Grat. To.* Gratianus. Hæc Merolla. Vides ex æquitate concedi Infideli hic baptizato, fieri hic civem: idque fortasse, quia nescitur non tarò ejus origo, vel, si scitur, eum suam patriam reliquerit, in favorem fidei æquum est, ut ea, in qua baptizatur, civitate donetur. Vides item in casu, de quo nos agimus, cum adfit aperta fraus consequendi originem, locum ejusmodi æquitatem non habere?

24. Audiamus, & Gratianum. Per Baptismum (ait, loco citato) quis efficitur Civis, & acquiritur origo, quam sicut habemus per nativitatem temporalem, tanquam magis propriam ita per Baptismum, qui dicitur nativitas, & per eum homo denuo nascitur, sive loquamur quoad spiritualia, & beneficalia, sive temporalia. Intelligendo, cessante fraude; nam si quis in aliquo loco baptizetur per aliquem, ut acquireret originem illius loci, reputabitur nihilominus pro extraneo, nec diceretur civis in præjudicium aliorum. Ita in specie concludit Gonzales. d. Hæc Gratianus.

25. At in casu nostro, & fraus est, & præjudicium foret Archiepiscopi Montis Regalensis, si prædicto, de quo loquimur, Ordines concederet Archiepiscopus Panormitanus.

Sed hæc contra meam consuetudinem nimis fortasse multis.

313.

PROPRIUS EPISCOPUS RATIONE Beneficii.

25. Affero, quemlibet ordinari licetè posse ab Episcopo; in cujus Diocesi habet is Beneficium Ecclesiasticum, nam per Beneficium fit ei Episcopo subditus.

26. Inquires. Quid Primò, si Beneficium sit simplex, nec residentiam requirar.

Quid Secundò, si quis habeat ibi pensionem?

Quid Tertiò, si quis habeat duo ibi Beneficia, alterum in una, alterum in altera Diocesi?

Quid Quartò, si Beneficium sit admodum tenue?

Respondeo ad Primum, affirmative, quia Bonifacius Octavus non requirit residentiam.

Ad Secundum, negativè, quia idem Bonifacius Beneficium requirit, Penso autem Beneficium non est.

Ad Tertiò, dicam mox numero trigesimo quarto.

Ad Quartum, affirmative, s. ajo enim sufficere ad constituendum te subditum Episcopo, si in ejus Diocesi possideas Beneficium quamvis tenuissimum, quia Bonifacius non requirit, nisi Beneficium; at profectò Beneficium tenuissimum Beneficium est. Ne tamen obliviscaris, ut actus Ordines Sacros suscipias, te debere etiam supplere de Patrimonio, quod necessarium erit ad honestam sustentationem tuam.

27. Non me latet, Barbosam g requirere, ut Beneficium saltem afferat octo, vel quatuor senta singulis annis, & aliquos h requirere, ne adfit fraus, qualis esset, si fundares Beneficium tenue in aliena Diocesi, ut illius deinde compos, ibidem initieris; id enim (ajunt) fieret in præjudicium alienæ jurisdictionis. Non me, inquam, hæc duo latent, sed ego sequor alios hæc non requirerentes: Nam quoad primum, jam dixi, etiam tenue Beneficium esse: Quoad secundum verò, non est fraudulentus is, qui utitur eo stratagemmate, quod nullo jure prohibetur. Non sic in casu de Baptismo: de quo modo dixi numero vigesimo quarto; Nam Baptismus non nisi improprie, & ex æquitate dat nativitatem. Beneficium verò tenue cum vere, & propriissime

ne Beneficium sit, dat esse propriè Beneficiatum illius Diocesis, in qua est Beneficium.

28. Illud proflus non potui annis hisce superioribus approbare. Quidam ex iis Theologis, qui solum Scholasticam profitentur, parum (ut animadvertere potui) in Morali, & in Canonibus Sacris versatus, contendeat, posse à Laico extraneo fundari in aliena Diocesi Beneficium, quod eidem statim conferretur, nam sic redditus ratione Beneficii subditus, poterit (ajebat Theologus) in illa Diocesi promoveri.

29. Dixi, ejusmodi doctrinam procedere ex modica jurium notitia. Jura omnia clamant, ut nullus sit capax Beneficii Ecclesiastici, nisi habeat Tonsuram, ut supra, nos etiam docuimus. Si ergo Laicus, de quo est sermo, adhuc, post fundatum Beneficium, est Laicus, qua ratione poterit ipsi validè conferri illud, vel quodcunque aliud Beneficium? Nullo modo: & consequenter qua ratione subditus & redditus in illa alia Diocesi ratione Beneficii, quod Beneficium cum nulliter habeat, nullum habet? Hanc solidam doctrinam prius me docuit prædictus discurfus (sincere loquor, non mentior) sed deinde inventi subobscure indicatam à Thoma Sanchez, & Averfa. b

PROPRIUS EPISCOPUS RATIONE Domicilii.

30. Affero Primò, quemlibet posse ordinari ab Episcopo, in cujus Diocesi habet actu fixum domicilium, hoc est, habet ibi habitationem actualem cum animo ibidem perpetuò manendi. Quod si soleret quis perpetuò ællare in una Diocesi, hyemè in alia, quasi æqualiter habitare, sanè is diceretur habere duplex fixum domicilium, & ab utroque Episcopo posset promoveri, ut notat rectè Marchinus. c

31. Dictum est (perpetuò) nam duplex domicilium distinguunt Doctores. Aliud, in quo quis actu habitat, & in eodem habitare perpetuò intendit, aliud, in quo majore solum parte anni intendit habitare: illud appellatur verum domicilium, hoc, quasi domicilium. Qua distinctione præ oculis habita, docemus, licet pro receptione aliorum Sacra-

mentorum, sufficiat quasi domicilium, vel, pro aliquibus Sacramentis necessariis, qualibet habitatio; at pro receptione Ordinum, qui requirunt maximum deiectionem, & personæ cognitionem, docemus, inquam, requirit verum, & fixum domicilium. Quare, qui multos annos, etiam decem, etiam viginti, etiam centum proposuit alibi commorari, si expresse, vel tacite habet animum redeundi in patriam, cum sic non dicatur habere ibi fixum domicilium, non poterit in conscientia ab illius loci Episcopo promoveri.

32. Quoad forum autem externum, puta, ut ab Episcopo tu alibi natus admittaris ad Ordines, tanquam in ejus Diocesi domicilium habens, debes testibus, probationibus, & conjecturis animum tuum ibi perpetuò manendi probare. De quibus probationibus lege Menochium, d Castropalaum, e & breviter alios citantem Bonacinam. f

33. Affero Secundò, te habentem hic domicilium. & alibi v.g. Neapoli Beneficium, posse unum g Ordinem ab hoc Episcopo, alterum à Neapolitano, vel omnes, ubi magis tibi placet ab alterutro recipere, quia semper recipis à proprio Episcopo.

34. Idem ergo erit, si habeas duo Beneficia in duabus Diocesibus, quia jam, ratione illorum, duobus es Episcopis legitimè subditus.

35. Affero Tertiò, non esse improbabile, Barones, h ut etiam Senatores; qui sunt perpetui Officiales Principis, eorumque filios, in suis Villis, Oppidis. Civitatibus posse recipere Ordines ab Episcopis talium locorum, quamvis ibi nati non sint. Ratio est, quia ratione domini, vel dicti officii, quod ibi habent, computantur non quidem, ut Cives; id enim negat Textus, i sed, ut partes illius populi, ubi ea officia perpetuò exercent, atque adeò computantur inter k habitantes ibi domicilium.

d Menoch.

de arbit.

l. 2. ca. 16

86.

e Castrop.

de Ord. d.

m. p. 15. n.

3.

f Bonac. de

Ord. d. 8.

q. 11. p. 4.

a. n. 11.

g Ricc. in

praxi de

Ord. dec.

304. c.

305.

Tyr. Contr.

in praxi

disp. lib. 4.

c. 5. nu. 32.

Arvo de

Ord. q. 3.

sec. 6.

Verf. Ter-

tius mo-

des.

Maran. l.

c. p. 4. ref. 4

contra

nonnullos.

h March.

tr. 1. p. 5. c.

7. n. 15. c.

16. alios

citans.

i L. Civ.

C. de Inco-

lis l. 10.

k L. Sena-

tores cod.

tit. de In-

colis.

CAPUT VIII.

De literis Dimissoriis, & Commendatitiis.

§. I.

Quando, & quomodo dantur.

2. Trid. sess. 1. 23. de Ref. c. 3. juxta c. 1. de Temp. Ord. in 6. b Barb. in l. 6. Trid. m. 2.

Statuitur à Tridentino, a ut si proprius Episcopus sit aeger, seu alias impeditus, nam illud, si sit aeger solum ponitur à Tridentino exempli gratia ex Barbosa b) possit dare licentiam, ut ordinandus promoveatur ab alieno Episcopo, sive indeterminatè à quocunque, sive ab hoc, vel illo determinatè.

2. Hæc licentia dari quidem potest oretenus, quia Concilium requirit, dumtaxat consensum proprii Episcopi, sed solet ad majorem, facilioremque fidem faciendam expediri per literas patentes, quæ vocantur *Dimissoria*, quia subditum dimittunt ad alienum Episcopum; appellantur etiam *Reverenda*, ob reverentiam illi debitam.

3. Præter memoratam licentiam, debet ordinandus habere à proprio Episcopo suorum morum approbationem, quæ dari consuevit, interdum in ipsismet Dimissoriis, interdum separatim. Quando autem sunt separata, vocantur *literæ Commendatitiæ*, vel *Testimoniales*, quia in his Episcopus suum subditum commendat alieno, deque ejus probis moribus testificatur.

4. Ultramontani, id est, qui nati sunt ultra Montes Alpium, quales sunt Hispani, Lusitani, Galli, Germani, &c. ut item, qui nati sunt extra Italiam, si velint ad quemcumque Ordinem, etiam Minorem, etiam primam Tonfuram intra Italiam promoveri, debent sub pœna suspensionis, aliisque pœnis infictis à

eVrb. VIII. Secr. 1624 12. Dec. quod per extensum assert Marchin. de Ord. tr. 1. p. 5. c. 11. m. 14.

Decreto Urbani s Octavi non solum ostendere Dimissorias, ut dictum est à suis propriis Episcopis sibi concessas, sed easdem insuper recognitas, probatas, & subscriptas à Nunciis, seu Collectoribus Apostolicis commorantibus in loco, unde ordinandi discesserunt, & deinde item recognitas à Vicario Generali Urbis Romæ.

5. Si sustineas Siciliam in favorabilibus venire sub nomen Italiæ; hoc Decreto Siculus

ordinandus non comprehenditur, quia in hac probabili sententia, quam ego a) alibi docui, non est natus extra Italiam.

6. Denique hanc constitutionem non afficere Religiosos, quia nulla fit in illa Regularium mentio, fuisse decisum Florentiæ tenet Marchinus. & Quare hos habentes Dimissorias à suis Prælatiis, à quocunque Episcopo Italo ordinari posse concludit.

§. II.

Quis possit prædictas literas concedere.

EPISCOPUS, ET SIMILES
Ecclesiasticam Jurisdictionem
habentes in subditos.

1. **D**imissorias concedit proprius Episcopus, sive originis, sive Beneficii, sive Domicilii. Immo etiam Abbas, vel Prior, qui habeant quasi Episcopale, & distinctum ab Episcopo territorium. Item Vicarius Generalis, si ab Episcopo ad id habeat speciale mandatum, vel si Episcopus agat in remotis. Id, quod evenit (ait f) Sanchez,) quando Episcopus invenitur extra Provinciam in partibus remotis per duas diætas, licet Barbosa g) sentiat tunc Episcopum dici in remotis agere, quando est ultra Montes (intellige etiam, quando est ultra mare) sufficit enim (ait) quod hujusmodi remotio sit inconveniens ordinando. Sed nimis indistinctè loquitur Barbosa: dicere distinctius, quando hujusmodi remotio prudenti hominum existimatione notabiliter esset ordinandis incommoda. Putabis enim remotè agere Archiepiscopum Mellanensem, si fortè inveniat Regii in Calabria, brevissimo freato à Sicilia distantis?

2. Commendatitiæ, sive Testimoniales literas puto, de jure non posse dari, nisi ab Episcopo domicilii. Ratio est, quia mores, qui in his literis sunt approbandi, solum illi consent esse noti, non aliis.

CAPITULUM
Sede Vacante.

3. Tridentinum h) sic statuit. Non liceat Capitulis, Sede vacante, infra annum à die vacationis

tionis Ordinarii, licentiam, aut literas Dimissorias, seu reverendas, ut vocant, alicui, qui Beneficii Ecclesiastici recepti, sive recipiendi occasione arctatus non fuerit, concedere, &c.

Nota Primò, posse Capitulum, intra dictum annum concedere Dimissorias pro prima Tonsura, quia hæc non est Ordo. Ita docet Quintanadu. a. afferens declarationem Cardinalium.

Quint. de Ord. sing. 4.

4. Nota Secundò, illud (à die vacationis) significat enim quamecunque vacationem, si- ve ex Episcopi morte (quando vocatur, infra annum luctus, si- ve ex translatione, si- ve ex renunciatione, &c.

5. Nota Tertiò, illud (qui arctatus fuerit) est enim exceptio, qua conceditur Capitulo, ut possit dare Dimissorias, etiam intra dictum annum, obligatis ad suscipiendos Ordines.

6. Petes. Si Tonsuratus aliquis, vel quilibet nondum Sacerdos Beneficium simplex habeat eum libertate satisfaciendi per alium Missas ex Beneficio debitas, poterit ne Capitulum Sede Vacante Dimissorias huic conce-

d. Quint. de re? b.

7. Respondeo, quamvis iis, qui presentantur ad Cappellaniam, aut Beneficium, licet c. Petr. Co- tempus ipsos non urgeat, possit et dictum Capitulum concedere Dimissorias ad primam praxi d. sp. Tōluram, ut sic potiri possint Beneficio, quia, h. 4. c. 4. ut dictum est, prima Tonsura non est Ordo, tamen ad alios Ordines non potest, quando (ut proponitur) Missæ, & onera satisfacienda ex Beneficio præstari possunt per alium. Ratio est, quia hic, commodius quidem præstaret per se, sed non potest dici arctatus à Beneficio recepto, vel recipiendo, nam Beneficium jam recepit, & satisfactionem jam præstare potest per alium.

8. Nota Quartò, illas duas voces (licentiam, aut literas Dimissorias) idem prorsus significare, ut expendit Sanc. d. id est facultatem suscipiendi Ordines.

9. Nota hic iterum (licentiam, aut literas Dimissorias) has enim solum prohibetur Capitulum tunc dare, nam propterea potest concedere licentiam extero Episcopo exercendi Pontificalia, & ordinandi, tum externos, tum subditos ipsius Capituli, qui aliunde v. g. à Pontifice habuerunt suæ ordinationis licentiam.

10. Rursus, propter eandem rationem, potest Capitulum intra prædictum annum cō-

cedere literas Commendatitias, seu Testimonialia, quia hæc literæ non continent licentiā suscipiendi Ordines. Id certe est maxime advertendum, sæpè enim occurrit, ut quis in prædicto anno Vacationis impetret Breve Apostolicum, per quod promoveri possit, si- ve à viciniore, si- ve à quocumque Episcopo Catholico; & tunc, non obstante ejusmodi Bre- vi, debet ordinandus petere, & obtinere à dicto Capitulo testimonium suæ vitæ, quod certe tunc dare potest Capitulum, quia id nō est concedere, ut dixi, licentiam suscipiendi Ordines, (hanc enim prædictus ordinandus habet per dictum Breve à Papa) sed solum est, testari de moribus. Et quidem Papa solet in eodem Brevi ordinandum admonere, ut has literas testimoniales omnino obtineat à Capitulo in ea, vel simili clausula (cum licentia tui Ordinarii) quæ, quamvis dicat (licentia) tamen intelligitur solum de literis commendatitiis, seu Testimonialibus, quia licentiam Ordinum jam ipse Pontifex, ut dictum est, concedit. Ita Barbosa, & alique plures.

c Barb. de

11. Nota Quintò, illud (infra annum) potest Ep. terit ergo Capitulum, seu Vicarius ejus Gen- all. 7. n. 14. ralis [sed ex speciali s. mandato, non verò ex c. 15. Me- ipsa ratione Vicariatus, ut diximus num. 1. de rollat. 3. Vicario Episcopi] Dimissorias, seu Commenda- d. 7. ca. 7. titias pro suis subditis concedere post di- dub. 6. ctum annum.

Gau. in

12. Atque hæc pro Sæcularibus. Quid de praxi E- Regularibus commorantibus in Diocesi? pis. V. Ca- Respondeo. Regulares non indigent Di- pit. Sed. missoriis, quas concedere ipsis debeat Epif. vacan. n. copus, vel Capitulum Sede Vacante, in cujus 30. Diana. Diocesi ipsi Regulares commorantur. Nam p. 8. tr. 4. satis est, si ipsi habeant Dimissorias à suis res. 42. Prælati Regularibus eo modo, quem mox March. de dicam. Quare infra dictum annum Sedis Va- Ord. tr. 1. cantis, si hi habeant dictas Dimissorias à Præ- p. 6. c. 3. latis suis, poterunt ordinari, etiam in eadem n. 17. Diocesi, in qua Sedes vacat ab aliquo Epif. f Barb. de copo, qui fortè ex licentia Capituli ubi Ponti- potest. Ep. ficalia exerceat, & multò magis ab aliis Epif. p. 3. all. 54. copis, quando in suis Diocesium ordinatio- nem celebrant. Ita fusè probat, & efficaciter g. Quint. Quintanaduennas. g.

Quint. de Ord.

sing. 8. Py-

tr. Corad.

in praxi

disp. l. 4.

PRÆLATI REGULARIUM exemptorum.

13. Hos posse concedere Dimissorias suis c. 6. n. 16.

El. 3.

sub-

subditis, immo, & Novitiis (sed his cum Patrimonia, vel Beneficio, ut supra dixi, & non ad titulum Paupertatis) quia participant omnia Religiosorum privilegia, dubium ne sit, ut habes de Religiosis apud Quinanadu, & de Novitiis apud Marchinum, aliosque, quos vi-
 6. a. 10. de de propter varios casus, quos ipsi discutiunt.
 2. 18. *Dia.* 14. Hic adverte, extare Decretum Clemens. p. 5. tr. 10. tit. 8. Octavi, quo vult has Dimissorias Regularum debere dari cum duabus conditionibus sub poena privationis officiorum, & vocationis activæ, & passivæ Prælati eas non obsequantur. Prima, ut hæ Dimissoriæ non dirigantur, nisi ad Episcopum illius Diocesis, ubi habitat Religiosus ordinandus, nisi forte is extensum Episcopus abfuerit, vel ordines non celebraverit. Secunda, ut in Dimissoriis hoc ipsum exprimatur.
 Card. n. 15. Verum hoc Decretum, ait Castropalaus non videri usu receptum, quia illud Prælati Regulares obsequare non solent.
 disp. l. 4. c. 6. 16. Licentiam suscipiendi Ordines, seu Dimissorium concessionem non posse à nostris c. Castrop. Societatis Iesu Superioribus localibus dari, de Ord. sed à Provinciali, vult Pater Noster Genera-
 disp. unie. 15. nu. 8. An ampliorem potestatem habeant Superiores locales aliarum Religionum, eorum praxis, & ordinationes consulantur.

§. III.

De Duratione prædictarum literarum.

HÆ Dimissoriæ, seu licentiæ absolute à suo Diversorio cessant, lapsu temporis, nam, si tempus fuit limitatum, cessabunt sanè, eo finito tempore, dicentis ita. Poterunt ergo dictæ absolute literæ habere effectum post amotionem ab officio, vel mortem concedentis, quia sunt gratiæ factæ; nisi tamen, ut semper supponendum est, à fess. 7. e. 11. successore non revocentur. Omnes enim licentiæ à quocumque successore, æqualem nu. 3. clar. potestatem habente, revocari possunt.
 de potest. 2. Idem dic, si datæ fuerint à Capitulo Sed. Ep. p. 2. al. de vacante: eodem enim modò durabunt, et leg. 7. nu. jam post Sedem plenam, nisi à novo Episcopo 2. 3. Sanc. l. po. revocentur.
 8. m. tr. d. 3. Verum commendandi sunt ii Episcopi, 28. nu. 83. qui imitantur Sanctum Carolum Borromæum in edictis de Sacra Ordinatione præ-
 T. 3. d. 7. cipientem, ne Dimissoriæ sint vetustiores

duobus, vel tribus mensibus à die ultimæ ordinationis computandis, nisi ob absentiam Superioris; commendandi, inquam, sunt, f. Sanc. l. quia in decursu notabili temporis facile mutari ordinandi mores possunt; & ex Agno Lupus evadere promovendus.

CAPUT IX.

De Examine ordinandorum.

DE doctrina, quæ est exploranda in Ordinandis dicam infra, nunc solum agendum est de jure, quod Episcopi in iis examinandis habent.

Tridentinum jubet, examen debere præcedere ordinationem, debet, autem fieri à proprio Episcopo, etiam, quoad Religiosos k. i. Trid. sess. ordinandos.

Possunt tamen Episcopi se remittere examini Superiorum, si non appareat clara ordinandi ignorantia. Possunt etiam committere aliis, quos ipse Episcopus designabit, & possunt etiam in ipsis literis Dimissoriis illos designare, & maxime possunt hoc examinem committere ipsi Episcopo, ad quem subditum suum dimittunt, ut Sacra Congregatio teste Barbosa, declaravit. Si Summus Pontifex alicui Religioni, post hoc Tridentini Decretum, concessit, ut ejus Religiosi absque examine promoverentur, examinari certe ab Episcopis non debent.

3. Quando quis à suo Episcopo examinatus, & approbatus mittitur ad alium Episcopum, adhuc jus integrum est huic Episcopo iterum illum examinandi, quia potest velle cognoscere, cuinam Ordines conferat: non tamen habet obligationem examinandi (quicquid dicat ibidem Barbosa) quia Tridentinum dicens, neminem esse ab alieno ordinandum, nisi prævio examine, non tollit examen posse fieri per alium, ac certe hic alienus Episcopus, dum approbat examen alterius Episcopi, per illum Episcopum, tanquam per suum examinatorem, ipse examinasse, censetur. Excipe, ut modò dixi, nisi clara appareat imperitia promovendi.

CAPUT X.

ORDINES MAJORES.

De Temporibus Ordinationum.

PRIMA TONSURA.

1. In quocumque die, siue festo, siue profesto conferri hæc licet potest. *a*

ORDINES MINORES.

2. Minores verò possunt Primò, in sex Sabbatis additis pro conferendis Majoribus, quæ mox enumerabo.

3. Possunt Secundò, quocumque die Dominico, vel festo de Præcepto, etiam si solum in ea Diœcesi dictum festum habeatur, ut notat Castropalaus, *b* Unde ego extenderem, propter paritatem rationis, etiam si in sola Civitate celebretur festum. Quamvis autem Alexander Tertius velit, ut in dictis Dominicis, & festis non conferantur dicti Minores Ordines, nisi uni, vel duobus: potest tamen paucis, quia ejus intentio solum est, ut non appareat Ordinatio generalis.

4. Possunt Tertiò, ex generali consuetudine, in die Veneris *d* ante prædicta sex Sabbata (& Castropalaus *e* addit etiam in feria quarta Quatuor Temporum) quo sic sequentis diei labor Episcopis minuatur.

5. Præterea quamvis in Pontificali ad conferendos Ordines, etiam Minores, signetur tempus de mane; ex consuetudine tamen etiam potest à prandio.

6. Rejicienda autem est saltem hodie sententia aliquorum, g putantium Minores Ordines quovis die, quem elegerit Episcopus, posse conferri; hodie, inquam, quia Urbanus VIII. in *h* novo Pontificali addixit ordinationem Minorum, ultra Dominicam, solis diebus festis de Præcepto; id tamen non ligare manus Summi Pontificis, quasi non possit concedere alicui, ut alio tempore ordinetur, operæ pretium est, propterea, quæ num. 10. dicam, advertere.

7. Leander *i* videtur sibi contrarius, dum in uno loco negat, in altero affirmat *k* licere Episcopis conferre Minores in festis duplicibus, non de Præcepto. Sed sanè hoc posterius negandū est, quia, ut vidimus, Urbanus VIII. requirit, vel Dominicam, vel festum de Præcepto.

8. Ordines Majores, idest Subdiaconatus, Diaconatus, & Sacerdotium possunt conferri de jure in sex tantum Sabbatis: hoc est, in *l* *c. de eo, de* quatuor Sabbatis quatuor anni temporum, *Temp. Ord.* & in Sabbato ante Dominicam Passionis, & in Sabbato Sancto. Quod, si contingat propter multitudinem ordinandorum, vel gravem Episcopi ordinantis infirmitatem, non posse perfici ordinationes in Sabbato, tunc conceditur, ut *m* continuato jejunio, tum ab ipso *m* Lege Episcopo, tum ab ordinandis, compleatur die *Sanc. in* Dominico immediate sequenti. Semper autem *conf. l. 7.* tem conferuntur inter celebrationem Missæ. *c. 1. dub.* Unde, de mane. *§ 1. nu. 4.*

9. Episcopatum quolibet die Dominico posse conferri *n* manifeste concedit, im- *n C. Quod* mo solum tunc licet posse, non verò in aliis *Patribus* diebus festis, probat Sancez. *o* *bus d. 71.*

10. Dixi (*de jure*) nam Summus Pontifex *o Sanc. in* (qui unus in hoc dispensare potest) solet per *conf. l. 7.* Breve speciale, vel per Privilegia concessa *Re- c. 1. du* *15* gularibus, de quibus mox, indulgere ut extra *n. 11.* prædicta tempora, id est, ut extra sex memorata Sabbata, in tribus diebus festis, alicui conferri prædicti tres Majores Ordines possint.

11. Quærent autem hic Recentiores, An Breve intelligatur, præter Dominicam, de diebus festis de Præcepto, quando in *eop Fagund.* solum dicitur absolute (*concedimus, ut in tri- 1. in Eccl.* bus diebus festis ordinari possit) Fagund, p. cū præcep. *c.* paucis probare pluribus contendit, intelligi *2. nu. 12.* quemcunque diem, in quo Ecclesia facit offi- *March. T.* cium duplex, vel semiduplex, quamvis nō sit *1. tr. 7. c.* dies festus de præcepto, quia in jure ejusmodi *6. nu. 12.* dies vocatur absolute festivus, seu festum. *aliquæ ap.*

Thomas *q* Hurtadus solum intelligit diem *Dianam* festum duplicem Majorem, quamvis non de *p. 5. tra. 13.* præcepto. *ref. 97.*

Communis *r* tamen opinio intelligit om- *q Thom.* nino diem festum de præcepto. *Hurt. in*

12. Nimis autem osecitanter legit Ponti- *ref. mor. p.* ficale novum Urbani Octavi quidam Junis *2. tr. 12.* Canonici petitus, qui nudius tertius con- *nu. 1852.* tendebat contra Fagundez jam rem esse de- *1 Ap. cita-* cisam; si enim (aiebat) Urbanus pro Mino- *tos & ap.* ribus requirit diem festum de præcepto, *Delugo in* multò magis pro Majoribus; Osecitanter *ref. mor. l.* quidem, Urbanus enim loquitur de jure, at *1. du. 34.*

nos

a Th. Hur. VI. Thomas Hurtadus ait, concedi omnibus, qui communicant in Privilegiis, & b
in mor. p. 2. Castropal. omnibus Mendicantibus, & qui
tr. 12. c. 1. communicant in Privilegiis Sancti Benedi-
b. Castrop. d. citi: quæ tamen Pasqualigus loc. cit. limitat,
de Ord. p. quando communicatio non est generica, sed
13. n. 13. veluti sic, vel simili modo. *Communico vobis
Privilegia aliis concessa, licet fuerint illis concessa
saisre vocabiliter.*

c Th. Hur. Sed Thomas c. Hurtadus ait, Paulum
14. n. 183. Quirum Minoribus, & Clementem Octa-
vum Patribus Evangelistis concessisse hoc
Privilegium sine ulla limitatione incommu-
nicabilitatis. Quare, quæcumque alia Re-
ligio cum his communicans, etiam per com-
municationem generalem, illud participabit,
etiam quoad Novitios, sed his cum Patrimo-
nio, vel Beneficio juxta supra dicta. Hoc Privilegium magnum vocat idem Tho-
mas d. Hurtadus addeas, illi sine scrupulo
despolle Episcopos conformari: quæ eadem
verba dixerat pro Mendicantibus Marchinus,
loco supra citato.

19. Hæc Doctores prædicti, quorum fidem sublevandi, mihi, vel deprimendi, voluntas non est.

CAPUT XI.

De Interstitiis.

§. I.

Quid sint, & qua ratione servanda.

e Suar. de SACRI Canones vulgatis juribus præ-
Censl. 21. cipiunt, ut Ordines conferantur ordi-
sic. n. 43. nandis cum certo temporis intervallo inter unum, & alterum Ordinem; quod
March. de lo. inter unum, & alterum Ordinem; quod
Ord. tr. 3. p. certè ita constitutum est, ut interim per exer-
7. c. 1. n. 16. citia inferioris Ordinis, promovendus ad Su-
Diana p. 5. periores disponatur.

2. Hæc intervalla temporum vocantur
40. c. 4. Interstitia, quæ sine dispensatione, servanda
1. c. 1. 109 ab omnibus sunt, etiam a Religiosis, præ-
Castrop. d. scindendo à Privilegiis, de quibus mox, idque
4. de Cens. sub mortali, quia res est gravis, licet ex com-
p. 10. s. 1. muni sententia non incuratur suspensio, nec
1. Lezana irregularitas ab eo, qui illa fortè non obser-
in summa vet, ut notat Suar. e. aliquæ.

3. Hinc Lezana f. immeritò ex Bulla Pii
T. Intersti- 3. II. (quæ, quamvis valde fuerit amplificata
tia nu. 3. Tamburinus de Sacramentis.

à Sixto V. hodie tamen servatur solum juxta restrictionem factam à Clem. VIII, §. g. *Cle. VIII
colligit, ordinandum non observantem Interstitia, in Bull. tr.
incurrere suspensionem. Immeritò sanè.* 3. fol. 40.

Hæc enim Bulla tria solum edicit. Primo, ut suspensionem ipso facto incurrat; qui sine dispensatione Canonica, aut legitima licentia ordinatur extra tempora. Secundo, ut eandem incurrat, qui sine Dimissionis. Tertiò, ut eandem, qui ante legitimam ætatem. Lezzana autem illud (*sine dispensatione Canonica*) vult distinguere ab illo (*aut legitima licentia*) additque illud (*sine dispensatione*) cadere in alia impedimenta, atque adeo in impedimentum ex intervallo Interstitiorum, nondum decurso, & illud (*sine licentia*) cadere in prædicta tria. Verum nimis gratis hic auctor loquitur; & illud [*aut*] clare ostendit, utramque clausulam cadere solum in illa tria, unamque ex ipsis clausulis esse alterius explicationem.

4. Porro interprimam Tonsuram, & Ostiatorum non invenio, debere intercedere Interstitia.

5. Quoad Minores Ordines inter se, Tridentinum h. requirit, ut ordinatus in Minoribus promoveatur per temporum Interstitia, instructus in iis, quæ ad Ordinem exercendum pertinent. Insinuat ergo, debere intercedere aliquod saltem intervallum, ut ipso exercitio instruat in ordine recepto, & disponatur ad alium; sed quia non determinans intervalli spatium, addit, [*nisi aliud Episcopo expedire magis videatur*] idè ipsius Episcopi prudenti arbitrio id remittitur. Vide §. sequentem num. 6.

6. Inter Acolytharum, & Subdiaconatum, Tridentinum loc. cit. requirit anni unius Ecclesiastici [*ut mox de cæteris ordinibus dicam*] intervallum. Excipe, nisi legitima consuetudo aliud alicubi introduxerit, ut dicto num. sexto mox indicabo.

7. Inter Subdiaconatum, & Diaconatum, atque inter hunc; & Sacerdotium ex eodem Tridentino debet annus intercedere, atque ex communi, tutissimaque sententia, Ecclesiasticus, idèst ab uno Sabbato v. g. Quatuor Temporum Quadragesimæ ad aliud simile Sabbatum sequentis Quadragesimæ; etiam si non intercesserint eo anno duodecim menses integri. Ne sit tamen duobus.

Mm

bium,

bium, sufficere annum naturalem, quia multo magis, nomine anni requisiti à Tridentino, potest intelligi annus naturalis duodecim mensium, quæ est significatio principalis.

^a Pasqu. Cent. 4. q. 355. 8. Ex quo ultimo sequitur (ait Pasqualigus ^a) si intercesserint duodecim menses, licet Ecclesiasticus annus nondum finierit, licet te posse ad alium Ordinem ascendere. Casus posset occurrere, si anno præcedente, Sabbatum Sanctum, in quo tu v. g. ordinatus fuisti, incidit in diem 22. v. g. Martii, & anno sequenti incidat in 22. v. g. diem Aprilis: tunc ergo poteris in hoc anno ordinari in Sabbato ante Dominicam Passionis, si sit tunc completus annus naturalis, licet nondum advenit Sabbatum Sanctum, in quo finitur annus Ecclesiasticus.

^b Ap. eundem ibid. 9. Quoniam verò extare dicitur Respon-
sio ^b Pontificis, quæ ait, sufficere ita annum Ecclesiasticum, ut satis sit, si transierint quatuor interstitia, idest quatuor intervalla temporum, sequitur ordinatum anno superiore in Sabbato Sancto, vel in Sabbato ante Dominicam Passionis, licet ordinari posse in Sabbato Quatuor Temporum Quadragesimæ, quia sic jam sunt transacta intervalla Quatuor Temporum, nempe à dicto Sabbato Quadragesimæ ad Sabbatum post Pentecosten: ab hoc, ad illud Septembris: ab hoc, ad illud Decembris: & denique ab hoc, ad simile Sabbatum sequentis Quadragesimæ.

10. Hanc præcedentis numeri doctrinam habet Pasqualigus loc. cit. additque rationem à priori hujus rei esse posse, quia hæc duo Sabbata, id est Sanctum, & Passionis sunt, vel pars, vel appendices Quatuor Temporum, quæ servantur initio Quadragesimæ: quare, qui ordinatur in hoc Sabbato Quatuor Temporum initio Quadragesimæ, censetur ordinari in illis Sabbatis, puta Sancto, & Passionis, quæ sunt pars, seu appendix hujus, atque adeò, fictione Juris, non ante terminum debitum. Verum hujus doctrinæ penes ipsum sit fides, non apud me.

^c Sanc. in consil. l. 7. 11. Denique inter Sacerdotium, & Episcopatum, de jure communi, nulla necessitas est, ut intercedant. ^e Sed quamvis Sanchez ^d affirmet uno, eodemque die Dominico posse quempiam suscipere Sacer-

dotium, & Episcopatum, melius tamen negat Averfa, & saltem ex eo capite, quod e ^a novus Sacerdos, quam novus Episcopus concelebrare debet cum Ordinante, id, 3. ^b quod eodem die non potest, quia eodem die bis celebraret.

§. II.

De Dispensatione Interstitiorum.

1. NE alterum ex his cum altero confundas. Tria Decreta Tridentini hic debes advertere, ejusque verba diligenter expendere circa promovendos ad Ordines Majores, nam de Minoribus jam diximus §. præced. num. 5.

Primum, de Ordinato in Minoribus promoveri cupiente ad Subdiaconatum, sic disponit, *Hi f. verò* (idest in Minoribus constituti) *non nisi post annum à susceptione postremi gradus Minorum Ordinum ad Sacra promoveantur, nisi necessitas, aut Ecclesie utilitas, iudicio Episcopi, aliud exposcat.*

Secundum, de Subdiacono *g. sic. Promoti ad Subdiaconatus Ordinem, si per annum saltem, in eo non sint versati, ad altiorum Ordinem, nisi aliud Episcopo videatur, ascendere non permittantur.*

Tertium, de Diacono *h. sic. Ad Presbyteratus Ordinem assumantur, qui in Diaconatu ad minus annum integrum (nisi ob Ecclesie utilitatem, ac necessitatem aliud Episcopo videatur) ministraverint.*

2. Ex his tria habes. Primò, posse Episcopum (quis autem esse debeat, dicam, mox à num. 9.) dispensare in Interstitiis, quod non potuit in extra tempora. ut supra notavi.

3. Secundò, debere adesse causam, Tum, quia id prædicta Decreta significant, Tum, quia omnis dispensatio, ut alibi dictum est, requirit proportionatam causam.

4. Tertio, à Concilio jam explicari quantitatem, ut ita dicam, talis causæ. Nam majorem causam requirit à Diaconatu ad Sacerdotium, ut illa conjunctio ostendit (*ob Ecclesie utilitatem, ac necessitatem*) quam à Subdiaconatu ad Diaconatum, quod significant verba illa (*nisi aliud Episcopo videatur*) & ab Acolyratu ad Subdiaconatum, ut ostendit illa disjunctio (*nisi necessitas, aut Ecclesie utilitas*)

utilitas aliud exposit) semper autem intellige non necessitatem puram; & absolutam; sed

a Aver. l. moralem, a & cum latitudine aliqua. *5.* Puto autem, utilitatem sufficientem cum Barb. adesse, quando pauci sunt boni Ministri, sive & Diana. in tota Civitate, sive in aliqua peculiari Ecclesia, cui per ordinandum provideatur: Ad esse autem necessitatem, quando desunt Ecclesiae Ministri. Et Hurtadus *b* quidem censet, causam sufficientem esse, quando quis habet Beneficium, vel Capellaniam cum onere Missam celebrandi.

c Hurt. lo. Idem Hurtadus *c* loc. cit. sufficiens etiam *c* Leon. de putat, si in ordinando magnæ literæ adsint, *d* Ord. d. 11. vel virtus insignis. Affertur pro hac causa declaratio Cardinalium.

Sed pro Diaconatu ad Sacerdotium negat *d* Averf. Averfa, *d* quia licet utilitas sit Ecclesiae habere Ministros virtute præstantes; non tamen *sec. 9. Ver-* (ait) ea sola potest vocari necessitas. Hurtado consentit Marchinus *e* de eo, in quo est excellens in literis profectus, & addit, vel ætas provec-ta cum integritate morum, ut item vocatio studiorum in aliqua universitate, quo, *de Ordine* medja celebratione Missæ, sustentare se quis possit in studiis.

6. Inquires. Potestne Episcopus in Interstitiis dispensare, ut uno, eodemque die plures Ordines eidem conferantur.

Respondet. Ut prima Tonsura, & Minores Ordines simul, & in eodem die conferantur, potest ex causa (sufficere hic qualemcumque notat *f* Averfa) quia id ipsi non est prohibitum, immo, ubi est consuetudo posset sine causa, quia huic consuetudini non derogavit Tridentinum.

7. Ut Acolythatus, & Subdiaconatus eodem die conferantur, potest item Episcopus, *g* sed ex causa, & ubi est consuetudo, etiam sine causa, propter rationes *num.* præced. dictas.

8. Denique, ut plures Ordines Majores eodem conferantur die, non potest Episcopus *b* dispensare, neque hodie ullum extat privilegium circa hoc alicui concessum, neque video in nostris locis ullam introductam esse consuetudinem.

De Sacerdotio cum Episcopatu jam dixi *§. 2. num. 11.*

QUISNAM EPISCOPUS DISPENSAT in prædictis Interstitiis.

9. Dico Episcopum, vel Originis, vel Beneficii, vel Domicilii posse suum dispensare juxta prædicta in Interstitiis. Si, quando hic proprius Episcopus aliquem mittat cum Dimissoriis ad alium Episcopum, potest proprius huic alieno committere, ut ipse dispense; tunc enim alienus dispensabit, ut Delegatus à proprio. Capitulum Sede vacante tunc solum potest in his dispensare, cum potest concedere Dimissorias, ut rectè notat Marchinus, *i* & alii, licet absolute concedat Merolla. *k*

10. An autem Episcopus possit in Interstitiis dispensare suum familiarem triennalem ex solo capite familiaritatis?

Negat Sancez, *l* Marchinus *m* item id negat, etiam Episcopo Beneficii. Castropalaus *n* autem id familiari negans, addit rationem, quia hæc sunt diversa privilegia, posse ordinare familiarem, & posse in Interstitiis dispensare. Unde unius concessio ad concessionem alterius extendenda non est. Et sicuti (ait) Episcopus non potest dispensare in illegitimo natali suum familiarem ad Ordines Minores, ita, nec in Interstitiis. Denique dicit, ita decisum fuisse, referri à Garfia.

11. Sed profectò probabilius affirmat Averfa *p* cum aliis: quicquid enim sit de aliis dispensationibus v. g. circa illegitimum natalem, certè in Interstitiis militat peculiaris ratio: Si enim Episcopo competit principaliter, id est, posse suum familiarem ordinare, videtur etiam competere, posse dispensare in Interstitiis, quod est valde accessorium ad ordinandum, & quasi imbibitum in potestate ordinandi, quod certè non est in cæteris. Decisionem autem à Garfia relata opponitur declaratio Sacre Congregationis, concedentis Episcopo pro suo familiari dispensationem in Interstitiis, quam referunt Joannes *q* de Cruce, & Diana.

March-
tr. 1. p. 7. c.

2. n. 8.

Dian. p. 4.

tr. 4. n.

id 202.

k Merell.

T. 3. d. 7.

n. 48.

l San. l. c. e.

1. cons. du.

27. n. 3.

m March.

tr. 1. de Or.

p. 7. c. 4.

Cast. de

Ord. d. un.

p. 15. n. 6.

o Garfia 2.

p. de Benef.

c. 5. n. 36.

p Aver. q.

3. de Or. se.

9. Ver. Re-

Interstitiis, quod est valde accessorium ad or-

linquit ta-

men.

q Ioan. de

Cru. p. 2.

dub. 44.

de Ord.

Diana p. 5

tract. 4.

ref. 190.

M m 2

A N

AN PRÆLATI REGULARES DISPENSANT SUOS IN INTERSTITIIS.

CAPUT XII.

§. I.

Pœna male conferentis, vel recipientis Ordines.

12. Cum Religiosis exemptis dispensatne in Interstitiis Episcopus ejus loci, ubi ii habitant de familia, an eorum Superiores?

13. Profecto bipartita est sententia. Alii ^{a Bonac. Va/q. Hon. Afca. Tüb. bur. Less. aliq. ap. Pasq. cent. 4. q. 353. quibus ad de Dianā r. 4.} in dicto Episcopo, Alii in ^b Superioribus hanc potestatem agnoscunt. Illi, quia universaliter Tridentinum loco sapius citato hanc potestatem Episcopis tribuit, hi, quia volunt in hoc Tridentini loco, nomine Episcopi, intelligi eos, qui, cum habeant jurisdictionem quasi Episcopalem, tribuunt Dimissorias suis subditis, hi autem sunt Superiores Regulares (ut supra e indicavi) si enim ad ipsos pertinet concedere licentiam ordinandi, ad eosdem pertinebit, & censendi, ut, non servatis Interstitiis, ordi-

net hic opportunè Suarez d ex motivo fori fieri, ut Superiores in suis sent Episcopos, ut in his di-

ta mihi (etiam practi-
bilis (licet probabilior
me consentiente, Il-
opus Montis Rega-
glia, modò ipse ro-
ffloriis dispensabat,
m literis se dispen-

um habe, judi-
pertinere ad di-
manifesta, quia

atem, vel utilitatem Ec-

in ne relata, Provincialem
tatis e posse dispensare in In-
et non posse dixerimus in extra
hoc enim requiritur Pater No-
alis. Ratio est, quia illud concessit
Pater Generalis Provincialibus, f
non item. Cæteri Religiosi
suam praxim, vel privilegia
consultant.

1. **P**rimò. Qui scienter ordinantur in Sacris ab Episcopo, qui Episcopatu, & usui Ordinis Episcopalis renuntiavit (si ea renunciatio habuit effectum per acceptationem Summi Pontificis) suspenduntur g ab Ordine suscepto.

2. *Hac suspensio reservatur Summo Pontifici, dum enim in Textu h dicitur, ut, si non scienter, nec per ignorantiam crassam, & supinam quis ira ordinatus fuerit, possit ab Episcopo dispensari, i C. 1. q. 1. sequitur, quod si scienter, vel per supinam ignorantiam, non possit ab Episcopo.*

3. Secundo. Ii, qui ordinantur ab Episcopo excommunicato, suspenduntur, interdicto, schismatico, hæretico suspenduntur i ab Ordine, sic male suscepto.

4. *Requiritur, ut Episcopus, k vel sit denunciatus, ut talis, vel, ut sit excommunicatus per publicam Clerici percussione, debet enim esse talis, ut sit vitandus, seu non toleratus.*

5. Cum ordinato à schismatico dispensat unus l Pontifex Summus. Cum ceteris colligitur d. 3. de ex dicendis, in Deo dante, de Absolutione à impa suspensione.

6. Tertiò. Ordinatus per Simoniam male suspenditur ab Ordinibus sic susceptis, & de Scilicet ordinans suspenditur à collatione ordinum, à ex Pontificalibus, & ab ingressu Ecclesiæ.

7. Cum eo, qui scienter hanc Simoniam commisit solum dispensat Pontifex, sed cum eo, qui ignoravit, commissam fuisse Simoniam, potest o Episcopus.

8. Quarto. Qui innodatus excommunicatione p ob Clerici percussione recipit Ordines, sive Majores, sive Minores (ne in cludas primam Tonsuram, quia hæc Ordo non est) suspenditur, si sit Clericus Regularis, si verò sit Clericus Sæcularis, est deponendus à susceptis.

9. Cum iis, qui existentes excommunicati dila excommunicatione ob Clerici percussione, scientes Ordines recipiunt, Vnus Papa q dispensat.

10. An-

4 Theſaur. 10. Antonius a Theſauris extendit hanc ſuſpenſionem ad omnes excommunicatos ſuſcipientes Eccleſiaſt. ſciēter Ordines. Sed, quia Textus b ſignatē ſolum loquitur de excommunicatione ob dictam Ordo c. 4. percuſſionem, hanc doctrinā mihi incerta relinquit. Anſilia tur. Cur enim extendenda ſit tanta pœna ad omnes excommunicationes, ſi Textus tantummodo b C. Cnm loquitur de una?

11. Qui quacumque excommunicatione irretitus Ordines ſuſcipit, irregularitatem non incurrit dicemus ſuo loco. c

12. Quinto. Qui Ordines quoscumque recipit ab Episcopo, quamvis proprio, ex §. 1. n. 8. ercente Pontificalia in aliena Diœceſi, abſque licentia Ordinarij loci ſuſpenditur ex d. Trid. Tridentino, d donec ſuo Præſato viſum ſeſſ. 6. c. 2. facit.

13. Quid ſit exercere Pontificalia, & quas actiones hæc comprehendat, lege apud Caſtopal. de Cenſ. e ſed latius apud Bonaciam. g

14. Quoniam autem Tridentinum loc. cit. §. 1. n. 1. requirit licentiam Ordinarij, ſuſp. n. 1. Vaſquez, f Bonac. g ſufficere licentiam Ordinarij, qui ſit in aliquo loco exempto ab Iurisdictione Episcopi talis loci, Cenſ. in ſeu territorij, nulla alia licentia ab ipſo Episcopo parie. d. loci requiſita, & ſavet Loth h loquens de Abbatibus, quoad uſum Pontificalium. Sed tenendum cum Caſtopalao, i merito tantam licentiam negante cum alijs, quos apud eundem lege.

15. Sexto. Qui culpabiliter k Ordines, etiam Minores (quicquid neget de Minoribus Bauni l) recipit ab alieno Episcopo ſine h Ludov. licentia, ſeu dimiſſorijs, ſeu ſine literis commendatitijs proprii Ordinarij ſuſpenditur per Tridentinum ab Ordine, quamdiu Episcopo proprio iudicabitur expedire: Ipſe verò Episcopus ſciēter, vel mala fide ordinans (non ergo per rationabilem ratiſhabitionem) ſuſpenditur per annum à collatione Ordinum, am. p. 15. ſive omnium, ut m plures ſuſtinent, ſive n. 10. d. ſolum illorum, quos malè confert, ut non pauca defendunt.

16. Bonacina o hic comprehendit, tum recipientem, tum conferentem primam Tonſuram, T. 1. d. 11. quia putat primam Tonſuram, venire in Sacris q. 4. Textibus nomine Ordinis. Non verò comprehendit Caſtopalaus p ob obſiſtam rationem.

ſeſſ. 23. de Ref. c. 8. Pius II. l. mox citan. 1 Bauni apud Dian. p. 11. r. §. 1. 2. Barb. alique ap. Leon. de Ord. d. 8. q. 31. n. Nav. Marchin. alique ap. Lean. l. cit. o Bon. T. 3. de Cenſ. in pa. d. 3. q. 1. p. 11. m. 18. p Caſtop. d. 4. de Cenſ. p. 10. §. 1. n. 4.

Dixi (per Tridentinum) nam in Bulla, de qua mox num. 18. & de qua item dixi ſupra cap.

11. §. 1. num. 3. ſimilem ſuſpenſionem Pius q. 11. q. Pius II. imponit, ſed loquitur de Ordinibus Sacris: at cum ex Sacramentum, Tridentinum loquitur etiam in Minoribus.

Præterea Pius II. dixit abſolute (ſuſpenſus confirmatus à Sixto) at Tridentinum dicit (quamdiu Episcopo proprio iudicabitur expedire) unde videtur Tridentinum Pii II. diſpoſitionem mitigaviſſe. Pii II. re-

Contra Ultramontanos, &c. eſſe ſuas peculiares pœnas, ſi ordinentur ſine Dimiſſorijs, & ſine Clem. 8. requiſitis ab Urbano VII. dictum eſt ſupra cap. ut dixi 8. §. 1. num. 4.

16. Inquires. Si quis abſque Dimiſſorijs proprii Episcopi petat ordinari ab alieno, ſed interim tempore, quo is ordinatur, invenitur Episcopus proprius conſeſſiſſe Dimiſſorias, incurritne ſic ordinarius ſuſpenſionem?

Reſpondeo. Diſtinguit rectè ſic Merolla: r Si r Merolla proprius Episcopus conſeſſiſſe dictas Dimiſſorias T. 3. diſp. motu proprio, vel ad inſtantiam alterius, quàm 6. ca. 6. ipſius ordinandi, incidit in ſuſpenſionem ordinandus, at ſi conſeſſiſſe ad ipſius inſtantiam, puta per tans Nav. juum Pr. curatorem, vel Nuntium ad id deſtinatum, aut per literas ſuas, non incidit. Ratio eſt, quia gratia priori modo conſeſſa non prodeſt ignoranti, ſecus verò conſeſſa modo poſteriori. Hanc rationem facilius intelliges, ſi legas, quæ dixi ſupra.

18. Septimo. Qui Ordines ſuſcipit Sacros de pœn. tr. cum culpa ante legitimam aetatem, ipſo jure de caſib. ſuſpenditur à Pio II. loc. cit. tum ab Ordine refer. c. 9. ſic ſuſcepto, tum ab alijs Ordinibus ante §. 2. à ſuſceptis, ut ego puto, quicquid alii t. 10. n. 18. ſtringant ad ſolum Ordinem ſic ſuſceptum. t Villalob.

19. Ratio huius mea ſententia eſt, quia ſic Avila, expreſſè habet Pius Secundus. Ecce ejus verba: Henr. a Omnes, qui abſque diſpenſatione, ſive ex-pud Dian. tra tempora à Jure ſtatuta, ſive ante aetatem p. 3. tr. 4. legitimam, vel abſque Dimiſſorijs literis ad ſeſſ. 182. aliquem ex ſacris Ordinibus ſe fecerit promoveri à ſuorum Ordinum executione, ipſo jure, ſuſpenſus ſit.

Hæc Pius. In quibus illud (ſuorum) abſolute dictum, etiam ritè ſuſceptos comprehendere videtur.

20. Inquires. Qui bona fide, putant ſe habere legitimam aetatem, promoventur ad gradum Sacerdotalem, petenti, errore cognito, inire, & ſine timore incurrendi in irregularitatem, celebrare poſt adeptam requiſitam aetatem?

Mm 3

Reſpondeo

a G. Hurt. Respondeo affirmativè. Cum enim hic non sit suspensus, quia culpam, cui Pius suspensionem diff. 13. nu. adnexuit, non commisit, non violat Censuram 6. Diana celebrando, atque adeo irregularitatem non in p. 3. tract. curret. Sed, nec peccat, quia tam Ordinibus est 4. ref. 182. initiatus, & nunc in aetate requisita munus, quod Bauni de habet, exercet.

Ord. qu. 13. dub. 6. 21. Quod etiam hic bona fide ante aetatem promotus possit licitè celebrare, antequam debitam acquirat aetatem, probabile putat Ledesma,

b Petrus b sed non est audiendus, quia nimis abhorret ab Ledes. ap. Ecclesis sensu, ut quis ante aetatem debitam altari deserviat, & dum Tridentinum vetuit, ne quis ante aetatem promoveretur ad Ordines, vetuit item, ne Ordinibus uteretur.

22. Octavò. Qui scienter, seu cum culpa ordinatur in Sacris extra tempora à Jure statuta sine dispensatione, suspenditur.

23. Lege, quod modo dixi numero 19. nam videbis hanc esse suspensionem ab omnibus Ordinibus etiam rite antea susceptis: quicquid sit, an aliqui putent, esse solum ab Ordine sic suscepto.

24. Nonò. Tum is, qui eadem die duos Sacros Ordines suscipit, tum is, qui eos con-

c C. literas fert, suspenditur. c.

de Temp. Ord. Qui eodem die, dixi; nam caterum, si alia communia interstitia non servantur, peccari quidem, sed non incurri suspensionem, non multò antè dictum est.

25. Hanc suspensionem sibi reservat Pontifex, dum dicit (tamdiu volumus manere suspensos, donec de illis aliter disponamus.)

26. Præterea Textus loquitur de conferente, & de accipiente Diaconatum, & Sacerdotium eodem die, vel uno, & altero sequenti die v. g. Sabbato, & Dominica, continuato jejuniò, quod fictione juris censetur idem, & unus dies: At Rubrica hujus Textus absolute de omnibus Ordinibus Sacris loquitur; sic enim summat hoc Capitulum. (Duo Sacri Ordines non possunt conferri uno eodem die, vel duobus, continuato jejuniò.)

d C. un. de Clerico 27. Decimo. Qui ordinatur per saltum, id est, qui recipit Ordinem superiorem, non recepto prius inferiore, suspenditur à ab Ordine sic suscepto, donec susceperit Ordinem prætermittum, & accedente Episcopi dispensatione, juxta id, quod habet Trident. sess. 23. c. 14. non ministraverit, Episcopus ex legitima causa possit dispensare.

de Re-form. 28. Undecimo. Qui, durante matrimo-

nio, etiam ratio, suscipere præsumpsit Ordinem Sacrum, suspenditur ab Ordine sic suscepto, etiam post dissolutum matrimonium, nec valet ad alios Ordines ascendere, nec admitti ad Beneficium, vel officium Ecclesiasticum.

29. Monco id intelligi de conjugato recipiente Ordines Sacros extra casus, qui ex Jure permittuntur, qualis est, quando cum quibusdam requisitis, de quibus alibi g. dicemus, accedit consensus utriusque conjugis.

30. Prædicta suspensio reservatur Papa, nisi sic ordinatus in Religionem per Professionem ingrediatur, nam tunc poterit cum eo h. Episcopo dispensare.

31. Qui, contra, cum sit in Sacris, matrimonium contrahit, non incurrit suspensionem, sed subiacet poenæ Depositionis, & Degradationis, aliisque septem poenis, quas enumeratas lege apud Bauni.

32. Duodecimo. Novitius, vel nulliter professus, qui ordinatur ad titulum Paupertatis, suspenditur.

Hanc suspensionem explicuimus supra c. 6. §. Ord. qu. 4. & 5.

33. Decimotertiò. Universaliter, qui ordinatur in Sacris sine Titulo, vel Patrimonii, vel Beneficii, vel Paupertatis, idque cum pacto, cum Ordinate de non petendis alimentis ab ipso, suspenditur.

De hoc argumento plenè differuimus dicto c. 6. §. 4.

34. Decimoquartò. Qui ordinatur furtivè, id est, qui sine scientia Ordinantis confociatur cum ordinandis, & sic, nesciente, & consequenter nolente, atque adeo non examinante Episcopo, Ordines suscipit, suspenditur à arbitrio Episcopi, data Delinquenti poenitentia pro mensura delicti, si ejusmodi sic ordinatus non fuit ad id prohibitus sub excommunicatione.

Si verò (ait Sacer Textus dicto cap. primo, de eo, qui furtivè) Interminatio anathematis super hoc facta est, moneas eum, ut in aliquo Monasterio, seu Canonica habitum suscipiat Regularem, cui, ex quo in habitu illo aliquanto tempore fuerit laudabiliter conversatus, poteris misericorditer providere (loquitur Summus Pontifex cum Episcopo) alioquin nulla ratione concedimus eum ad Sacerdotalem Ordinem promoveri.

35. Profectò hodie hanc posteriorem poenam puto,

² Gloss. in puto, nequaquam incurri, quia lego in Pontifici, calis Romano reformato ante actum Ordinationis & Theofaurus de pœnam excommunicationis solum ferenda, pœn. Eccl. sed Textus hic loquitur a de lata.

^{36.} Quod autem, nomine furtivè accedentis, intelligatur solum is, quem modò explicui num. 34. probabilior est sententia apud dictum Bonacinam, b & alios.

^{37.} Prædictam pœnam, sive appelles suspensionem b Bonac. cum e aliquibus, sive cum d alius irregularitatem, de Ord. qu. parum refert, cum sufficiat nobis scire, eam posse ab Episcopo, vel Summo Pontifice sub distinctione data num. 34. dispensari, & quidem tum pro latius de executione Ordinum susceptorum, tum pro ulterius irregularibus suscipiendis, ut notat Theofaurus ibidem, p. 4. num. initio.

^{38.} Decimoquinto. Qui ordinatur in Sacram. d. cris cum Dimissionis habitis à Capitulo in 42. sec. 3. tria primum annuum Sedis vacantis, nisi ratione Beneficii sit arctatus ad Ordines suscipiendos suspenditur & ad beneplacitum l. 7. qu. 10 futuri Prælati.

^{39.} Decimosexto. Religiosus suscipiens e Gibal. c. Ordinem Sacrum in Apostasia, ab eo suspenditur, f nec potest, nisi à Summo Pontifice q. 1. nu. 21. dispensari.

^{40.} Atque hæc de pœnis, saltē usu frequentioribus, Ordinem perperam recipientium, l. du. 4. vel conferentium, nam pœnæ, quæ incurantur propter malum usum Ordinum jam sac. Ord. susceptorum, dicuntur, Deo favente, cum e. 3. n. 2. de irregularitate. g

sub quadā
diff. &c.

§. II.

^{7. c. 10. de Reform.} Consilium circa suspensionem quamdam, ratione Ordinum.

^{1.} Pater Joannes Petrus Mustica doctissimus hæc nostra ætate Theologus flo-
^{2.} ruit cum admirabili sapientiæ, & virtutis fama in hoc Panormitano Societatis nostræ Collegio. Is morti proximus, me per antiquum familiarem suum gemmis sanè, auroque pretiosiore dono, condecorare voluit, peramplo scilicet Manuscripto plurimum Consiliorum, quæ idem ipse, per varias occasiones, ediderat; quod ego amicè custodio, curiosè lego, & ejus sapientia animum subindere fecio.

^{3.} Quoniam ergo in quodam Consilio

plura habet circa suspensionem ob Ordines sine literis Dimissionis receptos, ideo hic illud inferere libuit in tui gratiam, Lectori, & in mei animi grati monumentum.

FACTI SPECIES.

^{3.} Titius Diœcesis Mazariensis, Sede vacante, infra annum obtinuit à Summo Pontifice Privilegium suscipiendi Ordines ab alieno Episcopo in hæc verba: (Vt ab Ordinario viciniore, constito illi prius per legitimas probationes de Vita, & moribus, caterisque requisitis, &c. vel de ejus licentia, cujus etiam testimonio, vita, & mores tui commendentur, à quovis alio Antistite, &c. promoveris) sic ibi. lit. obtentis literis commendatitiis sui Vicarii Capitularis, ordinatus est ab Episcopo Cephaludensi Subdiaconus, & Diaconus, non obtenta licentia Episcopi vicinioris. Nunc eidem Clerico Titio, volenti initiari Sacro Ordine Presbyteratus, ab Illustrissimo Archiepiscopo Panormitano, utique viciniore, opponitur, ipsum Titium esse suspensum, ob amissionem Ecclesiæ, quæ erat obtinenda ab Episcopo viciniore.

^{4.} Ego censeo, prædictum Clericum nullam incurrisse suspensionem, in suscipiendis Sacris Ordinibus Subdiaconatus, & Diaconatus ab Episcopo Cephaludensi sine licentia Episcopi vicinioris. Ducor, quia hæc suspensio, aut dicitur esse ab Homine, aut dicitur esse à Jure; sed neutrum verum est, ut probabo: ergo nullam incurrit suspensionem.

^{5.} Quod nulla in hoc casu sit suspensio ab Homine, resest luce clarior. Quia, nec à Summo Pontifice lata est, nec ab Ordinario propriæ Diœcesis, v. g. Vicario Capitulari, nec ab ullo Episcopo viciniore, nec ab ipso Episcopo Cephaludensi.

^{6.} Totā ergo controversia esse potest de suspensione à Jure, & hanc non adesse, seu non esse latam in prædicto casu, sic evinco. Suspendio à Jure lata, cum quis ordinatur sine literis testimonialibus, vel commendatitiis, tunc tantum incurritur ab eo, qui sic ordinatur, quando ordinatur sine literis Dimissionis, seu commendatitiis, sui proprii Ordinarii, sed in prædicto casu Titius non est ordinatus sine literis commendatitiis sui proprii Ordinarii, has enim habuit à Vicario Capitulari

Capitulati suæ propriæ Diœcesis, qui utique est Ordinarius ipsius Titii proprius (Dimissorias concedere ille non poterat) ergo in prædicto casu Titius non incurrit suspensionem à Jure latam.

7. Probo majorem propositionem, quia Concilium Tridentinum, quod est Jus novum, & interpretativum Jurium antiquorum de his literis agens, seu de ista licentia, & consensu, semper vult, ut licentia, consensus, & literæ sint Prælati proprii, vel, quod idem est, sui. Sic habetur sess. 14. cap. 2. de Reformat. ibi (*absque sui proprii Prælati expresso consensu, aut literis Dimissoriis*), & eundem sensum faciunt verba cap. 3. ibi (*suos Clericos, absque suo examine, & commendatitiis literis*) & sess. 23. cap. 8. quem locum mox ponderabo, (*sine Ordinarii sui literis commendatitiis*) & eadem sess. 23. cap. 16. Ibi (*sine commendatitiis sui Ordinarii literis*.)

Sed quod Caput est, in terminis nostri proprii casus, in quo obtentum est speciale Pontificis Privilegium suscipiendi Ordines à quovis Antistite de licentia Ordinarii viciniore, loquens Concilium Tridentinum sess. 23. citata cap. 8. nil aliud statuit, nisi (*ut probitas, ac mores Ordinarii sui testimonio commendentur*.) Et deinde subdit, incurrendam esse suspensionem ab eo, qui secus fecerit: nimirum, qui fuerit ordinatus sine testimonio Ordinarii sui de vita, & moribus: Non ergo incurritur suspensio à Titio ordinato sine licentia Ordinarii non sui, id est sine licentia viciniore. Et hanc intelligentiam dederunt Concilio Tridentino, Auctores sequentes.

Henric. Henriquez, Theologus Societatis Iesu, in summ. libro 13. cap. 38. num. 2. Franciscus Tolet. ejusdem Societ. in summ. libro primo, cap. 49. num. 4. ubi tandem concludit loquens de prædicto loco Concilii requireris tantum licentiam Ordinarii sui (& hoc est, quod sub hac pœna statuitur.)

Stephanus Quaranta in summ. Bullar. verb. Ordo 8. suspensionis pœnam. Aloysius Ricc. in prax. Episcop. tom. 3. resolut. 235. initio, qui omnium apertissime intelligit Concilium, cum exclusione licentiæ alterius Ordinarii in terminis nostri casus, in quo est obtentum privilegium à Sede Apostolica. Formalia ejus Auctoris verba sunt: (*Papa potest alicui concedere privilegium, ut possit ordinari à quocumque Catholico Antistite, quo casu solum*

requiruntur literæ testimoniales proprii Episcopi de vita, & moribus.)

Fornarius de Sacramen. Ordin. cap. 4. num. 3. quem citat Barbos. loco mox allegando.

P. Marius Andria apud Steph. Quarant. loco citato.

Omnium novissimus Augustinus Barbos. de potest. & offic. Episcop. 2. p. allegat. 7. num. 15. qui aperte etiam excludit novas literas Dimissorias, obtinendas ab alio, sed satis esse testimoniales proprii Ordinarii de vita, & moribus, & ex defectu istarum tantum testimonialium docet, incurri suspensionem latam in Concilio Tridentino sess. 23. cap. 8.

Denique hanc ipsam Doctrinam, & intelligentiam Tridentini fuisse traditam à Sacra Congregatione Cardinalium interpretum Concilii Tridentini, refert Ricc. loco cit.

8. Dices Primò, Concilium Tridentinum non apposuisse expressè sess. 23. citata cap. 8. particulam (*santum*) dicens, requiri commendatitias Ordinarii proprii tantum.

9. Aut Dices, ex omissione tantum commendatitiarum Ordinarii proprii incurri suspensionem.

10. Respondeo, id, quod non apponitur, nec requiritur, & haberi pro excluso per Jura vulgata; quod in re nostra verius est, cum versemur in pœnalibus, & in odiis. Si ergo pœna suspensionis imponitur in omissione commendatitiarum proprii Ordinarii, sine ulla alia mentione suspensionis, incurrendæ ex omissione licentiæ alterius Ordinarii, utique talis suspensio nulla erit, quia pœna non incurritur, nisi sit expressa. Adde, quod sic intellexerunt Tridentinum DD. citati.

11. Dices Secundò, in literis ipsis Apostolicis hujus Brevis, seu Privilegii, præter commendatitias Ordinarii proprii, de quibus loquitur Tridentinum sess. 23. cap. 8. citato, requiri licentiam Ordinarii viciniore, & ejus Testimonium, seu literas commendatitias.

12. Respondeo, id esse verissimum de literis, & licentia Ordinarii viciniore: At ubi, quæso, apparet ex omissione istarum literarum, sive licentiæ, incurri suspensionem? Sanè fatendum est, nullam incurri suspensionem, quia, neque in Jure, nec in ipsis literis Apostolicis privilegii, ulla suspensio expressè imponitur; pœna autem non incurritur,

zur, nisi exprimat. Quod ergo notandum est, in istis literis Apostolicis, illud est, imponi à Pontifice obligationem habendi licentiam à viciniore Episcopo, non autem imponi suspensionem contra Clericum, qui talem licentiam à viciniore Episcopo non obtinuit. Hoc censeo, accurata animadversione dignum esse.

13. Dices Tertiò, incūri suspensionem, non obtentā licentiā Episcopi viciniore, propter paritatem rationis; Nimirum, sicut incurritur, non obtenta licentiā à proprio Ordinario, ita, & incurritur, non obtenta licentiā Episcopi viciniore.

14. Sed hæc obiectio nullam habet vim. Nam poena, præsertim Censuræ, non inferitur ex paritate rationis, ut est vulgatissimū apud Auctores de Censuris scribentes. Quinimmo iidem asserunt, quòd poena, imposita ob delictum minus, non est extendenda ad delictum majus.

Non valet ergo dicere, est imposita suspensio huic delicto, quod est, non obtinere licentiā Ordinarii proprii, igitur imposita censenda est alteri simili delicto, quod est, non obtinere licentiā Ordinarii viciniore. Et adeest Ratio, cur licentiā Ordinarii viciniore non sit ita simpliciter necessaria, ut, ex omissione, incurratur suspensio; quia nimirum, non potest Episcopus viciniore plenam, & exactam Approbationem alieni Clerici inducere.

15. Dices Quartò, Prædictus Clericus contraxit tandem suspensionem, quia, non obtinens licentiā ab Ordinario viciniore, censetur, non obtinuisse eam ab Ordinario proprio, quia Ordinarius viciniore in isto casu habendus est, tanquam proprius.

16. Respondeo Primò, Ordinarium proprium sumendum esse rigorosè pro Ordinario propriæ Diocesis; tum, quia versamur in poenalibus, & odiis, in quibus nunquam facienda est extensio, sed sumenda sunt vocabula in significatione strictiori; tum, quia Concilium Tridentinum omnibus locis supra citatis, præsertim *sess. 23. cap. 8.* ubi imponit suspensionem Clerico ordinato sine licentiā proprii Ordinarii, proprium Ordinarium contra distinguit ab omni alio, etiam viciniore, & ita Ordinarius viciniore in tali casu nulla ratione est habendus tanquam proprius.

17. Respondeo Secundò ad hanc obiectio-

Tamburinus de Sacramentis.

nem, eam nobis maximè favere, si vim habeat. Nā, si viciniore est habendus, ut proprius, utique poterit prædictum Clericum absolvere à suspensione contracta, sic enim argumentor. Ordinarius proprius hujus Clerici potest eum absolvere à prædicta suspensione in utroque foro de potestate ordinaria, quia talis suspensio non est Pontifici reservata, sed Ordinarius viciniore, ut obiectio concludit, est habendus tanquā proprius, seu, per æquivalentiam, est proprius; ergo Ordinarius viciniore potest prædictum Clericum absolvere à prædicta suspensione in utroque foro.

18. Dices Quintò, Contraxit hic Clericus suspensionem ex alio capite, videlicet, quia est ordinatus ab alieno Episcopo sine literis Dimissoriis Ordinarii proprii, cui delicto certum est, esse impositam suspensionem in Tridentino *sess. 32. cap. 8.*

19. Respondeo, literas Dimissorias Ordinarii proprii esse necessarias, tunc tantum, quando Clericus est ordinandus ab alieno Episcopo sine Privilegio Pontificis, quando autem obinetur tale Privilegium non requiruntur literæ Dimissoriales Ordinarii proprii Clerici ordinandi; & ita sentiunt *Henriquez, lib. 13. cap. 38. num. 2. Quarant. in summ. Bullar. ver. Ordo, §. suspensionis poenam, ubi citat Patrem Marium Andream, Tolet. lib. 1. summ. cap. 49. num. 4. Ricc. tom. 3. prax. Episc. resolut. 235. initio, ubi affert declarationem Cardinalium, Barbosa. de potest. & offic. Episcop. par. 2. allegat. 7. num. 15.*

Et ratio est, quia Papa ipse dat licentiā, & Dimissorias.

20. Literæ autem propriæ Dimissoriæ differunt à literis Testimonialibus de vita, & moribus Clerici ordinandi, ut apertissimè docent, *Ricc. loco citato, num. ult. Quarant. loco cit. Barbosa. loc. cit. num. 16. ubi dicit Bonacin. & alios, & ita etiam sentit Doctor Navarr. lib. Consilior. titul. de tempor. ordinat. conf. 19. in editione vetusta, & conf. 27. in edit. nova, num. 1.*

Satis sit hoc discrimen, ne longum faciam, quia Dimissoriæ propriæ dant licentiā alieno Ordinario ordinandi Clericum non suum subditum; At verò literæ testimoniales continent tantum simplex Testimonium, & Approbationem de vita, & moribus Clerici ordinandi, sine ulla concessione licentiæ ad suscipiendos Ordines; quod explico à simili Approbatio Confessarii facta ab Ordinario est

Nā

simplex

simplex Testimonium, seu Judicium de ejus sufficientia ad audiendas Confessiones, non autem est licentia, quæ tunc datur, cum datur Jurisdictio; sic ergo, litteræ Testimoniales similes sunt Approbationi. Litteræ verò Dimissoriales concedunt facultatem, & licentiam alieno Ordinatio, &c.

Cætera, in quibus differunt inter se, utraque litteræ, colliguntur ex *Zerol. in prax. Episcop. par. 1. verb. Dimissoria*, ubi latè agit de iis, quæ continentur in Dimissoriis.

21. Dices Sextò. Sed neque potuit prædictus Clericus licitè obtinere has ipsas litteras Testimoniales de vita, & moribus suis à proprio suo Ordinario, quia jam Sedes vacabat infra annum: talis ergo obtentio fuit illicita, & nulla.

Respondeo, hanc objectionem non esse alicujus momenti; Nam infra annum à Sede vacante prohibitum est Capitulo, seu Vicario Capitulari concedere litteras propriè Dimissorias, non autem concedere litteras Testimoniales de moribus, & vita. Has ergo licitè potuit prædictus Clericus obtinere, quia licitè potuit Vicarius Capitularis infra annum eas concedere. Et quod hoc infra annum possit Vicarius, sive Capitulum præstare, sentiunt clarè *Barbof. loc. cit. num. 16.* post alios, quos refert, & sequitur, & *Quarant. loc. cit. & verb. Capitulum Sede vacante, qu. 10. §. Tertio limitata, & Navarr. loc. cit. & Ricc. loc. cit. num. ult.*

22. Dices Septimò. Pontifex in privilegio obtento fortassè requirit litteras Ordinarii proprii propriè Dimissorias, quas jam non obtinuit prædictus Clericus.

23. Respondeo, has non requiri in privilegio obtento, sed solum litteras Testimoniales Ordinarii proprii, ut patet ex Textu Bre-

vis; nec potuit Pontifex propriè Dimissorias requirere concedendas à proprio Ordinario, cum eas infra annum non possit Vicarius Capitularis concedere, ut habetur in Jure; Pontifex autem præsumitur, habere omnia Jura in scrinio pectoris sui, ut dicitur *c. 1. de Constitut. in 6.* & in eodem privilegio apertè ostendit, se habere noticiam Sedis vacantis; Solum ergo requirit Pontifex testimonium Ordinarii proprii de vita, & moribus Clerici, quod jam Clericus authenticè ostendit.

Et hæc dicta sunt circa Majorem Propositionem allatam in nostro syllogismo supra num. 4.

24. Quod attinet ad minorem, res est clara; nam litteras Testimoniales proprii Ordinarii, & habet, & affert, sigillo munitas authentico.

25. Brevis ergo ratio est, quia non incurritur suspensio, nisi sit lata: At ob hoc delictum peculiare Clerici Titii non est lata ulla suspensio, ergo.

26. Ex dictis infertur, Episcopum Cephaludensem non incurrisse suspensionem à collatione Ordinum, nec postea, conferendo, contraxisse irregularitatem.

Hactenus P. Petrus Mustica, & ego item, De Ordine hactenus.



Finis Libri Septimi de Sacramento Ordinis.

Lauds DEO, Beatiss. Virgini; ac B. Aloysio.

LIBER OCTAVVS
DE
SACRAMENTO
MATRIMONII.
TRACTATVS PRIMVS
DE
IMPEDIMENTIS MATRIMONII.

Juvat me impedimenta amovere Matrimonii prius, quàm de ipso magis proximè tractationem instituam. Nam propterea in Primo, & Secundo Tractatu hujus Octavi Libri agam de Matrimonii impedimentis, de què horum dispensatione, ut scilicet illis per dispensationem amoris, possim propiùs, atque expeditiùs ad ipsius Matrimonii considerationem accedere. Faveat conatibus nostris omnium bonorum Auctor, & Donator Deus.

CAPUT I.

Quid, & quotuplex sit impedimentum Matrimonii.

1. **I**D, quod obstat, ne Matrimonium contrahatur, sive illud sit Physicum, ut ætas infantilis, quæ est inepta ad Matrimonium; sive sit morale, ut prohibitio v.g. ne affinis contrahat cum affine, dicitur Matrimonii impedimentum.

2. Est autem in duplici Classe; Aliud enim est solum impediens, impedit nimirum, sed non invalidat Matrimonium; qualis est v.g. votum simplex Castitatis. Aliud ita impedit, ut etiam invalidet; quale est idem votum Castitatis solemne. Illa primi generis vocantur absolutè impediencia, hæc dirimentia.

3. De impediencia dicemus postea, nunc (utpote gravioris momenti) locum demus dirimentibus, quæ sunt duodecim ex Jure antiquo; quibus, si duo addas ex Jure novo Tridentini, omnia sunt quatuordecim his vulgatis versibus comprehensa:

4. Error, conditio, votum, cognatio, crimen,

Cultus, disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas,

Si sis affinis, si fortè coire nequibis.

Et ex Tridentino.

*Si Parochi, & duplicis desit presentia Testis,
Raptæve sit mulier, nec parti reddita tuta,
Hæc facienda vetant connubia, facta retrahant.*

Hoc est Matrimonium cum aliquo ex prædictis impedimentis factum, retractatur, atque omnino irritum est, ac nullum, ac si factum non fuisset.

5. Hæc impedimenta, aliqua sunt inducta Jure naturæ, aliqua Jure Ecclesiastico. De Jure naturæ sunt illa quatuor: Error in persona, Impotentia perpetua, Consanguinitas in primo gradu rectæ lineæ, Patris v.g. cum filia, & Ligamen, id est, ligatum esse actuali Matrimonio. Cætera sunt de Jure Ecclesiastico, ut distinctius dicemus in explicatione singulorum.

6. Quæ autem sunt ex jure naturæ, dispensabilia non sunt, & locum habent etiam in matrimoniis Infidelium, quæ verò ortum habent ex jure Ecclesiæ, possunt à Summo Pontifice

N n 2

tifice

tifice dispensari, & locum nequaquam habent in dictis Infidelium Matrimoniiis.

7. An alia potestas (præter Summum Pontificem) sive Ecclesiastica ipso inferior, sive Civilis, Imperatoria, Regia, &c. Matrimonii impedimenta constituere valide possit, lege apud Doctores a passim.

a Sanch. l.

7. matr. a

d. 1. Pont.

l. 6. matr.

a c. 1. Co-

ninc. dif-

put. 30. de

matr. dub.

1. Perez d.

31. de ma-

tr. sec. 4.

Avers. q.

9. de matr.

sec. 2. & 3.

aliq. apud

ipso.

CAPUT II.

Impedimentum Primum Matrimonii, id est, Error.

§. I.

Quid ille sit?

VT huius impedimenti notitia plana fiat, Adverte Primò, in contrahentibus Matrimonium, duorum genera errorum posse intercedere. Primum, in personis ipsis, quæ contrahunt; ut, si tu volens contrahere cum Maria, invenias Catharinam.

Secundum, in qualitatibus personarum; ut, si quis volens contrahere cum Maria pulchra, vel nobili, vel divite, inveniat ipsam eandem deformem, vel ignobilem, vel pauperem. Inter has qualitates, ne adnumerem Servitutem; hæc enim propter suas peculiariter considerationes certò est impedimentum dirimens, ut c. 3. explicabimus: adnumerem tamen ipsum nomen contrahentium, nam ex solo nominis errore non vitiari Matrimonium, quando constat de persona, nimis est certum.

2. Adverte Secundò. Errorem posse interdum esse antecedentem, & dantem causam contractui, interdum comitantem. Prior contingit, quando consensus totus innititur errori. Contingit autem, sive circa substantiam: ut, si Antonius, idè ducit hanc, quia putat esse Mariam, ita, ut, si scivisset non esse Mariam, non consensisset in illà: sive circa qualitates, ut, si ideo ducit Mariam, quia putat, esse divitem, ita, ut, si scivisset non esse divitem, in illam non consensisset. Posterior, id est, error comitans contingit, quando consensus non innititur errori; & quidem pari modo, sive circa substantiam, ut, si Antonius ducit hanc v. g. Berram, ita ut, si scivisset esse Mariam, adhuc consensisset; sive circa qualitates, ut

si Antonius ducit Mariam, putans eam esse divitem, ita tamen, ut, si scivisset divitem non esse, adhuc illam duxisset.

3. Adverte Tertiò, Errorem circa prædicta posse esse vincibilem, vel invincibilem, ut alibi nimis sæpè, per alias occasiones, explicavimus.

4. Adverte denique Quartò. Conditionem aliquam posse apponi contractui, atque adeò Matrimonio, tribus modis, Actualiter, Virtualiter, Habitualiter. Actualiter est, quando expressè ea ponitur, ut: *Si es dives, te volo ducere, secus nequaquam*. Virtualiter, quando licet in contractu actualiter non ponatur; tamen de ea cogitatum fuit, & fuit apposta antea, & illà non retractatà, datur consensus contractui; ut, si Antonius v. g. declarasset, se nolle ducere Mariam, nisi sub conditione, quòd sit dives, vel pulchra, vel non ex genere Judæorum, &c. Et deinde, hoc animo non mutato, consensit in Mariam, quæ est inops, vel fœda, vel ex Judæorum genere. Habitualis, quando nec de illa conditione cogitatum fuit, nec illa apposta est in contractu, quamvis in ea dispositione sit, vel fuerit contrahens, ut si de illa cogitasset, non contraxisset. Duxit Antonius v. g. Mariam, nihil cogitando de ejus paupertate, vel divitiis, sed deinde invenit eam esse pauperem: id quod si scivisset, vel cogitasset, nunquam illam duxisset.

5. His positis sunt duæ regulæ. Altera facilis in praxi. *Error circa substantiam jure naturali est impedimentum dirimens*. Altera difficilior, propter exceptiones, quas habere debet. *Error circa qualitates personæ non est impedimentum dirimens*. Sed singulas separatim explicemus.

ERROR CIRCA SUBSTANTIAM.

6. Error circa substantiam personæ, ut cum unus, vel una supponitur pro alio, vel pro alia, sive sit antecedens, sive comitans, sive vincibilis, etiam si crassus sit, & supinus, sive invincibilis, irritum prorsus reddit Matrimonium. Ita Sanchez, b aliq. passim. Et ratio est manifesta, quia ejusmodi errores, & quicunque similes, constituunt ignoratam eam personam, inquam, tanquam in objectum tendere deberet consensus; at circa id, quod ignoratur, nullus actus, seu consensus voluntatis tendere potest, juxta illud Juris, *Errantis nullus est consensus*. Confirmatur, ratio

si quis nolens à te emere aurum, tu ei des vitrum, quod tamen ipse per errorem putet, esse aurum, nonne est invalida emptio? Ita igitur erit, si Antonius nolens ducere personam Mariæ, inveniat esse Bertam.

7. Contra, si Antonius ducens Bertam, quam Bertam esse cognoscit, diceret, *Si hæc esset Mariæ, illam certe ducerem*, validum a esset Matrimonium cum Berta; quia ejusmodi dicendi modus ostendit id, in quod Antonius consentiret, non verò id, in quod consentiret de præsentis; consentit enim re ipsa in Bertam.

8. Dices. At Sacramentum Baptismi v. g. est validum, si quis, dum baptizat hunc, putat esse alium.

Respondeo, id non esse mirum, quia Baptizans dirigit actionem, & intentionem suam in hunc præsentem, quicumque tandem sit: ac contrahens suum consensum dirigit in determinatam personam hanc v. g. Mariam. Quod si Baptizans diceret: *Volo baptizare hunc, si is est Petrus*; Certe non baptizaret, si esset Paulus: quam tamen intentionem conditionalem illicitè, & nimis imprudenter haberet.

9. Dices iterum. Venditio hujus equi valida est, etiam si emptor putet, venditorem esse Titium, cum verè sit Cajus.

Respondeo, neque id mirum esse; quia regulariter ad contractum emptionis, & venditionis parum conducit, sitne hic, vel ille, qui vendit, dummodo legitime vendat; cum tota venditionis substantia versetur circa objectum, seu materiam, quæ emitur. Adde nihilominus, neque illam fore validam emptionem, qua conditionaliter quis sic emeret, *Emo à Titio equum v. g. si hic venditor est Titius*, & re ipsa Titius non esset.

10. Inquires. Quodnam peccatum committat is, qui per dolum cooperatur, ut quis cum errore contrahat Matrimonium?

Respondeo. Si, ut contrahatur cum errore personæ, de quo hic agimus, peccare mortaliter, non est dubium; quia tunc cooperatio esset ad invalidum Matrimonium; id, quod rem esse gravem, vel stultus videt. Si verò, ut contrahatur cum errore qualitatum, de quo loquimur numero sequenti, satis alibi explicui, nempe lib. septimo Decal. cap. quinto §. secundo.

ERROR CIRCA QUALITATES.

11. Error circa qualitates, sive error à te ipso proveniat, sive per dolum ab alio; sive idem error sit antecedens, sive comitans; sive quomodocumque vincibilis, sive invincibilis, non facit Matrimonium invalidum, sed illud erit validum, sive contrahens cogitaverit de hujusmodi qualitatibus, sive non cogitaverit, modò non adsit aliqua ex duabus exceptionibus mox explicandis.

Ratio est, quia ad valorem contractus Matrimonii satis est, si consensus sit circa substantiam corporis, quæ murus datur: quicquid ergo est extra corporum substantiam, accidentale est, nec (si aliud non addatur) potest invalidum reddere contractum Matrimonii.

12. Confirmatur Primò, quia ad valorem contractus civilis v. g. venditionis, satis est consensus in substantiam, de qua agitur, nec est opus ad circumstantias omnes advertere; secus cum præjudicio humani commercii vix ullus consisteret contractus, quia vix unquam advertuntur ejusmodi omnes circumstantiæ.

13. Confirmatur Secundò. Quia eodem modo Professio Religiosa est valida, quamvis ejus qualitates, & asperitates victus, fratrum mores, Rigor, Prælatorum, &c. Non advertantur. Id, quod rectè Sanchez b probat ex ea ratione, quia secus, nullus status perpetuus; (qualis est Religio, & Matrimonium) diceretur, & esset stabiliter electus, quia semper novæ circumstantiæ in illo advertuntur. Quæ ratione tamen aliquando error in qualitatibus, quæ redundat in substantiam, professio nem irritet, alibi e diximus.

PRIMA EXCEPTIO.

14. Accedamus nunc ad exceptiones. Exceptio prima est, validum non esse Matrimonium, si expressè contraxeris sub conditione talis qualitatis, quam deinde talem adfuisse, non invenias, ut si dicas: *Sies dives, si es virgo, si es nobilis, si non es ex progenie Iudeorum, tecum contraho*. Virginitate enim, vel divitiis, vel nobilitate non existente, vel existente Judæorum progenie, nulliter contrahis. Ratio est manifesta, quia consensus conditionatus de præsentis, conditione non existente, nullus est.

N 3

cL. 8. in
Deal. 1. tr.
1. c. 7. §.
11. d. n. 17

est. Atque hæc, ut vides, est conditio actualiter posita in ipso contractu Matrimonii.

15. Sed quid Primò, si conditio sit virtualis, qualem explicuimus *nu. 4.* v.g. ego nunquam contrahere volo cum Maria, nisi sub conditione, quòd sit Virgo, & deinde, hoc animo non retractato, sed nec actu cogitans ad hanc meam dispositionem, contraho cum Maria putans esse Virginem, cum talis tamen non sit, validumne est Matrimonium?

16. Respondeo esse invalidum, quia illa prior intentio, cum non sit retractata, & adhuc duret, ut supponim⁹, æquivaleret conditioni actualiter positæ. Confirmatur, quia idem

a Lib. 2. diximus *a* alibi de Confectione Sacramento-
opus. de sa- rum, valere scilicet intentionem virtuales, ac
crisi. Missæ si esset actualis.

c. 1. §. 2. 17. Ex dictis merito declaratum fuisse nul-
b Pont. l. 4 lum Matrimonium cuiusdam mulieris, testa-
matr. c. 21 tur Pontius, *b* quæ sæpè dixerat, se potius
num. 13. mortem sibi allaturam, quam cum certò quo-
c Barb. in dam viro inituram Matrimonium; si is esset
voto deci- ex Judæorum progenie; & post illud contra-
firo 19 ar. ctum, ex Judæis inventus est, quia (inquit
3. multa de Pontius) ex circumstantiis clarè apparuit, il-
hoc q. eru- lam conditionem virtualiter remansisse. Me-
dite asserēs ritò item simile quid refert Barbosa *c* de Ma-
d Caram. trimonio cuiusdam mulieris, quæ se nobilem
in Th. fun- sinxerat. Merito denique similem casum nar-
dament. rat Caramuel, *d* quos si est otium, lege.

prim. edit. 18. Quid Secundò, si conditio sit habitua-
n. 1340. lis, quam explicuimus eodem *nu. 4.* Si quis
fol. 708. v.g. ita sit dispositus, ut si advenisset ad hanc,
vel illam qualitatem, non contraxisset; nun-
quam tamen ad illam advenit, & deinde
contraxit, nihil item advertendo?

Respondeo. Tunc certè validum est Ma-
trimonium, quia in contractibus non atten-
ditur ad id, quod fecisses, vel voluisses in aliis
circumstantiis, sed ad id, quod re ipsa fecisti,
& voluisti circa substantiam contractus, ut
sic enim absolute consensum præbuiisti sub-
stantiæ, nec adfuit ulla conditio, sed solum
adfuisse, quod nihil operatur. Confirmatur,
quia idem docuimus loc. cit. id est, non suffi-
cere, ad validitatem confectionis Sa-
cramentorum dispositionem,
habitualement.

SECUNDA EXCEPTIO.

19. Jam verò secunda exceptio ejusdem
posterioris regulæ hæc est. Quando error cir-
ca qualitates refunditur, seu redundat in sub-
stantiam personæ, seu adducit errorem in
substantiam, invalidum parit Matrimonium.
De Matrimonio loquor, nam pro aliis mate-
riis aliter sumi errorem in substantia *e* alibi *e* In li. 3. in
declavimus. *Decan. 7.*

20. Sed hoc opus, hic labor. Ecqua enim
ratione hanc redundantiam cognoscam? O-
perosum id esse fateor, ut etiam fateatur San-
chez; *f* ex quo tamen, aliisque Doctoribus *f* Sancti. 1.
duas vias ad inveniendum, quod quæris indi-
cabo, quarum altera ostendet nullitatem ma-
trimonii, altera validitatem. *nu. 21.*

21. Prior via. Si occasione, seu considera-
tione alicujus qualitatis formet homo conce-
ptum alicujus personæ determinatæ, seu in-
dividuæ, & singularis, tunc illa qualitas re-
funditur in personæ substantiam, & conse-
quenter, si qualitas illa non adsit, sed per er-
rorem putetur adesse, invalidat Matrimonium.
Exemplo res fiet clarior. Videret quis mu-
lieres duas, alteram sedentem, stantem alte-
ram, ac dicit: *Volo contrahere Matrimonium*
cum hac, quæ sedet. Vel videt alius duas puel-
las, & ex amico audit hanc esse nobilem, il-
lam ignobilem, hanc esse virginem, viduam
autem illam, dicitque: *Se velle contrahere cum*
ea, de qua meliores audit qualitates. Ajo, illam
fessionem, hanc nobilitatem, hanc virginita-
tem, melioresque qualitates, qualitates qui-
dem esse, sed in præsentem esse signa substantiæ
ejus, cum qua ille homo inire Matrimonium
intendit, atque adeò important determinati-
onem personæ, cum tota intentio illius sit
ad illud individuum, quod sedet, quod nobile
est, quod virgo, &c. Si ergo alia dicto ho-
mini præsentetur, cum qua per errorem con-
trahat, nulliter contrahet.

22. Posterior via. Contra, si aliunde for-
maverit homo conceptum talis determinatæ
personæ. Cognovit v.g. hoc individuum,
hanc determinatam puellam Mariam, sed
illam jam cognitam, quoad personam, putat
divitem, nobilem, ex hac progenie, ex illa
Civitate, vel amici, ut talem eandem jactent,
cum talis verè non sit, & sub hoc errore cum
illa Matrimonium contrahat, validè contra-
hit,

hir, quia nunc etiam est in qualitatibus, quæ non refunduntur in substantiam personæ: jam enim illam ducis, quam ducere decrevis-
sti.

CONFIRMANTUR PRÆDICTA A U-
toritate Doctorum.

23. Explicabunt magis, magisque rem, de qua agimus, verba aliqua Pontii, Coninck, Layman. Pontius a sic habet: Denique hinc fit, vitari quandoque Matrimonium ex errore in e-
jusdem qualitatibus, ut cum animus contrahen-
tis expresse nititur illi qualitati, quamvis acci-
dentalis est enim ille consensus virtualis conditio-
nalis. Vnde, si quis contraheret cum aliqua, quia
existimabat, divitem esse, vel nobilem, vel hone-
stam, vel virginem, ita, ut his qualitatibus ducatur
ad contrahendum, & his innitatur expresse,
aliter non contrahendus, in quo casu talis consen-
sus dependet ab ea circumstantia, & illam habet
pro conditione assensus, invalidum erit Matrimo-
nium, si dives non sit, aut nobilis, aut honesta, aut
virgo: in foro quidem conscientia, si ita res se ha-
bet, & etiam in exteriori foro, si probari poterit.

24. Coninck. b Petrus incidit in aliquam
personam sibi incognitam, agit aliquantulum
cum ea, deinde rogat, quamnam sit, saloque dicitur
ei, esse filiam unicam talis Ducis, deinde eam ducit
uxorem, est solum error qualitatis, & Matrimo-
nium valet, quia determinatur ad concipiendam
etiam personam ex prioris conversatione, & per
eam narrationem non determinatur, ut putet
eam esse aliam ab ea, quacum egit, sed ut putet ei,
talem qualitatem convenire. Excipe casum, quo
filia talis Ducis per famam ei prius esset singula-
riter nota, tunc per eam narrationem determina-
retur, ut hanc in particulari sibi ducendam pro-
poneret.

25. Idem paulo antè c dixerat: Solus illius
qualitatis error involvit errorem persona, qua
determinat intellectum contrahentis, ut certam,
ac omnino determinatam personam concipiat,
cum qua hic, & nunc intendit contrahere, eamq;
cum qua externum contractum celebrat.

26. Et paucis interjectis lineis: Ita ut ve-
ram sit, ipsum non intendere cum hac contrahere,
sed cum ea, quam hanc putat esse.

27. Layman. d Si Caja visu prius nota, & ad
Matrimonium determinata fuisset, tamen si postea
simulet se primogenitam, cum non sit, valebit
Matrimonium, nisi actualis intentio fuisset, sal-

tem animo retenta, non accipiendi eam, nisi pri-
mogenita sit.

Atque hæc ex prædictis Doctoribus verba
allata, sufficiant: Cæterum, qui alia cupit, ad-
eat Barbosam, & qui nimis multa refert per ex-
tensum.

c Barb. in
voto deci-
sivo 15.

§. II.

Ex dictis deciduntur duo casus: alter olim deci-
sus à Tabiena; alter allatus ab
Hostiensis.

1. Circa annum 1508. Adolescens quidam
petiit in uxorem filiam cuiusdā, quam
valde formosam fortè viderat, verum illam ei
denegavit Pater, causans, eam esse secundō-
genitam, se tamen facillè daturum primoge-
nitam, quam nubere prius, decebat. Ad hæc
Adolescens petiit à Patre, ut prædictam pri-
mogenitam ostenderet cuidam viro gravi, ut
is sincerè, & ex fide ipsi Adolescenti referret,
an etiam, & ipsa pulchra esset: annuit Pater,
sed verò illi ostendit filiam secundo genitam,
nam primogenita deformis erat. Adolescens
ergo à viro illo gravi conscius factus, etiam
illam ipsi ostendam pulchram esse, cum ea
contraxit per verba de præsentis, sub Vesperas
fortasse, vel sub luce candelarum, quando e-
jus formam advertere non potuit. Inventa
deinde ea nequaquam pulchra, contendebar
Adolescens, Matrimonium nullum fuisse.
Sed Tabiena, fuit ipsemet refert, respondit, f. Tab. in
fuisse validum, quia error fuit in qualitate, summa V.
pulchritudinis, non in substantia; Adolescens impedi-
enim jam consensit in Primogenitam, quam mentum
ipsi obrulit Pater: quare illam duxit, quam qu. 4.
voluit. Hanc responsionem approbat San- g. Sanch. l.
chez, & alique, sed illam reprobat Pontius, h. c. n. 35.
quia Adolescens consensit in illam, quæ fuit h. Pont. l. 4.
ostensa viro illi gravi, at hæc non fuit Primo- c. 22. n. 5.
genita.

Quid ego scientiam paucis expeditio. Ex re-
gula data num. 16. colligo Pontii sententiam
esse potius approbandam, quam illam Tabie-
næ, & Sanchez; etenim Adolescens, occasio-
ne pulchritudinis, se determinavit ad volen-
dam illam determinatam, quam ostendit Pa-
ter, Pater autem secundam ostendit; ergo il-
lam determinavit Adolescens. Falsum igitur
videtur esse, quod ait Tabiena, Adolescentem
non consensisse in secundo genitam ipsi à Pa-
tre denegatam, sed in Primogenitam, quam
Pater

Pater obtulit; falsum, inquam, quia ipse consensit in personam illam determinatam, quam vidit ille vir gravis, & non in aliam, quam Pater obtulit; obtulit enim hic primogenitam, sed Adolefcens non se determinavit ad oblatam à Patre, sed ad ostensam amico.

a Hostiensis ap. Barb. lo. cit.

Casus alter sic narratur, seu figuratur ab a Hostiensis.

Anglus quidam vilis conditionis Romam veniens, finxit, se filium esse Regis Angliæ. Quo mendacio seduxit nobilem puellam, ad contrahendum cum ipso Matrimonium. Non multo post, detecta fraude, quaesitum fuit, an validum deberet pronuntiari Matrimonium.

Respondeo: Mihi videri, nullum esse pronuntiandum. Ratio est ex dictis duplex. Nam Primò, puella illa non videtur consensisse absolute in personam præsentem, sed in illam, prout ipsi affixa esset nobilitas Regia; puella enim semper præsumitur fuisse cum expressa intentione, perinde, ac solent esse nobiles cæteræ puellæ, ut nollet nubere cum homine vili, & hanc intentionem nunquam retractasse.

Secundò, efficacius: quia puella non alia via cognovit hunc hominem præsentem, cujus Matrimonio consensit, nisi occasione, seu consideratione filiationis Regiæ: quare ipsa consensit in hunc hominem, ut filium Regis, non verò in hunc hominem, qui indicaretur Regis filius, quemadmodum diximus num. 21. de eo, qui elegit pro sua uxore illam, quæ sedebat, nam ita hæc puella elegit illum, qui cum veritate esset filius Regis, non verò, qui fictus.

Profectò, si puella hæc consensisset in hunc præsentem, quem judicabat, sive ex se, sive ex dolo alterius, esse filium Regis, validum fuisset Matrimonium: At verò, quia puella consensit in filium Regis, quem ipsa sibi in mente proposuit (sic enim videtur res se habuisse) non fuit validum, quia, ut constat ex dictis, error fuit in qualitate redundante in personam. Lege Barb. *b* qui multorum Doctorum verba affert, ad firmandam hanc decisionem, etiam in foro externo, quia ex dictis circumstantiis, aliisque expensis, illud præsumitur, quod dictum hæctenus à nobis est.

Et quidem, quamvis ille homo se finxisset

filium Regis, nec explicuisset cujus Regis, idem puto dicendum; Eadem enim est ratio, (licet Bonacina & non eandem esse dicat) ac si explicuisset; si enim puellæ consensus in nixus torus fuit nobilitati illi Regiæ, voluit cum filio Regis, quicumque is Rex esset, Matrimonium celebrare, non autem cum homine vili præsentem. Nam universaliter, si quis, sic dicat: *Volo hunc, quem puto v. g. esse Regem, errat in qualitate tantum*, Si sic: *Volo Regem v. g. quem puto esse hunc*; tunc error qualitatis redundat in substantiam, ut diximus, casus autem noster hic posterior est.

CAPUT III.

Impedimentum Secundum.

Conditio, id est, Conditio servitutis ignoratæ.

§. PRIMVS.

In quo consistat hoc Impedimentum.

1. **Q**uando persona libera fortè contrahit Matrimonium cum persona, quæ sit verè serva (hoc est Mancipium, quod bello iusto captum sit, licet deinde alius venditum) vel servitutem dictæ personæ ignorat, vel scit. Si ignorat, invalidum erit Matrimonium; servitus enim alterius ex sponsis ab altero ignorata impedimentum est dirimens, de quo loquimur: Si scit, validum erit, etiam non consentiente Domino, unde hic de illo agendum non est, Dixi (verè serva) nam ii, qui alicui propter mercedem famulantur, hoc impedimentum nequaquam contrahunt.

2. Ratio, cur inductum fuit hoc impedimentum, est, quia licet servitus sit qualitas; de cuius tamen deceptio in ipsa, trahit gravissima incommoda, unde meritò Ecclesia sic definit. Nescimus autem, à quo Pontifice hoc impedimentum fuerit inductum, sed illud tamen passim supponunt Sacri & Canones.

3. Ratio etiam, quòd, etiam Domino nobile, sit validum Matrimonium cum serva, vel servo cognito contractum, est, quia quilibet est dominus sui corporis, ut docet rectè S. Th. e in iis, quæ pertinent ad proles generationem, num. 4.

b Barb. in voto decisivo 19. cit. err. 3.

tionem. Adde, Dominum non habere jus tollendi à servo remediū concupiscentiæ. Quod si ex eo Matrimonio cum serva oriantur alteri conjugii aliqua incommoda, & quidem non levia, dum aliquando obsequia debita Domino à serva, impediunt obsequia debita viro, tamen jam ipse liber cedit juri suo, quando servitutem alterius cognoscens, Matrimonium init cum illa.

4. Sive autem ignorata fuerit servitus per ignorantiam invincibilem, sive, ut probabilius est, etiam per vincibilem, & crassam, sive per errorem antecedentem ad ipsum Matrimonium, sive etiam ipsi comitantē, impedimentum dirimens erit, quia sic semper est ignorata servitus, unde personam liberam suo juri cessisse in contractu tam oneroso, & perpetuo

1. Sanchez. l. præsumere non vult Ecclesia. Ita Sanchez, a 7. matr. d. & Hurtadus. b

19. n. 20. 5. Si ipsa persona serva sine ulla culpa ignoret suam servitutem, & bona fide contrahat cum libero, adhuc est impedimentum dirimens, ut etiam dirimens est, si cognoscatur servitus, sed nesciatur, eā esse impedimentum (quæ dicitur ignorantia Juris) quia Ecclesia, independentem ab ipsius cognitione, affixit ejusmodi impedimentum servituti.

6. Hic per occasionem Nota, in casibus, in quibus, inter servum, & liberam; vel contra, est validum Matrimonium, filios sequi conditionem ventris ex communi doctrina, quod etiam servatur, quando filii eorundem essent naturales. Sensus autem hujus dicti est, ut in favorem libertatis, si Mater fuerit libera, sive solum, quando concepit, sive solum, quando peperit, etiam si libertatem per unum diem habuerit, libera sit proles. Serva autem tunc solum erit dicta proles, quando mater toto tempore, quo concepit, uterum gessit, peperitque, libera non fuit, lege Sanchez. c

24. n. 10. AN PECCET MANCIPIUM, SI MATRIMONIUM CONTRAHAT CUM PERSONA LIBERA VOLENTE, & SCIENTE, SED NESCIENTE, VEL NOLENTE DOMINO?

7. Paulo ante dixi, nullam legem tollere à servo jus libertatis ad Matrimonium, nunc ergo consequenter ajo, illicitè à Domino, Matrimonium, vel usum ejus rationabilem prohiberi suo servo, ac posse ejusmodi servum, ac debere à Iudice Ecclesiastico prote-

Tanquiburnus de Sacramentis.

gi. Vide tamen apud Sanchez de excusationem d. Sanchez. f. quandam, 7. matr. d.

Objicies: Ergo peccaret Dominus servum uxorem vendendo, vel mittendo in regionem distantem, quando illum sequi non valeret, quia sic impediret usum Matrimonii?

Respondeo. Ita putant nonnulli cum Sanchez.

Verum Delugo, cum quo sentit Coninck. g. e. Sanchez. ibid. & Perez, h. rectius distinguunt. Vel agimus, an d. 22. n. peccet Dominus contra Iustitiam, & dicendum 11. & 12. contra Iustitiam non peccare, quia jus conjugii f. Delugo non debet Iuri Domini præjudicium ferre; de Iust. d. secus, neque posset illum apud se retinere, vel 3. n. 24. sibi emere, quando multum distat uxor: quod g. Coninck esse contra praxim quotidianam, qua, abique d. 31. dub. ullo scrupulo, ex eo capite, quod eorum uxo-

res sequi ipsos non valeant, emuntur servi. h. Perez. de Vel agimus, an peccet contra charitatem, matr. d. 21

& dicendum, tunc demum vendentem, & sec. 7. ementem peccare, quando sine suo gravi damno potest ab ea venditione, vel emptione se abstinere, & tamen non se abstinere; obligat enim tunc charitas ad succurrendum bono spirituali conjugum: In quo casu poterit Iudex Ecclesiasticus Dominum cogere, ut vendat servum in loco, ubi is queat cum sua conjugē convivere. De qua re vide distinctius Pontium, i. atque idem dic de Missione servi i. Pont. l. 7. in partes remoras ab uxore, &c. matr. c.

His positis. Respondeo ad id, quod propositum est in titulo hujus paragraphi, verbis Coninck. k. qui cum dixisset, ex Sacro Textu k. Coninck omnes communiter colligere, Dominum non d. 32. de posse sine justa causa, servorum Matrimonia matr. nu. directè impedire, id est, nolendo hæc illis ul-

lo modo permittere, addit: Nota tamen, nisi aliqua justa causa aliud suadeat (qualis esset, si timerent servi, ne Dominus malitiosè eorum Matrimonium impediret) teneri prius Dominorum consensum petere, antequam cum aliqua contrahant; id quod colligitur ex Concilio, l. quod requirit voluntatem Dominorum, ut conjugia servorum fertur C. sint omnino legitima. Ratio autem est, quia hoc Fin. 29. q. exigit reverentia, quam iis debent. Præsertim cum sæpe multum Dominorum intersit, utrum servi cum hac, vel illa contrahant: ideoque durum iis sit, si m. Sanchez. servi, iis inconsultis, cum aliqua contrahant, qua l. 7. matr. ipse valde ingrata, ac multas molestias paritura disp. 21. a. sit. Hæc Coninck. m. n. 12. De-

In concursu obsequii Domini, & Conjugis, lugo, cui debeat prius satisfieri, habes dilucide apud Coninck citatos. ll. cc.

00

§. II. Ser-

§. II.

Servitus diminuta quid operetur?

1. **I**D expeditius explicabo per sequentium caluum figurationes. Berta est nunc serva, quæ tamen hinc ad duos annos ex testamento sui Domini acquireret libertatem. Porro, dum præfixum libertatis tempus nondum advenisset, contraxit Matrimonium cum Titio, ejusmodi temporaneam servitutē ignorante, validenē contraxit, sustinendumq; Matrimonium, saltem post annos illos duos exactos?

2. Respondeo. In validē contraxisse, nec sustineri a posse Matrimonium, nisi adveniente libertatis tempore, legitima ad sit ratificatio. Ratio est, quia Sacri Canones indistinctē loquuntur, nec excipiunt servitutem temporaneam, & ex alia parte, eo medio tempore verē ea persona serva est, ut expressē habetur in *Jub. l. Statu re. b. Sanchez, e & Perez d. putant, probabile liberum ff. esse, valere Matrimonium, si servitus remota sit infra sex menses, cum parum pro nihilo reputetur. Sed his non acquiesco, quia c. Sanchez. l. carentia servitutis est de substantia cōtractus 7. d. 19. n. Matrimonii, & de solemnitate actus, quæ ad unguem observanda est.*

3. Contra, Catharinā, quæ serva est, Dominus concedit nunc duos annos libertatis, intra quos, dum libertate gaudet, nubit cum Titio ejusmodi Catharinæ conditionem ad servitutem migraturæ nesciente, validenē nubit? Scio autem, ut notat Sanchez, e non posse concedi libertatem ad tempus; semel enim concessa libertas, etiam pro brevi tempore, cū revocari ea ex jure non possit, perpetua est: sed casus proponitur pro iis locis, ubi fortē lex Municipalis admittit ejusmodi temporaneam libertatem.

4. Respondeo, Catharinā nubere invalidē. *f. Sánchez. l. c. f.* quia ipsa, dum reditura est ad servitutē, verē libera non est. Ita decrevit Textus dicens, eo medio tempore non cessare, sed dormire servitutem. Et quidem meritō ita decretum est, quia si conjux redire debet ad servitutem, non poterit liberē dare corpus suum alteri in perpetuum, quod est de essentia Matrimonii. Nā propterea servus similis temporaneus non potest Ordines Sacros licitē recipere, nec domicilium mutare cum præjudicio Domini.

5. Denique Maria fuit serva, nunc verō li-

bera jam est, quo pacto Latine vocatur *liberta*, Titioque nubit nescienti antiquam Mariæ servitutem, nubitne validē?

Respondeo, validē sanē, g quia liberta libera verē est.

§. III.

Servitus, vel Libertas putata.

6. **T**Riplex est casus decidendus. Primus: Duxit Titius Bertam liberam, quam tamen per errorem putat servam. Valuitne Matrimonium?

Respondeo, Sanē valuit, tum, quia Ecclesia vetam servitutem, non autem putatam constituit esse impedimentum, tum, quia in hoc casu non obstat servitus Matrimonio, si Titius putavit Bertam esse servam, & tamen illam duxit.

7. Secundus casus est prædicto oppositus. Antonius duxit Mariam servam, quam tamen ipse putat liberam, validenē ducit?

Respondeo, Profectō non oportebat hunc casum proponere; in hoc enim adest ipsissimum impedimentum servitutis ignoratæ, de quo hæcenus locuti sumus.

8. Quandoquidem ergo hic casus proponendus non erat, succedat alius illius loco. Petrus servus ducit Mariam servam, putans, ipsam esse liberam, valetne Matrimonium? quasi servitus unius compensetur cum servitute alterius?

Respondeo valere. Ita Averſa, h & communiter, non quidem propter dictam compensationem, sed, quia Sacri Canones statuerunt, dumtaxat (ut patet in Textibus supra citatis) esse impedimentū dirimens servitutē ignoratam ab altero libero. Quare irritum reddiderunt solū Matrimonium personæ liberæ cum personæ serva ignorata, non verō personæ servæ cum personæ serva, quam vis ignorata.

9. Tertius casus. Titius liber contrahit cum Lucia serva, putans eam esse liberam, sed eo animo, ut si scivisset eam esse servam, adhuc cum ea contraxisset, qui est error in qualitate servitutis, non antecedens, sed comitans, contrahitne validē?

Respondeo. Sanchez i aliiq; docent invalidē: Silvester, k aliiq; validē. Sed cum Sanchez est sentiendum, quia intentio Titii antecedeas retendit absolutē in servam verē, sed

à se ignoratam, atq; adeò inhabentem impedimentum dirimens: quo existente, consensus validus ad Matrimonium esse non potest.

§. IV.

Servitus cessans per ipsum Matrimonium.

Auth. ad 1. IN favorem libertatis decernitur à Jure Civili, ut, si Dominus personam servatam suam tradat in Matrimonium personæ liberæ, servitus nequaquam detecta, secuto habet Sanch. Matrimonio, eo ipso, serva fit libera; quod de ma. l. 7. idem satis probabiliter est; si ipse Dominus, d. 20. vel Domina Matrimonium contrahat cum b Pont. l. 7. suo mancipio, ut tenet Pontius, & alii que. Iam quæritur, an in his, similibusque casibus, in 44. a. n. 2. quibus persona serva evadit in ipsa Matrimonio. Hinc contractio libera, servitus ignorata sit d. 14. diff. impedimentum dirimens?

2. Respondeo, Dux sunt de more sententiæ. Sanchez c. docet, non esse dirimens, sed tunc Matrimonium valere, quia (inquit) in eo instanti, in quo Matrimonium contrahitur, jã realiter illa persona fit libera: ergo evolat impedimentum. Immo, tamen in illo instanti non evolare, cum statim, finito consensu, finienda sit servitus, & item abolenda sit vilitas talis personæ; mortali, & humano modo, dicenda esset dicta servitus nequaquam adesse; tam parvum enim instans nullius considerationis in humanis commerciis est.

3. Verum Hurtadus, & alii que docent, adesse impedimentum dirimens, & non valere Matrimonium, quia servitus (inquit) non tollitur, nisi à Matrimonio valido; ergo debet in priori signo supponi validitas Matrimonii, ut in posteriori dicta servitus tollatur ex vilis Matrimonii, quod tamen in casibus dictis esse nequit; cum in priori signo supponatur servitus ignorata.

Confirmatur: quia in Iure Canonico servitus ignorata, absq; ulla limitatione est impedimentum: At nunc jã est servitus ignorata. Esto autè vilitas illa personæ in dictis casibus cessasse dicenda sit; tamen cum Ecclesia voluerit sine ulla limitatione, servitute ignoratam esse impedimentum, semper tale erit, si vilem reddat, si vilem personam.

Profectò secundum prudentem hominum estimationem servitus non redderet vilem Reginam v. g. bello justo captam, & tamen

Matrimonium cum tali servitute ignorata, nullum esset.

4. Utamque opinionem esse probabilem rationes utrinq; allatæ me fateri cogunt: neque obstat probabilitati prioris sententiæ illud, quod nolumus concedere eidem Sanch. §. 2. n. 2. ibi enim agebatur de tempore, hic de instanti.

§. V.

Obligatio servitutem occultantis.

1. **C**ertum est, quando post contractum Matrimonium cognoscitur servitus antea ignorata, debere conjuges abstinere à petendo, vel reddendo debito conjugali, & posse propria auctoritate relinquere hoc Matrimonium, & aliud inire, si nolint legitime hoc ratificare, perinde, ac debet fieri in cæteris impedimentis dirimentibus. Solum hic, & semper advertè, scandalo existente, accedere debere Judicis Ecclesiastici auctoritatem: nisi sub aliquo rationabili prætextu obviam ire scandalo ex se dicti conjuges possent, ut dicam in 2. simili, cum de Divortio.

2. Hoc, inquam, certum est. Sed quæritur Primò. An persona decipiens, hoc est, quæ suam servitutem occultavit, possit licitè resilire à Matrimonio sic invalidè contracto, nolendo illud ratificare, si alter illud ratificatum velit: nam personam deceptam licitè resilire posse, etiam alia nolente, non est dubium.

3. Respondeo, etiam illam posse, licet enim peccaverit attentando Matrimonium, quod Ecclesia prohibet; tamen, quia revera, nullum illud est pro utraque persona, & rectè solet dici, nunquam posse Matrimonium ex una tantum parte claudicare, idè æq; utraq; persona potest: Quare dicta persona decipiens non obligatur f. de novo consentire, etiam si decepta id requiratur; quia non obligatur ex vi Matrimonii; hoc enim, ut dixi nullum est; nec ratione sponsalium, seu promissionis factæ; nam infra dicemus, illud Matrimonium invalidè attentatum, nec parere vera sponsalia, ne validam promissionem; cum neque hæc valeant inter personas inhabiles, id est, inter habentes impedimentum dirimens, si promissio fuit absoluta, & non pro tempore, quo cessabit impedimentum, uti ibidem latius explicabimus.

4. Dixi (præscindendo ab alio damno)

O o 2

nam

nam si decipiens in honore, vel bonis nocuisset decepta, tunc ratione damni illati obligaretur damnum rescire, vel Matrimonium legitime contrahere eo modo, quo distinctius à me a alibi explicatum est.

a L. 7. in
Decal. c. 5.
§. 3. an.
26.

CAPUT IV.

Impedimentum Tertium.

Votum solemne Castitatis.

1. **N**on quodcunque votum Castitatis simplex (id enim est impedimentum solum impediens, ut infra dicemus) sed illud, quod in solempni Professione Religiosa simul cum Paupertatis, & Obedientiae voto emittitur, est impedimentum dirimens illud Matrimonium, quod celebrari, post dictum votum, attentatur: idque ex probabiliori sententia solum de Jure Ecclesiastico, ut contra nonnullos, putantes esse de
b Suar. r. 3. Jure Naturæ, probat Suar. b alique.
de Rel. l. 2. 2. Illud nota, votum simplex Castitatis
c. 6. §. 7. emissum in Societate Jesu post biennium
Sancti. l. 7. Novitiatu, esse item impedimentum dirimens
matr. d. subsequens Matrimonium, idque ex
26. Pont. peculiari Jure novo Gregorio XIII. qua certe
l. 7. matr. vi, ante dictum jus, carebat ejusmodi votum,
r. 22. n. 4. quia verè non est votum solemne, ut latè
Perez de Suar. e & breviter explicat Hurtadus. d
matr. d. Quam excommunicationem incurrat ten-
26. sec. 6. tans contrahere Matrimonium cum hoc im-
Aver q. pedimento, dicam infra; e sicuti de voto
15. de ma- Castitatis imbibito in Sacris Ordinibus, di-
vim. sec. 1. cam non f multò post,
c Suar. r.
4 de Rel.
tr. 10. l. 4.
c. 1.
d G. Hurt.
d. 15. ma-
trim. diff.
un.
c Infra c.
17. §. 4.
f Infra
c. 8.

CAPUT V.

Impedimentum Quartum.

COGNATIO.

Hæc alia est Naturalis, alia Spiritualis, alia Legalis.

§. I.

Naturalis.

Cognatio Naturalis, quæ etiam consanguinitas appellatur, Est vinculum persona-

rum descendendum ab eodem stipite per carnalem propagationem.

Ut, quæ ad hoc argumentum pertinent, facilius intelligas, ne te prætereat cognitio Terminorum sequentium; Nam stipites est illa persona, à qua alia persona de quarum cognatione tractatur, descendunt. Titius v. g. qui est Pater Antonii, & Antonia, dicitur stipites utriusque, & sic cæterorum.

2. Linea est illa series personarum, quæ per varias generationes descendunt à prædicto stipite. Hæc autem quadruplex est.

3. Prima vocatur Recta, quam scilicet constituunt eæ personæ, quarum una est ab alia, sive sint ascendentes, ut Avus, Atavus, Abavus, sive descendentes, ut Pater, Filius, Nepos, Pronepos, Abnepos. Idem dicito, tum hic, tum in sequentibus, de feminis, Avia, Atavia, &c. Filia, Nepri, &c.

4. Secunda vocatur Transversalis, seu Collateralis, quam constituunt eæ personæ, quæ, licet descendant ab eodem stipite v. g. Titio; tamen una non descendit ab alia, ut frater, soror, Consobrina.

5. Tertia vocatur æqualis, estque eadem dicta Transversalis, quando eadem dictæ personæ distat æqualiter à stipite v. g. à dicto Titio, ut frater, ac soror ex eodem patre, &c.

6. Quarta vocatur inæqualis, estque eadem dicta transversalis, quando eadem dictæ personæ distat inæqualiter ab eodem stipite, ut frater, & sororis filius; qui certè inæqualiter distat à prædicto Titio, frater enim est in primo gradu, sororis autem filius in secundo cum eodem Titio prædicto.

7. Gradus denique, ducta metaphora à scalis, est illa distantia, quæ intercedit inter dictas personas.

8. Iam verò, quoniam computatio prædictorum graduum inter memoratas personas, alia est apud Jura Canonica pro Matrimonii dirigendis, quæ solum numerant quatuor gradus, alia apud Jura Civilia pro successio-ribus constituendis, quæ numerant gradus decem, idèò nos computationem Canonicam hic explicabimus, explicaturi civilem, cum de Testamentis.

9. Ad Canonicam igitur computationem cognoscendam, Tres sunt Regulæ menti figendæ, Prima, pro linea recta. Secunda, pro linea transversali æquali. Tertia, pro transversali inæquali. Et quamvis hæ regulæ satis sunt

sunt planæ, tamen moneo Lectorem, difficulter à sola earum lectione easdem perfecte percepturum: ope ergo Præceptoris periti submisso animo quærere, ne dedignetur.

PRIMA REGULA.

Pro linea recta.

10. In hac linea tot sunt gradus, quot sunt personæ, seu quod sunt factæ generationes, sed dempto stipite. Exempli gratia.

PATER TITIUS,

Stipes.

Filius, qui vocetur Antonius	
Nepos	Bartolus
Pronepos	Cæsar
Abnepos	Didacus.

11. In hac igitur linea, Antonius est in primo gradu conjunctus cum Titio, quia dempto ipso stipite, qui est ipse Titius, una remanet persona. At Bartolus est in secundo gradu cum dicto Titio, quia Titio dempto duæ remanent personæ, seu duæ factæ sunt generationes, Titius enim generavit Antonium, Antonius Bartolum; sic de cæteris.

SECUNDA REGULA.

Pro linea Transversali in distantia æquali.

12. In hac linea, tot gradibus una persona distat ab alia, quot gradibus illa una distat à

communi stipite, dempto tamen ipso eodem stipite. Hinc Antonius frater, & Antonia soror uno gradu inter se distant, atque adeò Antonius est in gradu consanguinitatis cum Antonia, quia uno gradu distat à Patre, & sic de cæteris in hunc modum:


Antonius est in 1. gradu	cum Antonia.
Bartolus in 2. gradu	cum Berta.
Cæsar in 3. gradu	cum Catharina.
Didacus in 4. gradu	cum Dorothea.

TERTIA REGULA.

Pro linea Transversali in distantia inæquali.

13. In hac, tot gradibus una persona distat ab alia, quot gradibus illa persona, quæ est à stipite remotior, distat ab eodem stipite, dempto tamen, pari modo, ipso eodem stipite. Unde Antonius prædictus distat in secundo gradu à Berta, quia Berta, quæ est remotior à Titio stipite, distat ab ipso Titio duobus gradibus, dempto nimirum eodem dicto stipite, in hunc modum usque ad quartum gradum: nam in quinto nulla est consanguinitas.

TITIVS PATER, STIPES.



14. Quod notavimus in Antonio, idem nota in cæteris proportionaliter; nam Bartolus v.g. cum Dorothea erit in quarto gradu, & sic de gradibus superioribus.

15. Nota Secundò, quod dictum est de Antonio respectu Bertæ, & de cæteris collocatis in eadem linea sinistra respectu collocatorum in linea dextra, idem dici debere de Antonia respectu Bartoli, cæterisque collocatis in linea dextra respectu collocatorum in linea sinistra.

16. Nota diligenter Tertio, Doctrinam sequentem. Quamvis distantia remotior sit illa, quæ consanguinitatis gradus constituat, ut dictum est (qui gradus, quando non exeunt à quarto sunt necessario dispensandi à Pontifice, ut dice mus, in Matrimonio inveniendis inter consanguineos) tamen solet etiam considerari gradus proximior, & de illo juxta


Bullam Pii V. debet obtineri ab eodem Pontifice declaratio, quod is gradus proximior matrimonio non officiat, modo à infra distinctus, explicando, quæ distinctio est omnino videnda. Unde, quia dictus Antonius v.g. distat uno gradu à Titio, prædicta verò Berta distat duobus gradibus ab eodem Titio, ideo sic consuevimus loqui, *Antonius distat primo in secundo gradu à Berta, seu Antonius, & Berta sunt conjuncti, seu sunt in primo, & secundo gradu, seu in primo cum secundo gradu à stipite, & sic de cæteris.*

Nota igitur diligenter, prædictis modis non explicari plures consanguinitates, quas forte quis habet ex diversis stipitibus, aliam v.g. ex parte Patris aliam ex parte Matris, quæ certè plures consanguinitates explicari distinctè debent à petentibus dispensationem, si illas plures habeant, ut infra distinctus adverte-

vertemus; nota, inquam, prædictis modis explicari dumtaxat unam consanguinitatem lineæ transversalis inæqualis, nam propterea additur illud ab uno supite.

17. Ut id explicari possit habere, sequentem figuram hic aspice, & lege, memor hic etiam locum habere duas notationes numero 14, allatas.

TITIVS PATER, STIPES.



A
Conjunctus in primo gradu.

B
Primo gradu in secundo.

C
Primo gradu in Tertio.

D
Primo gradu in Quarto.

E
Primo gradu in Quinto atque adeo in nullo.

F
Secundo gradu in Tertio.

G
Secundo gradu in Quarto.

H
Secundo in Quinto atque adeo in nullo.

I
Tertio gradu in Quarto.

L
Tertio in Quinto, atque adeo in nullo.

M
Quarto in Quinto atque adeo in nullo.

N
In nullo, &c.

18. His

18. His præmissis, dico, omnem consanguinitatis gradum usque ad quartum inclusiverantunt, & non ultra, hodie esse impedimentum dirimens matrimonium, idque non solum in linea recta, sed etiam transversali, ut notant Doctores mox citandi, quia Concilium Lateranense indistinctè, & absolute loquitur de dictis quatuor gradibus, dum ait, esse impedimentum dirimens Matrimonium. Id, quod factum est ob reverentiam; quæ debetur sanguine conjunctis; & ut, propter bonum, pacemque publicam, matrimonia extenderentur ad extraneos; & denique ne consanguinei ob spem Matrimonii minus castè simul cohabitarent.

19. Signatur adverte illud (usque ad quartum gradum, &c. & non ultra (nam propterea Cæsar v.g. positus in figura respectu Evandree, quia est in quinto gradu cum ipsa, nullam cum ea consanguinitatem habet, unde potest illum ducere sine ulla dispensatione, ut clarè habet Textus, *a* & passim Doctores, *b* notant.

20. Inquires. Cum prædictus Cæsar sit (ut patet ex Figura) conjunctus cum Francisca in tertio gradu cum quinto. & modo nos numero decimoflexto dixerimus de proximior gradu debere obtineri declarationem illam quam induxit Pius V. estne necesse hic, ubi consanguinitatem nullam esse dicimus) dictam declarationem nihilominus petere, & obtinere?

Respondeo, nequaquam id necessarium esse; nam, ut rectè notat Leander, & hæc declaratio petenda, & obtinenda est, quando à Pontifice conceditur dispensatio alicujus gradus; at pro quinto non datur dispensatio, ergo, nec danda est declaratio.

21. Denique gradum primum in recta linea jure naturæ irritare matrimonium, quale esset inter Patrem, & Filium, & inter Matrem, & Filium, certum esse, fuisse habes apud Doctores. *d* Ceteros vero gradus in eadem recta linea probabilius est, jure naturæ, nequaquam irritare. Unde non sequor eos, qui dicunt, dirimi jure naturali matrimonium in recta linea usque ad secundum gradum inclusivè nec eos, qui usque ad quartum ; nec eos, qui usque ad septimum ; nec eos, qui usque in infinitum ; ita, ut hi postremi asserant nunc Adamum, si resurgere, non posse ullam ducere ex mulieribus Universi, quia omnes

sunt ab illo per lineam rectam descendentes,
quæ, & similia videri possunt apud Sanchez,
aliisque citatos.

22. Quoad lineam transversalem, nulum ejus gradum dirimere matrimonium de jure naturæ etiam inter fratrem, & sororem, sed solum jure Ecclesiastico, mihi item probabilius videtur. Id, quod vide apud eosdem, falsosque; quamvis non negem Doctissimos, *g* viros putare, primum gradum in linea hac transversali dirimere matrimonium jure naturæ, qualis est inter fratrem & sororem.

§. II.

Cognatio spiritualis.

1. **H**æc est vinculum, seu connexio inter aliquas personas procedens ex regeneratione spiritali, id est Baptismo, vel Confirmatione, nam ex aliis Sacramentis ejusmodi cognatio nequaquam oritur.

2. Ea autem multipliciter oriebatur ex jure antiquo : hodie tamen reducta est à Tridentino *hac* quatuor capita. Nam Primò, contrahitur nunc cognatio spiritualis à Baptizato, vel Confirmato cum Baptizante vel Confirmante.

Secundo, ab eodem Baptizato, vel Confirmato cum Patrimo, vel Matrino (Compatrie, & Commatre) & hæc duæ cognationes vocantur Paternitas, vel Filiatio utique spiritalis, quasi fiat filius illorum per regenerationem spirituale.

Tertio, a Parrino, vel Matrino cum Patre,
& Matre Baptizati, vel Confirmati.

Quartò, à Patre, & Matre Baptizati cum ipso Baptizante, vel Confirmante, & hæ postremæ duæ vocantur Compaternitas, quasi hi fiant simul Patres Baptizati, vel Confirmati.

Breviter in Baptismo (idem in Confirmatione) Baptizatus spiritualiter coniungitur cum Baptizante, & cum Patrimo, vel Matrino per Filiationem; Pater verò, & Mater ejusdem Baptizati conjunguntur cum eodem Baptizante, & cum Patrimo, vel Matrino per Communitatem.

3. Quae speciatim requiruntur, ut hæc
spiritualis cognatio nascatur, & alia valde
plura

a C. final.
de consan-
guin.
b Perez. d.
matr. d. 2.
sec. 7 n. 5.
Campan.
in Diversis
Iuris Ru-
br. 2. c. 3.
nu. 45.
aliquo.

c Leand. p.
2. de Sacr.
d. 24. de
mat. q. 39.

d Sanch. l.
 8. de matr
 d. 51.
 Pont. l. 7.
 c. 31. Per
 d. 28. de
 matr. sec.
 c Ap. Sane
 l. 6. à n. 15

plura ad hanc cognationem pertinentia dixi
a Lib. 2. de satis de Baptismo. a Illud utile est, vel adde-
Bapt. c. 4. re, vel recollere, si quis baptizet, vel confirmet,
§. 1. a n. 19 vel sit Patrinus nesciens Baptizatum, vel
Confirmatum esse filium huius, vel illius ad-
b Aver. 9. huc contrahere b cum his cognationem; ig-
16. de ma- norantia enim non valet impedire id, quod
trim. sec. 2. Ecclesia ejusmodi actionibus adnexuit.

Verf. Ha- 4. His præmissis. Afferro cognationem
bet hac spiritualement prædictam, esse impedimentum
spirituale. dirimens matrimonium, contrahendum à
personis, inter quas eam esse jam diximus nu-
mero 2. idque ex Jure Ecclesiastico, non au-
tem ex Jure Naturali, vel Divino, ut clarè
constat ex Sacris & Textibus.

c Tototi- 5. In hac autem cognatione spirituali non
tul. de Cog- numerantur gradus aliqui, sicuti in præce-
nat. spirit. denti cognatione naturali numeravimus, sed
§. 30. qu. solum conjunctio, & impedimentum est inter
1. personas prædictas, eaque in perpetuum,
hoc est, etiam si moriatur persona, ratione cu-
jus illa conjunctio contracta fuit, ut cum
communi docet Sanchez. l. c.

d L. 2. de 6. Si eadem cognatio fortè superveniat
Bapt. c. 1. Matrimonio jam contracto, an impediat
§. 1. n. 10. petitionem, vel redditionem debiti conjuga-
§. 4. §. 2. lis, dixi pluribus, cum de d. Baptismo.

nu. 17.

§. III.

Cognatio Legalis.

e Intra hac 1. IN Jure Civili & communi conceditur,
habet ap. ut quilibet possit sibi adoptare quem-
Sanct. d. 7. piam in filium, quinque positis conditioni-
d. 63. bus. Prima, ut Adoptans sit sui juris. Secun-
da, ut sit vir. Tertia, ut sit potens ad gene-
randum. Quarta, ut sit major 25. annis, ex-
cedatque Adoptatum saltem 18. annis. Quin-
ta, ut non possit quis adoptari in eo cogna-
tionis gradu, quo fortè conjunctus est cum
Adoptante. Filius v. gr. naturalis Adoptantis
non potest adoptari in filium Adoptivum,
& nepos naturalis, quamvis possit adoptari in
filium, non tamen potest adoptari in nepo-
tem, &c.

Hæc omnia implicite comprehendit vul-
gata descriptio Adoptionis, quæ est hæc. A-
doptio est extranea persona legitima assumptio.
Per vocem enim illam (legitima) notantur pri-
mæ quatuor conditiones, per vocem (extra-
nea) notatur quinta, eo modo, quo jam ex-
Tamburinus de Sacramentis.

plicatum est, siquidem hic per illam non
significatur, personam adoptatam, debe-
re carere omni gradu naturali conjunctionis,
sed solum eo, ad quem assumitur.

2. Si quæras, cujus auctoritate hujusmo-
di Adoptio expedienda sit. Dico, eam expe-
diri posse ex auctoritate Magistratus inferioris
Summo Principe, & posse ex auctoritate
ejusdem Principis Summi: cum hoc tamen
discrimine, ut facta ex auctoritate Supremi
Principis (quæ consuevit proprio vocabulo
appellari *Arrogatio*, estque in jure perfectissi-
ma Adoptio, neque fieri potest, nisi Arrogans
sit ætatis, saltem 40. annorum (facta, inquam,
sic, habeat hos duos effectus, ut Arrogatus
transcat in potestatem Arrogantis, & ut sit
ejus hæres necessarius, etiam ex Testamento;
qui effectus Adoptioni communi nequa-
quam conveniunt.

3. In eodem Jure f. Civili ex dicta Arro-
gatione, vel Adoptione, quam cognatio-
nem legalem appellamus, tres oriuntur di-
ctæ cognationis species. Prima, est in linea
recta inter Adoptantem, & Adoptatum. Vi-
demus numero 5. Secunda, in linea colla-
terali inter Adoptatum, & filios carnales
Adoptantis, legitimos tantum ex Coninc. g Coninch.
sed ex Pontio h etiam illegitimos. Tertia, d. sp. 32. de
inter Adoptatum, & uxorem Adoptantis, & matr. nu.
item inter Adoptantem, & uxorem Adopta-
44. ri.

4. His præmissis ajo, Ecclesiam appro-
basse has prædictas tres species cognatio-
num, & in reverentiam, quæ ab adoptato fi-
lio debetur Patri assumpti ipsi in filium
adoptatum, eas ita approbasse, ut etiam vo-
luerit, inter illas personas jam memoratas in
tribus dictis speciebus invalidè celebrari ma-
trimonium, & consequenter cognationem
legalem esse impedimentum dirimens.

5. Primam speciem ex dictis, quæ est in
linea recta approbavit Ecclesia, ut impedi-
mentum dirimens in Decreto, i & illud qui-
dem, ut non solum contraheretur ab Ado-
i C. Ita di-
ligere 30.
ptato, verum etiam ab ejus filiis, & nepotibus;
qui essent in ejus potestate eo tempore, quo
celebraretur adoptio, duraretque in perpe-
tuum, id est, etiam finita Adoptione, ut notat
ibidem Sanchez.

6. Secundam Speciem approbavit eadem
Ecclesia, ut impedimentum dirimens in De-
Pp creta-

f. Apud
eundem
Sanct.

g Coninch.
d. sp. 32. de
matr. nu.
44.
d Pont. l. 7
matr. c. 41
nu. 8.

i C. Ita di-
ligere 30.
qu. 3.

eretalibus; sed est temporale. Finitur enim finita Adoptione.

7. Tertiā speciem approbavit Ecclesia, tacite, & ex antiqua consuetudine, nam ceterum id expresse non reperitur in Jure Canonico.

a Sanc. l. 1. d. 63. n. 29 8. Ex dictis duæ & personæ verbi gratia, Titius, & Maria alias inter se conjunctæ, si ab eodem adoptatæ fuerint, Rursus Adoptans, & Mater Adoptati, Præterea Adoptans, & filia nata ex filia Adoptiva, hæc, inquam, personæ non habent inter se cognationem legalem, quia non sunt in illis tribus speciebus numero tertio numeratis, quas solas induxit jus Civile, quasque approbavit Ecclesia. Quare illæ poterunt inter se validum inire matrimonium.

d Toler. l. 7. c. 4. Pont. l. 7. mat. c. 41. Sanchez l. 1. c. 9. Coninch. d. 30. n. 44. Perez. l. c. sec. 2. Aver. qu. 16. de matr. sec. 3. Vers. At vero ubi plures citat. 9. Benigna autem interpretatio quorundam non est hic silenda. Nonnulli sustinent hoc impedimentum induci, tum ab Arrogatione, quam explicui numero secundo, tum ab Adoptione, quia Ecclesia adnexuit hoc impedimentum absolute Adoptioni, at utraque verè Adoptio est: Sanchez etiam benignius, alique putant; solam prædictam Arrogationem parere Cognationem, cui Ecclesia conjunxit impedimentum, quia Matrimonium est jus valde favorabile, unde ejus impedimenta sunt strictè interpretanda, quæ stricta interpretatio tunc, in re, de qua loquimur, fiet, quando nomine Adoptionis, cui ejusmodi impedimentum adjungitur, intelligitur una illa Adoptio, quæ est perfectissima, id est, Arrogatio, non autem quæcumque. Profecto utramque sententiam probabilem esse, inficiari non possum.

10. Inquires. Cognatio hujusmodi legalis superveniens matrimonio jam contracto, privatur jure petendi, vel reddendi debitum conjugale.

f Sanchez l. 1. c. 19. Respondeo, Nequaquam, quia nulla apparet lex Canonica hæc privationem inducens.

CAPUT VI.

Impedimentum Quintum.

Crimea.

Non quodvis Crimen, sed solum illud, quod est contra fidem Matrimonii, & ex quo timeri possit conjugis, sive viri, sive feminæ occisio, est impedimentum dirimens. Quod certè quadruplex est.

§. I.

Primum Crimen.

Conspiratio cum occasione Conjugis, & sine Adulterio.

1. **S**I Titius verbi gratia, qui est Bertæ conjux, conspiraret cum Catharina ad interficiendam Bertam, sequaturque ex ea conspiratione ejusdem Bertæ interfectio, nascitur impedimentum dirimens inter Titium, & Catharinam. Idem dicendum, si Berta conspiraret cum Cajo verbi gratia, ad occidendum Titium; quia in hoc Canones: tum de occasione uxoris loquantur, tum de occasione viri. Ita Sanchez g contra paucos. Quare, ut g Sanchez hoc impedimentum enascatur, non requiritur ullum affuisse adulterium inter Titium, & Catharinam, cum hæc satis sit ipsa una conspiratio cum dicta occasione secuta, tamen in aliis tribus criminibus mox explicandis, requiritur præterea commissum inter dictas personas adulterium.

1. Nota insuper tria. Primum, conspirationem fieri debere à prædictis, ex intentione incundi inter se matrimonium. Qui igitur ex alio motivo conspirarent; puta ex odio, vel ex spe successionis, &c. & post commissam occisionem superveniret voluntas contrahendi matrimonium, non enascetur in ipsis impedimentum.

3. Rectè item Pontius & notat, illam intentionem incundi inter se matrimonium debere esse exterius explicatam: Si enim solum mente retineretur, hoc impedimentum non confurgeret, quia non adesset conspiratio duorum.

4. Nota

4. Nota secundò, eandem conspirationem satis haberi, si conjux, sive consilio, sive mandato, sive alia cooperatione auxilium afferat ad mortem. Rati habitio autem sola subsequens occisionem, ideo non sufficit, quia Jura de Rati habitioe non loquuntur.

5. Nota Tertio, mortem debere esse secutam, quia poena, nisi aliud exprimat, imponi semper intelligitur delicto completo. Non sufficit ergo attentatio, immò, nec vulnus, si id sufficiens non fuerit ad afferendam mortem, sed ea consecuta sit ex culpa, vel ignorantia Medicantis.

§. II.

Secundum Crimea.

Adulterium cum occisione sine mutua conspiratione.

1. Si idem Titius vir Bertæ, etiam si sit ejus vir per matrimonium tantummodo ratum, committat cum Catharina adulterium; alter autem horum adulterorum, etiam sine consensu alterius, mortem parat Bertæ; & re ipsa sequatur mors, b enascetur impedimentum dirimens matrimonium inter Titium, & Catharinam. Dictum est (etiam per matrimonium tantummodo ratum) quia etiam tunc est perfectissimum adulterium, ut docemus omnes. Idem dic de Bertæ, si committat adulterium cum Cajo.

2. Nota hic quatuor. Primum, machinationem mortis Bertæ jam secuta fieri debere ex intentione ducendi Catharinam. Quare si fiat ex intentione liberius verbi gratia, vivendi, vel ducendi aliquam forinam incertam, vel ex simili alia causa, non consurget impedimentum. Semper tamen in foro externo præsumetur, d intentio ducendi hanc, quoties occisor vult contrahere cum ea, cum qua adulterium perpetravit.

3. Nota Secundò, esse quæstionem, An hæc prava intentio debeat fuisse explicata ei, cum quo intenditur celebrari matrimonium? Et ajo, ita doceri à Pontio e sed prorsus non acquiesco. Negativè enim respondendum est cum Averfa, quia in hoc secundo crimine non requiritur conspiratio duorum, sicuti requisita fuit in crimine præcedente.

4. Nota tertio, adulterium, sive præcedat Verj. Ter-
moris machinationem, sive sequatur, suffi-
ciens esse ad constituendum impedimentum
tum ex hoc secundo capite.

5. Hinc, si prædictus Titius mandasset Sicario, ut occideret dictam Bertam ex intentione ducendi Catharinam, & post ejusmodi mandatum, ante mortem Bertæ, committeret adulterium cum Catharina, consurgeret impedimentum: non verò consurgeret, si cum eadem Catharina copulam habuisset post Bertæ mortem. Ita Sanchez g in simili de committente adulterium post propinatum venenum.

6. Nota Quarto, nonnulla circa adulterium hoc. Primum enim non sufficiunt oscula, h vel tactus turpes, sed requiritur copula consummata. Secundò, requiritur adulterium formale respectu utriusque, id est, non solum prædicto Titio, sed etiam Catharinæ debet esse notum, ipsum Titium esse uxoratum; si enim Catharina putet, Titium non esse conjugatum, copula, quam cum Titio habet, est adulterium in se, & respectu ipsius Titii, qui jam scit se uxoratum esse, sed non respectu Catharinæ, quæ putat, ipsum Titium esse solutum. Quare tunc non oritur impedimentum. Ita plures contra Pontium asserentem sufficere, etiam si malitia adulteri nota sit uni ipsi occisori. Tertio, non sufficit, tum adulterium esse formaliter tale ex sola conscientia erronea. Hinc, si dicti Titius, & Catharina putent Bertam vivere, cum tamen sit mortua vel putent inter Titium, & Bertam esse verum matrimonium, cum tamen ob aliquod impedimentum verum non sit, adulterium Titii cum Catharina non sufficit ad inducendum hoc impedimentum. Ratio horum trium est, quia Jura in re odiosa sunt strictè interpretanda. Ergo in casu nostro sunt intelligenda, non nisi de vero adulterio, quod omni ex parte verè, & realiter adulterium sit.

§. III.

Tertium Crimen.

*Adulterium cum promissione.
Matrimonii.*

Si Titius vir Bertæ, etiam per solum matrimonium ratum, committat adulterium cum Catharina, promittens huic matrimonium post Bertæ mortem, incidit, & in impedimentum dirimens matrimonium inter ipsum Titium, & dictam Catharinam. Vides Primò, hic non requiri occisionem, nec conspirationem, nec intentionem mortis; sufficit enim adulterium cum promissione, quam certe promissionem, negari non potest, dare anam captandæ mortis conjugis. Vides secundò, nec requiri iuramentum, quia promissio sine iuramento verissima promissio est. Vides Tertio, promissionem non debere esse revocatam, nam, si est revocata, evolat, & non perstat promissio ad adulterium, & simul promissio hoc impedimentum delinquentibus affigit. Revocatio autem, vel expressa esse potest, vel tacita, cuius tacite nonnulla exempla habere potes à Sanchez, b

2. Sed adhuc sunt addendæ notationes quatuor. Notatio prima. Adulterium hic intelligitur eo modo, quo intelleximus §. præced. num. 8.

3. Notatio secunda. Promissio debet esse acceptata ab altero conjugis, si enim acceptata non est vim promissionis, saltem completæ, non habet; Sed non est necesse, ut alter repromittat, siquidem nullum jus requirit ejusmodi repromissionem; quia tamen debet esse acceptata, ideo alteri significari omnino debet, ut dicam numero 6.

Quid si solum sit externa, sed fictio animo facta, atque adeo nullo modo interna? Respondeo, non sufficere, tum pro foro poli; tum, si possit probari, pro foro fori, quia verè tunc non est promissio cui jura, (quæ cum sint odiosa, non debent extendi) adnexuerunt impedimentum. Ita Henriquez c, alique, licet Sanchez d putet, sufficere, quia finis legis est, tollere ab adulteris occasionem captandæ mortis conjugis. Sed certe

finis legis non cadit sub legem nisi quatenus in verbis legis comprehenditur. Quare sententia Henriquez est à nobis approbanda.

4. Notatio tertia. Requiritur, ut dicta promissio sit absoluta, vel si sit conditionata, ut transierit in absolutam per adventum conditionis, qui scilicet eventus fuerit ante mortem conjugis. Si sic y. g. promittat dictus Titius prædictæ Catharinæ. *Te ducam in uxorem, si meus Pater discesserit ab hac Urbe*, necesse est, ut discessus Patris sit ante mortem Bertæ, ut cum adulterio consurgat impedimentum.

5. Quid, si sic promittat Titius? *Te Catharinam ducam, si moriatur Berta mea uxor*? Respondeo, tunc cum adulterio exurgere impedimentum, quia in casu hoc hujusmodi promissio æquivaleret promissioni absoluta, ut rectè notat f Aversa, siquidem hæc conditio (si moriatur mea uxor) semper imbibitur in promissione, quantumvis absoluta matrimonii, facta à conjugato: ergo non reddit illam diversam ab absoluta, & ex alia parte illa locutio potius auget, quam minuit anam captandæ mortis conjugis.

6. Notatio quarta. Dictum est, promissionem debere esse acceptatam. Jam quæro, an acceptatio hæc debeat esse externo aliquo signo facta ei, qui promissit?

Respondeo, ita profectò; secus completa promissio non esset. Ita Sanchez, g alique. Lege item Delugo, h qui hanc exteriorem significationem acceptationis necessariam esse putat in promissionibus onerosis (qualis certe est ea, de qua loquimur) (quamvis non in gratuitis.

7. Quid, si alter, qui debet acceptare, taceat?

Respondeo, si taceat, & interne non acceptet, ut dixi numero tertio sufficiens, & vera acceptatio non est. Quæstio ergo solum esse posset, quando quis acceptat interne, & taceret. Ad quam dico, reduci id tandem ad illam regulam: *Qui tacet, consentire videtur*: quam communiter Doctores explicant, valere semper in favorabilibus ipsi tacenti, non verò in odiosis, seu ipsi nocivis. Quid ergo? valetne in casu nostro? Sanchez i putat non valere, quia, sumus (ait) in nocivis, illa enim accepta-

a C. Si quis
vivente.
C. Relatum
31. q. 1
C. Signifi-
cavit nobis
De eo, qui
duxit.

b Sanchez.
lib. 7. ma-
tr. d. 79.
nu. 6.

c Henr. lib.
12. c. 14. n.
3.
G. Hurt. d.
3. mat.

diff. 2. n. 1.
§. 3.
Per. de
matr. d. 1.
sect. 4.
Ver. sig.
cere quæ
d. Sanchez
lib. 7. ma-
tr. d. 79. n. 11.
Comit.
d. 71. n. 1.
Castro. 2.
4. de juv.
p. 11. n. 1.
e Castro.
loc. cit.
citano. 6.
n. 1.
G. Hurt.
Acron.
com. 30.
Nacur. 9.
Rodrig.
f. Aversa.
ita. q. 1.
sect. 3. n.
g. Sanchez.
h. Sanchez.
75. n. 1.
Comit.
c. nu. 16.
h. Delugo.
de Inp.
Tr. 2. d. 1.
de Dona.
i. prom.
na. 65.
j. Sanchez.
c. nu. 75.
Bouet. 4.
matr. 3.
p. 6. nu. 4.
Acron. 9.
18. juv. 3.
Ver. sig.
dema.
Castro. 1.
c. nu. 10.

ceptatio re vera affert, causatque impedimentum matrimonii, quod incommodum est, & detrimentum. Coninch a putat, valere, quia sumus (ait) in favorabilibus, illud enim matrimonium apprehenditur ab illis adulteris, ut bonum. Quoniam verò utraque sententia est probabilis, rationes utrinque adductæ apud earum Doctores videantur.

8. Si ex circumstantiis colligatur, illud silentium esse potius contemptum, quam acceptationem, certum est, non sufficere, non esse tunc iudicandum, adesse acceptationem, ut non iudicatur (inquit in simili Delugo l.c.) si dicente Scurra puellæ Regiæ, Tibi promitto matrimonium, puella taceat: tunc enim silentium illud contemptum significat, non consensum.

Ex dictis vides, adulterium solum sine aliâ promissione, vel promissionem solam (quæ certe est peccatum & grave) sine adulterio non esse impedimentum dirimens, ut recte monet ibidem Averfa.

9. Ex dictis sequentem casum decidamus. Titius, & Catharina bona fide putantes Titii uxorem obisse, sibi invicem promiserunt matrimonium, deinde cognoverunt eam vivere, & nihilominus commiserunt adulterium, incurrerunt ne impedimentum, de quo loquimur?

10. Respondeo; Incurrerunt (ait Averfa, & in simili Perez d) quia jam adsunt illa duo, quæ ad pariendum hoc impedimentum requiruntur, nempe promissio & adulterium. Et quamvis ex Jure supra dixerimus. Adulterium debere esse formale, hoc est cognitum, utale; tamen non invenitur in Jure, quod promissio debeat esse cum noticia, quod, propter viventem conjugem, fieri illa promissio non possit.

11. Hæc illi, à quibus dissentire me cogit distinctio hic adhibenda. Si Titius, & Catharina adulterium post cognitionem vitæ Bertæ committunt ex vi promissionis factæ, seu ex confidentia, quod erant, (vel ita loquar) sponsi cum spe futuri matrimonii, sanè tunc assentior impedimentum confluere, quia sic persistit promissio & quidem sub mala fide, quæ antea erat sub bona. At verò, si cognita Bertæ vitæ, apprehenderint Titius, & Catharina, promissionem illam jam evanuisse, quia inter ipsos matrimonium intercedere amplius non potest, committuntque deinde

adulterium abstrahendo ab illa promissione, impedimentum non contrahent, quia sic adulterium non est conjunctum cum promissione, siquidem in illa jam, ut dictum est, in hoc posteriore casu, amplius non persistit.

§. IV.

Quantum Crimen.

Adulterium conjunctum cum matrimonio attentato.

1. SI Titius vir Bertæ per Matrimonium, etiam tantummodo ratum, committat cum Catharina adulterium, & insuper iidem id est Titius, & Catharina attentent contrahere matrimonium per verba de presenti, statim enascitur inter ipsos impedimentum dirimens: attentent (dixi) nam vivente conjugē, verum nunquam erit cum alio matrimonium. Neque mirum est, in hoc casu enasci dictum impedimentum; si enim illud, ex sola promissione matrimonii cum adulterio, confluit, multo magis ex consensu presenti.

Nihil præterea hic notandum occurrat, quod ex proximè dictis colligi non possit.

Quo Jure inductum est impedimentum Criminis?

1. SANE Jure Ecclesiastico, ut patet ex Textibus initio hujus Cap. allatis. Verum institui huic paragraphum, ut notarent duo.

Primum, Cum Infideles, non subiaceant legibus Ecclesiasticis, ideo sit, ut, si duo ex ipsis committant prædicta crimina, non futurum sit invalidum eorum matrimonium ex hoc Capite, ut re ipsa invalidum non fuit matrimonium David cum Bersabæa Adultera, post vitæ mortem, ab eodem David interfecti.

2. Secundum. Quid si aliquod ex prædictis criminibus committatur ab altero, qui sit Christianus, altero existente Infideli?

Respondeo, Sanè tunc redundat impedimentum dirimens inter ipsum nam ad contrahendum invalidè matrimonium satis, superque est, ut alter ex contrahentibus impedimento alligetur. Quemadmodum

contingit in impedimento solemnis Voti, vel Ordinis Sacri, quod, quamvis in altero dumtaxat inveniatur, irritum tamen reddit matrimonium. Sunt nihilominus in casu nostro

a Sanc. l. 7. aliquot exceptiones, quas admittit Sanchez, *matr. d.* licit verò Aversa, b quæque, si tempus tibi
78. n. 3. suppetit, & curiositas mover, vel necessitas
b Aversa decidendi urgeat, apud ipsos lege, rarissime
de matr. q. enim evenire solent.
18. fact. s.

CAPUT VII.

Impedimentum Sextum.

Cultus disparitas,

x. **I**nter personam baptizatam, & non baptizatam, quamvis Cathecumenam, invalidè initur Matrimonium, quod significamus, cum disparitatem cultus esse asserimus impedimentum dirimens. Id autem est inductum Jure Ecclesiastico propter periculum, quod subiret proles nascitura pravae educationis. Quod quidem periculum notat, Matrimonium inter Fidelem, & Infidelem illicitum jure naturae esse, sed non notat esse invalidum, ut minus rectè aliquot pauci putant. Locum Juris, in quo hoc impedimentum constituitur, non faciliè invenies; id, quod pluribus disputatum habes apud *c Pontium*; satis tamen nobis est, asserere, saltem ipsa consuetudine; & *infra Tr.* usu à Sancta Ecclesia illud fuisse approbatum.

2. Si Infidelitas superveniat Matrimo-
nio jam contracto, illud non dirimit, sed
infra Tr. qua ratione possit esse causa divortii infra
5. de matr. dicam. d.
ad Sac. c. 3. Infidelem autem dixi, nam cum hæ-
retico contractum Matrimonium à Catho-
lico validum est, quia Hæreticus supponitur
baptizatus; erit tamen illicitum, quia regu-
lariter timentur pericula male educationis
filiorum, vel perversionis alterius conjugis,
quibus tamen in raro casu cessantibus, posset
Summus Pontifex dispensare, Quæ, &
similia distinctius dicam infra, &
& passim f Doctores.

CAPUT VIII.

Impedimentum Septimum.

Vis.

DE Impedimento hoc, quod exurgit ex Vi, Coactione, Metu, dicemus commodius g non multo post.

CAPUT IX.

Impedimentum Octavum.

Ordo Sacer.

Ordinem Sacrum, hoc est Subdiaconatus, Diaconatus, & Sacerdotium esse in Ecclesia Latina impedimentum dirimens Matrimonium, est ita certum ut sit ex Tridentino de Fide.

2. Addeinsuper, si ordinatus quis in Sa-24. de
cris audeat Matrimonium contrahere, inci-matr.
dere in excommunicationem latae sententiae
ut infra dicemus, & incidere in irregulari-i Inf. l. 1.
tatem Bigamiae similitudinariae. ut explica-
bimus, cum de Irregularitate, & denique postea
sententiam incidere in privationem benefi-
ciorum, ut habetur in Jure. &

7. Inquires. In Ecclesia Græca, seu Orientali, si ordinatus in Sacris ducat uxorem, valide ducit? Nam licet Græcis jam uxoratis antea, concedatur postea, Ordines Sacros, non verò Episcopatum, valide luscipere, & illos in Matrimonio exercere; tamen non conceditur Matrimonio conjungi eos, qui Sacris Ordinibus sunt insigniti: nam propterea queritur, an sit ipsis Ordo Sacer impedimentum dirimens, ita, ut, si Græcus Sacerdos uxorem ducat, non illicitè modò, sed invalidè ducat?

4. Respondeo, Invalide dicit Azor *I*, vali-
de Arcudius, *m* cui fortasse magis habebit fi-
dem Lector, utpote viro docto ex Græcis, & 14. q. 7.
in suis ritibus peritiori, quàm Azor. Ipsum *m* *Ar-*
adi. *in Choro*

5. Multa hic essent superaddenda, nisi alibi 7. c. 43.
de iis sufficienter dixissem, nam propterea hic in Methodo
indicare loca satis erit. Quodnam Sacilegiū Conf. 43.
committat Sacro Ordine initiatus, si contra 6. 7. 8. 11.
Castitatem peccet, dixi in Methodo. n. 4. 5. 11.

Quid de Sacerdote Græco? Dixi in libris

a Li. 2. in Decalogi. a

Decal. c. 6. An Sponsus invita Sponsa, Ordinem Sacrum licite suscipere valeat? Infra. b

b Infra Tr. An Ordo Sacer dissolvat vinculum Matrimonii? Infra. c

3. de spons. monii Rati? Infra. c
fals. c. 5. §. 3. An ex consensu uxoris possit ordinari uxore? Infra Tr. ratus, & quid si ordinetur, absque ejus consensu? Infra. d

vi Sacr. c. An obligatio servandæ Castitatis, annexa 6. §. 2. nu. ordinatio in Sacris sit ex Voto, an ex Pæcepto? Supra. e

d Infra Tr. An infans: vel ignorans hanc obligationem, illam subeat, si ordinetur? Ibidem. f

e. 4. §. 2. An Metu, vel vi Coactus Sacrum Ordinem suscipere, eandem servandæ Castitatis obligationem contrahat? Ibidem. g

3. §. 5. p. An in Sacris constitutus incurrat excommunicationem, si attentet Matrimonium contrahere? Infra, h ut modò nu. 2. dixi.

g Ibid. a
n. 13.

h Infra c.

17. §. 14.

i Diana p.

4. T. 7.

Ref. 4. Ca-

stroph. T. 1. 1.

ff. 4. d. 8.

p. 16. §. 8.

Th. Hurt. n.

p. 1. Rep.

ut probatione nõ indigeat, debeatque inquit.

mot. r. 5. c. sitotibus; deferri, qui, dum vivit cõjux, aliud

2. nu. 32. Matrimonium contrahit. Immo per aliquos

k Carena k etiam, qui sponsalia nova, dum ipse est ma-

p. 2. tit. 9. trimonia devinctus, inquit cum aliqua.

n. 6. juncto

Conveniunt autem Doctores, hoc im-

pedimentum esse ex jure naturali, & Divi-

47. Bord. no, quamvis non negent, olim concessisse

Deum Hebræis polygamiã, hoc est uxores

Trib. c. 22. plures, de quare Pontius, l. alique multa

qu. 39. Sed scribunt.

omnino

2. Aliud hic superaddere non occurreret,

nisi animadverterem, velle Lectorem hac

Hurt. l. c. occasione opportunè doceri, quam cogni-

n. 34. tionem mortis alterius debeat habere alter

35. qui re-

conjug, ut possit ad alias nuptias animum

adji- cere.

3. Ajo, hanc Regulam dari ab omnibus

l. Pont. l. 7. receptam, eamque in utroque foro. Non suf-

mat. c. 49. ficit ad secundum Matrimonium contrahen-

Sancho l. 7. dum verisimilitudo, vel probabilitas mortis

1. 30.

conjugis, multo minus dubium negativum, in Ap. Sac. sed necessaria est cognitio moraliter certa. l. 2. d. 48. Hæc regula probatur. Primò, quia in Sacro Ap. Barb. Textu n. dicitur. Donec constet, quod ab vita in Collett. conjux migraverit, & alibi, o Donec certum ad cap. in nuncium recipiant de morte virorum. Secundò, præsentia quia hic agimus de tollenda possessione prioris conjugis: At contra possidentem probatur in D. Dotiones debent esse claræ, & convincentes, minus de Tertiò, quia incommoda gravia, quæ solent secundis nasci, si inito secundo matrimonio, inveniuntur vivere: prior conjux, satis ostendunt, in o C. In tam gravi negotio ex valde firmis rationibus præsentia, esse procedendum. De sponsal.

4. Neque obstat Pontifex, dum alibi dicit, Tamdiu alter conjugum expectetur, donec de ipsius obitu verosimiliter præsumatur. Non obstat, inquam, quia illud (præsumatur) notat, requiri verosimilitudinem, quæ solet præsumi in Jure, at hæc in tanta re, in qua agitur de secundo matrimonio, non ducitur in Jure, nisi ex rationibus moraliter certis. Aliam explicationem hujus textus affert Gattirez, quam vide apud Sanchez. p

5. Verum, his habitis, vix aliquid habuimus. Nam Inquiri, unde nam, & qua ratione ne ejusmodi moralis certitudo conquirenda sit: Molestia difficultas in praxi, nam propterea Ver. Se rea id a Jure Judicis arbitrio tandem remittitur. Lucem nihilominus ex sequentibus q. Sanc. l. probationibus, seu conjecturis non exiguum mori- hauiemus. cando n. 9.

6. Primò, Non sufficit sola conjugis absentia longi temporis, etiam si interim adhibita sit diligentia, & etiam si, ut habet Textus, & foemina esset juvenis, & se continere Menoch. non posset, quia vita hominis posset durare de arbitrio usque ad annos centum. lege Sanchez. casu. 47. l. c. n. 1.

7. Secundò, Non sufficit, si nullus habeatur testis de visu, sed solum aliqui de auditu, & de fama testimonium ferant, conjugem obisse, id enim rem certam nequaquam reddit. Ita communis fert opinio. s

8. Tertiò, non sufficit unus privatus testis de visu, quia pari modo unus, tanti negotii sponsal. re certam non reddit. Et quamvis aliquando i Sanc. l. c. testis unus admittatur ad aliquam probationem 15. Pont. l. certam faciendam; id tamen est in re alteri 7. c. 53. n. 3 nequaquam præjudicante: at in casu nostro u Sa c. l. c. præjudicium ferretur ipsi primo conjugis. n. 12.

9. Obji-

9. Obijcies. Modò Sacer Textus dixit, requiri certum nuncium. Ergo unus sufficit testis, secus dixisset (*nuncios.*)

*a Hostien-
sis, & Ver-
rac. ap-
Sanc. l.c.
n. 10.* Respondeo, propter hanc considerationem putarunt plures apud Sanchez, a sufficere testimonium unum de visu. Sed immerito, nam illa vox (*nuncium*) in hoc textu est neutrius generis, & stat pro (*Nunciatione*) sensusque est huiusmodi. Donec certum nuncium, seu certam nunciationem (*auviso Italicè*) recipiant. Nec gratis affigimus hanc interpretationem, cum ipsa materia, de qua agitur, illam prorsus expostulet. Atque hæc tria non sufficiunt, sufficienti verò tria sequentia.

10. Quartò enim, si cum fama, seu cum Testibus de auditu adjungantur aliæ conjecturæ non levis momenti, utique b sufficiunt, *b Bonac de
matr. q. 3.* quia, sic, rem moraliter, & humano modo p. 10. n. 14 certam faciunt, atque hic maxime valet prudens Judicis arbitrium. *Aver. q.*

11. Quintò. Si cum unico Teste de visu aliæ simili modò conjecturæ, seu adminicula conjungantur, multo magis, si per distantiam major probatio speranda non sit, sufficere docet Sanchez. c

*c Sanc. l.c.
n. 12.* 12. Sextò. Si Rector Parochiæ testificetur de morte prædicta, vel exhibeatur ejus authentica fides, probabitur tunc sufficienter mors, quia hæc est probatio publici Officialis, seu per publicam scripturam exhibita quæ fidem moraliter certam facit.

13. Sed quid, si, adhibitis necessariis diligentis moraliter, constat de morte conjugis, unde bona fide matrimonium quis novum contrahat, sed casu occurrat, conjugem illum vivere, validumne fuit novum matrimonium?

14. Respondeo, omnino fuisse invalidum; neque enim bona fides, immo, neque Judicis sententia, si fortè interposita fuisset, potest tollere impedimentum dirimens matrimonium. Quare conjux ille, qui defunctus credebatur, si fortè appareat, revocare sibi omnino suam conjugem debebit.

15. Inquiret Curiosus. Si Titius v. g. mala fide contraxisset cum Catharina, quæ tamen Catharina putabat fide bona, & fortè ex Judicis sententia Bertam conjugem priorem Titii jam è vivis decessisse, contingat autem, ut deinde idem Titius asserat Catharinæ, matrimonium inter ipsos esse irritum, quia fuit Titii conjux Berta verè vivebat, quando

item Titius contraxit matrimonium cum ipsa Catharina, illinc obligabitur cedere Catharina?

Respondeo, Nisi certò ostendatur ex aliis probationibus tunc vivam fuisse Bertam, non obligatur, quia propria Titii confessio ipsi Titio præjudicat, non verò alteri tertio. Legantur Sanchez, d & ea, quæ ego dixi in hanc rem e alibi.

16. Iam, si occurrat oppositum, quid dicendum? Verè mortua est uxor Titii, sed putantes ipsi Titius, & Catharina Bertam vivere, matrimonium cum mala fide contraxerunt, contraxeruntne valide?

Respondeo. Si fides mala fuit innixa certitudini, quamvis solum existimata, invalidè contraxerunt, quia tunc adesse sufficiens consensus non potuit: Si verò fuit innixa dubitationi, vel probabilitati, quam ipsi non curarunt indagare (quod idem esset, si pendente lite pro validitate prioris matrimonii, novum contraxissent; sic enim etiam contraxerunt cum dubio) si, inquam, sic fuit, & deinde invenitur verè fuisse Bertam mortuam, validè contraxerunt. Ratio est, quia in hoc casu adfuit sufficiens consensus, ut dicemus aliquantulum postea. Quem locum, nisi legas, hanc rationum diversitatem intelligere profectò nequaquam poteris.

CAPUT XI.

Impedimentum X.

Publica Honestas.

§. I.

Quid illud sit?

1. **I**mpedimentum publicæ honestatis, (seu, ut solet etiam appellari, Justitiæ publicæ honestatis, propterea quod ab Ecclesia institutum est, propter quandam honestatem, & decentiam publicam) oritur ex duobus capitibus, puta ex sponsalibus, & matrimonio tantum rato, sed in diversis gradibus.

2. Si enim Titius v. g. contraxit sponsalia cum Berta, idem Titius non poterit, etiam

a Ut testatur etiam post mortem Bettae, a conjungi in tur villa. Matrimonio cum consanguineis Bettae in lab. de co- primo gradu, nempe cum Matre, vel Sororibus, vel filia dictae Bettae, nec Beta cum similibus consanguineis Titii; quia ex sponsalibus, respectu dictorum nascitur impedimentum dirimens. Dico (respectu dictorum) nam respectu aliorum quorumcunque, ex sponsalibus solum oritur impedimentum impediens, ut dicemus *b* infra suo loco.

3. Si verò idem Titius contraxit matrimonium per verba de praesenti cum Beta, sed nondum consummavit (si enim consummavit, oritur impedimentum aliud, quod appellatur Affinitatis, & de quo cap. sequenti dicemus) quo pacto est matrimonium tantummodo ratum, non poterit Titius contrahere matrimonium cum nulla ex consanguineis Bettae usque ad quartum gradum inclusive, nec Beta cum similibus consanguineis Titii, ut notat saltem ex recepta legitima consuetudine. Pontius, & Notetur bene hæc diversitas, nam ego ad aliqua peculiaria de duobus dictis capitibus separatim explicanda, gradum facio.

§. II.

Publica Honestas ex sponsalibus.

1. **T**ria peculiaria de hac habet Tridentinum. *d* Primò disponit, ut, quia jure antiquo hæc publica honestas orta ex sponsalibus extendebatur usque ad quartum gradum, nec restringatur, ut dictum est, ad Primum.

2. Secundò, ut non enascatur hoc impedimentum, nisi ex sponsalibus validis. *e* *h* *a* *G*. Quare, si ex quocunque capite, sive ex defectu consensus, quamvis solum interni, *e* *h* *a* *G*. *d*. *21*. sive ex impedimento occulto, quo sponsi laborarent, invalida essent sponsalia, hoc impedimentum nullum esset.

3. Tertiò, ut sponsalia debeant esse, absolute, nam si sint conditionata, hoc impedimentum pari modo non incurritur. Vide num. 9.

Tamburinus de Sacramentis.

DISSOLUTIS SPONSALIBUS, AN etiam dissolvatur hoc Impedimentum?

4. Circa hæc sic dubitare posses. Pri- *f* *G*. *Hurt.* mò, Titius, & Beta contraxerunt validè *d*. *21*. *diff.* sponsalia, sed deinde, sine mutuo con- *1*. *n*. *5*. sensu ea dissolverunt, sive ex justa causa *Pont.* *1*. *7*. alter legitime à sponsalibus recedendo, ea *c*. *36*. *n*. *9*. fuerunt legitime dissoluta, Tu ergo nunc *Barb. in d.* dubitas, an sponsalibus jam cessantibus, *Cap. Trid.* cesset etiam impedimentum publica Hone- *d*. *8*. *Sa* stas. *Ver. Matr.*

5. Respondeo. Cessare putat *f* *Hurtadus* *n*. *12*. *Ca-* aliique, quia cum nunc sint dissoluta illa *strop. disp.* sponsalia, jam verificatur, illa esse invalida, *4*. *p*. *10*. unde ex Tridentino, ut dictum est num. *2*. *n*. *9*. *Leñd.* non parient impedimentum. Non cessare *tr*. *9*. *d*. *19*. docet Sanchez *g* cum aliis, quia initio fue- *q*. *4*. *Cor-* runt valida sponsalia, unde jam ortum fuit *n*. *jo*. *d*. *7*. impedimentum, illo autem semel exorto, *dub.* *30*. *q*. non dependet à voluntate sponsorum ejus *5*. cessatio. Confirmatur, quia non cessat hoc *g* *Sanc.* *1*. *7*. impedimentum morte alterius ex sponsis, ut *d*. *68*. *n*. *21*. *§. 1*. diximus, & tamen tunc dissolvatur *Layman.* *1*. sponsalia. *5*. *tr*. *10*. *p*.

6. Utraque sententia videtur probabilis. *4*. *c*. *9*. *Pe-* Quòd enim prior *h* afferat pro se declara- *rez de ma-* tionem Cardinalium, nihil est, quia etiam *tr*. *d*. *8*. *sec.* posterior *i* aliam pro se Cardinalium de- *2*. *Aver.* clarationem inducit, immo, & stylum *h* *de matr.* *q*. Curiae Romanae per quem obtineri in ejus- *17*. *sec.* *5*. modi casu, de quo loquimur, dispensatio *Ver. Ad-* solet. Ad rationem posterioris posset prior *dir. Bonae.* respondere hoc impedimentum non enasci, *qu.* *3*. *p*. *11*. nisi, quando adsunt sponsalia, at quando *n*. *7*. sunt retractata, moraliter non adsunt, unde *h* *Pont.* *1*. *c*. non est mirum, si non remanet impedimen- *i* *Bona.* *1*. *c*. tum. *k* *Aversa.*

Ad confirmationem potest afferri dispa- *l*. *c*. ritas, nam, quia sponsalia retractata non fuerunt à sponsis ante mortem. Noluit Ecclesia, ut impedimentum aboleretur per solam mortem, quia judicantur permanere.

7. Pro priore sententia habeo Consilium *l* *P. Musti-* Patris Petri *l* Musticae Doctissimi Theo- *ca in suis* logi nostrae aetatis, cujus supra etiam memi- *manni* ni, qui Consilium sic absolvit: Unde potest, scrip. *cont-* qui contraxit sponsalia de futuro cum filia, po- *sillus conf.* stea verò per mutuum consensum dissoluta, po- *40*.

test, inquam, contrahere matrimonium, cum Matre sine ulla dispensatione Summi Pontificis. Et ita ego sentio, salvo meliori iudicio aliorum Ptasantissimorum Theologorum. Atque hanc sententiam deduxerant in praxim Archipresbyter Sambucensis, & Episcopus Agrigentinus permittentes, quod Joseph Torres sine dispensatione duceret in uxorem N. Buscemi sororem minorem, qui paulo antea eodem anno 1634. inierat sponsalia cum sorore maiore N. Buscemi, qua mutuo sponsi, & sponsa consensu fuerant dissoluta.

Post hæc scripta, immo & in prima editione impressa, in manus meas venit Decretum S. Congregationis contra posteriorem sententiam latum, quod certe omnino servandum est: est autem huiusmodi.

[Jubente Sanctissimo Domino Nostro propositum fuit in Sacra Congregatione Concilii, An sponsalibus validè initio contractis, deinde mutuo consensu dissolutis, sit sublatum impedimentum iustitiæ publicæ honestatis. Et dubio pluries proposito, & maturè examinato, tandem sub die 6. Julii 1658. Eminentissimi Patres in antiqua ejusdem Congregationis sententia consentientes, censuerunt, non esse sublatum.]

Cujus sententiæ una cum rationibus hinc inde deductis, & recentioribus ejusdem Congregationis in hac materia responsis, facta relatione ad Sanctissimum, Sanctitas sua die 10. ejusdem mensis prædictam Congregationis resolutionem probavit, eamque jussit in dubium deinceps non revocari.]

SECUNDA SPONSALIA, AN pariant Impedimentum?

8. Dubitare potes sic Secundò. Titius contraxit validè sponsalia cum Berta: mox, alia sponsalia, (& quidem illicitè) contraxit cum Antonia sorore Bertæ, pariuntne hæc secunda sponsalia impedimentum contra ipsum Titium, ita, ut non possit amplius sine dispensatione ducere Bertam?

*a Aversa
q. 17. sect.
5. Ver. A-
lia tandè.*

Respondeo, Non parere, *a* quia hæc secunda sponsalia sunt invalida, quæ ex Tridentino, ut dictum est, impedimentum non afferunt.

SPONSALIA CONDITIONATA, An pariant dictum impedimentum?

9. Dubitare denique posses Tertio. An sponsalia facta sub conditione de futuro suspensente consensum, si adveniat deinde conditio, tunc emergat hoc impedimentum?

Respondeo, cum communi sententia *b c b* Dicitur mergere, nam ex sponsalibus conditionatis non nascitur, quia illa nondum sunt vera sponsalia: at adveniente, & purificata conditione, jam sunt vera, absoluta, & propria sponsalia: ergo, &c.

§. III.

Publica Honestas ex Matrimonio Rato.

1. **EX** matrimonio tantummodò rato oritur impedimentum hodie dirimens matrimonium usque ad quartum gradum inclusive, supra indicavimus, nam olim extendebatur usque ad gradum septimum. Jam inquiri, ejusmodi impedimentum oriturne, etiam ex matrimonio rato invalido?

2. Respondeo, esse bene *c* distinguendum; nam oritur ex invalido, quod in *co* muto validum sit ex omnibus aliis capitibus, *radu* in præterquam, si sit invalidum ex defectu *q. n* consensu. Quare, si matrimonium ratum *passim* fuit invalidum, quia fuit cum consanguinea, cum affini, cum Professa solemniter, &c. jam incurristi impedimentum dirimens Publicæ Honestatis ex matrimonio rato; at si fuit invalidum ex defectu liberi tui consensus, qualis etiam est consensus ex metu, ex errore personæ, ex amentia, ut notat Hurtadus, *d* impedimentum hoc non contraxisti.

3. Notas differentiam? Impedimentum Publicæ Honestatis ex sponsalibus nunquam ex Tridentino oritur ex ipsis sponsalibus invalidis. At impedimentum ejusdem publicæ honestatis ex matrimonio rato oritur semper, excepto cum affuit defectus ipsius consensus; tunc enim non oritur, ut dictum est.

Ex

Ex defectu ætatis, quando sufficiens consensus deficit pro matrimonio, non incurritur publica honestas ex matrimonio rato, quia hoc est defectus pleni consensus: At verò, quia ille consensus valeret, ut sponsalia, incurrit publicam honestatem ex sponsa-

libus, dicam infra. a

4. Quid, Quando Matrimonium ratum sit invalidum, quia contrahitur clandestine, id est, quia celebratur sine Parocho, & Testibus?

Respondeo. Non contrahi hoc impedimentum tenet Sanchez, b & Coninch. c sed immerito; nam propterea contra eos arguit rectè Perez: d cum enim (ait) in hoc casu matrimonium non sit invalidum ex defectu consensus, sed ex defectu solemnitatis illi consensui annexæ ab Ecclesia, non est ratio, cur impedimentum non enasci concedamus.

5. Quid de Matrimonio rato conditionato per conditionem futuram suspendentem dicti Matrimonii consensum?

Respondeo. Dum manet conditionatum, non parit hoc impedimentum, quia tunc nondum verè est matrimonium. At adveniente conditione, parit, quia jam tunc absolute est, & verum matrimonium.

6. An autem, adveniente conditione, antequam novum consensum legitime adhibeant conjuges, oriatur publicæ honestatis impedimentum, tanquam à sponsalibus, atque adeo usque ad primum gradum dumtaxat; an verò tanquam à matrimonio jam rato, adeoque usque ad quartum gradum, quæstio est apud Doctores. Nam aliqui volunt matrimonium sub dicta conditione, celebratum, adveniente conditione non habere vim, nisi sponsalium, antequam de novo rite consentiant sponsi, & hi debent consequenter tenere, tunc oriri impedimentum tantummodo usque ad primum gradum. Aliqui verò contendunt dictum

Matrimonium jam habere totam vim Matrimonii rati, & hi debent consequenter docere, tunc oriri impedimentum usque ad quartum gradum. Quoniam verò nos infra e docuimus, utramque sententiam esse probabilem, sed priorem probabiliorem, ideo idem dicimus in præsentia de impedimento. f

CAPUT XII.

Impedimentum undecimum.

Affinitas.

§. I.

Quid sit, & quatenus extendatur.

1. Affinitas est propinquitas, seu attinentia quædam, quæ ex copula carnali (quam completam vir, & mulier, sive licite per conjugium, sive illicitè per culpam habent) provenit inter consanguineos viri, & dictam mulierem, & inter consanguineos mulieris, & dictum virum. Cum enim vir, & mulier per copulam, vel semel habitam, fiat una caro, & unum principium ejusdem filii, merito consanguinei utriusque ad ipsos accedunt, modo dicto: quæ attinentia vocatur Affinitas, quia consanguinei alterius (quilibet juxta suum gradum) veluti accedunt ad fines alterius. Ipsi verò vir, & mulier copulam habentes non sunt, nec vocantur affines, sed fiunt una caro, & vocantur stipites Affinitatis: sunt enim radix, seu causa, unde ceteri fiunt affines.

2. Quoniam verò Affinitas habet, ut dictum est, suos gradus, perinde ac consanguinitas, ad eos distinguendos solet à Canonistis hæc dari Regula. *Persona addita persona per carnis copulam mutat genus, non gradum attinentiæ.* Merito dicitur (*mutat genus*) nam ex consanguineis fiunt affines, & merito dicitur (*non gradum*) quia eo gradu, quo erant consanguinei, fiunt in eodem gradu affines. Sed clarius habet sequentem Regulam explicantem illam Canonistarum. Quoto gradu consanguinitatis, est quis conjunctus, vel distat ab uno ex illis, qui copulam inter se habent, eodem gradu affinitatis est conjunctus, vel distat ab altero ex ipsis, qui prædictam copulam habent. Si ergo Antonius v. g. est in primo gradu collateralis cum Titio, id est ejus frater ex affinis in eodem gradu cum Maria, cum qua Titius per copulam se conjunxit, & in eodem gradu affinis erit Berta Soror Mariæ cum dicto Titio. Pari modo, si Cæsar est pater Titii,

Quæ 2 atque

atque adeo in primo gradu cum ipso conjunctus in linea recta erit affinis in primo eodem gradu in linea recta cum Maria, & similiter in eodem primo gradu erit pater Mariæ cum Titio, & sic de cæteris, mutando semper nomen consanguinitatis in Affinitatem, & ut dictum est, servando semper eundem gradum.

3. His declaratis, dicendum est, Affinitatem ortam ex copula licita, hoc est inter legitimos conjuges, hodie esse impedimentum dirimens sublequens matrimonium usque ad quartum gradum consanguinitatis inclusivè: Affinitatem verò ex copula illicita, id est fornicaria, hodie esse impedimentum dirimens idem matrimonium sublequens, solum usque ad secundum gradum ejusdem consanguinitatis inclusivè. Ratio est expressa dispositio a Tridentini confirmantis Decretum b. Innocentii III. in Concilio Lateranensi.

a Trid. sess.
24. c. 4. de
Reform.

matr.

b C. Non

debes de

Consang.

c Affini-

tat.

c Sane. l.

7. d. 67.

4. Dixi (hodie) nam antea multò latius ejusmodi Affinitas extendebatur, tunc enim affinitas pariebat affinitatem, ut habes latè apud Sanchez. c. At verò, nunc certa Regula illa est: Affinitas non parit affinitatem. Quare hodiè inter consanguineos Mariti, & consanguineos uxoris nulla est affinitas, nam solum est inter consanguineos Mariti, & uxorem, & inter consanguineos uxoris, & maritum.

5. Ex dictis ergo fit, ut duo Fratres possint sine dispensatione accipere duas sorores, vel soror, & frater Petri v. g. copulari matrimonio cum fratre, & sorore Antonii v. g. Item fit, ut unus ex fratribus ducere possit viduam, & alter frater possit ducere filiam ejusdem viduæ genitam ex mortuo Marito. Item, ut Pater ducere possit viduam, & ejusdem patris filius ducere ejusdem viduæ filiam ex alio Marito, atque hæc omnia, quia Affinitas non parit Affinitatem. Ita d. Sanchez.

d Sane. lib.

7. matr.

d. 67. nu.

3.

6. Item dic, si Cajus v. g. ducat viduam relictam à propriæ uxoris fratre. Clarius Cajus duxerat Bertam, hæc autem Berta habet fratrem nomine Cæsarem, qui duxerat Catharinam. Dico, mortua Berta, & Cæsare, posse Cajum ducere Catharinam, quia Cajus contraxit quidem affinitatem cum Cæsare, sed ex dictis nullam cum uxore Cæsaris, nempe Catharina.

QUÆSTIUNCULA ORTA EX prædictis.

7. Diebus hisce superioribus emerfit sequens difficultas, cujus expressam solutionem apud neminem ex Scriptoris, nec ego, nec nostri Collegii Panormitani Theologi invenire potuimus.

8. Si ex vivis excedat Berta uxor Titii, perseverat in Titio affinitas cum omnibus Bertæ consanguineis, quia, ut cum Sancto Thoma ex Textu notat Sanchez, affinitas semel orta perpetuò remanet. d. 64. n. 2. ex C.

9. Sed quid, si post mortem Bertæ nascatur ex sorore v. g. dictæ Bertæ puella aliqua, hæc puella eritne affinis ipsi Titio, ita ut inter ipsam, & Titium nequeat validum matrimonium intercedere? ratio 36. q. 10.

10. Respondeo, Theologi ferè omnes prædicti, & ego minimus omnium, diximus esse affinem, & inter ipsos invalidum fore matrimonium. Ratio fuit, quia Affinitas non solum extenditur ad consanguineos viventes, vel natos, vivente ipsa uxore, sed etiam ad consanguineos natos post ipsius uxoris mortem. De novo enim nati verè, & in omni rigore sunt consanguinei dictæ uxoris, quamvis mortuæ. Et sanè Pater in Colo v. g. existens, ut suum filium, suosque nepotes recognoscit filium posthumum, & nepotes descendentes. Si ergo postea nati, sunt verè consanguinei uxoris Titii, erunt affines ejusdem Titii.

11. Noluit acquiescere huic rationi unus ex prædictis nostris Theologis. Unde quæstionem hanc Romæ decidendam misit ad Patrem Ludovicum Leti, nostræ Societatis virum Doctissimum, & præcipuè in Sacris Canonibus excultissimum, qui respondit, certissimam esse doctrinam à me, prædictis, que Theologis allatam. Huic responsioni necdum ille unus acquievit, donec suum argumentum dissolutum viderit: argumentum autem fuit hujusmodi: Affinitas non resultat nisi mediante Matrimonio: ergo, non stante Matrimonio, resultare ea nunquam poterit. Sed post mortem prædictæ Bertæ jam non stat Matrimonium cum Titio, quia ex Sancto Paulo Matrimonium dissolvitur per mortem: ergo nec resultabit affinitas in Titio cum natis post mortem Bertæ.

12. Re-

12. Respondi in hunc modum: Affinitas non resultat, nisi mediante Matrimonio, quod aliquo tempore existit, concedo, quod nunc actu existat, nego. Unde nego consequentiam. Cujus distinctionis ratio est, quia, ut diximus, adhuc de novo nati (Matrimonio scilicet amplius non existente) sunt consanguinei uxoris: ergo non possunt, non esse affines Mariti; Sacri enim Canones ad contrahendam Affinitatem nihil aliud requirunt, nisi consanguinitatem cum altero ex conjugibus, nec distinguunt, stante, vel non stante Matrimonio.

13. Confirmatur. Affinitas usque ad secundum gradum contrahitur ex copula fornicaria semper confurgit, ut vidimus, quamvis ibi non adsit, nec stet Matrimonium; Satis enim est, ut aliquo tempore adfuerit copula illa illicita. Ergo, & in casu nostro satis est, quod aliquo tempore adfuerit copula licita.

14. Et hinc ducitur ratio à priori. Nam Affinitas non oritur ex Matrimonio immediate, sed ex mixtione Corporum, etiam semel habita inter virum, & mulierem. Quamvis ergo per mortem dissolvatur Matrimonium, non dissolvitur immediata radix affinitatis, quæ est, copulam intercessisse inter virum & mulierem, ergo Affinitas, quæ nasci ex tali radice debet, impediri non poterit.

§. II.

Quo iure inductum est hoc Impedimentum Affinitatis.

1. Quamvis naturaliter confurgat attinentia consanguineorum alterius conjugis cum altero, quam Affinitatem appellamus, ea enim confurgit ex ipsa mixtione corporum, quo conjuges sunt una caro; tamen eam attinentiam esse impedimentum dirimens Matrimonium subsequens omnino inductum est ab Ecclesia, & idque propter convenientias supra in explicatione impedimenti ex consanguinitate indicatas, hic proportionaliter applicandas. Addita etiam est excommunicatio contra incalescentes Matrimonium cum hoc impedimento, ut dicam cap. 17. §. 3.

2. Hinc rectè colligit Hurtadus, & duos ad 20 mat. Infideles, qui dictam affinitatem contraxerunt, postea tempore Infidelitatis valido Ma-

trimonio conjugii cum affinibus, quia Infideles non subjacent Ecclesiæ legibus. Cetera ad Infideles circa hoc pertinentia vide apud Hurtadum.

§. III.

Affinitas superveniens Matrimonio.

1. Diximus, affinitatem dirimere Matrimonium subsequens; si autem ea superveniat Matrimonio jam contracto, hic dicendum est. De cognatione spirituali superveniente dixi lib. 2. c. 4. §. 2. an. 17.

2. Breviter. Si vir, vel uxor copulentur cum aliqua, vel aliquo ex consanguineis in primo, vel secundo gradu tantum sui conjugis, non dirimetur Matrimonium jam factum, sed impediatur, ne conjux à suo conjugee debitum conjugale petere licite possit. Si Titius v. g. vir Bertæ cognoscat turpiter Sororem, vel Matrem Bertæ, non poterit amplius petere debitum à Bertæ, nisi accedat legitima dispensatio ejus, qui dispensare potest, de quo infra e dicam; Ultra peccatum igitur incestus, quod committit Titius, cognoscendo suam affinem, incidit ipso facto in prædictam poenam. Hoc igitur impedimentum non oritur, si conjux cum suis propriis consanguineis incestum committat, sed solum, si committat eum consanguineis sui conjugis.

3. Ne autem hic duo confundas, quæ sunt satis diversa. Nam, si Titius v. g. vir Bertæ cognoscat turpiter aliquam Bertæ consanguineam in remotioribus gradibus, à primo, & secundo, hoc est in tertio, vel quarto, committit quidem incestum, quia, ex prædictis, consanguinei ejus uxoris sunt ipsi Titio affines, at non amittit jus petendi debitum à sua uxore Bertæ, quia Tridentinum hanc poenam non valendi petere debitum, sicut & impedimentum dirimens ex copula illicita, restrinxit ad primum, & secundum gradum dumtaxat, ut dixi.

Simili modo, si idem Titius v. g. cognoscat turpiter aliam extraneam, nulla consanguinitate ad se, vel ad uxorem suam pertinentem, cognoscat v. g. Mariam, contrahet impedimentum, ne ipse Titius post mortem suæ uxoris Bertæ possit Matrimonium contrahere cum consanguineis Mariæ in primo & secundo gradu, & si cum his forte po-

Qq 3 stea

a Pius V.

ad Domi-

num 1557

Declarat.

Cardi. ap.

Pont. li. 7

matr. d. 33

num. 6.

b Sanch.

lib. 7. matr.

d. 67. n. 7.

c L. 7. in

Dec. l. c. 4.

§. 2. n. præ-

ser. 12.

d Sanc. l. 7

d. 31. m. 1.

Pont. l. 10.

c. 7. nu. 6.

aliiq.

e Pont. l. c.

Bonac. de

mat. q. 4.

p. 2. n. 5.

Ave. q. 17.

mat. sec. 3.

Ver. Quod

si fem. con-

tra. ap. b.

Pontium.

affectata,

ut liberius

dicti conjuges

peccent,

neque incurret

impedimentum

dirimens Ma-

trimoniū,

fortè contrahendū

cum illa, ut sig-

natè declaravit

Pius Quintus;

a unde, nec

peccabit peccato

incestus, sicuti

rectè notavit

b Sanchez, quare,

nec speciātim, ut

incestum

in Confessione

explicandum,

quia in copula

illicita (ut nimis

sapè dictum est)

Tridentini

num abstulit ab

his remotioribus

gradibus

contractionem

impedimenti,

&c.

Vides ergo

diversitatem,

præsertim illam

de Incestu?

Titius enim

cognoscendo con-

sanguineas Bertæ

uxoris suæ in

remotioribus

illis gradibus,

committit incestum.

Idem

verò Titius

cognoscendo

consanguineas di-

ctæ Mariæ sibi

extraneæ, sed jam unitæ per

copulam illicitam, cognoscendo, inquam,

eas, quæ Mariæ sunt conjunctæ in primo, &

secundo gradu, committit quidem ince-

stum, sed cognoscendo eas, quæ eidem Ma-

riæ sunt conjunctæ in tertio, & quarto ince-

stum non committit.

4. Dixi autem num. 2. (petere licitè non

potest) potest enim immo, & debet redde-

re, ne ex peccato unius conjugis patiat

damnum alter. Nam propterea, si, & alter

consenserit ad prædictum incestum, etiam,

& ipse petere non poterit, ut explicatius ali-

bi docui. c

5. Tria tunc exciderunt; quæ te ignorare

non convenit. Primum, d. excusari ab hac

pœna non valendi petere debitum à suo con-

d. 31. m. 1. juge, mulierem, quæ præcisa vi oppressa

Pont. l. 10. fuit à consanguineo sui viri, quia tunc cum

c. 7. nu. 6. culpam non committat mulier, non meretur

pœnam, esto naturaliter oriatur affinitas. Se-

cundum, eandem excusationem concedi e

Bonac. de probabiliter à nonnullis, si ex metu gravi, si-

mat. q. 4. ve mulier, si vir cogatur similem incestum

p. 2. n. 5. committere. Nam quamvis tunc peccent,

Ave. q. 17. Ecclesia tamen non videtur tunc illum, vel

mat. sec. 3. illam castigare tanta pœna velle. Tertium,

Ver. Quod probabiliter etiam à nonnullis concedi ean-

dem excusationem, si adsit ignorantia, si ve

facti, si ve juris, si ve pœna dummodo non sit

Pontium. affectata, ut liberius dicti conjuges peccent,

neque incurret impedimentum dirimens Ma-

trimoniū, fortè contrahendū cum illa, ut sig-

natè declaravit Pius Quintus; a unde, nec

peccabit peccato incestus, sicuti rectè notavit

b Sanchez, quare, nec speciātim, ut incestum

in Confessione explicandum, quia in copula

illicita (ut nimis sapè dictum est) Tridentini

num abstulit ab his remotioribus gradibus

contractionem impediendi, &c.

Vides ergo diversitatem, præsertim illam

de Incestu? Titius enim cognoscendo con-

sanguineas Bertæ uxoris suæ in remotioribus

illis gradibus, committit incestum. Idem

verò Titius cognoscendo consanguineas di-

ctæ Mariæ sibi extraneæ, sed jam unitæ per

copulam illicitam, cognoscendo, inquam,

eas, quæ Mariæ sunt conjunctæ in primo, &

secundo gradu, committit quidem ince-

stum, sed cognoscendo eas, quæ eidem Ma-

riæ sunt conjunctæ in tertio, & quarto ince-

stum non committit.

4. Dixi autem num. 2. (petere licitè non

potest) potest enim immo, & debet redde-

re, ne ex peccato unius conjugis patiat

damnum alter. Nam propterea, si, & alter

consenserit ad prædictum incestum, etiam,

& ipse petere non poterit, ut explicatius ali-

bi docui. c

5. Tria tunc exciderunt; quæ te ignorare

non convenit. Primum, d. excusari ab hac

pœna non valendi petere debitum à suo con-

d. 31. m. 1. juge, mulierem, quæ præcisa vi oppressa

Pont. l. 10. fuit à consanguineo sui viri, quia tunc cum

c. 7. nu. 6. culpam non committat mulier, non meretur

pœnam, esto naturaliter oriatur affinitas. Se-

cundum, eandem excusationem concedi e

Bonac. de probabiliter à nonnullis, si ex metu gravi, si-

mat. q. 4. ve mulier, si vir cogatur similem incestum

p. 2. n. 5. committere. Nam quamvis tunc peccent,

Ave. q. 17. Ecclesia tamen non videtur tunc illum, vel

mat. sec. 3. illam castigare tanta pœna velle. Tertium,

Ver. Quod probabiliter etiam à nonnullis concedi ean-

dem excusationem, si adsit ignorantia, si ve

facti, si ve juris, si ve pœna dummodo non sit

Pontium. affectata, ut liberius dicti conjuges peccent,

neque incurret impedimentum dirimens Ma-

trimoniū, fortè contrahendū cum illa, ut sig-

natè declaravit Pius Quintus; a unde, nec

peccabit peccato incestus, sicuti rectè notavit

b Sanchez, quare, nec speciātim, ut incestum

in Confessione explicandum, quia in copula

illicita (ut nimis sapè dictum est) Tridentini

num abstulit ab his remotioribus gradibus

contractionem impediendi, &c.

Vides ergo diversitatem, præsertim illam

de Incestu? Titius enim cognoscendo con-

sanguineas Bertæ uxoris suæ in remotioribus

illis gradibus, committit incestum. Idem

verò Titius cognoscendo consanguineas di-

ctæ Mariæ sibi extraneæ, sed jam unitæ per

copulam illicitam, cognoscendo, inquam,

eas, quæ Mariæ sunt conjunctæ in primo, &

secundo gradu, committit quidem ince-

stum, sed cognoscendo eas, quæ eidem Ma-

riæ sunt conjunctæ in tertio, & quarto ince-

stum non committit.

4. Dixi autem num. 2. (petere licitè non

potest) potest enim immo, & debet redde-

re, ne ex peccato unius conjugis patiat

damnum alter. Nam propterea, si, & alter

consenserit ad prædictum incestum, etiam,

& ipse petere non poterit, ut explicatius ali-

bi docui. c

5. Tria tunc exciderunt; quæ te ignorare

non convenit. Primum, d. excusari ab hac

pœna non valendi petere debitum à suo con-

d. 31. m. 1. juge, mulierem, quæ præcisa vi oppressa

Pont. l. 10. fuit à consanguineo sui viri, quia tunc cum

c. 7. nu. 6. culpam non committat mulier, non meretur

pœnam, esto naturaliter oriatur affinitas. Se-

cundum, eandem excusationem concedi e

Bonac. de probabiliter à nonnullis, si ex metu gravi, si-

mat. q. 4. ve mulier, si vir cogatur similem incestum

p. 2. n. 5. committere. Nam quamvis tunc peccent,

Ave. q. 17. Ecclesia tamen non videtur tunc illum, vel

mat. sec. 3. illam castigare tanta pœna velle. Tertium,

Ver. Quod probabiliter etiam à nonnullis concedi ean-

dem excusationem, si adsit ignorantia, si ve

facti, si ve juris, si ve pœna dummodo non sit

Pontium. affectata, ut liberius dicti conjuges peccent,

neque incurret impedimentum dirimens Ma-

trimoniū, fortè contrahendū cum illa, ut sig-

natè declaravit Pius Quintus; a unde, nec

peccabit peccato incestus, sicuti rectè notavit

b Sanchez, quare, nec speciātim, ut incestum

in Confessione explicandum, quia in copula

illicita (ut nimis sapè dictum est) Tridentini

num abstulit ab his remotioribus gradibus

contractionem impediendi, &c.

Vides ergo diversitatem, præsertim illam

de Incestu? Titius enim cognoscendo con-

sanguineas Bertæ uxoris suæ in remotioribus

illis gradibus, committit incestum. Idem

verò Titius cognoscendo consanguineas di-

ctæ Mariæ sibi extraneæ, sed jam unitæ per

copulam illicitam, cognoscendo, inquam,

eas, quæ Mariæ sunt conjunctæ in primo, &

secundo gradu, committit quidem ince-

stum, sed cognoscendo eas, quæ eidem Ma-

riæ sunt conjunctæ in tertio, & quarto ince-

stum non committit.

4. Dixi autem num. 2. (petere licitè non

potest) potest enim immo, & debet redde-

re, ne ex peccato unius conjugis patiat

damnum alter. Nam propterea, si, & alter

consenserit ad prædictum incestum, etiam,

& ipse petere non poterit, ut explicatius ali-

bi docui. c

5. Tria tunc exciderunt; quæ te ignorare

non convenit. Primum, d. excusari ab hac

pœna non valendi petere debitum à suo con-

d. 31. m. 1. juge, mulierem, quæ præcisa vi oppressa

Pont. l. 10. fuit à consanguineo sui viri, quia tunc cum

c. 7. nu. 6. culpam non committat mulier, non meretur

pœnam, esto naturaliter oriatur affinitas. Se-

cundum, eandem excusationem concedi e

Bonac. de probabiliter à nonnullis, si ex metu gravi, si-

mat. q. 4. ve mulier, si vir cogatur similem incestum

p. 2. n. 5. committere. Nam quamvis tunc peccent,

Ave. q. 17. Ecclesia tamen non videtur tunc illum, vel

mat. sec. 3. illam castigare tanta pœna velle. Tertium,

Ver. Quod probabiliter etiam à nonnullis concedi ean-

dem excusationem, si adsit ignorantia, si ve

facti, si ve juris, si ve pœna dummodo non sit

Pontium. affectata, ut liberius dicti conjuges peccent,

neque incurret impedimentum dirimens Ma-

trimoniū, fortè contrahendū cum illa, ut sig-

natè declaravit Pius Quintus; a unde, nec

peccabit peccato incestus, sicuti rectè notavit

quod aliquando in foemina frigidiora fertur, posse contingere?

Respondet, quamvis debeat semper praesumi, foeminam etiam, & ipsam seminare, unde, nisi evidentissime contrarium constet, in praxi tum in foro fori, tum in foro conscientiae est pronunciandum, Affinitatem esse contractam, tamen pro eo raro casu, qui posset contingere, duae sunt sententiae.

7. Non oriri tunc Affinitatem, docet Perez. *tez*, & alique, & novissime Verricelli. *b* c. n. §. 6. Ratio principalior est, quia ex Medicorum *Hurt. l. c.* sententia ad generationem requiritur necessarium solum semen foemineum. Quando igitur hoc *loc. cit. V.* abest, cum vir, & mulier non possint fieri unum principium generationis, quod est tamen radix Affinitatis, ipsa Affinitas oriri non potest.

8. Oriri tunc Affinitatem, docet Sanchez *27. sect. 10. c.* alique, quia hi probabilius putant, non esse necessarium ad generationem foemineum semen, esto adjuver. Quare sine hoc *hinc l. 7. c.* poterunt vir, & mulier fieri unum principium generationis.

9. Utraque sententia est probabilis, ut *d. Sanchez l. c.* fatetur idem Sanchez; & in simili iterum, *n. 19.* dicitur à nobis aliquanto inferius.

Infra Tr.
§. 7. n. 5.

CAPUT XIII.

Impedimentum XVII.

Impotentia.

§. I.

Quid, & quod duplex sit?

1. Impotentia coeundi, seu inhabilitas ad consummandam copulam (quam Sacri Canones *f* frigiditatem appellant) est *f* Torosior, *de frig.* & impedimentum dirimens Matrimonium *maleficiat.* contrahendum, idque jure naturae, quia, si impotens es ad actum conjugalem, de jure naturae est, ut non possis tradere tuum corpus ad actum illum impossibilem. Quare, si tu scias, si tu nescias impotentiam, si tamen verè impotens sis, impedimento eris affectus, & consequenter ineptus ad Matrimonium.

2. Dixi autem Primò,) Impotentia coeundi, nam impotentia generandi (quam *steri-*

litem appellamus) impedimentum non est dirimens; tunc enim, si haberi nequit *g* *Sanc. l. c.* primarius finis Matrimonii, nempe proles *d. 97. n. 26* generatio, habetur tamen secundarius, qui est remedium concupiscentiae. Potissimum, quia jam adest immediatè potestas perficiendi copulam, esto absit, quasi per accidens effectus copulae, id est, proles. Nam propterea, potest Maritus commisceri cum uxore vicina partui, quamvis sine effectu novae proles, &c.

3. Dixi item (*Dirimens Matrimonium contrahendum*) nam impotentia superveniens Matrimonio jam contracto, siue consummato, siue rato, illud non dirimit. An verò tunc liceat hujus Matrimonii usus, dicemus §. quinto.

4. Impotentia autem haec tunc certò adest, quando aliquod *h* ex his tribus certò deest, ut scilicet deest Potentia ad penetrationem vas, vel Potentia ad emittendum verum semen, vel Potentia ad illud emittendum intra vas, neque enim sufficit, si emittatur extra vas, quamvis in ejus ore. *Leges i* *h. Sanc. l. 7. d. 29. per totum, & d. 107. Pont. l. 7. c. 60. n. 3. G. Hurt.*

5. Haec autem certitudo potest esse, vel certa, & evidens physice, (ut, si vir amputata habeat virilia, aut omnino arida) vel certa, seu valde verosimiliter evidens, (quo pacto dicitur certa moraliter) ut si membrum virile sit aliquantum aridum vel foemina sit ita arcta, ut valde probabiliter non possit incisione, vel alio remedio adjuvari. Quando autem adfunt indicia probabiliter indicantia impotentiam, ita ut oppositum probabilitatem nullam habeat, dicitur certò moraliter adesse impotentia. Nos hanc probabilitatem vocabimus deinceps veram probabilitatem, vel ut dixi certitudinem moralem.

6. Quando haec certitudo, siue physica, siue moralis non adest, tunc profectò impotentia erit dubia, idque tunc est, quando indicia ad praedictam certitudinem physicam, vel moralem non attingunt. Quare, quando potentia est probabilis ita, ut etiam oppositum, id est, impotentia sit probabilis, inter dubias connumeranda in hac materia, quia, cum tunc deficiat à certitudine physica, vel morali, incerta censenda est in tanto negotio pertinente ad Matrimonium. Quoniam ergo ejusmodi impotentia, vel est perpetua, vel

tem-

temporalis, vel dubia, loquamur de singulis separatim.

§. II.

Impotentia absolutè perpetua.

1. **I**mpotentia absoluta, & perpetua, (quæ tunc adest, quando ea, certò, physicè, vel moraliter, ut modò explicui, nec arte, nec medicamento, absque gravi periculo, removeri potest) est certò impedimentum dirimens Matrimonium contrahendum, vel cum ipsa contractum. Constat ex claris Juribus. *a*

*a C. Fra-
ternitatis
de frigid.
C. malefic.*

*b Sanc. l. 7
d. 93.*

*c Pont. l. 7
c. 62. latè
Leg. etiam
Dian. p. 11
tr. 3. Ref.
11. latissi-
mè.*

Si mulier adeò sit arcta, ut nulla incisione, vel remedio adjuvari possit, est certò perpetuò impotens: at si incisione non valde difficili adjuvari possit, tunc non esse, nisi impotentiam temporalem docet Sanchez *b* cum comuni, quia putat, obligari fœminam, eam non valde difficilem incisionem pati. At esse perpetuam, & Matrimonium dissol- vendum, tenet mordicus Pontius, *c* quia, contra, putat, non obligari fœminam ad in- cisionem illam. Si cum leges, meritò illi non repugnabis.

2. Quid si solum per miraculum tolli pos- sit impotentia?

Respondeo, adhuc esse impotentiam per- petuam, atque adeò afferentem impedimen- tum dirimens. Ratio est, quia consideranda impotentia est juxta cursum naturalem, non juxta miraculosum. Puto tamen, impoten- tiam ex maleficio, si per orationes, suffragia, & exorcismos, multò magis, si per medica- menta naturalia removeri posse prudenter judicaretur, non esse perpetuam, sed tem- poralem, quia tunc essent remedia spiritua- lia quidem, sed quasi ordinaria, & non miraculosa.

3. Quid si ejusmodi Maleficiati impoten- tia, ope magica, tolli possit?

Respondeo, si cum peccato, reputabitur perpetua, quia, quòd cum peccato fieri debet, impossibile reputandum est: Si sine illo, sanè reputabitur possibile, atque adeò perpetua impotentia non erit; intellige, quando hæc possibilitas facilè, seu certè, non valdè diffi- culter habere executionem possit.

4. Triplici autem modò à Mago obtineri ejusmodi impotentia remotio solet. Primò, per novum maleficium, & tunc impotentia

est perpetua, quia ejus remotio non posset haberi, nisi cum peccato. Secundò, per an- tium maleficium, sed, vel tollendo signum Maleficii sive Maleficio novo; vel adhibendo medicamenta naturalia, & tunc impotentia est temporalis, si haberi id non valde difficul- ter posset, quia sic sine peccato, ut alibi dixi- mus, *d* impotentia tolleretur. Tertiò, si *d* Lib. 2. a. 1. quamvis obtineri remotio impedimenti pos- set à Mago sine novo Maleficio; tamen præ- *d* Decal. s. 7. videas, illum eam non ablaturum, nisi cum Maleficio, quod evenire solet, quando sig- num Maleficii haberi non posset, ex eo, quod v. g. fuit projectum in Mare, vel constitutum fuit in actione transeunte, v. g. in comestio- ne, vel incantatione verborum, & hoc pacto impedimentum erit perpetuum, quia licet alias posset sine peccato tolli; tamen de facto nunc sine illo non tollitur.

An mulier jam conjugata obligetur pati incisionem, nec periculosam, nec gravis do- loris, etiam si defectus procedat ex parte viri. Alii negant, alii affirmant, utrique proba- biliter, ut latè cum aliis minutis prosequi- tur Diana. *e*

5. Porro, quando certò physicè, vel mo- *e* Dian. r. 107. raliter constat de impotentia, cum qua con- tractum fortè fuit Matrimonium, nullum illud omninò censendum erit. *f* Quare *f* Sanc. l. 1. tunc non licebit conjugibus se, ut conju- *f* d. 107. ges gerere, sed sunt separandi. Quod, si 2. *f* d. 107. Judex præceptum illis fortè imponat etiam cept. sub excommunicatione, ut se maritaliter *f* Pont. l. 1. tractent, non valebit præceptum, nec ex- *f* c. 64. m. communicatio, quia inniteretur præsumptio- *f* G. H. m. ni Potentia, adeoque validati Matrimo- *f* d. 22. d. 1. nii: At præsumptio cedit veritati certè. *f* 11. *f* Pont. Pro foro autem externo semper requiritur *f* d. 37. *f* 11. sententia Judicis declarantis Matrimonium in- *f* 15. validitatem, quam statim Judex *f* G. L. m. ferre, si certa modo dicto appareat impo- *f* d. 107. tentia (nam, si dubia, dicam infra (nul- *f* frag. *f* lo requisito juramento conjugum, nec *f* malef. testimonio septimæ manus: quæ

omnia distinctius explica-
bimus non multò
post.

MATRI-

MATRIMONIUM EVNUCHI,
seu Spadonis.

6. Hinc, si quis ambobus Testibus careat, vel certe attritos habeat, invalidè Matrimonium contrahit, quia cum verum semen emittere non possit, impedimento laborat perpetuo. Quod cum definitum sit à Sixto Quinto; a aliud addere opus non est. Illud, qui cum sana, atque integra virilia habeat, uno pollet testiculo, esse potentem ad semen verum emittendum, & consequenter esse aptum ad Matrimonium notat cum Medicis Perez. 6

MATRIMONIUM DECREPITI.

7. Quamvis Ecclesia e non rejiciat senes à Matrimonio incundis, quia præsumit, vel ex ipsa natura, vel ex medicamentis, vel ex qualitate ciborum posse fieri sufficientes, ad actum conjugalem; tamen, si supponamus, hanc sufficientiam adesse nullatenus posse, quid dicendum? Loquamur prius de Senex, mox de Vetrula.

8. SENEX, si ita viribus exhaustus supponatur, ut nunquam possit actum conjugalem consummare, invalidè contrahet, quia tunc ejusmodi impotentia esset in futurum perpetua. Ita Sanchez, d' aliique contra Henriquez, & aliosque putantes, validè contrahere, quia semper retinet potentiam suam intranscendam seminandi. Si verò si ejusmodi, ut possit adjutus à prædictis cibis, ac medicamentis illum actum consummare, quamvis, generare non possit, quia illud semen sterile sit, contrahet validè, quia impotentia tunc esset temporalis. Nam propter similem rationem morti proximis, licet ob diutissimam febrem tunc non sit aptus ad copulam; tamen aptus est ad Matrimonium, quia illa debilitas, est (puta cum convalescet) amovibilis.

9. Pontius f. tener, Matrimonium non solum iniri posse validè ob finem generandi solem, ut communiter fit, sed etiam, si fiat solum ad mutuam societatem cum uxore, unde de impotentem perpetuo, atque prædictum modo allatam senem effectum posse, validè Matrimonium inire cum prædicto fine. Sed, quia nos cum Hurtado, g qui id efficaciter probat, hanc sententiam rejicimus; h'jded absolute dicimus, Tamburinus de Sacramentis.

ejusmodi impotentem non esse aptum ad Matrimonium. Certè, secus, etiam Eunuchus posset validè ad prædictum finem Matrimonium contrahere, & tamen Sixtus V. definit non posse. Imò, dum ibidem dixit impotentiam esse impedimentum dirimens, nec distinguit ad hunc, vel illum usum, nostrum videtur casum definivisse. Si ejusmodi mulier, & vir impedimenti consensu nolint se copulare Matrimonio, sed quoddam Societatis vinculum inire, videtur concedere Sanchez sed amoto periculo incontinentiæ.

10. VETULA quomodocunque decrepita, & certò inepta ad suum semen effundendum, si est capax seminis viri, validè contrahet in sententia eorum, qui putant, semen mulieris non esse necessarium ad generationem prolis: at invalidè in eorum sententia, qui contra, putant, esse simpliciter necessarium. Quoniam verò utraque opinio, ut supra dixi, probabilis est, erit & probabilis validitas, & probabilis item invaliditas Matrimonii. An ejusmodi senes decrepiti, si inveniuntur Matrimonio copulari, possint copari licitè ad copulam, vel alios tactus inter se exercere, in alibi dixi satis distinctè.

MATRIMONIUM MULIERIS PATIENTIS cum suæ vitæ, vel prolis periculo.

11. Si Mulier potens quidem sit ad actum conjugalem, sed cum suæ vitæ periculo, vel cum prolis morte, vel cum abortu semper pariat, validè Matrimonium inire poterit, quia jam potens est, ad id quod essentialiter requiritur ad Matrimonium, nempe ad copulam.

12. Sed licet id, si id advertens, & sciens faciat? Quod certè contingere posset in Vi dua, quæ hæc mala jam experta in præcedente Matrimonio sit?

Respondeo. Si id faciat nesciente novo Marito, certè peccabit, quia illi magnum damnum infert; dum in re, tam gravi, eum decipit. Ipso autem sciente, nequaquam peccabit ex hoc capite, quia scienti, & consentienti non fit injuria, at mortaliter peccabit (ait Bossius o) ex alio capite, hoc est, propter o damnum, quod facit sibi, & proli, dum illius Mortis (& aliquando etiam sine Baptismo) & sui periculi, causa est. Neque excusari potest

test (ait ident Auctor) à sine remedium adhibendi tentationibus concupiscentiæ. Eas enim aliis remediis orationum, & mortificationum cum Dei gratia superare poterit. Verum hanc non peccaturam, si nubat Marito scienti, docent nonnulli, quia, ut mox dicit Sanchez in simili, non facit injuriam, nec proli, nec sibi. Non proli, quia melius est, aliquo tandem tempore esse, quamvis sine Baptismo) tunc enim non habet peccatum à se commissum, sed originale commissum ab alio) quam nunquam esse. Non sibi, quia durum esset, negare Mulieri, & aliquando quidem valde calidæ, remedium Matrimonii à Christo Domino ad eum finem inter cæteros institutum, & eam compellere ad remedia illa mortificationum valde dura, & extraordinaria; nam, neque infimum, ut vitam seruet, obligamus ad remedia admodum difficilia adhibenda, vel conquirenda. Profectò hanc sententiam probabilem esse, negare non possum.

13. Atque hæc de Matrimonio contrahendo. Quid, si hæc pericula superveniant Matrimonio, jam à Muliere contracto? poteritne ipsa reddere, & petere debitum conjugale?

Respondeo. Probabilius cum Sanchez, a aliisque puto, posse, quia tunc separare virum à throno, vel cohabitatione uxoris, nimis esset utrique durum, quod certe deberent facere, ne manerent sub continuo periculo peccandi.

102. n. 9.
c. 11. Boss.
l. c. n. 173.
c. 177. n. 1.
los citans.

14. Dices: Non separentur, sed gerant, ut frater, & soror?

Respondeo. At nimis esset durum simul esse in eadem habitatione cum tanto peccandi periculo.

15. Illud tamen Mulieri concedo, ut quamvis (sicut dictum est) possint, non obligetur cum tanto damno debitum reddere.

MATRIMONIUM IMPUBERIS.

16. Impotentia ad generandum, qua laborat ætas puerilis, cum ex se non sit perpetua, impedimentum dirimens ex jure naturæ, non est (unde inter Infideles, si cætera non desissent, valeret ejusmodi Matrimonium, puta, ut exercendum suo tempore) Ecclesia tamen illam esse impedimentum dirimens, definivit & cum illa exceptione: nisi malitia

suppleat ætatem. Est igitur hic explicanda, tum definitio, tum exceptio.

17. Quoad definitionem. Ecclesia statuit, ut nec puer, qui ille in hac materia est, qui annum decimum quartum nondum complevit) nec puella (quæ est illa, quæ nondum complevit annum duodecimum, quo tempore dicuntur Impuberes) statuit (inquam) ut non possint validè Matrimonium de præfenti contrahere cum quocunque, quamvis puberi. Addunt Sacri Canones, illud Matrimonium, si fortè contrahatur, valere, ut sponsalia, de qua re infra d. pluribus.

18. At peccabitne Impubes sic Matrimonium attentando?

Respondeo, Peccaturum mortaliter tenent non pauci, & quia sit, inquit, injuria Sacramento, redditur enim irritum ætatis defectu. Verum alii sputant, mortaliter non peccaturum, quia ejusmodi Matrimonium sic contrahi, permittunt Canones, & illud interpretantur, tanquam Matrimonium de futuro, id est, tanquam sponsalia. Hæc posterior sententia, ut benignior est, ita sit item probabilior.

19. Quoad exceptionem (Nisi malitia suppleat ætatem) præmitte, nomine Malitiæ, hic duo intelligi. Primò, Maturitatem Judicii, ut possit cum rationis usu contractus Matrimonii celebrari, secus enim illud esset irritum ex defectu consensus. Secundò, Potentiam eocondi, id est, emittendi verum semen intra vas fœmineum, quam certè, vel ex facto, quia fortè copulam cum aliqua habuit impubes, vel ex habitu, & dispositione corporis, addita propinquitate ad ipsos annos pubertatis, colligere poteris, ut latè, & minutè colligit Sanchez. g. His duobus positis, declarat, seu statuit Pontifex, esse validam Matrimonium initum ab Impubere.

20. Verum licitumne etiam erit?

Respondeo. certum est, Matrimonium ab ejusmodi Impubere fieri cum licentia Episcopi, & item ex gravissima, & urgentissima causa, ut loquitur Sanchez, h. quia à Sacro Textu i requiritur pro causa, bonum pacis: & tunc jam validum erit, & licitum. Notat tamen Pyrius & Conradus, quia vix solet intervenire gravissima hæc causa, idò omnes Concilii Episcopos hanc dispensationem remittere ad ipsos Pontificem, quamvis, solum per duos menses, puer distet à pubertate.

21. Quod,

21. Quod, si fortè deinde comperiat, erratum fuisse, & ejusmodi impuberem non esse habilem copulæ exercendæ, adhuc esset validum Matrimonium, quia tunc indicare vult Ecclesia, inhabilitatem illam esse temporalem, quare vult, ut expectetur usque ad completissimam pubertatem, quæ in viris est anno decimo octavo, in feminis anno decimo quarto. Quod, si neque in his annis habilis esset, tunc enim verò emergit rationabilis dubitatio, an inhabilitas sit perpetua, an temporalis, & erit opus triennali experientia, de qua mox.

22. Sed adhuc dubitabis. Si certa appareat malitia ætatem supplens, impubes autem sine licentia Episcopi, & sine gravi causa Matrimonium contrahat, peccabitne mortaliter? Quamvis validè contrahat ex dictis n. 19.

Respondet, quicquid colligi possit ex Pontio, a certè Sanchez b indicat, peccatum mortaliter, quia id (quod certè in se grave est) prohibitum est graviter in Jure.

23. Siste hic Lector: paulò ante a. 18. diximus, non peccare mortaliter impuberem, cui malitia non supplet ætatem, Matrimonium contrahendo: nunc verò docemus, impuberem, cui malitia supplet ætatem, peccare mortaliter, si sine gravi causa, consensuque Episcopi Matrimonium contrahat. Hæc certè non videntur sibi coherere.

24. Respondet, Cohærere satis. Nam quando non adest malitia suppleas ætatem, nullum fit Matrimonium, sed ex dispositione Sacrorum Canonum sic concedentium, fiunt sponsalia, ut supra vidimus. Quare nihil fit contra voluntatem Ecclesiæ. At quando malitia supplet ætatem, fit verum Matrimonium, quod Ecclesia fieri pro eo impubertatis tempore prohibuit, nisi accedente gravi causa legitime approbata. Sic post accuratam considerationem concilianda hæc duo dicta videntur mihi.

MATRIMONIUM

Hermaphroditi.

25. Circa Hermaphroditos, id est, habentes sexum virilem simul, & fœmineum sex distinguo casus in hunc modum: videnda tamen sunt non pauca à me alibi c dicta, cum de Ordine.

26. Primus casus. Quidam duos habet se-

xus, sed secundum unum est impotens, potens secundum alium: quid Juris?

Respondet, hunc a non posse Matrimonium contrahere nisi secundum sexum, quo d. 106. est potens. Id probatione non indiget.

27. Secundus. Quidam habet duos sexus in utroque potens, quid item Juris?

Respondet, Si æqualiter est in utroque potens, dicam mox n. 29. Si verò prævalet sexus fœmineus, reputanda est mulier, undè, nec poterit validè Ordines suscipere, nec profiteri in Religione virorum, nec uxorem ducere, sed Maritum. Non tamen concederem fieri Monialem, idque propter illam aliqualem potentiam sexus Masculini. Si verò prævalet sexus Masculinus, Mas reputabitur, & ut talis Matrimonium inire potest, nam propterea, nec profiteri posset in Religione Monialium, nec nubere viro; poterit tamen validè Ordines suscipere, sed illicitè, quia, ut alibi diximus, Hermaphroditus est omnino ab altari repellendus. Eidem denique non concederem, fieri Religiosum, ut nec concessi præcedenti, fieri Monialem.

28. Tercius. Quidam nullum sexum habet, quid Juris?

Respondet, Certè supponis rem admodum innaturalem: sed esto. Is inhabilis ad Matrimonium erit ex omni parte.

29. Quartus. Quidam, post probationes Medicorum, & Matronarum peritarum, secundum utrumque sexum est æqualiter potens, quid Juris?

Respondet, hic Matrimonium contrahere poterit secundum illum sexum, quem elegerit: quo electo, peccabit mortaliter si fortè alio uti velit. Immo Parochus hujus Matrimonio assistere non debet, nisi is dictam electionem coram Judice Ecclesiastico faciat, eamque sub juramento. Unde fit, ut si, mortua conjuge, viduus remaneat, licet validè contraheret secundum alium sexum, electionem factam mutando, peccaret tamen contra juramentum, imò & Sanchez, aliisque peccaret mortaliter, etiam si juramentum non emisisset, quod tamen ultimum negat Hurtad. f

30. Hinc duos Hermaphroditos æqualiter, vel ferè æqualiter prævalentes in utroque sexu, non posse ad usum promiscuum, utriusque sexus, hoc est, modò Masculini, modò fœminini, nec licitè, nec validè contrahere

Rt 2 inter

a Perez. *d.* inter se Matrimonium, docet Perez, *a* quia
37. *matr.* illa essent, quasi duo Matrimonia: Id, quod,
sec. 25. n. 2. & videtur abhorre ab ipsa natura rationali,
& inusitatum quid esset in Ecclesia Dei, ne
dicam in bene ordinata Rep.

31. Si alter sexum unum eligat, alter al-
terum, & ad unum solum utrumque contrahat
non video, unde invaliditas orti possit.

Propter Majorem rationem, Majoraq; in-
commoda, is æqualiter potens in utro-
que sexu, nec Religionem virorum, nec mu-
lierum ingredi valet, nec Ordines suscipere,
idque nec licite, nec valide, ut late prosequit-
ur Sanc. *b*

b Sanc. *l. c.*
c lib. 7.
c cons. 1.
d. 31.

32. Quintus casus. Quædam conjugata
incepit esse vir, prorumpente natura in sexum
masculinum. Quid Juris?

Respondeo, Si remanet in illa etiam sexus
fœmineus, validum fuit Matrimonium, ipsa-
que tenetur, hunc sexum etiam nunc eligere,
seu in hoc sexu perseverare. Si verò non rema-
neat, tunc Matrimonium fuit, & nunc item
est invalidum, quia sexus ille fœmineus, sub
quo contraxit, non erat perpetuus, atque ad-
eò ineptus ad Matrimonium illud. Non erat
autem perpetuus, quia latebat in illa sexus vi-
rilis, saltem in dispositione corporis, qui suo
tempore jam erupit. Ex qua doctrina sequi-
tur hanc solum per bonam fidem potuisse uti
Matrimonio, nam cæterum vera conjux non
erat.

33. Ob similem rationem rectè docet De-
c Delugo, *c* Monialem, quæ erumpat in marem,
in Resp. nulliter professam fuisse, atque adeò à Mo-
mor. li. 1. d. nasterio educendam, neque cogendam pro-
31. *Diapa.* fessionem emittere in Monasterio virorum,
p. 5. tra. 14 quia nec ipsa profitens habuit intentionem
res. 40. profitendi, nisi apud Moniales, nec aliter il-
lam acceptavit Prælati, nisi, ut fœminam,
quicquid aliqui dixerint apud eundem De-
lugo, qui, cum casus hic occurrisset, cogere
prædictam intendebant, ad profitendum in
Religiosorum Monasterio.

34. Sextus. Quidam conjugatus incepit
esse fœmina, subtrahente natura instrumen-
tum generale. Quid Juris?

Respondeo, Tantam mutationem evenire
non posse, putat Delugo loc. cit. ex Medico-
rum relatione. Si tamen occurrat, docet, Ma-
trimonium quidem fuisse, sed statim, mutato
sexu, dissolvi vinculum dicti Matrimonii,
quia Matrimonium (inquit) constare nequit

inter duas fœminas sicuti, nec inter duos ma-
res: unde addit, se mirari, quod Th. Sanchez
in suo opere de Matrimonio non meminerit
hujus capitis, unde vinculum Matrimonii,
quamvis consummati, dissolvi, etiam ante
mortem alterutrius ex conjugibus, possit.

35. Verum mihi valde difficile est, conce-
dere, Matrimonii vinculum ante alterutrius
obitum dissolvi: cum omnes Scripturæ, Pa-
tres, & Theologi clament, Matrimonium
consummatum, non nisi morte disungi. Me-
lius igitur, & expeditius in præsentia judica-
mus, quod modò in simili ferè casu dictum
est nu. 32. nimirum hoc Matrimonium fuisse
ab ipso initio invalidum, quia sexus, sub
quo contractum fuit Matrimonium, & con-
sequenterabilitas personalis ad Matrimo-
nium, non erat perpetua, latente in corporali
dispositione sexu alio, qui deinde tandem ap-
paruit. Delugo autem immeritò miratur si-
lentium Thomæ Sanchez; nam, etiam si in
dicto casu dissolveretur, vinculum matrimo-
nii non debuit dictus Sanchez ejus mentio-
nem facere, quem ipsemet Delugo, ex medi-
corum relatione, ait, evenire non posse.

36. Propter eandem rationem, si quis Pro-
fessus in Religione contraheretur modò dic-
to in fœminam nulliter professus fuisset, nec
esset cogendus, ut profiteretur apud Monia-
les, ut in simili dictum est modò n. 33.

37. Quod si quis jam initiatus Sacerdos si-
mili ratione decideret in fœminam, fuissetne
verus Sacerdos? Id enim hac occasione innue-
re, curiosum est.

Respondet Delugo loc. cit. ipsum fuisse
verum Sacerdotem, & Sacerdotis caracte-
rem per hujusmodi mutationem non amitte-
re, invalidè tamen in posterum consecratu-
rum, vel absoluturum à peccatis; sicuti, in-
quit, Anima Sacerdotis extra corpus chara-
cterem servat, quia is est indelebilis, cum ta-
men non possit validè consecrare, quia exer-
citiium Ordinis conceditur Composito, id
est, homini, non verò solum animæ. Sed in
his nostrum non est pluribus immorari,

vel nostras consideraciones
immiscere.

§. III.

Impotentia respectiva.

1. **P**OSSE dari Impotentiam, hoc est, posse personam aliquam esse ineptam ad actum conjugalem cum hac peculiare persona, licet cum aliis sit apta, scimus, & habemus in *a. ultim.* Jure. Nec obstat in eodem Jure alibi dici, fieri non posse, ut aliquis sit impotens cum una, & potens cum alia, non obstat, *33. q. 1. b. C. Requir.* quoniam, quia in hoc posteriore loco Textus loquitur de impotentia ex frigidityte, quæ certè, si est, respectu omnium est.

2. Triplici autem modo hæc respectiva Impotentia accidere contingit. Primò, ex improportione instrumentorum generationis, ut si fœmina, respectu instrumenti viri hujus, sit arcta, vel vir propter pinguedinem propè accedere ad vas mulieris non valeat. Secundò, ex Maleficio, tendente contra hanc personam particularem. Tertiò, ex quadam antipathia naturali circa hanc. Quæ tria capita latè explicant *Aversa, c. & Pontius. d.*

3. Dico jam, hanc impotentiam cum hac, si sit perpetua, esse impedimentum dirimens matrimonium contrahendum cum hac, vel, si cum illa contractum fuit, esse separandos conjuges, modo, quo dictum est §. 2. *numero 5.*

4. Dictum hoc certum est, quia Canones absolute, & sine distinctione impotentiam perpetuam constituunt impedimentum dirimens. Adde rationem, Ideò enim absoluta impotentia dirimit Matrimonium subsequens, quia persona, quæ ejusmodi impotentia laborat, non est apta ad actum generandi; sed idem est in respectiva pro hoc Matrimonio, ergo pro hoc impedimentum erit dirimens.

5. Si omnibus à prudentibus viris, & Matronis expensis, temporalis sit ejusmodi impotentia, eam non esse impedimentum dirimens, constat ex dictis. Quòd, si dubium adsit, num hæc sit perpetua, an temporalis, mox universaliter dicam §. sequenti.

§. IV.

Quomodo Iudicium ferendum sit, quando dubium apparet impotentia in Matrimonio; jam contracto.

1. **S**ÆPISIMè incertum est, an prædicta impotentia perpetua verè adsit inter conjuges legitime Matrimonio unitos: Quæ ratione igitur hæc incertitudo, si pro foro conscientia, si pro foro externo evincenda est?

2. Pro foro conscientia. Quando dubium est, an Impotentia sit perpetua, an sit temporalis, poterunt conjuges pro tempore, id est, solum per triennium, commisceri, ut nimirum experiantur, an ipso temporis, & ætatis & circumstantiarum opportunitate cesserit impotentia, atque adeo evincatur. Nam in prædicto dubio habent conjuges jus inquirendi de potentia, vel impotentia, quæ aliter inquireri non potest, nisi copulam attentando: quod, si semen aliquando dispergatur, cum id sit per accidens, non erit culpa, ut mox iterum dicam nu. 8. Solum triennium dixi, nam tantum temporis prudenter præfixit *e. c. Laus Ecclesia requirit, & sufficere ad indagandam hanc veritatem. Post triennium igitur, si persistet impotentia, sunt separandi conjuges frigidis. modo sumper dicto. quando non sit dubium, sed spes verè probabilis consummandi copulam, dicam n. 8. cum Sanc.*

3. Pro foro externo (cujus etiam non pauca faciunt, ut videbis, etiam pro interno) alia ratione procedendum est, quando conjuges conveniunt, fatendo impotentiam, alia verò, quando dissentiunt.

QUANDO CONVENIUNT.

4. In hoc casu, quamvis convenient conjuges, affirmando impotentiam, si tamen ejus moralis saltem certitudo, per Medicos, & Matronas peritas modo supradicto non appareat, conjugibus fidem ne habeat statim Judex, nec Matrimonium invalidum statim pronunciet, nam ex communiore, ac probabiliori sententia tria præstanda antea sunt. Primò, per tres annos continuos debent ejusmodi conjuges frequenter, (& quidem morali

R. 3

frequenter dñ tamen.

frequentia, & humana) experiri, an verè sint impotentes: id, quod facient, attentando copulam materialem. Secundò, iidem post dictos tres annos jurare debent, se coire, non potuisse, licet conati sint. Tertiò, debet accedere Testimonium septimæ manus, ut jura loquuntur, id est, debent septem propinqui ex parte viri, & septem ex parte feminae, vel in horum defectu totidem vicini, vel saltem quot haberi possunt, debent, inquam, jurare se credere conjuges verum dicere, dum ii jurant se per illum triennium copulam perficere non potuisse. Hæc dispositio merito à Sacris Canonibus statuta est, ne inter ipsos conjuges intercurrat aliqua fraus, vel collusio, & ne, si facilis fides habeatur, aliqua deceptio subleat. His ergo tribus conditionibus positis de invaliditate talis Matrimonii, sententiam Judex proferat.

5. Duo nota. Primò, si ante finem Triennii appareat certò physicè, vel moraliter impotentia perpetua, ut si apparerent virilia arida, &c. ut supra diximus, tunc non erit expectandus triennii finis, nec adhibendum Testimonium supradictum septimæ manus; hoc enim Testimonium requiritur, quando res est dubia, ut videbimus: sed si res certa sit, ad quid ejusmodi Testimonium? statim ergo ferenda est sententia à Judice de invaliditate Matrimonii, quia tunc subintrat doctrina data §. 2. n. 5.

a G. Hurt. Ita docet Hurtadus *a* contra Sanchez, & Pontium ab ipso citatos requirentes, etiam hic, septimæ manus Testimonium. Ratio autem Hurtadi, quæ est modò dicta, satis efficax mihi videtur.

6. Nota Secundò. Quandoam debet incipere ejusmodi triennalis experientia? Sanchez cum communi dicit, incipere à die intentatæ primæ copulæ; Pontius à die, quo Judex decernit, faciendam esse ejusmodi triennalem experientiam. Aversa à die, quem præfigit Judex, ut rationabilius judicabit; id enim totum Judicis arbitrio remittitur.

Ex iis sententiis. Prima est servanda, quando agimus pro foro conscientie juxta dicta nu. 2. Secundam, vel tertiam, (cum utraque sit probabilis) poterit, ut libet, amplecti Judex, imò etiam primam, quando illa uti, necessarium, seu opportunum ipse arbitrabitur, quod certè erit, si post multum tempus ad

Judicem acceditur, & interim conjuges experti copulam fuerunt.

7. Dum autem dicitur Triennium debere esse continuum, morali intelligatur modo (ut contra aliquos, requirentes continuitatem physicam, bene docet Diana *b*) id est, non b Diana magna interruptione facta, quod si magna 11. Tri. ob aliquem casum inte. cessit, suppleatur pte ref. 8. 10. dentis Judicis arbitrio, post triennium. Hurt. a

8. Denique, si dum attentat conjux copulam, non potest intra vas semen emittere, sed dispergat extra, sanè non peccabit, quia hæc effusio ipsi voluntaria non est, sed per accidens sequitur ad experientiam, quam is legitime facere valet. De qua re lege Sanchez, *c* qui addit, quamdiu verè probabilis spes est consummandi copulam, *d* 17. 22. etiam per sex, etiam per plures annos, posse *e* 24. conjugem illam tentare, nam, si non est spes verè probabilis, sed solum dubia (quos terminos explicavi *d* supra) tunc profectò tentare copulam, conjux non poterit, nisi per triennium, ut jam dictum est nu. 2.

QUANDO DISSENTIUNT.

9. Si alter conjux affirmat, se esse potentem, quam potentiam negat alter, quid decernet Judex?

Respondeo, ac distinguo duos casus. Primus casus. Si qui negat potentiam, reclamet statim, hoc est intra bimestre à Matrimonio contracto, afferatq; signa impotentiam physicè, vel moraliter certam ostendentia; debet illum Judex *f* audire, (deinde ex doctrina Sanchez, & Pontii, non verò Hurtadi, ut diximus *n*. 5.) recipere ejusdem juramentum, & de. insuper testimonium septimæ manus, modo supra *nu*. 4. explicato, & sic Matrimonium illud pronuntiare invalidum, illudque dissolvere: At, si afferat signa nequaquam, modo dicto, certa, sed dubia, debet Judex illis conjugibus concedere triennalem experientiam, quo transacto, imò, & nondum transacto, si appareat certò impotentia, dissolvat Matrimonium: At verò, si adhuc remaneat dubia, quod mox dicam *nu*. 11. *e* 12.

10. Secundus casus. Si qui negat potentiam alterius, reclamet tardè, id est, post bimestre (etiam post annos) afferatq; signa impotentiam certa *f* physicè, vel moraliter (adverte à *d*. 10. Sanchez signa certa moraliter vocari hic ve- 108-

et similiter evidentiā (tūc Judex, præcedentibus juramento negantis, & juramento septimæ manus, dissolvat eodem modo Matrimonium, quo in primo casu. Ita omnino,

2 Sanchez. l. 1. quoad dissolutionem puto cum Sanchez, a. sive citò, sive tardè, sive vir, sive fœmina reclamet: si enim certa apparet impotentia, nullum fuit Matrimonium.

11. Hæc doctrina de hoc secundo casu est aliquantò magis controversa, quàm doctrina de casu primo, nam propterea eos duxi distinguendos. Dixi autem (quoad dissolutionem.) Nam, an necessariò adhibendum sit juramentum negantis, & Testimonium septimæ manus, recurrit doctrina Sanchez, & Pontii, illud requirerentium, Hurtadi verò non requirentis, ut vidimus n. 5.

Quod, si idem tardius reclamans assert signa, seu probationes dubias (reclamanti enim semper incumbit probare impotentiam alterius) ut tandem res decernatur, quarat Judex Testes spectatæ virtutis, qui fortè ab utroque conjugè audierint, ipsos potuisse, vel per triennium non potuisse matrimonium consummare, factisque cæteris probationibus per juramenta dicta nu. 4. cum sic potentia, vel impotentia jam moraliter constet (nisi aliud in contrarium advertatur ex circumstantiis) dissolvat Judex, vel sitmet Matrimonium. Si tamen his omnibus diligentis, exhibitis, vel illi Testes de eo audiri haberi non possint, vel prudenti judicio, quàmvis illi habeantur, adhuc res non appareat certa moraliter, concedat Judex prædictam triennem experientiam, qua elapsa, si res adhuc dubia remaneat, vel etiam purè probabilis (id est, ea probabilitate, quæ non pertingat ad certitudinem, quam explicui §. 1. n. 5. & 6.) confirmet Matrimonium, quia tunc non potest spoliare conjugem suo conjugè, nam ad spoliandum eum, qui est in possessione bona fide habita (ut habuit conjux, de quo loquimur, quando matrimonium sine ulla suspitione impotentiae contraxit) non sufficit probabilitas, sed requiritur certitudo, multò magis in negotio Matrimonii, cujus valori est semper favendum, etiam post quodcunque tempus.

12. Quid, si probeatur per certas probationes mala fides, nempe conjugem cum cognitione suæ impotentiae matrimonium contraxisse?

Respondco. Profectò putarem, salvo pe-

nitore judicio, tunc esse Matrimonium à Juddice dissolvendum, quia in eo casu conjugè non faveret possessio.

13. Denique iterum adverte, prædicta pro foro externo non tollere obligationem fori interni, quia conjuges, si verè cognoscant potentiam, vel impotentiam tenentur, vel persistere in Matrimonio, vel illud dissolvere, ut ex dictis patet. Hæc clarè sint dicta satis, nam latè agitata, sed profectò non parum implexa habes apud Sanchez, Pont. Hurt. Averl. Perez, aliosque apud eisdem, nec omittens Taner. b multa in hoc argumentum afferentem contra Joan. Sanchez.

14. Illud ne tibi hac occasione excidat, sententiam de Matrimonii invaliditate, etiam ter latam, etiam elapso quocunque tempore, nunquam transire in rem judicatam, id est, detecto errore, debere retractari dictam sententiam, & iterum debere conjuges conjugi, etiam si transissent ad secundas Nuptias, quia si illud primum fuit validum, hæc secundæ Nuptiæ nullæ fuerunt, & illud prius Matrimonium nulla humana potentia dissolvi potuit. Si bona, vel mala fide processerunt conjuges ad obtinendam dissolutionem Matrimonii ratione prædictæ impotentiae, & deinde post legitimam sententiam appareat certò potentia, Matrimonium esse necessariò restabiliendum docet Sanchez, c sed Pontius d negat, si bona fide processerunt. Eos lege, & item Averlam e omnino.

§. V.

Impotentia, sive absoluta, sive respectiva, superveniens Matrimonio.

1. **S**uperveniens Impotentia Matrimonio jam legitimè contracto nequaquam illud dirimere potest, quia Matrimonium semel validum, semper est validum, & ita deciditur in jure. f Quod si in alio jure g videtur contrarium decidi, non ita est, quia in hoc secundo Textu locutio est de sponsalibus de futuro, vel de impotentia, quæ Matrimonium præcessit.

2. An autem Conjuges, quibus impotentia superveniat, sicutè possint usum Matrimonii, quoad oscula, tactus, &c. exercere, si periculum pollutionis non adsit, concedit h Sanchez, & nos satis alibi i explicuimus.

Quando

b Vinc.
Tancred. l.
7. de mat.
D. præfer-
tim 107.
c 108.

c Sanchez. l.
7. d. 99.
e 100.
d Pont. lib.
7. c. 65.
nu. 6.

e Averl.
l. c. A-
versim ca-
su nostro.

f C. Hi, qui
32. qu. 7.
g C. Quod
proposuisti.
ib.
h Sanc. l.
9. d. 44.
n. 22
i latius ib.
d. 17. n.

19. c. 20.
i Lib. 7. in
Decal. c. 3.
s. n. 37.
c 38.

Quando, omnibus expensis, dubium est, an Impotentia perpetua præcesserit, unde sit dubium de validitate Matrimonii, an potius a Sanch. l. subsecuta sit, vide latè apud Sanchez, & aliosque.

a Sanch. l. 1. subsecuta sit, vide latè apud Sanchez, & aliosque.
7. matr.
d. 103. Reginal. lib.
31. n. 105.
Aver. q.
13. matr.
sec. 4. Bonac. q. 3.
de matr. p.
13. n. 11.

CAPUT XIV.

Impedimentum XIII.

Raptus.

DE hoc Impedimento latè egi lib. 7. in Decal. c. 6. §. 6. an. 9.

CAPUT XV.

Impedimentum XIV.

Absentia Parochi, & Testium.

DE hoc agam, Deo favente, infra commodius Tract. 4. ferè per totum latissimè.

CAPUT XVI.

De Impedimentis solùm impedi-
bus Matrimonium.

ERant hæc olim duodecim his versibus comprehensa:

*Ecclesia vetitum, nec non Tempus feri-
tum,*

*Atque Catechismus, sponsalia, iungito vo-
tum,*

Impediunt fieri, permittunt facta teneri.

Incestus, Raptus sponsæ, mors mulieris,

Susceptor propria sobolis, mors presbyteralis,

*Vel, si poeniteat solemniter, aut Monia-
lem*

*Accipit, prohibens hæc conjugium socian-
dum.*

Cum his ergo olim illicitè contrahebatur b Sanch. l. 7. Matrimonium, sed validè. b Nunc partim d. 17. & à Tridentino, partim à consuetudine legiti-
communi- me usurpata, reducta sunt ad quatuor, nam
fer. propterea solùm hæc explicabo. Illa cætera videat Lector apud Doctores passim: Hæc autem quatuor (quorum duo sunt impedi-

menta admodum limitata) hoc versu com-
prehendere, in gratiam Tironum, volui.

*Sacratum tempus, Vetitum, Sponsalia, Vo-
tum.*

SACRATUM TEMPUS.

2. Tridentinum & limitans Canones an-
tiquos solùm prohibet (sub qua culpa suo
loco dicam infra d) ne ab Adventu Domini
usque ad Epiphaniam, & à die Cinerum
usque ad Dominicam in Albis inclusive, ce-
lebrentur Benedictiones solennes Matrimo-
nii, & solennes translationes Sponsæ ad do-
mum Sponsi cum multis lætitiæ signis. Non
ergo prohibet, iniri Matrimonia, vel con-
suetas denunciations fieri, vel privatas Tra-
ductiones & Sponsæ ad Sponsi domum: id
quod indicavi, dum dixi modò, hoc impe-
dimentum esse valdè limitatum.

VETITUM.

3. Quando Episcopus, vel etiam Páro-
chus, ut notat Sanchez, f aliique, graviter
alicui prohibent etiam extra Judicium, ne
Matrimonium tunc contrahatur, sed differa-
tur ob aliquam rationabilem causam, puta,
ut interim cognoscatur de aliquo impedi-
mento diiuncti, vel, ut rixæ, & discordiæ
componantur, &c. licet validè, illicitè ta-
men graviter, contrahunt Matrimonium, &
debet Judex Ecclesiasticus pœnam arbi-
trariam non obedientibus infligere.

4. Excommunicatus, sive Majori, sive Mi-
nori Excommunicatione, cum interdictus
sit, ut dicemus in Tract. de Excommunica-
tione, recipere Sacramenta, illicitè etiam re-
cipiet Matrimonium, licet validè, ut ibidem
explicabimus.

5. Tempore autem interdicti prohibita
quidem sunt Benedictiones Matrimonii, non
tamen ipsius Matrimonii contractio, ut item
dicemus cum de Interdicto.

Ex dictis vides, quàm meritò dixerim,
hoc impedimentum esse limitatum, ac di-
minutum.

SPONSALIA.

6. Hoc tertium enim verò, ut & quartum,
sunt

sunt impedimenta, licet solum impedientia, absoluta tamen, & non limitata.

Si quis ergo cum aliqua persona contraxit sponsalia, illicitè Matrimonium contrahet cum quacunque alia, nisi fortè antea, sponsalia priora, legitimè, dissolvantur: validè tamen dictum Matrimonium per verba de presenti contrahet, quia hoc impedimentum solum impedit, non dirimit Matrimonii contractionem.

7. Est autem de jure naturæ hoc impedimentum: quilibet enim debet stare promissis in contractibus onerosis. Verum de sponsalibus infra plura dicenda sunt.

VOTUM.

8. Hic nequaquam agimus de Voto solemnī Castitatis incluso in Professione Religiosa, vel Sacerdotio; illud enim Impedimentum dirimens est, juxta ea, quæ nuper vidimus, sed de Voto Castitatis simplici nostra præsens est locutio, quod Impedimentum est solum impediens, quodque quatuor sub se peculiaria vota comprehendit, quorum aliqua directè aliqua indirectè Castitatem requirunt, & opponuntur Matrimonio, non quæ illud invalidum reddunt, sed illicitum. Sunt autem ea. Votum simplex Castitatis, Votum non ducendi uxorem, seu vitam celibem agendi, Votum ingrediendi Religionem, Votum suscipiendi Ordinem Sacrum. Est autem hoc Impedimentum de jure naturæ, quilibet enim obligatur, vota, quæ Deo promittit, adimplere.

CAPUT XVII.

Aliquot quæstiones pertinentes universaliter ad prædicta Impedimenta.

§. I.

QUESTIO PRIMA.

Quanam specie peccati peccet, qui cum impedimento dirimente copulam habet, vel Matrimonium contrahit.

Hunc peccare mortaliter, dictum est sepe: At nunc scire Lector cupit, æquanam peccati specie? Claritatis gratia sequentibus quatuor dictis huic desiderio faciam satis.

Tantumvis de Sacramento.

2. Dictum Primum. Si duæ personæ non conjugatæ, vir scilicet, & mulier aullo impedimento dirimente affecti copulam habeant, ea specie malitiæ peccant, quod affert ex se peccatum, quod committunt. V. g. duæ personæ liberæ non consanguineæ peccabunt sola fornicationis specie.

3. Dictum secundum. Adveniente, seu considerato impedimento, si vir, & mulier copulam habeant, ultra malitiam, quam ex se ejusmodi copula affert, contrahent aliam, quam fortè affert impedimentum, v. g. quando vir, & mulier sunt consanguinei, si copulam habeant, ultra speciem peccati fornicationis, contrahent peccatum Incestus. Unde, si antea vir, & mulier fuissent extranei, sed postea, vel Votum, vel affinitas aliqua ipsis superveniret, certè, quamvis antea eorum copula fuisset solum fornicaria, tamen deinde sacrilegia erit, vel incestuosa, & sic de similibus. Idem dic, si iidem cum Impedimento dirimente contrahant, & deinde commisceantur; cum enim Matrimonium illud sit nullum, remanent eadem malitiæ, quæ erant antea.

4. Dixi (*Quam fortè affert impedimentum*) nam aliquando illam novam malitiam non affert: error v. g. in persona malitiam aliam novam asserere non solet; si enim putans te habere copulam cum Maria libera, invenias eam fuisse Antoniam item liberam, sanè solum malitiam simplicis luxuriæ à te contractam esse, nemini esse dubium potest. Pari modò in Impedimento Raptus: Tridentinum enim voluit, ut irritum esset Matrimonium inter Raptorem, & Raptam quamdiu rapta est in potestate Raptoris, idque voluit ob libertatem Matrimonii. Iam si Rapiens, & Rapta, communi consensu copulam deinde habeant, fornicationis solum malitiam contrahent, quia motivum propter quod Ecclesia Matrimonium inter has personas invalidum reddidit, fuit libertas Matrimonii, quod motivum nunc non addit aliquam rationem novæ malitiæ supra simplicem fornicationem. Idem denique in impedimento Criminis; Ecclesia enim sancivit, ne vir, & femina convenientes ad occidendū alterutrius cōjugem eo animo, ut inter se Matrimonium contrahant, validè illud incant, idque sancivit in pœnam delicti, & ad præcavendum, ne spe Matrimonii simile delictum committatur. At hoc motivum nullam novam malitiæ speciem addit, &c.

§§

§. Di-

5. Dictum tertium. Prædicti, qui Matrimonium contrahunt cum impedimento dirimente quocunque, sive Jure naturæ, sive Ecclesiastico inducto, ultra nullitatem Matrimonii, peccant etiam contra illas virtutes, ratione, quæ adest illud impedimentum. Si n. v. g. sint consanguinei, Matrimonium attentando faciunt contra reverentiam debitam consanguineis, dum volunt illud, quod ipsis est impossibile, & quod ob motivum talis virtutis ipsis est prohibitum. Multo magis, quia sic habent animum utendi consanguineo pro conjuge; & si impotentes sint ad prolem, habent animum peccandi contra naturam, & si conjugati, contra castitatem, adulterando, &c. Hos tamen non peccare peccato inobedientiæ puto, cum Perez loc. cit. quia non quælibet transgressio præcepti affert malitiam peculiarem contra Obedientiam, nisi, quando sit expresso animo non obediendi, vel nisi prohibitio sit facta à Superiore, ut ipsi obediatur, quæ hic non adesse, supponimus.

6. De Impedimentis solum impediētib. Dico, quamvis cum illis valide Matrimonium ineatur, peccari tamen à contrahente Matrimonium; cum illis, inquam, quatuor, quæ hodie durant. Nam cum primo sit contra promissionem datam Sponsæ, cum secundo sit contra Votum factum Deo, cum tertio, & quarto, contra prohibitionem, qua Episcopus, vel Parochus tibi distulit Matrimonium.

7. At inquires. Peccaturne peccato sacrilegii, quatenus, qui contrahunt cum impedimento dirimente, injuriā faciunt Sacramento Matrimonii, quod nulliter suscipiunt?

8. Respondeo. Ita putat Coninck, & alii quæ sicuti peccat, quando nulliter cætera Sacramenta conficere quis attentat, ut, si quis baptizaret sine debita forma, vel materia. Certè Fideles, quando contrahunt Matrimonium cum impedimento dirimente, sciunt, sic se, non solum irritum reddere contractum civilem Matrimonii, verum etiam Sacramentum illi contractui à Christo Domino annexum.

9. Negat Sanchez & cum aliis, quia irritatio cujus nunc dictæ personæ sunt causæ, causa, dumtaxat in ipsum contractum civilem; ipsi enim solum hunc contractum nullum faciunt, esto sequatur deinde, in eo actu non adesse rationem Sacramenti. c. Utraque sententia probabilis est.

Ver. Respon-

§. II.

QUÆSTIO SECUNDA.

An, qui metu gravi coactus Matrimonium cum impedimento dirimente contrahit, valide contrahat, & licite?

1. Quoad Primum, id est, quoad valorem convenimus omnes, cum omnino abesse ab ejusmodi Matrimonio ex gravi metu contracto: non solum ob rationem, quam infra dicemus, universalem, quia omne Matrimonium, etiam nullo impedimento contractum, irritum est, si ex metu gravi contrahatur, modo ibidem explicando; Verum etiam ex peculiari ratione ducta impedimentis dirimentibus.

2. Et quidem ratio peculiaris pro Impedimentis Jure naturæ inditis est manifesta; Nā si personæ Jure naturæ sunt inhabiles, Pater v. g. est inhabilis ad contrahendum Matrimonium cum Filia, numquid metus habilitatem illam dare illis potest? At ratio peculiaris pro impedimentis ab Jure Ecclesiastico inductis difficilior est, & difficultas ducitur ex ea communis doctrina, quod præcepta Ecclesiæ non obligant cum tanto rigore, & cum periculo magni mali, quale malum supponimus adesse, quando ex gravi metu quis Matrimonium contrahere cogitur. Quare tunc præceptum Ecclesiæ, quod induxit tale impedimentum, non obligabit, & consequenter tunc nullum impedimentum erit.

3. Varias rationes fortasse minus aptas invenies apud Doctores; Illam ego, post diligentem considerationem, esse, puto. Quando dicimus, Ecclesiæ præcepta non obligare, ubi magna est difficultas, malique magni periculum, sensus est, quod Fideles illa præcepta tam difficilia transgrediendo, non peccant: At non est sensus, quod illa, quæ ipsa Ecclesiæ, immo, & Princeps Sæcularis legitime decernit, & vult, esse talia, talia non sint respectu patientis gravem metum. Secus enim contractus Minoris factus ex timore sine auctoritate Judicis, validus esset, quod nemo dixit: nam timor magni mali excusat quidem ab observandis præceptis, sed non propterea tollit, talem esse actum in se, qualem pronuntiat legitimus Superior, qui cum actu, sive spon-

te, si-

te, si ve metus factum, annullat. Certè pari modo, qui cum ignorantia inculpabili impedimenti contrahit Matrimonium non peccat durante ignorantia, sed tamen invalidè & cō-

a Sane. lib. 2. d. 38. c. 8. trahit, quia ignorantia non facit personas ex communi- ter ex C.

Inquesti- nor de sct. excomm. C. Li- teras. De Rescrip- sionib.

4. Quoad secundum, an metu gravi contra- hens Matrimonium cum impedimento diri- mente illicitè agat? Dico, illicitè quidem gra- viter agere, quando contrahit cum animo u- tendi conjugio, sic contracto, vel cum animo cohabitandi cum conjuge, cum periculo in- continentiar. Patet, quia hic animus, pecca- minosus manifestè est. At si hic animus desit, est distinguendum; quando enim contrahis cum impedimentis Jure Ecclesiastico consti- tutis, ne venialiter quidem peccas, quia tunc, si esset peccatum, idèd esset, quia fieret contra præceptum positivum Ecclesiæ verantis, ne quis attentet contrahere Matrimonium cum impedimento, at præcepta positiva Ecclesiæ, ut dictum est, non obligant cum tanto peri- culo gravis mali, ergo &c. Et ita docent com- munitè Sanchez, b Coninck, G. Hurt. alique.

b Sane. Co- munitè, G. Hurt. eos citans d. 12. diff. 4.

5. At verò in eodem casu, quo dictus pra- vus animus deest, quando ex dicto metu con- trahis cum impedimentis Jure naturæ consti- tutis v. g. cum impotentia, vel tu Pater cum tua filia, sunt duæ sententiæ Altera (quam ha- bet G. Hurtadus, & sequiturque Perez d) docet

c G. Hurt. d. 12. diff. 4.

te semper peccare mortaliter, quia (inquit) tunc contrahere, est contra jus naturale pro- d Perez d. 12. sec. 5.

m. 5. c Sane. lib. 7. matr. d. 12. nu. 3.

hibens Matrimonium. Altera (quam sustinet Sanchez & sequiturque Coninck, f & Castro- palaus g) docet, te, ne venialiter quidem, pec- care, eo prorsus modò, quo te non peccare, di- citur est num. præcedente in impedimentis

f Coninck d. 30. n. 19 d. 30. n. 19 d. 2. de spons. d. 12. nu. 3.

ab Ecclesia constitutis. Ratio est, quia (inquit) ex una parte tunc Matrimonium non sit vali- d. 30. n. 19 d. 30. n. 19 d. 2. de spons. d. 12. nu. 3.

de, & ex alia ille solus inefficax consensus sa- tis à peccato liberatur ex capite dicti metus, Equidem hanc posteriorem sententiam pro- babiliorem existimo.

6. Verum urget Hurtadus. Intentare id facere, quod jure naturæ prohibitum est, est intrinsecè malum, quale esset v. g. intenta- re homicidium Innocentis. Sed intentare Matrimonium cum impedimento dirimen- te est intrinsecè malum; ergo excusari nun- quam, ne ex gravissimo quidem mortis me- tu, potest?

Respondet, Distinguendo Majorem: in-

tentare id facere, quod prohibitum est jure naturæ, v. g. homicidium Innocentis cum animo volendi illud facere, est intrinsecè malum, concedo Majorem; cum animo illud nolendi facere, & cum certitudine, quod non faciet, est intrinsecè malum, nego Majorem, abstrahendo ab alio inconvenienti. Neque e- nim condemnabis eum, qui metu suæ mortis adactus, fingeret occidere Innocentem, projiciendo v. g. contra illum sagittam, sciens certò, nullum illi se damnum allaturum, hæc enim non esset vera attentatio homicidii, sed solùm, quasi illusoria quædam attentatio, quam licitè exhibere possum, ut ego mor- tem evitem. Quoniam ergo mericulosè con- trahens cum dicto impedimento scit pro, cot- to, se nullum celebrare Matrimonium, illa non erit vera attentatio Matrimonii, atque adeo erit talis actio digna, quæ à metu gravi excusari à peccato possit. Atque hæc ad de- fendendam sententiam Sanchez merito dicta fiat.

7. Quod si sciens, te nullum celebrare Matrimonium, adhuc contra jus velis verè contrahere, tunc profectò non est mirum, si pecces, ut etiam peccares, si similem animum habens, contraheres cum impedimento indu- cto ab Ecclesia: nam tunc esset nolle obedire legi, & animum fornicandi habere, &c.

8. Quid si prædictus impeditus jure na- turæ putares, te verè contrahere posse, & propterea metu coactus contraheret?

Respondet, hunc multò minus peccatu- rum, quia bona fides cum invincibiliter ig- norantem excusat; ea tamen fide ablata, ip- sum se gerere non posse, ut conjugem, satis supra monuimus.

9. Affectum impedimento solum impe- diente, nec peccare in prædicto metu, si ab- sint pericula, & inconvenientia dicta num. 4. similis ratio persuadet, nam, & ipsum tunc invalidum est, non quidem ex ratione talis generis impedimenti, sed ex ratione univer- sali infra, ut diximus, explicanda, quod scilicet omne Matrimonium est nullum, si ex metu gravi contrahatur.

SS 2

§. III. Quæ

§. III.

Qui putans impedimentum adesse cum tamen non adsit, an valide contrahat?

DE hac quaestione commodius agemus infra Tract. 4. c. 2. §. 2.

§. IV.

Quam peccam incurrant contrahentes cum impedimento?

Breviter. Præter peccatum, quando adest impedimentum solum impediens, & præter peccatum, & invaliditatem Matrimonii, quando adest impedimentum dirimens, nulla poena ipso facto universaliter incurritur ab impeditis, Matrimonium, non prævia dispensatione, contrahentibus,

Dico (universaliter) nam incurritur ex-

communicatio ipso facto, sed non reservata in iis casibus, qui habentur in Clementina unica de consanguinitate, his verbis:

Eos, qui scienter in gradibus consanguinitatis, & Affinitatis Constitutione Canonica interdicti, aut cum Monialibus contrahere Matrimonium non verentur, nec non Religiosos, & Moniales, & Clericos in Sacris constitutos Matrimonium contrahentes, excommunicationis sententia, ipso facto, decernimus subjacere.

Cum autem hæc Constitutio alia Impedimento non meminerit, ad illa ex Regula Generali, quod odia sunt restringenda, extendi nequaquam debet. Ita Averfa. *a* Unde ex eodem principio rectè Pontius *b* docet, hac excommunicatione non affici eos, qui cum obstringantur vinculo Cognationis legalis, vel spiritualis Matrimonium inter se contrahunt, quia Constitutio solum meminit Consanguinitatis, & Affinitatis.

41. m. 3.

TRACTATUS SECVNDVS DE DISPENSATIONE IMPEDIMENTORVM MATRIMONII.

CAPUT I.

Quid sit Dispenratio, & qua ratione interpretanda?

2 Gloss. C. Requiritis l. qu. 7. V. ut pleriq. & ap. Sac. li. 8. matr.

d. 1. nu. 2. Castrop. T. 1. tr. 3. d. 6. p. 1. n. 2. alique ap. Dian. p. 2. tract. 3. Res. 1. b C. 1. de filiis præb. in 6. Sape. lo. ci.



DISPENSATIO est iuris a relaxatio facta cum cognitione cause ab eo, qui potest relaxare. Clarius: Est actus Iurisdictionis, quo, pro aliquo peculiari casu, vel persona, tollitur obligatio alicuius legis, ea lege interim in suo robore pro aliis remanente.

2. Hæc igitur dispensatio strictè est interpretanda, salva semper proprietate verborum. Ratio est, quia natura dispensationis est

contra jus commune, illud enim tollit pro aliquo casu, vel persona particulari; ergo est odiosa juri, atque adeò bono communi, propter quod latum est jus; ergo quanto minus potest, debet extendi.

3. Hinc sequitur, etiam dispensationes Matrimoniales, de quibus loquimur, debere strictè interpretari: jam enim ipsæ vulnerant jus commune, & ita sustinet communis opinio. Nihilominus Merolla *d* cum aliis *e* Sane tenet, has largam habere interpretationem. *n. 30.* Ratio est, inquit, quia ex communi doctrina, *d* Merolla quando per aliquam dispositionem redimus *T. 2. d. 4.* ad observantiam juris, illa dispositio non est odiosa juri, sed illi favens, quia jam illud servat: Sed per Dispensationes Matrimoniales redimus ad jus naturæ, concedentis amplissimam

nam libertatem in Matrimonio; ergo odio-
se illæ non sunt, adeoque nec strictè intelli-
genda: Bono autem communi largæ hæc in-
terpretatio nocere dicenda non est, quando-
quidem faver primordiali hominum liberta-
ti in Matrimonio contrahendis.

4. Hæc Merollæ opinio nimis probat,
ideoque probat nihil, probat enim omnem
dispensationem habere largam interpretationem,
quia hæc semper faver hominum primordiali
libertati. Ad argumentum ergo ipsius, con-
cessa Majore, neganda est Minor, nam Jus na-
turæ non præcipit, sed solum non prohibet
Matrimonia, ad quæ Natura ipsa propendet,
si ergo à jure positivo aliqua ex illis, ob com-
mune bonum, prohibentur, (ut certè prohi-
bentur) sanè in casibus deinde, in quibus pro
aliquo ex his prohibitis, dispensatur, jus, &
bonum commune violabitur.

5. Quando dispensatio æquivaler legi
communi, qualis est dispensatio, quæ claudi-
tur in jure communi, vel quæ conceditur
communitati, largam profectò habet inter-
pretationem, sed absque admiratione, quia
tunc per illam jus commune non vulneratur,
sed immò jus constituitur. Lege hæc, & simi-
lia apud Dianam, & aliosque citates.

CAPUT II.

De Potestate dispensandi,

1. **P**otestas, quam quis habet, siue ordi-
nariam, siue delegatam, sed generali-
ter alicui concessam dispensandi
cum omnibus, est latè à interpretanda. Ratio
brevis est, quia potestas ad dispensandum non
est contra jus, nec in alterius præjudicium,
immò bono communi favent, siquidem bo-
num est commune, adesse eos in Republica,
qui subditis consulere per dispensationem
possint. Aliquas limitationes vide apud eun-
dem Sanchez. c.

2. Dixi (generaliter, & cum omnibus) nam
si hæc potestas dispensandi concedatur alicui
per modum mandati, ut solet pro dispensa-
tionibus Matrimonialibus, in quibus sic v. gr.
dicit Pontifex Delegato: *Dispenses cum Petro,*
si ejus preces veritate nitantur, vel quamvis po-
testas hæc, vel similia verba non apponan-
tur, tamen concedat Princeps Delegato pote-
statem dispensandi solum cum aliqua pecu-

liari persona, si, inquam, sic potestas dispen-
sandi concedatur, erit strictè à interpretanda. d. Sanc. l. 8.
Ratiò, est, quia in hoc casu, concessio potesta-
tis, vel est inchoata dispensatio, vel speciatim
relata ad peculiarem dispensationem, & con-
sequenter juxta prædicta, esse stricti juris de-
bet. Sit exemplum illud, quod affert Conra-
dus: Concedit absolute Pontifex Delegato,
seu executori potestatem dispensandi super
quarto gradu consanguinitatis in favorem
verbi gratia Titii: Delegatus autem invenit,
quartum ejusmodi gradum esse verbi gratia,
in eo duplicem, hoc est, ex duobus stipitibus
esse Titium, & Bertam consanguineos, habet
ne executor potestatem dispensandi in utro-
que gradu? Sanè non habet, quia cum hæc
potestatis concessio facta sit pro peculiari ca-
su, & persona, strictè est interpretanda. Qua-
re intelligenda erit de uno quarto gradu, ni-
mirum proveniente ab uno stipite, non verò
ex duobus, vel pluribus.

CAPUT III.

De Potestate dispensandi Impedimenta
Matrimonii, quæ residet in Sum-
mo Pontifice. Re-
missivè.

1. **E**am amplissimè residere in Summo
Pontifice, sed quoad ea impedimen-
ta, quæ non sunt de Jure naturæ, siue
impedientia, siue dirimentia, res est indigna,
de qua dubitetur. De jure autem naturæ cer-
tò esse, diximus supra, impedimentum ex er-
rore personæ, ex ligamine, ex impotentia per-
petua, ex consanguinitate in primo gradu re-
ctæ lineæ. Adde ex impedientibus, Sponsalia,
quia esset præjudicium alterius ex Sponsis,
nisi fortè Summus Pontifex, ut Judex, illa
sponsalia propter legitimam causam declaret
irrita, vel esse dissolvenda.

2. Hæc sunt clara. Illud est controversum.
An Pontifex possit dispensare in radice Ma-
trimonii; id quod cum ad frequentem pra-
xim non pertineat, videatur, quando
erit opus, apud Sanchez, &
aliosque.

c. Sanchez. l.

8. matr.

d. 7. nu. 4.

Molin. d.

624.

Comin. d.

33. dub. 4.

Perez. d.

44. sec. 5.

G. Hurt. d.

26. matr.

diff. 1. n. 5.

& ex In-

risperitis.

Marc.

Curiell.

Tr. 1. de

Donatio.

d. 2. parti-

cula 6.

an. 33. &

praesertim

nu. 160.

CAPUT IV.

De Potestate, quæ residet in Episcopo
dispensandi Impedimenta Matrimonii.

§. I.

De potestate Episcopi dispensandi in Impedimentis solum impediens.

1. **L**Oquimur de solum illis quatuor, quæ sunt hodie impediens, *Sacramentum tempus, Vetitum, Sponsalia, Votum*, facilisque est doctrina, nam potest Episcopus dispensare in primo, sed eo modo, quem infra a distinctius dicam. Potest item in secundo, quia est dispensare in prohibitione à se, vel à Parocho, cuius ipse est Superior, lata. Non potest autem in tertio, quia esset præjudicium alterius ex Sponsis; nisi forte, ut Judex, ea ratione, quam diximus modo de Pontifice. Denique non potest in quarto, quoad Votum absolute Castitatis, & Religionis, quia hæc sunt reservata Pontifici. Quoad alia Vota potest, sed advertendo, semper debere adesse in dispensatione concedenda rationabilem causam, ut b alibi universaliter est explicatum.

a *Infra*
c *de fo-*
l *lemnitat.*
m *atr. tr. 6.*
c. 4. §. 5.
m. 4.

b *Lib. 3. in*
D *ecretal. c.*
16. §. 4.

§. II.

De Potestate Episcopi in Impedimentis dirimentibus. Præmittuntur aliqua scitu necessaria.

1. **P**Ræter Impedimentum ætatis (in quo ex urgentissima causa posse de jure Episcopum dispensare, quando malitia supplet ætatem supra c vidimus, ubi etiam monuimus, praxim esse, ut etiam in hoc solus Papa dispense) in nullo alio impedimento dirimente potest ullam dispensationem Episcopus, a per se loquendo, concedere, quia nullus inferior potest quid in lege Superioris, qualis est hæc de Impedimentis dirimentibus.

c *Sup. Tr. n.*
1. *De Im-*
p *ed. c. 13. §.*
2. *nu. 20.*
d *Castrop.*
T. *tr. 3. de*
l *egib. d. 6.*
p. 4. *aliqui*
passim.

2. Dictum est (per se loquendo) nam ex præsumpta Summi Pontificis voluntate aliquando potest, & quidem in inductis à Jure

Ecclesiastico, nam ab aliis, ne ipse quidem Pontifex potest, ut diximus.

3. Id autem, ut facilius intelligatur, prænotare juvat tria in Universum.

1. Circa potestatem Episcopi in legibus Superioris esse duos loquendi modos. Alter docet, Episcopum habere potestatem omnem dispensandi in dicta lege Superioris, exceptis solum iis, in quibus à Superiore positivè, & expressè limitatur. Alter docet, Episcopum nullam dispensandi potestatem habere in dicta Superioris lege, nisi solum in iis, quæ Superior positivè concedat. Posteriores hunc sentiendi modum probabiliorē esse, dicit Castropalaus. Unde videtur innuere priorē esse probabilem, quem ut probabilem etiam docet Bonacina. f

4. II. Quoties in Sacris Canonibus aliquid prohibetur, sed additur, impersonaliter, ut in eo possit dispensari, poterit tunc Episcopus. Cum enim certum sit, in illis posse Summum Pontificem, superflua esset hujusmodi clausula, nisi tunc potestas intelligeretur Episcopis esse concessa.

5. III. Merito addit idem Castropalaus loco citato, Episcopum dispensare posse in dictis Superioris legibus (etiam Concilii Generalis) Primo, in materia levi. Secundo, in lege non obligante ad culpam ullam, vel ad solum veniale. Tertio, in casu aliquo extraordinario, urgente necessitate, quando periculum est in mora, & non facilis est aditus ad Pontificem. Quarto, in dubiis, quando nimirum dubium est negativum, an casus indigeat dispensatione. Quinto, in legibus propriis, & non universalibus. Sexto, in iis casibus, pro quibus præscripta est legitima consuetudo, ut possit Episcopus dispensare.

6. His præmissis, cum alia decernere ad institutum nostrum non pertineat, disputationem nos restringemus ad sequentes questiones, ex quarum decisione non ignorabitur, quando nam Episcopus dispensationem expedire in impedimentis Matrimonialibus possit.

§. III.

§. III.

An Episcopus propter solam bonam fidem Contrahentium possit dispensare in impedimento dirimente?

i. **D**ico, nequaquam posse, quia bona fides non dat potestatem inferiori ad dispensandum in eo, in quo ipse inferior potestatem nullam habet. Neque dicas Tridentinum a concedere impersonaliter, ut facilius dispenseretur bona fide contrahenti Matrimonium cum impedimento dirimente, quam cum mala, per quem modum impersonaliter loquendi, modo diximus, concedi potestatem Episcopis. Ne id dicas (inquam) hæc enim non est concessio, sed permissio, quia Concilium solum enunciative dicit, facilius dispensari posse (utique ab eo, qui eam potestatem habet, nempe à Summo Pontifice) quando Matrimonium fuit bona fide contractum, quam, quando mala. Non ergo Concilium dat potestatem dispensandi, ne impersonaliter quidem, idque patet, quia secus posset Episcopus etiam dispensare, quando intercescit mala fides, licet difficilius, quod nemo dixit.

§. IV.

An Episcopus in necessitate aliqua dispensare valeat in prædictis impedimentis dirimentibus

i. **V**el sermo esse potest, an Episcopus valeat in his dispensare post contractum Matrimonium, vel ante contractum, idque, vel in impedimento publico, vel in occulto. Secernamus hæc diligenter, ne confusa reddatur tractatio.

IN IMPEDIMENTO OCCULTO,
apparente post contractum
Matrimonium.

1. Potest in hoc Episcopus pro foro tantum Conscientiæ dispensare, quando adfunt simul quatuor circumstantiæ. Primò, si adfit gravissima necessitas. Secundò, si ea sic urgeat, ut non sit tempus adeundi Pontificem, vel ejus Delegatum, dispensare volen-

tem. Tertiò, si impedimentum, ut dictum est, sit occultum. Quartò, si adfuit bona fides, quando contractum est Matrimonium, id est, adfuit inculpata ignorantia impedimenti.

3. Hæc doctrina sub quatuor dictis conditionibus jam hodie recipitur communiter à Doctoribus b ducta ratione à præsumpta b Sauch. mente, & benignitate Pontificis, qui in tanta necessitate præsumitur, nolle ita sibi, in damnum Fidelium, reservare potestatem dispensandi, ut eam, tunc non possit Episcopus concedere. Non ergo necessitas dat hanc Jurisdictionem, quam certe dare non potest, sed benignitas Pontificis ob illam necessitatem. sec. 2.

4. Sed quando nem impedimentum judicatur occultum, & quando judicanda erit sufficiens necessitas?

Respondeo, de priore dicam mox cap. seq. à numero 26. De posteriore hic breviter habeo.

Quæcunque urgens gravis necessitas, unde quæcunque ducta latius est dummodo sit urgens, nec alio modo possit auxilium ferri, nisi per dispensationem Episcopi, nam, ut supponimus, non est aditus ad Pontificem. Addunt tunc non immerito aliqui, ratò alium casum posse contingere tantæ necessitatis præter sequentem, vel ei similem. Titius, & Berta in facie Ecclesiæ contraxerunt bona fide, de qua loquimur (nam de fide mala mox numero sequenti) Matrimonium, sed postea invenitur Berta impedimento occulto laborasse ex Afinitate contracta cum dicto Titio propter copulam, quam ante Matrimonium ipsa habuit cum consanguineo in primo, seu secundo gradu ipsius Titii. Certè, si sine scandalo, & periculo infamiæ non potest Berta, se separare à Titio donec impetretur dispensatio à Pontifice, in gravissima necessitate esse judicabitur, quia non potest prodere Marito, vel aliis suum delictum. Quare ab Episcopo tunc dispensari poterit. Non apparet autem facile in aliis impedimentis tanta necessitas, quia impedimenta alia sine infamia manifestari poterunt, & dum impetratur dispensatio, sine incommodo separabuntur conjuges.

5. Dixi autem (*raro alium casum posse contingere*) negare enim non possumus, aliquando, etiam præsciendò ab infamia, posse aliquam aliam necessitatem adesse, id, quod

quod ex mox dicendis patebit, præsertim nu.
10. & nu. 22.

6. Hæc cum bona fide. Si vero dicti Titius, & Berta contraxerint fide mala, id est, cognoscentes impedimentum, poterint Episcopus, concurrentibus cæteris conditionibus prædictis?

*a Sanch. l. 1.
2. d. 40.
matr. p. 4.
Contrack.
Tancr. G.
Hurt. alii
que quos
cit. se
quitur que
Loth. Tr. 2.
ref. Thvol.
qn. 3. art. 2.
b Trid. sess.
22. c. 5. de
Ref. matr.
c Pont. l. 8.
c. 13. n. 4.
finet
d Sanch. l.
cit.
Pont. Pe-
rez. Ca-
strop. Loth.
ll. cit.
e Aver. q.
19. de ma-
trim. sec. 2.
Garf. de
Benef. p. 11
c. 5. n. 357.*
Respondet. Si uterque mala fide processit, non a poterit Episcopus, quia in hoc casu non præsumitur Pontifex potestatem Episcopo concedere, & confirmatur ex Tridentino, b quod vult, ut qui mala fide Matrimonium contraxerunt, (quod saltem est intelligendum, quando mala fides in utroque est conjugum, ipse dispensationis careant. Si ergo Pontifex ipse proficitur, nolle tunc dispensare, præsumere poterimus, eam potestatem Episcopis concessisse.

Notat autem Pontius e eum, qui Solemnitates Denunciationum ex præsumptione, & temeritate omisit, mala fide contraxisse, atque adeo cum hoc non possit dispensare Episcopum juxta dicta.

7. At, si saltem alter bona fide processit, multi Doctores d concedunt, posse Episcopum, ne scilicet alterius peccatum alteri poceat, dispensare, quicquid dicat Averfa, e qui etiam tunc negare contendit, cujus tamen rationes facile ab non imperito Lectore dissolventur.

An denique Paterna Pontificis, ac summa benignitas concedat Episcopis dictam potestatem, etiam, quando adfuit mala fides in aliquo raro, & verè urgentissimo casu, operæ pretium esset, ut à Sapientibus expendere.

IN IMPEDIMENTO OCCULTO ante contractum Matrimonium.

8. Antonius, & Antonia laborant impedimento occulto dirimente, & nisi Matrimonium celebrent, periculum est magni damni: poterintne dispensare Episcopus, ad illud contrahendum, si periculum sit in mora, unde expectari Pontificia dispensatio non debetur?

9. Respondet posse, in foro conscientie tamen. Ita Doctores non pauci, & ratio est eadem præsumpta voluntas Summi Pontificis, quam diximus, adesse in jam contracto. Solum hic iidem notant, difficilius hanc ne-

cessitatem occurrere posse in Matrimonio hoc contrahendo, quam in jam contracto. Quando enim Matrimonium nondum contractum est, poterit Sponsa verbi gratia uti remedio, quod indicat Sanchez loco citato ad declinandam contractionem Matrimonii, ut scilicet vocet per aliquot dies Castitatem, quanti circiter requiratur ad obtinendam Pontificis dispensationem, & deinde dicat cum veritate, sibi in mentem venisse votum Castitatis à se emissum (non autem aperiatur temporalis fuerit, an perpetuum; cum enim temporale possit Episcopus dispensare, non bene consuleret necessitati expectandi dispensationem à Pontifice) atque edicat, sibi propterea non licere assensum Matrimonio præbere, donec veniat dispensatio. At hoc remedio uti nequit conjux, quando jam contractum fuit Matrimonium, quia tunc alter conjux posset dicere se habere jus ad petendum, & tunc deberet alter reddere, ut alibi explicuimus. Verum igitur est, facilius posse urgere necessitatem in Matrimonio contracto, quam in contrahendo, cum in contracto hoc remedio uti nequaquam possis.

12. Facilius, inquam, nam cæterum posse, saltem raro, illam urgere, etiam ante contractum Matrimonium, iidem Doctores g s. Sanchez putant. Lectione præcedente videtur, quod consentiunt, eamque omnes admittunt, quod aliquis mori proximus astringeretur ad Matrimonium cum aliqua contrahendum, ut cit. 17. sic legitima redderetur proles antea suscepta, vel, ut resarciretur honor puellæ, vel, ut statim sedarentur graves inimicitie.

IN IMPEDIMENTO PUBLICO POST contractum Matrimonium.

11. Ut hunc casum planè decusum habeas, lege hic Consilium, quod quidam ex nostris hujus Panormitani Collegii doctus Theologus ad Episcopum Agrigentinum multis ab hinc annis scripsit, quod, ego tunc in theologia morali adhuc Titio, in summam fideliter contraxi, & in usum fortè futurum (ut nunc contingit) mihi reservavi.

12. Titius, & Berta, præmissis legitimis Denunciationibus, cæterisque requisitis, bona fide (nam, si mala, idem esset dicendum, quod numero 6. dictum est) Matrimonium contraxerunt, & filios genuerunt multos, quorum unus nunc est superstes: Sed ecce poss

post annos septem à Matrimonio apparuit impedimentum inter ipsos dirimens consanguinitatis secundi in quartum gradum. Notitia hujus impedimenti est inter vicinos, & suppono, posse facile probari, immo, & esse publicum.

13. Certum est, filios esse legitimos ob bonam fidem, ut notat Filiucius a alios citans. T. 1. r. 19. Verum quarrendum est, quid remedii ad hoc Matrimonium validandum?

14. Primum remedium est recursus ad Summum Pontificem. At, hoc factum est, sed inutiliter, quia, vel requisitae sunt aliquot expensae, vel accessus ad Romanam Curiam. Conjuges autem ita sunt ingenti oppressi paupertate, ut neutrum possint.

15. Secundum remedium est dissolutio Matrimonii. At, hoc durissimum est, & affert de decus conjugibus, & tamen ii sunt digni minori remedio ob bonam fidem, & ob recursum jam factum ad Pontificem.

16. Tertium, ut simul cohabitent, tanquam Sotor, & Frater. At hoc non vulgaribus incommodis plenum est: tum quia affert scandalum scientibus impedimentum, tum quia difficile erit, eos in tanta familiaritate continentiam observare; tum quia, dum ii cognoscunt impedimentum, verosque se non esse conjuges, quae pax erit inter illos, qui prae amorem?

18. Quartum, ut Episcopus suppetat expensas necessarias ad professionem in Curiam Romanam. Hoc remedium affert Vasquez b dicens, has debere Episcopum subministrare suis ovibus. Verum hoc remedium est Episcopo molestum, & durum nimis, & ideo à Salas, c Castropalao, d Pontio e nequaquam admittitur.

17. Remedium ergo quintum puto, esse, ut Episcopus dispense: potest enim in hoc casu in foro Conscientiae, etiam existente nunc impedimento publico, nam, si occultum esset, multo magis posse, modo diximus num. 2. Doctores; qui videntur insinuate, posse Episcopum dispensare in praedictis circumstantiis, sunt Sotor, f Valqu. g Salas, h Castrop. i

Dico (insinuare videntur) quia absolute docent, Episcopum in simili necessitate posse dispensare in impedimento Matrimonii dirimente, & nunquam addunt limitationem, se

Tamburinus de Sacramentis.

loqui de occulto; Ergo sentiunt de omni etiam publico; & merito, quia eadem rationes ductae à Charitate; & benignitate Pontificis, ita praesumuntur adesse aliquando in publico, perinde ac in occulto.

19. Puto item, hanc dispensationem concedi debere ab Episcopo, atque peccare, nisi concedat: quia illam ex iustitia obligatur Episcopus (quando rationabiliter debetur) concedere, ut universaliter docet Suar. k Ve- k Suar. de rum de hac obligatione legatur omnino Castrop. l qui benignius loquitur. n. 22.

20. Haecenus illius Theologi Consilium, quod posset confirmari ex doctrina Perez, m T. 1. r. 3. qui sic habet: *Vt Episcopus dispense in impedimento dirimente, requiritur, ut illud sit occultum. Si enim esset casus, quod impedimentum sit publicum, potius oriretur scandalum, si Episcopus dispensaret, quam scandalum cessaret: Omnes enim sciunt, per se loquendo, non posse Episcopum ejusmodi dispensationes concedere. Si tamen poneremus impedimentum esse publicum, & simul publicam esse gravissimam necessitatem, posset similiter Episcopus dispensare.* Haec ille.

IN IMPEDIMENTO Publico ante contractum Matrimonium.

21. Quamvis hic casus videatur molestior; tamen, ut in simili nuper à num. 9. dictum est, molestia in eo dumtaxat sita est, quod difficilius tanta necessitas inveniatur, aliisque remediis ita destituta, ut etiam ante contractum Matrimonium possit ab Episcopo in impedimento publico dispensari. At, si in rarissimo casu urgentissima adesset dicta necessitas, cur ex eadem benignitate, & charitate Pontificis concedenda non sit ejusmodi potestas Episcopis in praesenti casu, sicut in praecedenti? Et ut concedit Leander apud Dianam p. 11. Tr. 8. Res. 3. V. Sed ob- serva.

22. Fac enim, aliquem morti proximum urgeri ad Matrimonium contrahendum cum aliqua puella, ut sic legitima reddatur proles antea suscepta, vel, ut resarciatur honor dictae puellae, vel, ut sic sedentur graves discordiae (in quibus casibus num. 10. concessimus Episcopo potestatem dispen-

T c landi

fandi in impedimento publico apparente post contractum Matrimonium) tunc sanè propter easdem rationes debemus concedere ante Matrimonium contractum ; Et confirmari id potest ex doctrina modo nume 20. allata à Perez, cum hic, ut supponere etiam debemus, non solum impedimentum sit publicum, sed etiam publica necessitas. Adderem, si fortè necessitas publica non sit, reddi eam publicam per prudentem evulgationem posse, ut scilicet sic scandalum, quod fortè proveniret ex ejusmodi Episcopi dispensatione devitetur. Pensitent lectores prædicta, & sapienter judicent.

IN DUBIO, AN EPISCOPUS POSSIT
dispensare in impedimentis
Matrimonii?

23. Si exhibitis diligentis moralibus (quæ certè exhiberi omnino debent) dubium sit negativum, an impedimentum verè adsit, Dispensationem in re nostra non indigemus, nec Episcopi, nec Pontificis, & abique illa procedi a potest ad Matrimonium, quia tunc possessio stat pro libertate, hominis potentis uxorem ducere : solum, (quando opus esse, judicabitur) Episcopus, ad scandalum vitandum, declare, dispensationem non esse necessariam, vel, ad cautelam, dispenser. Idem multò magis erit, si probabile sit, impedimentum non adesse.

At verò, si certum sit impedimentum, sed dubia causa, seu dubium sit, an adsit tanta necessitas, quantam requiri hætenus explicuimus, tunc enim verò dubitari potest.

AN EPISCOPUS POTESTATEM
habeat dispensandi?

Et breviter. Respondeo, non habere, quia in hoc dubio possidet certitudo impedimenti dirimentis, potestas autem Episcopi est dubia, dubia enim causa non potest dare certam potestatem, ergo ex alibi à me dictis non potest, se extendere ad dissolvendum certum impedimentum.

24. Dices. Episcopus in dubio, an adsit sufficiens causa ad Verum non reservatum

dispensandum, adjejunctum Ecclesiasticum solvendum, ad laborandum die festivo, potest dispensare ex receptissima doctrina Doctorum apud Merollam, & Dianam, d'ergo, & in casu nostro.

Respondeo. Nego consequentiam, quia potestas dispensandi in Veris non reservatis, & ceteris prædictis est certa in Episcopo, ut omnes docemus, & sic, operari supra dubiam causam, in prædictis potest ; At in Episcopo non adest potestas ad dispensandum in casu nostro, id est, in impedimentis, ergo non potest operari circa certum impedimentum, & ex alia parte causa dubie sufficiens, non potest Episcopo dare certam potestatem, ut dictum est.

Adde, totam hanc potestatem esse ex præsumptione voluntatis Pontificis: At in re tam gravi quis illam in dubio præsumere audebit?

Quid si Episcopus putet, se habere causam, sed deinde post datam dispensationem, inveniat, se erravisse, hoc est, causam illam non adfuisse ? Respondeo, id me infra e dicturum.

In casu obtrita dispensationis subreptitia: An
aliquid possit Episcopus?

25. Non dubitarunt aliqui affirmare, Episcopus posse Episcopum firmam per suam dispensationem reddere eam dispensationem, quam quodammodo aliqui fortè subreptitiè habuerunt à Summo Pontifice, quasi jam Summus Pontifex eam veluti imperfectam concesserit, quæ possit deinceps perfici ab Episcopo. Sanè Pontifex incertus quid de hac potestate est, quia eam videtur Sacerdos Textus h concedere. Verum nos nullatenus h incerti esse debemus, quia illam admittere circumspectè non possumus, perinde non admittunt Caput tropalaus, & alii quæ nullibi enim illa conceditur, & Textus allatus solum permittit Episcopo, ut, propter multas difficultates separationis, dissimulet, si Matrimonium sit nullum, & à conjugibus validum reputetur. Adde, posse dici, illam fuisse peculiarem concessionem pro illo speciali casu, non verò legem universalem.

26. Hæc quoad Episcopum. An autem dispensatio bona fide à Summo Pontifice impetrata, si deinde inveniat subreptitia, possit Pontifex

a Sanc. lib.
8. matr. d.
6. nu. 18.
Pont. lib. 3.
c. 13. n. 1.
Et nos lib.
1. in Decal.
c. 3. §. 7. V.
Adm. n. 3.

b Lib. 1. in
Decal. c. 3.
§. 7. V. Di-
spens. V.
Juridic.
V. Subdi-
vis.

possit aliquando præsumi, ratam, & firmam
haberi ab eodem Pontifice dixi a libro primo
in Decal.

CAPUT V.

An Alii à Summo Pontifice, vel Episcopo possint aliquid in impedimentis Matrimonii?

Potest dubitari Primò, de Vicario Episcopi. Secundò, de Capitulo Sede Vacante. Tertiò, de Regularibus per privilegia. Quartò, de Commissario Bullæ Cruciatæ.

Vicarius Episcopi.

2. Quoniam hæc potestas dispensandi in prædictis necessitatibus est ordinaria Episcopo, ideo ea delegabilis est. Quare specialem concessionem ejusmodi potestatis suo Vicario, seu alteri b poterit Episcopus communicare.

3. Verum adverte, hanc potestatem Vicarium non habere ex vi Vicariatus, sed debere specialiter ipsi ab Episcopo concedi, ut notat Sanchez, l. 2. Sanchez, & alii que.

Capitulum Sede Vacante, ejusque Vicarius.

4. Sanè poterit Capitulum, quia, Sede Vacante, succedit in tota Jurisdictione Episcopi; Vicarius autem ipsius poterit quidem, sed ex speciali concessione; non verò ex vi Vicariatus juxta dicta num. præcedenti.

Regulares.

5. Nullum circa hoc Religiosi Privilegium habent, nisi aliqui ex illis possint dispensare cum Infidelibus existentibus in Remotissimis Regionibus. Et quidem (ut constat) in impedimentis solum Jure Ecclesiastico inductis. De qua re vide Sanchez, l. 6.

An vero possint dispensare in petitione debiti, si superveniat legitimis conjugibus Affinitas ex copula illicita dicam mox cap. 6. numero 4.

Commissarius Bullæ Cruciatæ.

6. Potestas, quæ Commissario huic conceditur super hac re, illa una est, quæ cum quibusdam conditionibus possit is dispensare in impedimento Affinitatis, contracto ex copula fornicaria. Id, ut explicetur, habet præ oculis ipsa verba Bullæ, fin quibus ea potestas Commissario conceditur.

Item (ait Summus Pontifex) Reverendo Episcopo, qui Commissarius deputatur, datur facultas dispensandi in foro Conscientie dumtaxat, nullis datis literis, seu per Confessorem laicis, cum his, qui primo, & secundo Affinitatis, ex fornicatione contractæ, gradibus conjuncti, Matrimonium contraxere, dummodo post Concil. Trident. illius formam servaverint, ac impedimenta hujusmodi occulta sine penitus, & alter contrahentium, tempore contracti Matrimonii impedimenti ignarus extiterit, & quod de nullitate prioris consensu prius certificati, tacitaque (si videbitur ad evitanda scandala) causa nullitatis Matrimonii inter se, etiam secrete, de novo contrahere possint, prolemque susceptam, & suscipiendam exinde legitimam decernendo. Hactenus Bulla. Discurre nunc per singulas clausulas.

Qui Commissarius deputatur.

7. Ne ignores, Commissarium hunc, cui Pontifex prædictam potestatem concedit, residere in Hispania, qui tamen substituit alios in singulis Provinciis, quibus eam potestatem subdelegat. Ille vocatur Commissarius Generalis, hi Commissarii Provinciales.

8. Inquiri jam primò, quo jure Generalis hanc Potestatem Provincialibus Commissariis concedit?

Respondet, quia hæc Potestas Generali Commissario est concessa & omnibus successoribus, ideo ordinaria est, atque adeò delegabilis. Adde, id peculiariter concedi à Pontifice Commissario Generali, ut num. seq. jam jam explicabo.

9. Inquiri Secundò. An Commissarius Provincialis, qualis est noster Archiepiscopus Panormitanus pro tota Sicilia, possit hæc eandem potestatem dispensandi in

T t 2 dicto

f Ap. Lud.
à Cru. in
Exposit.
Bulla Cru-
ciata in
initio ope-
ris.

dicto impedimento subdelegare alteri tertio, seu Commissariis specialibus, quos ipse Commissarius Provincialis solet in singulis Civitatibus constituere, quousque vocemus distinctionis gratia Commissarios particulares?

10. Respondeo. Ex vi prædictæ Bullæ mihi videtur, non posse, quia, quamvis Commissarius Generalis possit suam potestatem simpliciter concedere Commissariis Provincialibus; sic enim habent verba ejusdem Bullæ:

Item, ut (Commissarius Generalis) Deputare possit Commissarium in singulis Provinciis per locorum Ordinarios, quorum conscientia onerantur, prævia matura deliberatione, approbandos cum simili, vel limitata potestate.

11. Tamen nihil Pontifex concedit, ut ii Provinciales possint deinde alteri tertio eam potestatem communicare. Confirmatur Primò, quia, quamvis Delegatus Principis, etiam ad universitatem causarum, possit alium subdelegare: nihilominus hic alius non potest tertium delegare, ut rectè probant Sanchez, aliique & ego mox numero 14. latius dicam. Confirmatur Secundò, quia prædicti Commissarii particulares, & tertius quicumque non deputari solent, nisi ab ipso Commissario Provinciali, & non per locorum Ordinarium, ut requiritur à Summo Pontifice ad concedendam potestatem illam, &c.

12. Dixi autem (Ex vi prædictæ Bullæ) nam, si adit aliqua peculiaris dispositio magis ampla, non erit mirum, si extendatur potestas: Sanè nostro Archiepiscopo Panormitano Commissarius Generalis hanc potestatem subdelegandi in hunc modum concedit b

b In lit.
Deputa-
tionis
Commiss.
huius Reg-
ni, q. a
servatur
apud di-
ctum Ar-
chiepisc.

*Quoniam in Regno Sicilia sunt Dioceses distinctæ, nec Archiepiscopus potest per se ipsum in omnibus providere, ideo concedimus, ut ipse valeat per singulas Dioceses nominare, seu eligere Commissarios particulares in Diocesi-
bus, vel locis, ubi ipse necessarium iudicabit, quibus nos concedimus facultatem exercendi munus Commissarii in his locis, pro quibus fuerint designati, dummodo servant Bullam Pontificis, instructionemque, &c. Hæc ille. Vides autem, quæ ratione in hac dispositione non*

iple Archiepiscopus subdelegat, sed solum nominat, seu eligit personas, quibus Commissarius ipse Generalis potestatem concedit, quæ est doctrina, valde communis apud Doctores, & in aliis materiis.

Vides item, hos debere esse approbatos ab Ordinario; id enim vult Bulla Pontificis, cuius verba attulimus num. 10.

15. Sed remanet illa difficultas. An Archiepiscopus possit pari modo eligere aliquem, v. gr. Theologum, non ad totum dictum munus Commissarii, sed solum ad valendum dispensare in una aliqua causa (v. g. in impedimento Matrimonii ex copula illicita, altero nesciente, &c.)

Respondeo. Aliquis difficulter id concedit, quia finis Commissarii Generalis, & verba prædicta ejusmodi concessionis, solum volunt, ut singulæ Dioceses, vel loca habeant suos Commissarios ad omnes causas, non vero separatim ad unam, vel alteram; quæ separatio non videtur posse fieri ab hoc Archiepiscopo, cum eam in mandatis non habeat. Constituat ergo Theologum illum, (sed semper cum dicta Approbatione Ordinarii) Absolutè Commissarium, & sic tuto procedet.

Aliquis autem concedet cum Approbatione prædicta, quia cui conceditur totum, videtur concedi pars. Hæreo, cui nam ex his sententiis hæere debeat: Tu tua sapientia ad alterutram me, Lector, impelle. An vero ex dictis, & ex doctrina Sanchez, aliorumque colligi valeat, posse etiam validè sic dispensare Archiepiscopum.

Ex nunc ego dispenso illud v. gr. impedimentum ex copula illicita modo supra dicto exortum, dispenso, inquam, pro illa, vel illis personis, pro quibus talis Theologus iudicaverit esse dispensandum. Tu, idem Lector, dijudica.

14. Dices. Possumusne affirmare, Delegatum, atque adeò Commissarium Generalem Cruciatæ posse subdelegare aliquem, vel aliquos, quibus dat potestatem subdelegandi, saltem ex eo capite, quod sit Delegatus Principis, & ad universitatem causarum, tunc enim jam Archiepiscopus noster posset subdelegare Theologum illum, &c.

Respondeo Primò, esto possit: unde habes, quod de facto sic subdelegaverit? Ego sanè

c Sanchez
Merula
Pent.
Cital

d Sanchez
lib. 3. no.
tr. 1. q.
num. 11.
Merula
3. d. 7. no.
Pent.
1. d. 4. no.
10 d. 11.
Cital

sanè contrarium habeo, nam Commissarius Generalis modo nu. 12. pronuntiavit, à se subdelegari nominatos à Commissariis Provincialibus; ergo videtur excludere ipsos Provinciales Commissarios ab ejusmodi potestate subdelegandi.

Respondeo Secundò, me ideo dixisse (esto possit) quia id communiter reprobat. Audi Merollam à quæstionem hanc discrete resolverem. *Utrum (ait) Delegatus Principis possit delegare cum potestate subdelegandi causam sibi commissam?* Et respondet. *Talon b dicit, forsan posse, sicuti potest Ordinarius.* Ratio esse potest, quia Delegatus Principis est major Ordinarius, quoad causam sibi delegatam, sed est valde probabile Ordinarium posse delegare cum potestate subdelegandi, ergo multo magis id poterit Delegatus Principis. Verùm hæc sententia communiter reprobat. Quia Delegatus non habet facultatem ultra sibi concessam, cum ergo Delegatus Principis solum reperitur in jure concessum, posse subdelegare, & nullibi concedatur, quod possit dare potestatem subdelegandi, id non poterit. Et idem dicendum est à fortiori de Delegato ad universitatem causarum, propter eandem rationem. Itatenet Glossa, Felinus. Panormis. Alexander. Bertrach. Maranta, Mandosius, quos citat, se.

Sanc. lib. 3. matr. d. 3. nu. 9. *Dispar autem est ratio de Delegato. Nam Delegatus non habet facultatem ultra sibi concessam, Ordinarius vero habet facultatem, & Iurisdictionem universalem, eamque proprio nomine exercet. Hætenus Merolla.*

Respondeo Tertiò. Si Commissarius Generalis putasset, se posse hanc potestatem subdelegandi communicare Commissariis Provincialibus, sanè illam ipsis directè communicasset, & non esset usus modo illo dicto num. 12.

Atque hæc nimis fortasse plurius, sed fuit rejicienda sententia cujusdam Theologi, cui hæc mea difficilis visa est.

Dispensandi.

15. Hinc inquiri. An Commissarius possit dispensare in dicto impedimento sine ulla compositione elemosynæ in favorem Cruciatæ?

Respondeo. In aliis casibus, in quibus Commissarius dispensare potest, dicitur in Bulla, ut his habeat potestatem dispensandi, &

componendi: unde videtur etiam in hoc, de quo agimus, idem esse dicendum. Verùm mihi non est omnino certum, illud (componendi) cadere super casum nostrum. Nam primò, in Bulla dicitur. *Datur potestas Commissario dispensandi, & componendi in commutatione legatorum, & datur potestas dispensandi, & componendi in irregularitate contracta, &c.* Deinde verò dicitur. *Item dispensandi in Affinitate orta ex copula &c.* Vides in prioribus casibus poni illud (componendi) non vero in nostro? Nihilominus puto, non esse recedendum à praxi, quam video hic adesse, dandamque esse elemosynam, juxta qualitatem personæ, & delicti. Quæ praxis maxime innuitur in eo, quod omnes concessionibus hujus Bullæ tendunt in subsidium temporale Cruciatæ. Sane D. Franciscus Salerno Commissarius Sede Vacante non multis ab hinc annis hanc dispensationem concessit cuidam pauperi cum onere elargiendi Julios circiter quinque, hoc est tarenos Siculos sex, in subsidium Cruciatæ, & potuisset minus, si dispensandus pauperior fuisset.

Idem propter easdem rationes puto, dicendum de dispensatione ad petendum debitum conjugale in casu, quem paulò d post d *Infra c. 6. nu. 3.*

In foro Conscientiæ dumtaxat.

16. Non ergo hæc dispensatio à Commissario expedienda est publicè. Hinc praxis est, ut petatur dispensatio pro quodam determinato Matrimonio invalido ex dicta Affinitate copulæ illicitæ, non nominatis personis, explicato tamen distinctè gradu primò, (vide mox cap. 9. §. 7. num. 2.) vel secundò rectæ lineæ, vel transversalis (nam ultra non extendi hoc impedimentum ex copula fornicaria, dictum est supra satis) quibus, vel dispensat oretenus Commissarius, facta compositione, de qua modo dictum est, vel dando literas, in quibus nullus nominatur ex dispensatis: quæ tamen literæ statim erunt lacerandæ, ut dicitur in Bulla.

Dummodo, &c.

17. Hic ponuntur Conditiones quinque, sub quibus solis, potest Commissarius prædictam dispensationem concedere: iis autem politis,

It 3.

positis, potest, etiam si facilis esset aditus ad Pontificem, quia hæc restrictio non ponitur in Bulla.

18. Prima conditio est, ut Matrimonium reperitur contractum juxta formam Concilii Tridentini, id est coram Parocho, & Testibus, & insuper cum debitis Denunciationibus, nam sine illis non dicitur servata forma Tridentini. Quod si Episcopus, unam, vel omnes has Denunciationes dispensavit, jam servata fuit Tridentini forma, ut latè habes apud Bardi, *a* qui notat, si una tantum omitatur, quamvis cum culpa, Matrimonium adhuc dici contractum sub debita forma, quia levis est ommissio, quando tamen Parochus est certus non apparere pro illo Matrimonio ul- lum impedimentum.

19. Secunda, ut idem Matrimonium fuerit contractum bona fide, saltem ex parte unius ex conjugibus, qui ignoraverit intercessisse ejusmodi impedimentum Affinitatis ex copula illicita. Quando ergo uterque conjux impedimentum novit, nihil illis concedere potest Commissarius. Olim quædam scivit suum impedimentum, sed deinde ex aliorum dictis sibi persuasit, illud non adesse: apparuit tamen clarè post contractum Matrimonium: fuitne Matrimonium illud bona fide contractum? Respondi affirmativè, quia jam sine dolo, sine fraude contractum fuit.

20. Tertia, ut impedimentum sit occultum. Quando autem hujusmodi esse, existimandum sit, mox dicam num. 25. & sequentibus.

21. Quarta, ut alter impedimenti ignarus certificetur de nullitate prioris consensus, tacita, si videbitur, causa nullitatis. Quare, si hæc certificatio facta non fuerit, non valere dispensationem, merito docet Trullench. *b*

22. Quinta, ut adsit necessitas, ea scilicet, qua, si illud Matrimonium dirimeretur, periculum esset alicujus scandali. Quoniam verò ex dissolutione Matrimonii, existente impedimento occulto, facile Mulieris fama jacturam pateretur, innuptaque facile remaneret, ideo regulariter semper adest ejusmodi quarta conditio; si nihilominus in aliquo raro casu, scandalum nullum timetur, non poterit tunc Commissarius dispensare.

23. Si autem postquam dispensatum fuit, divulgetur publicè fortè impedimentum, tunc a Pontifice petenda est obtenta dispensationis ratificatio, & interim pro foro externo erunt conjuges separandi, quia pro externo foro non valet Commissarius dispensare. Quod idem observandum est, quoties in foro Conscientiæ dispensatur in quocunque alio impedimento occulto.

24. Hæc tamen occultè dispensati, sed, deinde cognito publicè impedimento, si copulam habeant, non peccant peccato fornicationis, quia verè conjuges sunt, sed solum, si ea copula sciatur, peccant, vel contra reverentiam debitam Ecclesiæ, vel ratione scandali, &c.

25. Sed quandonam impedimentum hoc dicitur occultum?

Respondio, Ad hunc effectum, ut possit dispensare Commissarius (idemque dic de aliis impedimentis, & delictis: quando dispensari, vel absolvi conceduntur, ut occulta) cum non intendatur, nisi obviari scandalo publico, illud dicitur occultum, quod non est publicum, nec famosum, nec manifestum, nec notorium. Quare etiam si probari per duos Testes planè possit, adhuc dicitur occultum. *c* Sane. *l. a.* Ut ergo publicum sit, & non occultum, debet esse cognitum à majore parte Collegii, vel *34. nu. 5.* Viciniæ, vel Communitatis, ubi inveniuntur, *Verriell.* saltem personæ decem. Sed certè (ut nos alibi *in q. m. a.* advertimus) prudentis arbitrio id maxime *tr. 3. q. 5.* relinquendum; nam aliquando in magna *n. 1. a. m. g.* Civitate, etiam si decem rem aliquam sciant, *ab ipso* non dicitur publica in ea Civitate, nisi fortè *tati.* in iis circumstantiis, in quibus facile res ad *d. Lib. 5. in* alios divulgabitur. *Dotal. 1. q.*

26. Quando impedimentum est deductum *§. 2. n. 13.* ad forum contentiosum, sanè dicitur publicum, deducitur autem ad dictum forum per citationem partis. Quare antè illam, etiam si delatum sit ad Judicem, non dicitur ad forum contentiosum esse deductum, neque ex *c. Cast.* hoc capite publicum, esto sit ex alio ex præ- *de Bull.* dictis. *Cruc. 1. q.*

27. Addit Sanchez *f. duo.* Primum, esse ex *un. p. 11.* hoc eodem capite occultum, si, quamvis fuerit deductum ad forum contentiosum; tamen *nu. 8.* per sententiam, si vè interlocutoriam, si vè definitivam, causa fuerit expedita in favorem *p. 3. tr. 2.* Rei, etiam si Testes in favorem, fuerint falsi, *3. c. 3. q. 1.* quia tunc remanet, ut erat prius, id est non probatum.

27. *Suar. de* *barum.* Quicquid dicat *Suar.* qui immerito
Censur. d. negat de interlocutoria. Nam infamia delicti
 43. *sec. 3.* etiam auferetur per sententiam interlocuto-
 riam, quæ pronunciat exposita indicia nihil
 probare; esto igitur possit iterum dictum de-
 lictum, seu impedimentum deduci in Judi-
 cium, si nova indicia appareret, sed jam nunc
 non apparent; ergo nunc remanet ex hoc ca-
 pite occultum.

28. Addit Secundò, esse adhuc occultum
 impedimentum, si sciatur v.g. copula illicita,
 sed in eo loco nesciatur, esse impedimentum,
 quia jam sic cessat scandalum, quoad Matri-
 monii contractionem.

29. Addam ego alia quatuor ex Doctori-
 bus aliis, nam Primò, placet permaximè mi-
 hi ea doctrina, quæ docet, non posse à Dele-
 gato dispensari ei impedimento, vel absolvi
 illud delictum, si quando in potestate, quam
 delegat Superior, dicat: *Dummodo impedi-
 mentum, seu delictum sit omnino occultum,* quod so-
 let dici, quando delictum, unde oritur impe-
 dimentum, est enorme; quia illud (*omnino*)
 explicatur (*totaliter, & indistinctè*) tunc ergo,
 nec publicum esse debet, nec probabile lege
 Vericelli l. c. n. 8.

29. Secundò. Si res sit occulta in eo lo-
 co, ubi expedienda est dispensatio, & alibi
 sit publica, eritne in re nostra adhuc oc-
 culta?

Respondeo. Erit, quando abest periculum,
 ut postea, etiam ibi manifesta fiat. Quia esse
 impedimentum occultum, ibi verificari so-
 lum oportet, ubi Dispensationis favor im-
 penditur.

30. Tertiò. Si delictum, seu impedi-
 mentum deductum fuit in Judicio, & in eo fuit
 punitum, notoriumne erit?

Respondeo, in re nostra notorium erit, non
 occultum; publica enim pœna publicum no-
 tat delictum. Idem dic, si adhuc causa exa-
 minatur, saltem, quia est in proximo periculo
 manifestationis.

31. Quartò. Quid, si delictum in Judicio,
 nec fuit punitum, nec absolutum, quia non
 potuit probari. Unde veluti negativè cessavit
 Judicium?

Gloss. in
C. omni-
potens de
Accusar.
V. Denun-
ciatur.
 Respondet, tunc ex Glossa post annum
 elapsum dicitur, & erit, quantum est ex hoc
 capite, occultum, quia, quod probari nequit,
 præsumendum est, non adesse.

Matrimonium secretè contra-
here possunt.

32. Magna est controversia. An Matrimo-
 nio, quando revalidandum est, debeat adesse
 præsentia Parochi, & Testium, de qua re ego
 d'infra pluribus, sed hic ejusmodi quæstio lo-
 cum non habet, quia, quamvis in aliis casi-
 4 de con-
 bus illa requireretur, hic nequaquam requi-
 7. *sen. su. c. 7.*
 ritur; siquidem expressè Pontifex concedit, n. 3.
 ut secretè possit ejusmodi Matrimonium re-
 validari, & merito, tum quia scandala sic vi-
 rantur, tum, quia jam supponitur Matrimo-
 nium illud in facie Ecclesiæ, hoc est cum di-
 cta Parochi, & Testium assistentia, fuisse ce-
 lebratum.

33. Quòd si eveniat, ut deinde fiat impe-
 dimentum publicum, & debebit peti pro fo-
 ro externo dispensatio juxta dicta num. 23. &
 debebit advocari Parochus cum Testibus, ut
 nos loc. cit. dicemus, notatque rectè Trul-
 lench. e

c. Trullens.
l. 2. §. 4. d.
1. nu. 7.

Prolem susceptam, suscipiendamque exinde
legitimam decernendo.

34. Hanc legitimationem valere solum
 pro foro Conscientiæ certum sit, quia tota
 potestas Commissarii est pro interno foro
 dumtaxat. Quare, in foro tantum Con-
 scientiæ poterit sic legitimatus promoveri
 ad Ordines Sacros, Beneficiaque Ecclesiæ.
 f. *Sanc. lib.*
8. matr. d.

35. An possit ex vi hujus legitimationis
 succedere in bonis temporalibus, perinde, ac
 legitimus, quæstio est inter Doctores, quos
 g. *Doct.*
 adi, si placet: Illud recole, ex alio capite, ni-
 4. *mox ci-*
 mitum ex vi bonæ fidei, qua saltem alter ex tandi,
 conjugibus Matrimonium contraxit, pro-
 lem, de qua agimus, legitimam esse, tum per
 leges civiles, tum per Canonicas. Unde jam
 ex hoc capite poterit succedere in bonis

temporalibus. Lege h. Sancez,
 aliosque à me infra
 citandos.

h. Sanc. l. 8.
matr. d.
34. n. 46.]
i. infra. l.
de irreg. c.
17. §. 2.
nu. 2.

CAPUT

CAPUT VI.

Quis possit dispensare ad petendum debitum, si quando conjugibus superveniat dicta Affinitas ex copula illicita?

1. **Q**uomodo oriatur hoc impedimentum diximus supra, *a* hic, quisham illud dispensare potest, erit breviter dicendum.

Potest Primò, Episcopus respectu suarum ovium, etiam si aditus facilis sit ad Summum Pontificem, nulla que urgeat peculiaris necessitas, idque saltem ex consuetudine jam legitime introducta, ut habet Pontius, *b* alique, *c* quidquid neget Hurtadus. *c* Ejus Vicarius non potest, nisi ipsi specialiter ab Episcopo ejusmodi potestas concedatur, quia est regula generalis apud Merollam, *d* aliosque ab ipso citatos, Vicarium ex generali commissione Vicariatus, non posse ea, quæ sunt voluntariæ jurisdictionis, sed solum, quæ sunt Jurisdictionis necessariae; at dispensare, est actus *c* *G. Hurt.* Jurisdictionis voluntariæ, ut omnes apud *d. 26. diff.* eundem docent.

2. Potest, Secundò, Commissarius Bullæ Cruc. sic enim habet Bulla:

Item Commissario datur facultas dispensandi in simili Affinitatis impedimento super debiti exactione in eodem foro conscientie tantum.

3. An pro hac dispensatione, danda sit eleemosyna, dictum est C. præcedente num. 15.

4. Rodriguez, *e* & Villalobos extendunt hanc facultatem Commissarii, ut possit dispensare ad petendum debitum cum conjugē, cui id interdicitur ratione cognationis spiritualis contractæ, cum altero conjugē. *p. 3. tr. 3. c.* Sed merito eos refellit Sanchez, *f* alique, quia *g* *nu. 2.* Commissario solum conceditur dispensatio *f* *Sanc. l. 8.* ad petendum debitum, quando impedimentum supervenit ex Affinitate orta ex copula *15 nu. 13.* illicita: at cognatio spiritualis nullo modo dicitur Affinitas. Quare à diversis non potest fieri illatio. Neque dicas, concessio majori, intelligitur concessum minus, id enim verum habet, quando minus continetur in majori, non verò, quando est diversum.

5. Religiosi privilegiati, quales sunt, qui communicant cum nostris Privilegiis possunt in prædicto casu Affinitatis supervenientis dispensare ad petendum; etiam post ablata vivæ vocis oracula, quia hoc Privilegium habetur per Bullam, ut fuisse probat Thomas & Hurtadus, idem dicens de dispensatione ad petendum debitum ab eo, qui cum Voto simplici Castitatis Matrimonium celebravit.

6. Duo adverte. Primò, pro nostris requiri, ut communicationem hujus Privilegii concedat Pater Generalis, vel Provincia- lis, ita enim id restrinxit nobis idem P. Generalis.

7. Secundò. Dispensationem hanc posteriorem ad petendum debitum ab eo, qui cum dicto Voto iavit Matrimonium non posse dispensari à Commissario Cruciatæ, quia hoc ipsi nullibi conceditur.

8. Quæres. Potestne Episcopus? Respon- deo, negat Gaspar *h* Hurtadus, quia id esset h. *G. Hurt.* (inquit) dispensare in Voto Castitatis, quoad aliquem actum, ad quem non se extendit Episcopi potestas, quia Votum Castitatis est Summo Pontifici reservatum. Sed profecto affirmandum, puto, idque saltem ex consue- tudine, ut *i* alibi dixi, (quem locum recolere, *i* *L. 3. in* non erit inutile, quia ad rem multa) idemque docet merito Castropalaus. *k*

CAPUT VII.

De causis dispensandi in impedimentis Matrimonii.

§. I.

Præmittuntur aliqua de his causis in universum.

1. **A**D Dispensationem quamcumque requiri causam rationabilem, & que proportionatam, sæpè diximus *m* *Cajet.* cum Sanchez, *l* alisque, qua deficiente, dispen- satio ab Inferiore in lege Superioris facta, il- licita est & nulla; sed *n* valida, licet illicita, si fiat (ut etiam si à te petatur) a Superiore, vel ab Inferiore in propria lege.

2. Et quidem Cajetanus *n* peccare mortali- ter ait Superiorem, si sine causa dispense in sua, vel Prædecessoris lege, nisi parvitas ma-

tenet

§. II.

De causis in particulari dispensandi in impedimentis Matrimonii.

1. **A**d sex reduci hujusmodi causae solent:

g ad angustiam loci, ad Paupertatem, g Ap. Pyr-
vel Incompetentiam dotis, ad grave pericu-
lum litis, vel Inimicitiae, ad artem exceden-
tem foeminae, ad conservationem familiae Il-
lustris, quo reducuntur merita in Ecclesiam c. 2. &
personae petentis dispensationem, ad infa-
miae foeminae periculum, vel gravis scandali
timorem; ad largam eleemosynam. Nonni-
hil explicationis addamus singulis.

Angustia loci.

2. Si mulier in loco, in quo habitat, ob e-
jus angustiam virum sibi non consanguine-
um, vel affinem paris conditionis, cui possit
nubere, non inveniatur, est sufficiens causa, ob
quam Pontifex dispenfet, ut dicta mulier nub-
bar cum consanguineo, vel Affine.

3. Notanda autem hic sunt quinque. Primò,
Ad verificandam hanc causam, satis est, si
consideretur proprium oppidum, ubi mulier
degit, quia molestum est mulieri, relinquen-
do suos, nuptias extra suum oppidum, etiam
in loco vicino, conquirere. Suburbia tamen,
nisi fortè per unum circiter milliare distent,
non essent extra propriam Civitatem, ut no-
tavit Conradus. h

4. Secundò, In numerosa Civitate, diffi-
cile est, non invenire parem, qui non sit con-
junctus cum muliere, facile in minus fre-
quenti oppido, nam propterea additur ali-
quando in Brevi dispensationis modo ejus(mo-
di oppidum non excedat numerum trecentorum
saeculariorum) licet fatear, non semper addi,
quia non potest negari, aliquando, etiam in
loco frequenti parem mulieris, qui conjun-
ctus non sit, nequaquam inveniri.

5. Tertiò, Ut expendatur, an in aliquo
loco invenitur vir non conjunctus paris
conditionis cum foemina, expendenda pru-
denter sunt qualitates, & conditiones perso-
narum. Nam Primò, debent semper excludi
conjugati, Religiosi, ordinati in Sacris, hi e-
nim utpotè impediti, non possunt cadere in

V v

con-

teriae excuset; sed tamen regulariter solum
venialiter peccare, tum Superiorem, tum sub-
ditum sine causa competentem, tenent alii,
a Sanc. l. 8. sentitque a Sanc. Valent. Suarez, aliiq; apud
d. 18. n. 7. Dianam, qui addit, ea jam obtenta uti, ne
p. 1. tr. 10. peccatum quidem veniale esset (excipe, nisi
de legib. res quale esset, ait b Sanchez, alios nimis gravari
31. & ref. ex eo, quod alii absque causa, lege solvendi
35. & la- tributa liberarentur.

3. Notat tria. Primò, nisi expressè dispen-
tr. 3. ref. 6. sans dicat, se sine causa dispensare, semper in-
telligitur dispensare cum causa, quia non pos-
b Sanc. l. 6. sumus praesumere, nisi clarè constet, pecca-
tum alterius.

4. Secundò, Qui potens dispensare in le-
ge Superioris, dispensat prudenter, puta cum
moralis praecognitione causae, & circumstan-
tiarum, putans bona fide, se habere causam dis-
pensandi, cum tamen causa non adsit, validè
c Th. Sanc. concedit dispensationem ex Sanc. c. aliisque;
l. 8. mar. d. tunc enim credendum est, ad tollendos scrup-
17. n. 11. pulos, ratam fieri à Superiore dispensationem,
Azo. 10. sed invalidam hanc dispensationem docet ef-
se Castrop. d. aliiq; quia bona fides excusat
Rebell. l. 1. à peccato, sed non dat actui valorem. Ultra-
que sententia mihi probabilis apparet.

5. Tertiò, Si Pontifex committat Episcopo
d Castrop. l. v. g. ut dispenfet, praecognita veritate causae;
c. 5. 2. n. 5. Episcopus verò sine ejusdem causae praecog-
Pont. Bon- nitione, atq; adeò imprudenter dispenfet, cum
Baldell. 11. tamen in rei veritate adsit causa sufficiens, in-
mox citan. validam eam dispensationem esse, contendit
c Pont. l. 8. Pontius, & quia, si causa cognita non est, mo-
c. 14. n. 8. vere dispensationem non potest; & sic di-
Bonae. g. i. spensatio esset facta ab inferiore sine causa, at-
de legibus que adeò nulliter. At f Sanc. distinguit; si
p. 3. n. 8. enim (ait) commissio sic habeat: *Dispenses, si*
Baldell. l. 5. *preces veritate nitantur*; valida erit valde pro-
d. 5. 2. n. 4. babiliter in foro Conscientiae dispensatio,
Castrop. l. quia jam adest re vera causa, ut supponimus,
c. 5. 2. n. 5. quamvis in foro externo, si causa notoria non
f Sanc. l. 8. esset, judicaretur nulla. Si verò commissio sic,
de mar. d. vel simili modo se habeat: *si per diligentem*
34. n. 2. *examinationem inveneris preces veritate niti*,
Suar. de invalida erit dispensatio, quia tunc illa praecog-
legib. l. 6. nitione causae requiritur, ut forma necessa-
c. 19. Ioan. ria ad dispensationis valorem. Sanc. nec Pon-
Sanc. d. 54. tium, nec Sanchez improbabilitatis damnare
n. 39. Re- audeo. His praemissis accedamus propius ad
bell. p. 2. l. 3. nostra.

Tamburinus de Sacramentis.

considerationem Nuptiarum. Secundò, excludendi item sunt moraliter inepti, ut sunt aliqui contractibilis ingenii, perditorum morum, &c. Tertiò, non est item habenda ratio illorum, qui valde impares sunt forminae, ut qui sunt valde pauperes respectu facultatum Mulieris, vel qui sunt valde exiguae, vel provecatae aetatis respectu ejusdem. Nota illud (valde.)

6. Quartò, Si, omnibus his expensis, solum inveniatur unus, aut alter paris conditionis, adhuc persistet causa hæc, nam non est restringenda mulier ad unum, vel alterum, respectu cujus fortè scemina antipathiam habet naturalem, & rectè Sanchez *a* notat hanc causam non esse strictè, sed morali modo verificandam, satisque esse, si communiter in eo loco non inveniatur vir paris conditionis, &c.

7. Quintò. Si petatur dispensatio in gradibus propinquiorebus, puta in secundo, vel tertio gradu ab eodem stipite, non solet aliquando, esse sufficiens hæc sola causa ducta ab Angustia loci; nam propterea requiritur solet alia causa, qualis esset illa, ut, si extra dictum locum nubere cogeretur, Dos, quam mulier habet, insufficiens esset, ad nubendum pari. Et quidem universale *b* est, d. 26. *mat.* ut, quando una causa non sufficit, plures *dis. 3. n. 13.* unitæ sufficiant.

Ex ap. Dia. Dixi (Non solet aliquando) nam cæterum *p. 8. Tr. 3.* quilibet Pontifex stylum observat, quem *ref. 93. V.* mavult. *Adverte etiam.*

Paupertas, vel Incompetentia Dotis.

8. Si mulier dote careat, vel careat congruenti cum qua juxta ipsius conditionem possit virum non conjunctum paris conditionis invenire, est causa ad dispensandum sufficiens.

9. Notanda autem sunt tria. Primò, si scemina habeat parentes divites, qui cogi possunt ad eam dotandam, ea non dicitur carere dote. At, si solum habeat alios etiam *c. Sanc. l. 8.* fratres, qui ad ipsam dotandam cogi non *mat. d. 19.* possunt, vel, si habeat solum spem, immò, & *n. 27. Ar.* jus ad aliqua bona sibi ab intestato fortè *q. 19. mat.* proventura, carere *c.* dicitur dote, quia de *sec. 4.* presenti verè pauper est, & ut suppono, certa *d. Sanc. loc.* non est de vicina successione. Et rectè Sanchez *cir. n. 28.* d. ait, si Parentes puellæ nunc non valent do-

tare filiam, ne dotando ipsi secundum eorum statum indigeant, filiam esse pauperem, quamvis post eorum mortem, sit successura in hereditatem sufficientem.

10. Quid, si deinde, mortuo v. g. consanguineo, ipsa ab intestato succedat ejus bonis, vel ab amico donationem, vel legatum acquirat, vel thesaurum inveniat, &c. persistetne causa hæc Incompetentiæ Dotis?

11. Respondeo, Si hæc eveniant post contractum matrimonium cum consanguineo, vel Affini, dispensatione præcedente, persistet dispensatio, & Matrimonium, quia jam semel validum matrimonium ex dispensatione dicta legitime data, à nullo eventu infirmari potest. Idem dicam *e. infra.* si hæc eveniant post concessam, & expeditam legitime dispensationem, idque saltem probabiliter, quem locum lege.

12. At verò, si hæc eveniant ante dispensationem expeditam à Delegato, vel ante dispensationem à Pontifice concessam, major est difficultas. Distingunt Doctores sic: Si Mulier tempore, quo verificanda est hæc causa paupertatis, id est, vel ante expeditionem Delegati, vel ante concessionem Pontificis, ea bona, vel per modicissimum tempus accepit, quamvis statim alteri donaverit, non potest dici pauper: unde nulla esset sequens dispensatio concessa ex causa paupertatis, vel incompetentiæ dotis, quia, si accepit ea bona, etiam per unicum momentum, dives dicitur; secus quolibet dirisima potest prætere dispensationem ob paupertatem per similem renunciationem suarum divitiarum, quod nimis alienum est à mente Pontificis dispensantis ob causam paupertatis.

13. Hoc intelligit Averfa, *f.* quando scemina, consultò renunciat, ut deinde jam pauper effecta, dispensationem petat. Putat enim, si qua mulier bona fide renunciet sua bona aliqui ob alios fines, & deinde per novum consilium, velit nubere, careatque dote, tunc posse petere dispensationem ob causam inopiam, quia sine fraude, sine dolo, verè pauper de presenti est. Hoc dictum modo allato vestitum satis probabile esse, puto.

14. Verum, si eadem mulier non accepit illam successionem, vel illud legatum, donationemve aut nihilominus idem Averfa, & Sanchez *ll. cc.* eam esse pauperem, quia in nullo momento sibi ea bona acquisivit, quare po-

re poterit proferre Pontifici pro causa dispensationis suam paupertatem, & valida erit concessio dispensationis, & ejus executio, quia verè pauper est, nec in ullo momento fuit dives, etiam si non acceptaverit ob finem obtinendi dispensationem.

15. Mihi non placet hæc sententia, quia licet physicè hæc sit pauper, humano, & morali modo reputanda est dives: qui enim facile divitias acquirere potest, pauper in civilibus commerciis non dicitur.

a Ocogau. Addit Ocogauia n hanc Sanchez doctrinam rejiciens, sic facilem aperiri viam ad sæpius contrahenda matrimonia cum conjunctis, quod vitare intendit Ecclesia. Ego denique, nunquam credidero, Pontificis mentem esse, ut huic nolenti (ut nubat conjuncto) acceptare divitias, quæ fuerunt in promptu, concedatur dispensatio ob paupertatem, quam per acceptationem poterat.

16. Secundò. Si puella competente quidem dote, juxta suum statum, gaudet, sed quia est v. g. deformis, vel profectionis ætatis, vel aliquo crimine infamata, illa dos non existimatur sufficiens ad invenendum virum suæ conditionis parem, dicitur ex

b Sanc. l. 8. Sanc. b verè pauper, & sine dote. Unde, si Pontifici exponatur ea esse sine dote, & sic concedatur dispensatio, validè (ait Sanc.) concedetur.

c Infr. c. 10. §. 3. d. num. 3. Mihi occurrente nudiùs tertius hoc casu, visa fuit invalida dispensatio, tum ex aliis rationibus (quas afferemus c infra in proprio loco) tum ex eo, quia (ut infra d item dicemus) Princeps, ut validè concedat, gratiam, debet scire diversitatem, & quantitatem ejusdem gratiæ, quam concedit: at longè diversa est gratia dispensationis concessæ competenti dote habenti, quam habenti nullam.

d Infr. c. 9. §. 2. n. 2.

17. Tertiò. Si Mulieri competentem dote habenti velit consanguineus valde dictam dorem augere, si ei à Pontifice illius mulieris Nuptiæ concedantur, certè non propterea hæc esset causa sufficiens, quia Pontifex pro causa non vult lucrum, acquirendum à muliere, sed solum paupertatem.

18. Quartò. Pro gradibus propinquitatis requiritur major causa, nec solet esse satis sola mulieris paupertas: Nam propterea tunc solet addi illa causa, nempe consanguineum, seu affinem promittere puellæ ipsius dotis

augmentum. Quali autem modo hæc promissio expedienda sit, explicant Sanc. e & Conradus. f

19. Quintò denique adverte, has esse diversas causas, *Mulierem esse indotatam*, hoc est verè pauperem, quia est sine omni dote, quo pacto datur dispensatio in forma pauperum, & non imponitur solutio expensarum; & *Mulierem carere dote competente*, quo pacto, saltem aliqua imponitur, ut rectè notat Conradus. g Quare, si proposuisti Pontifici priorem causam ex his, dispensatio est invalida, si solum verificetur posterior; & tunc, ut sit valida, erit impetranda ab eodem Pontifice alia gratia, quam vocamus, *Perinde valere*, ut notat ibidem Conradus.

Litis, vel Inimicitia sedatio.

20. Si sit periculum litis circa dorem fœminæ, cum rationabili timore, ne ea indotata, vel sine competente dote remaneat: vel, si sit periculum litis circa successionem plurium bonorum, ad quæ jus habet mulier, est sufficiens causa, ut nubat cum conjuncto, si hic lites sibi assumat, vel, si eo Matrimonio dictæ lites componantur. Neque enim hoc posterius est solum acquisitio lucri, quod modò numero 6. exclusimus à causis moventibus Pontificem, sed est amissio bonorum, ad quæ jus mulier habet, & cessatio molestiarum litigandi, quam ferre muliebris fragilitas nequit.

21. Similis item causa sufficiens esset, si per ejusmodi Matrimonium graves inimicitie sedarentur.

Ætas Excedens.

22. Si fœmina excedat vigesimum quartum ætatis annum, nec invenire potuit, ob quamcunque rationem, virum, cum tamen interim ipsa nubere voluisset, est sufficiens causa: Cum enim periculum sit, ne hæc innupta remaneat, Pia Mater Ecclesia hanc, ut causam sufficientem consuevit admittere, quo possit nubere conjuncto, præsertim in gradibus remotioribus.

*Illustris Familia conservatio, & merita
Excellentia erga Eccle-
siam.*

23. Hæc, sufficientes etiam causæ sunt; bonum enim, & utile est Ecclesiæ, ut in ipsa conferrentur Familiæ Illustris, & item ii, qui singularia obsequia ei præstant; remuneratio-
ne non carcant.

Infamia periculum, & scandala.

24. Si, per dispensationem contrahendi Matrimonium cum conjuncto, cesset periculum, quod fortè patitur foemina, ne remaneat diffamata, vel cessent gravia scandala, sufficiens erit causa. Diffamata remaneret, si illa fuisset cognita à consanguineo, vel affini, vel ex frequenti conversatione orta fuisset copula suspicio. Licet hæc posterior minor sit causa, & cum aliqua alia regulariter conjungenda. Scandala sequerentur, si probabiliter peccatorum periculum adesset, ut, si separari vir, & mulier non possent, unde esset incontinentiæ periculum, vel timor esset, ne perseverarent in concubinam, &c. Vide Sanchez. *a*

*a Sanc. l. 8
d. 19. n. 10*

Larga Eleemosyna.

25. Summus Pontifex aliquando dispensat in impedimentis, de quibus loquimur, solum ex eo, quod erogetur larga eleemosyna, quam ipse Pontifex applicat operibus piis, & tunc dicitur dispensatio concedi ex nulla causa. Intellige ex nulla causa intrinsecè pertinente ad Matrimonium, nam ceterum jam adest causa extrinseca, nempe ipsa eleemosyna.

26. Quoniam verò id solet concedi divitiis, vel nobilitate præditis; nota Tridentinum *b* velle, ne concedatur dispensatio in secundo gradu consanguinitatis, vel Affinitatis ex copula licita, *c* nisi magnis Principibus. Nomine autem Principis Sanc. *d* p. d. 33. n. 44. tat. comprehendit omnes Titulos; Henricus *e* d. 19. n. 2. præcipuas, ita praxi interpretante rigorem *e* Henr. l. illum Tridentini.

12. c. 3. n. 27. Nota item per hanc occasionem, esse *6. & 9.* nobilem, verificari, si nobilitas sit ex par-

te Patris, *f* non verò ex parte Matris solius. *f* Sanc. l. 8. n. 1. Esse ex principalioribus verificari, si sit valde *g* potens, & dives. Esse denique ex Magistratibus, qua ratione verificetur vide Sanchez, *h* & Conradum. *i* Præterea idem Sanchez. ibidem explicat: quantum differat, si in Brevi Dispensationis dicatur: *Qui ut i* *asseris, nobilis existis*: ab illo: *Qui, ut as-* *seritur, nobilis existis*: Vide etiam infra c. 12. c. 2. d. 11. §. 5. num. 3. Nota denique, esse ex honestis *113.* familiis, verificari, si familia nullo turpitudinis vitio laboret, & sic in praxi videtur *113.* *Conrado, k* posse servari.

CAPUT VIII.

Quandonam Dispensatio est subreptitia, atque adeò invalida?

1. **S**I in libello, quo Oratores, id est, Dispensandi rogant Pontificem, ut dispenset in aliquo impedimento (idem dic in petitione cujuscunque gratiæ à quocunque Principe, &c.) sive data opera, sive per errorem taceatur aliquid, quod erat exprimendum, vel proponatur aliquid, quod non ita se habet, sicuti proponitur; gratia, seu dispensatio sic concessa dicitur subreptitia, seu, quod pro nobis idem *l* est, obreptitia. Illa dicitur taciturnitas veri, hæc fallitatis expressio, utraque nullam reddens, ipso facto, juxta mox dicenda, dispensationem, seu gratiam. Gratiam, inquam, nam, ut Rescripta Justitiæ, vitio subreptionis infecta nulla sint, debet præcedere exceptio partis Cujus diversitatis rationem affert, explicatque rectè Sanchez. *m*

2. Utrautem explicetur, quandonam hoc vitium subreptionis adsit; præmitte, causam, ob quam movetur Pontifex, seu Princeps ad aliquam gratiam concedendam, vel esse *n*obilem, vel esse impulsivam.

3. Finalis, quæ etiam dicitur motiva in casu *n* nostro est illa, qua non existente, lege *113.* non concederetur gratia, vel concederetur cum aliqua moderatione *e* quando enim cessante gratia cum aliqua moderatione conceditur, o *113.* jam absolute non *e* conceditur ea, quæ *113.* petitur.

4. Impulsiva est illa, qua non existente, *113.* *con-*

a Sanchez. l. 1. concederetur & quidem gratia, & quidem sine limitatione, sed non tam facile, tam promptè, tam citò.

Suar. de Voto l. 6. d. 27. n. 11. His ita explicatis Regula Generalis est, ut, si subreptio sit circa causam finalem, hoc est, si Princeps motus fuit ad concedendam talem, vel tantam gratiam ex ea causa, quæ verè non existit, gratia sit nulla: Si verò sit circa causam impulsivam, hoc est, si Princeps ex ea causa, quæ verè non existit, motus solum fuit ad facile, vel citò dandam, valida sit gratia.

5. Adverte tria. Primò, hic locutionem esse de veritate, & falsitate pertinentibus ad gratiam; si enim ad gratiam per se non pertineant, nec connexionem cum gratia, quæ petitur, habeant, illam non vitiunt. Exempla duo solent afferri.

Aliquis Clericus malis imbutus moribus petit Beneficium Ecclesiasticum ab Episcopo, tacens ejusmodi suos improbos mores, & fortè Concubinatum, quæ si scivisset Episcopus, Beneficium ipsi non contulisset; contulit tamen, & profectò validè. Rursus: Quidam verè pauper postulat à te stipem, cum sit homo improbus, & fortè hæreticus; hæc tamen ipse nequaquam patefacit, Eleemosynamq; à te recipit, validè recipit, quamvis, si tu novisses eum, esse hæreticum, omnino retulisses. Ratio autem horum est, quia, tum illius Clerici, tum hujus pauperis delicta, & mores, per se non pertinent ad Beneficium, vel eleemosynæ concessionem; collatio enim Beneficii solum per se respicit habilitatem; eleemosyna indigentiam personæ. Simile quid igitur in casu nostro.

6. Secundò. Quando jus requirit, ut in concessione alicujus gratiæ exprimat aliquæ rei circumstantia, vel qualitas, hæc profectò, si non exprimitur, etiam si levis momenti sit, subreptitiam facit, atque adhuc nullam gratiam. Ita colligunt Doctores b' ex Sacro *Textu*, in quo pronuntiatur subreptitia concessio Beneficii, quia impetrans tacuit, se Tr. 3. d. 6. habere Beneficium exiguum, quamvis, si Pontifex id scivisset, cum eadem ferè facilitate illud aliud concessisset. Sed, quia id erat explicandum ex Jure, nunquam re ipsa Pontifex concedere, sine illa expressione præsumitur.

7. Tertiò. Si silentium alicujus veritatis sit solum causa impulsiva concedendi gratiam,

non obstat validitati, quando bona fide illa veritas tacetur, ut omnes docemus. At nec obstat, quando mala fide, hoc est, quando eadem solum impulsiva tacetur consuetudo, ad evitandam difficultatem concessionis à Principe impetrandæ, docet Sanc. d

Hæc breviter de his universaliter dicta sufficiant; Nam, quæ in particulari jamjam dicetur in nostra materia Dispensationum matrimonialium, sive de Taciturnitate veri, sive de Expressione falsi, rem totam, clarius explicabunt.

CAPUT IX.

Taciturnitas veri, quandonam in particulari vitiat Dispensationem?

1. **N**ullo expeditioni modo huic titulo fieri satis potest, quàm ea percurrendo, de quibus in nostra re solet esse dubitatio; quod jam aggredior sigillatim.

§. I.

Quando tacetur repulsa, aliàs data.

2. **T**itius rogavit Pontificem, ut dignaretur, concedere Dispensationem, qua possit ducere v. gr. consanguineam. Pontifex abnuvit, repulitque Oratorem. Jam, si rursus velit Titius rogare Pontificem, opusne habet hujusmodi repulsam exponere, immò, & repulsas, si pluries oravit, & repulsus pluries fuit, ne Dispensatio fortè concedenda, sit subreptitia?

Respondeo, nequaquam e id opus esse, e *Sua. de leg. l. 2. c.* quia, qui dictas repulsas tacet, neque contra jus ullum facit, neque contra stylum Curie, & ex alia parte jam tota, integraque causa Pontifici aperitur, ut suppono, quam solum respicit Pontifex, nihil laborando de data repulsa. Idem dic de aliis Principibus, ad quos pertinet gratias concedere, idque etiam, si nova causa non superaddatur, quicquid dicat Menochius. f Neque enim verum est, quod ipse assumit, nempe Pontificem, seu Principem, si recordaretur repulsæ, gratiam non concessurum, non, inquam, verum est, quin immò præsumendum est, concessurum facilius ex multiplicatione precum, quibus majus Oratoris desiderium, & fortè major necessitas indicatur.

Vv 3

3. Quid

3. Quid, si Superior, v. g. Pontifex negavit gratiam? Possumne tacendo repulsam Superioris, exposcere eandem ab Inferiore v. g. ab Episcopo in iis casibus, quibus potest, & Inferior?

a Suar. Respondeo. Potes, *a* quia militat eadem ratio numero præced. dicta. Scio id negari à Sanchez, *b* quia (inquit) Superior per illam repulsam tollit potestatem ab Inferiore, quod *d. 24. n. 5.* ad eandem gratiam: Scio, inquam, hoc, sed certe id gratis videtur dictum.

4. Multò magis Inferior poterit dispensare (*sanè ex causa*) in iis, quæ ipse potest, licet sciat Superiorem non solere, nec velle in illis dispensare: id, quod idem Sanchez negare non potuit, quia multò minus præsumitur Superior in iis ab Inferiore potestatem tollere.

5. Quod dictum est, extende (ut id hac occasione scias) ad ceteros Superiores Regulares: neque enim ex eo, quod licentiam mihi Religioso alter Superior, sive æqualis, sive major denegavit, obligor eam repulsam exprimere alteri æquali, vel Inferiori, ut licentiam eandem mihi concedat. Quod, si in Regulis Societatis Nostræ dicatur, ut subditus passus repulsam, eam, & ejus causam explicet alteri Superiori, si ab eo eandem postulat, consilium, id est, & directiva instructio, non autem forma ad invalidandam licentiam, ut signatè pro nostra Societate docet Bardi, *c* in selectis.

*c Bard. in
selec. l. 6.
q. 12.*

§. II.

Quando tacetur Dispensatio, aliàs concessa.

1. **H**ic sermo est, quando secunda Dispensatio, quæ ponitur, est in eadem materia. Si enim in diversa, omnes *d* conveniunt. *l. 6.* niunt, opus non esse, meminisse prioris. Fac *c. 23. Sanc. v. g.* te impetrasse dispensationem illegitimi *l. 8. matr.* Natalis ad Beneficium acquirendum, deinde *d. 22. n. 5.* verò velis obtinere dispensationem Voti Religionis assumendæ, quod tu fortè emiseras, Castrop. *lo. non* obligaris meminisse illegitimi Natalis dispensationem, cum hæc sit ab illa diversa, *cit. n. 3.* nec in ullo huic officere possit, illam taciuisse.

2. Rursus sermo non est, quando prior dispensatio fuit propter aliquem defectum nulla; hujus enim mentionem facere, quan-

do eandem impetrare validam velis, necesse *e* non est; siquidem, si nulla fuit, nullum nunc effectum parere potest, juxta regulam *e Sanc. l. matr. d. 22. n. 11.* Juris; *f* nec enim præstat impedimentum, quod de Jure non sortitur effectum. His habitis.

3. Statue Regulam hanc. Quoties cognitio concessæ in eadem materia dispensationis rationabiliter impediret dispensantem ad concedendam secundam dispensationem, toties *f Roy. No. 59.* ejus mentio fieri debet, quando hæc secunda petitur, ne gratia sit subreptitia: Quoties verò non impediret, non debet. Ratio Regulæ est, quia secus involuntariè concedetur gratia, atque adeò nulliter. Tunc autem rationabiliter impedire censetur, quando major est gratia, concedere posteriorem, posita concessione prioris, quam, hac non posita. Cujus ulterior ratio est, quia concedens, ut voluntariè concedat ipsam gratiæ substantiam, debet cognoscere *g Castrop. lo. cit. n. 22.* quantitatem gratiæ, quam concedit; in id enim, quod non cognoscitur, voluntas nostra ferri non potest.

4. Sed explicemus Regulam per exempla sequentia in re nostra, hoc est, in Dispensationibus matrimonialibus.

Exemplum primum. Antonius obtinuit à Pontifice dispensationem ducendi Bertam consanguineam, deinde vult ducere aliam consanguineam, nempe Catharinam, obligaturne priorem dispensationem exponere Pontifici, ut valida sit hæc posterior?

5. Respondeo, Si prior dispensatio, quoad Bertam, adhuc viget, quia v. g. Antonius mutato consilio vult aliam consanguineam v. g. Catharinam ducere, obligatur prioris mentionem facere, quia, ex Regula data, ejus concessio, dum adhuc viget, maxime impedit Pontificem, ne secundam concedat: nunquam enim ipse tam exorbitantem, & magnam gratiam concedere intendit, ut quis habeat potestatem, seu libertatem ducendi hanc, vel illam consanguineam.

6. Si verò prior dispensatio effectum habuit, & jam cessavit, (ut, si Antonius duxit *h Sanc. l. matr. d. 22. n. 11.* Bertam, sed nunc est mortua, vel etiam, *n. 7. Fatio* non quidem illam duxit, sed nunc parimodo est mortua, vel Professionem solemnem *3. n. 5. 4.* emisit, unde inepta est ad Matrimonium) non *dian. p. 1.* opus habet Antonius, petendo secundam dispensationem cum Catharina, prioris dispensationem

penla-

penfationis meminiffe, quia cum illa jam ceffaverit, impedit non preunitur Pontificem, ne ex nova rationabili causa novam dispensationem, quasi requisitam ab illa nova causa, concedat; id enim non est concedere plures dispensationes simul, sed pluries, dispensationem, id est, unam post aliam, quod certe valde minus est.

7. Inquires. In casu, quo non cessavit, & tamen sine ejus mentione impetretur secunda, quandoquidem alterutra debet esse invalida, quænam illa erit, prior, an posterior?

8. Respondeo. Sanc. *a* putat invalidam fore priorem, quia Pontifex non intendit concedere posteriorem, nisi priore exclusa, quam item jam renunciat Antonius, dum posteriorem petit.

9. Verum ego non video, qua ratione Pontifex excludat priorem, dum illius non recordatur, cum ex alia parte gratis diceret Pontificem habere universalem voluntatem non concedendi posteriorem, nisi intelligatur esse ab ipso exclusa prior. Nec item video, qua ratione illam renunciat Antonius, quia nullum actum renunciationis facit, immo

etiam si faceret, nulla esset renunciatio, donec à Pontifice acceptaretur, ut de omni simili renunciatio docet idem Sanc. *b*

10. Melius ergo Castropalaus *c* cum aliis *Tr. 17. 3.* sustinet, invalidam fore posteriorem, quia *d. 6. p. 2. 6.* nunquam Pontifex intendit posteriorem concedere, quando persistit prior, ne tantam suam potestatem concedat libertatem, &c. ut dictum num. *l. 11. c.* quinto.

11. Exemplum secundum. Titius impetravit dispensationem de impedimento criminis *22. n. 10.* ob uxoricidium. Deinde, commisso iterum Castrop. *l. 1.* eodem crimine, petit similem dispensationem *c. 15. p. 1.* de secundo uxoricidio, obligatumne mentione *l. 8. c. 17.* nem facere prioris dispensationis?

12. Respondeo. Obligatur *d* sub pena nullitatis posterioris dispensationis. Ratio *De Episc.* est, quia prior impedit Pontificem, ne secundo *audie.* concedat, nam longè difficilior est, secundo delicto gratiam concedere, quam primo. Unde, ut videatur, an Pontifex verè veniat *de pan.* ad concedendum iterum, debet inter noscere, an *temperat.* antea, quid simile concesserit. Nam rectè *causa 10.* monet Textus *e* Remissionem venie crimina, *u. 4. c.* nisi semel commissi, non habeant. Intellige in *Sanc. l. 1.* ordine ad forum externum, & ad has extrin-

secas gratias à Principe concedi solitas: aliud enim est coram Deo pro verè pœnitente.

13. Filiucius, *f* postquam data doctrina *f. Fill. tr. 10. p. 2. da* meminit, qua scilicet dispensatio prioris delicti explicari debeat in petitione posterioris, addit hæc verba: (*sed hoc non puto receptum.*) Certè voluissim, ut non tam jejune id dixisset, sed confirmasset validius, ut ego possem à mea resolutione, aliqua tandem motus ratione, discedere.

14. Exemplum tertium. Sejus ligatus Voto Castitatis obtinuit dispensationem, ut posset Matrimonium contrahere semel tantum. Contraxit: sed mortua uxore, vult iterum uxorem ducere, & quia Votum rediit, debet petere novam dispensationem. Inquire, ut hæc nova dispensatio non sit subreptitia, debetne mentionem facere prioris?

15. Respondeo cum Castropalao, *g* esse *g. Castrop. loc. cit. n. 5. & 7.* valde probabile, nequaquam debere. Ratio ducitur ex dictis *n. 6.*

16. Exemplum quartum. Cajus obtinuit dispensationem ducendi quandam suam consanguineam, sed nunc dubium, seu scrupulus illi suboritur, an ea dispensatio sit, omnibus expensis legitima, quare supplicat denuo, ut sibi dispenseretur à Pontifice pro eadem consanguinea, debetne prioris dispensationis meminisse?

17. Respondeo, Non debet, *h* quia, si prior *h. Castrop. l. 1. c. n. 7.* est valida, posterior non est necessaria; si autem eadem prior est nulla, cum nulla nullum effectum habeat, perinde est, ac si impetrata non fuisset. Addit Sanc. *i* præsertim, *16. i. Sanc. l. 6.* quando posterior impetranda non est amplior, quam prior.

§. III.

Quando tacetur, plura subesse impedimenta.

1. **P**Luribus impedimentis laborat Cajus, ne possit ducere Cajam: Est enim illius consanguineus, est illius affinis, Voto item Castitatis strictus, vel etiam habet impedimentum Criminis, vel est ex duplici stipite consanguineus, vel ex duplici capite affinis, &c. Et interrogat, an simul hæc impedimenta proponere debeat Pontifici, an satis sit de illis sigillatim cum Pontifice agere, & distinctas obtinere de singulis dispensationes?

Respon-

Respondeo. Probabiliorem eam sententiam vocat Sanc. *a* quæ sustinet, satis esse si-
a *Sanch. l. 1.* gillatim, quia nullibi impositum est hoc onus
8. matr. d. exponendi simul omnia, cum satis sit, afferre
23. nu. 1. causam, quæ persuadeat circa unam dispensationem, & hanc obtinere, & sic de aliis separatim, sicuti potest obtineri, & haberi Absolutio unius Excommunicationis, relicta alia, quam quis fortè etiam habet.

b *Sanc. l. c.* 2. Communior tamen, & probabilior *b*
n. 2. Ca- sententia, & ab ipsa praxi ut habet Castropala-
strop l. c. n. laus, firmata docet, opus esse, ut exponantur
11. Suar. omnia: nempe, ut Pontifex cognoscat qua-
de legib. l. litatem, & quantitatem gratiæ, quam con-
6. c. 24. cedit, ut nuper in simili dictum est. Non est
Pont. l. 8. igitur ratio, quasi non possit concedi una
c. 17. §. 4. dispensatio sine alia; potest enim, sicuti de
G. Hurt. d. Absolutione excommunicationis dictum est,
29. diff. 6. sed propter rationem jam dictam, cum cer-
Laym. tum sit, longè maiorem gratiam fieri uni ti-
Santayell. bi, si Pontifex duo, vel tria impedimenta au-
Dian. ap. ferat, quàm si unum. Quare, si ex ignorantia
Avers. q. non omnia exponantur, siue impedimen-
19. sec. 5. ta solum impedimenta sint vel dirimentia, de-
Ver. Opor- bebunt simul Pontifici proponi.
terp.

3. Prædicta communis sententia temperatur tribus modis; Nam Primò, si unum impedimentum v. g. consanguinitatis, debet quidem à Pontifice dispensari, sed aliud potest alia via tolli, quam per dispensationem Pontificiam, quale est Votum Castitatis simplex, quod (si non fuit post pubertatem ratificatum, potest per iritationem à parte tolli, vel quale est impedimentum à sponsalibus, quod potest mutuo consensu sponzorum auferri) tunc non erit tibi necesse hoc impedimentum alia via amovibile manifestare Pontifici; poteris enim consanguinitatem solum exponere, de quæ illa dispensationem obtinere, deinde verò, (poteras, & antea) Votum, vel sponsalia illis aliis viis à te tollere.

4. Quod, si velis, ut utrumque impedimentum tibi Pontifex dispense, utrumque simul aperire debes juxta nostram sententiam probabiliorē nu. 2. explicatam. Et vides rationem? Ut utrumque dispense Pontifex (quæ est Major gratia) debet cognoscere simul utrumque, quo scilicet videat, an tantam gratiam velit concedere. At, quando ipse unum tantum impedimentum dispensat (aliud enim alia via aliis à te tollit) satis est, si

unum ipse cognoscat, quia ipse unam gratiam facit.

5. Scio, eundem Sanc. *c* docere; quando unum impedimentum est Votum, & aliud est alterius generis v. g. consanguinitatis, te posse separatim à Pontifice obtinere dispensationem Voti, non facta mentione consanguinitatis, & deinde obtinere dispensationem consanguinitatis, non facta mentione Voti, sed non contra, prius dispensationem consanguinitatis, & postea, Voti.

6. Scio Castropalaum *d* distinguere, & docere, quando dispensatio unius impedimenti habet alium effectum, quàm habilem personam reddere ad Matrimonium, (qualis est dispensatio Voti Castitatis, quæ habet alios effectus v. g. non peccare contra Religionem fornicando, &c.) posse, tacito altero, separatim prius Voti dispensationem obtinere, & deinde dispensationem consanguinitatis, at non contra, prius consanguinitatis, & deinde Voti, quia dispensatio consanguinitatis tendit ad faciendam habilem personam ad Matrimonium, & ad nihil aliud, seu nullum alium effectum habet, nisi personam habilem ad Matrimonium facere.

7. Scio Coninck *e* alio modo distinguere, & docere, quando duo, vel plura impedimenta sunt, quodammodo ejusdem rationis facientia Majorem indecentiam in Matrimonio, ut sunt duæ consanguinitates, vel duæ affinitates, vel altera consanguinitas, altera affinitas, &c. Debere simul exponi Pontifici: At verò, quando sunt diversæ omnino rationis, qualia sunt cognatio, & Votum, non esse necesse simul exponere, nam, vel unius, vel alterius dispensatio (ait) obtineri, tacito altero ex his, poterit.

8. Scio, inquam hæc, quæ distinctius apud eosdem legi possunt, sed ego tibi, Lector, proposui viam tutam, & minus scrupulis obnoxiam, nempe, quando impedimentum, quod potest alia via tolli, illa alia via tollere intendis, non obligaris illius mentionem facere, at quando intendis, ut eadem via, id est, ut idem Superior utrumque tollat ad finem contrahendi Matrimonium, certè obligaris. Et ratio est jam dicta, quia tunc Superior majorem, & ampliorem gratiam concedit.

9. Temperatur Secundò, prædicta communis sententia. Nam, si fortè unum impedimentum includitur in alio, sufficiet, si solum

2. Avers. g. 19. sec. 5. Verf. Secundo si inter.
Solum hoc aliud explicetur: sed adverte, id in uno tantum casu posse contingere, ut cum Sanc. recte notat Aversa *a*) nempe, si tu labores impedimento publicæ honestatis cum Berta v. g. ex eo, quod habuisti Matrimonium ratum, vel sponsalia cum ejus olim vivente Sorore, & deinde exponas Pontifici aliud impedimentum affinitatis, quod cum eadem Berta contraxisti ex eo, quod Matrimonium consummasti cum eadem ejus Sorore. In hoc ergo unico casu satis erit, exponere Pontifici hoc impedimentum affinitatis ex consummato Matrimonio surgens, quia in hoc includitur dictum impedimentum ex Matrimonio rato, & ex sponsalibus, quæ certè supponuntur, præcessisse ad Matrimonium legitime consummatum. Quare, dum Pontifex illi dispensat, dispensat, & huic, & quando committit alicui, ut dispense in illo, committit, ut, & dispense in hoc. Alium casum similem non inveniri iidem docent, nisi velis huc reducere, quando unus gradus conjunctionis includitur in alio. De quare *infr. c. 9. §. 2.*

10. Temperatur Tertiò. Nam, si occurrat adesse in aliquo duo impedimenta, alterum occultum v. g. affinitatis ex copula fornicaria, vel crimen, alterum publicum v. g. consanguinitatis, tunc ex benigna Pontificis mente nolentis hominem sua occulta crimina publice manifestare, satis erit, petere *h* publice (quod solet fieri per viam Datarie) dispensationem impedimenti publici v. g. dictæ consanguinitatis, tacito occulto, & deinde, secrete, (quod fit per viam Pœnitentiariæ) petere dispensationem occultæ, v. g. dictæ Affinitatis, vel Criminis: Sed adverte, Pœnitentiario narrari debere publicum impedimentum, addendo, vel de illo impetratam, vel impetrandam esse ab eodem Summo Pontifice dispensationem.

§. IV.

Quando tacetur, Matrimonium fuisse contractum cum impedimento.

1. Petrus contraxit Matrimonium per verba de præsentibus cum Maria ejus consanguinea, quare nulliter contraxit. Nunc, si ante consummationem, si postea, (quo pacto commisit incestum) pollicitus Pontifici

Tomburinus de Sacramentis.

dispensationem hujus impedimenti, obligaturne exponere, se cum dicto impedimento contraxisse, vel consummasse?

2. Respondeo. Si cum scientia impedimenti contraxit (idem dic, si contraxit cum quocunque alio impedimento, ut putat Aversa *c* cum Sanc. *d* quicquid contrarium *c* Aversa sentiat Henricus *e*) debet exponere, sic se *l. c. sec. 6.* contraxisse, vel consummasse, secus nullam dispensationem recipiet. Ratio est, quia Tridentinum *f* monet Pontificem, ne in hoc casu *2. §. n. 24.* dispenset, (hoc est, ut difficulter dispense) *g* ad puniendam malam fidem ejus, qui sic *h* contrahere præsumpsit. Propter eandem rationem, si quis Matrimonium contraxisset *i* Trident. sess. cum impedimento cognito, (quale etiam est *24. c. 5. de* impedimentum absentia Parochi, & Testium) *Ref.* sub spe facilioris dispensationis, debet etiam hanc spem declarare, quia multo magis Tridentinum vult, ut in eo casu non dispense. Et nota, explicandam Pontifici esse rem, sicuti se habuit, hoc est, malam fidem fuisse ex parte utriusque conjugis, vel fuisse ex parte unius tantum. Lege Aversam, *g* quicquid in *g* Aversa nuatur in oppositum apud Dianam *h* ubi *l. c. Ver. Ac* multa ad rem hanc. *si ex duob.*

3. At verò, si quis dictum Matrimonium in facie Ecclesiæ contraxit bona fide cum p. 10. tr. 11. ignorantia impedimenti, poterit ejusmodi ref. 44. contractionem tacere, quia ejusmodi Matrimonium bona fide contractum dispensationi non nocet, nec difficiliorem eam reddit: immò, quia reddit faciliorem, consilium tibi do, ut illud exponas, nam sic facilius gratiam impetrabis. Verum adverte; Primò, quando ignorantia fuit crassa, quamvis sine temeritate, non posse te exponere positivè Matrimonium bona fide contraxisse; id enim tunc falsum esset, sed solum tibi nunc concederetur, posse negativè habere, hoc est, te posse tacere, quia verò tunc non fuit contractum cum scientia, & præsumptione, quam præsumptionem, ac temeritatem vult punire Tridentinum.

Adverte Secundò, idem Tridentinum *i* Trident. sess. velle, ut, qui Matrimonium contraxit cum *24. c. 5.* impedimento dirimente, non præmissis denunciationibus, etiam si impedimentum is *matr. A-* ignorasset, isdem subiciatur pœnis. Quare *versal. c. 6. ini-* is explicare debet nullitatem sui Matrimonii; quia, neglexisse denunciations, difficultiorem tunc reddit dispensationem.

Xx

§. V.

§. V.

Quando tacentur Qualitates extrinsecas.

1. **A**ntonius, & Antonia, sive divites, sive inopes, sive nobiles, sive ignobiles, sive vidui, sive non vidui, similesque qualitates Matrimonii extrinsecas habentes, necessitatem habent eas explicandi, quando aliquam dispensationem à Pontifice expostulant?

2. Respondeo, quamvis interdum consilium sit, eas explicare ad facilitandam dispensationem, tamen non ex obligatione, quia illarum noticia, vel ignorantia non nocent dispensationi.

3. Excipit viduitatem ex parte fœminæ a Pont. l. Pontius; ã notat enim, fœminam viduam, præsertim habentem filios, debere manifestare, se esse talem, si petat dispensationem nubendi v. g. cum consanguineo, vel affini, quia Pontifex dispensando maximè intendit favere fœminæ, ne inupta remaneat, quam miserationem non habet respectu viduæ, de cujus secundis nuptiis iura nihil laborant.

4. Adverte tamen, quamvis ex te non obligeris, explicare tuos titulos, tuas divitias, inopiam, nobilitatem, ignobilitatem, &c. tamen, si de his interrogeris, sive tu, sive tuus Procurator, debebis omnino veritatem aperire, ut nempe Datarius arbitretur quantitatem Compositionis. Qui sint nobiles, & similia, satis indicavi supra c. 7. nu. 26.

§. VI.

Quando tacentur ipsi individuales gradus, vel similia pertinentia ad consanguinitatem, vel Affinitatem.

1. **I**ndicavimus non multo antea, debere explicari, non solum impedimenta diversa specie, v. g. an sit impedimentum ex consanguinitate, an ex Affinitate, an ex crimine, an ex Voto, &c. sed etiam, an sint diversa veluti numero, an scilicet sit consanguinitas in secundo gradu, an in tertio, &c. Adde nunc, debere etiam explicari, an sit unica conjunctio, an multiplex ex diversis stirpibus, id est, tum ex parte patris, tum

matris, vel avi, vel aviæ, &c. An sit publica honestas ex Matrimonio rato, an ex sponsalibus. An conjunctio sit per lineam rectam, an per transversalem, &, an sit spiritualis, & quænam, Paternitas scilicet, an Compaternitas, quas b supra explicuimus. Quod autem hæc conjunctio sit ex Baptismo, vel ex Confirmatione non est obligatio explicandi, quia ex utroque Sacramento paritur eadem conjunctio.

2. In sola Affinitate ex copula fornicaria fortè non esse necesse explicare, an sit per lineam rectam v. g. per copulam habitam cum matre ejus, quam ducere vis, an cum Sorore, indicare videtur Sanchez, sed quia, ob majorem peccati enormitatem, difficilius tunc est dispensatio, explicari debere, colligi potest ex dictis §. 2. numero tertio.

3. Præterea, si velis ducere Bertam v. g. cujus Sororem, v. g. Mariam cognovisti, una est Affinitas, etiam si Mariam centies cognoveris: At, si cognovisti duas v. g. Bertæ Sorores, v. g. Mariam, & Agatham, quamvis semel tantummodò singulas, sanè contraxisti duas Affinitates speciatim d explicandas, licet sint in eodem gradu.

4. Atque ex prior parte hujus dicti sit, ut si tu supplicasti Pontificem pro hoc impedimento exorto ex copula fornicaria habita cum unica Sorore Bertæ, quam intendis ducere, Pontifex autem, ut consuevit, committat Delegato, ut expediat dispensationem, tu verò ante Dispensationis expeditionem iterum, iterumque cognoscas eandem Sororem, sit, inquam, ut adhuc possit Delegatus dispensationem validè expedire, quia per iteratas copulas nova non insurgit Affinitas. At, si Delegatus jam dispensavit, postea verò tu eandem Mariam, ante Matrimonium sitè initum, cognoscas, sit, ut contrahas omnino novam Affinitatem à Pontifice necessario de novo d dispensandam, nam prior ablata jam fuit per dispensationem, quare nunc de novo alia consurgat necesse est.

§. VII.

§. VII.

Quando taceatur gradus proximior.

1. **A**loysius, & Aloysia sunt consanguinei, (idem dic, si sint Affines) cum gradu secundo in tertio, vel tertio in quarto, &c. obligaturne, non solum explicare gradum remotiorem (propter quem solum requiritur dispensatio; quia ille est, qui constituit gradum conjunctionis, ut supra vidimus (qui locus omnino est recolendus) verum etiam gradum proximiorum, si forte petant dispensationem ad Matrimonium inter ipsos contrahendum?

2. Respondeo. Quod obligentur in consanguinitate, & Affinitate ex copula licita non est dubium, quia sic statuerunt Gregorius XI. Clemens VII. Pius IV. & Pius V. Dixi (ex copula licita) nam, quando petitur dispensatio in solo foro Conscientiæ Affinitatis ex occulta copula fornicaria, valere illam, quamvis gradus propinquiore mentione non fiat, dummodo non sit primus, nec esse necessarias literas declaratorias, monet recte Sanc. *a* sed quaeritur Primò, An obligentur sub pœna invaliditatis; Secundò, an saltem *24. n. 33.* sub pœna peccati.

3. Quoad primum, quando sive per ignorantiam, sive per malitiam, sive bona, sive mala fide tacitus fuit proximior gradus, qui sit primus, esset invalida dispensatio, & invalidè à Delegato etiam ignoranter procedente, ea concederetur: At in casu, in quo taciti fuerint proximiores gradus, qui sint alii à primo, esset valida, sive proximior sit vir, sive femina, ut contra Sanc. & Molinam rectè probat Pontius. *b* Ratio horum satis illa efficax est, quia expressè ita decrevit Pius *c* V. revocans Decretum Pii IV. quo sub clausula irritante volebat, semper quæcunque gradum proximiorum esse Pontifici proponendum.

In hoc Pii *V.* motu duo notant rectè idem Pontius, & alii quæ. Primò, Pontificem loqui tantum in consanguinitate, & Affinitate, unde, & in affinitate orta, sive ex copula licita, sive illicita, quando, pro illicita fortè publica, petitur dispensatio in foro externo; non tamen loqui in publica honestate ex Matrimonio rato, in qua sufficit explicare gradum remotiorem.

Secundò, eundem motum non habere locum, cum gradus remotior est extra quartum; quia tunc non est necessaria dispensatio, ut declaravit Sacra Congregatio, &c.

4. Jam verò, praxis hodie est, ut si impetres à Pontifice dispensationem ducendi v. g. Aloysiam tibi conjunctam secundo in tertio gradu, ipse Pontifex non committat Delegato, ut dispenset in dicto secundo gradu, sed, ut dispenset in tertio gradu, & declaret, ejusmodi Matrimonio non obesse illum secundum: cujus declarationis commissio potest per literas Pontificias separatas dari, sed hodie communiter video, dari in ipso Brevis dispensationis.

5. Instas: Si alii gradus proximiores, præter primum, non obstant matrimonio, cur addenda est ejusmodi declaratio?

Respondeo. Ut obviam eat scandalo; cum enim nonnulli censuerint, ejusmodi alios proximiores gradus indigere dispensatione, voluerunt Pontifices, ne quis putaret, dispensatos in remotiori gradu nulliter Matrimonium inivisse, voluerunt, inquam, ut ejusmodi declaratio expressè fieret.

6. Quoad secundam difficultatem, quod peccatum committatur, si dicti gradus proximiores; Præter primum, taceatur, Dico duo, alterum de Delegato, alterum de ipsis Oratoribus dispensandis.

Nam, si Delegatus, seu executor, cui commissæ est expeditio dispensationis, adverteret, seu sciret; Oratores exposuisse, sive bona, sive mala fide, solum gradum remotiorem, tacuisse autem proximiorum, peccaret *e* mortali- *e* *Conrad.* ter, exequendo eam dispensationem, quia *de Dispens.* ipse, qui operatur in foro externo, debet se *l. 7. c. 7.* conformare voluntati Pontificum, qui saltem *n. 59.* pro foro externo statuerunt, ne concederetur dispensatio gradus remotioris sine declaratione prædicta, quoad gradum proximiorum.

7. At verò, si ipsi Oratores, petendo dispensationem remotioris gradus, taceant, etiam scienter, gradum proximiorum præter primum, puto probabile esse, non peccare mortaliter, si omni scandalo obvietur; tamen illa declaratio, non nisi ad scandalum amovendum ordinata est, atque ad hoc pro foro externo, non autem pro interno, quando dictus gradus proximior esset fortè occultus, vel alia viâ posset obviari scandalo, dando

Xx 2 notitiam

notitiam Decreti Pii V. declarantis, illos proximiores à primo nihil officere Matrimonio.

2 Sanchez. 8. Hanc doctrinam habent Sanc. a Pontius, b Averla, c quia obligatio hæc tota quantà, quanta est, fundatur, ut diximus, adæquate in scandalo: quare hoc remoto, non apparet, unde peccatum mortale desumi possit. Addit insuper Pontius d contra Sanchez, id, quod dictum est, intelligi eodem modo, tum de mari, tum de femina.

19. sec. 5. 9. Inquirer Curiosus Sacrorum Textuum, Vers. Sep. si valida est dispensatio tacito gradu proximo, &c. miore, præter primum, Cur Urbanus VIII. d Pont. l. c. per literas in forma Brevis, quas affert Barbosa, e declarat, nullum fuisse Matrimonium duorum, qui solam perierant, & obtinuerant dispensationem pro tertio gradu consanguinitatis, cum tamen ipsi essent conjuncti in secundo cum tertio?

Respondco. Hujus difficultatis Barbosa loc. cit. fateri ingenuè, se nescire solutionem. Ita etiam mihi respondit quidam Doctus Theologus à me de hac re quid sentiret, interrogatus, addens, & quidem merito, standum nihilominus nobis esse datæ hæctenus Doctrinæ, pro qua stat Decretum Generale, & publicatum Pii V. Profectò, cum non sit credibile, Urbanum VIII. per literas privatas voluisse abrogare dictum Generale Decretum, mihi videtur, esse putandum, in memoratis privatis literis aliquem irrepsisse errorem, à Ministris commissum.

§. VIII.

Quando taceret copula incestuosa inter dispensandos habitam.

1. Sensus questionis est, an incestus, quem forte commiserunt inter se Oratores petentes dispensationem (quod antea erat impedimentum solum impediens, hodiè verò, ut supra vidimus, nullum impedimentum est) an, inquam, ejusmodi incestus, si non tanquam illi dispensandum sit, sed propter alias causas, sit Pontifici proponendus, ut valde imperetur dispensatio ab ipsis, qui sunt consanguinei, vel affines, ad finem ineundi Matrimonium?

Dico (ad finem ineundi Matrimonium) nam, si Matrimonium contraxerunt, multo

magis, si consummarunt, non præmissa Consanguinitatis, vel Affinitatis Dispensatione, tunc incestum hunc esse exponendum, certum est, & nos diximus supra §. 4. Ponsò Celebris est præsens quaestio, & duplex circa illam sententia est.

2. Prima, Quam sequitur Pontius, f & Pontius aliiq, dicit prædictos non obligari ad copulam, vel copulas manifestandas, etiam sub spe facilioris dispensationis, inter se habitas, nec ob tale silentium invalidam reddi dispensationem. Fundamentum est duplex.

Primum, quia nullo jure requiritur ejusmodi incestus expressio.

Secundum, quia argumenta secundæ sententiæ eam expressionem requirentis facile solvuntur, ut videre poteris apud eundem Pontium, & apud Esgundez, g qui, loquens de copula incestuosa occulta, sic primam hanc sententiam explicat. In hac opinione prima dicendum est, si copula occulta fuerit habita ante dispensationis petitionem, siue post petitionem ipsius, siue ante expeditionem Ordinarii, siue post illam, non esse necessariò explicandam, nec vitare dispensationem, etiam si malitiosè, vel per ignorantiam fuerit suppressa. Hactenus ille.

3. Secunda, quam sequitur Sanchez, h aliiq, docet prædictos, si habuerint copulam (& quidem consummatam) debere omnino eam explicare, ut etiam speciem facilioris dispensationis, si hæc adfuit, secus nullam fore dispensationem, siue ex malitia, siue ex errore, siue ex ignorantia non explicetur. Fundamentum est item duplex.

Primum, quia ita est stylus Curie. Secundum, quia Pontifex aliquando interrogat, an intercesserit ejusmodi copula incestuosa, injungitq, convenientem pœnitentiam, quod est signum, incestum, quamvis hodiè non sit amplius impedimentum, conjunctum tamen impedimento consanguinitatis, vel Affinitatis, difficiliorem reddere dispensationem, unde, & propterea debeat exponi.

4. Explicat autem Sanchez, aliiq, hanc secundam sententiam. Primò, ut, si sit copula occulta, manifestetur solum Pœnitentiæ, tacitis nominibus supplicantium. Secundo, ut hæc obligatio imponatur dumtaxat, quando copula est incestuosa ex parte utriusque, hoc est, quando uterque scit, se esse

esse consanguineos, vel affines. Tertiò, ut item solum sit obligatio eam explicandi, quando copula præcessit supplicationem Pontifici factam, & quando præcessit executionem à Delegato, non verò, quando habita est post executionem dispensationem, licet antequam Matrimonium de præsentì contraheretur, quia tunc cum præcessit dispensatio, illa copula non est in rigore incestuosa. Quartò, non esse necesse explicare numerum copularum cum eadem fortè habitatum, quia hæc multiplicitas cum eadem non affert novum impedimentum, juxta ea, quæ nos paulò ante a docuimus. Quintò, non esse necesse, explicare copulam habitam inter con-

At, quando Executor dispensat pro foro interno, ut solet esse Confessarius per Pœnitentiarium Delegatus; debet interrogare de copula occulta, & supplicantes fateri debent, eaque supposita, non poterit Confessarius dispensationem exequi, quod, si exqueretur, exqueretur nulliter, ut item nulliter daretur, si falso illam negarent supplicantes. Vide hæc latius apud Sanchez, & Castropalaum, aliosque citatos. Idem proportionaliter dic, quando adest clausula, dummodo non adfuerit spes facilioris dispensationis, de qua plura vide apud Dianam loco citato.

CAPUT X.

Expressio falsi, quando notata vitiat Dispensationem.

NUPER, s. post explicationem causæ finalis, & causæ impulsivæ, Regulam Generalem cognoscendi, quandonam vitatur gratia à Principe concessa, attulimus. Illam ergo præsentì argumento sic breviter applica. Nulla redditur dispensatio Matrimonialis ex falsitate, quam proponis, quando illam à Pontifice postulas, si falsitas est in causa finali, si vero in causa impulsiva, valida est. Recole omnino cætera ibidem dicta, quibus in memoriam reductis, discurremus per aliquos speciales casus pertinentes ad dictam expressionem falsi, ad quam etiam spectant ea, quæ fortè per errorem Pontifici proponuntur.

§. PRIMUS.

Quando falso proponitur Impedimentum unum pro altero.

ANTONIUS proposuit, se esse Bertæ affinem in tertio gradu v. g. cum esset in tertio gradu consanguineus, obtinuit ne valide dispensationem Matrimonii cum eadem Bertæ. Respondeo nequaquam: & g. univ. saliter scito, invalidam esse dispensationem, si unum impedimentum exponatur pro alio, quia cum hæc sint impedimenta diversa, nul-

Xx 3 la ap-

Supra §. 6. n. 3. b. Cast. lo. conjunctio legalis, vel spiritualis, vel conjugatione publicæ honestatis, quia hæc non est propriè incestus: ita illi. Sed debere explicari in hac sententia, putat Castropalaus, 6. Hurt. d. b. quia putat, esse propriè in specie incestus. 26. diff. 5. Ex his sententiis priorem sequuntur De- Ave. q. 19. tissimi & viri, & ipse Sanchez, quamvis sequatur posteriorem, faretur tamen, esse hanc probabilem, saltem de copula occulta, & in foro interno. Posteriorem verò, quæ est communior, multò a plures amplectuntur ita, ut 10. ref. ego, sic concludam, sicuti concludit his ver- 44. Sed p. bis Fagundes loc. cit. Si meum iudicium ex- 4. r. 4. ref. des circa has opiniones, dico, primam, qua loqui- 135. feretur de occulta, & in foro interno, esse validè tractat. probabilem, secundam probabiliorē, & ordinari d. Sanc. l. c. rē in praxi tenendam. Et alii 18. 6. Porro illud in omni sententia monen- citati ab- dum; Si fortè Pontifex in literis, quibus ipse & a Delegato committit dispensationem exe- Barb. in quendam, explicite hanc clausulam inferat Voto dec. Dummodo copula non intercesserit, vel Dummo- 85. n. 14. do non intercesserit sub spe facilioris Dispensa- Voto 17. n. tionis, Executorem Dispensationis, debere 37. Fagun. omnino supplicantes interrogare, ipsosque præ. Deca. teneri, verum respondere, alioqui nulla esset dispensatio, ut item esset nulla, si intercessisset copula, &c. Et ipse dispensaret. de spons. p. Addit tamen rectè Sanchez, e necessariam 11. §. 3. n. distinctionem. Nam, quando executor pro- 4. Dian. foro externo dispensat, non potest interro- diff. ref. gare de copula occulta, de qua non adit 135. infamia æquivalens semiplenæ probationi: quod si interroget, poterunt supplicantes e. Sanc. l. 8. negare sub apta æquivocatione, quamvis 2. §. n. 13. fortè adesset aliqua suspicio de illa, nec per dictam negationem vitabitur dispensatio:

la apparet Pontificis voluntas in rescripto, per quam possimus colligere, ipsum dispensasse in impedimento, quod non fuit ipsi propositum: Excipi tamen hic potest, quod supra diximus in unico illo casu, quando illud unum impedimentum involvebatur a in alio.

2. Neque dicas, Pontificem, si scivisset, dispensasset, ne id dicas, inquam, quia conditio nihil ponit in esse, nisi purificetur. Cum ergo ea in hoc casu purificata non sit, quia Pontifex impedimentum verum nunquam cognovit, ideo remanet, impedimento vero non fuisse dispensatum.

3. Diana b putat, executorem posse valide expedire dispensationem consanguinitatis, licet in Brevi dicatur, Affinitatis, sed lege Conradum, c qui recte illum impugnat. Portella d item est ex parte Dianæ, citatque pro se Bonacinam, sed sui dicti rationem non affert.

b Dian. p. p.

z. 10. de le.

gib. ref. 36

V. Nota et

et p. 8. tr.

3. ref. 64.

sine.

c Conr. l. c.

d Portell.

in Resp.

mor. T. 2.

casu 49.

num. 2.

§. II.

Quando falso proponitur gradus conjunctionis, hoc est, unus pro alio.

1. Sed quid, si error, seu falsitas contineret circa gradus ejusdem conjunctionis?

Respondeo cum necessaria distinctione; Si enim pro gradu proximior expressisti remotiorem, ut, si eras in secundo consanguinitatis, expressisti Tertium, invalida erit dispensatio; sic enim manifestè Pontifex non cognosceret quantitatem gratiæ, quam concederet. At, si contra, pro remotiore expressisti proximior, etiam advertenter, ut, si, cum esses in tertio, exposuisti, esse in secundo, probabile est, valere dispensationem, quia cum Pontifex intendat, tollere impedimentum, satis videtur tollere, dum illud tollit in eo strictiori gradu, in quo sine dubio imbibitur, qui minus strictus est. Quare in hoc non sequimur Conradum, g sentientem oppositum, licet, ut fatear, probabiliter.

g Conrad.

l. c. n. 94.

§. III.

Quando proponitur unica causa falsa.

1. Si unica causa dispensandi proponatur Pontifici, atque hæc sit usquequaque falsa, corrumpit omnino dispensatio; cum enim dispensatio semper detur ex causa, si hæc falsa sit, cum tunc nulla sit, dispensatio non datur.

2. Dixi (usquequaque falsa) nam posset esse ipsa falsa, sed motivum, quod apparet in illa posset esse verum ex alia causa non proposita. Proponis v. g. ut Pontifex dispenseret ad Matrimonium inter Antonium, & Antoniam, quia secus hæc ob carentiam dotis remaneret innupta; falsum autem est, eam carere dote; verum tamen est, eam remansuram innuptam, sed ex alia causa, quæ non fuit proposita, nempe v. g. ex deformitate, ex graevæ ætate, ex infamia contra ipsam exorta, vel ex simili alio defectu. Tunc ergo validanè est dispensatio.

3. Respondeo. Communis, & in praxi excipienda h opinio est, esse invalidam, etiam si 47. m. 7. per inculpatum errorem falsitas hæc contineretur. Ratio est, quia Pontifex movetur solum ex causa proposita, & ex illo motivo, quod relationem habet ad dictam propositam causam; non ergo ab illo motivo relato praxi ad causam non propositam.

4. Confirmo Primò, à posteriori satis efficaciter. Nam, cur tanta Doctorum, & Pontificum diligentia in proponendis, examinandis, & approbandis causis? Sanè sufficeret in supplicationibus sic semper ponere: Supplicatur Sanctissimus Pontifex, ut dispenseret cum Antonia, ne innupta remaneat, ut certè, ex aliqua causa, tandem causa, remaneret. Confirmo Secundò, ex dictis in hanc eandem rem supra.

Quicquid igitur dicat Leander, k & Martinus Sancti Joseph apud Dianam valde, ut 8. n. 1. videtur, ad hanc sententiam propendentem, l. Leon. qui citant etiam Sanc. l. alio in loco ab eo, Mart. quem modo ipse idem, & modo nos citavi, mus pro nostra sententia. Sed certè, vel hic locus est bene explicandus, ne sibi Sanchez 42. contradicat, vel ipse à nobis hac in re, ejus l. Sanc. l. pace, non est approbandus.

§. IV. n. 29.

§. IV.

Quando ex pluribus causis propositis aliquas est falsa.

1. Distinguendum hic est. Nam, quando præsumitur ex circumstantiis, a prudenti expendendis, Pontificem motum fuisse ex utraque indivisibiliter sumpta, nulla est dispensatio, quia tunc conruit veritas causæ Pontificem moventis. At verò, quando saltem una est vera, eaque ejus est generis, ut spectata ordinaria consuetudine, & praxi dispensandi, judicatur sufficiens causa motiva (nec solum impulsiva) ad dispensationem obtinendam, non vitiabitur a fortè dispensatio quavis alia sit falsa, quia tunc jam adest sufficiens causa.

Exemplum. Proposuit Curialis duas causas, alteram, quia cum prædicta Antonia copulam habuit Antonius consanguineus; alteram, quia eadem diffamata est in Civitate ob suspicionem copulæ. Certe existente veritate dictæ suspensionis, & diffamationis, quamvis falsum fuerit, intercessisse copulam, valida fortè erit dispensatio; quia prædicta diffamatio solet esse sufficiens causa ad dispensationem. Dixi bis (fortè) propter dicenda mox n. 3.

2. Adverte diligenter duo. Primò, invalidam fore dispensationem, si aliud ex circumstantiis colligatur. Exemplum sit illud, quod affert Corduba apud Dianam. b Semel negavit cuidam Pontifex dispensationem ob illam causam suspensionis copulæ: Curialis autem, ut dispensationem obtineret, addidit falso, adfuisse copulam: undè concessa fuit dispensatio. Ajo, illam invalidè fuisse concessam, quia clarè colligi debuit, Pontificem ad solam copulam attendisse, cum repulisset jam illam aliam, nempe copulæ suspensionem.

3. Adverte Secundò, cum Castropalao, o semper scrupulosum esse, velle sustinere valorem dispensationis in casu veritatis unius, & falsitatis alterius causæ. Ratio est clara, quia quisnam potest, etiam probabiliter, scire, Pontificem, cui proponuntur duæ causæ, altera vera, altera falsa (præsertim, quando gravior est falsa, quamvis alias sufficiens) quis, inquam, sciet, Pontificem absolutè motum fuisse à vera, non autem à falsa? Solum igitur tunc veram esse doctrinam num. 1. datam ego, & Castropal. & fortasse etiam Auctores

modo pro ipsa citati, judicabimus, quando illa causa falsa proposita, est de re extrinsecè pertinente ad materiam dispensationis, & quæ Pontificem ad illam dispensationem concedendam, movere non soleat, quod est dicere, quando prudenter judicatur, falsam esse solam causam merè impulsivam.

§. V.

Quando dua simul dispensationes petuntur, altera cum causa vera, altera cum falsa.

1. Titius duo à Summo Pontifice postulavit, alterum, ut Votum suæ Castitatis dispensaretur, alterum, ut posset consanguineam ducere, pro Voto autem allegavit causam mendacem, veram pro consanguinitate. Quoniam vero utramque dispensationem obtinuit, nunc querit, an utraque sit invalida, an solum prior? Et idem queri potest, quando pro una dispensatione tacuit, quod erat necessarium ad substantiam dispensationis, pro alia explicuit?

2. Respondeo, Si dolosè se non gessit, sed per solum errorem, seu ignorantiam non valdè crassam, Titius falsam rationem pro Voto assignavit, d erit valida dispensatio pro d Cast. l. consanguinitate, quia non est ratio cur ipsa c. num. 5. valida tunc non sit; At, si per dolum, & e Idem ib. malam fidem, vitiabitur e utraque dispensatio in casu nostro; quia cum utraque ordinetur ad eundem finem Matrimonii, Pontifex non præsumitur alteram concedere ei, qui circa alteram, in ordine ad eundem effectum, dolosè se egit.

Dico, in casu nostro, in quo dispensatio ordinatur ad eundem Matrimonii finem: Nam, si petiisset, atque impetrasset dispensationem Voti v. g. & irregularitatis, causamque etiam mala fide falsam allegaverit pro Voto, veram pro irregularitate, quia hæ dispensationes sunt ad valdè diversos fines, & in rescripto dispensationis, ut supponimus, una non concedatur dependenter ab alia, erit valida, f quoad irregularitatem, at invalida, pro Voto.

Cast. l. c. n. 7.

§. VI.

*Quando erratum est in nomine supplican-
tium.*

1. **D**uplici modo solet poni nomen, & cognomen supplicantium in petitione dispensationis, vel scilicet sub propriis vocibus v. gr. *Supplicatur Beat. Vestra ex parte Petri de Marinis, & Berta de Martellis*. Vel, sub nomine parentum (quod faciunt sæpe Curiales, quia non bene legunt cognomen supplicantium, cum tamen habeant arborem consanguinitatis, ad ipsos à partibus transmissam) ut, *Supplicatur Beat. Vestra ex parte Petri Francisci, & Berta marie*, cum F. & M. Majusculis, significantes Petrum esse filium Francisci, & Bertam esse filiam Mariæ. Nam, ne quis putes unam, eandemque personam habere illa duo nomina, sic solent scribere majusculè; cum scribant literis minoribus, quando illa duo nomina sunt ejusdem personæ, sic; *Ex parte Petri Francisci, & Berta Mariæ*, ut rectè notat Conradus. *a*

2. Porro, si veretur in nomine, siue in cognomine, quocunque ex prædictis duobus modis indicata fuerint, si constet de corpore, hoc est de personis postulantibus dispensationem, ut, si loco Petri dicatur Titius, loco Bertæ dicatur Agatha, valida erit pro utroque foro dispensatio (si constet, inquam, nam secus indeterminata fuisset dispensatio, atque adeo nulla.) Ratio est, quia jam ad illam personam direxit intentionem Pontifex. Confirmatur, quia in Penitentiaria pro dispensationibus in occultis impedimentis, ne nominantur quidem supplicantes, sed solum significatur persona, ut de ipsa constet: sic: *Quidam talis Diocesis cognovit occulte Sororem suam Sponsam, &c.*

Confirmatur Secundo, à simili, nam in *Jur. Instit. re c. Civili* habetur hæc dispositio: Si quis, delegatus l. in Nomine, Cognomine, Prænomine, Ag-Si quis in nomine Legatarii, Testator erraverit, si tibi fundo ff. de de persona constât, nihilominus legatum valet. *legatis pri- mo.* Nomina enim significandorum hominum gratia, reperta sunt, qui, si alio quolibet modo intelligantur, nihil interest. Hactenus Textus.

3. Quod, si Conradus loc. cit. dicat, dispensationem censeri invalidam in Romana Curia, si erratum sit in nomine, vel Cognomine, intelligo, id esse pro foro externo, quando in illo, & pro illo, de persona constare fortè non potest.

§. VII.

*Quando erratum est in nomine
Diocesis.*

1. **H**oc enim vero diligentiore examine pensandum est. Nam licet primo aspectu videatur esse ejusmodi error valde accidentaliter, & ejusmodi sanè est, si ex se spectetur; trahit tamen errorem alium pertinentem ad substantiam dispensationis. Solet enim communiter Pontifex committere dispensationis executionem Ordinario Diocesis ejus, in qua natus est supplicans, non autem in qua quis Domicilium fortè habet, sic disponente Tridentino d. pro foro externo (pro foro interno enim in occultis committitur, ut dicemus, & Confessario, &c.) Nam ideo semper in petitione explicari debet supplicantium propria Diocesis. Si ergo loco tuæ Diocesis, alteram, etiam sine tua culpa, exponas, cum Pontifex intendat concedere Jurisdictionem, seu potestatem exequendi dispensationem Episcopo Diocesis tuæ Nativitatis, certè invalidè alter Episcopus dispensationem exequeretur, utpote, qui à Pontifice non fuerat ad illam Delegatus.

2. Dico igitur cum Sanch. f. aliisque f. Sanch. in hoc errore, hoc est, si tu cum sis v. g. *mat. d. v. Diocesis Agrigentinae*, errer (etiam inculpatè) Curialis, exponatque te esse v. gr. *rad. in Catanensis Diocesis*, undè committatur *praxi d. 17. c. 1. rium hunc Catanensem*, nec Ordinarium *u. 28. Agrigentinum*, nec separatim, nec conjunctum valide tibi dispensationem executum. Ratio est, quia Pontifex, nisi aliud Sal. deleg. expressè dicat, se conformare intendit Tridentino; ergo in casu posito non vult committere dispensationem Catanensi. Quo modo ergo hic illam exequi poterit? Ex alia parte de facto non committit Agrigentino, ergo similiter qua ratione hic poterit illam exequi? Nam, quod committeret, si sci-

si sciret, nihil juvat; conditionalis enim voluntas nihil operatur.

3. Hinc nullo modo assentior Pontio, a
c. 17. n. 4. aliisque putantibus Agrigentinum posse ex-
Diana p. 8. equi prædictam dispensationem. Et ad pari-
tr. 3. ref. tatem, quam ipsi inducunt, ductam ex errore
94. Affe- nominis personæ, quando constat de ejus cor-
tens Ami- pore, unde idem dicere contendunt de errore
cum Texe- nominis Diocæsis, quando de ea constat, Re-
da Perex. spondeo, adesse disparitatem, quia, in errore
nominis personæ, una est persona, quam in
mente habet Pontifex, cui concedit dispensa-
tionem: At in errore Diocæsis duo sunt Ordina-
rii, nempe in exemplo nostro, Agrigenti-
nus, in qua natus est supplicans, atque huic
non dat commissionem Pontifex, & Cata-
nensis; Et, neque huic, utpote non proprio
Episcopo supplicantis, dictam commissio-
nem ex Tridentino dare Pontifex intendit.
Quamvis ergo hanc Pontii doctrinam aliqui
probabilem appellant apud citatum Dianam;
illis tamen ego acquiescere nequaquam
possum.

4. Inquires. Quando Sponsus est unius
Diocæsis, Sponsa vero alterius, explicanda ne
est utriusque Diocæsis in petitione dispensa-
tionis?

Respondeo. Ita, ut nimirum Pontifex eli-
gat Ordinarium, cui vult committere execu-
tionem dispensationis. Eligere tamen ipse so-
let Ordinarium Diocæsis Oratricis. Quan-
do ergo Sanch. b. dicit, sufficere expressionem
8. matr. d. Diocæsis alterutrius, intelligit (puto) se-
cundum praxim antiquam, quam jam in de-
c. 1. n. 5. fuerudinem abiisse, colligo ex praxi hodierna,
qua semper exprimit, ut notat Conradus,
c. utramque.

5. Inquires. iterum. Ad quam pertinebit,
dispensationem exequi, si vacante Ecclesia
l. 7. c. 3. n. v. gr. Mazzariensi, proponatur à supplicante
24. Pontifici, ut committat causam Episcopo vi-
cinatori, addatque idem supplicans, vicinorem
esse Episcopum Cephaludensem, cum tamen
re vera sit Agrigentinus. Pontifex autem an-
nuat postulatis, dirigatque commissionem
Episcopo Cephaludensi.

Respondeo. Bardi d. duo hic dicit. Primò,
d. Bardi. in hunc casum esse similem, immo eundem, ac
sele. l. 4. præcedentem hætenus à nobis explicatum.
9. 6. Secundò, pertinere ad Episcopum Agrigenti-
num; quare ipsum posse eam dispensationem
exequi, quia est attendenda mens Pontificis,

Tamburinus de Sacramentis.

qui verè vult committere talem delegatio-
nem Viciniori, idque esse probabilius.

6. Profectò, quoad hoc posterius dictum,
ipsi adhæreo; e apta enim est ejus ratio. At c. Cū Pont.
quoad prius, nequaquam. Puto enim casum Bonac.
esse diversum, nam in casu præsentis Patris Sal. San-
Bardi, constat de corpore, ut ita loquat, Diocæ-
tarello ap. cesis, siquidem mens Pontificis est Viciniori
eundem potestatem conferre. Vicinior autem est solus
Bardi. n. 4. Agrigentinus. Cum ergo vicinorem designat.
Agrigentinum designat. Sed in casu præ-
cedenti à nobis allato, non constat de Diocæ-
cesis corpore, nam Diocæsis, ubi natus est O-
rator, non est nec esse potest in mente Ponti-
ficis, cum ex una parte illam nesciat, & ex alia,
posset ea esse, vel Messanensis, vel Catanen-
sis, vel alia nec unquam solet Pontifex com-
mittere indeterminatè sic: Vicario ejus Diocæ-
cesis, in quo quis natus est.

Monitio ad sanandos prædictos errores.

7. Pro his, & similibus casibus præcedenti-
bus ex errore, vel quando dubia existit impe-
tratio dispensationis, adverte, eam sanari, id-
est, validam fieri per novas literas, seu nova
relicta à Pontifice obtinenda, narrato ta-
men fideliter errore. Quæ novæ literæ vo-
cantur. Perinde Valere. Per illas enim vult
Pontifex, ut literæ priores valeant, ac si error
non irrepserit. Et quidem hæc literæ facilius
impetrantur, & sine nova compositione, nec
cum multis expensis.

CAPUT XI.

Quid statuendum, siquid dubii inter-
currat circa dispensationem Ma-
trimonialem.

f. Lib. 1. in
Decal. c.

1. DE hac re latè egi fin libris Decal. ll. 13. §. 7. V.
Iud te, hac occasione, ne prætereat, Dispensa-
non esse dubiam, sed certo in vali-
tio c. 7. dam dispensationem, si supplicans narret, se matrimo-
ambigere v. gr. an copulam consummaverit nium.
cum sorore eius, quam ducere intendit, an g. Suar. l. 6
Vorum castitatis emisit, an consanguinitate del Voto c.
te sit cum Sponsa conjunctus, & c. ipse autem 27. nu. 6.
certo Castitatem voverit, copulam, consumm. Sanch. l. 8.
maverit, consanguinitate sit affectus, & c. matr. d.
Ratio est manifesta, quia ejusmodi deceptio 21. n. 40.

Yy

facit

facit gratiam incognitam danti, atque adeo
idem involuntariam.

CAPUT XII.

Explicantur clausulæ Rescripti dispensationis pro foro externo.

1. **C**ommittere solet Pontifex, ut sæpius supra indicavimus, Ordinario supplicantium, hoc est Episcopo, vel ejus Vicario executionem dispensationis pro foro externo; idque per viam Darariæ: nam pro foro interno de occultis, committit, per viam Pœnitentiariæ, dictam executionem Confessario ejusdem supplicantis: Quoniam ergo in his commissionibus multa sunt, quæ declarationem exposcunt, earum singulas clausulas breviter explicabimus in hoc capite pro foro externo, in sequenti pro inter-

a Sanch. l. no quas latius habes apud Sanch. a & Conrad. 8. matr. d. radum. b

34. Et d.

35.

b Conrad.

in praxi

disp. toto

fere l. 7. c.

2.

§. I.

In prima clausula agitur de persona
executoris.

1. **I**n prima hac clausula Benedictionem suam impertiens Pontifex Episcopo, vel ejus Vicario Generali, ipsis committit expeditionem causæ: id est, ut exequantur, & actu concedant dispensationem. Oritur autem statim prima dubitatio, cui nam ex ipsis.

An solus Episcopus, vel Vicarius solus, an
uterque dispensationem exequi,
valeat?

2. Quando ad utrumque diriguntur literæ, mandatumq; in illis contentum sub disjunctione, hoc est, ad alterutrum illorum, com-

a Conrad. mittitur (quod tamen non esse in usu advertit Conrad. c) poterit dispensationem exequi disp. l. 7. c. alteruter ex nominatis, ad electionem supplicantis. 4. n. 37. Quando autem diriguntur ad Vicarium absolute, vel absolute ad Episcopum, 8. matr. d. solus ille, ad quem diriguntur potestatem habet exequendi. Quamvis enim idem sit Tribunal Episcopi, & Vicarii, id tamen est in

illis, quæ jure ordinario competunt Episcopo, non in iis, quæ delegantur a Pontifice. Cum ergo nunc supponamus, dirigi mandatum ad Vicarium, non potest se ingerere Episcopus, nec contra.

Vicarius, relicto officio.

3. Secunda dubitatio. Si Vicarius Episcopi prædictus, dum Informationes instruit pro dispensationis executione, desinat esse Vicarius, vel, quia ipse idem creetur Episcopus ejusdem loci, vel, quia amoveatur ab officio, poteritne deinde perficere probationes, ac dispensationem concedere?

Respondeo. Quando commissio est realis, ut esse communiter solet, non poterit, potest tamen, quando est personalis.

4. Sed quid est, & qua ratione cognoscetur realis sit, an personalis commissio?

Respondeo. Realis est, quando commissio fit alicui, non habito respectu ad personam, ejusque qualitatē, sed ad officium, quod gerit. Personalis, quando alicui fit, habito respectu ad personam. Quare, si aliunde colligi non potest intentio committentis, utere hac regula. Quoties in literis mandati nominatur solum dignitas, sic v. g. Tibi Vicario committitur, &c. commissio est realis. Quoties vero nominatur persona v. g. sic Tibi Petro committitur, est personalis.

5. Recte igitur diximus, quando commissio est realis, nihil amplius posse Delegatum, deposito officio, quia is non habet amplius illud munus, cui connexa fuit commissio, posse autem, quando commissio est personalis, quia jam remanet eadem persona, cui commissio facta est.

Si commissio fiat personæ, & officio sic: Tibi Petro Vicario, vel Tibi Vicario Petro probabilius censet Sanch. f. commissioem esse personalem. Sed hæc, & similia multa ad ejusmodi realem, vel personalem commissionem faciunt, vide latè apud eundem, aliosque.

Vicarius succedens.

7. Dubitatio tertia, Remoto, vel defuncto Vicario, cui commissio est a Pontifice executio, potestne Vicarius in eodem officio succedens?

Respondeo. Si commissio sit realis, ut certe com-

communiter esse solet, poterit executioni mandari à Vicario, qui de novo creabitur ab Episcopo: ab Episcopo, inquam, non à Capitulo Sede Vacante: de hoc enim mox. Ratio Responsionis est jam dicta n. 5.

7. Quod, si commissio sit personalis, non poterit ob rationem ibidem dictam. Hæc est probabilissima sententia, quam etiam firmiter Decisiones Rotæ Romanæ allata à

Conrad. Conrado. a

in praxi. Hic daretur occasio explicandi, an facultas, quam fortè mihi Rectori concessit, ad apud Spe- probandos Confessarios mei Collegii, Episcopus, me amoto ab officio, transeat ad meum successorem. Verum, ne tam sæpè diverfam ad alias materias, videatur id apud Sanchez, b b Sanc. l. c. Delugo, c aliosque.

¶ d. 2. c.

44.

c Delugo

in respons. 8. Dubitatio quarta. Quando committit Pontifex exequendam dispensationem Episcopo viciniori (quis iste sit? & qua ratione mensuranda distantia? vide apud Conradum d. id, quod consuevit fieri in eventibus, quibus sedes propriæ Diocesis vacat: si hæc deinde fiat, per novum Episcopum, plena, potestne ille vicinior exequi amplius dispensationem illam:

9. Respondeo. Non potest, saltem re integra, & hunc esse styllum certissimum, notat Conradus. e Ratio est, quia semper supponitur Pontifex, velle servare dispositionem Tridentini jubentis dispensationes esse exequendas à proprio Episcopo, unde, nisi huic dispositioni expresse deroget, semper intelligitur conditionatè sic committere Episcopo viciniori: Exequere dispensationem hanc, si vacat Sedes propria.

10. Quæres. Poteritne tunc Episcopus proprius seu novus, quando jam plena sit Sedes?

Respondeo, nequaquam, quia huic novo hujus Diocesis Episcopo nihil commisit Pontifex. In hoc ergo casu, quo fiat plena sedes, cum non possit Episcopus vicinior, ut dictum est numero præcedenti, nec possit Episcopus hic novus, ut nunc dicimus, erit necesse confugere ad Pontificem pro mutatione Iudicis, seu Delegati, ut idem Conradus indicat loc. cit. loquens de casu, in quo literæ Pontificis illi viciniori nondum fuerint præsentatæ.

Scio-Taacredi p. 2. q. mor. Tr. 5. q. 31. docere, utrumque Vicarium posse prædictam dispensationem exequi: id, quod Docti legant, & diligenter examinent.

*Capitulum, seu Vicarius Capituli,
Sede Vacante.*

11. Dubitatio quinta. Concessiones dispensandi, commissas Vicario Episcopi, potest ne exequi Capitulum Sede Vacante, vel ejus Vicarius.

Respondeo. Quod non possit ipsum Capitulum, certum est; illud enim succedit quidè in omni jurisdictione Ordinaria Episcopi, non verò in Delegata, qualis est præsens.

12. At, quoad ejus Capituli Vicarium celebris est quæstio, nam concedit Sanchez g cum h Conrad. paucis, quia Vicarius Capituli vocatur interdum Vicarius Episcopi ex eo, quia est Vicarius Capituli, in quo residet tota jurisdictio Episcopi.

13. Negat Conradus h cum multis, quia certi sumus de mente pontificis, nolentis Vicario Capituli (etiam si idem, qui fuerat Vicarius Episcopi, nunc sit electus Vicarius Capituli) has dispensationes committere. Quando enim Pontifex scit Sedem Episcopalem vacare, etiam si literæ expeditæ essent ante vacantiæ cognitionem; statim scribit alias literas continentes, ut loquimur, mutationem Iudicis, ac Viciniori Episcopo dispensationem committit, nunquam vero, etiam enixe exoratus, committit Vicario Capituli, ut idem Conradus testatur. Et merito quidem non vult Pontifex in hac re gravissima fidere Vicario Capituli, qui tumultuarie, & ab amicis creatus sæpè supponitur.

14. Nonnulli pro sententia Sanchez affectatos. runt Pontium, magnique faciunt unanimem consensum horum duorum, alias frequentissimè dissidentium, sed nihil conficiunt, nam Pontius, & id obiter tractat, & remittit se ad doctrinam Salas. At Salas i (ut, & Sacra Congregatio, si rectè intelligatur, quam adducit Gavantus, k & ex Gavanto Diana l) Ep. V. Canon loquitur, quando commissio data est Vicario Episcopi de qua est nostra quæstio; sed de alia commissione extraordinaria, quando data esset Vicario talis Diocesis, v. gr. Vicario Panormitano: qui casus est valde diversus à nostro, cum commissio

Y y 2

hio in

ho in hoc casu non detur Vicario Episcopi, sed Vicario, Cuicumque, qui sit Patrimoniana Diocesis & tamen hæc doctrina cum sit rara praxis, aliis discutiendum relinquo.

An Vicarius hanc potestatem sibi delegatam possit alteri committere?

16. Dubitatio sexta. An Vicarius, & quicumque Delegatus ad has dispensationes expediendas possit vices suas alteri committere: quod est, quærere, an possit eas alteri subdelegare?

16. Antequam respondeam, scito, duo hic considerari posse. Alterum est examen, & verificatio causæ, ob quam erit dispensatio concedenda, qualis est receptio v. gr. Testium. Alterum est ipsa actualis dispensatio: & hoc dicitur importare nudum ministerium, id est ipsius Executoris operationem, illud dicitur importare usum Jurisdictionis.

17. Hoc posito, Respondeo, Examen, & verificationem causæ posse alteri committi, sed nullo modo nudum ministerium. Ita

2 Sanchez. l. 1. Sanc. n. cum aliis. Ratio est, quia Pontifex 8. matr. d. committit Delegato, ut ipse dispense, & non 27. n. 43. aliter: quod est nudum exercere ministerium: At examen, & verificationem causæ non præsumitur idem Pontifex committere ipsi uni Delegato, sed committere juxta consuetudinem Tribunalium, qua per alios instructuuntur informationes, recipiuntur Testes, &c. Ex quibus deinde soleat Delegatus eundem T. causam instructam bene recognoscere. & 3. d. 7. c. 4. suum dispensandi ministerium tandem exhibere.

18. Hinc, si Testes recipiendi sint extra propriam Diocesim, poterit, & debet Executor litteras rogatorias scribere, quibus Ordinarius illius alienæ Diocesis roget, ut Testes recipiat, informationesque transmittat ad ipsum Executorem. Et quia hos Testes, in hac causa, non auctoritate sua ordinaria recipit, ideo debet servare formam sibi præscriptam ab Executore prædicto, ad quod certe in aliis causis non tenetur, cum possit secundum proprias consuetudines procedere, Lege id latius apud

Barbosam. b

b Barb. in
Foto deci-
sivo 17. n.
184.

Quid faciat Vicarius, seu Executor, si erravit in exequendo?

19. Dubitatio septima. Post negatam, vel concessam dispensationem, si clare appareat ab Executore erratum fuisse, quid faciendum?

20. Respondeo. Quia commune est omnibus Delegatis, ut postquam Delegatus functus est munere suo, nihil amplius possit, ideo ejusmodi Executor sanare non potest errorem: quare tanquam Delegatus nihil poterit.

21. Verum, quia is Executor solet esse, ut diximus, Vicarius, atque adeo Ordinarius, ipsi tanquam Ordinario incumbet, providere, in quantum potest, ne delicta committantur. Quare, si erratum fuit in concedenda dispensatione, ipse, ut Ordinarius, debet Sponsos inhibere, ne procedant ad Matrimonium, vel, si jam ad illud processum fuerit, debet eos separare, ne sint in peccato, donec iterum legitime à Pontifice concedatur dispensatio. At vero, si negavit: tunc enim vero nihil potest, quia, ut Delegatus functus est, sicuti diximus, munere suo: ut Ordinarius autem non habet auctoritatem exequendi dispensationem per errorem Sponsis negatam, quia hæc auctoritas illi, ut Ordinario à Pontifice tradita nunquam fuit. In hoc ergo casu, iterum Romam ad Pontificem, narrato errore, confugiendum erit, ut notant Sanchez, & alii. Si dispensatio fuit concessa per Prænitentiam pro foro conscientie, poterit aliquando à Confessario sanari error eo modo, quo paullo post dicam.

Quid autem faciendum, si de ejusmodi errore non constet, sed solum dubitetur, alibi satis explicui.

§. II.

In secunda clausula refertur supplicantiū narratio.

Hic Pontifex narrat id, quod sibi à supplicantibus propositum fuit. Quoniam ergo ea, quæ cum veritate exponere debent, superius sunt indicata, immorandum in hac clausula nobis non est.

§. III.

§. III.

Inertia clausula datur Executori mandatum inquirendi veritatem, & dispensandi.

Hic Delegato Pontifex committit, ut de veritate causæ propositæ quærat, eaque inventa, dispense.

Qualis debeat esse hæc Inquisitio.

Dubitabis ergo Primo. An ejusmodi Informatio, seu Inquisitio fieri à Delegato debeat judicialiter, recipiendo Testes coram Notario, &c. an extrajudicialiter? Supponimus enim, quando res non est notoria, fieri omnino debere hujusmodi externam inquisitionem, quia hic agitur de dispensatione in foro externo.

2. Respondeo, posse fieri judicialiter, sed satis etiam esse, si fiat extrajudicialiter, si quidem Pontifex solum præcipit ejusmodi veritatem indagare, ut Delegatus suæ conscientie satisfaciatur, &c. ut ex veritate cognita procedat, nam propterea, si notoria est veritas, vel aliunde ea Judici constet, id satis, superque erit. *b*

3. Hinc, si hujusmodi Informationes fiant extrajudicialiter, possunt fieri extra propriam Diocesim; at vero, si judicialiter (ut certe semper fieri, video) non possunt in aliena Diocesi, sine licentia ejus Ordinarii, utpotè exercitium Jurisdictionis contentiosæ. Nota tamen, factis etiam judicialiter cum licentia illius Episcopi probationibus, & posse Executorem concedere dispensationem, etiam in aliena Diocesi, quia ipsa concessio dispensationis non est actus Jurisdictionis contentiosæ, sed voluntaria, quæ in alieno territorio exerceri sine dubitatione potest.

Tempus, quo causa verificanda est.

4. Dubitatur Secundo. Quando nam causa dispensationis verificari debet? Et, quia quatuor tempora distingui possunt. Primo, quando mittitur Romam, seu supplicatur Pontifex, Secundo, quando audita supplicatione, Pontifex annuit, dicens: *Fiat ut petitur*. Tertiò, quando executor dispensationem

concedit. Quarto, post concessam dispensationem, & dum Sponsi actu matrimonium per verba de præsentibus contrahunt, ideo quæritur, si pro causa v. gr. dispensandi, ut Antonius, & Antonia consanguinei matrimonium ineant, assignetur Antonie paupertas, vel diffamatio, quando nam ex his quatuor temporibus verificari debeat, eam esse pauperem, vel diffamatam? Respondeo quatuor Dictis.

5. Dico primò, non esse opus, ut verificetur à Primo tempore, quia id, nec à Jure præscribitur, & res est admodum remota ad dispensationem.

6. Dico Secundo, probabilius esse, oportere verificari secundo tempore, sed probabile est etiam esse, non oportere. Ratio prioris probabilis est, quia Pontifex annuit postulatis, si res veritate nitatur, ergo causam, à qua movetur ad annuendum, oportebit verificari, quando ipse annuit. Ratio probabilis posterioris est, quia Pontifex non dispensat immediate, ut olim fiebat (si enim ipse immediate dispensaret, sine dubio causa vera tunc esse deberet) sed dispensat mediatè per Executorem. Cum igitur veritas causæ, ex natura dispensationis, tunc adesse requiratur, quando dispensatio fit, non quando committitur fieri, non erit necesse, eam esse veram, quando Pontifex annuit; satis erit, quando executor actu dispensat, ut mox dicemus. Sensus ergo verborum Pontificis hic est: *Dispensa, si verax est hæc causa, quando dispensandum à te erit.*

7. Neque dicas, ex posteriori probabilitate sequi, si Pontifex concessisset dispensationem ab Executore expediendam pro matrimonio duorum consanguineorum, vel affinium, si concessisset, inquam ex causa, quod inter illos interveniret copula, posse Executorem illam expedire, si copula habeatur ante ejus expeditionem, sed post impetratam gratiam à Pontifice. Nè, inquam, id dicas, nam responderet Garzias g loc. cit. non posse præsumi, Pontificem velle concedere commissionem dispensandi, dando occasionem, qua post ipsius commissionem committendum sit à supplicantibus peccatum, qualis esset prædicta copula: præsumitur vero, quando similis occasio non datur, ut est in casu prædictæ paupertatis, vel diffamationis, vel similis.

8. Dico Tertiò, certum esse, causam dispensandi

d Sanch. l. 8. matr. d. 30. nu. 2.

Bona. de disp. d. 1 q. 2. p. 10. §. 1. nu. 2.

Per. de matr. d. 4 §. 6. n. 2.

c Sanch. l. 8. matr. d. 30 nu. 4.

Pont. l. 8. c. 20. nu. 2.

Castrop. T. 1. tr. 3. d. 4 p. 15. nu. 2.

Perez. de matr. d. 4 §. 6. nu. 2.

f Conrad. in praxi disp. l. 7. c. 2. nu. 32.

Garzias p. 6. de Benef. c. 2. n. 287 & seq.

g Garz. l. c. & apud Conradum l. c. nu. 33.

penfandi omnino debere verificari tertio tempore, hoc est, quando executor dispensationem concedit. In hoc omnes consentiunt, quia executori non datur potestas, nisi preces supplicantium veritate nitantur, & quia natura dispensationis, ut modo dixi, requirit, ut adsit causa, quando ea conceditur. Unde, si mulier prædicta erat inops, vel difamata tempore dictæ commissionis à Patre, sed deinde tempore executionis faciendæ à Delegato dives evasisset, vel diffamatio cessasset, nulliter concederetur dispensatio.

9. Dico Quarto. Quamvis Sanchez cum aliis putet, debere causam, verbi gratia dictam pauperatatem persistere, quando initur matrimonium, quod sanè probabilissimum est, tamen est etiam probabile cum Suar. & aliisque (fatente hanc probabilitatem eodem Sanchez l.c.) id necesse non esse. Nam dispensatio non fuit concessa, neque explicite, neque implicite sub conditione perseverantiæ, semel autem legitime ea existente, libera est mulier ab impedimento, ergo, & matrimonium initur legitime.

10. Quando datur dispensatio comedendi carnes, v.gr. diebus vetitis ob dubiam infirmitatem, non est mirum, debere causam, id est, infirmitatem dubiam perseverare, quando successivè comedendæ sunt carnes, quia in his dispensationibus circa res habentes tractum successivum sic præsumitur rationabilis mens illas concedentis: id, quod non videtur præsumi in casu nostro.

Causa vera, sed verificata falsis Testibus.

11. Certum est, si falsa sit causa dispensationis data, v.gr. incompetencia dotis, & falsis Testibus probata: nullam esse dispensationem, & quia nulla causa nullam parit concessionem. At, si sit vera, licet falsitas Testibus probata, subsistet dispensatio quia verificatur conditio à Pontifice requisita.

12. Quid, si falsitatem causæ allegavit sollicitator, me ignorante, possumne judicare, Pontificem ratam pro me habere dispensationem? Respondeo, non potes quicquid alii assertant, quia intercurrente cuiuslibet ignorantia, si requisita causa deest, deest, & illi causæ innixa concessio.

§. IV.

In quarta clausula inungitur poenitentia salutaris.

De hac poenitentia dicam commodius infra C. sequenti §. 3.

§. V.

In quinta clausula aliqua causa in genere ponitur.

1. Non raro Pontifex refert, supplicantes petiisse dispensationem ex hac, vel illa causa determinata, tum addit in hunc modum: *Exceptis aliis seu præter alias causas rationabiliter earum animum moventes*, & addit item sic: *De præmissis te informes, &c.*

2. Dubitatur ergo, an debeat de his causis in genere positis se informare delegatus? Nam de determinatis omnino debet, jam vidimus supra.

Respondeo, h. Nequaquam; dum enim particulari illas non exprimit, signum est evidens, eas solum apponi ob alium finem, puta, ut appareat, dispensationem rationabiliter, & honestè concedi.

3. Atque hinc etiam fit, ut, quando aliqua qualitas, verbi gratia nobilitas supplicantis, narratur solum à Pontifice, opus non sit, eam verificari per probationes ab executore faciendas. Quod si nobilitas, vel quælibet alia qualitas in Brevi concessionis apponatur per modum conditionis: Si es nobilis, Si es pauper, vel per modum causæ finalis: Quia es nobilis, Quia es pauper, tunc sanè verificari oportebit. Et quidem, quando dispensatio est in secundo & tertio gradu consanguinitatis, si ponatur nobilitas, poni, ut conditionem, vel, ut causam finalem, iidem Doctores notant. Quædam alia circa nobilitatem dixi supra c. 7. §. 2. nu. 26.

& 27.

§. VI.

In sexta clausula prohibetur executor aliquid muneris, vel compensationis accipere.

1. **I**D sanè non solum monet, sed præcipit: sic enim habet: *Quod si, sprete hac monitione, aliquid muneris, aut præmii recipias, excommunicationem latam incurras.* Immo interdum, quando scilicet dispensatio conceditur in forma pauperum, id est, sine illa compositione, seu elemosyna, quam pro divitibus solet taxare datarius, addit Pontifex, ut dispensatio tunc nulla sit.

2. Dubitatur ergo, an nihilominus executor possit excipere, saltem esculenta, & poculenta, quæ paucis diebus consumi solent?

3. Respondet Primò Sanchez, & non posse, quia omne genus muneris verat Pontifex, ibi (*aliquid muneris*) intelligit tamen Sanchez, si ea mittantur à partibus ante finitam Delegationem, vel cum pacto, seu conventionem dandi postea.

Addit Conradus, & ejusmodi executores debere omnia gratis exhibere; quare, nec pro labore studii, nec pro accessu ad Testes examinandos aliquam posse mercedem accipere.

4. Respondet Secundò Perez & duo afferens, Primum, per dictam clausulam non prohiberi Officiali aliquid modicum accipere pro laboris impensa in exequenda dispensatione, si illud sit jure, vel consuetudine debitum, quam tamen consuetudinem adesse, difficile putat, quia ejusmodi labor admodum est exiguus.

Secundum, non prohiberi esculenta, & poculenta non magni momenti, cum enim non dentur (ut supponendum est) ad corrumperendum Judicem, sed solum, ut majori brevitate suum munus perficiat, non videtur (ait) cadere in dictam prohibitionem.

§. VII.

In septima clausula ponitur: Non obstantibus, &c.

1. **T**Amet si hæc clausula: *Non obstantibus Constitutionibus Pontificum:* addatur in

mandato de Dispensando: illa tamen non tollit impedimentum in illo mandato non expressum. Cadit igitur solum illa non obstantia super impedimentum expressum, ut rectè notat ibidem Conradus.

CAPUT XIII.

Explicantur clausulæ Rescripti Dispensationis pro foro interno.

1. **I**ndicavimus aliquanto superius, quando occultum est impedimentum, ejus dispensationem peti, & impetrari per viam Pœnitentiariæ, quæ, nec ipsa immediate illam expedit, sed committit alteri per litteras sigillatas, quarum præcipuas Clausulas jam expendo.

§. I.

In prima clausula committitur Delegato executio.

1. **I**n hac Pontifex, ubi salutationem impertit ei, cui delegat commissionem, requirit in eodem duas qualitates, quarum alterutra deficiente, nulla concederetur à Delegato dispensatio. Hæ sunt, ipsum esse Doctorem in Theologia; vel in jure Canonico, & eundem esse Confessarium approbatum ab Ordinario. Verba Pontificis hæc sunt: *Discreto viro Confessori Magistro in Theologia, vel Decretorum Doctore ex Approbatis ab Ordinario.* His autem qualitatibus existentibus, est in potestate dispensandi hunc, vel illum eligere. Sed perpendamus jam utramque qualitatem.

2. *Confessario.* Olim satis erat, Delegatum hunc esse Confessarium, sed probabile saltem erat, non opus tunc fuisse, ut dispensatio expediretur ab ipso in actu Confessionis Sacramentalis, quia verba Brevis, non clare hunc rigorem requirebant, hodie verò clare solet poni, ut non nisi in ipso actu Confessionis Sacramentalis prædictus Confessarius dispense, ut eum multis notat Diana p. 1. r. 3. res. 106.

3. Addit idem ex Marco Leone, sufficere, etiam si Confessio sit sacrilega, dummodo 307.

modo ejusmodi sacrilegium non oritur ex defectu integritatis circa rem, pro qua petitur dispensatio. Sed hæc doctrina mihi nimis difficilis est; nam, si requiritur Confessio Sacramentalis, quomodo sacrilega facta est, quæ Sacramentalis non est, cum in ea sacramentum non conficiatur, nec ea Confessio, si sit sacrilega, pars esse Sacramenti possit.

4. Quoniam vero absolute, nomine Ordinarii, ex communiori opinione intelligitur Ordinarius loci, quando ejusmodi Confessarius dicitur debere esse approbatus ab Ordinario, de Ordinario loci locutio erit: nam, an aliud benignius dici possit, alibi a investigavimus. Illud certe est sub probabili opinione, an Confessarius approbatus pro Confessionibus, virorum tantum, valeat expedire dispensationes, seu literas directas ad feminas, nam affirmativam sequitur Sanchez b negativam alii apud Dianam, c utriusque non improbabiler.

5. Magistro, &c. Aptus ergo non est Doctor in Jure Civili, neque ii, qui titulum habent Magistri in aliqua Religione, neque ii, qui tantum sunt licentiati, sed soli illi, qui, vel in Theologia, vel in Jure Canonico ad gradum Doctoratus in aliqua Universitate promoti fuerint; hi enim in Sacris Canonibus veniunt nomine Magistrorum.

6. Non nego interim, ex privilegio aliis id posse concedi, ut concessum est nostris Sacerdotibus Societatis, qui, si sint approbati ab Ordinario, & Deputati ad hoc à P. Gen. vel ad hoc idem Deputati sint ab alio Sacerdotis nostri Superiore, possunt ex d Privilegio concessio à Gregorio XIII. & modo dicto nobis communicato, vel communicando ab eodem P. Generali, vel Superiore, possunt, inquam, aperire literas Pœnitentiariæ, & illas exequi. Alios Religiosos qui in hoc Privilegio participant, debere esse approbatos ab Ordinario, & ab ipsorum Generali, vel de ejus licentia à Superioribus Deputatos pari modo ad hoc esse debere, recte monet Sanchez e quia hæc sunt necessariae conditiones requisitæ in corpore dicti Privilegii Gregorii XIII.

7. Inquires. Si Confessarius ritè electus à supplicante aperiat legitimè literas, judicetque, non posse concedi dispensationem, quia putat v. gr. ob aliquod caput, causam non verificari, atque adeo literas esse subreptitias,

poterint similis Confessarius si judicet causam verificari, vel ille idem Confessarius, si, ut maturius expensa, mutet sententiam, iterum negotium resumere, & dispensare?

8. Respondeo. Utrumque posse (esto non possit, contendat Marcus g Leo. Opinio enim, vel error alterius non debet ob stare supplicanti.

9. Neque obstat Primò, literas fuisse apertas ab alio, quia, per apertionem materialem, sive à Confessario, sive etiam fortè à Laico h factam, non amittunt literæ valorem suum, & quando Confessario injungitur, ut literas aperiat, intelligitur de formali apertione, id est, cum facultate dispensandi.

10. Neque obstat Secundò, quod Delegatus, data sententia, jam functus fuerit officio suo, unde nihil amplius possit, ut diximus supra, i non obstat, inquam, quia ibi res vertitur in foro externo, pro quo Delegatus gerere se debet secundum rationem fori externi, quod in Jure non admittit reditum ad eandem causam, data semel sententia. At hic res agitur in foro interno conscientie, cujus natura est, ut, vel idem Confessarius mutando prudenter consilium, vel alius, sequendo opinionem probabilem, possit mutare per meliorem considerationem judicium, & absolvere.

11. Ex hac doctrina clarè sequitur, Confessario electo, fortè antequam tibi dispensationem expedierit, defuncto, posse à te eligi alium similem. Unde vides, commissiones hæc pro foro interno semper esse similes (nisi à Superiore restringantur) commissionibus realibus, quæ, ut supra k dixi, trāsunt in successorem, atque adeo in casu nostro commissio transibit in successorem à te legitimè electum.

§. II.

In secunda clausula committitur Veritatis indagatio.

1. Injungitur hic Confessario, ut is diligenter se informet de veritate causæ propositæ: Si ergo illi ea constet, jam sufficientem veritatem indagatam habet, ut supra diximus in simili.

2. Ejusmodi autem informatio cum nunc sit pro dispensatione in foro conscientie, ejusdem

a Sup. lib. 5
de pœnit.
c. 5. §. 4. d
n. 11.
b Sanc. l. 8.
matr. d. 34
nu. 16.
c Dian. l. c.
ref. 103.

d In Comp.
Privil. Soc.
V. Confess.
§. 3.
e Conrad. in
praxi di-
spens. l. 7.
c. 4. n. 70.
f Sanc. l. 8.
matr. d.
34. nu. 3.

f Sanc. l. 1.
2. p. 2. n. 1.
17. nu. 3.
Bona. de
disp. d. 1.
2. p. 2. n. 1.
Castro. l. 1.
l. 1. r. 3. d.
p. 15. §. 1.
nu. 3.
Lex. l. 1.
in sum.
V. l. 1. r.
Appl. l. 1.
nu. 19.
Per. l. 1.
matr. d. 1.
l. 1. r. 3. d.
p. 15. §. 1.
nu. 3.
104.
i Sanc. l. 1.
matr. d. 1.
34. nu. 11.
k Sup. l. 1.
12. l. 1. r.
29.
e Sup. l. 1.
matr. d. 1.
à n. 11.

jusdem foro conformanda erit : atque adeo non est sumenda, nisi ab ipso supplicante, sine Testibus, sine Notario, immò, & sine juramento ipsius supplicantis ; quicquid contrarium dicat Pontius a contra quem agit Perez, b Si autem hæc informatio, vel non sumatur, vel veritas Confessario non constet, nulla erit dispensatio, ob non servatam formam à Delegante præscriptam.

3. Sed quid, si supplicans dicat, immò, & juret, rem ita se habere, ut ipse Pontifici proposuit, sed executor aliunde sciat, eam esse falsam?

c Sanchez. l. Respondeo. Non e debet dispensare, quia ipsi non sub alia forma concessa est dispensandi potestas, nisi, indagata veritate, ea- que comperta ; dummodo semper adverte- tas, d ut sigillum Confessionis sacrum te- ctum custodias.

§. III.

In tertia clausula designat Pontifex pœ- nitentiam dispensando im- ponendam.

1. **I**n hac designatione pro foro interno, ut etiam pro foro externo, de quo diximus in Cap. præcedenti, & huc locutionem de si- mili pœnitentia remisimus, diligenter est distinguendum, nam in aliquibus operibus se remittit Pontifex arbitrio Delegati, in ali- quibus Pontifex ipse determinat. In illis igitur aliquid potest Delegatus, in his prorsus nihil. Perpendantur ergo verba Pontificis, & secundum illa, ad amussim, se Delegatus gerat.

2. Illud notat, & latè habet Sanchez, e si culpa fuit jam per alias Confessiones absoluta, non debere necessario iterum à Delegato illum absolvi, & pro ea iterum pœnitentiam Sacramentalem imponi : tunc ergo solum pœnitentiæ, quas designat Pontifex, sunt à Delegato injungendæ.

3. Delegatus ergo non potest opera spe- cialiter à Pontifice injecta, quale est, v. gr. servitium Ecclesiæ per tres, vel quatuor men- ses, quod in dispensationibus in forma Pau- perum, aliquando imponit Pontifex, non potest, inquam, illa, vel mutare in alia, quam- vis pia opera, nec contrahere, nec differte post matrimonium, nec mitigare : potest tamen

Tamburinus de Sacramentis.

hanc, vel illam Ecclesiam, immo, & locum pium designare. Ratio est, quia servitium est à Pontifice definitum, Ecclesia non item. Vi- de de his fusè Pyrrhum Conradum fin quo invenies, si secus fiat, dispensationem fore nullam, & cerrè, eam esse praxim in Curia, supponit etiam Diana. g

4. Inquires. Potestne Delegatus concede- re, ut quando pœnitentia imponitur à Ponti- fice per aliquod menses, fiat partim antequam matrimonium inear, partim vero postea, & interim ipse dispensationem concedat, pœni- tentia non integrè peracta? Hæc quæstio non est eadem, ac illa: An Delegatus possit dispen- sare, antequam pœnitentia ullo modo pera- cta sit: id, quod non posse, modo statuimus, & rectè probat Bardi loc. cit. sed an possit, ante- quam ex parte peracta sit.

5. Respondeo. Conradus loco citato om- nino esse debere pœnitentiam integrè pera- ctam, docet. Sed quidam Theologus mihi nudius tertius retulit, se scire, hic Panormi Vi- carium quemdam ad similes dispensationes Delegatum, semel, aut iterum concessisse dis- pensationem Matrimonii, antequam tota pœnitentia, sed solum, quoad aliquam par- tem, completa fuerit.

6. Confirmatur ex eo, quod in Brevi Pon- tificio, postquam imponitur, ut Oratores in Ecclesia publica adsint Sacro cum candeli, in manu accensis, & ut vir servitium exhibeat per tres, vel quatuor menses in aliqua Eccle- sia designanda à Delegato, addi solet. *Qua pœ- nitentia publicè peracta, dispenses.* Hæc enim verba videntur solum cadere in priorem pœ- nitentiam, quæ est publicè facienda, non ve- ro in servitio illo corporali, quod potest in aliquo pio, quamvis non publico, ad arbitri- um Delegati exhiberi.

7. Sed profectò hæc firmitatem non ha- bent. Quare, si Vicarius ille hac doctrina u- sus est, penes ipsum sit auctoritas. Expende e- nim Clausulas Rescripti, quod tria præscri- bere solet: Primò, ut Delegatus Oratores se- pare, si fortè simul habitent. Secundò, ut im- ponat eisdem publicam pœnitentiam assi- stendi in Missa cereis accensis. Tertiò, ut vir conferat servitium alicui loco pio per tres menses, quibus præscriptis, concludit: *Et per- acta publica pœnitentia, &c. dispenses, &c.* No- tas verba? ideo Pontifex solum meminit in hac conclusione pœnitentiæ publicæ pera-

etiam, quia illam omnino vult jam peractam esse ante dispensationem: non meminit autem servitii illius, quod etiam integre peractum esse vult, quia jam hoc dixerat in illis verbis: *Ut vir conferat servitium per tres menses*: Si enim vir conferat solum per duos jam non servat id, quod praescriptum fuit ad dispensationem obtinendam, hanc enim vim habet illud (*conferat*) positum ante illud (*dispenses*) quasi dicatur: *postquam contulerit, dispenses*. Hic est sensus tenoris Rescripti, si sincere illud interpretari velimus, & ad intentionem Pontificis attendamus, qui prius vult satisfactionem per illam poenitentiam sibi dari, & deinde, quasi satisfactus, gratiam dispensationis concedere.

a Conrad.
in praxi
disp. l. 8. c.
c. m. 54.

8. Adde Primò, illud (*ut*) significare conditionem, id est, *si contulerit servitium*, sicuti notat Conradus a ex Surdo.

9. Adde Secundò, in his dispensationibus in forma pauperum, in quibus imponitur hoc servitium, illud imponi loco elemosynae, quae imponitur Divitibus, subrogando scilicet servitium elemosynae. Quemadmodum ergo à Divite prius solvitur elemosyna, & deinde ipsi conceditur gratia, ita à Paupere prius implendum est servitium, &c. cum commune sit jus, quod subrogatum debeat habere easdem conditiones, quas habet id, cui subrogatur.

10. Adde Tertiò, esse valde inconveniens, ut matrimonium celebretur ab Oratore, latitiaeque solitae signa exhibeantur, traducatur Sponsa coram omnibus in domum Sponsi, fiant benedictiones Matrimonii ab Ecclesia institutae, &c. quando eadem Ecclesia vult, ut Orator maneat in poenitentia.

11. Denique. Quid, si deinde Orator jam dispensatus omittat servitium? Respondebis. Illicite omittet, sed valide persistet dispensatio, Audio: sed hoc non satis esset ad difficiles reddendas ejusmodi dispensationes, & ad exemplum illorum, quae est intentio Ecclesiae, ergo dicendum est, non solum illicite agi, sed invalide.

§. IV.

In quarta clausula requiritur, impedimentum esse occultum.

DE hac re plene diximus b supra, ubi c etiam notavimus, quid praestandum, si post dispensationem res forte divulgetur.

§. V.

In quinta clausula praescribitur revalidatio Matrimonii.

SI forte Matrimonium inter impeditos per impedimentum dirimens, contractum fuit, cum fuerit nullum, revalidari per novum consensum debet: id ergo monet in hac clausula Pontifex. Nos autem de hac revalidatione commodius tractabimus infra d pluribus.

§. VI.

In sexta clausula advertitur, hanc dispensationem valere tantum pro foro Conscientiae.

1. Quandoquidem Dispensatio, de qua agimus, expedienda est per viam Poenitentiae, quia est pro impedimentis occultis, ideo recte advertat Pontifex, eam dari solum pro foro interno. Judex ergo in externo foro procedere poterit in hoc casu, ac si ei Matrimonio dispensatum non fuisset.

2. Verum non est negandum, si Judex sciat, ejusmodi dispensationem fuisse datam, posse interdum illi acquiescere, immò recte Fillucius e notat, posse evenire, ut Confessarius habita licentia, ut suppono à poenitente faciat fidem apud Judicem, se absolvisse, & dispensasse. Ex quo Testimonio disimulare Judex poterit, & Matrimonium illud non condemnare. Potest item contingere, ut Parochus, vel Episcopus, nolit assistere huic Matrimonio, quia scit, impedimentum occultum esse inter contrahentes; tunc ergo Confessarius poterit, per similem licentiam Poenitentis, certiores facere Parochum, vel Episcopum.

copum, qui sanè ad ejusmodi Testimonium acquiescere omnino debebat.

§. VII.

In septima Clausula precipitur lacerari literas.

Executor horum impedimentorum, quæ occulta supponuntur, nullas literas, nullamque fidem debet dare iis, quibus dispensationem concedit (Excipe, quæ diximus §. præced. num. 2.) ipsumque Summi Pœnitentiarii Breve, seu Rescriptum, ex cuius vi dispensationem expedit, lacerare, vel quod idem est, comburere, obligabitur: id, quod non raro sub pœna excommunicationis precipitur, quia, ut habet a Filiucius, Pontifex non vult, ut sic dispensatus uti possit ea dispensatione in foro externo.

At, poteritne Confessarius illud Breve apud se retinere?

Respondeo, Cum certè ad alium usum, non vero ad forum externum, ut supponimus, retineat, erit materialis retentio, unde, nec ipsi b prohibita, maxime, si in illo aliqua fiat scissura, præsertim sigilli, &c. Addit Sanc. c. Si ejusmodi Breve apud ipsum dispensatum remaneat, non propterea invalidam fore dispensationem: nam, quando Pontifex Delegato dicit, *Quod si restituerit, nihil illi præsentis litera suffragaretur*, sensus est, ut nihil suffragaretur in foro externo.

CAPUT XIV.

De Duratione Dispensationis, & Potestatis dispensandi.

§. I.

An cesset, seu valeat Dispensatio seu dispensandi potestas, si non acceptetur?

1. **H**ic sunt tria ferè certa, unum controversum. Certum est Primò, si tu petas a Pontifice v. g. per medium tuum Procuratorem dispensationem, vel potestatem dispensandi, & Pontifex concedit, valere d. gratiam, quia jam adest tua acceptatio in persona tui Procuratoris, cui mandatum petendi dedisti.

2. Certum est Secundò. Si, te nesciente, aliquis tibi easdem gratias impetret, valide impetrare; valide enim impetrari omnes gratias pro alio nesciente, rectè probat Sanc. c. Sanch. ib. Quilibet enim, sicuti generalem animum habet lucrandi Donationes liberales, ita, & has proprias gratias, & privilegia, quæ tandem aliquid donant, nempe exemptionem à lege. Ad 6. complementum tamen valoris requiritur tua acceptatio, ut sic illa gratia uti possis, & ad quosdam alios effectus, qui infra indicabuntur. Si igitur res ita se habet in cæteris gratiis, ita etiam se habebit in dispensationibus Matrimonialibus. Immo in his, quod impedimenta Consanguinitatis, vel Affinitatis est illud peculiare, ut, si sciatur, vel acceptetur ab uno ex conjugibus, sit ex alio capite valida dispensatio; Cum enim tunc dispensetur in impedimento afficienti utramque personam, acceptatio unius, ne careat suo effectu prodest etiam alteri.

3. Certum est etiam Tertiò, si aliquo tempore nolueris acceptare prædictas gratias, posse postea, quandocunque volueris, illas valide acceptare, quia donec Pontifex, seu Princeps eas non revocaverit, semper persistent, atque adeo eas acceptare tibi integrum semper erit.

4. Hæc sunt certa, Controversum est, an si impetratam dispensationem de impedimento, quo laborant vir, & mulier, nescientes; sive bona, sive mala fide procedant ad matrimonium, matrimonium infirmetur ex aliquo alio capite? Verum de hac quæstione à me alibi dicitur satis.

§. II.

An cesset ex renuntiatione? Quid ex non usu?

1. **I**mpetrasti dispensationem, seu gratiam & acceptasti, illam tamen nunc renuntias, perit ne gratia? Quod enim eam possis renuntiare certum est, quia quilibet potest renuntiare suam rem, qualis esse supponuntur hæ gratiæ, & privilegia concessa in utilitatē propriæ personæ, nam concessa alicui in favorem status, ut est privilegium Canonis concessum Clericis, non posse à Clerico renunciari, scimus omnes.

2. Respondeo. Si Superior legitimus tuam

Zz 2

renun-

renuntiationem acceptavit, expirat gratia; si nondum acceptavit, non expirat. Ratio prioris partis est, quia, si tu gratiam renuntiasti, & Superior accepit, jam amplius illa tua non est. Ratio partis posterioris est, quia, sicuti universaliter Donatio alicujus rei non acceptata, non transfert rei dominium in alterum, sed remanet res in Donante, ita, in renuntiatione gratiae non acceptata à Superiore, remanet ea gratia in ipso renuntiante.

3. Hinc sequitur Primò, ut quamvis millies renuntiaverit quis impetrata dispensationi, etiam lacerando literas concessionis, possit illa uti, quia dum Superior renuntiationem non acceptat, remanet gratia apud dispensatum.

4. Superior autem legitimus, qui, in casu nostro Dispensationum Matrimonialium, acceptare renuntiationem valeat, est solus Summus Pontifex, quia universaliter ille, vel ejus Superior potest renuntiationem gratiae acceptare, qui illam concedere potest. Unde fit, ut Ordinarius loci, & Confessarius, quibus solet committi potestas dispensandi,

non possint (ut notat Castropalans) legitimè renuntiationem dispensationis acceptare, quia in Rescripto Pontificis conceditur quidem, illis dicta potestas dispensandi sed nihil de potestate renuntiationem acceptandi.

5. Sequitur Secundò, ex non ulu Dispensationis, neque illam cessare: b quia si cessaret, certè non aliudè, nisi, quia tacitè per de matr. non ulum v. gr. quinque, octo, decem annorum intelligeretur renuntiata; sed renuntiatione sola, ut dictum est, etiam expressa non sufficit. 18. an. 3. cit ad gratiae cessationem; ergo multo minus tacita.

§. III.

An ex revocatione?

Castrop.

T. 1. sr. 3.

d. 4. p. 21.

§. 1.

d. sua. de

leg. l. 8. c.

37. Sanch.

l. 8. mat.

d. 33. n. 1.

cit. m. l.

ta lura c.

Doctores.

1. **V**T expeditus huic quaestioni faciam satis, praeimitte tria. Primò. Privilegium, quod nihil aliud est, nisi potestas alicui concessa ad faciendum aliquid alias ex lege prohibitum (neque enim hic nos loquimur de privilegio, quod dominium alicujus rei transfert in privilegiatum, de quo lege Castrop. c.) privilegium; inquam, seu similis gratia revocari potest ex natura sua ab eo, qui illud concessit; vel ab ejus Successore,

vel ab ejus Superiore. Ratio est, quia Superior, quando privilegium concedit, nec suo, nec Successoris, nec Superioris juri praedjudicat. Quare, & ipse, & illi semper retinent potestatem requirendi à subdito legis observantiam, vel certè de novo ejusmodi observantiam praecipendi. Dixi (ex natura sua) propter ea, quae mox subdam.

2. Praemittit Secundò. Privilegium aliud est onerosum, aliud merè liberale, seu gratiosum. Onerosum est illud, quod conceditur ex causa onerosa, seu per modum contractus, puta sub onere alicujus pretii, vel operis. Ejusmodi est privilegium, quod alicui conceditur cum conditione, si tantam elemosynam erogaverit, si illam peregrinationem susceperit, si ad praeliandum contra Infideles se contulerit, &c. Atque huc etiam reducuntur aliqui privilegia remuneratorum, seu concessum ob aliqua merita, ut si gratia quæpiam alicui concedatur, quia ad bellum is se contulit, quia illud, vel illud Beneficium contulit Ecclesiae, vel Principi, &c.

3. Privilegium autem merè liberale est illud; quod, praescindendo à quocunque onere, gratis conceditur.

4. Ex hac duplici Privilegiorum classe onerosum, nisi addit justa, ac proportionata causa, & nisi fiat restitutio, seu compensatio praedicti pretii, revocari non potest. Quod si revocaretur, nulla esset revocatio, utpote injusta. Ita cum aliis Castropalans. Id, quod Doctores extendunt ad privilegium remunerationis, notantque nonnulli, ejusmodi esse Sac. Sac. non pauca privilegia concessa Religionibus, Pont. &c. quando, saltem habent proportionem cum aliis meritis illis, quorum mentio in tenore Concessionis Privilegii fit.

5. Privilegium verò merè liberale datum à Superiore contra proprium jus; revocari quidem validè potest ab ipso, vel ejus Successore, vel ejus Majore Superiore, ut dictum est num. primo, tamen, si revocetur sine causa justa, peccabit revocans, sed, (praescindendo ab aliquo graviore inconveniente, quod posset occurrere) solum venialiter, cum enim ex natura sua Beneficium absolute collatum requiratur esse perpetuum, si Superior sine causa illud postquam dedit, revocet, faciatque temporale, non poterit (quamvis ea mutatio fuerit sub ejus potestate) notam inconstantiae, & levitatis evitare.

6. His positis, restringendo nos ad nostrum argumentum de Dispensationibus Matrimonialibus (de gratiis enim aliis universaliter, præcitati legantur Doctores) Dico, nobis esse cum distinctione respondendum. Nam, vel sermonem habemus de Dispensationibus in foro externo concessis per viam Datarie, vel de concessis in foro conscientie per viam Pœnitentiariæ. Illæ sine justa causa revocari non possunt à Pontifice, quia sunt privilegia concessa per modum contractus sub onere elemosynæ solutæ à Dispensata. Quare, si Pontifex, existente justa causa, revocare valide eas velit, debet pretium, ut modo num. 4. dictum est, reddere. Hæ vero pro foro conscientie datæ, neque sine justa causa debent revocari, quia, ut diximus, adesset culpa levitatis, & inconstantiæ, tamen hæ validè revocabuntur, ut jam num. 5. indicavimus, si vè immèdiatè ipse Pontifex illas Dispensationes expedierit, si vè mediis suis Delegatis. Illud à Sanc. l. 8. signate docet Sanc. à Pœnitentiariis non posse, sine causa, validè revocare eas concessiones Dispensationum, quas expedire consuevit, eas enim concedit ex auctoritate sibi tradita à Pontifice: at non constat, ipsum habere potestatem concessas revocandi, ut b. Pont. l. 8. libet. Lege Suar. allatum à Pontio b. major. c. 19 rem potestatem circa prædictas revocationes §. 2. n. 13. concedentem.

§. IV.

An Dispensatio, vel Potestas delegata ad dispensandum cesset morte Pontificis Delegantis?

1. **D**E Dispensatione difficultas non est. Si enim illa semel jam legitimè concessa fuit, non cessat morte concedentis, quia non potest infirmari ex superveniente facto, quod firmum semel absolute fuit, ut ex multis Doctores notavit Sanc. & ex Doctrina afferenda colligari num. 10.

2. De Potestate autem Delegata ad dispensandum est difficultas. Pro qua præmitte. Primo sic. Negotium aliquod alicui Delegato commissum, vel ab eodem Delegato fuit cœptum, & tunc res dicitur non integra: vel nondum cœptum fuit, & res dicitur tunc integra.

3. Sed, quæ actio Delegati facit rem cœp-

tam, vel non cœptam, adeoque non integram, vel integram?

Respondeo cum Sanc. d. In literis Justitiæ: d. Sanc. l. 6. id est in iis, in quibus constituitur quis Judex n. 94. in aliqua causa, tunc res non est integra, quando Judex primum actum Juridicum exercet. Et per Sanc. quidem loc. cit. hic primus actus est citatio partis, per Castropal. e vero est e Castrop. quilibet alius actus, quo Judex incipit uti iurisdictione, ut indicere locum Iudicii, præci- d. 4. p. 16. pere, ut citetur pars. &c. Et nota, per primum §. 1. n. 2. hunc actum dici Jurisdictionem delegatam radicari, & veluti firmari in Delegato. In literis vero gratiæ, id est, quando non adest pars contraria, quæ citari possit, ut est in Rescriptis Dispensationum, & gratiarum (de quibus aoster dumtaxat est sermo) tunc res non est integra, quando Delegatus auctoritative fecit primum actum, ut, si cepit vocare partem, vel, si mandavit cognosci de veritate precum, &c. Quo pacto etiam in ipso dicitur Jurisdictione radicari.

4. In literis ergo, in quibus nulla actio cœpta à Delegato est, res integra erit, sicuti, in quibus prædicta aliqua actio cœpta fuit, rem non esse integram, dictum est.

Solam præsentationem literarum Delegato factam nunquam facere negotium cœptum, notat ibidem Castrop. f

f Castrop.

5. Præmitte Secundo sic: Gratia, quæ in l. c. n. 7. his literis (de quibus nos agimus) continetur, interdum est facta, interdum facienda. Gratia facta est illa, quæ conceditur alicui, ut illa gratia is fruatur, ut, sua. Talis esset v. g. potestas, quam Pontifex alicui v. g. Petro daret, ut dispenseret cum iis, quibus ipse Petrus veller. Gratia autem facienda est illa, quæ conceditur ita alicui certæ personæ v. g. Cæsari, ut matrim. d. ipsi immèdiatè non concedatur, sed concedatur alteri, hoc est Cæsari illam Titio v. g. Castr. l. c. conferat. Quandoquidem enim tunc non- §. 2. aliq. dum dicto Titio concessa est gratia, merito passim dicitur gratia ipsi facienda.

6. Hoc autem peculiare habet gratia facta, ut non expiret per mortem ejus, qui illam h. C. Gradedit, vel per ejus amotionem ab officio, si rñ. C. Requidem præter claros Textus, h. gratia Principis debet esse ex se, nisi expresse limitetur, off. Deperpetua. At gratia facienda expirat in prædicta morte, vel amotione ab officio: nam tunc Mandati. ejusmodi collata potestas non habet, nisi ra- C. Mandationem mandati, seu commissionis, qua Prin- dati.

ceps mandat suo Delegato, ut concedat. v.g. Dispensationem. Deratione autem mandati est, sicuti habet jura vulgata, ut expiret morte mandantis, vel amotione ab officio, quia mortui, neque extat mandatum, neque non mandatum, & amoti ab officio mandatum extat illegitimum, hoc est procedens ab eo, qui jam ex officio mandare amplius non potest. Noli autem hujus rei ulteriorem rationem quaerere; quia totum id ad dispositionem Juris tandem revocandum est.

His non ignoratis. Alterum in re nostra est certum, alterum non nihil controversum.

7. Certum est, gratiam, seu concessionem, seu indultum alicui datum, ut possit absolute dispensare cum aliis, seu cum personis indeterminatis, non expirare morte concedentis, vel amotione ab officio, etiam re integra, id est, etiam si cum hoc, vel cum aliquo dispensare is nondum coeperit, idque in utroque foro, quia ex modo dictis haec est gratia facta ipsi Delegato, sive sit Vicarius pro foro externo, sive Confessarius pro interno.

8. Hinc Primo, facultas, quam Pontifex concedit Commiss. Gen. Cruciatæ, ut possit dispensare in quodam impedimento matrimonii, ut supra vidimus, quia nullas personas exprimit, non expirat morte Pontificis pro tempore, quo conceditur.

9. Hinc Secundo, licentia, quam concedit Episcopus Sacerdoti, ut possit audire Confessiones Fidelium, quia est gratia facta Sacerdoti (cum personæ absolvendæ non exprimaatur) non expirat morte Episcopi, vel ejus translatione, ut praxis quotidiana demonstrat, donec revocetur.

10. Hinc Tertio. Potestas concessa alicui, qua eligere valeat, sive determinare hunc, sive indeterminare aliquem in suum Confessarium, sicuti per Rescriptum Pœnitentiariæ, vel per Bullam Cruciatæ, vel per jubileum fieri consuevit, & facultas tibi concessa eligendi aliquem, qui dispense super tuo aliquo voto, vel impedimento, sicuti sit communiter, committendo id viro Theologo, &c. & facultas alicui concessa ad comedendas carnes v.g. vel celebrandi in privato Oratorio, vel ad Ordines suscipiendos. Hinc, inquam, ejusmodi, & similes facultates concessæ absolute, & nō limitate ad aliquem fortē terminum, non expirant morte concedentis, vel

amotione ab officio, donec legitime revocetur; quia eo ipso, quod acceptatæ fuerint ab eo, cui conceduntur, immo ex Castrop. b. eo b. Cef. ipso, quod datæ fuerint, sunt ex dictis nu. 4. l. c. 1. a. gratia facta ipsi, non vero illis, qui eligendi sunt ad tale munus implendum, seu ad tales gratias exequendas. Alia similia vide apud Dianam p. 11. Tr. 7. Ref. 7.

11. Iam vero controversum est, an gratia, seu indultum alicui datum, ut dispense cum hac determinata persona, expiret morte, vel amotione concedentis; atque adeo quid dicendum in re nostra quando Pontifex concedit Vicario pro foro externo, vel huic determinato Confessario pro interno, ut dispense in impedimento cum illa, vel illa persona determinata.

12. Ut hæc difficultas dissolvatur, aliam viam inquit Sanc. aliam Pont. qui licet in doctrina universalis discrepent, tamen in materia nostra dispensationum tandem, ut videbis, conveniunt, docentes, eas esse gratias factas, nec expirare, &c.

13. Sanc. ergo, quem alii communiter sequuntur, distinctione utitur, docet enim quando gratia exequenda per alium ita conceditur, ut hic alius, qui, ut Executor delegatur, inventa veritate causæ, obligatur eam gratiam exequi, docet, inquam, ejusmodi gratiam esse gratiam factam, atque adeo non expirare morte concedentis. Ratio est, inquit, quia per illam obligationem, qua Delegans præceptive imposuit sic Delegato. *Dispensa concede gratiam, &c.* Illa persona dispensanda acquirit jus ad gratiam, quare facta jam esse censenda est. Quando autem ejusmodi gratia exequenda per alium ita conceditur, ut hic alius, qui, ut Executor delegatur, non obligatur eam gratiam exequi, sed suæ libertati, seu voluntati relinquitur, tunc nullum jus acquirit ad eam gratiam persona, quæ eam gratiam expectat.

14. Porro ex priorie parte hujus doctrinæ sequitur; ut, quia in dispensationibus impedimentorum, de quibus nostra est locutio, Pontifex semper obligat Delegatum, ut, inventa veritate dispense, sequitur, inquam, esse gratiam factam, ac propterea modo dicto non expirare morte Pontificis concedentis: esto in aliis Delegationibus, seu Concessionibus, ubi Delegato talis obligatio non imponitur, sit gratia faciendæ, & consequenter

a Sanc. l. c.
n. 72. Pœt.
l. 8. matr.
c. 19. §. 1.
116. 1.

quenter morte Pontificis expirat, in hac sententia.

a Pont. l. 8. 15. Hæc in via Sanchez. Pontius a vero cum aliis prædictam Sanc. distinctionem admittere respuit, sed sequentem universalem regulam cum unica exceptione statuit: Omnis licentia, seu facultas, seu indultum, vel gratia commissa alicui in ordine ad cauendum effectum in alio, est gratia facta, atque adeo non expirat morte concedentis, vel amotione ab officio. Ratio regulæ est, inquit, quia cum concedens gratiam velit per illam commissionem huic personæ determinatæ favere, censendus est, efficaciter huic favere, velle, atque adeo per gratiam firmam, ac stabilem.

16. Exceptio autem dictæ regulæ est, Nisi contrarium disponat Jus Canonicum, quia tunc non censetur concedens alicui dare facultatem, nisi eo modo, quo jus disponit. Ne autem scrupulosa sit hæc exceptio, cum ferat incertitudinem circa casus aliter à jure dispositos, addit Pontius, in duobus tantum esse aliter dispositum. Primò, in materia ambitiosa seu Beneficiali, da hæc enim solum agit Textus, b in quo disponitur, facultatem alicui concessam de providenda certa persona de Beneficio vacaturo, expirare, expirante concedente. Secundò, in materia fori contentiosis, adeoque in rescriptis Justitiæ, ut habetur in aliis Juribus, e ad quam reducuntur leges, quæ statuunt Mandatum expirare morte Mandantis.

17. Ex hac ergo doctrina Pontius probat, ideo, Pontifice mortuo, (idem dic de aliis Superioribus concedentibus similes gratiosas potestates) non expirare in Delegato potestatem dispensandi in impedimentis, de quibus nos loquimur, quamvis res integra sit, quia est gratia facta ob regulam iam datam, & non excluditur ab exceptione, cum hæc dispensationes, nec sint in materia Beneficiali, nec in materia Justitiæ.

18. Vtraque ex his viis probabilis est. Vnde item vides, in re nostra hos Doctores tandem convenire, ut te visarum promissi n. 12.

19. Dices ex via Sanchez sequitur, potestatem pontificis, vel Episcopi v. g. datam Confessario, ut valeat absolvere à reservatis talem determinatum poenitentem, expirare morte concedentis, quia non est gratia facta, cum in voluntate Confessarii sit, si velit, vel nolit

illis poenitentis Confessionem excipere, & absolvere, quod videatur durum.

20. Respondeo. Durum videtur Pontio, d d Pont. l. 6. mihi, & aliis: quod tamen durum non fuit visum Sancio & Castropalao ll. cc. qui concedunt sequelam, infertur enim, inquit, ex doctrina probabiliter ab ipsis allata.

21. Verum nobis id amplius inquirendum non est: Dummodo sciamus, saltem in alia via Pontii nos posse tuto sequi probabiliorum opinionem multorum & decentium non e Delugo. expirare. Nec fortè omnino præter mentem alios citas Sanchez, quia, ut habet idem Pontius, f non de poen. d. potest negari hanc potestatem esse regulari- 19. n. 37. ter in favorem tum Confessarii, tum etiam f Pont. l. 6. poenitentis, cui tandem concedenda est gratia Dispensationis, vel Absolutionis; Cur ergo non dicendum sit, eam, ut pote gratiam poenitenti factam, non expirare? R. 7.

22. Defuncto nuper Archiepiscopo dubitatum fuit, an facultas, quam concesserat cuidam Rectori ex nostris, ut approbaret quæcumque aptum judicaret, eidemque concederet licentiam administrandi Sacramentum Poenitentiae, perierit, defuncto Episcopo.

23. Certè ex dictis sequitur, nequaquam perisse, etiam re integra, quia hæc fuit gratia facta ipsi Rectori, & quidem circa personas indeterminatas. Ita sustinet signatè Fragosus g his verbis: Undè, quamvis possint g Fragos. ejusmodi facultates pro libito revocari, certum est, non expirare morte concedentis, du- 1. l. 3. d. 5. rareque donec, viduatis Ecclesiis, provisum n. 50. folio fuerit de Pastore, à quo possunt revocari. An mihi 291. dicta facultas transierit ad Successorem: dicti Rectoris pertinet ad §. 6. paulo post afferendum.

§. V.

An expiret Dispensatio, vel Potestas dispensandi, h Molin. vel alia gratia, si, qui concessit, moriatur, T. 1. d. 599 vel amoveatur ab officio, ante- Ioa. Prap. quam literas Concessionis qu. 8. de dederit? disp. matr. d. 7. à nu.

1. A Sfero Primo, in foro Conscientiæ valere prædictas gratias, de quibus nostra est locutio, etiam si scriptura nulla super illis confecta sit, valere, b inquam, statim, ac aliique ap- 47. sec. 6. simplici verbo conceditur. Poteris ergo ea Dia. p. 8. in foro Conscientiæ uti, etiam si concedens tr. 3. resol. moriatur, antequam literæ concessionis 84. expe-

expedita fuerint. Excipe semper, nisi aliud cautum sit in concessione, vel in lege aliqua municipali. Ratio est, quia, neque ex natura Donationis gratiae, neque ex iuris communis dispositione apparet, cur ejusmodi gratia non valeat, cum per simplicem concessionem voluntarie datam, concedens transferat gratiam in alium, ut est communis doctrina apud

a *Sanc. l. 8. Sanc. a*

matrim. d.

2. *Assero Secundo*, praedictas gratias non prodesse, nec vim habere in foro externo, li-
Archin. teris non expeditis. Si tamen expendantur et-
de Or. tr. jam post mortem concedentis, retrahantur, hoc
1. p. 7. c. 6. est vim habere a puncto concessionis. Ratio
nu. 15. A. est, quia prior hujus assertionis pars clare ha-
xor. p. 2. l. betur in Regula 53. & Reg. 50. Cancellariae,
7. c. 1. posterior vero colligitur ex iisdem Regulis, ut late habes apud Molinam l. c.

b *Qua ha-*

betur ap.

Sanc. l. 8.

matr. d.

29. n. 11.

3. Dices. Regula Cancellariae non solum loquitur in casu hujus secundae assertionis, sed etiam in casu assertionis primae jam dictae nu. 1. haec enim sunt ejus verba. Nulla dispositio cuiquam in iudicio, vel extra suffragetur, antequam super ea litera Apostolica sint confecta. Ergo perperam dictum est oppositum dicto nu. 1.

4. Respondeo. Haec verba intelligenda sunt, non suffragari in iudicio, vel extra iudicium; in foro externo, neque enim (ut recte ait Praepositus loc. cit.) credendum est, Pontificem voluisse adversari sententiae receptae a tot doctoribus, qui docent pro foro conscientiae non esse necessariam, ex se, & ex vi iuris communis, illam literarum expeditionem.

5. Atque hinc collige, eum, cui a fide digno significatum certo est, Pontificem dispensasse in impedimento, posse in foro conscientiae matrimonium contrahere, vel nulliter antea contractum nunc revalidare, etiam si ante li-

terarum expeditionem moriatur Pontifex, & idem dic de aliis Superioribus, quo ad alias gratias. Idemque item dic, si pari modo certo scias a fide digno, Pontificem dispensationem, vel aliam gratiam tibi per literas, seu per scripturam concessisse; cum tamen dictae literae ad te non dum transmissae sint, quia est eadem, immo major ratio.

6. Dixi (certo scias) sane certitudine morali, quam (quoniam illa sit) explicui supra in simili. Mihi enim, & Amico apud Dianam non videtur sufficere probabilitas concessio-
c. Supra
1. de imp.
c. 10. d. n.
5. q. 1. n. f.
d. Amicus
ap. Dianam
p. 8. n. 1.
ref. 84. 7.
At hinc.

§. VI.

An cesset Dispensatio, vel Potestas ad dispensandum morte Delegati? Remissive.

Diximus an, & quare cessent gratiae morte Pontificis, vel alterius Principis, hoc est morte Delegantis: Quid, si moriatur Delegatus, cui gratiam exequi commissum fuerat? Sed, quia de hoc Argumento, quantum ad nostras dispensationes Matrimoniales pertinet, egimus supra, & absolvamus nunc Tractationem hanc
c. Supra
12. §. 1. d.
n. 6.

Secundam, & tantisper quiescamus.

* *

FINIS TRACTATUS SECVNDI

TRACTA-

TRACTATUS TERTIVS DE CONSENSU PER VERBA DE FUTURO.

Id est,

DE SPONSALIBVS.

CAPUT I.

De Natura Sponsalium.

§. I.

Qua sint Sponsalia, & quam promissionem continere debeant, ut obligent?

1. **S**ponsalia, quamvis non raro sumantur pro matrimonio rato non consummato, id est pro matrimonio contracto per verba de praesenti, sed nondum habita Corporum commixtione, tamen propriè in tota hac tractatione significant mutuam sponsionem, seu promissionem futuri matrimonii, nam propterea Sponsus, & Sponsa propriè vocantur, & sunt ii, inter quos ejusmodi mutua sponsio intercessit, licet impropiè, ut dixi, aliquando sic appellentur illi, qui matrimonium tantummodo ratum contraxerunt.

2. Promissio autem quadruplici modo exhiberi, seu considerari potest. Primo, ut est interna, nec dum alteri insinuata. Secundo, ut est insinuata alteri, qui tamen nondum illam acceptavit. Tertio, ut est alteri insinuata, & ab illo acceptata quidem, sed non sub mutua repromissione. Puella v. g. acceptavit, promissionem matrimonii à te ipsi factam, sed non repromisit matrimonium ex parte sua. Atque his tribus modis promissio matrimonii dicitur esse facta gratis, quia obligatio est ex una tantum parte, ejus nimirum, qui spontè promisit. Quarto, promissio considerari potest, ut est alteri in-

Tamburinus de Sacramentis.

sinuata, ab eodemque acceptata, & per ejus repromissionem confirmata, qua ratione promissio dicitur facta per modum contractus, qui certè mutuum utriusque consensum continet.

3. Dico igitur Primo, ut sponsalia obligationem in spondentibus pariant, non satis esse primam, nec secundam, nec tertiam promissionem ex dictis, sed addendam esse, & quartam. Sanc. Pont. Coninck, & innumerati apud Leandrum. *a Leandr. de matr. d. 1. à q. 4.* Ratio, quod non sufficiat prima, & secunda, evidens est ex iis, quæ dicemus in tractatione de contractu promissionis, ubi cum communi docebimus, promissionem mente retentam, vel etiam verbis expressam, si non sit acceptata non obligare, & signatè in materia sponsalium, firmat Sanc. *b Sanc. lib. 1. de matr. d. 3. 6.*

4. Ratio autem, quod, nec tertia sit facta, est, quia promissio facta ex una tantum parte, & ab altero acceptata, qualis est hæc tertia, licet posset aliquando esse valida, & obligans, quo pacto diceretur claudicare contractus ex una parte, quæ se non obligavit, ut si quis, se prorsus obligando, promitteret tibi aliquid vendere, quando tu emere velles, & ut se posset Sponsus obligare ad ducendam Sponsam (sive sub mortali, sive sub veniali juxta Jus, quod Sponsæ tradere vellet) quando ipsa liberè vellet ei nubere, licet inquam, valida, & obligans esset hæc promissio, quia tamen regulariter nunquam Sponsi sic promittunt matrimonium; ideo hæc sola tertia saltem in praxi non sufficit. Quod autem nunquam sic promittant Sponsæ, patet, quia nunquam regulariter aliquis

A a a

promittit

promittit alteri gratis futurum matrimonium, scilicet sine spe, seu sine conditione, qua alter certò etiam & ipse se obliget ad idem matrimonium, atque adeo semper requirit, quòd alter repromittat; fieri enim ab utroque Sponsò semper intenditur contractus innominatus do, ut des. *Promitto, si tu promittas.* Vide hæc pluribus apud Sanc. a

a Sanc. l. c.
d. 5.

5. Ratio denique, quòd quarta promissio ex supra memoratis ponat obligationem in conscientia, & consequenter contineat vera sponsalia, patet, quia cum contineat mutuam obligationem, quæ certè est ex iustitia; nihil ei deest de contractu, cujus definitio b est. Ultro, citroque obligatio; & quia est in re gravi, nihil deerit à mortali. Quod si addatur juramentum, enascetur alius titulus obligationis, scilicet ex virtute Religionis, ut ex tractatu de juramento supponimus.

c Vsq. d.
4 de ma-
tr.

Diees. At Vsq. c & Pontius d docent, in omni contractu, atque adeo in contractu matrimonii ipsam acceptationem, quam nos modo posuimus in tertio loco, esse re-

d Pont. lib.
12. matr.
c. 4. n. 10.

superque constituent vera sponsalia.

e G. Hurt.
d. 1. matr.
diff. 4.

Respondeo. At Gaspar e Hurtadus hanc doctrinam meritò refellit; quia potest quis acceptare, seu admittere tuam promissionem v. g. sed, nec implicite, nec explicitè repromittere fidem suam.

Quoad forum externum.

6. His positis. Inquires. Primò, posita tanta obligatione sub mortali, quantam inducunt sponsalia in foro conscientie, quid erit in foro externo? Poterit ne Judex cogere Sponsum, tempore debito recusantem inire Matrimonium?

Apud A-
verlam
mox ci-
randum.

7. Respondeo, quatuor esse sententias. Primò enim, Negat Sanctus f Thomas cum Angelo, & Armilla, etiam si sponsalia fuerint juramento vallata, à Judice posse cogi prædictum Sponsum recusantem. Ratio hujus sententiae, propter aliquos Sacros Textus, ducitur ex libertate Matrimonii, & ex periculo mali ejus eventus, si fortè ab invito contrahatur.

Ap. eun-
em mox
itand.

8. Secundò. Affirmat Sanctus g Bonaventura cum Sanc. Pontius, aliiq. etiam si juramentum non præcesserit, quia præter aliquos Textus, quos etiam ipsi inducunt,

Judex potest, immò & debet compellere subditos ad complendum id, ad quod ipsi ex iustitia in conscientia tenentur.

9. Tertiò. Distinguit Sotus h afferens, & h Sotus ipse quemdam Textum, concedit enim posse compellere, si præcesserit juramentum, non verò, si non præcesserit, quia Judicis est juramenti observationem, non verò, cujuscunque generis obligationes exigere.

10. Quartò. Alio modo distinguit Aversa i dictos Textus afferens, & concilians. Ait i Aversa enim, si Judex ex circumstantiis prævideat de malo exitum Matrimonii, discordias, rixas, q. n. p. occasionem uxoris, viri fugam à domo, &c. 8. à T. ne cogat, etiam eum, qui juravit, sed prius serio admoneat, tum utatur remedio cæterarum rationis, immò, & censurarum, quando videbitur opportunum, sed nunquam deveniat ad hoc, ut Sponsi contrahant invito matrimonio. Ratio hujus doctrinae est, quia sic vitantur omnia incommoda, & quantum prudenter à Judice potest, redditur unicuique.

11. Hanc quartam sententiam, quam etiam lego apud k Hurtadum, & quam, fiatentè expendatur, approbat prædictus Sanchez, l. ego, si Judex essem cum moderatione mox dicenda, amplecterer, atque in praxi tutò deducere. Meritò enim hæc verba addunt Aversa & Sanchez. Nunquam tamen (ajunt) debeat pertinaciter Judex insistere, ut finaliter compellat, quando videt alterum nimis renitentem, immò debeat ipsum fortè excommunicatum absolvere, quamvis non petentem Absolutionem, ne scilicet Judex ipsi scandalo sit. Aversa quidem, quoad forum externum, de quo hic agimus, loqui videtur, etiam si intercesserit violatio Virginis, seu copula cum honesta persona; pari enim modo (inquit) se habeat Judex in foro externo cum dicto violatore, si denique persuaderi non potest, ducere violatam.

Immo moneo Judicem, ne procedat ad excommunicationem, quando prævidet per illam nihil profuturum; quid enim prodest vulnus infligere, nulla existente spe recuperandæ sanitatis?

Dixi (in foro externo) nam in foro conscientie aliud omnino est, ut de eodem violatore suo loco diximus. m

12. De hoc delicto nolendi servare sponsalia, etiam Judicem Laicum posse cognoscere, a ma. ite,

1. Sanc. ib. n. 9. re, notat Sanc. a dummodo non sit controversia de validitate sponsalium, aut de sufficientia causae ad illa dissolvenda; tunc enim spectaret ad solum Judicem Ecclesiasticum.

Quo tempore implenda sunt Sponsalia?

13. Inquires Secundò. Quandom est tempus debitum, post quod peccabit mortaliter, & modo dicto cogendus est à Judice Sponsus, ad contrahendum actu Matrimonium?

Respondeo, quando advenit terminus praefixus in sponsalibus (intellige nulla rationabili causa excusante, quae fortè superveniat, de quibus causis infra) ut, si dictum fuit *ducam te post annum*, erit terminus, transacto moraliter anno, nam trium, vel quatuor dierum dilatio, abstrahendo ab alio incommodo, non videtur, saltem gravis in hac re.

1. Sanc. lib. 1. matr. d. 13. 14. Quid si nullus sit praefixus terminus, ut si dictum fuit, *te ducam*? Sanc. b quem c Diana p. Diana e defendit, ait, tempus obligans sub mortali, praecindendo ab excusatione fortè superveniente, esse quando alter ex Sponsis requirit Matrimonium. Pontius d aurem, quem defendit Aversa, e esse statim, atque i. 6. nu. 1. opportunè, & commodè Matrimonium celebrari potest. Sed profectò facile has sententias conciliabimus, si asseramus, obligari se. 8. Vers. quidem statim, quia natura promissionis ea est, ut servetur, quam primum morali, & humano modo f potest. At excusari ejusmodi Sponsos, quoties alter non requirit, cum possit; quia tunc judicatur remittere, & non curare, de dilatione, ut habetur in Textu. g l. in omnib. oblig. ff. de regul. l. 1. l. 1. l. 1. l. 1.

§. II.

1. Sanc. lib. 1. matr. d. 13. An sponsalia ex voluntate spondentium, vel venialem obligationem parere possint, vel nullam?

1. Sanc. lib. 1. matr. d. 13. Si promittentes sponsalia nolint expressè sub mortali se ab illa obligare, sed i Vasqu. d. sub veniali dumtaxat, Sanc. h concedit, 6. de matr. non fore obligationem, nisi sub veniali; Nec, cui asgat Vasqu. i ait enim, semper fore sub mortali. Ratio Sanch. est, quia tota haec obligatio dependet à voluntate se obligantis; sicuti enim, etiam in voto de re gravi, potest, ex probabilissima sententia, se quis

obligare sub levi culpa, sic in casu nostro. Ratio Vasquez est, quia ipse putat, obligationem hanc non dependere immediatè à voluntate se obligantis, sed ex ipsa promissione, quamvis solum externa; ea enim posita, jure naturae sequitur in materia gravi gravis obligatio.

2. Ego, qui cum Sanc. & aliis probabilius judico, totam obligationem in quacunque promissione oriri ex voluntate se obligantis, consequenter cum eodem censco, posse sub dicta obligatione levi contrahi haec sponsalia.

3. Sed erit maximè advertendum cum Aversa, k tunc illa non esse in rigore sponsalia, k Aversa. l. haec enim rigorosam, & certam obligationem futuri Matrimonii continere debent, c. q. 8. Vers. concedunt enim Sponsis, ex sententia probabilis, amplexus, & oscula, eademque inducunt impedimentum publicae honestatis, qui certe effectus supponunt Sponsos habere jus rigorosum ad futurum Matrimonium, atque adeò obligationem gravem ad Nuptias, nisi quid rationabile oberit, contrahendas.

4. Ex eodem principio, quod tota obligatio mensuretur à voluntate promittentis, sequitur, posse sub nulla obligatione, id est, ne sub veniali quidem, sponsalia contrahi; quia etiam sic velle possunt promittentes. Verum, quæso te, quænam sponsalia haec erunt nulli obligationi subjecta?

§. III.

An Sponsalia ex voluntate spondentium contrahi possint sub obligatione poenae?

ibi.

DE ARRHIS, ET PIGNORE.

1. Contrahi ne possunt sponsalia sub obligatione, ut, qui promissis non stat, solvat poenam aliquam, v. g. aureos centum, vas argenteum, torquem aureum?

2. Respondeo, non posse. Unde, nec de l. C. Gembri in utroque foro ejusmodi poenam sive ma. De magnam, sive exiguam; & valde probabiliter, etiam si additum fuisset juramentum. Ratio est, quia, licet de jure naturae id illicitum qu. 8. de non sit, tamen per sacros Canones, l prohibetur, & si fiat, irrita pronunciatur poena, unde V. Et qui (ut deducit Aversa m irrita, ac nulla redduntur dem.

Aaa 2

sponsalia

sponsalia sic contracta. Congruentia autem, cui id prohiberetur, fuit, ne ob timorem solvendæ pœnæ, minus liberè Nuptiæ contraherentur; nam propterea, si pœnam apponant ipsi Sponsi, si eorum parentes, si eorundem consanguinei, vel valde amici (quia sic, æquale est periculum impediendi libertatem Matrimonii) pari modo de ea procedit prohibitio. Et Sanc. *a* quidem eandem doctrinam extendit, ut non valeat pœna, sub qua, quis promittit, se non ducturum uxore, & paulo *b* post; ut, nec valeat eadem pœna apposta dissolventi Matrimonium modo licito, v. g. in primo bimestri per ingressum Religionis, vel aliàs per justum divorcium: Simili enim ratione læderetur Matrimonii libertas; Atque hæc satis sit innuisse, nam cætera vide apud Sanch. & Aversam, nec omitas legere, quæ dicam infra c. 4.

3. Ne tamen intermisceas pœnam cum Arrha, vel cum Sponsalitia largitate; Arrha enim est, quæ actu traditur inter promittentes ad securitatem matrimonii in hunc ferè modum: Ego promitto, Nuptias me tecum contracturum, & in Arrham, id est in securitatem mea promissionis, consigno tibi centum, ut, si ego à promissione resiliam, tua sint, si vero tu resilias, reddas mihi illa. & insuper, in pœnam, addas alteram tantum, id est alia centum, quod iura vocant Duplum. Hæc est Arrha, quam certè eadem iura concedunt in sponsalibus, quando Arrham recipiens est maior 25. annis, posse iterum procedi ad pœnam reddendi triplum, vel quadruplum, id est, ducenta alia, vel trecenta, sed non ultra, id quæ ab iisdem maioribus viginti

c L. fin. C. de Sponsalib. quinque annis, signatè monet Textus. *c* Intellige autem, si resiliatur injustè, nam si justè rescindatur promissio, & Matrimonium non contrahatur ex iusta causa, Arrha nequaquam amittitur, sed restituenda est suo domino, si cuti etiam restituenda est ei, qui illam dedit, si Matrimonium celebretur; sunt enim Arrhæ quasi pignora, quæ, promissione completa, redire ad suum dominum debent. Arrham autem posse dari in quacunque quantitate,

d Sanc. lib. I. matr. d. 35. nu. 9. etiam in re immobili, & etiam ab utroque contrahente, rectè contra Bartholum, & alios, docent Sanc. *d* & Hurtadus alios citantes.

G. Hurt. 4. At verò pœna non traditur actu, sed in hunc ferè modum: Ego tibi promitto futurum Matrimonium, tu mihi: sub pœna, ut qui promissionem suo debito tempore non implebit,

solvatur sit aureos centum. Vides pœnam non solvi statim, Arrham verò statim tradi? Arrham igitur, ut dixi, in sponsalibus jura permittunt, pœnam verò nequaquam. Cui autem illam permittant, non verò hanc, difficile est indagare, & nobis id prolixius inquirendi otium non est. Videatur de hoc, & de quæ aliis e Sanch. minutionibus quæstionibus pertinentibus ad Arrham, Sanc. *f* Aversa, *g* Hurtadus, *h* alii- que.

5. Pignus autem, ut etiam fidejussor, si detur in securitatem Arrhæ, poterit, (inquit Sanc. l. cit.) interponi in sponsalibus, non verò, si detur in securitatem solvendi pœnam. *g* Aversa Ratio est (inquit) quia accessorium sequitur naturam principalis; quare, sicuti prohibetur pœna, & non Arrha, sic prohibetur pignus, quod sit accessorium ad securitatem pœnæ, non verò, quod sit accessorium ad securitatem Arrhæ. Hæc Sanch. Verum, quia semper pignus (si rectè expendas, ut expendit Aversa) succedit loco pœnæ, non verò Fidejussor: ideo absolute tenendū est, non posse in sponsalibus interponi pignus, posse Fidejussorem. Ver. Sal.

6. Denique sponsalitia largitas est donatio, quam intuitu futuri Matrimonii solent Sponsi invicem facere liberaliter, de qua propria erit suo loco tractatio.

7. In his pœnis, & arrhis, ne iterum ad eam cum molestia reverti cogar, adverte duo. Alterum, etiam si pœna posset validè apponi in sponsalibus; tamen non esset ea ante Judicis sententiam solvenda; quia pœnæ ejusmodi temporales non obligant, ex probabilissima opinione, antequam Judex sententiam de illis ferat. At verò ipsa Arrha, etiam ante ipsam sententiā, est in conscientia foro reddenda à resiliante injustè, quia ejus non est. Sed duplex, triplum, quadruplum, non esse in conscientia solvendum, nisi post sententiam, docet Sanc.

l quia horum solutio habet rationem pœnæ. Quamvis esse solvendum in conscientia ante sententiam, doceat Pontius *m* (hunc sequuntur alii plures cum Aversa *n* eos citante) maxime petente parte, saltem, quando intentio promittentiū fuit, ut statim ejusmodi duplū solveretur, quia tunc id requirit expressa conventio sponsorū. Video, utramque sententiam esse probabilem, sed mihi probabilior est illa prior, quia se obligantes ad pœnam, cujus rationem habet hæc dupli solutio, ut notat Sanc. ibidè, saltem regulariter, præsumunt,

se obligare ad eam juxta naturam ipsius pœ-
næ, quæ est, illam non deberi nisi post sen-
tentiam.

Alterum. Si appositæ fuisset pœna in spon-
salibus (utique contra leges, quod tamen per
se non puto, esse, nisi culpam venialem, ut
tenet Sane. *a* quicquid dicat Bonac. *b* qui
putat, esse mortalem) & Sponsus, vel Sponsa
illam pœnam exegisset à frangente fidem, ob-
ligaretur ne huic fidem frangenti illam resti-
tuere?

Respondet, Sane. *c* quem sequuntur Lef-
sius, & Conineck. apud Hurtadum *d* docet,
non obligari, sed posse in conscientia illam si-
bi retinere, donec juridicè ad restituendum
condemnetur, quia jura irritantia hanc pœ-
nam, solum videntur denegare actionem pe-
tendi, & obligationem solvendi, non autem
impedire translationem domini in eum, qui
illam se ipsa exegit: Sicuti contingit in solu-
tione facta legatario, cui aliquid relictum est
per Testamentum minus solemne, & sicuti
evenit lucranti in ludo pecunia credita, lo-
quendo de jure communi. At vero Hurtad.

(cum quo profusus sentio) docet, obligari
reddere, nec posse in conscientia illam sibi re-
tinere. Ratio mihi efficax est, quia nullus ad-
est titulus, quo transferri possit dominium il-
lius rei in recipientem, is enim recipit ob pœ-
nam; at hæc jam manifestè irritata est per
leges, quæ irritatio non habetur in dicto le-
gato, ludoque; Aptius ergo pro nostra sen-
tentia est exemplum de usurario, & latrone;
sicuti enim hi retinere non possunt pecu-
niam sibi extortam, quamvis cum juramento,
promissam, & deinde traditam, quia ejusmo-
di promissio non affert titulum justum, ita in
casu nostro.

§. IV.

Quid sint sponsalia ficta, & quam obli-
gationem inducunt?

Promittit Primo, quis ore tenus, se du-
cturum Bertam, sed sine animo pro-
mittendi, vel sine animo se obligandi. Secun-
do, promittit alius ore, & animo promitten-
di, seque obligandi, sed sine animo exequen-
di. Tertio, promittit denique alius nihil con-
siderans; præscindit enim ab animo promit-
tendi, vel se obligandi, vel exequendi. In his

ergo nos quaerimus, ad quid nam hic oblige-
tur? id enim est, quaerere de sponsalibus fi-
ctis.

*Promissio sine animo promittendi,
vel se obligandi.*

2. Quoad primum. Dico Primo, si ve-
stineas cum Sane. ut vidimus §. 2. n. 2. pro-
missionem externam solitarie sumptam sine
voluntate se obligandi non esse veram pro-
missionem, si ve multo magis cum Pontio, ff. *Pont. l. 2.*
esse promissionem veram, immo & verum
contractum, quem tamen ego, alibi rejicio.

Dico, inquam, te semper peccare mortali-
ter, si sic fictè spondeas, obligationemq; con-
trahis restituendi damna, si quæ ex ejusmodi
ficta sponsione consequantur. Quod pecces
mortaliter, ratio est, quia decipis proximum
in re gravi. Nam ideo alter se putat obliga-
tum ad Matrimonium, & ut talem se gerit,
quia supponit obligationem tuam. Hinc re-
ctè colligit Sane. *g* non peccare mortaliter
eum, qui solum ex parte sua fictè promitteret
abiq; promissione mutua alterius partis, &
abiq; alio damno hujus alterius partis: quia
tunc non adest dicta repromissio, qua se alteri
obligatum sentit, quicquid dicat Aversa *h* h. *Aver. q.*
putans, semper peccare mortaliter. Quod
obligaris ad damna ratio est, quia eorum tu
causa es deceptione tua, ut supponimus.

3. Dico Secundo. Per ejusmodi promissio-
nem sine animo promittendi, vel sine animo
se obligandi non haberi vera sponsalia: Pater
ex dictis, quia ad sponsalia, ut nuper docui-
mus, requiritur promissio, & obligatio dans
promissario jus Justitiæ ad futuras Nuptias:
at ea promissio, quæ excludit animum pro-
mittendi, vel se obligandi dare jus Justitiæ
nequaquam potest. Ita Sane. *i* aliique.

4. Dico Tertio, etiam si addatur ejusmodi
fictæ promissioni juramentum, nec verum
esse contractum, nec vera sponsalia: Ratio
est, quia (ut notat Sanct. Tho. apud Sane. *k*) *T. 2. de Re-*
juramentum ex sui ratione non obligat, nisi *leg. l. 1. de*
juxta Jurantis intentionem. Cum ergo is, de
quo loquimur, intentionem non habeat se o-
bligandi, obligare se per ejusmodi juramen-
tum non poterit.

5. Dices. Si ficta promissio etiam jurata
jus Justitiæ non tribuit, nec vera sponsalia
constituit, undè ergo fictè promittens obli-
gatur?

Aaa 3

gatur num. 9.

gatur ex iustitia ad refarcienda damna ex e-
jusmodi promissione redundantia?

Respondeo. Concedo, ex hac ficta promif-
sione non oriri ius iustitiæ, nec obligatio-
nem ex ipsa promissione seu contractu; ficta
enim promissio, nec vera promissio est, nec
verus contractus, sed ajo, oriri ex fictione ip-
sa; Cum enim fictio prædicta sit causa, ut sup-
ponimus, damni, debet omnino damnum ex
radice damnificationis refarciri.

6. Instas. Ergo hinc sequitur, ut si nul-
lum damnum sequatur alteri, ad nihil tenea-
tur fecte promittens, esto peccaverit; ut di-
ctum est.

a Sanc. l. 1 Respondeo. Ita docet Sanc. *a* quando
mat. d. 10. promissio facta est gratis, id est sine repromif-
num. 1. sione alterius, & non interveniat fractio iu-
ramenti. At, si facta est mutua promissio,
id est, te fecte promittente, alter vero animo
repromisit, urget magis instantia facta, &
potest esse duplex difficultas. Prima, an
quando nullum damnum subsequitur, est,
& nihil aliud additur, subnascatur obligatio
adimplendi promissionem fictam? Secunda,
an si præter fictam promissionem accedat a-
liud v. g. Desloratio Puellæ, cui Deslorator
fecte promiserit conjugium, aliqua subnasca-
tur obligatio?

Respondeo, circa hanc posteriorem diffi-
cultatem de Desloratore, quoad obligatio-
b L. c. 5. tr. nem ad conjugium pluribus alibi *b* dixi, &
3. a. n. 2. 6. potest item videri Sanc. *c* alique.

c Sanc. l. c. 8. Circa priorem vero, quæ est hujus loci.
à num. 2. assero cum eodem Sanc. *d* esse probabile, te-
Hurt. disp. neri fecte promittentē ad contrahendum ma-
1. de matr. trimonium cum Sponsa v. g. decepta, sed ad-
diff. 12. do cum eodem Sanchez, esse probabilius, non
Ave. de teneri. Ratio hujus additi est, quia, quamvis
mat. q. 8. peccaverit Deceptor contra iustitiam; ta-
sec. 2. Ver. men deceptio, dum nullius damni causa fuit,
Nec obstat. mansit in intentione, nec habuit effectum,
d Sanc. l. c. undè non apparet aliquid, quod sit restitu-
15. & 16. dum, & sanè cum promissio ficta verè non sit
promissio, sequitur, nec promissionem dece-
ptæ fuisse veram repromissionem (hæc enim
supponit veram promissionem alterius) qua-
rè remaneret, quod, nec decepta sit obligata
ad matrimonium. Si ergo decepta libera re-
manet, liber etiam remanebit deceptor à ne-
cessaria obligatione illam ducendi. Sicuti, si
fecte tibi promitterem Romam adire, quando

mihi dederis centum aureos: Si ego nolim
adire, undè tu mihi nihil des, esto, te fefelle-
rim fecte promittendo, tamen, nec tu mihi,
nec ego tibi aliquid debeo, præscindendo ab
alio damno, vel injuria, ut certè præscindi-
mus in casu nostro.

9. Quæres. Quid Primo, si, omnibus ex-
pensis, dubium esset, an fuerint contracta ve-
ra sponsalia? Quid Secundo, si dubium esset,
an quando ea quis contraxit, animum verum
habuerit se obligandi, teneatur ne ad illam?

10. Respondeo. In priori casu in foro
conscientiæ non e tenetur: quia melior est e *Lex.*
conditio certæ libertatis ipsius, quæ, ut alibi *d. 1. de ma.*
sæpè dictum est, à dubia promissione vinci *q. 47. cum*
non potest. In posteriore casu Sanc. *f* docet, *Sanc. Hinc.*
obligari ad servandam promissionem, quia *Bon. Pont.*
jam possidet promissio, quam certo quis ad- *aliquæ.*
hibuit. Verum in eodem conscientiæ foro *f Sanc. l. c.*
(præscindendo à damno, quod fortè nascatur *mat. d. 9. n.*
alteri Sponsæ ex tali promissione, hoc enim *12. & con-*
certum est esse restituendum) cur non possit *munitur*
dici; etiam in hoc posteriore casu non possi- *ap. enod.*
dere promissionem, quia de ipsa, an vera, & *Lex. end.*
obligans fuerit, dubitatur, undè de ejus sub-
stantia non constat? Id in simili, ne contra
communem doctrinam ire videremur, aliis
discutiendum reliquimus alibi. *g* Idem ergo *Lib. 1. in*
nunc faciamus. *Doc. c. 3. 1.*

Promissio sine animo exequendi.

11. Quoad secundum de eo scilicet, qui
ore promittit, & insuper animo promittendi,
seque obligandi, sed animo non exequendi.
Dico primo, cum peccare mortaliter, quia
habet animum non adimplendi id, ad quod
se graviter obligat. Dico Secundo, eundem
obligari ad futurum matrimonium. Ratio
est, quia hæc sunt vera sponsalia, cum in his
clare intercedat mutua promissio. Ita Sanc. *h* *Sanc. l. c.*
& aliquid simile esse in Voto, nos contra Va- *mat. d. 9.*
lentiam diximus, cum de *i* Voto. *na. 1.*

Promissio præscindens ab animo se obli-
gandi, &c.

12. Quoad tertium, de eo, qui promittit
præscindendo ab obligatione, est diligenter
distinguendum. Si enim is novit, quid sit
promittere Nuptias, vel promittit juxta mo-
rem

rem communem, quo solent sponsalia promitti, sicuti non peccat, sic obligatur stare promissis, utraque contrahit sponsalia. Ratio est, quia sic se implicite obligavit; dum enim sic promissit, nec contrarium expressit, implicite voluit totum illud, quod in tali promissione involuitur, involuitur autem obligatio contrahendi matrimonium.

13. Verum, si ex una parte præcisive se habuit, & ex alia non novit, eam promissionem asserere dictam obligationem, nec voluit facere, quod alii solent, cum nec implicite, nec explicite se obligaverit, vera sponsalia non contraxit, & consequenter ad illa servanda non obligatur. Ita ibidem insinuat Sanchez, & nos latius explicuimus dicto §. 1. præsertim à nu. 5. Supponimus autem hic, bona fide hunc processisse: nam, si mala fide, ut alterum deciperet, sic se gessit, recurrit doctrina de fide promittente paulo superius allata.

CAPUT II.

De quibusdam conditionibus requisitis in Sponsalibus.

Praeter ea, quæ hæcenus dicta sunt, debent sponsalia esse. Primo, Voluntaria. Secundo, Non extorta Metu. Tertio, Signo certo expressa. Quarto, Non necessario aliis, sed solum Sponsis, manifesta. Quinto, absoluta, non conditionata.

§. I.

Sponsalia Voluntaria esse debent.

ubi

DE ERRORE, DECEPTIONE,
Ignorantia forte intercurrentibus in illis.

1. **Q**uod ad Sponsalia requiratur libertas, & plena deliberatio, nec sufficiat semiplena, potius est, quam probandum. Cum enim sponsalia obligent ad mortale, eam petere debent advertentiam, quæ ad mortale requiritur, quæ non est, nisi plena, & perfecta. Sed quæ tandem est hæc?

Respondeo, esse eam, qua intellectus sine ullo errore, aut ignorantia apprehendit rem, & sufficienier advertit, sit ne bona, vel mala, seu advertit, quænam in sua natura illa sit.

Sanc. a Pont. b

a Sanc. l. 1.

2. Hinc neque ab eo, qui usu rationis caret, etiam si sit septemnio major, neque à furioso, neque ab ebrio, immo, neque ab iracundo, vel valde cupiente, quando ira, & cupiditas, ita privat hominem usu rationis, ut impediatur advertentiam requisitam ad mortale (quod certe rarissimum est) valida sponsalia, sicuti, nec validum Matrimonium, iniuntur. Sanc. Hurtad. Pontius, Becanus, alii- que apud Leandr. c

c Leandr. d.

3. Quoniam vero ignorantia, deceptio, error minuunt voluntarium, quibus aliquando tollunt, ideo, pro re nostra, de illis aliqua hic sunt adnotanda.

1. de matr.

qu. 18.

4. Primò. Si error sit ejusmodi, ut sufficeret ad reddendum irritum Matrimonium, qualis est error personæ, & conditionis servilis, sine dubio reddit irrita, etiam sponsalia. Si vero error sit circa alias qualitates Sponsi, vel Sponsæ, quæ sint tales, quæ sufficerent ad rescindenda sponsalia, quando post illa supervenirent (de qua d. re mox) saltem dat Jus ad rescindenda sponsalia facta per dictum errorem, quo illæ qualitates tunc non advertentur, rescindenda, inquam, modo mox dicendo num. 8.

d Infr. c. 5.

§. 7. & 8.

5. Secundò. Si altera pars v. g. Sponsus dolo, & fraude Sponsam decept in prædictis qualitatibus, & hic dolus dedit causam contractui, scilicet, hoc dolo inducta Sponsa consensit, nulla sunt sponsalia ex Aversa loco, mox citando, sed contrarium tenet cum Lefcio, & aliis Coninck. e An autem remaneat decipiens ex parte sua, saltem in vim promissionis obligatus, ad standum sponsalibus, si sal. dissol. decepta id requirit, idem dic, quod de incutiente metum ad eadem sponsalia ex torquenda, infra f dicemus. Quod si circa eadem qualitates, nec Sponsus, nec Sponsa de- cepit, sed iis nescientibus, decept alius, non sunt irrita sponsalia: ex hac tamen causa possunt justè rescindi modo mox dicendo nu. 8.

e Conin. d.

23. de spõ-

sal. dissol.

dub. 9. n.

73.

f Infr. §. 2.

num. 13.

ita Aversa. g

6. Tertio. Si ex ignorantia, vel imprudentia seipsum Sponsus decept in prædictis qualitatibus, pari modo valida erunt spon-

g Aversa. de

matr. q. 8.

sec. 4.

sponsalia, sed pari modo ex hac etiam causa rescindi possunt. Idem ibidem.

7. Quarto. Quando error, vel dolus in iisdem qualitatibus intercessit, sed non inde inductus est Sponsus, vel Sponsa ad contrahendum (qui error apud Theologos, & Juristas dicitur comitans) valida sunt sponsalia; quia non sunt contracta ex vi illius erroris, vel doli.

8. Quid si dubitat, An verè contraxerit ob qualitates, circa quas fuit error, vel dolus?

Respondeo, si ex qualitates erant tam graves, ut sufficeret ad sponsalia dissolvenda, de quibus quidem qualitatibus hic loquimur, non debet se tenere obligatum ad sponsalia, quia nisi ipsi clarè constet, se verè, etiam cum illa cognitione, sponsalia inire voluisse, potest, se tenere, tanquam inductum ad illa ex eo errore, vel dolo.

9. Quæres. Si in aliquibus ex dictis casibus sponsalia valida sic contracta, possunt facile rescindi (id quod, ut Doctores notant, non solum ministerio Judicis, verum etiam ab ipsa parte errante, vel decepta, fieri per meram suam voluntatem potest, quæ scilicet jure suo resistit à sponsalibus sic initis) si, inquam, tam facile rescindi possunt, quid interest, quoad praxim scire, an sponsalia sint valida, nec ne?

10. Respondeo, multum sanè interesse, nam, si ipso jure sunt valida, quamvis statim rescindenda, pariant impedimentum publicæ honestatis, id est, una pars non potest contrahere Matrimonium cum consanguineis in primo gradu conjunctis cum alia parte, juxta Decretum Tridentini, quod impedimentum non pariunt; si sunt invalida. Idem dic de jure ad amplexus, & oscula, donec rescindantur, quæ duo in simili jannui etiam supra. ^a

^a Supra
c. 1. §. 2.
n. 3.

§. II.

Non extorta metu.

1. **M**etus potest esse Primò, vel injustè incussus ad extorquenda sponsalia, vel justè. Secundò, vel gravis, quæ dicitur cadens in constantem virum, vel levis. Tertiò, potest incui, vel ad extorquenda, ut dictum est, sponsalia, vel ad aliquid aliud ut

si inimicus mortem alicui minaretur, & is ex se, & liberè eligeret inire sponsalia cum inimici sorore, ut mortem sic effugeret. Quarto, vel incussus ab extrinseca causa libera v. g. à Parente, à Judice, ab Inimico, Vel ab extrinseca causa necessaria v. g. ab infirmitate, tempestate apprehensione infirmi, undè quis moveatur ad sponsandam v. g. suam concubinam. Nota autem metum illum, qui causatur à prædicta causa extrinseca necessaria, verè esse, & dici metum ab intrinseco, verè enim is, qui movet te ad Matrimonium promittendum, est tuus timor conceptus ex infirmitate, naufragio, gehenna.

Has metuum Classes distinctè explicui, Lib. 1. in Decal. c. 2. §. 5.

Metus gravis injustè incussus, quomodo sponsalia irritet?

2. Hic, sive à parte, sive ab aliis incussus ad extorquenda sponsalia, reddunt ipsa, non solum Jure ^b Ecclesiastico, sed etiam Jure naturæ nulla; Ita sustinui loco cit. & rationem satis efficacem (ut mihi videretur) attuli, loquendo ibi de omni contractu afferente obligationem Justitiæ, & loquendo de Matrimonio: at certè eadem est ratio, nunc de sponsalibus. Videatur locus, e ne actum agere hic cogamur.

3. Quod autem saltem ex Jure Ecclesiastico sint nulla prædicta meticulosa sponsalia, est communior opinio apud ^d Sanchez, idem, quæ, etiam si essent juramento firmata, ita, ut non sit opus relaxatione juramenti, ad ea non servanda, ut idem docet, e quem sequitur Diana, f & Aversa g alios citans.

Metus gravis justè incussus.

4. Hic incussus ad extorquenda sponsalia, ut si v. g. Judex tibi dicat, qui homicidium commisisti, Nisi despondeas Bertam, te justè ad triu. mes, vel ad mortem, propter homicidium commissum condemnabo, non reddi sponsalia nulla. Sicuti, nec per similemetum, nullum reddi Matrimonium, nos loco citato diximus, & dicemus infra ^k suo loco, militat enim eadem ratio ibidem dicta; Et quamvis Bonacina ibidem à me citatus doceat, metu hoc justo, invalidum reddi matrimonium, §. 2.

monium, ob perfectam libertatem, quam Matrimonium, quod est ex se indissolubile, requirit, tamen idem dicere nequaquam poterit de sponsalibus, quæ ex se indissolubilia non sunt, sed rescindi, ex supervenientibus causis possunt.

Metus levis, sive iustus, sive iniustus incussus.

5. Hic non reddit irrita sponsalia: Ita aliqui apud Averlam; *a* & nos item loco citato §. 6. Idem iustitimus de Matrimonio, eadem autem est ratio de sponsalibus. Monui tamen ibidem, saltem propter auctoritatem extrinsecam, esse probabilè, quod sponsalia metu levi iusto extorta sint valida, sed irritanda, etiam propria auctoritate; cum enim (ut Sanchez *b*) altera pars in conscientia teneatur relaxare fidem hoc metu extortam, poterit ipsemet vim patiens pari modo in conscientia resumere fidem à se datam; idque, etiam si sponsalia juramento firmata fuerint, modo tamen Absolutionem juramenti obtinuerit, ut idem notat. *c* In foro externo non dari actionem huic patienti metum levi, sive iustum, sive iniustum, ibidem monui.

Metus iniustus non incussus ad extorquenda sponsalia, sed ad aliud.

6. Hic non irritat sponsalia, neque ex solo hoc capite, nisi alia rationabilis superveniat causa, irritari possunt. Ita colligitur ex *a*, ex *iis*, quæ habet Sanchez. *d* & ex *iis*, quæ nos loco cit. §. 5. n. 12. diximus, dum docuimus matrimonium hoc modo celebratum esse validum, quia non ex vi metu; sed ex propria voluntate in illa occasione metus, eligitur Matrimonium, quare sponsalia inita ex metu illo mortis ab inimico incusso ob alium finem, quem num. 1. tertio loco explicui, valida sunt.

Metus quicumque, sive gravis, sive levis incussus à causa extrinseca non libera.

7. Hic pari modo non irritat sponsalia; unde sponsalia, quæ num. 1. exempli causa attulimus contracta ex metu naufragii, &c. valida sunt. Ratio est, quia tunc homo à se-

ipso, non ab alio impulsus, eligit, tanquam medium sui boni, illa sponsalia. Lege Sanc. *e* & Sanc. *l. 4*. & nos idem dicemus de Matrimonio infra *c. mat. d. 11*, §. 2.

Obligatio incutientis metum.

8. Inquires. Cum certum sit, illam partem, quæ metui gravem iniustum passa est, posse licetè rescire à sponsalibus, quid dicendum de ea parte *v. g.* de Sponso; qui metum iniuste incussit, seu, quo sciente, incussus est ab alio metus, ultra peccatum mortale, quia est injuria in re gravi, obligatur ne stare sponsalibus, si forte Sponsa, quæ metum passa est, velit Matrimonium contrahere?

9. Respondeo. Certum est Primo, non obligari ad Nuptias contrahendas ex vi iustitiæ sponsalium, quia, jam dictum est, hæc sponsalia irrita esse.

10. Certum est Secundo, obligari ad refarciendum omnia damna fortè inde consequuta sponsæ, multo magis, si adfuit violatio, de qua re distinctè *f* alibi locutus sum.

11. Superest ergo quæstio, An obligetur ad Nuptias, saltem ex vi fidelitatis, seu ex vi promissionis

12. Respondeo. Obligari, nisi aliquid superveniat, quod ab obligatione excuset, docet Averla, *g* sicuti idem Averla *h* docuerat, in Matrimonio meretriciosè inito, eum, qui metum iniuste incussit, obligari ad iterum contrahendum valide Matrimonium, si vero altera pars Matrimonium ratificare expostulet.

13. Sed non obligari, colligitur ex Castalao, *i* & ex Sanc. *k* quatenus hi probabilius reputant, incutientem metum ad ipsum Matrimonium extorquendum, non obligari in foro conscientiæ, donec per Judicem condemnatur, ad illud ratificandum, etiam si altera pars metum passa ratificatum velit: Nam ex hoc colligitur, quod multo probabilius idem reputabunt in sponsalibus, propter paritatem, immo majoritatem rationis. Ratio præcipua hujus doctrinæ est; quia in contractu oneroso, cum ex sua natura ipse sit ex utraque parte obligatorius, certè, ut servetur æqualitas, aut utraque pars obligata remanere debebit, aut neutra. Cum igitur certum sit, in casibus positis, partem, quæ metum passa est non

Bbb

rema-

remanere obligatam, nec remanebit alia. Monco tamen prae oculis semper habendum, quod diximus num. 10. & in Decalogo loco ibidem citato.

14. Quod diximus de incutiente metum, *a Sanc. l. 1. dic a de decipiente, idemque dic de ficto con-*
mat. d. 11. sentiente cum eadem monitione nu. 10. Ad-
num. 5. de tamen, neutrum obligari ad aliquid, si mu-
tua fuit, & aequalis deceptio, vel fictio; quia
in injuriis datur compensatio, & deceptio
b Sanc. l. 1. deceptio eliditur. Lege Sanc. b Layman. c
matr. d. 10 & Boffium. d

praesertim
num. 11. Adnimadversio pro metu justo incusso
c Laym. li. a lege.

§. 11. 10. p.
1. c. 1. n. 11. 15. Denique adverte sponsalia inita ex
a Boff. de metu justo incusso per legem, ut si Index
mat. c. 2. sic dicat, Si non respondeas Bertam (quam quia
n. 62. violasti, debes ex lege, & ex obligatione uxorem
ducere) te in trimesis tradam; adverte, inquam,
sponsalia haec, & valida esse, & rescindi non
posse, quia ex nulla parte injuriam continent,
ut ex dictis, & ex primo libro in Decal. loco
cit. colligitur.

§. III.

Signo certo expressa.

1. **Q**Uaecunque verba, signa, scriptura, nutus, quibus Sponsus, & Sponsa determinatae personae significant promissionem reciprocam de futuris Nuptiis, sufficiunt ad constituenda sponsalia, siue ea signa ejusmodi sint ex propria significatione, siue ex consuetudine, siue ex propria voluntate spondentium, siue quocunque alio modo, dummodo, ut dixi, Sponsus, & Sponsa inter se significant, intelligantque promissionem; Cum enim sponsalia sint meras contractus civilis, factis sunt ea verba, vel signa, quae internum consensum, seque obligandi intentionem sufficienter exprimant. Merito igitur Sanchez *c* ait, apud Indos illa verba: *Ego te ducam*; respondente alio. *Forse ego te ducam*, & illa verba apud Indos, *Sepeliam te, quando morieris*. Merito, inquam, ait, parere vera sponsalia; nam quamvis ex se haec non sint determinata promissio, tamen ex usu illius regionis, animus spondendi Matrimonium exprimitur.

c Sanc. l. 1.
mat. d. 18.
num. 2.

2. Idem dic, si post tractatum de sponsalibus addant Sponsi. *Placet*: vel quid simile, nam tunc ex circumstantiis, satis praedictus animus exprimitur.

3. Pari modo, si Sponsus v. g. dixit verba certo significantia promissionem, & Sponsa respondeat. *Consentio. Volo*, vel quid simile; quia verba sequentia intelliguntur ad sensum praecedentium; nisi clare contrarium explicetur.

4. Dixi autem nu. 1. (determinatae personae). Nam sponsalia non constituentur, si personae sint indeterminatae, ut si quis ita dicat. *Accipio in Sponsam meam unam ex his tribus filiabus tuis*: quia; sic, incerta est promissio, cum nesciatur, in quam ex filiis terminetur.

5. Ex dictis ergo, si constet affuisse intentionem spondendi, & Sponsus, ac Sponsa per illa signa, vel verba, quamvis ex se non sufficienter explicativa, satis promissionem mutuam cognoverint, vera enascuntur sponsalia, veramque in foro conscientiae obligationem inducent.

6. In foro autem externo Index, cui intentio spondentium interna constare non potest, debet pronuntiare juxta verba, vel signa externa. Quare, si ea mutuam promissionem significant, vel ex se, vel ex circumstantiis, vel ex consuetudine loci, pronuntiabit valida sponsalia: si non significant, pronuntiabit invalida; Si vero dubia est significatio, puto, debere a Judice ferri sententiam pro validitate sponsalium; quia in causa Matrimonii judicandum semper a Judice est in ejus favorem, ut docet cum communi Sanchez, g qui tamen excipit, quando dubium oritur ex impedimento impotentiae. At causa sponsalium causa Matrimonii est. Quid in foro conscientiae, sit in dubio dati consensus in matrimonium, sentiendum, meam sententiam h alibi proposui.

7. Jam vero his in universum dictis, ipsa verba, vel signa certo, vel dubie significantia, hic claritatis gratia in suas Classes distributas subscribam.

Verba,

Verba, quæ certò constituunt Sponsalia.

8. Accipiam, vel ducam te, vel, v. g. Mariam, in meam, vel in Sponsam meam.
9. Promitto, me ducturum te, vel, Mariam in crastinum.
10. Accipiam, ducam te, vel, Mariam: Nam ex communi usu, subintelligitur, in uxorem.
11. Non aliam, sed te ducam.
12. Promitto, vel, me obligo, vel, do tibi fidem meam, quod te ducam.
13. Sub fide mea te ducam.
14. Habeas me infidum, nisi te ducam.
15. Ego te accipio in uxorem. Et altera respondeat, Ego te accipiam in virum, constituunt sponsalia. Nam licet illud Sponsi, Accipio, significet de præsentis; unde videatur per hæc verba constitui Matrimonium: tamen illa expressio Sponsæ respondentis per futurum, ostendit, consensum esse de futuro; atque adedò constituuntur sponsalia, non verò Matrimonium.

Verba, quæ certò non constituunt Sponsalia, sed potius Matrimonium.

17. Accipio te in meam.
 18. Habeo te in uxorem.
 19. Providebo tibi, sicuti uxori. Sed vide num. 28.
 20. Ex nunc reputo te uxorem, seu, in uxorem meam.
 21. Ex nunc, vel, semper, vel, omnibus diebus vita mea, vel, posthac, vel, ab hoc tempore habeo te, tenebo te pro uxore, tractabo te, providebo tibi, ut uxori. Posthac, vel, ex nunc eris mea.
- Prædictæ formulæ, exprimentes uxorem simili modo suum consensum, non constituunt sponsalia, nam constituunt Matrimonium, quia sic explicatur consensus de præsentis. Cum autem in ultima ex prædictis non additur illud *ex nunc, posthac, vel, semper*, dubia res est, de qua mox numero 28.
22. Volo te in uxorem: Volo te in virum. Non constituunt sponsalia, sed Matrimonium, quia consensus est de præsentis; Si autem dicatur *Volo te ducere in uxorem*, dubia res est, de qua num. 29.

23. Verba illa negativa: *Nunquam aliam à te ducam*, non inducunt sponsalia, nec Matrimonium; sed ad summum sic dicentes tenebuntur solum sub conditione, illam ducere, si aliquam ducere velint. Vide Sanch. *a Sanc. l. 1. & Aversam. b* Si dicatur. *Nullam aliam ducam, nisi te*, mox num. 31. explicabo. *mat. dif. 19. nu. 1.*

24. *Non aliam, nisi te ducam*, Matrimonium constituit non sponsalia, quia sic exprimitur consensus de præsentis. *b Avers. q. 8. sec. 3. V. debet.*

Verba, quæ sub dubio constituunt sponsalia, nisi major expressio addatur.

25. Promitto, me desponsaturum te, vel Mariam.
26. Te desponsabo.
27. Tecum sponsalia contraham. Hæc tria afferunt incerta sponsalia, est tamen probabilius ex Sanc. *c* sponsalia non afferre, sunt enim solum promissio de sponsalibus contrahendis. *c Sanc. l. c. d. 18. n. 13.*
28. *Habebo, tenebo te, ut uxorem, providebo tibi, ut uxori*, dubia sunt formulæ, an scilicet Matrimonium, an solum sponsalia constituent, quando non additur aliqua ex illis particulis dictis numero 21. *ex nunc, semper, &c.* Nihilominus Sanchez, *d* & Hurtadus, *d Sanc. l. c. e* citans Coninck, ajunt, probabilius esse, quod sine illis particulis constituent sponsalia, quia ex se hæc verba respiciunt futurum. *e G. Hurt. d. 1. de ma. diff. 15.* Rectè, *ex se* (ajunt) nam constituent Matrimonium, si consuetudo loci, vel tractatus antecedens de Matrimonio, vel quid simile efficiat, ut ea verba significant consensum de præsentis, quæ consideratio semper in hac materia adhibenda est, ut universim innui numero primo, secundo, & tertio. Ex quo conciliatur, quod diximus numero 19. de illa formula (*providebo tibi, ut uxori*) & quod hic dicimus, de eadem; hic enim, ut probabilius asserimus per eam ex se constitui sponsalia, ibi autem diximus constitui Matrimonium, sed intelligendum est non ex se, sed vel ex circumstantiis, vel ex usu regionis ad similitudinem ejus, quod numero primo attulimus de ea Indorum formula, quamvis per verbum futurum, *Sepeliam te, &c.* Illa item formula; *mea eris*, dubia est; Siquidem sensus potest esse, *mea eris uxor*, vel, *mea eris sponsa*. Sed mihi quidem longè probabilius

Bbb 2 cdt,

est, per eam constitui sponsalia, quia id notat illud, futurum, (*eris*) quod tamen contrahi ad præsens, unde, & tunc constitui Matrimonium, si addatur *ex nunc, posthac, &c.* diximus eodem nu. 21. & idem, si similia addantur, ibidem diximus, de illis aliis formulis. *habebo te, tenebo te pro uxore, &c.*

29. Volo, vel placet infinito adjunctum, sic, volo, vel placet contrahere tecum, ducere, accipere te in uxorem: pari modo volo te habere, te tenere in uxorem, dubia sunt verba. Constituantur sponsalia ex Sanc. a quia ex se hæc verba satis verificantur, si ea proferens nolit nunc, illam esse suam, sed tempore futuro; verum ab Hurtad. b hæc putantur verba, satis æquivoca, quia possunt significare merum dumtaxat desiderium promittendi; atque adeo Judex, qui intentionem, sic loquentium, non nescit; debet pronuciare (ait Hurtadus) per hæc verba, nec Matrimonium, nec sponsalia fuisse constituta. Lege etiam

c Delug. l. Delugo. c

3. Resp.

3. Resp.

mor. d. 16.

n. 47. &

48.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

d Sanc. l. c.

Signa, qua Sponsalia constituuntur.

32. Porrigere, & tangere sibi manus in signum fidei, & promissionis, quam sibi dant Sponsi de futuris Nuptiis.

33. Inmissio annuli in digitum, ad idem significandum.

34. Missio, & acceptatio munerum juxta morem Sponsorum, præcedente tractatu de Matrimonio.

Ex his vides non solum prædicta signa sola, sed nec ipsam copulam solam, constituere sponsalia, nisi supponatur tractatio de Nuptiis, vel quid simile; secus enim prædicta præstari possent animo fornicario.

35. Taciturnitas filii præsentis, quando Parentes, Tutores, vel curam illius loco Parentum gerentes Matrimonium ipsius promittunt, patit sponsalia. Parentes, inquam, Tutores, &c. non vero extranei; nam non assentior Pontio i assenti, & Dianæ k ju. i Pont. l. dicanti esse probabile, constitui sponsalia, c. 14. n. 7. etiam si extranei sint, qui promittunt; non assenti, k Dian. sentior, inquam, quia extranei carent auctoritate exprimendi aliorum consensum, & Taciturnitas tunc dicti filii non præsumitur rationabiliter esse consensus, facile enim potest procedere ex eo, quod non curat, ea quæ dicti extranei ex se promittunt, cum non teneatur ipsis respondere.

36. Si filius absens, vel infans, postea fiat præsens, vel septennis, quando ab iisdem Parentibus ediscunt promissionem pro ipso factam de ipsius Matrimonio, & ipse taceat, sponsalia item init. Ita Coninck; multo magis, si ratificet per verba, vel per cohabitationem, vel per oscula, & amplexus, vel per visitationem, vel per appellationem Sponsæ, vel per similia, sic enim est clara sponsalium approbatio, quod etiam definitur in Jure. m

§. IV.

Non necessario aliis manifesta.

1. IN hoc, inter alia multa Matrimonium differt à sponsalibus, quod post Tridentinum, Matrimonium invalide initur, nisi iniatur publicè, hoc est, coram Parocho, & Testibus, id, quod dicitur iniri Matrimonium in facie Ecclesiæ; At non, sic sponsalia; ad horum enim valorem satis est, si soli Sponsi inter se mutuam promissionem exhibeant. Quare sponsalia clandestina, & valida sunt, & nisi aliud mali immisceatur, licita, ut declaravit Sacra Congregatio apud Rebell. & Hurt. n. Decretum Tridentini (ait Sacra Congregatio) quod statuit, ut matrimonium fiat coram Parocho, & Testibus, non habet locum in sponsalibus. 2. Por-

2. Porro dubitabis : An Matrimonium ipsum clandestinum, quod est invalidum, ut Matrimonium, inducat tamen valida sponsalia, & sic, qui, absente Parocho, & Testibus, Matrimonium contraxit, obligetur iterum legitime contrahere, quasi tunc sponsalia contraxisset?

3. Respondeo. Vel agimus de Matrimonio clandestino contracto ab Impuberibus, vel à Puberibus: Pubertas acquiritur à viro, decimo quarto anno completo; à femina, duodecimo item completo.

4. De priore non est controversia. Sicut enim omnes docemus, Matrimonium clandestinum, ut etiam publicum, si contrahatur inter dictos Impuberes nullum esse, cum ratione impubertatis, quia tunc non sunt apti ad Matrimonium: tum ratione clandestinitatis, quia per Tridentinum, a Matrimonium clandestinum irritum est, & nullum: eodem modo cum Sanc. b docemus omnes, ejusmodi Matrimonium esse, in ratione sponsalium, i. matr. d. validum, ita ut impuberes, qui clandestine 23. num. 5. invalidum Matrimonium contraxerunt, tamen contraxerint vera sponsalia, & item resultaverit impedimentum publicæ honestatis. Ratio est, quia ejusmodi Matrimonium obligare, ut sponsalia, definitur *Caput c. finalis, & c. unicuique*; d. & ratio definitionis fuit, quia quando actus includitur in eo, quod fit, si non valet eo pacto, quo fit, valet meliori modo, quo potest. At sponsalia satis manifestè includuntur in eo contractu clandestino. Cum igitur ex alia parte Tridentinum solum annullaverit Matrimonium clandestinum, non verò clandestina sponsalia, sequitur, ea esse valida. Excipe, nisi prædicti expressè exclusiverint sponsalia, ut si dixissent: *Contrahimus Matrimonium, quod si Matrimonium non valet, nolumus obligare ad sponsalia*, nam tunc sponsalia inclusa nequaquam fuissent in illo clandestino Matrimonio.

5. De posteriori celebris est, & vulgata e. Sanc. l. c. questio. An Matrimonium clandestinum disp. 10. inter puberes, cum non valeat post Tridentinum, ut Matrimonium, valeat, obligetque, ut sponsalia, sicuti modo diximus de clandestino 3. tr. 4. no inter impuberes.

6. Negat Sanch. e cumque sequitur Bona. Diana, f. Becanus, Nava. alique apud Aver. l. c. Innotuit in illis Tridentini verbis: *Ad sic, id est, clandestine contrahendum eos Sancta*

Synodus omnino inhabiles reddit. Si enim essent habiles (ait Sanch.) ad sponsalia, non essent omnino inhabiles. Confirmat, nam tunc solum, actus, si non valet, ut agitur, valet meliori modo, quo potest, quando est defectus ex parte causæ efficiētis, ut est in matrimonio impuberum; at quando est defectus ex parte efficientis, & formæ, ut est in casu nostro, in quo Tridentinum inhabiles reddit illas personas, & requirit publicitatem illā tanquam formam, corrumpit omnino totus actus; unde, quia ejusmodi actui resistit Jus Tridentini, non potest ex illo oriri obligatio sponsalium.

7. Præter citatos, hanc etiam sententiam sequitur Bossius, h. citans pro eo 35. Doctores, addens non posse hoc Matrimonium, etiam si juratum fuerit, & etiam si accesserit postea copula, parere valida sponsalia, quia illud totum, quantum quantum est, est actus nullus ex Tridentino: ex actu autem nullo, nullus procedere potest effectus.

8. Nihilominus Aversa i. citans pro se i. Aver. q. Navarr. & præterea Cordubam, Cominck, 8. sec. 3. V. Layman, Rebellium; (quibus adde alios videtur apud Bossium k afferentes declarationem k Bossius Sacre Congregationis) ait, valere saltem, ut l. c. sponsalia; æque prorsus, ac valet in impuberibus. Ratio potissima est; quia fundamentum, quo innixus est Sanchez, non videtur solidum, nam Tridentinum inhabiles omnino reddidit Fideles ad contrahendum Matrimonium clandestinè, non verò sponsalia: scilicet, non abstulit vim obligationis per modum sponsalium imbibitam in Matrimonio clandestino, sed valorem dumtaxat Matrimonii de præsentī, Jus ergo Tridentini resistit contractui clandestino, ut Matrimonium est, non verò, ut est promissio sponsalium: Quare negandum est illud, quod assumit San. in Confirmatione, nimirum, quod ea personæ, tunc sint inhabiles ad sponsalia, & quod tunc desit forma data à Tridentino; Tridentinum enim solum eas personas reddidit inhabiles, & eam formam dedit, pro Matrimonio tantum, non pro sponsalibus in eo contractu imbibitis.

9. Prior ex dictis sententiis videtur probabilior; quia, dum absolute loquitur Tridentinum, absolute nullum totum actum: quoad omnes partes quomodocunque imbibitas refellit, nihilominus posteriori probabilitatem suam ne denegemus.

10. Quod si clandestinè contrahentes habeant intentionem faciendi sponsalia, si non possint validum facere Matrimonium, etiam
a Sanc. l. c. Sanch. a concedit, tunc fieri valida sponsalia, sed magis consequenter negat Bossius, b
n. 6. quia sic contrahentes non promittunt sponsalia externis verbis, seu signis externis, sed
b Bossius l. c. solum internè, quod ex supradictis ad validitatem non sufficit; verba enim illa clandestini Matrimonii, cum actum omninò nullum, ex sententia Sanchez, & ipsius Bossii, contineant, videntur non posse intentionem promissionis sponsalium legitimè significare.

§. V.

Absoluta sponsalia, & non conditionata. Remissivè.

DE his agatur commodius cum de consensu ipsius Contractus Matrimonii, Deo favente, infra disputabimus.
Infra Tr. 4. de Consensu c. 5.

CAPUT III.

Quis possit Sponsalia contrahere?

He solum duo difficultatem habent. Primò, an possit quis in quacunquæ ætate. Secundò, an possit quis impedimento aliquo laborans, validè inire sponsalia.

§. I.

Ætas, quando nam, irritat Sponsalia.

1. Quæstio potest esse Primò, de eo, qui septennium complevit, sed nondum est pubes. Secundò, de eo, qui illud non complevit.

De eo, qui septennium complevit.

Dico Primò. Qui septennium complevit, & s. Th. in quamvis nondum pubes, validè, & licitè 4. d. 27. sponsalia contrahit, si usu rationis est com- q. 2. art. 2. pos (nam impos rationis etiam septennio & Sylvest. major, non est aptus ad sponsalia, ut supra V. Matr. vidimus.) Ita Sanctus Thomas, & omnesque sec. q. 6. V. fere Theologi, quidquid dicant Sylvester, sponsalia, & alii que perpauci, requirentes ad sponsalia quæ 3. eandem ætatem, quæ requiritur ad Matrimonium.

monium. Ratio nostræ doctrinæ est; quia licet sit determinata ætas pro Matrimonio, pro quo jura requirunt pubertatem, scilicet duodecimum annum completum in fœminis; decimumquartum item completum in viro; tamen pro sponsalibus expresse conceditur f. c. l. i. sufficere, tum pro fœminis, tum pro viris & c. de septennium completum. Hujus autem rei effectus, de congruentia est; quia ad Matrimonium, quod dispensat ex se est indissolubile, maturiore opus est iudicio, quàm ad sponsalia, quæ rescindi ex multis causis possunt.

De eo, qui septennium non complevit.

2. Dico Secundò. Minor septennio carens usu rationis invalidè inire sponsalia. Patet id ex dictis, supra, g & habetur in jure. h

3. Dico tamen Tertiò. Idem minor septennio, si usu rationis polleat; etiam si cum infirmo per miraculum recepisset, validè, & licitè contrahit sponsalia. Hoc dictum magis est controversum, quàm præcedens; nam aliqui cum Averfa, requirunt, præter usum rationis, ætatem septennii completi; Aliqui apud Dianam, k & apud eandem Averfam, l præter dictum usum, requirunt ætatem, saltem proximam septennio. Sed nos cum Sanchez, m Pontio, n & Leandro, o requirimus usum solum rationis, fatemur tamen propter aliquos Textus, quos prædicti Doctores inducunt, ipsorum sententiam esse probabilem. Ratio nostra potissima est; quia, quando Jus, sive concedit, sive præscribit pro sponsalibus septennium; Idem præscribit, quia tunc præsumit in Sponsis usum rationis necessariæ ad illa contrahenda: prorsus sicuti, idem præscribit ætatem pubertatis pro Matrimonio; quia tunc præsumit potentiam ad generandum; Si ergo jam habetur sufficiens usus rationis ante septennium, sufficienter Jura servabuntur, sicuti proportionaliter jura, quæ requirunt pubertatem pro Matrimonio, sufficienter servantur etiam ante pubertatem, quando ante illam constat, quædam malitia suppleat ætatem, ut cum communi docet idem Sanchez. p

4. Illud est notandum cum eodem, q ante septennium non esse sponsalia, nisi appareat, & in foro externo, nisi probetur Sponsos esse compotes usus rationis, sed, post septem-

septennium completum, esse sponsalia; nisi appareat, seu probetur, eos rationis non esse capaces. Ratio est, quia post septennium præsumitur usus rationis; antea vero præsumitur carentia usus rationis.

§. Dixi, valide, & licite, Et quidem, quod valide, jam probatum est, quod verò etiam licite, probatur: quia, si ex una parte ea sunt valida, ut vidimus, cum ex alia parte nullum jus sit in contrarium, non est, unde oriri debeat culpa, siue venialis, siue mortalis: &

certè licet à Pontio a putetur, inire Matrimonium ante pubertatem esse mortale, quod negat Sanch. b (intellige, quando initur ex b Sanc. lib. 1. de matr. d. 1. n. 5. tamen utriusque 17. n. 5. contrahere, ante septennium. Consonat in utroque dicto Leander. c

6. Dices. Qui pollens ratione sponsalia celebrat ante septennium, immò etiam post, sed ante pubertatem, potest deinde statim, ac pubertatem attigerit ex sua mera voluntate illa dissolvere, ut mox dicemus, & doct. Sanc. lib. 1. de matr. d. 1. n. 5. tunc contrahere. Probatur consequentia, quia Sponsis conceduntur ex probabili sententia oscula, & amplexus; at illicitum videtur; ipsis hæc concedi propter sponsalia, & deinde eosdem liberè eadem sponsalia posse dissolvere.

7. Respondeo, cum Aversa, e etiam ex voluntate utriusque possunt rescindi sponsalia inita inter puberes, ut infra videbimus, & tamen his eadem oscula, & amplexus conceduntur. Ergo argumentum hoc ab omnibus est dissolvendum. Dissolvi autem facile potest, quia inconveniens non est, jus osculandi tamdiu durare, quamdiu durat sponsalia, quibus rescissis, deperdatur & Jus: Sicuti durante contractu v. g. census, adest Jus in Creditore exigendi pensionem, quo tamen rescisso, & Jus exigendi rescinditur.

§. II.

Impedimenta, quibus contrahentes, fortè laborant, an irritent Sponsalia?

I. AN Titius, & Berta consanguinei, antequam obtineant dispensationem, sint habiles ad contrahenda validè sponsalia? Quod est querere, an impedimentis dirimen-

tibus affecti à validitate sponsalium repellantur, sicuti repelluntur à validitate Matrimonii? Rursus, an Antonius Voto simplici Castitatis affectus, sit aptus ad eadem contrahenda: quod est querere, an impedimentis non dirimentibus laborantes validè celebrent sponsalia?

2. Dico Primò, cum Aversa f esse proba- f Aver. loc. bilius, Titium prædictum cum Berta esse se- cit. sec. 7. cundum præsentem statum inhabilem ad initio. valorem sponsalium. Probatur, quia non potest validè se quis obligare ad illud, quod ponere ex se non potest; ergo, qui non valet propter impedimentum dirimens (quod certè ipse non potest ex se tollere) Matrimonium contrahere, nec promittere illud per sponsalia valebit.

Dixi (secundum præsentem statum) propter ea, quæ mox addam n. 5.

3. Dico Secundò, cum eodem, prædictum Antonium non posse validè sponsalia, nec Matrimonium promittere. Ratio est, quia promissio etiam jurata faciendi rem malam non obligat; unde non est vera promissio, lib. 1. de atque adeò, nec sponsalia. At Antonius Voto dicto ligatus, promitteret, per sponsalia violare Votum Castitatis: ergo, &c.

4. Hinc colligis, respectu sponsalium omnia impedimenta esse dirimentia, quia ex diversa via, altera explicata nu. 2. altera nu. 3. sponsalium promissio irrita redditur. Non sic quoad Matrimonium ipsum: nam dirimentia reddunt omnino nullum Matrimonium, at, solum impedientia non irritant matrimonium, sed inducunt dumtaxat peccatum in contrahentibus. Et quidem huius secundi generis est dictum Votum simplex Castitatis, ut suo loco explicatum est, cum de impedimentis Matrimonii est disputatum.

5. Dico Tertiò, cum G. Hurt. h quæ ha- h G. Hur. stenus diximus, hoc est, non fieri ab his im- dif. 1. de peditis vera sponsalia, & peccari ea attemptan- matr. diff. do, intelligi, si promissio referatur ad quod- 21. Initio. cunq; tempus, quo durat impedimentum, vel etiam, ut colligo ex Sanc. i si promissio ab i Sanc. lib. impedito fiat, absolute, nam tunc promissio s. matr. videtur referri ad quodeunque tempus. At di- d. 5. n. 26. co, valida fieri, & (ut idem Sanchez k notat) etiam licita, si referantur ad tempus, quo k Sanc. cessabit impedimentum, ut si quis consanguineus sic pronuntiat consanguineæ: Nunc spon- deo

deo tibi futurae Nuptias, celebranda; post obtentam dispensationem: quo pacto certe sensus est conditionatus, hoc modo: *Spondeo, si Pontifex dispensaverit.* Ratio hujus doctrinae est, quia pro illo priori tempore viger inhabilitas, & impedimentum personae, unde, & peccati radix, si pro illo tempore promittas, non verò pro posteriore.

6. Hæc autem vera sponsalia, non sunt vera, pro tempore antè obtentam dispensationem, pro eo enim tempore, cum adhuc non sit posita conditio, deficit perfectus, & absolutus consensus, qui est omnino necessarius ad quemcunque contractum; sed sunt vera post conditionem adimpletam, puta post dispensationem impetratam; quia tunc, si nihil aliud obstat, purificata jam conditione, absolutus, (saltem ex probabili sententia mox num. 9. dicenda) redditur consensus.

7. Hinc fit, ut antea, nec inducatur impedimentum publicæ honestatis (ut habetur in *a* Textu, de qua re vide Sanchez, *b* *Spons. in 6.* & apud Dianam *c*) nec concedantur oscula, & amplexus Sponsis, ut ibid. n. 38. notat *ei. nu. 22.* Sanchez, quia pro illo tempore verè Sponsi non sunt.

8. Dices. At cur hæc oscula concessimus *11. trac. 2. §. preced. n. 5.* Sponsis impuberibus, seu certe supposuimus, ut etiam cur diximus, in ipso oriri impedimentum publicæ honestatis, cum tamen pro eo tempore sint inhabiles ad Matrimonium?

9. Respondeo. Quia illi non sunt inhabiles ad sponsalia, etiam pro illo tempore, eos enim ad sponsalia admittunt Sacri Canones, ut ibi vidimus, & habet pluribus. Sanchez *d* at impeditos, de quibus nunc loquimur, Ecclesia, nec ad Matrimonium admittit, nec ad sponsalia.

Sponsalia invalida ob impedimentum, an indigeant novo consensu post Dispensationem?

10. Inquires. Obtenta dispensatione, seu ablato impedimento, statimne sine alio novo consensu, seu sine nova ratificatione, valida sunt dicta sponsalia, an requiritur novus consensus, vel ratificatio?

11. Respondeo. Celebris est de hac re, & utriusque sæpius disputata quæstio. Alii cum

Sanchez *e* & cum Pasqualigo *f* innumeros *e* Sanchez *lib. 5. matr. disp. 5. nu. 24.* citante, non requirunt novum consensum, seu ratificationem; Unde ajunt, Sponsos, post impetratam dispensationem, non posse rescilire, quia, ea habita, statim consolidantur, seu absoluta evadunt sponsalia, atque adeo obligant. Alii verò cum Sacra Rota multos citante apud Dianam *g* requirunt novum consensum, vel ratificationem. Quare, si Sponsi nollent ratificare, possent rescilire, quia antea, per hos Auctores, erant invalida ejusmodi sponsalia, cum fuerint inter inhabiles; ergo post dispensationem debent iterum celebrari, ut fiant valida: secus in sua invaliditate remanebunt.

Utramque sententiam probabilem iudico, ut iterum fusiis, cum de simili quæstione circa ipsum Matrimonium agemus, *h* *ex Tr. 4. de consensu. §. 3. 4. nu. 11.* explicabitur.

CAPUT IV.

De quibusdam pactis, quæ solent apponi in Sponsalibus?

1. **P**rimum pactum esse potest hujusmodi: *Si quis ex Sponsis recedat à Matrimonio, solvat interesse lucris cessantibus, vel damni emergentis, quod alter forte patietur ex recessu?*

Respondeo, hoc pactum esse legitimum: hæc enim non est poena appositæ sponsalibus, quam nuper rejecimus, sed debitum justitiae, & etiam, præciso pacto, refarciendum; quare, tamen si videatur aliquantulum sic violari libertas Matrimonii, tamen cum id imbibatur in natura cujuslibet contractus, atque adeo in contractu sponsalium, nihil contra allatam responsionem.

2. Secundum pactum. *Promitto, te ducere cum patre, ut parentes, vel consanguinei tui, sub poena solvendi centum aureos, eurent, ut tu Matrimonium rē ipsa mecum contrahas.*

Respondeo, pactum esse legitimum, quia sic parentes, & consanguinei solum obligantur, curare, ut fiat Matrimonium; quod (si aliud non addatur, id est, sine minis, & violentia fiat) curare possunt sine læsione libertatis, ad quod dumtaxat curandum, obligantur ex illa promissione, ut notat Sanchez *k*.

3. Tertium pactum. *Si mecum contrahas Matrimonium.*

trimonium, donabo tibi centum, secus nequaquam donabo.

Respondeo cum necessaria distinctione. Si ejusmodi pactum apponitur causa libidinis, idque confiteri, illegitimum est, & rejicitur a

lege. Si vero (ut solet communiter fieri) ad sit causa iusta, ut si fiat dotis nomine, vel ad compensandam nobilitatem, vel juventutem, vel pulchritudinem, &c. legitimum est, & approbatur Cap. c. de illis. Lege Sanchez ubi multa habes de hoc pacto, quæ etiam claudius expendit Castrop. d.

de condit. 4. Quartum pactum. Tecum contraham, si appropinquabo in cohabitare mecum in meo v. g. oppido, nec alio e. Sanchez. commigrare, promittas. Quid si addatur, sub dif. 33. & pœna solvendi centum? Respondeo, legitimum esse pactum, etiam de habitatione perpetua, d. Castrop. d. illoque teneri conjuges, sequitur Matrimo-

1. de spons. nio, nam voluntarie acceptari potest, & ex p. 10. & 11. alio capite nullam continet iniuriam. Ita e. Sanchez. lib. Sanchez, & alique. Quare si vir v. g. nollet de-

mar. d. inde pactum observare, non teneretur eum 40. Pont. sequi uxorem, & contra. Pœna autem illa sol- 11. 2. o. venderit, quia non est pœna apposta pro sponsalibus adimplendis, quam supra rejeci-

mus, sed pro prædictæ habitationis securita- 4. resp. te. Ita Averla. f. Intelligi autem semper, mō- 11. do nō adit rationabilis causa recedendi: puta

Legm. l. 5. sanitas, capitales inimicitie, & similes, nam 17. 10. p. 3. tunc cum non adit culpa, nec pœnam subire 4. unu. f. debet conjux recedens, & obligabitur alter Castrop. l. eum sequi.

1. 1. 5. 2. 1. Hic enascitur sequens difficultas. Petrus, & Berta sponsalia sine ullo ejusmodi pacto 1. 1. 1. contraxerunt, mox Petrus rogat, vel cogit

22. de sponsam, ut secum abeat in aliam regionem: 1. 1. 1. obligaturne Sponsa illum sequi? 5. V. Olla-

1. 1. 1. Respondeo, non obligari, & si Petrus dis- cedat, solvi iustè, & licitè sponsalia, etiam ju- rata à Sponsa posses, quia quamvis uxor, mō- do g. infra explicando, obligetur sequi virum,

7. de oblig. non tamen Sponsa Sponsum. Ita Averla. h. Pe- 1. 1. 1. trus vero peccabit, vel non peccabit, pro ut 1. 1. 1. vera, & sufficiens causa illum excusabit, vel 9. 3. 11. non excusabit ab ejusmodi discessu.

1. 1. 1. 6. Sed quid Juris, si nullo ejusmodi præ- cedente pacto, ineatur Matrimonium, sem- perne conjuges mutuo se debent sequi

1. 1. 1. alio commigrantes? Respondeo 1. 1. 1. de hac re infra i- dicam.

Tamburinus de Sacramento.

CAPUT V.

De Dissolutione Sponsalium.

AD octo capita reduco causas, ex qui- bus queri solet; an dissolvere sponsa- lia sine culpa quis possit, quas jam suis paragraphis explicandas aggredior.

§. I.

PRIMA CAUSA.

Mutuus Consensus.

Inter Puberes.

1. Sponsalia à puberibus contracta, etiam jurata, licitè dissoluntur mutuo, sed certè libero, & non coacto consensu, quo uterque velit à sponsalibus discedere, idque etiam si in honorem Dei per votum illa fue- rint inita, ut si quis, voto addito, pauperem desponsaverit. Ratio est, quia semper intelli- gitur factum ejusmodi Votum sub conditio- ne, Si altera pars velit, ita S. Thom. & com- munitè.

2. Quare, si quis ex Sponsis, quamvis cum peccato, recedat à sponsalibus, poterit licitè alter si velit, & ipse ex se, sine officio Iudicis, rescire. Ratio est, quia jam sic sponsalium dissolutio erit ex mutuo consensu, licitè au- tem hic alter recedat, quia in l. Textu merito

3. Dictus autem recessus à sponsalibus du- plici modo exhiberi potest. Primò, explicitè, quando scilicet quis expressis verbis negat, velle ad matrimonium procedere, & de hoc dictum est hæcenus. Potest Secundo impli- citè, & interpretativè, quando scilicet, ita se gerit Sponsus, ut facto ipso, sponsalia recusa- re censetur, & certè etiam tunc poterit reli- ctus abnuere, & sic sponsalia dissolvere.

4. Hoc implicito modo recedit quis, vel ob nimiam dilationem, vel ob profectionem in regionem aliam, de quibus sigillatim est disserendum.

Quoad dilationem, qui differt inire ma- trimonium ultra terminum, qui sortè præfi- xus fuit (nam si præfixus non fuerit, dicam mox num. 6.) censetur à sponsalibus rescire.

Ccc

Id,

Id, quod, ut explicari habeas fac, sic contracta fuisse sponsalia; *Spondemus intra annum inire matrimonium*, elabatur autem annus, nec alter è Sponsis compareat ad matrimonium celebrandum, inquiri, an statim primo die, immo primâ horâ post annum: iudicâdus hic sit, plus iusto differre; atque adeo licitum sit alteri, recedere, & sponsalia dissolvere.

5. Affirmativè responder cum S. Thoma loco citato communis opinio, & colligitur ex Sacro a Textu: ubi cum jubeatur quidam puniri, qui, relictis prioribus sponsalibus, evolavit ad aliud matrimonium, additur, nisi forsitan terminum præfixit, nec per eum stetit, quin ad præfixum terminum matrimonium consummavit. Quam decisionem adeo strictè excipit Coninck. *b* ut etiam si justam causam alter habuerit differendi, adhuc doceat, alterum posse licitè resiliire, & dissolvere sponsalia. Verum nec illam communis opinionis doctrinam indistinctè reciperem, nec huic strictæ acceptioni acquiescerem; putarè enim Primò, duos, vel tres, seu certè paucos dies) ubi aliud incommodum non apparet) non asserere dilationem plus iusto, quia communiter (nisi aliud expressum ex pacto fuerit, præfixio ejusmodi termini in re nostra, ut in similibus commerciis humanis, non intelligitur cum tanto rigore, ut pauci dies contumacem hominem reddant. Putarem Secundò, contra Coninck. Id multo magis esse, si addatur causa rationabilis differendi; tunc enim æquitas vult, ut relictus non sit adeo rigorosus, ut modicam dilationem habeat pro contumacia. Expenfis ergo, damno, vel molestia, vel periculo incontinentiæ alterius, ac necessitate, qua urgetur, qui differt, & similibus, iudicet prudens, an sit notabilis dilatio, & quidem in utroque foro. In dubio autem recurratur ad Iudicem modo mox dicendo num. 10.

6. Quod si terminus nullus præfixus est (in quo casu, ut supra diximus, celebrandum est matrimonium, quam primum sine magno incommodo potest, præsertim altero requirente) difficilius est, dignoscere; quantum temporis spatium sit expectandum, ut plus iusto longior existimetur dilatio.

7. Dico nihilominus pari modo, ac dicendum est nu. 5. sine, id esse omnibus expensis d. C. *Sicut* dijudicandum; quare licet biennium non censetur nimium à lege, & immo, nec à

quinquennium, quia tunc fortasse ex circumstantiis eo tempore præsentibus ita iudicari potuit, tamen multo minus spatium regulariter sufficiens erit, quod ut dixi, à viro prudenti singula considerante decernatur. Lege Sanc. Layman, Rebellium, Gutierrez, aliosque cit. à Castrop. *e*

8. Quoad protectionem in regionem aliam. Qui ex Sponsis alio commigrat, diuque abest à loco, ubi matrimonium erat contrahendum, renunciare præsumitur, immo facto ipso renunciat sponsalibus; nam propterea alterum à promissione, etiam rata, liberat: qui sic liberatus potest ex se sine Iudicis officio, liberè, ad alias Nuptias se convertere.

9. Sed quænam temporis diuturnitas ad hoc sufficiet, ut nimirum protectio prædicta ita longa existimetur, ut contumaciam im-
porter?

Respondeo. Lex *f* Civilis significat, non sufficere minus triennio, & alibi *g* non sufficere minus biennio: sed standum est Legi *h* Canonica, & quidem in utroque foro, quæ absolutè concedit Sponsæ, posse dissolvere sponsalia, quando alter Sponsus alio se confert, his verbis: *De illis, qui promittunt se mulieres ducturus, & postea dimittunt terram, se in partes alias transferentes, &c. librum erit mulieribus ad altera se Vota transferre.*

10. Verum adhuc urgeo, & inquiri, quod nam tempus requiritur, ut terram quis dimisisse censetur? Respondeo, id, non alio modo, cognosci posse, quam ex iisdem, vel similibus circumstantiis, quas modo diximus nu. 5. In dubio autem recurratur ad Iudicem, cujus auctoritate causa dissolviendi sponsalia definjatur; & certè prudenter munerì Iudex satisfaciens suo, si absentem Sponsam, vel Sponsam (in hoc enim sunt pares, licet Canones communiter loquantur de maribus, qui facilius alio proficisci solent) per iuramentum, quando potest, moneat, terminumque competentem præferibat, quo elapso, libera pronuncietur Sponsa, vel Sponsus.

Inter Impuberes.

11. Atque hæc de sponsalibus contractis à puberibus. At, si qui impuberes, modo supra explicato, sponsalia iniverint, non possunt, etiam mutuo consensu, ea dissolvere, dum sunt impuberes. Ita definit Sacer
Textus.

a *Exc. Si-
cuti de
sponsal.*

b *Coninck.
disp. 23.
du. 6. nu.
47.*

c *L. Si is.*

d *C. de Spōs.*

e *C. Sicut.*

f *de Spons.*

g *Castrop.
1. de Spōs.
p. 23.*

h *L. 1. C. de
Except.
L. 1. de
Sponsal.
h. Cap. de
illis de
Spons.*

a C. de il- Textus. *a* Ratio autem definitionis fuit, ne in
lis, c. d. eo infirmæ ætatis debili iudicio imprudens
mob. de De- esset mutatio. Quando tamen, quilibet ex ip-
ponsim- sis attingit pubertatem, potest valide, & licite
pub. Sanc. statim dissentire, & sic dissolvere sponsalia,
siue lib. 1. ita ut, quamvis alter, sive pervenerit, sive non
mas. d. 51. pervenerit ad pubertatem vel in sponsalibus
 persistere, tamen jam dissoluta ea omnino in
 utroque foro sint. Ita deciditur in Textibus
 citatis. Ratio autem Decisionis fuit, quia
 sponsalia impuberum, cum sint inita in ea de-
 bili ætate, non debent esse adeo firma, ut ad
 eorum dissolutionem, non sufficiat alteru-
 trius dissensus maguro, id est, pubertatis tem-
 pore habitus.

12. Dixi (*statim*) nam secus approbare vi-
 debuntur sponsalia; nisi ducatur excusatio,
 ab inadvertentia, vel ignorantia, vel bona fi-
 de, qua quis credat, se posse ex intervallo dis-
 sentire. Ita Averla *b*

b Ave. q. 13. Dixi iterum (*statim*) quod est morali
de spon- modo sumendum; ita ut ejusmodi dissensus
sal. scilicet V. valide, & licite exhiberi possit intra tres dies
Notant. ante, vel post pubertatis ætatem, ut idem ibi-
 dem notat: & merito, id enim dicitur in jure
 fieri statim, quod intra triduum fit, (nisi ta-
 men, ut ego interpretor, aliqua urgeat cir-
 cumstantia, vel negotii qualitas contrarium
 perluadeat) ita in jure, illud (*incontinenter*)

c L. Fin. de explicatur e triduo, & illud (*illico*) explicatur
Errore infra triduum, ut docent Canonistæ *e in C.*
Advocati. de illis, modo citato, notatque Mandosius, *f di-*
d L. Fin. cens statim aliquod probari, quod infra tres
Cod. de lu- dies probatur.

14. Quid si pubes contraxerit cum impu-
 bere, & Sponsus impubes perveniens ad pu-
 bertatem approbaverit sponsalia, poteritne
 dissolvere sponsalia? Respon-
 deo, non posse, quia hæc facultas valendi, se-
 cundo, ea dissolvere concessa est, dumtaxat im-
 puberi non approbanti sponsalia, quando at-
 tingit pubertatem, ut jam dictum est satis,
 non vero puberi.

15. Quod si sponsalia contracta fuerint
 ante septennium, idque ante usum rationis,
 cum irrita sint ipso jure; nec ullam obliga-
 tionem inducant, nullius consensu indigent,
 ut dissolvantur.

16. Denique, quando dicimus, impu-
 berem, cum pervenerit ad pubertatem, lici-
 te rescilire posse a sponsalibus, queri potest,
 an comprehendamus casum, quo impuberes

dicti interpolaverunt suis sponsalibus jura-
 mentum?

17. Respondeo. Sanchez *g* aliiquæ citati à *h g Sanchez. li.*
 Castropalao ajunt, non comprehendi, quare *i. matr. d.*
 tunc non posse eos licite sine mutuo consen- *51. nu. 22.*
 su a promisso matrimonio recedere. Pontius *h Castrop. d.*
 autem, quem sequitur cum aliis idem Ca- *1. de spons.*
 stropalaus *k* allerit. comprehendijarque aded *pu. 17. n. 8*
 licite posse rescilire, ac si juramentum non ad- *1 Pont. li.*
 fuisset, id, quod probabile esse, idem Sanchez *12. c. 9. n.*
 ingenue faterur.

18. Hanc posteriorem sententiam proba- *k Castrop.*
 biliorem pronuncio; quia jus, in quo funda- *n. 9.*
 tur sententia prior id clarè non decernit, & ex *l C. Ex lit.*
 alia parte, alibi dictum est, & omnes ex aliis *de spons.*
 juribus *m* docent, juramentum sequi natu- *m C. Quæ-*
 ram actus, cui adheret, nisi a jure contrarium *admedium*
 dispositum fuerit. Cum ergo sponsalia impu- *de jure su-*
 berum sint irritabilia, etiam per unum ex *mando L.*
 sponsis, qui pubertatem attingit, ejusmodi *fin. C. de*
 etiam erit juramentum illis adherens. *non nu-*
merat pec.

§. II.

SECUNDA CAUSA.

Religionis ingressus.

Ubi

DE EIUSDEM VOTO.

1. **H**ic, alterum est certum, sub controver-
 sia alterum. Certum est *n* dissolvi rite, *n* Defini-
 tur *c. 2. de* licite sponsalia per solemnem professio-
 nem Religiosam, sicuti, ut infra dicemus, ma- *Convers.*
 trimonium ratum. Et ratio valde congrua est, *conjugat.*
 quia debuit cuique relinqui facultas assumē- *o G. Hur.*
 di statum Religiosum, qui singularem conti- *dis. 2. de*
 ner status Excellentiam. Idem ergo erit, ut *matr. diff.*
 notat G. Hur. *oper vota biennii Societatis 6. inito.*
 Iesu, quæ verum Religiosum efficiant, & *p Bull.*
 post Bullam *p* Gregorii XIII. irritant Matri- *Greg. xiii.*
 monium, quod forte post illa contraheretur. *Ascenden-*
 non autem per ea biennii vota dirimi matri- *te Domie-*
 monium ratum, quamvis hoc dirimatur a so- *no.*
 lemnii Professione, infra explicabimus Tract.

7. c. 6. §. 2.
 2. Quid si prædictis sponsalibus additum
 fuit juramentum? Respondeo. Idem fore
 dicendum, quia, ut modo diximus, juramen-
 tum sequitur naturam actus, cui adheret, &
 ita te-

Ccc 2

a Cast.

disp. 1. de

sponsal. p.

16. n. 5.

quibus

inde G.

Hur. d. 2.

d. matr.

diff. 5. nu.

17.

b Ave q. 7

de Spons.

sec. 12. V.

Secundo.

ita tenet Sanch. Coninck, Pontius cum Castropalao.

Non igitur assentior Rebellio, aliisque citatis ab Aversa & dicentibus, esse obligationem, immo, nec Scoto apud eosdem dicenti, esse consilium, si prædictus, qui sponsalia juravit, procedat ad matrimonium, ut sic servet juramentum; nam deinde, inquit, antequam illud consummet, Religionem ingredi poterit, non, inquam, assentior, quia sic delusoriū actum ageret, animum habens matrimonium deferendi. Præterquam quod Sponsam deciperet, quæ nunquam matrimonium contraheret cum viro, hunc animum habenti.

3. Quando Religionis electionem concedimus dictis Sponsis, semper excipimus, modo alteri ex Sponsis non interfit matrimonium celebrari: puta, si necessarium sit matrimonium ad honorem sponsæ à te fortè cognita, & ad legitimandam prolem fortè natam, &c. sed hoc non est vi sponsalium, est enim ex vi damnorum illatorum, &c.

Ingressus in Novitium.

4. Alterum, quod controversitur est, an id non solum concedatur solemnī professioni, sed etiam ipsi ingressui in Novitium? Respondeo, Plures & æquè concedunt. Plures d.

o Sanc. l. 1.

matr. dif.

42. aliq.

apud Castrop.

d. 1.

de Spons.

p. 18. n. 1.

d. Apud

Castrop. l.

c. n. 2.

e Cum

Castrop. l. c.

n. 4.

tamen concedere, omnino renunt. 5. Sed verius, & probabilius sic distingue, & vel loquimur de eo, qui manet in sæculo; & de hoc dicito, liberum manere à sponsalibus, ac posse, si velit ad aliud Matrimonium se convertere. Ratio est, quia alter, dum Novitium ingreditur, recedit à sponsalibus; ergo, si alter etiam & ipse recedat, jam mutuo consensu erunt sponsalia dissoluta. Quod si ille fictè, id est, non cum animo profitendi ad Novitium se contulit; adhuc is, qui remanet in sæculo, poterit licitè recedere, quia in sponsalibus semper imbibitur, ut mox dicemus, consilio, nisi res sine notabiliter mutata. At per dictū fictum ingressum mutata sunt nimis manifestè res. Primum, quia Sponsa v. g. quæ remanet in sæculo, deberet expectare finem Novitii alterius. Secundò, deberet, nubere ei, qui Monachus fuit. Tertiò, deberet, nubere ei, qui illam despexit, dum per fictum ingressum eam deserere voluit.

6. Vel loquimur de eo, qui Novitium assumpsit, & de hoc dicito, quamvis licitè in-

grediatur, tamen ipsum non esse liberum absolute à sponsalibus, sed si fortè egrediatur ante professionem, debere observare promissionē datam alteri, si alteri velit. Ratio potissima, præter ceteras est, quia ingressus in Novitium non solvit sponsalia ex sui natura, cum Novitius possit egredi, & sponsalia adimplere. Neque ex jure positivo: illud enim, quod modo dixi, concedi à jure professionis, non potest extendi ad Novitium; tum quia, quæ pendet à jure positivo non possunt extendi de casu in casum; tum quia disparitas est manifesta, nam professio constituit statum perpetuum, quod non constituit Novitium.

Votum assumendi Religionem.

7. Inquires. Si professio Religiosa dissolvit sponsalia, dissolvitne etiam Votum simplex eandem assumendi?

Respondeo, cum distinctione, quæ consequitur ex dictis. Vel enim est sermo, An licitè ejusmodi Votum emittatur à Sponsis, & Ajo, licitè emitti; quia sicuti licitum est Sponsis, profiteri in Religione, ita, & illam vovere, præcise ab aliquibus circumstantiis, quæ illud inficerent, qualis esset, fuisse à Sponsa violatam, de quibus alibi f. d. 7. m. Etum est id, quod ego iterum, iterumque monere g. solco.

Vel sermo est, An eo ipso dissolvantur sponsalia: & Ajo, licet alter, qui non vovit, possit, si velit, recedere à sponsalibus, quia, ut modo in simili diximus, alter per prædictum Votum jam renunciat Matrimonio, atque adeo nunc pro dissolutione jam mutuo consensus adesse; Tamen, non eo ipso consurgeret dissolutio; Nam si is, qui Religionem vovit, in nulla fortè ex Religionibus admittatur, seu, quoquo modo à Religione liber egrediatur, debet stare initis sponsalibus, si alter, qui remanet in sæculo, sic velit. Ratio est eadem, quam modo dixi de Novitium, quia Votum prædictum, nec ex natura sua habet sponsalia dissolvere, neque ex jure Ecclesiastico: cum nullibi in jure hoc privilegium ejusmodi voto concedatur. Ità Castrop. b.

8. Quæres. Si quis vovisset Religionem assumere, ut etiam si quis vovisset ordinari in Sacris, & deinde contraheret sponsalia, validæ essent hæc sponsalia, & ad illa reverteretur, is, qui vovit?

Respon-

Respondeo. Nec valida erunt, nec ad illa tenebitur, etiam si illa jurasset, quia tunc, sponsalia subsequenter votum, sunt de re illicita. Si tamen præter dicta sponsalia intercesserit defloratio: vel quid simile, alia prorsus esset ratio, de qua ego a alibi plenè disserui.

§. III.

TERTIA CAUSA.

Ordo Sacer.

1. Posito, quod Ordinem Sacrum suscep-
tis, non est dubium sponsalia remanere
dissoluta, quia jam assumptus est status Ma-
trimonio infociabilis. Ordinem Sacrum dixi,
per Minores enim ea non dissolvi, cum illi
statum Nuptiis incompatibilem non consti-
tuant, certum est. At controversa esse potest,
an eundem Ordinem Sacrum Sponsus licitè
possit, invita Sponsa, suscipere?

Respondeo licitè, ex Pontio Layman, aliis-
que citatis à Castropalao, & ex Diana, a-
liisque, quos citat, sequiturque Averſa. Ratio
est, ajunt, quia etiam status, quem affert
Ordo Sacer est admodum perfectus, & statui
Religioso æquipollens. Sed illicite ex Sancti
Coninck Rebellio, Castropalao eos ibidem
citante, quibus adde Gaspar d' Hurtadum. Ra-
tio est, inquit, quia Ordini Sacro, tametsi
perfectum certè statum vivendi is contineat,
non conceditur à jure, sponsalia dirimere,
cum è contra statui Religioso, propter ejus pe-
culiarem, singularemque perfectionem, id
concedatur in supradicto Textu.

Utraque sententia sua probabilitate non
c caret.

Votum assumendi Ordines Sacros.

2. Quid de Voto assumendi Ordines Sa-
cros? Respondeo. Si Votum fuerit emissum
ante sponsalia jam modo dixi, si vero postea,
allati Doctores non præced. cum Pontio, &
Layman consequenter dicent, & quidem pro-
babiliter, ejusmodi Votum licitè emitti à
Sponsis, & debere ab iisdem observari, & per
illud eodem modo dissolvi sponsalia, quo
ibidem num. 7. diximus de Voto ingrediendi
in Religionem. At verò Doctores eodem nu-
mero præced. allati cum Sancti. & Castrop. g.

consequenter, & item probabiliter, docebunt,
illicite emitti: unde illud non acceptari à
Deo, nec per illud dissolvi sponsalia. Ratio ut-
riusque sententiæ est, quia cum prior conce-
dat licitè dissolvi sponsalia per ipsum Ordinem
Sacrum, licitè etiam concedet per ejus
Votum; cum verò posterior neget id Ordini
Sacro, negabit etiam ejus Voto.

3. Gaspar d' Hurtadus ait, etiam in hac h. G. Hurt.
sententia posteriori, mortua uxore, debere loc. cit.
Sponsum suscipere Ordines ad observandum
Votum, quod non potuit tempore vitæ uxoris
adiungere; Sed est distinguendum. Si enim
vovit suscipere Ordines pro tempore, quo
fortè superviveret uxori, obligatur, ut in simili
dicam non multò post; quia sic promissum
Votum est de re bona; At si promittit absolute
pro omni tempore, cum Votum sit de re mala,
Votum non substat, quia in hac sententia fit
contra Jus Sponsæ, atque adeò nunquam
obligare poterit.

§. IV.

QUARTA CAUSA.

Votum simplex Castitatis, seu Celibatus.

1. Assero Primò, probabile esse per Vo-
tum simplex Castitatis, seu Celibatus
post sponsalia emissum dissolvi ex utraque
parte sponsalia, & illud licitè emitti ab altero
ex Sponsis, etiam altero renuente. Ita docent
plerique cum Averſa. Ratio est, inquit,
quia per ejusmodi Votum assumit quis sta-
tum, valde perfectum, & Deo gratum quo
eidem Deo se illi offert: sicuti (quavis per-
fectione modo) facit is, qui se dedicat Deo per
professionem Religiosam.

2. Moneo autem, hanc sententiam habere
locum in foro conscientie tantum, nam in
foro externo quis Judex credit, revere ob
Votum simplex Castitatis sponsalia deferere.

3. Moneo item, habere locum in vero Vo-
to facto ob cultum Dei, seu animæ salutem,
secus, si ob odium Sponsæ, vel quid simile;
tunc enim non esset Votum, ut alibi explica-
tur, cum disputatur de Voto.

4. Atque has duas monitiones habere de-
bere etiam locum in præcedentibus Votis as-
sumendi Religionem, vel Ordinem Sacrum,
jam vides.

Cce 3;

§. Affe-

5. Aliero Secundò, probabile item esse, illicitè, & invalidè emitti, ejusmodi Votum Castitatis, seu Cœlibatus post sponsalia, undè per illud ea nequaquam dissolvi.

Ratio hujus probabilitatis est, quia non sufficit quæcunque perfectio operis ad tollendam obligationem Justitiæ, qualis invenitur in sponsalibus, sed id debet in jure concedi, seu declarari ab Ecclesia. Cum igitur videamus, id certò Ecclesiam concessisse professioni Religiosæ, & consequenter ejus Voto, Voto autem simplici Castitatis, id clarè concessisse non videamus, consequenter dicimus, hoc Votum ejusmodi prærogativa carere. Dixi, clarè, nam Textus *In c. veniens. Qui Clerici, vel voventes*, quem inducunt Doctores a allati num. 2. profectò apertè non loquitur, ut Castrop. b expendit.

a Less.
Laym.

Sanch. a-
liique ap.

Ave. l. c.

Alii apud

Castrop. l.

c. p. 20. n. 6

b Castrop.

loc. cit. n. 5.

6. Ex priore sententia sequitur, Sponsum emittentem post sponsalia hoc Votum, remanere, liberum ab illis, ipsaque sponsalia esse prorsus dissoluta, atque adeò alterum Sponsum, qui Votum non emisit, posse licitè, & validè aliàs Nuptias sibi procurare.

7. Ex posteriore verò sequitur, ejusmodi Sponsum non remanere liberum à sponsalibus, debere procedere ad Matrimonium, si alter velit, sponsaliaque ipsa non fuisse dissoluta Lege Castrop. qui advenit, hunc post Matrimonium reddere posse debitum, sed non petere, & obligari ad petendam dispensationem, ne permaneat in periculo continuo incontinentiæ.

8. Ex iis sententiis, elige quam mavis, modo advertas hæc dicta esse, præcendendo ab alio damno. Nam, si copulam quis v. gr. à Sponsa habuit, immò à quacunque cum promissione Matrimonii, sanè is, nec per simile Votum Castitatis antecedens, nec per consequens promissionem Matrimonii poterit à Nuptiis liberari, Sponsa nolente, sed de hac re dixi latè alibi. c

c Lib. 7.

Decal. c. 5.

§. 3. à nu.

34.

9. Denique Cajetanus indicat, etiam per merum propositum servandi Castitatem, seu vitam cœlibem, dissolvi licitè posse sponsalia, ita, ut, solo amore castè vivendi, possit Sponsus, vel Sponsa recusare Nuptias promissas. Sed non est à nobis audiendus, sicuti non d Ave. l. c. auditur ab Averla, d Nam ejusmodi propositum, non inducit statim impossibile cum Matrimonio, & tanta concessio à nullo jure illi facta esse probatur, & denique obli-

d Ave. l. c.

V. Septimo

demum.

gatio orta ex Justitia, quæ invenitur in sponsalibus, vinciri non potest à proposito exerecanda cujuslibet virtutis, ad quam quis non obligatur.

§. V.

QUINTA CAUSA.

Matrimonium, vel Sponsalia cum alio contracta.

1. Certum est Primò, quando alter ex Sponsis Matrimonium de præsentibus cum alio contrahit (sanè cum peccato, quia, ut supponimus fidem sine causa sufficienti alteri datam frangit) valere Matrimonium, dissolutaque esse illa priora sponsalia, quamvis jurata, licitèque alterum posse sibi de alio conjugè providere. Ratio est clara, quia sponsalia priora non sunt impedimentum dirimens, cum tamen Matrimonium jam actu consistens (nam mortuo conjugè, an obligetur hic redire ad prima sponsalia dicam a numero 4.) dirimat aliud Matrimonium, cum illud reddat impossibile.

Quod si dictum Matrimonium, post prædicta sponsalia initum, fuisset nullum, quia v. gr. contractum fuisset cum consanguinea, tunc certè illa non dissolverentur. Quare qui dictum Matrimonium attentavit, redire cogitur ad Sponsam, licet hæc non obligetur illum admittere, quia potest uti jure suo non servandi fidem illi, qui prius fidem frangere voluit.

2. Certum est Secundo, sponsalia posteriora inita etiam cum juramento post sponsalia priora, esse ex se nulla. Ratio est, quia posteriora sunt illicita; ergo non obligantia, atque adeò nulla. Adde, in pari casu debere prævalere priorem promissionem, utpote, tempore, præcedentem, juxta vulgatum jus. *Qui prior est tempore, prior est jure.* Non ita in Matrimonio; illud enim, quamvis post sponsalia cum alio inita, contrahatur, est validum, atque adeò, cum Matrimonium sit vinculum indissolubile, semper tale remanebit, & sic semper excludit quæcunque sponsalia cum aliis.

Hæc sunt facilia, & quibusque obvia, supersunt tamen difficultates sequentes.

PRIMA

PRIMA DIFFICULTAS.

An Sponsalia reviviscant?

3. Titius Sponsus Bertæ, Bertam deserens contraxit Matrimonium de præfenti cum Antonia. Post duos annos Antonia excessit à vita (idem esset, si legitime professionem emisisset) Bertæ autem Titium compellit ad Matrimonium sibi ante duos annos promissum, obligabiturne, saltem in foro conscientie Titius illam ducere?

a. Sanch. d. 1. matr. d. 48. nu. 3. aliquo ap. Cast. l. 1. mox citatur d. b. Castrop. de spons. d. 1. p. 21. ita.

Respondeo. Non obligari, docet Sanch. a. obligari, docet Castropalaus. b. Ratio Sanchez potissima est, quia, ut habent jura, & obligatio semel extincta non reviviscit: At jam illa sponsalia per Matrimonium cum alia contractum extincta fuere; ergo, &c. Adde, adesse aliquos Sacros Textus pro hac sententia.

4. Confirmat Castropalaus sic. Si equum Petro promittas, vel vendas, qua promissione, vel venditione non obstante, Francisco eundem equum venderes, & traderes, Francisco equus erit, ut deciditur in d. jure; At si Franciscus equum tibi reddiderit, cui dubium erit, te obligatum esse Petro equum reddere, & priorem promissionem, & venditionem exequi, siquidem id facere potes; ergo ita in casu nostro.

5. Confirmari item potest alio exemplo, cui Sanch. l. c. pace tanti viri, valde frigide respondet. Sic enim argumentor: Is, qui vovit Castitatem, & deinde ducit uxorem, hac mortua, debet redire ad Votum promissum, ut omnes docent. Ergo pari modo, mortuo conjugē debet redire ad sponsalia antea rite promissa. Huic argumento, respondet Sanchez a. Serendo disparitatem, quia nimirum votum Castitatis est diversæ rationis à Matrimonio; at sponsalia, & Matrimonium non sunt rationis diversæ, unde non est mirum (ait) si hic extinguantur per Matrimonium sponsalia, ibi verò votum suspendatur dumtaxat. Ve-

rum, ut dixi, satis frigida est responsio. Quid enim ad rem hanc operari plus potest diversitas, vel identitas illa, si utrobique urget antea facta promissio?

6. Hæc sententia Castropalai, mihi magis animo sedet, illam Sanchez propter ejus, & plurium aliorum auctoritatem, non possum non vocare probabilem. Ad Textus, qui contra Castropalaum afferuntur numero 3. dic, per eos solum definiti, contrahentem cum aliqua Matrimonium de præfenti non posse ab illa separari, ut priori Sponsæ nubat, quod certum esse jam dixi numero 1. At verò, an per dictum Matrimonium solvantur sponsalia antea celebrata, an potius suspendantur, nihil jura definiunt.

SECUNDA DIFFICULTAS.

Quæ Sponsalia præferuntur, priora sine copula, an posteriora cum copula?

7. Cajus Catharinam desponsavit, mox per secunda sponsalia, utique cum peccato, promissit Nuptias Bertæ penitus insciæ priorum sponsalium, eamque sub hac promissione cognovit; & quia res occulta nequaquam fuit, ad Judicem confugiens utraque mulier, sibi exposcebat pro viro Cajum: quam ergo in utroque foro Cajus ducere obligabitur, præsertim nunc post Tridentinum?

8. Dixi (Bertæ penitus insciæ) nam, si scivisset, cum sic fuisset in culpa, non esset in utroque foro Bertæ ullatenus audienda. Dixi item (post Tridentinum) nam antea (immo, & nunc ubi Tridentinum non est promulgatum) sponsalia per copulam transibant in Matrimonium de præfenti. Quare tunc hic casus coincideret cum præcedente allato numero 1.

9. Sed jam Respondeo ad casum propositum. Pontius, & alii, quos citat, & excipit Pont. l. 12. matr. Castropal. fluctinant, solvi priora sponsalia, idque propter damnum illatum posteriori Sponsæ, ob habitam cum Sponsō copulam, quod damnum reparari non potest, nisi per subsequens Matrimonium. Quare in hac sententia Cajus est Bertæ concedendus, nisi forte idem Cajus Catharinam cognovisset; tunc enim prævalere non est dubium priora sponsalia.

10. San

a Sanch. li. 1. matr. d. 49.
b Aversa l. c. V. Sex. 10.
 10. Sanchez a verò, & Aversa b alios citantes docent non dissolvi, adeoque Cajum in quocunque foro esse Catharinæ reddendum. Ratio est, quia jus prioris sponsaliti, ne unguem quidem, diminui potuit per secundam sponsalia injustè inita, & prorsus nulla, unde impedimentum publicæ honestatis non parientia. Cajus ergo alio modo, augendo dotem, consulat Bertæ.

c Dian. p. 11. tr. 2. res. 70.
 11. Illud faterur hæc sententia posterior, si fortè magnum periculum imminet Bertæ, Catharinæ vero nullum, vel leve damnum ex privatione conjugii cum Cajo, tunc per accidens prævalituram conditionem Bertæ, quatenus, ob charitatem, Catharina debeat priora sponsalia remittere, ut à damno tam gravi Bertæ liberetur. Atque hanc solam doctrinam fortasse admittit Diana, & si attentè legatur, quamvis, multis citatis, videatur esse in priori sententia.

d Lib. 7. in Decal. c. 5. §. 3. nu. 35.
 12. Objicis contra hanc posteriorem sententiam Sanch. Diximus a alibi cum commutante sententia, si quis post Votum simplex Castitatis Deo promissum violavit honestam puellam sub promissione Matrimonii, debere postponere Votum, & puellam ducere. Ergo multò magis idem debet quis in simili violatione facere post sponsalia homini promissa.

13. Respondeo, disparitatem ibidem à me insinuatam fuisse, nam Votum cum obliget ex virtute Religionis, circa Deum, qui non est tam rigidus exactor, ut homo, quique benigne judicatur suum jus remittere in concurrentia juris justitiæ, quod est homini servandum, non adeò urget, ut promissio facta homini, qui non facit suum jus remittere presumitur, quare hæc semper urget fortius. Alias Responsiones lege apud Aversam citatum.

14. Objicies iterum cum Castropalao loco cit. contra hanc eandem sententiam Sanchez. Si equum Petro liberaliter promissum vendas Joanni, pretio accepto, & consumpto, equum Joanni tradere obligaris, *Argum. l. Quoties c. de re vindic.* Ubi res solum vendita uni, sed alteri, & vendita, & tradita, huic debetur. At per priora sponsalia te in Matrimonium promissisti, per secundam vero te quasi vendidisti recepto pretio copulæ; quin immò, & tradidisti te, seu corpus tuum, si non, quoad dominium, saltem quoad usum. Ergo

hæc secunda sponsalia exequi debes, non priora.

15. Respondeo, falsum est; priora sponsalia comparari posse promissioni liberali dædando v. gr. equo; quamvis enim ea habuerint initium à libera voluntate; tamen cum sint onerosa, sanè obligantia sunt, & merè liberalia non sunt, posita repromissione alterius. Falsum item nihil pretii recepisse Sponsum in prioribus Sponsalibus, ut videtur supponere Castropalaus; recepit enim repromissionem, quasi pretium suæ promissionis. Falsum denique, se Sponsum quasi vendidisse, recepta copula, quasi recepto pretio; non enim potuit seipsum, quasi vendere huic, si antè, se, quasi vendiderat, seu, ut ita loquar, se inceperat vendere alteri. Neque faver præterea huic venditioni, Sponsum tradidisse usum sui corporis; cum enim id fuerit contra jus prioris Sponsæ, nihil absolute suum tradidit, at verè tuum equum tu Joanni tradidisti in exemplo adducto. Traditio igitur illius usus corporis nullam legitimam possessionem peperit, æquè, ac non conlucit possessio legitima, quando quis rem furto oblatam, etiam accepto pretio, alteri vendit, & tradit.

16. Ex dictis posterior, hoc est, Sanchez sententia est absolute præferenda. Verum, si posterior Sponsa copulam passâ pareretur grave damnum, prior verò nullum, vel satis leve, rediret doctrina modo data num. 11.

TERTIA DIFFICULTAS.

An aliquando valeant secunda sponsalia?

17. Franciscus sponsalia legitime inivit cum Antonia, deinde alia nova inivit cum Bertæ, sanè cum peccato. Sed quid deinde consecutum est? obiit Antonia, seu Religionem professâ est, seu libere, & volens recessit a sponsalibus, & Franciscus interrogavit Theologos, an obligaretur ex vi prædictorum sponsalium posteriorum, quamvis cum peccato initorum, Bertam ducere?

18. Responder Rebilius, & Franciscum obligari Bertam ducere, quia nova illa sponsalia, licet non valuerint eo modo, quo facta sunt, valuerunt tamen eo modo, quo valere potuerunt, juxta illud juris vulgatum: *Actus, qui non valet eo modo, quo fit, valet eo modo, quo potest*, ut supra f. diximus. At jam mortua

priore Sponsa, potest valere, & effectum suum consequi posterior facta promissio; ergo debet.

19. Verum respondent alii cum Castropalao, non obligari, etiam si iuramentum adhibitum fuerit, quia illa nova sponsalia nullo modo valuerunt. Quare non possunt deinde fieri valida solum ob mortem, vel mutationem prioris Sponsæ, juxta illud non minus vulgatum juris. *Quod ab initio fuit invalidum, tractatu temporis non convalescit.*

20. Ad jus allatum à Rebello respondet hæc Castropalai sententia, illud esse verum, quando actus, dum sit, partim potest valere, partim non ita: nam tunc valebit secundum id, quod valere potest. At in casu nostro nullo modo, ne in parte quidem valida sunt illa sponsalia absolute facta.

21. Posterior sententia ex dictis, cum in illa convenient, Sanchez, & Pontius, alias oppositi, magnum signum habet, quod vera sit, & à nobis omnino excipienda.

22. Adverte tamen illud (absolute) quod modo dixi, nam, si nova sponsalia addita conditione, sic Franciscus iniisset: *Ego promitto tibi Berta conjugium, si foris Catharina mea Sponsa moriatur, seu remittat promissionem illi à me factam, seu Promitto tibi Berta conjugium pro tempore, quo legitime ero solutus à sponsalibus à me cum alia factis.* Si, inquam, sic sponsalia hæc nova iniisset, valida fuisset promissio, & tunc, mortua, vel animo mutata Catharina, obligaretur Franciscus ad ducendam Bertam, quia, si tunc ejusmodi intentionem habuit Franciscus, valide contraxit pro tempore illo futuro.

23. Quid, si esset, omnibus expensis, dubium, an Franciscus habuerit intentionem hanc?

Respondeo. Aversa loco citato ait, Franciscum debere præsumi, illam habuisse, atque adeo obligari ad ducendam Bertam; si enim præsumeretur non habuisse, præsumeretur delictum injustitiæ contra priorem Sponsam commississe: at in jure delictum nunquam præsumitur, nisi certo constet.

24. Verum, esto, nolim, nec possim præsumere Francisci delictum, & esto, sic debeat in judicio pronuntiare Judex, qui animum internum non videt, adhuc tamen *Tamburinus de Sacramentis.*

dubium remanet, an re vera Franciscus se obligaverit Bertæ, necne, & sic dubitatur de ipsa substantia obligationis, seu promissionis obligantis. Quare recurrit quaestio, an pro foro conscientiae debeat prævalere certa libertas Francisci contra dubiam promissionem? Sed id in simili dictum à nobis est paulo ante.

b Sup. c. 1.
§. 4. n. 10.

QUARTA DIFFICULTAS.

Sponsalia inter impeditos sub conditione, si Papa dispensaverit, An prævalent posterioribus inita inter non impeditos?

25. Cæsar sciens Lucretiam sibi esse consanguineam, eam, nullo designato tempore, desponsavit sub conditione, *si Summus Pontifex dispensaverit.* Interim, antequam dispensatio expedita fuerit, nova sponsalia cum Berta nullo affecta impedimento contraxit. Obtena jam dispensatione, poteritne Cæsar Bertam potius (ut optat) ducere, quam Lucretiam?

26. Respondeo, mihi certum esse cum Diana, e posse, supponendo non adfuisse novum consensum in Cæsare post dispensationem impetratam. Ratio est, quia illa priora sponsalia nulla prorsus fuere, atque adeo posteriora fuerunt valida, & hujus ulterior ratio est, quia jus omnino prohibet sponsalia inter ejusmodi impeditos; sed ante impletam conditionem sunt impediti, ergo, &c. Adde, in re, quæ per leges eximitur à commercio humano, & ex facto, quod à jure improbat, nullam oriri posse obligationem, Ergo ex d. l. *Inter promissionem facta Matrimonii*, quod improbat inter consanguineos, non potest oriri obligatio pro tempore ante obtentam dispensationem, de quo loquimur, ergo illa promissio Cæsaris, & Lucretiæ nulla fuit, & consequenter valida illa ejusdem Cæsaris, & Bertæ.

27. Quid si posteriora sponsalia cum Berta contracta fuissent post dispensationem jam expeditam?

Respondeo, esse distinguendum juxta superius dicta; Si enim sustineas, statim, obtena dispensatione sine novo consensu, valida esse sponsalia illa facta sub spe, seu conditione

D d d tione

tionem Dispensationis, Sponsalia Caesaris, & Lucretiae erunt, (habita dispensatione) statim valida, & observanda. Si vero sustineas, obtenta dispensatione, non statim convalescere Sponsalia, sed requiri novum consensum, seu ratificationem, quam in casu nostro supponimus, nequaquam adfuisse, remanent sponsalia priora cum Lucretia invalida, unde valida erunt posteriora cum Berta, atque haec custodienda. Nos vero, quia utramque sententiam probabilem judicavimus loco citato, & iterum judicabimus infra, ideo breviter dicimus, si sponsalia cum Berta fuerunt, ante impetratam pro Lucretia dispensationem, contracta, Bertam fore uxorem Caesaris, qui est casus allatus numero 25. Si vero fuerunt inita post obtentam dictam dispensationem, qui est casus allatus hoc numero 27. dicimus esse probabile, quod Berta à conjugio Caesaris sit repellenda, & quod Lucretia sit ad ejusdem conjugium advocanda, sed est item probabile contrarium, ut patet ex dictis: Advertendo semper, debere refarci damna, si, quae facta sunt à Caesare Sponsae relictæ, & præsciindendo à copula, de qua jam modo dictum est.

§. VI.

SEXTA CAUSA.

Alterius, vel utriusque Fornicatio.

1. **S**I Sponsa, vel Sponsus (in hoc enim ut & in obligationibus Matrimonii, sunt partes) fornicetur cum alio, statim innocens, etiam si Sponsalia juraverit, potest ab ipsis recedere, ut deciditur Cap. 6. *Quemadmodum*, & patet; Quæ enim est major fidei fractio, ob quam omnes concedimus, posse à sponsalibus recedere, si hæc non est? Dixi (innocens:) Nam, qui delictum commisit, debet ex parte sua obligationem adimplere, si alter velit, ne scilicet ex sua iniquitate lucrum reportet.

2. Quid, si Sponsa verè per vim pateretur fornicationem, quem esse casum rarissimum dixi alibi? *Respondeo*, posse adhuc Sponsum eam deserere, non quidem ob fractam fidem, quam in hoc casu non adfuisse, supponimus, sed quia Sponsa, etiam per vim violata, vilis no-

tabiliter efficitur, & probo vertitur viro, feminam sic violatam ducere, idque cum periculo fortè alienam prolem alendi.

3. Dictum est (Sponsa) nam ex communiori sententia Sanchez, d. Pontii, & aliorum, non id concedimus, si Sponsus ex violentia cogatur aliquam cognoscere (si tamen virum posse invicem ad hoc cogi, possibile sit, quod mihi, & Toletio creditum est difficile) nam tunc, nec Sponsus fidem frangeret, cum ageret coactus, nec probrosum esset mulieri eum ducere, cum virum aliquam cognovisset, dedecus secundum hominum existimationem non sit. Non ita, si idem Sponsus cogatur sodomitice pati, nam tunc, quia dedecus esset mulieri, ejusmodi virum pro suo habere, ideo judicat Castropalao, sub hac solam rationem, posse Sponsam illum talia passum ab se repellere; id, quod ego limitarem, quando res non est occulta, ut etiam in similibus (quando caput ducitur solum à ratione dedecoris) dicendum est.

4. Quod dictum est de fornicatione, extenditur Primò ad oscula, tactusque impudicos; per hæc enim, maxime, si sint frequentia, etiam fides frangitur, cum Sponsi promiserint Matrimonium, & omnia, quæ ad illud consequuntur.

5. Extenditur Secundò, ad fornicationem spirituales, id est, ad hæresim. Alter enim potest recedere, si novit alterum in hæresim incidisse: quod dictum limitat Castropalaus, quando periculosum est Sponso innocenti, habitare cum hæretico, & quando sumus in loco, ubi delictum hæresis reddit hominem infamem, ut in Hispania, aliisque Catholicis Regnis. Equidem hanc limitationem, nec apud Sanchez, nec passim alios lego, & profectò, etiam in Regionibus Hæreticorum non condemnarem, sed commendarem potius Sponsam, quæ nollit progredi ad Matrimonium ejus Sponsi, qui hæresim post Sponsalia amplectitur; nimis enim grave est cogi Catholicam, ad nubendum homini diveris, & quidem falsæ Religionis, quem tamen ipsa Catholicum in sponsalibus elegerat.

6. Inquires. Fornicantibus utrisque, id est, Sponsa cum alio viro, Sponso autem cum muliere alia, possuntne utrique ad libitum à Sponsalibus resilire?

Respondeo. Communis opinio cum Sanchez, & cum Pontio, Coninck, Layman, d. 55. n. 3. Gut-

a Inf. Tr. 4
de consen-
su c. 7. §. 3.

b Cap.
Quemad-
modum de
jure ju-
rando.

c L. 7. in
Dec. c. 6. §.
2. nu. 5.
Sanch. lib.
1. matr. d.
55. nu. 3.

d Pontii
nu. 3.

e Toletio
c. 10.

f Castrop.
l. 1. nu.
c. 1. nu. 6.

g Castrop.
l. 1. de
nu. 11.

h Sanchez
loc. cit.

i Sanchez
d. 55. n. 3.
Gut-

§. VII.

SEPTIMA CAUSA.

Impedimentum superveniens.

1. **I**mpedimenta non dirimentia Matrimonium, quantum facit ad præsens institutum, hodie sunt (ut supra g dixi) Votum Religionis, Votum Sacerdotii, Votum Castitatis, Votum Cœlibatus; De his ergo non dirimentibus, cum jam paulò h ante dixerimus, qua ratione se habeant in sponsalibus, superest hic solum agere de impedimentis dirimentibus, quomodo scilicet, & quatenus ali- quod impedimentum dirimens superveniens sponsalibus, illa dissolvat, id quod figura- tione sequentis casus dilucidius explicabitur.

2. Antonius sponsalia promissit Mariæ, verum non multò post cognovit Agatham Mariæ Sororem, unde (ut scimus omnes) affinitatem ex copula carnali fornicaria dictus Antonius contraxit cum eadem sua Sponsa Maria, quæ affinitas, cum sit impedimentum dirimens, in causa est, ut non possit procedi ad Matrimonium de præsentia, nisi prius obtineatur à Summo Pontifice dispensatio.

3. Porro circa hunc casum, & similes, quando culpa alterius ex Sponsis supervenit quomodocunque aliud impedimentum dirimens, tria resolvenda se offerunt, quæ jam, tribus assertionibus, resolvo.

4. Affero Priò, Mariam esse liberam à sponsalibus, posse rejicere Antonium, etiam si se offerat ad obtinendam dispensationem, 8. de spon- immò etiam si dispensationem obtentam exhibeat. Ratio (præter fornicationem, quæ in hoc peculiari casu intervenit, quam esse causam sufficientem, ut innocens resiliat à Spon- salibus, nuper diximus) est, quia apponens im- pedimentum dirimens, fecit, quantum est ex se, Matrimonium jure impossibile, ergo suffi- cienter dedit causam alteri, resiliendi, & vo- lendi, se conformare Juri Matrimonium pro- hibenti.

5. Affero Secundò, Antonium non esse liberum à Sponsalibus; Unde, volente, ce præter Maria, obligari ad procurandam dispen- sationem.

Ddd 2

fatio-

Gutierrez apud Castropalaum, a quibus ad- de Dianam, b & quidem satis probabiliter, distinguit; concedit enim Sponsum posse, non verò Sponsam, quia quod Sponsa violata ab aliquo fuerint, maximum est dedecus, nò autem, quod Sponsus aliquam violaverit, ut modo diximus numero 3. Quare adinvicem compensari injuriæ nequaquam possunt. Sed Castropalaus, c & quidem ex mea sententia probabilius, ne dicam verius, ad quod etiam propender Aversa, d putat posse utroque æ- què resiliere; Sponsum, propter rationem jam dictam, Sponsam verò, quia, etiam si ipsa for- nicata fuerit, non propterea tollitur, quod vir per suam fornicationem fidem fregit Spon- se; Sicuti propter similem rationem, quam- vis dedecus non sit uxori, si ejus vir aliam cognoscat, tamen ipsa, solum, quia sic datam fidem vir frangit, divertere potest, ut ex certa, & communi doctrina habet ipse Sanchez, e & nos infra suo loco dicemus. Non ergo ex capite dedecoris, quod exclusimus dicto nu- mero 3. sed ex capite fractionis fidei, quæ hic adest.

7. Instas. Quando, tum uxor, tum vir adulteratur nemo potest divertere, quia, ut ha- bet Textus, f paria delicta mutua compensa- tione abolentur. Ergo, neque Sponsi, quamvis utrique fornicantes, poterunt à sponsalibus divertere?

8. Respondeo. Huic paritati debent etiam Auctores communis sententiæ respondere, nam probat, ne à Sponso quidem fornicante posse dimitti Sponsam similiter delinquentem; compensantur enim delicta. Disparitas igitur est, quia cum Matrimonium sit ex se indissolubile, quodlibet caput impediendi ejus separationem, sufficere debuit, quale nunc est compensatio adulteriorum; At pro sponsalibus, quæ ob quamlibet mutationem dissolvi possunt, non cogimur similem com- pensationem injuriarum inducere, sed conce- dere debemus utrique Sponso, ut fidem sibi fractam vindicare possit per separationem, quæ facillè, etiam ob alias rationabiles causas concedi solet Sponsis. Ita responder Sanchez,

Layman, Guttier. cit. quamvis nobis contrarii, ita igitur, & nos.

sationem, & ad Matrimonium de presenti celebrandum. Ratio est, quia, ut superius sæpè diximus, æquum non est, ut liberetur à data fide is, qui delictum commisit: Nam, sic, ex iniquitate lucrum reportaret. Aversa autem ait, dictum Antonium (præscindendo ab alio damno Mariæ) posse, velle se conformari juri prohibenti; sed ei non acquiesco, propter rationem dictam, & quia de jure naturæ est, ut, qui causa est impediendi, circa illud, quod ipse promittit, tollere ipsum debeat, quo ablato, jam non erit difformis juri prohibenti.

6. Affero Tertiò, dispensationem prædictam esse procurandam expensis Antonii, & nullo modo Mariæ: patet, quia solum ipse, & quidem injustè, fuit causa, ob quam necessariò illa dispensatio procuranda esset. Ita Doctores citati.

7. Sed ecce celestis difficultas. Si magnis expensis hæc dispensatio sit impetranda, adhucne obligabitur ad illam procurandam Antonius nocens?

Respondeo. Non obligari, putat Fillucc. Sanchez, Coninck, quos citat, sequiturque Gaspar b Hurtadus. Ratio est, inquit, quia obligatio orta ex sponsalibus solum urget Sponsum, ad ponenda media ordinaria, & non valde difficilia, quibus impleri possit Matrimonium, non verò extraordinaria, & difficilia. Excipiunt, & meritiò, nisi sponsa fuerit spe Matrimonii violata, unde damnum pateretur, vel infamiam, si non sequeretur Matrimonium; nam tunc, sine dubio, nullis sumptibus parcere debet, pro dispensatione impetranda, Sponsus.

8. Obligari Antonium semper, etiam magnis sumptibus, contendit cum Petro Ledesma, & Ochagavia Castropalaus, d non quidem ex vi sponsalium, ex quibus rectè dixerunt prædicti Doctores, non obligari Sponsum, nisi ad media ordinaria (nam propterea Sponsus ex sola lege sponsalium teneretur dumtaxat procurare dispensationem mediocribus sumptibus, exemplo ducto ab eo, qui post Votum Castitatis Matrimonium contrahit; non enim obligatur ante consummationem Matrimonii ingredi Religionem, in qua possit servare castitatem; quia hoc est remedium extraordinarium, & nimis durum sufficiunt alia de quibus alibi) non inquam, ex vi sponsalium, sed ex vi, seu ratione damni-

ficationis, ejus, contra Sponsæ Jus, causa fuit per suum delictum Antonius.

9. Hanc decisionem Castropalai. Ego verissimam judico; ita ut contrariam ne probabilem quidem vocare velim, quia non video cur, qui causa est damni contra justitiam, non sit obligatus illud quantum potest, refarcire. Inquiri enim a se si me injustè impedires à consequutione Beneficii, ad quod ego jus habeo per electionem mihi legitime factam, nonne deberes, quacunque impensa, illud impedimentum tollere, si posses?

10. Illud tamen hujus decisionis rigorem aliquantulum mitigabit, quod notat Gaspar e Hurtad. his verbis: *Is, qui fuit causa impedi-* c G. Hurt. *menti, tenetur ad procurandam dispensationem, loc. cit. quando dans causam impediendi advertebat, impedimentum contrahi, quia tunc liberè dedit causam damno exorto ex impedimento: damnsificationi autem libera, & humane satisfaciendum est: At quando tunc non advertebat impedimentum contrahi, non tenetur; quia tunc liberè non damnsificavit, damnsificationi autem, quando non liberè fit, non est necessariò satisfaciendum. Hæc ille: unde cum sæpissimè non advertatur, frequentissima erit excusatio.*

11. Eundem rigorem mitigabit, etiam illud. Nam si forte tot, tantæque deberent esse expensæ, ut si ea fierent, caderet notabiliter à suo statu Antonius, excusaretur ab illis. Rursus, si comparatione damni, quod patitur Maria, nimis exorbitans deberet esse damnum expensarum, quod deberet pati Antonius, posset differri ad melius tempus procuratio dispensationis, vel conveniri cum Maria, ut remittat, quæ certè non debet esse difficilis, quia Justitia non adversatur Caritati, & rectæ rationi; hæc autem dicant, non debere dominum velle rem suam cum tanto rigore, sibi restitui, ut damnum aliud intolerabile debitori inferatur. Id, quod ego in simili notavi libro 8. in Decal. f.

f Lib. 8.
Decal. 7.
4. c. 1. 1.
num. 4.

a Aversa
l. c.

b G. Hurt.
di. 2. de
matr. diff.
12.

c Castrop.
l. c. m. 4.

d Castrop.
l. c. n. 4.

§. VIII.

OCTAVA CAUSA.

Superveniens mutatio notabilis in Sponsis.

1. **EX** Doctrina illa universali, quod promissio intelligitur semper fieri, rebus in eodem statu permanentibus; fit, ut, si contrahens Sponsalibus mutatio notabilis superveniat in altero ex Sponsis, ipsa, etiam jurata, non obligent. Ea autem consuevit accidere in bonis, vel corporis, vel animæ, vel fortunæ, consuevit, inquam, nam cæterum hæc Regula generalis datur à Doctoribus apud *a. Coninck* *Conin. a* Ut quoties, initis jam sponsalibus, *d. 23. de spons. dissol. d. 8.* superaccidat alia quæcunque causa, quæ eorum executionem reddit notabiliter difficiliorem, quæque, si initio fuisset, cordatum hominem similis conditionis prudenter ab illis avertisset, toties cessat obligatio respectu illius, cui difficilius redditum est Matrimonium. Atque hanc regulam admitti debere in sponsalibus, rectè notat *b. Aver.* *qu. 8. de spons. se. 14. v. Sex. 10.* *b. Aver.* *qu. 8. de spons. se. 14. v. Sex. 10.* quamvis non admittatur in cæteris contractibus, præsertim onerosis; Nam Matrimonium, & consequenter ejus promissio, requirit majorem libertatem, cum sit contractus ex se perpetuus, & indissolubilis.

2. Porro hanc regulam aliquantulum illustramus, ea tria bonorum genera sigillatim percurrentes.

Quoad bona Corporis.

3. Si quis ex Sponsis incidat in morbum incurabilem, vel contagiosum, puta, paralysem, lepram, morbum Gallicum, si amittat oculos, aures, nares, si fiat claudus, mancus, &c. Justè alter recedere à sponsalibus potest. Hæc enim, sicuti retardarent à sponsalibus contrahendis, sic excusant à contractis, quamvis juratis; quia nimis grave esset, hæc perpetuo velle in focio pati; poterit ergo is recedere ab hoc contractu sponsalium ex se dissolubili, quod certè non posset, si Matrimonium jam contractum fuisset de præsentibus, quod ex se indissolubile est.

4. Tria hic selige, non valde communia. Primum. Morbi Gallici vehemens suscipio causam dat dictæ dissolutionis ipsi Sponso

sano, *Ex Pontio. c. Adderem ego, idem esse de c. Ex Põtio* suspitione cujuscunque infirmitatis gravis *lib. 12. c. incurabilis, par enim est ratio. 17. nu. 4.*

5. Secundum. Oris graviolentia, cui ars Medici subvenire nequit, adnumera inter has infirmitates valentes modo dicto dissolvere sponsalia, ex parte alterius benevalentis, ita *Sanch. d. approbatque ibidem Pontius, & me d. Sanc. l. 1. ritò, quia illam in tam arcta conjunctione d. 57. n. 2. tolerare, nimis esset onerosum.*

6. Tertium. Quid, si Sponsa tempore sponsalium pulcherrima, deinde notabiliter deformis evadat?

Respondeo, etiam propter hanc mutationem posse sponsam resiliere, docet *Castrop. e & Gasp. f. Hurt.* Ratio est, quia in materia *e Castrop. l. 1. de spons. pu. 27. f. G. Hurt. d. 2. de matr. diff. 13.* Matrimonii admodum æstimatur apud homines pulchritudo: verum nota illud (notabiliter deformis.)

Quoad bona Animi.

7. Si quis ex Sponsis gravi infamia maculetur; si Sponsus scortator, aleator, ebriosus evadat; si asper moribus, vel admodum sævus, potest alter recedere, etiam post jurata sponsalia. Rursus, si graves inimicitie ortæ fuerint inter Sponsorum parentes, dissolvi possunt sponsalia ex parte utriusque. Quod, si inter Sponsos ipsos gravis inimicitia fuerit exorta, possunt quidem utriusque recedere, sed, qui fuit causa inimicitie obligatur prius omnia moralia, atque ordinaria remedia adhibere, ad pacem inducendam. Ratio prædictorum eadem est, ac præcedens. Adde, & timorem rationabilem, ne malum exitum Nuptiæ sortiantur. Hinc sequitur, ut si Titius v. g. desponsaverit Bertam, nescientibus utriusque parentibus, immò, & scientibus, unde tamen factum sit, ut ex utraque parte parentes obstinate contradicant, timeaturque gravis discordia inter illos, vel inter Sponsos eosdem; sequitur, inquam, ut alter, etiam altero invito, se ad aliud Matrimonium convertere liceat. Ratio est, quia ex tanta oppositione facile est, orti inimicitias, incommoda gravia, & inter ipsos Sponsos non leves rixas, & discordias. Ne tamen excidat à te monitio, quam facit Sanchez *g. Sanc. l. 1. d. 14. n. 3.* cautè in hoc procedas; nani sæpe jaçantur minæ, opponuntur pericula, amplificantur discordiarum timores, quæ tamen experien-

D d d 3

tiavi-

ria vidit, vana esse, & statim, inito Matrimonio, deferbuisset.

Quoad bona Fortunarum.

8. Si dorem promissam negas, vel negat ille, qui promissit, te ab altero deseri posse, luce clarius est, est enim dotis promissio conditio, sub qua fiunt sponsalia; ergo, ea deficiente, etiam sine culpa promittentis, cessat promissio, quamvis jurata.

9. Quid, si nulla promissa fuerit dos à Sponsa divite, quæ deinde post sponsalia in paupertatem notabilem incurrat?

Respondet. Quidquid dicant plures apud *Sanch.* Sanch. a certum mihi est cum eodem Sanc. & cum Castropalao b, & Averfa c alios citantibus, posse Sponsum licite recedere. Ratio est, quia, tametsi non fuerit explicitè promissa dos, implicitè tamen fuit. Omnes enim supponunt, feminam transire in domum viri cum omnibus suis bonis. Adde, hanc esse mutationem admodum notabilem, quæ quemcunque vel cordatissimum hominem, à contrahendis sponsalibus, atque adeo à Matrimonio, prudenter, averteret.

10. Tria communi huic doctrinæ addi volo. Primum; si timeatur rationabiliter, alterum ex Sponsis fore exheredandum, alter resiliat licite, ut notat Pont. d quia secus, se is immitteret in periculum sustinendæ paupertatis, atque id ego merito, propter paritatem rationis, extendo ad similem rationabilem metum de futura paupertate fortè alteri ex aliis quibuscunque causis proveniendæ.

11. Secundum. Si rationabiliter timeatur, vel superveniat jam paupertas utrique, uterque licite recedet à sponsalibus, quia tanto difficilius sustineri poterunt onera Matrimonii, undè hic dari non potest compensatio paupertatis unius cū paupertate alterius. Ita Bonacina, sed Rebellius, & Pontius, neutri licere putant: Averfa e autem prædictos citans, distinguunt, aitque si propter paupertatem nolit quis subire onus Matrimonii, licite recedere, sed si velit contrahere Matrimonium cum æquè paupere, illicite recedere à priore. Profectò commoda restrictio, sed illam non possum admittere, ut necessariam, quia superveniens paupertas videtur dare jus recedendi absolute, &c.

12. Tercium. Quid si alter ex Sponsis ex

inopinato valde locuples fiat, poteritne justè ab altero recedere, & Matrimonio meliori se addicere?

13. Respondet Sanchez, quem sequitur Castropal. f citans Coninck, & Gutierrez, f Castropal. quibus adde Averfam, g non posse; Probat c. vii. s. Primò, à posteriori, quia sic, quoties dote g Aver. notabiliter majore Matrimonium inveniret lo. a. alter ex Sponsis, alterum deserere posset, tunc enim jam locuples censetur esse factus. Secundò, à priori, quia, si Sponsa tua deterior non est facta, iniquum est suo jure illam privare, solum ob bonæ fortunæ mutationem in te factam.

14. Prædictam sententiam sic impugnatur Gaspar h Hurtadus. Hanc Sanchez, & Coninck i h G. Hurt. sententiam difficilem existimamus, quia dicta d. 2. de mutatio est ita notabilis, ut ex se efficiat impletionem notabiliter gravem, Sponsa factio ditiore, & 14. n. 1. à principio existens, etiam prudentem à sponsalibus traheret. Hæc Hurtadus, cujus argumento Castropalaus, i qui prædictam Sanchez i Castrop. sententiam amplectitur, respondere conatur, lo. cū. dicens: effici quidem impletionem sponsalium notabiliter graviolem, durioremque, sed non per se, at solum per accedens, eo, quod Sponsus impeditur ab aliis ditionibus sponsalibus, quæ posset invenire, id, quod (ait) nihil probat, propter argumentum modo à posteriore factum, quia scilicet, sic, quilibet Sponsus posset semper Sponsam deserere, quoties notabiliter ditiore Matrimonium ei offerretur.

15. Circa has sententias interponat judicium me sapientior; quod si Leandrum k se- k Leand qui te juvat, invenies apud ipsum, utramque tr. 9. de sententiam esse probabilem. *mar. d. 9. 47.*

S. IX.

Prædictæ causæ existentes ante sponsalia, sed postea cognita.

1. **R**egula Universalis. Hæc pari modo sponsalia, etiam jurata, infirmant, ac si de nova advenirent. Ita Sanch. Pont. Bonac. & alii innumeri apud Averfam. l Ratio est, l Aver. quia pro eo, qui antea illas ignoraverat, vi- b. de spons. dentur dictæ causæ tunc supervenire, quando sciuntur. *sec. 15. V. Dicitur*

2. Id autem intellige. Primò, de prædictis tamen causis, quæ sint qualitates, si enim fuissent de substantia

substantia, seu de individuatione personæ; ut, si tu volens contrahere sponsalia cum Berta, cognoscas deinde illam non esse Bertam, sed Mariam, sponsalia non solum infirmari possunt, sed ab initio sunt invalida, sicuti invalidum esset Matrimonium.

3. Intellige Secundò, quando ignorantia ejusmodi causæ, seu defectus tibi dedit causam contrahendi; si enim expressè fuisses eo animo, ut etiam cum illo defectu contraheretur sponsalia, nihil illis officiet *a Castrop. d. ignorantia. Ita Castropal. a* Quid si dubius nunc sis, an contraheretur fuisses? Respondet Leand. *b* citans Sanch. Bonac. Navarr. *m. 2. g. n. 2* si defectus de novo cognitus sit gravis, ut si inveniatur, non esse Virgo, vel Dives ea, quam talem putabas, posse præsumi, te non habuisse animum contrahendi, secus, si defectus sit levis, &c.

4. Intellige Tertiò, nisi post cognitionem, dicta sponsalia, quæ fuerant initio valida ratificaveris, quæ ratificatio fieri potuit, vel expressis verbis, vel implicite ipso facto, ut, si post dictam notitiam. Sponsam, ut tuâ, cognovisti. *e* Valida, dixi, si enim propter aliquam *a Castrop. l. 1. de spons.* rationem fuerant initio invalida, ut, si fuissent cum errore personæ, vel cum nullo consensu, *tanq. Pon. m. 2. g. n. 2* non validantur per solam copulam, quia hæc non est sufficiens signum veri consensus, *Sanct. n. 4. l. 1. de spons.* test enim fieri animo fornicario, ut supra *d. d. 2. c. 1. §. 3.* etum est, & tenet Hurtadus. *e*

5. Quid si Sponsus ad Sponsam cognoscendam accederet (sanè cum peccato) animo non ratificandi? Respondet, Sanchez *f* ait, adhuc ipso facto ratificare, sed Hurtad. merito loco *Sanct. l. 1. de spons.* cit. censet, in foro conscientie non ratificare, *d. 6. n. 3.* nec cedere Juri suo, & sic dissolvere posse sponsalia, nisi, aliàs, ratione damni allati, ad illa ratificanda teneretur.

6. Dictum est autem (pro eo, qui antea ignoraverat) nam, si antea eas causas, seu defectus cognovisti, & tamen adhibuisti consensum, rata erunt sponsalia, Excipit Aversa, *g* nisi forte promissio valde fuerit imprudens, & indiscreta, qualis v. g. esset promissio juvenis nobilis, & divitis facta vilissimæ puellæ; tunc enim ex alio capite non teneretur quis, servare promissum: nempe ex eo, quod faceret rera illicitam, & indiscretam, ita Aversa. *h* Adverte, id dici ex vi promissionis sponsalium, non ex vi damni illati; illud enim esse omnino refarciendum, certum est.

6. Ex dicta regula num. 1. allata sit, ut non solum, quando Sponsam existimabas virginem, & post Sponsalia rescivisti, esse defloratam, sed etiam, quando rescivisti esse viduam, quia certè regulariter vilior existimatur ea, quæ virgo non est, sit, inquam, ut possis resilire à sponsalibus. Non ita in Sponsa respectu Sponsi, qui forte inveniatur, non fuisse virgo? nam id vile non est Sponsæ, nisi tamen inveniatur, valde deditus alienis mulieribus fuisse, sine solida, & continuata emendatione, vel inveniatur, habere filios, nam tunc cum molestum id sit notabiliter Sponsæ, poterit à Sponsalibus recedere.

7. An ipso facto in hoc casu ignorantie defectuum, quoad qualitates (nam, si adfuerit deceptio ex parte alterius, vel merus, diximus supra *i*) irrita sint sponsalia, an irritanda? Respondeo Castropal. *k* & Hurtad. *l* merito dicunt, quando res est clara, esse irritanda per *k* *a Castrop. l. 1. voluntatem ejus, qui potest resilire, nec necessarium esse Judicis sententiam.* *l* *G. Hurt.*

8. Quid si res sit dubia? Respondeo, Tunc, *h. c. diff. 16.* vel etiam, quando recessio à sponsalibus afferret scandalum, recurrendum esse ad Judicem, monemus omnes. Legatur Castropal. *m* *a Castrop. p. 31. c. 32.* qui alios citans, docet, qualis nam probatio sufficiat in foro externo. ad ejusmodi rescissionem; cui adde *G. n* Hurtadum.

9. Donec autem is, qui ignoravit, non resiliat, manent valida sponsalia. Id, quod inde constat; quia secus, cum in casibus, de quibus loquimur, ignorantia adfuisse ipso initio, tunc etiam fuissent invalida, quod tamen non potest sustineri, nam ipso initio fuerunt legitima, cum fuerint rite promissa, & ignorantia, ut nunc supponimus non fuerit circa substantiam personæ, sed solum circa qualitates; unde ex illis sponsalibus ortum est impedimentum publicæ honestatis ex Sanch. *o*

10. Denique; Si quæras Primò, an qui justè à sponsalibus resiliat, quando scilicet resiliat sine ulla culpa, ut esset v. g. ad ingrediendum in Religionem, teneatur restituere ea, quæ forte alter expendit in parandis Nuptiis? Respondeo, esse probabile, obligari, sed esse probabilius, non obligari. Lege Castropal. *p* Si quæras p. Secundò, quando omnibus consideratis, dubium est, sintne valida, an invalida sponsalia, quid sentiendum? Respondeo, me de hoc dixisse superius. *q*

§. X. An

§. X.

An laborans aliquo occulto defectu possit, eo tacto . ad Matrimonium procedere?

Et item, An tunc possit ad Sponsalium impletionem alterum compellere? Remissivè.

Hæc denique ad complementum hujus Tractationis de sponsalibus est

sent inquirenda, sed, quia de priore à me satis tractatum est lib. 7. a in Decal. ideo, a Lib. 7. in vel illa lege, quæ ibi breviter perstrixi, vel Decal. 7. pluribus agitata pete eadem à Sanchez, §. 2. ma. 6. b aliisque, à quibus etiam distinctè habebis de posteriore.

* *

Finis Tractatus Tertii.

TRACTATUS QVARTVS DE CONSENSV PER VERBA DE PRÆSENTI:

ID EST

DE MATRIMONIO, UT EST CONTRACTUS.

CAPUT I.

De Natura Matrimonii.

§. I.

Quid propriè veniat nomine Matrimonii?

I. N toto negotio Matrimonii, quatuor intercedunt, quæ ad rem nostram in præsentia faciunt. Primò, Contractus inter personas habiles, quo scilicet hæc consentiunt, atque adeò se obligant ad mutuam corporum traditionem, in ordine ad sobolem generandam. Secundò, Ratio Sacramenti, quæ ex Divina institutione adest in prædicto consensu, hunc enim Christus Dominus elevavit ita, ut significaret, & conferret gratiam Fidelibus: quæ quidem ratio Sacramenti, brevi tempore durans, eo scilicet, quo ejusmodi consensus exhibetur, causa dictæ gratiæ eo modo est, quo pluribus explicant Theologi; nam Matrimonium non esse

Sacramentum in facto esse, judicio cum Castropal. a & cum aliis, probabilius. Tertio, Interventit vinculum perpetuum, quod remanet post ejusmodi consensum, & Sacramentum. Quarto denique, Interveniunt, seu consequuntur aliæ obligationes ex dicto consensu, scilicet servandi fidem conjugii, cohabitandi cum eodem, filios educandi, &c. hæc quidem duo postrema scilicet, vinculum, seu indissolubilitas, & dictæ obligationes, quæ subsequuntur, sunt effectus prædicti consensu, & prædicti Sacramenti.

2. Porro propriè loquendo, tum contractus ipse, seu mutuus consensus vocatur Matrimonium, tum vinculum prædictum. Hinc, quando Tridentinum b dicit, Matrimonium b Trid. esse Sacramentum, intelligitur de dicto consensu, quando autem Eugenius IV. in c Decreto fidei dicit, consensum esse causam effici- c Eug. cientem Matrimonii, & pari modo, quando Doctores dicunt, Matrimonium esse ex se indissolubile, esse perpetuum, esse effectum mutui consensu, intelligitur de vinculo; non est

est igitur à nobis querendum, ut cum super-
fluo labore querit Perez, a quid proprie sit
Matrimonium, consensus ne, an vinculum,
nam utrumque proprie dici solere Matrimo-
nium, jam vidimus.

3. Siquis ergo à te scisciteretur, in quonam
consistat Matrimonium, ne sine distinctione
respondeas, sed ita distingue. Matrimonium,
pro ut dicit consensus, est *Viri, & Foemina
habiliū ad prolem generandam consensu mu-
tuo, quo scilicet id dant invicem, acceptant-
que ius, & dominium corporum ad finem pradi-
ctis prolis generanda, quique ad rationem Sacra-
menti est à Christo Domino elevatus.* Matrimo-
nium verò, ut dicit vinculum, rectè à Theo-
logis b cum Magistro sic describitur, est
Conjunctio maris, & femina inter legitimas per-
sonas individuam vitam consuetudinem retinens:
vel, ut habent Jurisperiti, c *Conjunctio ma-
ris, & femina, consortium omnis vite, divini,
& humani communicatio iuris.* Explicant Ma-
trimonii descriptionem pluribus Pontius, d
aliique, quorum aliqui rectè colligunt, hoc
vinculum, seu conjunctionem, seu obliga-
tionem esse denominationem ortam ex præ-
dicta mutua traditione corporum, &c. quæ
omnia satis sit, innuisse breviter.

§. II.

Quotuplex sit Matrimonium.

1. **T**riplex est. Legitimum, Ratum, Con-
summatum. Legitimum (quod sic
appellatur, siue, quia secundum leges sit, siue,
quia legitimo initur consensu) est ipse con-
tractus naturalis, qui certè communis est
omni Matrimonio, tum in lege naturæ, tum
gratiæ. Ratum, est prædictus contractus in-
ter Fideles, qui habet rationem Sacramenti,
ut §. præced. diximus, sed antequam habe-
atur copula maritalis. Consummatum est il-
lud ipsum, quod ratum, sed postquam acces-
sit prædicta copula, ita dictum, quia perfici-
tur, seu consummatur, sicuti venditio rei
traditione perficitur. Vide, quæ dicam p. 4.
c. 7.

2. Et quidem Ratum, etiam propriissimè,
Matrimonium est, quia (etiam præscinden-
do ab actuali copula) in solo consensu, quo
se conjuges obligant, per mutuam corpo-

Tamburinus de Sacramentis.

rum traditionem utrinque acceptatam, tota
essentia Matrimonii habetur, quale fuisse
Matrimonium SS. Virginis cum S. Joseph op-
time, brevibus, explicat Castropal. e & legi
potest S. Th. f Suar. g aliique.

3. Differunt autem permaximè, ut habet
idem Castropal. h prædicta Matrimonia in
eo, quod legitimum, favore fidei, solvi po-
test, cum alter ad fidem convertitur, alio
quamvis renuente. Ratum verò solvitur pro-
fessione solemnī Religionis. Consummatum
vero nunquam ut ex dicendis latius, & cla-
rius habebitur, atque hinc, & ex Cap. i De-
bitum, atque ex Decreto k Ultimo Conc.
Florent. aprè colligitur triplex significatio in
Matrimonio: Nam, quatenus est legitimus
contractus, significat conjunctionem Dei
cum Anima Fidei, per gratiam. Quatenus
Sacramentum, præscindendo à copula, signi-
ficat conjunctionem Christi cum tota Eccle-
sia per Baptismum. Quatenus Sacramentum
consummatum, denotat conjunctionem Hy-
postaticam Verbi Divini cum natura huma-
na, quæ omni ex parte insolubilis est, perinde,
ac Matrimonium consummatum.

4. Nos autem in hac secunda parte agemus
de Matrimonio legitimo quatenus scilicet
dicit merum consensum naturalem; nam po-
stea de Matrimonio, ut Sacramentum est, sua
erit distincta tractatio.

CAPUT II.

De consensu requisito ad Matrimo-
nium.

§. PRIMVS.

Qualis Consensus.

1. **N**imis est certum, proprium con-
sensum requiri ad Matrimonium,
quia tradi suum alteri non potest
sine consensu tradentis, multo magis propri-
um corpus, idque indissolubiliter.

2. Id, quod aded verum est, ut, neque
Principem sæcularem, neque Ecclesiasti-
cum posse dare jus utendi corpore ad prolem,
suscipiendam, sine proprio utentium consen-
su, tradant communiter Doctores apud Sanc.
l & Gasp. m Hurt.

Ecc

3. Deum num

3. Deum autem, qui est omnium corporum Dominus, posse dare Viro potestatem in corpus mulieris, & contra, sine ipsorum consensu, docet Sanchez, *a* cum aliis, recte addens, probabilius esse, illam traditionem tunc non esse Matrimonium: hujus enim essentia requirit mutuum conjugum consensum, ut hactenus dictum est.

*Sanc. di-
sta disp.
26. Lean.
disp. 6. de
mat. q. 3.
Hurt. lo. c.* 4. Quod autem requiratur conjugum contrafill. consensus & non alterius, v. g. parentum ad *Ochag.* Matrimonii validitatem, habes laculenter a *b* Bellar. l. i. pud Bellarminum. *b* An verò licite filius, *i. de ma. c.* invitis parentibus, consensum Matrimonio *19. & 20.* præbeat, diximus nos *c* alibi pluribus. Lege *c* *Li. 5. dec.* item Barbofam *d* in Voto decisivo, an valeat *e. 2. §. 3.* Statutum afficiens pœnis filios sine consensu *d* Barb. in parentum contrahentes; ubi affirmantes a *Voto decis.* filios, alios melius negantes refert.

Gr. 6. Denique, cum certum sit, nullum con-
e *Sup. Tr. 3.* surgere Matrimonium ex consensu ficto,
de sponsal. quanti posset an sic fictè contrahens obligetur
e. 1. §. 4. verè consentire; sed id colligitur ex dictis
e supra.

§. II.

[*An sufficiat Consensus, quando à contra-
hente non cognoscitur impedi-
mentum dirimens.*]

1. **T**ertius, & Berta, dum, sive uterque, sive alteruter dubitarent, an inter ipsos esset impedimentum consanguinitatis (idem dic de quocunque impedimento dirimente) contraxerunt Matrimonium, sed non multò post cognoverunt, nullum fuisse ejusmodi impedimentum: fuitne validum Matrimonium? Quid Secundo, si certò putassent, adesse impedimentum, quod verè non erat?

f *Sanc. l. 2. mat. disp. 33.* 2. Respondeo ad primum, Matrimonium *g* *Cast. disp. 2. de spons.* esse validum. Ita Sanchez, *f* *Castropal. g* *pu. 5. n. 9.* Hurtadus, *h* & communiter. Ratio est, *h* *Hurt. disp. 3. de mat.* quia sic contraxerunt, quasi sub conditione *diffic. 7.* de præsentì, si habiles sumus; At jam habiles *nu. 21.* erant, ergo jam absolutus de facto, atque adedò efficax fuit consensus.

i *Sanc. cit.* 3. Respondeo ad secundum, Matrimo-
k *Cov.* nium esse invalidum. Contra hanc respon-
Gutt. alla. sionem habemus Sanchez, *i* *Covarr. k* &
a *Cast. l. c.* Gutierrez adductos à Castropal. loc. citato.
nu. 8.

Ratio nostræ responsionis est, quia, qui firmiter credit laborare impedimento dirimenti, nec absolute nec sub conditione potest efficaciter consentire Matrimonio; Non absolute, ut certum est, & ipsi adversarii fateantur, quia id, quod ut impossibile apprehenditur, non potest quis efficaciter velle. Non sub conditione, sic, *Si fortè possim, si fortè sum habilis, si fortè impedimentum non adsit*, nam, si quis se sic haberet, jam non firmiter putaret, sed subdubitaret, se posse, se habilem esse, se impedimentum habere, atque adedò essemus in casu præcedentis numeri.

4. Neque obstat primum argumentum, quo utitur Sanchez *l.*, quod scilicet excommunicantur, qui sic contrahunt, unde supponuntur, posse habere verum consensum: non obstat, inquam, nam excommunicantur, non quia validum fecerint Matrimonium, sed quia contrahere attentaverint.

5. Neque obstat secundum argumentum, quo idem utitur, quia in jure ex Sponsalibus nullis ratione impedimenti oritur publica honestas, modo adsit consensus, unde supponit Textus, posse adesse consensum cum impedimento dirimenti: non obstat, inquam, quia dictum jus disposuit, ut talis consensus attentatus pareret publicam dictam honestatem, quamvis verus non esset.

6. Neque denique tertio obstat paritas ab eodem allata de hæretico, qui, quamvis certò putet, Baptismum non esse Sacramentum, tamen validè baptizat; non obstat, inquam, quia in hæretico supponitur, esse intentio faciendi, quod facit Ecclesia, quæ intentio prævalet. Id, quod non invenitur in casu nostro, ut supponimus. Lege Hurtadum. *m*

7. Quid si contraxerunt cum impedimento v. g. cum consanguinitate, sed deinde post dispensationem obtentam v. g. à Confessario, illi iterum consenserunt, quam tamen dispensationem ipsis Confessarius non aperuit, validumne tunc esset Matrimonium?

Respondeo, adhuc invalidum, *n* saltem *n* *Ex eo capite* ex eo capite; quia, si aliud non addatur, *mag. c. 1. de consensu* consensus hic novus solum fuit ratificatio *82. c. 1. de consensu* consensus prioris, qui, cum fuerit nullus, consequenter, & ipsa ratificatio nulla erit. Dixi *Ex eo capite* (saltem ex eo capite) nam, an ex illo alio, *per mag. c. 1. de consensu* quod esse videtur

quod nondum ipsi dispensationem concessam acceptaverint, colligi potest ex ali-
bi à me dictis.

1. Sep. li. 5.
de pen. in
Tr. De cas.
§. 2. §. 1.
am. 18.

§. III.

Circa quod versari debet consensus contra-
hentium.

1. **C**ontroversum, & sanè dignum, quod explicetur, est, de quam re debeat, seu circa quod objectum debeat versari consensus, tum ut validum sit, tum ut licitum Matrimonium? In Matrimonio enim tria veluti collecta inveniuntur, Bonum Sacramenti, Bonum prolis, Bonum fidei, hoc est, Matrimonium ex natura sua Primò, affert indissolubilitatem, quia est Sacramentum juxta illud Sancti b. Pauli *Sacramentum hoc magnum est, Ego autem dico in Christo, & Ecclesia*, ut scilicet, sicuti Christus Dominus indissolubiler est conjunctus cum Ecclesia, ita vir cum uxore modo superius explicato. Secundò, affert intentionem generandi prolem, illamque educandi. Tertio, necessitatem servandi fidem inter ipsos conjuges, atque ad horum aliquod reducuntur alia in Matrimonio inclusa, qualis est cohabitatio conjugum, obligatio reddendi debitum, & similia.

b. Paul.

2. Quærimus ergo, An si quis Matrimonium contrahat, non intendendo prædicta omnia bona inclusa in Matrimonio, validè, & licitè contrahat? Quid, si intendat alios fines extrinsecos Matrimonio? intendat v. g. divitias ex dote acquirere, honorem ex familia, conjugii voluptatem, & similia.

An validè?

3. Si quis mente intendat, sive explicitè, sive implicitè (quod implicitum hic evenit, quando non intenditur contrarium) se obligare ad illa tria, scilicet ad perpetuitatem, ad prolem, ad servandam fidem, validè Matrimonium contrahit; invalidè verò, si positivè habeat animum non se obligandi
Sanc. l. 2. positivè habeat animum non se obligandi
mar. d. 29. ad hæc. Ita Sanch. & alii que. Ratio, quæ
G. Hurt. dictum hoc simul probat, & explicat, est,
de ma. disp. quia, ut modo diximus, de essentia Matrimo-
niū est consensus tradendi corpus, quo

consensu conjux se obliget, ad prolem generandam, fidemque servandam. At verò ipsa exequutio generationis, vel ipsa actualis custodia fidei de essentia non est: possum enim ego, me obligare, v. g. ad servandam castitatem, licet animum habeam ejusmodi obligationem (sanè cum peccato) non observandi. Cum igitur prædictus contrahens, de quo loquimur, intendat sive explicitè sive implicitè, ut dixi, hanc obligationem subire, substantiam Matrimonii ponit, atque adeò contrahit validè; immo id etiam erit, si intendat, se obligare ad status perpetuitatem, quod est Bonum Sacramenti, cætera verò bona, puta Bonum prolis, & Bonum fidei, non excludat. Nam sic, quasi in radice includit cætera dicta Bona.

4. Quod si omnem obligationem, vel etiam solum unam ex prædictis tribus, v. g. perpetuum statum excludat, tunc nullum esse Matrimonium patet ex dictis, quia non habetur sic Matrimonii essentia. Lege Hur-
rad. d. & Perez. e

d Hur. dis.
7. differ. 9
e Perez de
mat disp.
13. sec. 5.

An licitè?

Vbi, qualis finis debeat intendi à contrahente Matrimonium, ne is peccet.

5. Finis alius est principalis, ad quem scilicet quis principaliter intendens, aliquid agit. Alius secundarius, à quo quis non raro applicatur ad agendum. Celebras v. g. ut Sacrificium Deo offeras? Ecce causam, seu finem principalem. Sed id hodie facis, aliter non facturus, quia eleemosynam invenisti? Ecce finem secundarium, & quem vocamus etiam impulsivum, quo actu applicaris ad celebrandum: nam illum primum vocare solemus motivum.

6. Jam in Matrimonio contrahendo, potest Primò, esse finis tradendi mutuo corpora, quæ, ut modo dicebam, est obligatio, in qua tanquam in radice includitur obligatio prolis generandæ, & obligatio reddendi conjugii debitum, & cætera modo nu. 2. explicata, & in Matrimonio inclusa.

7. Secundò, potest esse finis adhibendi remedium concupiscentiæ, seu evitandi fornicationem, vel habendi conjunctionem mutuam obsequiorum, & similia, quæ in-

Ecc 2 cludun-

cluduntur quidem in Matrimonio, sed tanquam quædam secundaria; nam propterea vocantur, & sunt fines secundarii institutionis Matrimonii.

8. Tertiò, possunt esse fines quilibet alii qui nec primario, nec secundario includuntur in institutione Matrimonii, nam propterea sunt, vocanturque fines extranei Matrimonii, quos scilicet conjuges ipsi non raro adhibere solent; ejusmodi est finis acquirendi divitias, voluptatem, bonum nomen, honestam familiam; &c. His positis.

9. Dico Primò. Cum quis contrahit Matrimonium more ordinario, illique consentit ob finem prædictum principalem, vel ob aliquem ex inclusis in ipso principali fine, vel ob aliquem ex finibus prædictis secundariis, non excludendo expressè principalem, licitè contrahit. Ratio est, quia sic se conformem reddit ejus institutioni, & non est, undè culpa oriiri possit.

10. Dixi (more ordinario) nam posset licitè contrahi Matrimonium cum sola intentione se obligandi ad mutuam corporum traditionem, præscindendo à copula, immò copulam excludendo, & sic fuisse Matrimonium Sanctiss. Virginis, & S. Joseph, supra insinuavimus, & iterum dicemus clarius infra. ^a

11. Dico Secundò. Si quis per suum consensum ordinet suum Matrimonium ad aliquem ex finibus extrinsecis dictis numero 8. non excludendo expressè fines illos Matrimonii primarium, & secundarium; peccabit quidem ex communi sententia cum Sanch. ^b & Layman, ^c alique, sed non mortaliter: Ratio est, quia, licet non sit magna deordinatio, cum implicite remaneant illi fines, undè non sit culpa mortalis; aliqua tamen adest deordinatio, dum tam explicite intenditur finis extrinsecus, & alienus à finibus, ob quos institutum est Matrimonium.

12. Quod si excluderentur expressè fines primarii, nec consentiret quis obligationi tradendi suum corpus, &c. Tunc, & Matrimonium esset nullum, & consequenter id sic intendere, foret mortaliter illicitum, quia sic irritum redderetur Sacramentum.

13. Dico Quartò. Quamvis sententia di-

cta nu. 11. probabilis sit, & communiter recepta, tamen probabilis est etiam opposita, excludens etiam peccatum veniale, ut sustinent Castropal. ^d Coninck, & Pontius. ^e *Id est* Castropal. ^d Coninck, & Pontius. ^e *Id est* moralem habent, ut esset pax Reipublicæ, concordia consanguineorum, familiæ nobilis conservatio, fornicatio vitanda, &c. Et tunc ajo, te venialiter non peccaturum, si ob ejusmodi fines Matrimonium contrahas; quia dum finem illum principalem procreationis sobolis, &c. non excludis, & aliquem ex his extraneis, qui ex se honesti sunt, intendis, non est, undè culpam ullam committas; Quæ nim culpa est, honesto medio, quale est Matrimonium, velle acquirere illud, quod ex se honestum item est?

Vel hi extrinseci fines, ex quorum aliquo moveris ad Matrimonium, sunt ex se indifferentes, qualis est finis divitiarum, voluptatis non peccaminosæ, honoris, &c. Et tunc etiam ajo, te, nec peccaturum venialiter, abstrahendo ab aliquo alio inconvenienti; Ratio est ferè eadem, quia, dum non excludis finem principalem, ex se nulla est culpa, velle aliquod temporale acquirere, medio aliquo honesto actu. Sanè culpam non committit, qui celebrat Sacrum non celebraturus v. g. hodiè, nisi stipendium lucretur, modo remaneat intentio principalis sacrificandi in honorem Dei, quæ semper remanet, ut supponimus, siquidem peccaminosum non est, sic operari. Ita igitur in casu nostro. Et ad hoc fortè respexit Sanch. ^g dum denique fallus est, communiter in adhibendis his finibus, venialiter quidem peccari, quia dum remanet implicite, modo dicto, finis principalis, cæteri (ait) non tam sunt fines operis, quam motivum, & applicativum operantis.

CAPUT III.

De Consensu externo requisito ad Matrimonii valorem.

1. **I**NTERNO consensui debet accedere mutus consensus externus, ut Matrimonium valeat, tum quia nullus contractus consistit, nisi fiat externè; debet enim cognosci

^a Inf. c. 5.
§. 7. n. 5.
fine.

^b Sanch. l. 2.
mat. d. 29.
nu. præser-
tim 21.
^c Laym. l. 1.
§. Tr. 106.
tr. 4. n. 2.
c. 3.

^g Sanch. l. 2.
n. 25.

cognosci ab altero, cum quo contrahis, tum quia Matrimonium est Sacramentum, atque adeo ex Christi Domini institutione, necessarium signum sensibile. Id ita placet Tho. Sanchez, ut dicat esse probabilius (certum esse, ego dicerem libentius) neque sine utriusque conjugis externo consensu posse Matrimonium consistere, etiam si Deus utriusque consensum internum utrique revelaret; quod profectò nimis clarum est in hoc præsentem rerum statu, in quo Matrimonium est elevatum ad rationem Sacramenti, quod ut dixi, signum sensibile, secundum præsens ejusdem Dei Decretum, esse debet.

2. Sed internum consensum exprimi quibuscunque signis, satisne erit, an necessario debent accedere verba in iis, qui loqui possunt? In illis enim, qui loquela carent sufficere alia signa jam scimus, definitum esse in

Cap. cum b jure.

3. Respondeo, etiam in potentibus loqui, sufficere quælibet signa ad validitatem Matrimonii. Ita Sanchez c. cum sexcentis auctoribus ab ipso adductis, quidquid ali-
2. matr. qui apud eundem ibidem negent ex eo, de j. 3. n. 5. quod putant Sacros Canones decrevisse, semper esse necessaria verba in potentibus loqui. Sed ratio nostræ Doctrinæ est, quia ex una parte hi Canones non rectè adducuntur, facileque ad eos respondet Sanch. d. ex alia verò Christus Dominus hoc Sacramentum Matrimonii instituit per modum contractus, seu, rationem contractus elevavit ad rationem Sacramenti: At quilibet contractus signo impleri potest. Confirmatur ex Concilio Florentino, in cujus Decreto de Sacramentis sic habetur: *Consensus per verba regulariter expressus facit Matrimonium.* Nota illud (*regulariter*) non ergo semper, & necessario.

An licitè solis signis Matrimonium contrahatur?

4. Inquires Primò. Qui cum possit loqui, Matrimonium contrahit solis nutibus, vel signis, peccatne?

Respondeo, certè non invenio præceptum hac de re: Quare, qui signis utatur certis, & non dubiis (nam tunc esset mortale ob incertitudinem Matrimonii, inde sequentem, & ob scandala, ac lites inde facile pro-

ventura) non video, unde peccatum committat. Et quamvis Sanchez e dicat, esse veniale, si iusta causa non interveniat, cur debeas uti signis, & non verbis, quia est, inquit, à ratione alienum, aliquam deordinationem continens, in hoc gravissimo contractu non exprimere consensum commodiori modo, quo potest, scilicet verbis: nihilominus, quia nos in humanis actionibus, ne sub veniali quidem obligamur perfectissimo modo, & certissimo agere, sed satis abundè est, si perfecto, & certo modo agamus, idè etiam à veniali signis certis contrahens liberandus est. Ita Castr. f. qui utitur alia ratione à nostra, quia, inquit, ubi lex non est, nec prævaricatio esse potest, ut dicit S. Paulus. Verum hæc ratio non solvit argumentum allatum à Sanch. hic enim contendit, ut modo vidi-
f. Castr. d. 2. de spons. p. 7. n. 5. sti, adesse legem naturæ dictantem, alienum esse à recta ratione, in hac gravissima re certissimum modum contrahendi negligere. Expeditius ergo nos negamus, adesse ejusmodi legem, recta enim ratio in moralibus non dicitur sub aliqua deformitate, nisi, ut utamur modo certo, non autem, ut certissimo.

Quinam ex conjugibus prius consentire debeant per sua signa?

5. Inquires Secundò, pro praxi. Quinam prius est interrogandus, ut prædictum consensum externum præbeat, vir, an mulier?

Respondet Covarr. g. honestum esse, ut g. Covarr. prius scæmina. At Joannes h. Andreas honestius esse putat, ut vir, qui est caput mulieris, atque hunc sequitur Sanch. i. eisdem refertur Sanch. l. c. rens. Ego censeo, sequendam consuetudinem uniuscujusque Ecclesiæ, ut insinuat in Rituali Romano, ubi de Ritu servando in Matrimonii Sacramento agitur; ab eodem tamen Romano Rituali prius interrogatur vir, postea mulier, id, quod in nostra Diocesi Panormitana servamus.

Quæ verba, vel signa sunt ad Matrimonium necessaria?

6. Inquires Tertiò. Quæ verba, vel signa requiruntur, vel sufficiunt ad ejusmodi consensum exprimendum?

Respondeo, Regula generalis hæc esto.
Ecc 3 Illud

Illud verbum, seu signum requiritur; & sufficit, quod certò in circumstantiis, in quibus efformatur, exprimit internum consensum. Quæ autem in particulari ejusmodi sint, satis colligi potest ex iis, quæ dixi paulo superius, & latè habet Sanchez, b bre-

a Tr. 3. de spons. c. 2. videret autem Castropalaus. c

§. 3. præ-

sertim à n. 17.

b Sanc. lib.

1. matr. à

disp. 18.

c Castrop.

l. c. p. 8.

d Aver.

qu. 3. de

mat. sec. 6.

e Sanc. cii

aliis lib. 2.

mat. dif.

32.

f Conc.

Trid. sess.

24. c. 1. de

Ref.

g G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

8.

h Sanc. lo.

cii. nu. 4.

i G. Hurt.

dis. 3. de

matr. dif.

CAPUT IV.

De Consensu dato ableniti.

§. I.

Per Procuratorem.

1. **S**upponimus tanquam certum, & ab aliis passim probatum, posse per Procuratorem contrahi Matrimonium, illudque esse Sacramentum, ejusque Ministros, & suscipientes esse ipsos principales, non verò Procuratorem.

2. Supponimus item ex Sacro *a* Textu, Procuratorem institutum ad Matrimonium, immo, & ad sponsalia, ex Sanchez mox citando, ut legitimus sit, debere habere speciale mandatum ad Matrimonium circa determinatam personam non posse limites mandati excedere, & nec posse, alteram sibi substituere, nisi hoc expressè contineatur

in mandato. Lege Coninck, *b* aliosque. Et Sanchez, quidem rectè notat, non esse necessariam sexuum diversitatem in ejusmodi Procuratoribus, sed posse esse duos viros,

vel duas mulieres, quia non contrahunt nomine proprio, sed alieno. Rectè etiam notat

Coninck, quem sequitur Aversa mox citandus, sufficere generale mandatum, quo ali-

quis expressè consensisset in eam, quam Procurator electurus est, & mandasset, ut suo

nomine, cum ea sine ullo responso contraheret. Cujus rationem ego puto, esse illam, quia

sic, est ad certam personam. Denique rectè notat Aversa, *c* Procuratorem ad Matrimo-

nium posse esse cujuslibet ætatis, dummodo sit compos rationis, & cujuscunque quali-

tatis. Quamvis ergo ex jure in *d* Procuratore requiratur ætas decem & septem annorum, tamen hoc non requiritur, nisi secundum

qualitatem negotiorum, ubi est necessaria industria personæ. Quare in Procuratore, ubi

non requiritur, nisi expressio consensus, & de quo nulla est juris dispositio in contra-

rium, dicta ætas necessaria non erit. Ita Perez, Reginald. aliique

apud Dia-

nam.

An constiui Procurator debeat in præsentiâ Parochi?

3. His suppositis. Prima difficultas est, an quando is, qui futurus est conjux, constituit Procuratorem ad Matrimonium, debeat ejusmodi mandatum dare in præsentiâ sui Parochi, & Testium?

4. Respondeo. Ita requirunt aliqui apud Castropalaum. *f* Verùm cum communi sententia, & cum Sanch. Coninck, & eodem Castropalao *g* eos citante, certum sit, id non requiri. Ratio efficax est, quia Tridentinum requirit præsentiâ Parochi, & Testium,

quando contrahitur Matrimonium, ut illi testari possint de jam contracto; nihil verò disponit de mandato ad contrahendum; ac Matrimonium contrahitur, quando Procurator nomine alterius præbet consensum, suscipitque consensum alterius, non verò, quando constituitur Procurator ad illud. Advertendum tamen est, ita dari ejusmodi mandatum debere, ut possit probari, & constare Ecclesiæ, ipsum datum fuisse. Quare, quamvis omnes concedamus, ut habet Sanchez, *h* procuratorem hanc, seu mandatum, posse dari oretenus, sine scriptura, sicuti potest,

quodcunque aliud mandatum, omnes tamen advertimus, pari modo constare debere, idem mandatum oretenus fuisse datum.

Hinc cum eodem Sanch. & Bossio *i* dici-
mus, Parochum, & Testes non obligari matrim.
ad videndum literas mandati; ipsi enim *c. 3. n.*
solum Testes esse debent de ipso consensu *303. Lege*
Matrimonii facto à Procuratore, qui sit de item Co-
facto legitimus, non verò, ut legitimus *nunc. d. 24*
cognitus ab ipsis. *à nu. 77.*

Revocatio consensus conjugis, antequam Procurator ejus contrahat, quid operetur?

5. Secunda difficultas. Constituit Titius ejusmodi Procuratorem, juravitque se perseveraturum in consensu ad Matrimonium cum Berta v. gr. sed deinde (esto cum peccato) antequam Procurator officium impleat, revocat Titius consensum, sive expressè, sive tacitè per nova v. gr. sponsalia cum alia, vel per novum mandatum contrahendi cum alia, &c. Validum ne erit Matrimo-

Matrimonium, si Procurator hujus revocationis in seius contrahit nomine Tippi cum Berta?

6. Respondeo, non fore validum, etiam si solum mente consensum revocaverit, quia essentiale est contractui Matrimonii, adesse consensum utriusque conjugis, nunc autem jam unus consensus deficit.

7. Dices. Alii contractus politici valide fiunt per Procuratorem revocatum, quando revocatio, nec parti, nec Procuratori nota est, ut habetur a L. si mandatum, & alibi: ergo, & in consensu Matrimonii. Respondeo, negatur consequentia; nam Respublica, vel Ecclesia supplere possunt consensum contrahentium circa res temporales, & politicas, unde pro quiete, & bono publico suppleant in casu dicto; at circa Matrimonium supplere nequeunt, cum sit de hujus essentia proprius conjugis consensus, sine quo per nullam auctoritatem consistere matrimonium potest.

8. Nota, si post consensum datum Procuratori, dissentias quidem, sed deinde iterum eo tempore assentias, quo Procurator nomine suo contrahit, validum fore Matrimonium: quia tunc jam adest consensus.

b Castrop. Ita b Castropalaus.
l. c. n. 2.

Procurator ad Matrimonium fidei constitutus.

9. Tertia difficultas. Quando constituitur Procuratorem fidei, & non vero animo, sed postea eo tempore, quo Procurator nomine tuo contrahit, verum consensum habuisti, validum ne ejusmodi tuum matrimonium fuit?

10. Respondeo. Validum pronunciat Sanch. & quia jam adest consensus requisitus. Verum Coninck. d. longè melius negat. Ratio est, quia, cum prima constitutio Procuratoris fuerit nulla ex defectu tui consensus, is, non potuit, quando contrahit, Matrimonium contrahere, ut verus Procurator tuus; ergo nulliter contrahit. Ergo parum juvat, te longè distantem consensisse; oportebat enim de novo Procuratorem legitime constituere ad tuum consensum exprimendum.

c Sanch. d. ad. 11. n. 13. d. Coninck. d. 24. dub. 9. n. 72.

In amentiam incidens post Procuratorem constitutum.

11. Quarta difficultas. Quid, si impediat tuus consensus ex eo capite, quod antequam tuus Procurator contrahat, fias amentis; valebit ne Matrimonium contractum à tuo Procuratore, te persistente in amentia post mandatum incuria?

12. Respondeo. Valere assentit Castropal. & cum aliis, quia Matrimonium per Procuratorem non fiet ex vi consensus, quem habebas tunc, quando tuus Procurator contrahit, posset enim evenire, ut tunc esses ebrius, vel dormires, & tamen nemo negat, in hoc casu ebrietatis, vel somni, validum esse illud Matrimonium, sed fit ex vi consensus, quem dedisti, quando Procuratorem constituisti, at mente tunc firmus eras, & sanus.

13. Verum Pont. f. quem sequuntur alii, f. Pont. assentit, nequaquam valere. Ratio, præter ceteras, est, quia (inquit Averlag) amentia ponit hominem extra statum humani commercii, immo, & humanæ rationis; Unde videtur extinguere omnem consensum antea ab hujusmodi homine datum. Confirmando efficacius, quia hic non adest sufficiens consensus alterius conjugis mente sani; nam, quando hic consentit acceptando, & se invicem alteri tradendo, semper intelligit, se consentire ad Matrimonium cum persona, quæ, secundum communem hominum, vel mulierum statum, humana sit: At amentis est extra hunc statum, unde hic videtur adesse error in persona, qui Matrimonium nullum sine controversia parit. Hæc sententia posterior mihi arridet: Noto tamen, locutionem esse de vera amentia, non autem de Phrænesi ad aliquod tempus, hæc enim æquiparatur ebrietati, & non amovet hominem à statu humano.

14. Dices. At alia Sacramenta valida sunt, etiam si conferantur amentis, si is ante amentiam ritè petiit? Cur ergo non idem dicamus in Matrimonio? Respondeo, quia suscipiens alia Sacramenta, v. g. qui baptizatur, solum debet esse subiectum Baptismi, ad quod satis est, illud petiisse, nec petitionem fuisse revocatum; at suscipientes Matrimonium, sunt etiam Ministri, & legitimum

cor-

consensum debent elicere, dum administrant. Cum ergo in casu nostro, saltem alter conjux, qui est sanus, non consentit, ut dictum est, in personam amentis, fieri Matrimonium non poterit.

Verba Procuratoris ad Matrimonium.

15. Quinta difficultas. Quibus verbis debet Procurator uti, quando, nomine principalium, Matrimonium contrahit? Respondeo: His, vel similibus verbis: *Talis consentit in te, vel accipit te in virum, vel uxorem, me mediante, vel Recipio te in virum, & uxorem nomine talis persona.* Ita Sanch. a Sed, quoniam Parochus debeat assistere huic Matrimonio per Procuratorem celebrato? Respondeo, de hoc agam infra. b

§. II.

Per Epistolam.

16. Cum certum sit, etiam per Epistolam, ut ceteri civiles contractus, posse Sacramentum Matrimonii celebrari, solum hic ejus praxim apponere debemus, quam his verbis affert Castropal. c *Debet traditio, & acceptatio utriusque contrahentis coram eodem Parocho, & Testibus fieri, alias non possent testari de Matrimonio: Id verò fiet, si scribas Maria, te ipsum in maritum ei tradere, eamque in uxorem, ex tunc acciperes ipsaque legens litteras cum Parocho, & Testibus, affirmet, se etiam tibi tradere, & traditionem à te factam acceptare. En tibi, quomodo traditis, & acceptatio utriusque contrahentis sit coram Parocho, & Testibus. Existimo tamen, necessarium esse, quod Parochus, & Testes agnoscant tuas litteras, ut sciant, cujus traditionem mulier acceptat, ut notavit Coninck. Hæc Castropalaus.*

17. Dices. Is, qui per Epistolam (idem qui, per Procuratorem) contrahit Matrimonium, ignorat, an alter sit bene dispositus ad Sacramentum, ejusque effectum suscipiendum: Ergo subit periculum cooperandi cum peccato alterius, si fortè ille sit in statu peccati.

18. Respondeo. Cum quilibet, sit existitamburinus de Sacramentis.

mandus bonus, nisi contrarium constet, poterit alius morali certitudine præsumere, alium esse bene dispositum.

19. Illud certè advertendum est, ipsos principales contrahentes debere esse in statu gratiæ, non quidem necessariò eo tempore, quo Procuratorem constituunt, vel Epistolam scribunt, sed eo, quo verisimile est, fore, ut Procurator nomine ipsorum contrahat, vel quo Epistola legatur, quia, ut diximus, & fusè dicemus inferius, ipsi principales sunt Ministri, & susceptores hujus Sacramenti. d Procurator autem ipse d *Legè Sæc.* non peccat, si, dum contrahit Matrimonium, est in statu letalis peccati: quia, nec n. 29. & recipit in se Sacramentum, nec nomine suo 30. ministrat.

Dua Monitiones ad contrahentes per Procuratorem, vel Epistolam.

20. Prima. Sanc. e hic appositè monet, e *Sanc. l. c. n. 31.* optimè facturos contrahentes per Procuratorem, vel Epistolam, si deinde per se ipsos iterum contrahant, ut certius sit Matrimonium, si fortè illegitimum quid intercurrerit. *Nec timeas* (inquit) *de iteratione, quæ licet in aliis Sacramentis, manente eadem materia, prohibeatur, non tamen prohibetur in Sacramento Matrimonii, quia hoc fundatur in ratione contractus civilis, qui iterari ex se potest, & solet.* Adde tamen (ut patebit ex iis, quæ dicentur inferius f) non semper fieri Sacramentum, quoties renovatur consensus, sed *matrim.* solum, quando primo, perficitur contra- ut *Sacræ.* ctus, si antea propter aliquem defectum, ca. 3. nu. 3. legitimè perfectus non fuit.

21. Secunda, prudenter monet Coninck. g in hunc modum: *Sed hæc* (contrahere g *Coninck.* scilicet per litteras) *extra necessitatem non d. 24. n. sunt practicanda, quia alia via commodiores 80. sine.* possunt facile reperiri. Hæc ille, & certè, etiam, quando est necessitas, securior via est per Procuratorem, quàm per litteras.

CAPUT V.

De consensu conditionato.

§. I.

Quid, & quomplex sit conditio.

Matrimonium (sicuti, & ceteri contractus) potest, quantum ad præsens institutum facit, duplici modo contrahi. Primo, absolute, ut, *Te in uxorem duco*. Secundo, sub conditione, ut, *Te uxorem duco, si tuus Pater approbaverit*. Qui duo modi contrahendi, valde differunt; Consensus enim absolutus vult, & de facto parit eodem ipso momento, quo exhibetur translationem dominii in corpus: At conditionatus vult quidem eandem dominii translationem, sed vult, eam non haberi, si apposita conditio deficiat, lege Gasp. Hurtad. a.

* G. Hurtad. d. 7. diff. 1.

2. Hinc, fit, ut Matrimonium absoluto consensu celebratum, nihil expectare debeat, ad suos effectus producendos. Debeat, vero celebratum consensu conditionato; suspenditur enim perfectio contractus, usque ad adventum conditionis: Nam propterea nihil interim innovandum, nec conjuges se, ut tales tractare queunt.

3. Jam vero ejusmodi conditionum divisiones varix sunt. Prima divisio; Alia est de præsentibus: ut, *Te duco, si virgo es*. Alia de præteritis: ut, *Te duco, si Sacro interfuisti*; Alia de futuro: ut, *Te duco, si Panormum te transferes, si tantum diem dabis*, &c.

4. Secunda divisio. Quæcunque ex dictis conditionibus potest esse de re impossibili Physicè, ut, *si volabis, si volasti*, &c. vel, de re admodum difficili, quæ æquiparatur impossibili, immo, & impossibile vocatur, ut, *si montem aureum mihi dotaveris*, vel, de re impossibili moraliter, id est, de re turpi, seu contra leges, ut, *si mendacium dixeris*, &c.

Rursus potest esse de re possibili, sive necessaria, ut, *si cras orietur Sol*, sive contingente, ut, *si Navis ex Asia venerit*.

5. Tertia divisio. Hæc contingens potest esse, vel solum dependens à tua potestate; nam ideo dicitur potestativa, ut, *si venatum*

ibis; Vel casualis, ut, *si cras fulgurabit, si Navis ex Asia venerit*, &c. hæc enim in tua potestate non sunt, Vel mixta, id est partim dependens à tua potestate, partim a potestate alterius, ut, *si officium à Rege impetraveris*, id enim dependet à me acceptante, & à Rege officium conferente.

6. Hic te moneo, has contingentes conditiones non raro apponi, tanquam terminos, vel tanquam diem præfixum, non tanquam conditiones, ut, *Duco te, si morietur meus pater*, id est, quando morietur.

7. Quarta Divisio admodum notanda, Conditionum alia est, quæ inest contractui, & à contractu exposcitur, sine qua scilicet contractus esse non potest, ut, *Te duco, si tu consenseris*. Alia, quam contractus ipse non exigit, nec tamen est contractui contraria, ut, *Si pater consenserit, si mendacium dixeris, si furtum feceris*, &c. Alia, quæ ipsi contractui contraria est, ut, *Te ducam, si non transtuleris dominium tui corporis ad prolem generandam*.

8. Quinta denique. Alia est positiva, ut sunt præcedentes, præsertim, quando dependent ab altero ex conjugibus, ut, *Te duco, si Romam adiveris*. Alia est negativa, ut, *Te duco, si Romam non adiveris*.

9. Adverto Primo, aliquos nihil distinguere inter Matrimonium conditionatum, & consensum conditionatum; Sed certe Sanch. b. bene docet, consensum posse esse conditionatum, Matrimonium vero nequam, quia nimirum, quando consensus est conditionatus, nullum adhuc est verè Matrimonium; at, quando deinde purificata est conditio, fit verum Matrimonium, quod jam nullo modo conditionatum est, sed absolutum, quia per adventum conditionis transit in absolutum. Vides ergo, quomodo Matrimonium nunquam est, nisi absolutum; Moneo nihilominus, nos, & Doctores passim uti hac voce Matrimonii conditionati, per illam solum significantes, tunc Matrimonium nondum esse perfectum.

10. Adverte Secundo, quando inferius sæpè dicemus, per aliquas conditiones ex dictis vitari contractum Matrimonii, sensum esse; tunc Matrimonii contractum esse nullum. Quando autem dicemus, aliquam ex iisdem conditionibus rejici, seu haberi pro non adjecta, sensum esse contractum esse vali-

validum, de conditione autem illa nihil esse validum, de conditione autem illa nihil esse laborandum, cum habenda sit perinde, ac appositae nequaquam fuisset. Sed per singulas conditiones discurremus.

§. II.

Matrimonium sub conditione praesenti, vel praeterita.

11. **C**ONditio de praesenti, vel de praeterito non suspendit Matrimonium, seu non reddit illud conditionatum, sed, vel est certum Matrimonium, vel certum non est. Ratio ducitur ex natura contractus conditionati cujuscunque. Si enim conditio existit, vel exstitit, jam purificata est conditio, & consequenter certum contractus obligat: si vero non existit, vel non exstitit, jam non adest conditio, & consequenter contractus vitatur, & certum non obligat, quia solum sub illa voluit, se obligare contrahens. Ita Sanchez. & aliique.

12. Extenditur haec doctrina ad conditiones turpes, quamvis enim mox dicturi sumus, conditionem turpem de futuro vitare contractum, & illum reddere nullum, tamen eadem conditio turpis de praesenti, vel praeterito, sicuti non suspendit contractum, quia, ut dictum est, conditio de praeterito, vel praesenti certo existit, vel certo non exstitit, ita non vitatur. Ratio autem differentiae est, quia, ex turpi de futuro, allicerentur homines ad turpia patranda, si contractus sustinendus esset, media illa turpi conditione futura: at hoc inconueniens non adest in turpi de praesenti, vel de praeterito, cum tunc supponatur, delictum jam fuisse patratum, ergo non est, unde non sustineatur.

13. Extendatur etiam eadem doctrina data n. 11. ad conditiones de praesenti, vel de praeterito, physice impossibiles; id, quod colligitur ex dicendis mox §. 5. & videri possunt Pontius, b & Castropalaus & extendentes; Thomam vero d Sanchez non extendentem.

14. Inquires. Ad valorem Matrimonii requiritur ne cognitio existentiae talis conditionis, v. g. si sic tecum contrahat puella, & es nobilis, vel, si habes, vel, si habuisti officium a Rege, tecum contraho: necesse ne est, ut ipsa

sciat tuam nobilitatem, vel tuum officium? Quod, si non novit, dicendum ne est, non statim, sed solum, quando noscet, fore validum Matrimonium?

15. Respondeo. Ita putat Coninck. & Ra- e Coninck. rio est, inquit, quia ad Matrimonium opus d. 29. dub. est, ut uterque contrahens sciat consensum l. 1. m. 6. alterius. At in casu hoc, dum puella nescit tuam nobilitatem, non potest tibi notus esse ejus consensus, quia, si sub conditione sibi ignota consentit, non minus ejus dissensus conjici potest, quam assensus.

Confirmatur, quia id esset, ac si diceret puella; *Accipio te in virum, vel non accipio*, quo pacto certum est, esse invalidum Matrimonium.

16. Verum Sanchez & G. Hurt. f quos se- f G. Hurt. quitur Castrop. g merito putant, fore statim iad. d. 7. validum Matrimonium, si vera est conditio. diff. 2. Ratio est, quia puella non consentit sub conditione nobilitatis, vel officii sibi noti, sed g Castrop. sub conditione nobilitatis, vel officii, si haec pal. d. 2. existant, hunc autem consensum jam tu p. 11. §. 1. cognoscis, licet non cognoscas illum, ut procedentem a cognitione nobilitatis, vel officii.

Ad confirmationem dic, esse disparitatem maximam, quia formula illa, nec assensum, nec dissensum determinate significat, cum in casu nostro clare significetur, ut dictum est, consensus determinatus sub existentia conditionis, licet non sub notitia illius.

17. Ex dictis igitur, erit quidem necesse, ut puella cognoscat, an tu sis nobilis, vel officium obtinueris, ut videat, an Matrimonium fuerit validum, nec ne, non vero, ut illud validum fiat.

§. III.

Sub Conditione de futuro necessario.

1. **A** Conditione de futuro necessario, ut, *Duco in uxorem Bertam, si cras Sol orientur*, non suspenditur contractus Matrimonii, sicuti, nec ceteri contractus. Ratio est, quia praedicta conditio, tam ad suspendendum consensum, quam ad demonstrandam consensum certitudinem, appositae esse censetur: ut sensus sit demonstrativus, non conditionatus sic: Sicuti certum est, cras oriri Solem, sic certum est me Bertam ducere.

Fff 2

2. Quod

1. Quod si facias sensum sic: *Duco Ber-
tam, cum cras orietur Sol*, non est mirum,
te debere expectare crastinum, quia tunc il-
lud *Cras* est tempus præfixum. An verò, in
hoc posteriori sensu, hæc verba constituent
Matrimonium, an sponsalia, dixi supe-

a Tract. 3. riu. a

de sponsal.

c. 2. §. 3.

nu. 30.

3. Addo, evenire posse, ut contrahen-
tes, siue ex ignorantia, siue consulo, verè
voluerint expectare prædictæ conditionis
necessariæ impletionem (id, quod est ex
conjecturis colligendum) & tunc suspende-
tur sine dubio consensus, quia tunc, ut sup-
ponimus, verè, sub illa consensum præbue-
runt, & voluerunt facere sensum num. præ-
ced. explicatum.

4. Atque ex hoc Addito vide, an con-
ciliare possis Pontium, & Sanchez. Hic en-
im *b* habet doctrinam à nobis hætenus al-
latam, Pontius *c* verò, dum eam ex parte
2. nu. 5. negat, videtur considerasse id, quod nos in
c Pont. l. 3. prædicto Addito monitum volumus.

c. 1. nu. 12.

d *Sanc. lib.*

5. matr. d.

nu. 13.

e *Pont. lo.*

ci. nu. 7.

5. Notat ibidem meritò Sanchez, *d* si
conditio in se sit contingens, sed certò futu-
ra, ut, *Si Antichristus nascetur*, non suspen-
dere consensum; cum enim id sit de futuro
certo, æquivaleret necessario. Non ergo as-
sentior Pontio *e* dicenti, consensum tunc
suspendi, usque ad conditionis eventum;
cum enim sit incertum, inquit, quando
Antichristus *v. g.* nascetur, debet expec-
tari ejus temporis adventus. Non, inquam,
assentior, siquidem tu non contraxisti sub
conditione, *Si Antichristus tali tempore nasce-
tur*, sed, *si Antichristus nascetur*, quod certum
est, & tibi satis cognitum.

Ne tamen excidar hic debere etiam addi
illud, quod modo addidi *nu. 2. & 3.*

§. IV.

*Sub conditione de quocunque futuro con-
tingente, sed non turpi.*

Ubi.

AN, ADVENIENTE CONDITIONE,
necessarius sit novus consensus?

1. **I**N consensu sic *v. g.* habito: *Te duco, si
Pater tuus consenserit*, vel, *si Avus tuus
te duxerit*, &c. Certum est, Matrimonium

suspendi, quia sub illa conditione con-
trahis: accedente autem dicto consensu, vel
dote, certum item est, Matrimonii obliga-
tionem subsequi debere, cum jam parificata,
id est posita sit conditio, &c. Idem dic
de quacunque alia conditione etiam vana,
dummodo non sit turpis, Ut *Tecum contra-
ho, si veris venatum, si in terram expues*, &c.
quia contrahentes non prohibentur ponere
ex sua libertate (esto imprudenter) condi-
tiones, quas velint, modò non sint turpes,
nec à lege reprobata. Ita Averfa *f* contra So- *f. Aver.*
tum, & alios. *g. s. matr.*

2. Sed difficultas est gravissima hic, & *sec. 6. v.*
in similibus consensibus conditionatis, vel *Quint.*
consensibus respicientibus tempus futurum,
ut, *Te duco, si tantam dotem mihi assignaveris*,
Te duco pro die crastino, in quibus certum est,
non esse Matrimonium ante adventum præ-
fixi temporis, Difficultas (inquam) est, An
purificata jam conditione dotis, seu adve-
niente tempore designato, debeas iterum
actum consensus exhibere ad valorem Matri-
monii, an satis sit prior ille consensus exhi-
bitus ante conditionis, vel temporis adven-
tum, ita, ut, conditione, vel tempore positis,
statim, sine novo tuo actu, validum sit Ma-
trimonium?

3. Respondeo. Duas de more esse senten-
tias. Prima sustinet, non requiri novum
consensum, sed statim validum esse, posita
conditio, Matrimonium, Ita Sanchez, *g*
& aliique, quorum potissima ratio est, quia *g. Sanc. lib.*
consensus ille conditionatus verus consensus *matr. d. 1.*
est, licet (quia sub illa conditione) imper- *n. 5. Co-*
fectus. Si ergo non est revocatus, ut supponi *nunc. d.*
semper debet, idem manet, adveniente con- *2. 9. matr.*
ditione: & quia non amplius pendet à con- *G. H. d.*
ditione, jam perfectus erit, & absolutus: Ut *7. diff. 3.*
quid igitur necessaria est alterius novi con- *Delage d.*
sensus accessio? *10. d. 1.*

4. Quod si ab his Auctoribus requiras, *g. 14. n.*
quandonam ex vi Tridentini Parochus, & *386. c. 1.*
Testes debent assistere dicto Matrimonio, *etiam si*
quando sit consensus conditionatus, an *parochus d.*
quando impletur conditio? *13. sec. 1.*

Responder Sanchez loc. cit. quando sit *n. 111. Co-*
consensus conditionatus; quia tunc verè *strop. d. 2.*
exhibetur consensus ad Matrimonium. Si *p. 11. §. 1.*
cuti iidem assistere debent Matrimonio, *n. 5. d. 1.*
quod sit per Procuratorem, non verò con- *ab ipso*
stitutioni Procuratoris, At verò Coninck, *citat.*
&

& Huiusmodi locis citatis respondent, debere assistere etiam, quando impletur conditio, quia illi debent esse Testes Matrimonii, at Testes esse non possent Matrimonii jam contracti, si solum assisterent conditionato consensui, non vero impletioni conditionis.

5. Verum secunda sententia iustinet, requiri novum consensum, sine quo ille prior conditionatus consensus, etiam adveniente conditione, constitueret solum sponsalia absoluta, non vero constituerent Matrimonium. Ita Pontius, & alii, quorum ratio principalis esse debet, quia licet ille consensus conditionatus sit certe consensus, tamen est imperfectus, ut ipsi Adversari fatentur: ergo, etiam adveniente conditione, imperfectus existere manebit. Probatur consequentia, quia in 9. 10. Late se remanet ille idem, qui erat antea, nec adveniens conditionis aliquid influit in illum. Quare, si tunc non habebat efficaciam ad perfectum obligandum, nec habebit ex se post conditionem.

6. Quod autem consensus conditionatus non habeat tantam efficaciam, patet, quia secus non posset valide revocari ante completam conditionem, sicuti non potest consensus absolutus. Et secus, huic consensui conditionato non praevaleret consensus absolutus, quo quis inuit cum aliqua Matrimonium absolute, relicta ea, cum qua ante completam conditionem sub conditione contraxerat, ut praevalere, docemus omnes.

7. Quare licet (ut videri potest apud Auctores citatos) concedatur, ejusmodi conditionatum consensum, modo dicto imperfectum, obligare contrahentem in ceteris materiis, in quibus, adveniente conditione, regulariter, non debet, ad inducendam obligationem, accedere novus consensus, quia contrahens voluit, se obligare pro illo tempore, quo accederet conditio; id tamen in Matrimonio concedere non possumus; non solum, quia cum gravissimus sit, & indissolubilis contractus, requirit perfectissimum consensum, sed quia in Matrimonio obligatio non oritur ex promissione, qua se quis velit obligare, sed ex ipso actuali actu, ex vi cuius efficaciter se obligat; huic enim actui, tanquam materiae proximae, adheret ratio Sacramenti à Christo Domino instituti.

8. Ex his vides, in hac sententia Parochum, & Testes huic novo consensui assistere omnino debere, quia solum per hunc consensum contrahitur Matrimonium, cum in conditionato, adveniente conditione, adsit solum ratio sponsalium.

9. Dices cum Castropalao citato. Quando Matrimonium de praesenti contrahitur, prius suum consensum exprimit v.g. vir, sub conditione tamen in se imbibita, quod mulier consentiat, qua consentiente, opus non est, ut vir de novo consentiat, sed ejus consensus, qui in se conditionalis erat ante mulieris consensum, redditur absolutus, & perfectus, mulieris consensu adveniente. Ita ergo in casu nostro, adveniente conditione, non erit necessarius novus consensus.

10. Respondeo. Negari consequentiam posse. Nam viri consensus de praesenti, moraliter, & secundum humana commercia, idem censetur esse ante, & post mulieris consensum: quod certe nimis manifeste non habet consensus sub futura conditione, qui solum perseverare judicatur ex eo, quod nondum est revocatus: at ille de praesenti idem censetur durare, quia tunc elicitur, & quidem prudenter judicatur, ac si actu eliciatur post mulieris consensum. Quare consensus novus non est necessarius.

Confirmatur, quia viri consensus de praesenti, ita praecedit consensum mulieris, ut ex circumstantiis clare appareat, esse vir in tali dispositione, ut, si mulier, primo consensisset, sequeretur, & ipse cum suo consensu; Quare non est mirum, si novus non sit necessarius; sufficit enim consensus cum ejusmodi affectione: id quod certe non est in casu conditionis de futuro, in quo multae possent contingere mutationes, &c.

11. Ex his duabus sententiis haec posterior mihi certior sit: ceterum priorem sententiam, cum ea tantorum virorum sit, commodaque ratione fulciatur, qua fronte improbabilem appellaveris: Quare merito utramque probabilem esse, superius b indicavimus.

b Supra
Tr. 3. de
spons. c. 3.
§. 2. n. 10.

Conditio, si Pontifex dispensaverit.

12. Jam vero, ex allata decisione consequitur decisio illius similis difficultatis. An Matrimonium initum inter impeditos sub conditione, si Pontifex dispensaverit, sit validum statim, ac impetratur dispensatio, an potius sit necesse, ut post eam impetratam, novus consensus accedat?

13. Respondeo. Sanchez, Coninck, Hurtadus, Castropal. II. cc. non requiri, Pontius aliique citati, quos ego sequor, requiri, consequenter putant. Rationes præcipuæ pro utraque parte sunt eadem, ac prædictæ, nam propterea idem de utraque sententia judicium feratur, quod modo num. 11. tulimus de sententiis præcedentibus.

An hac conditio, si Pontifex dispensabit, sit contingens?

14. Circa hanc conditionem, si Pontifex dispensaverit, quæres hac occasione Primo, an semper sit connumeranda inter conditiones contingentes.

Respondeo. Non semper. Nam in iis rebus, in quibus solet dispensatio concedi, (licet solum ex gravi causa) inter contingentes est annumeranda, atque adeo erit obligatio expectandi, donec ea impleatur modo dicto num. 1. In iis vero, in quibus dispensari à Principe non solet, conditio dispensationis est connumeranda inter impossibiles, seu turpes, de quibus mox §. 5. Talis esset dispensatio Matrimonii inter fratrem, & sororem. Quare hi semper remanebunt inhabiles ad Matrimonium, si vè apponatur conditio dispensationis, si vè non. Idem igitur erit dicere. Ego te duco meam sororem, si Papa dispensaverit, ac dicere Ego te meam sororem duco.

15. Quæres Secundo. Quis nam obligabitur procurare ejusmodi dispensationem solitam concedi (idem dic de aliis conditionibus, quæ procurari deberent, ut Patris consensus, Advocati consilium, &c.) si quando Matrimonium sit sub dicta conditione dispensationis contractum.

Respondet Castropal, loc. cit. citans Coninck, nemini ex contrahentibus id per se incumbere, nisi ad id speciatim se quis obli-

gaverit. Incumbet ergo ei, inquit, qui cupit contractum perfici. Expensas autem, ait, debere esse communes, quia utriusque negotium geritur. Quod dictum est de Matrimonio, dic de sponsalibus, quando sunt contracta cum dicta conditione.

De dictis expensis multa dixi Tr. 3. c. 5. §. 7. à numero 7.

Si Pater consenserit.

26. Occasione item prædictorum, quærent hic Doctores.

I. Quantum tempus debet expectari, si nullo præfinito termino aliquis sic contrahat: Te duco, si Pater meus, vel tuus consenserit?

Quærent II. Quid, si Pater consentiat, sed deinde statim consensum revocet, repugnetque? Et utraque quæstio erit etiam in sponsalibus sub eadem conditione contractis.

17. Respondeo ad primum. Prudentis arbitrio (ut fieri debere diximus sæpe in similibus) erit competens tempus definitum.

18. Respondeo ad secundum, tunc non esse positam conditionem, quia illa celeriter addita repugnantia, absolutum Patris consensum moraliter non ostendit.

19. Major difficultas est, si Pater initio repugnet, sed deinde consentiat. In quo casu positam jam esse conditionem, atque adeo Matrimonium obligare, docet Coninck, & Hurtadus supra citati; Non esse positam, unde Matrimonium non obligare, docent Sanchez, a & Pontius, b quia, si Pater repugnabit, avolvit obligatio. Sed dic, amice, cur per te in casu num. 18. allato, statim, atque Pater consentit, non firmatur Matrimonium, at nunc, statim, ac Pater repugnat, evanescit obligatio? Vellem à te hujus paritatis disparitatem.

20. Id fortasse vidit Castropalaus, c nam propterea huic difficultati, ita respondet, ut utrobique consideret celerem consensum, vel dissensus Patris mutationem; nam, si rogatus Pater, inquit, ita firmiter dissentiat, ut præsumi non possit, intra breve tempus arbitrio prudentis ejus consensum obtinendum esse, conditio absolute deficit, secus vero, si consensus ejus obtinetur intra breve tem-

re tempus, tamen si rebellis primum extiterit: Sicuti impleta censetur conditio, si Pontifex dispensaverit, tamen si primæ, & secundæ petitioni non acquieverit, si postea dispensationem concesserit.

21. Quod dictum est, certè est regulariter. Ceterum rectè monet Aversa, a si intentio contrahentium fuit de consensu, quem statim, audito negotio, daret Pater, tunc ad primum ejusdem nuntii standum esse. Vide apud eundem; quid fiet, quando Pater taceat, & similia.

22. Si Pater erat mortuus, & tu apposuisti Matrimonio tuo hanc conditionem. Si Patri placebit, impossibilem conditionem apposuisti, undè de hoc consensu idem dicendum est, quod mox dicam universim de conditione impossibili.

23. Quid, si Pater decedat, priusquam ejus assensus explorari potuerit?

Puto, tunc impletam esse conditionem; & Matrimonium valere. Ratio est, quia ejusmodi conditio: Si Patri placuerit, regulariter apponitur, ne Patrem filius offendat, si forte Matrimonium eligat sine ejus consensu: quæ ratio cessat, si jam ipse decesserit.

24. Dixi (regulariter) si enim vera appositum fuisset propter aliquid dependens à vita Patris, tunc sanè nullum erit Matrimonium, quia advenire non potest conditio requisita.

§. V.

Sub conditione de futuro impossibili physica.

Ubi

DE FUTURO MULTUM DIFFICILI.

1. **V**T, quæ sunt dicenda planiora fiant, tria distinguamus oportet. Primum, Contractus communes, de rebus temporalibus. Secundum, ultimas Testatorum voluntates. Tertium, contractum Matrimonii, quando hæc sub conditione impossibili exhibentur. Et exemplum quidem Primi est: *Equum tibi vendo, si tu volabis.* Secundi: *Relinquo Titio meo hæredem, vel legatario centum, si volabit.* Tertii: *Te duco in uxorem, si volabis, & Cælum manu tetigeris.*

2. Porro ex communi sententia Docto-

rum, quos habes apud Delugo, b & apud b Delugo Pontium, c in primo, hoc est in contractibus communibus, conditio impossibilis irritat, seu irritat dictos contractus; ita, ut, c Pont. l. 3. in exemplo allato, illa venditio omnino sit nulla. Ratio est, quia ea conditio, sub qua facta est venditio, poni nunquam potest, & consequenter (ut etiam Jura d disponunt) d Institut. de inutilib.

3. Rursus ex communi sententia Doctorum, quos apud eosdem habes ibidem, in seipso cundo, hoc est in omnibus ultimis voluntatibus (excipit Pontius loc. cit. institutio- nem filii in hæredem, quando in potestate Patris est) conditio impossibilis non irritat dispositionem, sed ejusmodi conditio rejicitur, ac, si appositum non fuisset. Vide tamen omnino quæ dicam numero 9. Undè in exemplo allato numero 1. debebuntur Titio illa centum. Ratio est, quia licet nunquam evasura sit absoluta illa Testatoris dispositio, propterea, quod nunquam eveniet dicta conditio; tamen legislator in legibus afferendis mox numero 9. ita statuit, si ne captiosa hæc dispositiones cum malo publico invehentur, si, quia præsumit, Testatorem ita velle.

4. Denique ex communi item, & certa sententia apud Doctores mox citandos, conditio impossibilis in Tertio, hoc est in Matrimonio, se habet, sicuti in dispositionibus dictis ultimarum voluntatum, non enim irritat dictum Matrimonium, sed ipsa regulariter (ut mox explicabo) rejicitur, ac, si appositum non fuisset, & Matrimonium statim est validum, si est inter personas habiles ad Matrimonium. Verum id, quo modo sit intelligendum, hujus loci est breviter explicare.

5. Equidem celeberrima est difficultas, cur in ceteris contractibus conditio impossibilis illos irritat, non vero in Matrimonio? Si respondeas, quia ita Decretum est à Gregorio IX. sicuti quoad dispositiones ultimarum voluntatum, ita sancitum in c. de conditionibus ap- ferendis, nullo modo satisfacis. Nam Princeps potest quidem in rebus temporalibus, propter bonum commune, supplere defectum consensus subditorum, & ita fecit in dictis ultimis dispositionibus. At Ecclesia

non

non potest supplere defectum consensus in Matrimonio, quod, ut supra vidimus, celebrari, nisi per proprium contrahentium consensum, non potest.

6. Tanta visa est hæc difficultas Durando, *a* ut dixerit se minimè percipere, unde in 3. d. 39. Ecclesia Matrimonium celebratum sub dicta conditione validum pronuntiet, & ideo hæc difficultatem Doctoribus solvendam b Sanc. l. 5. relinquit. Et Sanc. b quidem postquam re-
mar. d. 4. tulit sex aliorum explicationes dictæ dispositionis Gregorii IX. in qua ejusmodi Decretum continetur, suam ipse adhibet. Cum c Delu. l. c. autem hæc non placeat Joanni Delugo, c
à nu. 355. suam etiam is tradit, sed cui, fortasse tunc, perinde, ac meus animus, non omnino con-
quiescit.

7. Nos igitur facilem viam, & certere-
giam inveniunt, duo statuamus cum Cod. Conin. d. ninck. d. Dico enim Primo, Ecclesiam, sic 29. ar. 42. decrevisse regulariter, quia cum nesciatur quæ sequi-
tur G. Hu. trahens adhibuerit illam conditionem im-
d. 7. matr. possibilem sine animo contrahendi, an po-
diff. 10. tius cum vero contrahendi animo, & solum illam adhibuerit per jocum, vel per igno-
rantiam, Ecclesia præsumit hoc posterius, quod est in favorem validitatis Matrimonii, & consequenter validum Matrimonium pronuntiat, & conditionem habet, ac si adjecta non fuisset.

8. Dico Secundo. Si tamen constet, conditionem illam impossibilem appositam fuisse sine animo contrahendi, vel cum animo volendi vere expectare illam, certè in foro conscientie nullum fore Matrimonium, & probari si id possit, etiam in foro fori, nam propterea antecedenti dicto, & numero 4. apposui illud (regulariter) Ratio est, quia consensus Matrimonii totus, quantum quantus est, dependet ab animo contrahentis.

9. Quamvis autem num. 3. absolute, & sine distinctione dixerimus, dispositiones ultimarum voluntatum celebratas sub conditione impossibili valere, rejecta conditione, ita disponentibus Juribus, ut innuimus nu. 5. unde id intelligi in utroque foro, teneat
c Turrian. d. 15. du. 9. Turrianus; & tamen Sanc. & Vasqu. quos
num. 9. citat, sequiturque Delugo, f. ajunt in dictis
f. Delugo l. ultimis voluntatibus debere servari idem,
c. à nu. 342. quod dictum à nobis est modo in Matri-

monio, id est eas factas sub modo impossibili, valere regulariter in foro externo, idque, quando aliud non constat de voluntate Testatoris, at non valere, si constet, Testatorem apposuisse illam conditionem impossibilem sine animo disponendi, vel cum animo volendi illam expectare, quia, si attente expendantur jura, & quando voluerunt, ut conditiones impossibiles in ultimis voluntatibus haberentur pro non adjectis, nihil aliud voluerunt, nisi, ut pro non adjectis præsumerentur ab ipsarum legum foro, præsumptio autem semper cedit veritati, quando de hac constat.

10. Quid in dubio, an affuerit ejusmodi animus?

Respondeo, tum in Matrimonio, tum in ultimis voluntatibus possessio stabit pro negatione Matrimonii, & pro negatione dispositionis. Lege Hurt. l. c.

Conditio impossibilis putata possibilis.

11. Enascitur ex dictis gravis hæc dubitatio: Si conditio sit re ipsa impossibilis, sed possibilis reputetur (quod ex conjecturis colligi non raro potest) à contrahente Matrimonium, quid judicandum?

Respondeo. Sanchez h. sentit, nullum tunc esse contractum Matrimonii, immo & nullam dispositionem ultimæ voluntatis. Ratio est, inquit, quia tunc contrahens, & dispiciens ita consentiunt, ut verè expectare velint implerionem conditionis, jam enim illam putarunt possibilem, atque adeo, quæ impleri posset. Quoniam ergo ex alia parte ea nunquam ponetur, nunquam purificabitur consensus, & sic nulla remanebunt contractus, & dispositio.

12. At vero Delugo i. putat, non annullari i. Delugo Matrimonium, sed eam conditionem esse rejiciendam, perinde, ac adjecta non fuisset, Idemque dicit in ultimis voluntatibus. Ratio ducit ex Textu, k nam Pontifex absolute, & sine distinctione definit, esse validum Matrimonium, & conditiones impossibiles esse rejiciendas: hæc autem jam absolute sunt impossibiles, quamvis à re, non tales, reputatæ. Utraque sententia est probabilis, modo hæc posterior intelligatur juxta dicta
num. 7. & 9.

Condi-

Conditio valde difficilis.

13. Subnascitur etiam sequens difficultas. Quid sentiendum, si conditio sit multum difficilis, quæ equiparari solet impossibili, seu, ut aliqui loquuntur, si conditio non sit impossibilis per naturam, sed solum de facto propter ejus summam difficultatem? v. g. *Te duco in uxorem, si Regnum mihi dotabis, si tu (inops) mihi mille numerabis &c.* Ubi nota prius ex his, quamvis in se sit possibile, tamen etiam multis est valde difficile: Et posterius facile fortasse erit aliis, at difficillimum ei pauperi, qui deberet conditionem illam implere.

14. Respondeo. Prima sententia asserit, a Matrimonium sub prior conditione initum, id est sub conditione, quæ, quamvis comparatione aliquorum sit possibilis, est tamen multis valde difficilis, esse validum (regulariter tamen juxta dicta num. 7. & 8.) & conditionem illam rejici, sicuti rejicitur conditio quælibet physice impossibilis. Ratio est, quia illa conditio verè est, & appellatur moraliter impossibilis; ergo, ut impossibilis debet rejici. At vero Matrimonium sub posteriore conditione celebratum, id est sub conditione, quæ cum sit respectu aliorum, si vefacilis, si vè possibilis, est tamen valde difficilis solum ei, qui illam debet apponere, hæc prima sententia docet, esse invalidum, quia in jure non rejiciuntur, nisi conditiones absolute impossibiles, qualis non reputatur illa, quæ solum respectu tui unius est valde difficilis.

15. Secunda sententia asserit, b ejusmodi Matrimonium contractum sub conditione Castrop. d. valde difficili, si vè multis, si vè uni non esse validum, si de facto non ponatur conditio, & conditionem dictam non rejici. Ratio, quia conditiones impossibiles solum per naturam in jure rejiciuntur, non vero rejiciuntur hæ conditiones, quæ vocantur impossibiles de facto, cum hæ verè sint potius difficiles, quam absolute impossibiles.

Et confirmatur, quia hæ conditiones difficiles in dispositionibus ultimarum voluntatum non rejiciuntur à jure, ut probat ibidem Pontius, præsertim ex illo juris c. *Cui natura inutilibus impedimento est*, ergo neque rejici debent in Matrimonio, de quo Ecclesia definit ad si-

Tamburinus de Sacramentis.

militudinem dispositionis civilis circa dictas ultimas voluntates.

16. Si conditio ex se possibilis, sed, vel per accidens, vel lapsu temporis fiat impossibilis, eam non esse numerandam inter impossibiles, & consequenter nequaquam rejici in Matrimonio, rectè monent Sanchez, Pontius, & Castropalaus citati.

§. VI.

De conditione turpi de futuro, quamvis ea non sit contraria Contractui Matrimonii.

1. Cum illud possimus, quod jure possumus, ideo conditionem hanc turpem appellare jura solent impossibilem. Accedit, quod impossibile judicari debet, hominem honestum velle facere id, quod turpe est. De hac enim loquimur, non vero de conditione turpi, quæ poneretur ab alio sine contrahentium voluntate, ut, si quis sic contrahat. *Vendo tibi equum, si forte à latronibus tibi tuus ablatus fuerit*, tunc enim valet contractus, quia turpitudine non ponitur, ut admittenda à contrahentibus, sicuti rectè notat Delugo. d. d. Delugo d. 22. de pro non adjecta, debereque repelli in Matrimonio, perinde, ac repellitur conditio physice impossibilis, cum iisdem tamen limitationibus allatis §. præced. num. 7. & 8. Ratio dicti est, quia ita definit l. c. Pontifex. e c. C. final. de cond. appof.

2. Hæc sit, ut hæc conditio: *Te duco in uxorem, si te Virginem inveniam*, esse modo dicto rejiciendam, quia est turpis; siquidem illam invenire Virginem vis, ad eam accedendo; at hic accessus turpis est, cum antè inventionem ejus virginitatis, illa non sit conjux tua. Dixi (ad illam accedendo) nam, si velis invenire modo licito, v. g. per Obstetricem, conditio turpis non erit, quare non rejicienda.

3. Quæret curiosus. Eademne doctrina est in ultimis voluntatibus, ita, ut conditiones turpes in iis rejici debeant?

Respondeo. Ita, s. cum hoc tamen discrimine, quod conditio impossibilis tunc solum habetur pro non adjecta in ultimis voluntatibus, quando non constat, Testatorem omnino voluisse dispositionem non subsistere, ablata conditione. At vero conditio turpis in iis

Ggg

in iisdem ultimis voluntatibus semper aufer-
tur, & dispositio valet, etiam si de contraria
Testatoris mente constet. Ratio autem hu-
jus rei est, quia ita absolute disponunt jura, ne
ob meritum lucrum amittendi Legatarius, vel
hæres inducantur ad malum: regulariter ta-
men id etiam disponunt ex præsumpta, vel
interpretativa Testatoris voluntate. Et qui-
dem valet legatum, quando non stat per Le-
gatarium, quin ponatur modus. At non stat
per Legatarium, apponi modum turpem, sed
per legem, quæ modum illum, seu illud turpe
onus merito vetat; ergo pari modo valebit
legatum sub simili conditione turpi.

5. Quid in cæteris contractibus commu-
nibus? Respondeo, in his ejusmodi conditio-
nes turpes, nec rejiciuntur, nec impossibiles
reputantur; obligantur tamen sic contrahen-
tes rescindere ejusmodi contractum factum
sub conditione turpi, ut sic patrandæ turpitu-
do impediatur, de quo ego latè a libi.

a Lib. 7. in
Decal. c. 5.
§. 3. n. 8.

§. VII.

Sub conditione, qua inest contractus
Matrimonii.

1. Si apponatur in contractu conditio, quæ
de se inest in dicto contractu, eoque
modo exprimitur, quo inest, non suspendit
contractum, sed statim est perfectus, v. gr.
Vendo tibi equum, si consenseris: quæ est condi-
tio tacite imbibita in omni contractu, vel: *si*
pretium dederis, quæ est conditio ex se inhæ-
rens contractui venditionis. Ratio est mani-
festa, quia cum taciti, & expressi eadem sit ra-
tio (de quo axioma plura habent Pontius, b
& Barbosa) ejusmodi contractus non est per
d Sanc. l. 5. memoratas conditiones propriè conditiona-
matr. d. 1. tus, sed solum per illas exprimitur id, quod de
nu. 6. jure veri contractus est.

b Pont. l.
3. c. 2.
c Barb. in
Tr. axiom.
218.
d Sanc. l. 5.
matr. d. 1.
nu. 6.
Pont. l. c.
Aver. qu.
§. matr.
sec. 6. V.
In primis.
e L. Si ita
legatum.
§. Illi, si
valet ff. de
legatis
primo.

2. Id igitur pari modo se habet in contra-
ctu Matrimonii, Quare, si dicas: *Contraho te-*
cum, si consenseris, si non es mea consanguinea, si
nullum subest impedimentum, non suspenditur
Matrimonium, quia conditiones hæc de se in-
sunt in Matrimonii contractu. Sanchez d
aliique.

3. Dixi (eo modo, quo inest) nam, si ejus-
modi conditiones aliter exprimentur, non est
mirum, quod suspendant. Sic in jure suspen-
ditur dispositio in sequentem modum facta:

Relinquo Titio legatum illud, si velit: Sensus e-
nim est, si se declarat, quod velit (quæ decla-
ratio non inest in dispositione) quare ante-
quam declaraverit, se velle, non habet vim le-
gatum; nam propterea, Titio ante declara-
tionem mortuo, legatum non transmittitur
ad ejusdem Titii hæredes. Simili modo in
materia Beneficiorum, si dicat Pontifex, vel E-
piscopus. *Confero tibi hoc Beneficium, si evide-*
neus, non suspendit. At, si dicat: *Confero tibi*
hoc Beneficium si inventus fueris idoneus, su-
spendit, quia illud explicatur, ut inest de jure
Collationis, hoc vero, non item.

4. Quod ergo de his dispositionibus dictum
est, servari etiam debet in Matrimonio. Un-
de, si sic illud in eas: *Contraho tecum, si Ecclesia*
id approbaverit, suspendit, quia conditio aliter
exprimitur, ac inest; Sensus enim est: si facti
examine constiterit, non adesse impedi-
mentum. Ita f. Averla, aliique, quibus adde Co-
ninck, citatum ab Averla in contrariam par-
tem, sed, si is attente legatur, mihi videtur, ef-
se pro parte hac, quæ est communis.

5. Quando aliquis diceret, *si Deo placuerit, l. c.*
Vendo tibi equum, Duco te in uxorem, &c. cum
communiter intelligatur de voluntate bene-
placiti Dei, quæ omnia vult, vel permittit,
nec suspendit contractum, nec Matrimo-
nium, sed valide ea iniri. At, si intelligatur de
voluntate Approbationis, id est, si Deus, ut
bonum approbet, tunc, propter rationem
modo dictam, suspendit. Ita Sanc. Averla,
aliique citati.

Lege Pasqualigum, g qui ex allata doctri-
na colligit, legatum quoddam relictum Re-
ligioso, si ipsum Religiosus petierit, nec ab
ipso Religioso, nec ab ejus Monasterio obti-
neri posse, nisi ipse Religiosus personaliter
petat, nec satis esse, si petat Monasterium.

§. VIII.

Sub conditione contraria contractus
Matrimonii.

1. Si quis v. g. ita contrahat: *Te duco in uxo-*
rem, si in te non transferam dominium mei
corporis ad usum conjugalem, contrahit cum
conditione, seu modo contrario substantiæ
Matrimonii. Et de his, vel similibus dico, ir-
ritum esse, & nullum Matrimonium, quia
non potest Matrimonium subsistere sine suis
substan-

substantialibus. Quare non immerito sic definitur a Pontifice, non novum jus condens, sed quod est, de jure naturæ declarans.

2. Atque id verum est, tamen si ab altero ex conjugibus ejusmodi conditio apponatur, quia validitas Matrimonii æque pendet ab utriusque consensu, ut contra Covarruvias, & alios requirunt ad nullitatem, ut conditio hæc apponatur ab utroque, notat Castropalaus, b esto Sanchez probabilem vocet sententiam Covarruvias.

3. Cum autem hæc conditiones versari possint circa tria bona Matrimonii superius dicta, Sacramentum, Fidem, Prolem: Quæritur, an quæcunque conditio contra hæc tria, Matrimonium irritet? Exemplum primi est: *Contraho tecum donec, seu, si non inveniam pulchriorem*; id enim est contra Matrimonii Sacramentum; quod est indissolubile. Exemplum secundi: *Contraho tecum, si te adulterandam tradideris*. Exemplum tertii: *Contraho tecum, si vitabimus generare, vel educere prolem*.

4. Et omnes quidem conveniunt, conditiones contra bonum Sacramenti, & Fidei in primo, & secundo exemplo allatas irritare Matrimonium, quia hæc sunt contra essentialia Matrimonii. At de conditione contra generationem Proles Sanchez e putat ab ea irritari Matrimonium, quia pari modo illius essentialis ipsa repugnans est.

5. Sed G. d. Hurtad. melius distinguit; aitque, ab ea Matrimonium irritari, quando apponitur conditio evitandi prolem medio illicito v. gr. si deberet evitari, sumendo remedia ad deiciendum sætum, occidendo, vel non educando prolem susceptam, &c. Id enim est planè contrarium Matrimonio: non autem irritari, quando apponitur eadem conditio modo licito v. gr. si evitanda esset susceptio proles, quia conjux noller perire; quod utique licitum ipsi est, vel, quia etiam noller reddere, sed cum consensu alterius conjugis, puta emissio ex utriusque voluntate Voto Castitatis: id enim non repugnat Matrimonio, cujus essentia est obligatio ad transferendum corpus in ordine ad generationem, non vero ipsa actualis generatio, ut supra vidimus. Quare, si actualis evitatio proles fiat propter bonum finem ex utriusque conjugis consensu, ut fuit in Matrimonio Sanctissimæ Virginis, & Sancti Joseph,

nec illicita est, nec Matrimonii essentialiter repugnans.

§. IX.

Sub conditione positiva, vel negativa.

1. **H**æc, vel similis positiva conditio sine præfixione temporis: *Te duco in uxorem, si Romam adiveris*, unico, & primò actu impletur. Debet autem impleri, quam e prius moraliter possit. Unde, si occurrat moralis opportunitas, & Romam non adeas, solvitur contractus tui Matrimonii, si adeas, stabilitur, & firmus redditur; jam enim purificatur conditio. De hac conditione sic habet Textus. *f. Si in Capitolium ascenderit, sic l. Hæc recipienda est, si, cum primum potuerit, ascenderit.*

2. Contra, hæc, vel similis conditio negativa sine determinatione temporis: *Te duco, si Romam non adiveris*, prorsus vana est, & nullum unquam pariet Matrimonium, quia esset expectandum usque ad mortem, ut videretur, an ille Romam adiret, nec ne, quod esset dicere, Matrimonium esse adimplendum post mortem, quo nihil magis ridiculum esse posset.

3. Quoniam vero sic aliquis contrahere potest aliquando: *Te duco, modo Romam non adiveris*, maxime est advertendum ejusmodi consensum non esse sub conditione, sed sub modo. Quare Matrimonium est validum, quia est absolute contractum, & solum remanet obligatio conjugum Romam non adeundi, seu illum modum servandi, si turpis non est.

§. X.

Monitio ad Parochos.

4. **H**actenus dicta de consensu conditionato in Matrimonio locum hodie nullum habere debebunt, quia monendi sunt Parochi (quorum, & Testium assistentia est post Tridentinum necessaria ad validitatem Matrimonii) ut nunquam ejusmodi conditionatos consensu admittant. Nam licet, si admitterent, Matrimonium perficiendum foret per conditionis adventum, modo in superioribus explicato; nihil enim circa rem hanc Tridentinum innovavit, nihilominus

Ggg 2

nus

nus prudenter Parochi facient, si absolutum requirant consensum. Quod, si alicujus conditionis impletio ad Matrimonium expectanda sit, ea expectetur, antequam illud per verba de presenti celebretur. Utile tamen fuit, prædictas condiciones explicare, tum, ut natura contractus Matrimonii magis introspiciretur, tum, quia illæ locum sæpè habere possent in Sponsalibus, in quibus non est opus præsentia Parochi, ut recte notat Sanchez.

a Sanchez. l. 5. ch. 2. a
d. 1. n. 1.

CAPUT VI.

De Consensu Matrimonii coacto.

§. I.

De Consensu dato ex Errore, & similibus.
Remissivè.

1. **Q**Uoad errorem, dolum, deceptionem, recole, quæ superius dicta sunt circa sponsalia, nam, quia eadem hic sunt observanda, molestum esset, illa repetere.

b Supra
Tr. 3. c. 2.
§. 2.

2. Præterea scito, nihil nos hic agere de consensu Matrimonii habito ex spe lucri, ex blanditiis, ex amore, &c. hæc enim sine dubio nihil obstant validitati Matrimonii, cum ea non faciant involuntarium, sed maxime voluntarium augeant. Lege Sanchez.

c Sanchez. l. 4.
matrim.
d. 11.

§. II.

De Consensu ex Metu

1. **M**eminis, ut supra explicuimus, metum alium esse gravem, alium levem, justum, injustum, incussum, vel ad extorquendum Matrimonium, vel ad aliud, incussum item, vel ab extrinseca causa libera, vel ab intrinseco.

2. His in memoriam redactis, hic ea ex ali-
bi d. dictis afferam, quæ magis pertinent ad materiam de Matrimonio, quo ad meticulousum consensum, in quo versamur. Et quamvis multa de hoc argumento dicta sint supra, aliqua tamen ex illis hic repetere, claritatis, & commoditatis gratia, non gravabor.

c Supra
Tr. 3. de
spons. c.
2. §. 2.

Metus gravis injuste incussum, ad extorquendum Matrimonium.

3. Matrimonium hoc metu contractum est jure naturæ, ex mea sententia, nullum, id alicubi fatis probatum est ex eo capite, quod quicumque contractus, simili injusto metu initus, non potest parere in alio jus Justitiæ; sic enim oriretur Justitia ab injuria, scilicet ab Injustitia, quod est impossibile. Est etiam ejusmodi Matrimonium ab Ecclesia annullatum, quod nemo negat.

4. Hinc sequitur, etiam juramentum, quo quis, vel Matrimonium, vel sponsalia metuculosa firmet, esse nullum, & non obligare ad ratificationem, nec indigere relaxatione, quia Juramentum sequitur naturam contractus, cui adhæret. Si ergo contractus dicti Matrimonii nullam inducit obligationem, nec inducit Juramentum.

Matrimonium ex metu levi injusto, ad Matrimonium extorquendum incussum.

5. Probabile est, hoc Matrimonium nullum esse in foro conscientiæ, idque potissimum, quia ei deest perfectus consensus, qui Matrimonio, quod est ex natura sua indissolubile, necessarius est. At multo est i. probabilius, validum in eodem foro conscientiæ esse, tum jure naturæ, tum positivo. Ratio potissima est, quia, cum metus levis sit in potestate ineuntis Matrimonium, ut, & alium contractum, facileque illum is depellere possit, si non depellit, liberè, & perfectè sine ulla actione contrahit, & consequenter cum perfectissima libertate consentit.

6. Dixi (in foro conscientiæ) nam, ne detur ansa litibus, metui levi non datur actio in foro externo, ut omnes docent.

Matrimonium ex metu, sive levi, sive gravi, iuste incussum, ad Matrimonium.

7. Matrimonium ex hoc metu est validum. Ratio est, quia radix, unde nullus fit, vel rescindi possit contractus, est injuria, quæ fiat contrahenti: at nulla injuria fit ei, cui sic causa metus datur, &c. ergo, &c. Quam enim tibi injuriam irrogo, si dicam: Nisi mihi

hoc:

hoc vendat, vel nisi Beriam duxerit, accusabo te
iuste de homicidio à te patrato? gratiam potius à
te invero, quippe propono te, hoc remedio,
malum punitiois tibi debitor, posse non dif-
ficulter effugere. Ita Castropalaus, a & San-
chez. b. Dices, ar Matrimonium debet esse
perfectè liberum, quæ libertas cerè laeditur
per metum, etiam iuste incussum, ad extor-
quendum Matrimonium.

8. Respondeo, non lædi injustè, sed justè;
Matrimonium autem debet esse perfectè li-
berum libertatem non læsa injustè, non vero li-
bertate quomodocunque perfectà. Sic à Ca-
stropal. e respondetur huic rationi:

9. Verum, quia alicui videri poterit ratio-
ni non planè per hanc responsionem esse satis
factum. (Adde, & auctoritatem multorum
asserentium, ejusmodi Matrimonium nul-
lum esse) non puto improbabilem Bonacini. d.

aliorumque opinionem, qui discuntur in se-
quentem modum. Ejusmodi metus gravis ju-
stus aliquando incutitur ad alios fines, ali-
quando, ad extorquendum Matrimonium;
habet, v. gr. Cajus jus accusandi Titium ob
injuriam sibi illatam per furtum mille aureo-
rum, potest tunc Cajus metum accusationis
incutere Titio ad extorquendos mille aureos,
dicens, *reddes mihi aureos, secus te accusabo*, at
non potest dictum accusationis metum in-
cutere ad extorquendum Matrimonium, sic
dicens, *Duc meam filiam, secus te accusabo*. Ra-
tio est, inquit, quia hic metus injustè incu-
titur ad hunc finem Matrimonii, cum ipsius
libertati repugnet. At vero ad finem extor-
quendi aureos justè incutitur, quia ad eos re-
cuperandos utitur Cajus modo licito accu-
sationis. Non indigemus autem hac distinc-
tione in alio exemplo, quo Jùdex v. gr. minerur
carcerem Petro Stupratori Virginis, nisi illam
ducatur, vel doret; tunc enim licet, & justè Ju-
dex potest, immò debet carcerationis metum
incutere ad finem extorquendi Matrimoni-
um, quia Stuprator tenetur ex se secundum
leges illud celebrare.

10. Sed nos putamus, in utroque exem-
plo esse validum Matrimonium, quia in u-
troque abest injustitia, & coactio. In secundo
exemplo, id est, in Judice jam conceditur ab
adversariis: in primo probatur, quia tunc Ca-
jus dicendo: *Duc meam filiam, secus te accusa-
bo*, & non se illicitè gerit, nam si rectè, & at-
tentè res expendatur, Cajus non comminatur

accusationem, nec Titium absolute cogit, sed
sub conditione proponit, ut, si Titius velit e-
vitare accusationem, cui ipse causam libere
dedit, & quam sine peccato deferre Cajus
potest, filiam libere ducat. Nihilominus, (ut
dixi) non nego propter extrinsecam Docto-
rum auctoritatem, atque eorundem non
contemnendam rationem, posse illorum opi-
nionem probabilem reputari.

*Matrimonium contractum ex metu injusto, sive
gravi, sive levi, sed non incusso, ad Matri-
monium extorquendum.*

11. Omnes conveniunt, hoc Matrimoni-
um esse validum, nam si quis v. gr. ob timo-
rem mortis ab inimico suo injustè inferendæ,
eligeret sua prædia mihi vendere, ut expedi-
tius à patria discederet, mortemque vitaret,
valida esset venditio; quia timor ab inimico
illatus, cum non fuerit directus, ad extor-
quendam venditionem, venditionem infice-
re non potest. Idem ergo in Matrimonio, &
idem in Votis, docet merito Sanchez, e alii-
que.

*Matrimonium contractum ex metu, sive gravi,
sive levi incusso à causa extrinseca non libe-
ratur, g. à Naufragio.*

12. Omnes pari modo consentiunt, hoc
Matrimonium validum esse. Ratio est, quia
sic homo non ab alio, sed à se ipso impulsus
eligit illud remedium Matrimonii, tanquam
conducens ad liberationem suam: id, quod
non est ex metu Matrimonium contrahere,
sed ex amore sui boni. Adde, ut num. præced.
dictum est, consensum Matrimonii non posse
infici à timore illo concepto ex naufragio
nulla ratione incusso ad extorquendum ip-
sum Matrimonium.

Matrimonium ex metu dolo, an sit validum?

13. Hic incidit auditu jucunda quæstio-
cula, quæ in ipsa narratione casus commodi-
tus agitabitur.

Titius, vir pius, cupiens Cajum per fami-
liarem suum à malo animæ statu subducere,
quod obtinere non facile poterat, nisi contra-
cto per ipsum Cajum Matrimonio cum A-
massa, quam cæco amore captus deperibat,

Ggg 3.

hoc

hoc artificio usus est. Dum opportunè amicus levi correptus febricula in lecto decumberet, medicum exoravit, ut gravibus verbis affirmaret, hominem maligna, ac periculosa febre laborare. Morem amico gessit nimis indulgens medicus. Unde Titius Cajo persuadere potuit, ut Amasiam legitimè duceret, ne periculum subiret in pravo statu decedendi. Quare denunciationibus consuetis, Episcopi auctoritate dilatis, matrimonium coram Parrocho, & Testibus, tota lætante familia, quæ id maximè peroptabat, lecto decumbens cum ea puella contraxit. Eo autem vix celebrato, stratagemma illi aperuit Titius, ne scilicet diutius in ea mortis imminenti trepidatione amicum detineret. Et res profectò commodè processit, nam Cajo inito conjugio libens acquievit. Obtulit tamen occasionem Theologis disputandi de duobus. Primò, an id potuerit prudenter, & sine peccato moliri Titius, & Medicus cooperari?

Secundò, an Matrimonium illud extortum ex metu agitudinis non veræ, & incuslo opera Titii, eo ipso, sine nova ratificatione, validum fuerit? Quoniam vero prius ex his hujus loci non est, agamus solum de posteriore.

*a Delugo
de Instit. d.
22. n. 169.*

14. Respondeo. Tres non absimiles casus inducit, resolvitque Delugo, a si singas, inquit, advenire hostes justè occisuros cives omnes præter Religiosos, quibus noluit nocere, & Petrus circumventus ex metu occisionis, Religiosus fiat, professio valebit. Item Secundò, si singas revelationem, qua Deus iratus Petro propter ejus peccata vult, anno sequente eum de medio tollere, nisi respiscat, & Petrus eo metu Religiosus fiat, ut imminenti mortem fugiat, Professio valebit, redditque rationem, quia, inquit, ad irritationem causandam, requiritur, ut metus sit injustus secundum se, id est, ut sit de malo injustè ferendo: at in casibus dictis, licet metus sit causatus à dolo, seu per dolum; tamen ipse metus in se justus est; justè enim timemus mala propter nostra peccata. Cum ergò ex alia parte dolo, & error non fuerit circa substantiam, non est, unde irrita sit illa Professio. Ex eadem doctrina infert numero 170. Tertium casum, videlicet, validam fuisse Professionem cujusdam Adolescentis, quem cum

meretrice in lecto cubante, amicus quidam deterruit, immisso igne per funiculum fulsire unctum, quem prius, foramine subtili, à cubiculo inferiore ad lectum usque alligaverat; nam cum repente lectulus immisus fuisset, credens à Deo ejusmodi ignem immisum fuisse in pœnam sui peccati, ad ordinem Religiosum se contulit, & laudabiliter ibi vixit, re nunquam à deceptore detecta. Professio enim illa, licet ex metu facta fuerit, non tamen ex metu formaliter injusto; sed ex dolo dicto, quare valida omninò fuit. Hæc ille. Quæ omninò militat in casu nostro de Matrimonio Caji, cum in hoc par sit ratio Matrimonii, & Professionis, ut idemmet Delugo indicat dicto numero 169. Doctrina hujusmodi, sic se habet, si placet utere, secus illam corrige.

§. III.

De peccato, & obligatione incutientis metum ad Matrimonium. Remissivè.

*b Supra d.
3. de Inst.
c. 2. §. 2. a
nu. 8. c. 1
etiam in
mostr. b. l.
in Decret.
c. 3.
c. Dianap.
11. Tr.
c. 20.
d. Supra d.
2. de im-
ped. 17.
§. 2.*

1. **D**E his satis dixi in b superioribus, ea enim sunt hic proportionaliter applicanda. Quid autem faciat Judex, ne puella ad Matrimonium cogatur, & quando, quare ratione possit illam custodire in Monasterio Monialium, vide apud Dianam. Denique, an peccet, qui coactus metu Matrimonium contrahit, dixi supra.

CAPUT VII.

De Matrimonii ratificatione, quando illud validum non fuit.

1. **T**Riplici modo nullum esse Matrimonium universaliter contingit. Primò, per defectum consensus, sive, quia is fuit fictus, sive, quia fuit coactus, verbi gratia, ex metu. Secundò, per defectum habilitatis personarum, ut si qui contraxerunt, impedimento dirimente laborabant. Tertio, per defectum solemnitatis inducæ à Tridentino, e puta, si in Matrimonii consensu de presenti non adfuit præsentia Parochi, & Testium.

*c Trident.
sess. 24. c. 1
de matr.*

2. *Quan-*

2. Quando hic tertius defectus occurrit, debere iterum ab utroque conjugue renovari consensum, idque coram Parocho, & Testibus, si validum velis Matrimonium, nimis est clarum, & clarius fiet ex infra dicendis. Agere igitur hic solum debemus, quando duo priores defectus occurrunt.

§. I.

Ratificatio Matrimonii invalidi ex fide, vel metuculofo consensu.

1. **Q**uærimus, an, sicut certum est, eum, qui consensum nullum, seu fictum, vel ex metu præbuit in Matrimonio, debere verum, liberumque consensum de novo præstare, si velit Matrimonio validitatem asserere, ita debeat alter, qui verè, & liberè consensit iterum, & de novo consentire.

2. Respondeo. Debere, & illum consensum antiquum non sufficere, ut Matrimonium fiat validum, docet Castropal. a cui addere Aversam. b Et Comitulos c quidem testatur, ita declarasse Clementem VIII. Ratio est, inquit, quia primus consensus illius, qui verè, & liberè consensit, non remanet virtute, nec, si remaneret, esset sufficiens ad Matrimonium efficiendum, quando alter verè consentit. Non remanet, quia Titius v. gr. quando verè consentit, consentit cum imbibita conditione cum Berta v. gr. verè consentiat: Ergo si Berta fictè, vel coactè consentiat, non adest Titii consensus, adeoque remanere nullo modo potest. Nec si remaneret, esset sufficiens, quia ille, quamvis ex animo fuerit factus, tamen fuit nullus; quia fuit acceptatio corporis Bertæ, at si Berta verè corpus non dedit, acceptatio vera esse non potuit. Rursus fuit traditio sui, scilicet ipsius Titii corporis, facta Bertæ, at Berta, si, ut dictum est, verè non consentiit, Titii corpus non accepit, & consequenter vera illa traditio non fuit. Cum ergo ille primus Titii consensus nullus fuerit, semper erit nullus, quod enim nullum est, tractu temporis non convalescit, atque adeo non erit aptus, ut iunctus cum novo consensu alterius efficiat Sacramentum Matrimonii.

3. Adde cum Pontio, d illum consensum Titii primum processisse ex errore personæ; putavit tum Titius Bertam esse habilem ad

Matrimonium, cum tamen ob illum consensum fictum, vel coactum, fuerit prorsus inhabilis.

4. Ex hac sententia fit, ut Berta debeat (si velit Matrimonium efficere validum) de suo ficto, vel metuculofo consensu certiorum facere Titium, ut scilicet, & hic de novo consentiat.

5. Non debere novum consensum elicere illum, qui verè consensit, sed satis esse, si solum renovet consensum is, qui fictionem, vel coactionem passus est, docent Sanctus Thomas, alique, quos citat, sequiturque Bossius, e & Boss. de] Ratio est (inquiunt) quia moraliter, & virtute manet ille primus consensus, non enim, ut nu. 28. ci-supponi semper debet, ille unquam revocatus fuit. Hi enim concedunt, Titium v. gr. consensisse cum conditione imbibita, si Berta verè consentiret, sed negant tanquam falsum, Laym. quod fictè Berta consentiente, Titius cesset à suo consensu, semper enim ex parte sua, dum illud non revocat, eundem consensum moraliter, & virtute retinet. Rursus falsum est Dian. aliis- primum eundem consensum nullum esse; quæ, constat enim permaxime; nam ex parte ipsius Titii est absoluta acceptatio, & traditio, quæ, si ei adveniat consensus alterius, quocunque tempore adveniat (ut supra vidimus) unum morale facit cum dicto alterius consensu, aptam scilicet materiam, & formam Sacramenti Matrimonii: sicut si Pontifex tibi conferat Beneficium, quod vacabit post decem annos, si tuus Episcopus consenserit, sanè adveniente tempore, censentur moraliter uniti consensus novus Episcopi, & antiquus Pontificis, ad moraliter causandam in te collationem Beneficii.

6. Ad auctoritatem Clementis VIII. dicunt, vel illam non fuisse, nisi tanquam à Doctore privato, vel de ea non constare authenticè.

7. Ad id, quod additur ex Pontio responderet Bossius, f falsum esse, adfuisse errorem personæ, nam, qui fictè coactus consensit, est illa eadem persona, cum qua intendit alter contrahere, libera, & habilis ad contrahendum, utpote carens omni impedimento, sed solum non subsistit Matrimonium, ratione consensus deficientis, qui defectus non reddit personam inhabilem Matrimonio, sed impedit, ne resultet verus Matrimonii contractus. Eo igitur vero consensu adveniente, statim

statim conualefcit Matrimonium, cum care-
ra requifita permaneant.

8. Ex hac fententia fequitur non efle Ber-
tae opus, certiorẽ facere Titium de nul-
litate Matrimonii, quia fatiſ eſt, ſi ipſa
ſola, quæ non verè conſenſerat, conſentiat
verè.

9. Utraque ex his ſententiis probabilis eſt;
hanc tamen poſteriore, utpote magis ex-
peditam, ego libenter eligo.

*An in ratificatione huius Matrimonii ſit opus
externi ſignis.*

10. Verum, adhuc inquireſ Primo, ut con-
ualeſcat prædictum Matrimonium; debet ne
externè exprimi conſenſus ab eo, qui fictè,
vel coactè conſenſerat? (utrum neceſſario
iterum coram Parocho, quæretur mox
§. 4.)

11. Reſpondeo cum neceſſaria diſtinctione.
Si Matrimonium eſt deficiens, quia unus
dumtaxat ex conjugibus, fictè, vel ex metu
conſenſit, qui certe eſt caſus de quo hætenus
eſt diſputatum, probabilius cum Boſſio, a &
cum Sanch. b iudico, non eſſe opus ejuſmodi
externa expreſſione, ſed fatiſ eſſe occultum,
& internum mentis conſenſum, & poſt quod-
cunque tempus, poſito, quod alter non revo-
caverit ſuum verum conſenſum, ſicuti ex eo-
dem Sanch. num. 14. & eodem Boſſio num. 43
ſolus internus conſenſus ſufficit in perſona
capaci profeſſionis ad ratificandam profeſſio-
nem, quam ejuſmodi perſona fictè, vel ex me-
tu emiſit, & tunc acceptavit Religio. Ratio

c Pont. lib. 4. c. 25. n. 2. citans Comit. & reſponſ. ſequenter ad Matrimonii Sacramentum, & ad Clem. VIII. profeſſionem Religioſam.

12. Hanc ſufficientiam, quia non agno-
ſcitur Caſcit (certe valde probabiliter) Pontius, & ideo
ſtrop. de requirit, omninò dictam Matrimonii ratifi-
ſponſal. c. 7. cationem debere eſſe externe exhibitam, ſicu-
§. 1. nu. 6. ti Henriquez, & Rebellius d apud eundem
d Henrig. Boſſium propter eandem rationem volunt,
& Rebell. ratificationem prædictæ profeſſionis ſigno
ap. Boſſium aliquo externo exprimi debere. Immo ex
c Pont. lib. 4. c. 25. n. de novo acceptet. Sed de his pertinentibus ad
12.

ratificationem profeſſionis, cum ſint extra
noſtram materiam, vide Delugo, f. Auctorel.
que apud ipſum citatos.

13. Si vero uterque conjux forte fictè, vel
coactè initio conſenſit; tunc enim verò de-
bet, ut docet Sanchez, g & h Pontius a triuſ-
que conſenſus externus accedere, nam in hoc
caſu, utriuſque conſenſus fuit nullus, & nec ex
parte quidem illud fuit Matrimonium in-
choatum, & ſenſibile, ut requirit ratio Sacra-
menti; quare uterque de matrimonii nulli-
tate debet admoneri, ut iterum legitime uter-
que contrahat.

14. Inquireſ Secundò. Quid faciat vir v.
g. ſi ei affirmet mulier, ſe contraxiſſe fictè, vel
coactè, quamvis præſente Parocho, & Teſti-
bus, addatque, nolle nunc ratificare, poteritne
vir fidem ipſi habere, & aliam ſibi Sponſam
conquirere?

Reſpondeo. Si manifeſta ſint indicia, unde
mulier oſtendat, veram fuiſſe fictionem, vel
coactionem, poteſt illi habere fidem, immò
debet, & ſi res ſit dubia, & poſſit exquiri
veritas, debitam moraliter diligentiam vir
adhibere, obligabitur, veritateque comperta,
aliam ſibi uxorem poterit vir eligere: ſe-
cus nequaquam, Lege id latius apud Boſ-
ſium. k

15. Inquireſ Tertiò. Si ſi, qui fictè, vel ex
metu cum Berta v. gr. contraxit, noſcens, hoc
Matrimonium eſſe invalidum, aliam v. gr.
Mariam rite ducat, ſed deinde, quia fictio-
nem, merumve probare non poteſt, cogatur
ab Eccleſia, etiam per excommunicationem,
ut cohabeat cum Berta, quæ verè, & coram
Deo ſua non eſt, poteritne à Berta debnum
petere, & eidem reddere?

Reſpondeo. Illam excommunicationem in
foro conſcientiæ non ligare, & non poſſe pe-
tere, nec reddere, nimis eſt manifeſtum, quia
ſic clare fornicationem coram Deo com-
mitteret; ut habuiſti in ſuperioribus Tra-
ctat. de l impediment. & ita docet cum
communi S. Thom. m
& Sanchez. n

§. II.

Ratificatio Matrimonii invalidi ex aliquo impedimento.

1. Certum est, debere revocari ab utroque conjugum consensum, si cessante impedimento, velint Matrimonium validum efficere, ipsique cognoscunt, tale impedimentum nunc adesse. v.g. contraxisti ante debitam ætatem cum Berta, vel cum consanguinea, &c. debes accedente ætate, vel dispensatione, tu, & Berta, vel consanguinea nullitatem ejusmodi Matrimonii scientes, iterum, per novum consensum expressum verbis, Matrimonium initiare. Ratio est, quia primus ille utriusque consensus, cum fuerit circa personas inhabiles, nulla ex parte fuit Matrimonium. An hic novus consensus debeat fieri in præsentia Patroci, & Testium quarum §. 4.

2. Questio igitur hic illa, & quidem gravissima est, an, quando unus dumtaxat ex conjugibus sciens impedimentum, contraxit, alter vero contraxit bona fide, illud nesciens, an inquam, sublato impedimento, non solum ille, qui impedimentum scivit, vel fortasse nunc scit, debeat de novo contrahere, quod certum est debere, verum etiam oporteat, alterum, qui nihil scit de impedimento certior fieri de illo, ut de novo, si velit, Matrimonium validum efficere liberè, & ipse contrahat, cum antea nulliter, ut dictum est, contraxerit.

3. Tres sunt sententiæ. Prima, ut convallescat dictum Matrimonium, requirit, ut uterque de novo consentiat, & Matrimonium contrahere legitime intendat, quare debet conjugum, qui nullitatis est in se, fieri dictæ nullitatis conscius (non est autem necesse, causam nullitatis illi aperiri) Ratio hujus primæ sententiæ est, quia, nisi ita fiat, semper judicabimus, consensum novum non esse de Matrimonio nunc contrahendo, sed solum esse Approbationem primi consensus, seu perseverantiam in illo, qui consensus, cum fuerit nullus, Matrimonium constituere non potest. Ita Sanchez, & alii, quibus adde Averl. b qui affert discrimen, inter hunc casum, & illum, qui à nobis, ut probabilis exceptus est, §. præced. n. 5. de altero conjugis fide, vel coactè consentiente: ibi enim deerat solum ex parte unius veritas, & libertas consensus, ideo

Tamburinus de Sacramentis.

que hic solus erat supplendus: at in casu præsentis totus actus, tum internus, tum externus ex parte utriusque nullus est, qui ex parte utriusque est inter personas inhabiles, & ideo totus renovandus.

4. Secunda sententia asserit, requiri quidem utriusque consensum, sed non esse necesse, ut ullo modo alteri indicetur nullitas, seu impedimentum, cum sufficiat, si uxor v. gr. obtineat à viro nullitatis prorsus ignaro, ut pro sua, scilicet uxoris consolatione, renovet consensum jam factum, & renovante viro, renovet etiam ipsa uxor. Ratio hujus sententiæ est, quia tunc conjuges sunt habiles ad Matrimonium (Jam enim, ut supponimus, cessavit impedimentum) ergo si mutuo consentiant habetur (inquit hæc sententia) quod requirit essentia Matrimonii. Ita Sorus, alii.

5. Tertia sententia affirmat, satis esse, ut solus conjux conscius nullitatis de novo consentiat per aliquem actum externum, sive verbis, sive factis, v. gr. per copulam maritali affectu habitam, nec esse necesse, ut alter ignarus ullum consensum det. Quare hæc sententia ait, opus non esse, ut alter admoneatur de nullitate Matrimonii, ne in confuso quidem; nam ipso reddente copulam petitam ab alio conjugis, jam adest sufficiens ejus, isque externus consensus, scilicet redditio hujus, ut relata ad consensum primum, non revocatum, quamvis tunc invalidum, quia hæc redditio conjuncta cum dicta petitione alterius, sufficienter contractum Matrimonii novum constituere poterit. Ita Ledes. & alii.

6. Prima sententia ex dictis omnino tenenda est; An vero & duæ postremæ saltem, aliquando sint probabiles jam subdo. Et quidem Sanchez, Boss. Castrop. docent, quando gravia incommoda timerentur, si conjux fieret conscius nullitatis Matrimonii, sicque admoneretur, ut novum consensum juxta primam sententiam præstet, tunc posse in praxi excipi secundam sententiam: ea autem gravia incommoda sunt ex dicto Sanchez, & si esset probabilis timor scandali, vel infamiae, scilicet, si adest periculum, v. gr. quod vir nullitatis admonitus, noller denuò contrahere, quo pacto remaneret foemina remedio destituta, cum impedimentum illud probare non posset, maximè, quando adest proles. Atque hoc periculum facilius occurrere posse in foemina, quam in viro, advertit ibidem Sanchez.

H h h

7. Quod

c Sor. Rodr.

Henr. alii

que apud

Castrop. l.

c. 2. apud

Aver. l. c.

sect. 5.

Boss. lib. 2.

73. vocans

hanc sen-

tentiam

probabi-

lem quam

etiam se-

quuntur

Filluc. c.

Bonac. ap.

en. de 2.

Boss.

d Led. s. a-

liique quos

citans.

Sanchez. lib.

2. disp. 36.

nu. 2. &

Boss. l. c.

nu. 72.

c Sanchez.

Boss. Ca-

strop. loc.

cit.

a Sanch.
l.c.d. 36.
nu. 7.
Boss. l.c.
nu. 77.

7. Quod si, dum dicta gravia inconvenientia timentur, non posset vir induci, ne ad consensum quidem jam explicatum in secunda Sententia, posse tunc licet excipi tertiam Sententiam docent Sanchez, a & Boss. nam Castrop. de hac tertia Sententia loc. cit. non meminit.

8. His nihilominus non obstantibus, assero cum Pontio, & Aversa loc. cit. primam sententiam esse, semper excipiendam, exclusam prorsus secundam, & tertiam, quia semper in praxi conjux nullitatis sui Matrimonii ignarus, dum, sive expresse, ut dicit secunda sententia, sive tacite, ut dicit tertia, de novo consensit, semper, inquam, conjux judicabitur in Matrimonio antiquo, quod est invalidum, persistere, non vero novum facere velle. Quomodo ergo securi erimus de nova Matrimonii validitate? Quod certe inconveniens non adest in casu præced. §. num. 5. ubi actum est de altero conjuge ficto, vel metriculose contentiente: nam ibi non est renovandus actus, seu consensus ab altero, qui verè consensit, validus enim fuit ex parte sua, at supponitur nunquam fuisse revocatus, at in hoc præsentis casu, cum debeat renovari actus, quia fuit nullus, non est fidendum illum à conjuge renovari, nisi ab eodem sciatur nullitas præcedens, ut dictum est num. 3.

Lege Pontium cit. qui, inter cætera multa, confirmat nostram sententiam ex eo, quod, quancumque Matrimonii nullitas taceatur, semper consensus extorquebitur per dolum; si ergo dolosus est consensus, voluntarius non erit ergo nullo modo aptus ad contractum Matrimonii constituendum.

§. III.

An Matrimonium coram Parocho, & Testibus invalidè celebratum, sit coram iisdem renovandum?

1. **H**ac in re certum est, quando impedimentum est publicum, vel ad forum contentiosum deductum, vel periculum est, ut detegatur, vel potest probari, saltem duobus Testibus, certum est, inquam, tunc, quando ablato impedimento renovandus est consensus, renovari debere coram Parocho, & Testibus. Ratio est manifesta; quia illud Matrimonium, quod potest probari, esse nullum,

nec in se fuit Matrimonium, nec in facie Ecclesiæ; ergo, ut convalescat, necessaria est juxta Tridentini dispositionem, præsentia Parochi, & Testium, qui apud Ecclesiam testati, & probare possint ejus Matrimonii validitatem.

2. Rectè autem cum Henricu. notat Sanchez b si impedimentum fuit deductum ad forum contentiosum, & non probatum, nec probari possit, tunc impedimentum esse, ac dici occultum, Notat item si tres, vel quatuor audierint impedimentum ex relatione dumtaxat conjugis, adhuc illud esse occultum, quia tota ejusmodi testium efficacia reducitur ad dictum & confessionem unius conjugis.

3. Quæstio igitur est, an quando impedimentum est occultum, scilicet non est ex iis, quæ diximus num. 1. debeat, eo impedimento sublato, renovari iterum coram Parocho, & Testibus dictum Matrimonium, quod jam coram iisdem fuerat celebratum. Duæ de more sunt oppositæ sententiæ utrinque æquo fere Marte pugnant. Altera affirmat, cuius validior ratio est, quia Tridentinum statuit, pro forma substantiali Matrimonii, Parochi, & Testium præsentiam, id, quod propter nimis clara Tridentini verba nemo negat; At, cum forma tunc intervenire debeat, cum actus producit in suo esse (ut habet Baldus c) nunc autem producit Matrimonium, quando de novo renovatur consensus, ergo nunc debet adesse forma inducta à Tridentino. Adde, sic, Teste Comitolo apud Bossium mox citandum, respondisse Clementem VIII. sic declarasse Sacram Cardinalium Congregationem, sic Romanam Rotam sæpè, ne dicam cum Delug. semper decidisse.

4. Si Doctores pro hac parte militantes cognoscere, saltem præcipuos, velis, eos habes apud Boss. sed præcipuus, & quidem omnium fortissimus est Pont. f cui accedit Delug. hanc sententiam tanquam certam supponens.

5. Altera sententia, eaque negativa docet, non esse necessarium dictorum iteratam assentiam, sive nullitas Matrimonii primo initi contracta fuerit ex defectu consensus unius, sive utriusque, sive ex quocumque impedimento occulto, & sive bona, sive mala fide (ut notat Boss. h) dicta nullitas fuerit contracta. Ratio præcipua hujus sententiæ tendens ad id.

ad solutionem rationis sententiæ præcedentis, est, quia Tridentinum dat quidem Matrimonio pro forma substantiali dictam præsentiam, at non Matrimonio, quando renovatur, sed quando celebratur in facie Ecclesiæ; in facie autem Ecclesiæ tunc fit contractus Matrimonii, quando primo celebratur: & quamvis tunc propter impedimentum invalidus re vera contractus ille sit, tamen exterius, in quo solum Ecclesia iudicat, apparet validus, & cum Tridentinum intenderit solum posse illud Matrimonium idoneis testibus probari, id solum (quod ad hoc sufficit) ab ipso statutum fuisse, dicendum est. Adde, sic decrevisse Pium V. sic declarasse Sacram Cardinalium Congreg. sic Romanam Rotam apud Bossium & decidisse.

6. Vides utramque sententiam ad se Pontificem, Cardinales, & Rotam advocare? Sed certe pro neutra convincunt ejusmodi testimonia, sive, quia non constant authenticè, sive, quia, cum utraque sententia sit probabilis, modo unam, modo alteram Patres illi sequuntur, sive, quia modo timent publicitatem, modo nequaquam, &c.

7. Pugnant pro hac sententia plures sunt, quam pro priore, quos Castropal. b citat & Averfa, c alique, quos citat sequiturque Bossius, d Navarrum denique ab utraque sententia pro se asseri non est inutile scire.

8. Utraque ergo opinio probabilis merito est. Sanum nihilominus est consilium, advocare Parochum, Testesque quantum fieri potest in renovatione dicti Matrimonii, ut licet de nullitate Matrimonii aditus præcludatur; Quando autem subest aliquod periculum, si Parochus advocandus sit, optimum remedium est, ut Confessarius obtineat ab eodem Parocho licentiam assistendi, qua impetrata, advocatis duobus fidei Testibus, in solitario cubiculo Matrimonium revalidetur. Cæterum, si neque hoc facile fieri possit, tuto amplectitor secundam sententiam, scilicet negativam, nam revera hæc (ut habet loco citato Bossius) hodie communiter à piis, & doctis viris in praxim deducitur, eamque in praxi servari, testatur Seraphinus. e

9. Atque in hoc casu, si receptæ antea jam

fuerant Benedictiones Ecclesiæ, nec erunt repetendæ, post revalidationem; Nam satis est, eas semel in facie Ecclesiæ fuisse receptas; præterquam, quod in hære, quæ non est de essentia Matrimonii, satis exulat periculum scandali, & notæ conjugum ex Sanchez, f

10. Inquires Primò. Si ipsi uni tantum Parocho, vel uni tantum ex Testibus notum fuerit impedimentum eo tempore, quo prima vice contractum fuit Matrimonium, quando deinde sublato impedimento renovabitur, debet ne in hac sententia coram Parocho, & Testibus renovari?

Respondeo, nequaquam, quia unus tantum Testis non facit impedimentum probabile in foro externo, & ex alia parte illi Parochus, & Testes sunt apti ad testificandum contractum Matrimonii secundum formam ab Ecclesia præscriptam; non enim ipsi Testes esse debent validitatis Matrimonii, sed contractus Matrimonii, quem certe, ea unius cognitione non obstante, testari satis possunt. g Coninch. Ita, Coninch. g alique contra Sanchez. h re. d. 24. dub. quirentem in hoc casu præsentiam Parochi 10. nu. 84. & Testium in restauratione Matrimonii, quia h Sanchez. l. secus non poterunt (ait) testificari de Matrimonio valido. Verum, ut vidimus, ii, de contractu Matrimonii testificari debent, & jam 10. possunt, non de validitate.

11. Inquires Secundò. Quando Pontifex apponit in Brevis alicujus dispensationis concessæ ad revalidandum Matrimonium contractum cum occulto impedimento, hæc, vel similia verba (si ita est, cum eis dispensa, ut inter se publicè, & servata forma Tridentini contrahant) necessarium ne est, ut id fiat coram Parocho, & Testibus?

Respondeo. Non esse necesse docet Sanchez, i quamvis enim (ait) non possit tunc Delegatus dispensare, ut occulte celebretur Matrimonium, tamen potest dispensare in impedimento, quo per dispensationem cessante, jam ex doctrina data poterunt conjuges inter se solos Matrimonium celebrare. Huic decisioni allata à Sanchez se opponit toto conatu Guttier k dicens, opinionem Sanchez esse singularem, & periculofam. Ratio præcipua est, inquit, quia Pontifex in iis verbis dat formam Delegato, ut nō possit dispensare, nisi servata dispositione Trid. quod, cum requi-

H h h 2

requirat praesentiam Parochi, & Testium, si illam non adhibeat, nihil poterit Delegatus. Verum respondebit Sanchez, formam à Tridentino impositam, ut modo ipse Sanch. dixit, esse, ut semel illa praesentia adsit, quando scilicet in facie Ecclesiae fit contractus. Cum igitur in casu nostro tunc adfuerit praesentia Parochi, & Testium, satis, superque servata est forma à Tridentino requisita. Ita Bossius sanè a probabiliter.

a. Boss. de
matr. ca. 2.
nu. 31.

5. IV.

An Matrimonium invalidum ex metu ratificetur per copulam simili metu extortam?

1. **E**X dictis oritur quaestio, an, si Matrimonii contractum in facie Ecclesiae iniisti cum aliqua puella ex metu, & deinde simili metu cogaris ad habendam copulam, illamque tu habeas eodem metu coactus, sed ex affectu maritali, quem affectum, saltem tacite habeat, ut supponimus puella. An, inquam, etiam ratifices Matrimonium, & consequenter illud jam validum in posterum remaneat?

b. Apud

Aver. q. 4. quia, qui cogitur agere praedictam copulam, eandem imminutionem libertatis patitur, quam, qui cogitur ad contractum Matrimonii per verba de praesenti, ergo pari modo ipsi injuria fit, & consequenter Matrimonium hoc, utpote per metum extortum, invalidum erit. Confirmatur, quia, si secus esset, non propter. Ledes. visum satis fuisset libertati Matrimonii.

Henr.

Sylv.

c. Apud

Aver. l. c.

S. tus Ga.

briel. Bart.

Ledes. Ve.

ga ipse A.

ver. quib.

ulde Sanc.

Co.

ninel. fa.

centis

hanc sen.

tentiam

esse proba-

bilem.

2. Negant plures. b. Ratio est (inquiunt) quia, qui cogitur agere praedictam copulam, eandem imminutionem libertatis patitur, quam, qui cogitur ad contractum Matrimonii per verba de praesenti, ergo pari modo ipsi injuria fit, & consequenter Matrimonium hoc, utpote per metum extortum, invalidum erit. Confirmatur, quia, si secus esset, non propter. Ledes. visum satis fuisset libertati Matrimonii.

3. Affirmant non pauciores c. asserentes, rationem esse, quia durum videtur eum, cui metus incutitur ad habendam copulam, obligare, ut non possit consentire sponte ad Matrimonium illud, ut sic effugiat peccatum, eundemque poni ab Ecclesia in bivio satis duro, ut ipse, vel peccet mortaliter, vel patiat grave damnum, quod ex eo timore expectare debet. Hoc voluisse Ecclesiam non est praesumendum. Unde dicendum est, Ecclesiam solum voluisse providere libertati Matrimonii, quando ipsum per verba de praesenti contrahitur; & merito, quia tunc periculum

coactionis frequenter occurrit, nihil autem curasse, quando ratificatur per copulam, quia modus hujus coactionis rarissimus est. Ulterior autem ratio, eaque a priori hujus posterioris sententiae esse debet, quia in hoc actu, quo quis sponte eligit Matrimonium quasi in remedium evitacionis peccati, homo non consentit ex vi metus illati, sed ex se ipso, & ex vi suae spontanea libertatis volentis effugere peccatum.

4. Confirmatur. Nam invalidatio Matrimonii meticulosa decreta ab Ecclesia est potissimum, & immediatè in favorem particularium Fidelium, ergo potest Fidelis cedere juri suo, suoque favori, & sic validè contrahere. Et sanè idem dici potest in sententia nostra, quae judicat, Matrimonium meticulosum esse jure naturae nullum, talis enim est, quia, ut supra indicavimus, injuria fit contrahenti: at contrahens juri, quod ex hac injuria habet, cedere pari modo, si velit, potest.

5. Neque dicas: Decreto Ecclesiae irritanti matrimonia clandestina non possunt Fideles cedere; ergo neque Decreto irritanti hoc Matrimonium meticulosum. Ne id dicas, inquam, nam Decretum de clandestino est latum immediatè intuitu ipsius Matrimonii, & potissimum intuitu Ecclesiae, ut ei constare possit de contractis Matrimoniiis, id, quod non officit casui nostro.

6. Verum adhuc dices. Sicuti affirmatur, in copula metu extorta posse contrahentem cedere juri suo, & velle Matrimonium proficere, ita affirmari posset, idem esse initio, quando contractus Matrimonii per verba de praesenti ex metu celebratur, ergo simili modo tunc is, qui metum patitur, poterit juri suo cedere, & validum Matrimonium efficere.

Respondeo. Concedit paritatem, & consequentiam Averfa. d. Nobis non est otium id d. Aver. prosequendi.

7. Tantorum virorum duas hasce sententias suis innixas rationibus ni probabiles judicemus, vereor, ne imprudentiae notam apud prudentes incurramus, modò praescindamus à confirmatione num. 4. dicta, sed utamur rationibus, seu conjecturis allatis num. 3.

Finis Tractatus de Consensu.

TRACTATUS

TRACTATUS QVINTVS DE MATRIMONIO VT EST SACRAMENTVM.

CAPUT I.

Institutio hujus Sacramenti, ejusdemque materia, & forma.

Matrimonium in ratione contractus naturalis ipso mendi exordio institutum fuit ad naturæ officium, scilicet ad propagandos homines, & post lapsum Adæ ad concupiscentiæ remedium, sive in illis verbis, quæ Adam, inspirante Deo, dixit. *a Os ex osibus meis*, ut videtur *b* S. Aug. sentire S. Aug. *b* sive in illis, quæ Deus protulit *c* Gen. li. li. *c* Crescite, & multiplicamini. *d* Mat. 19. quando dixit. *d* Quod Deus conjunxit homo non separet. Catholicorum nullus dubitat.

2. At vero fuisse elevatum à Christo Domino, ad rationem Sacramenti, sive quando ipse interfuit Nuptiis Canæ Galileæ, sive utpotè Sacramentum, conerat gratiæ augmentum, & an aliquando possit primam gratiam conferre, & similia multa, ad Theoricam spectantia, passim Theologi disputant.

3. Quod autem Matrimonium Fidelium, utpotè Sacramentum, conerat gratiæ augmentum, & an aliquando possit primam gratiam conferre, & similia multa, ad Theoricam spectantia, passim Theologi disputant.

4. At quænam est hujus Sacramenti materia, & forma? Certè Aversa e a fert decem Theologorum sententias, Sanch. f vero cum attulisset sex, ultimam approbavit, asserens, materiam esse ipsa verba, seu signa, quibus exprimitur consensus mutux traditionis utriusque conjugis: formam vero esse eadem ipsa verba, seu signa, quibus exprimitur consensus mutux acceptationis eorundem. Traditio enim illa facta sensibilis per externa verba, vel signa, cum sit inchoatus, & imperfectus contractus, se habet tanquam materia, acceptatio vero facta pari modo sensibilis, utpote, quæ perficiat contractum, se habet, ut forma. Hæc

Sanc. l. c. Sanc. g cui libens acquiesco.

5. Quoniam vero Matrimonium Fidelium contractus naturalis est, & simul Sacramentum, Inquirer curiosus, an Fidelis possit Matrimonium inire, ut solum contractum, non vero, ut Sacramentum? Videtur enim, quamvis illicite, posse tamen valide; quia cujuscunque Sacramenti consecratio pendet ab intentione Ministri volentis illud conferre, & sicuti potest (quamvis illicite) abluere quis puerum, & verba Baptismi proferre, nolens illum baptizare, quando certè illum minimè baptizaret, ita in casu Matrimonii, &c. Adde, h Vasq. 10. & ulteriorem rationem, nam quemadmodum ablutioni cum illis verbis sine intentione baptizandi prolatis, non est essentialis, & Pont. li. 1. necessario conjuncta ratio Sacramenti, seu c. 9. nu. 3. ratio Baptismi, sic contractui naturali Matrimonii inito sine intentione faciendi Sacramentum non est essentialis, nec necessario conjuncta ratio Sacramenti. Quod, si dicas licet, quos esse necessario conjunctam ex Christi institutione, etiam independentem à voluntate non sequi conferentis, divinantem te potius quis profertur Aversa, quam certa proferentem.

6. Respondeo. Urget me ejusmodi allata ratio dubitandi, ita ut cum Vasquez, h aliis, s. v. Priusque probabilis judicem, posse valide, modo modo indidictio, iniri à Fideli Matrimonium, ut solum contractum, & non, ut Sacramentum: esto in Suar. Suar. aliique negent, contententes Christum Sanc. Dominum conjunxisse rationem Sacramenti nich. ipsi contractui ita, ut, quamvis positio contractus dependeat à voluntate Fidelium, eo sequiturque tamen posito, non dependeat ab ipsorum voluntate ratio Sacramenti, sed eo ipso, quod V. Constas ejusmodi contractus legitime ponitur, ita tamen, quatinus ex Christi institutione illi adhæreat ratio Sacramenti. Verum id asserere, est set divinare, ut jam modo dictum est.

Hhh 3

CAPUT

CAPUT II.

Minister Sacramenti Matrimonii.

1. **C**erta jam, & vera sententia nunc est, ipsos conjuges esse hujus Sacramenti Ministros, perinde, ac iidem sunt suscipientes. Ratio est, quia Christus Dominus instituit hoc Sacramentum juxta naturam ipsius contractus; at Ministri, seu ii, qui contractum efficiunt, sunt iidem, qui contrahunt, quique in se obligationem suscipiunt, ergo, & c. Lege Bellarm. ubi contrariam opinionem appellat temerariam.

*h. Bellar.
lib. 1. de
matr. c. 6.
& sequen-
tibus.*

2. Hinc fit, ut verba Parochi, quibus dicit, se conjungere Sponsos, non sint de essentia Matrimonii; ipse enim, solum est assistens Matrimonio, non illud conferens: nam propterea, si assistat in statu peccati mortalis, non peccat assistendo, quia is, nec Sacramentum ministrat, nec suscipit.

3. Sed quid, si ipsi conjuges sint in dicto peccati mortalis statu, quando contrahunt?

Respondeo. Quod peccent ex eo, quod in malo statu hoc Sacramentum suscipiant, certum est, quia omnia Sacramenta vivorum requirunt, suscipientem esse in statu gratiae, ut scilicet illam augeant, quemadmodum explicant fusè Theologi; sed dubium est, an item peccent ex eo, quod indigne ministrant.

4. Dico, esse duas oppositas sententias. *h. Navarr.* Navarrus *b* putat, peccare mortaliter, etiam *ap. Sanc. l.* ut Ministros, quippe qui conferant sibi hoc *2. de matr.* Sacramentum ex officio, & ad hoc Deputati. *disput. 6.* Sanc. *c* vero, alique censent, ut sic, non peccare mortaliter, quia, licet conjuges sint ad *c. Sanc. ib.* hoc deputati, non tamen sunt consecrati ad *n. 4. titans* hoc Sacramentum administrandum, pro quo non fuit necessaria, ut Consecratio: Quod *Suar. ali-* autem Consecratio sit necessaria, ut Minister *o/que.* Sacramenti peccet, alibi *d* diximus. Hanc po- *d. Supr. lib.* steriorem sententiam, ego ibidem amplexus *1. de Sacr.* sum, & iterum amplector; licet cum eo- *in genere* dem *Suar. & Sanc.* fatear, opinionem *c. 2. §. 3.* Navarr. esse probabilem. *ps. 4.*

CAPUT III.

Matrimonium inter absentes, an sit Sacramentum?

1. **E**sse Sacramentum, omnino tenendum est cum multis, quos citat, sequiturque Castropalaus & quidquid *c. Castrop.* dicat Durandus, alique pauci apud Sanch. *f. de spons. & quorum rationes levissimas vocat ibidem Ca-* 2. p. 2. n. 3. *stropalaus, & eadem solvit. Ratio nostra po-* *f. Sanc. l. 1.* *tissima, cujus vi omnia ferè contraria argu-* *d. 11. n.* *menta dissoluntur, est, quia Christus Do-* 2. 6. *minus instituit hoc Sacramentum, elevando* *rationem contractus naturalis, qui est in Ma-* *trimonio, ad rationem Sacramenti; at ratio* *contractus naturalis æquæ est, si fiat per ipsos* *principales præsentés, ac, si fiat per Procura-* *torem inter absentes, ut nemo negat, ergo,* *& c. Adde, ex Concilio g. Tridentino haberi, g. Conc.* *Matrimonium Fidelium esse Sacramentum, Tri-* *d., c. 1.*

At Matrimonium per Procuratorem, si ve- *2. 4. c. 1.* jam per Epistolam, non æquivocè, nec proportionaliter, sed univocè Matrimonium est, quis enim unquam inter Catholicos fuit, qui auderet dicere, duo genera Matrimoniorum esse in Ecclesia Dei, undè inferre posset, alterum esse Sacramentum, alterum non item?

2. Materia ergo, & forma in matrimonio per Procuratorem est item traditio; & acceptatio corporum facta à principalibus contrahentibus, quatenus exprimitur per verba, vel per signa à Procuratoribus exhibita.

3. Hinc merito Procuratorem non obligamus ad statum gratiae, quando suum hoc munus exercet, obligamus autem ipsos principales, ut recipientes Sacramentum debere esse in gratia, quando verosimiliter putant, Procuratorem nomine ipsorum contrahere. Quo tempore, etiam si dormirent, reciperent gratiae augmentum; sicuti tunc reciperent Sacramentum matrimonii, quemadmodum occurrit, quando quis vigilans, vel sanus petit Baptismum, & deinde cum dormit, vel phræneticus est, baptizatur, nam tunc, & Sacramentum recipit, & gratiam. Dixi (ut recipientes) ut ministrantes enim non habere hanc obligationem, dictum est modo cap. 2.

CAPUT

CAPUT IV.

Matrimonium Infidelium, an sit Sacramentum? Remissivè.

Cum hoc ad praxim non pertineat, habeat id Lector à Doctoribus citatis, ac citandis Sanchez, Pontio, Aversa, Gasp. Hurtado, aliisque.

CAPUT V.

De Indissolubilitate Matrimonii.

1. **V**T ea omnia, quæ ad indissolubilitatem spectant, cognoscantur, agam Primò, de indissolubilitate Matrimonii Infidelium sive ante, sive post susceptionem Baptismi. Secundò, de eadem, quæ inest, in Matrimonio rato Fidelium. Tertio, de eadem, quæ in consummato eorundem.

§. I.

indifferenter; ergo certum est, Matrimonium ex natura sua esse indissolubile. Antecedens conceditur ab omnibus Catholicis, & ferè etiam ab omnibus Ethnicis, & probatur communiter ex causa finali Matrimonii, quæ est suscipere, & educare, benèque instruere prolem: ad quod omnino requiritur, ut certum iniatur matrimonium. Consequentia vero probatur, nam, si matrimonium esset ex natura sua, sicuti ceteri contractus, dissolubile ex mutuo consensu contrahentium, possent relinqui viri, & uxores, & alii duci in matrimonium: ergo admitteretur ipsissima communicatio uxorum, & virorum, quæ negatur ab omnibus. Vide, quæ dicam mox §. 2. num. 6. Qua ratione autem concesserit Deus Judæis libellum repudii, quo relinquere suam uxorem, & aliam ducere poterant, vide apud Hurtad. & aliisque.

§. II.

An sit indissolubile Matrimonium Infidelium, quando utrique conjuges per Baptismum convertuntur ad fidem.

d. Hurt. l. 1.
c. diff. 15.
alios citans.

a. Supr. Tr. An Matrimonium Infidelium ante conversionem initum sit indissolubile?

1. **M**atrimonium Infidelium, sive sit consummatum, sive sit ratum dumtaxat, idest nondum consummatum (sic loquimur claritatis gratia, nam ceterum Matrimonium Ratum propriè est Matrimonium contractum per verba de præfenti inter Fideles, quod nondum sit consummatum, ut supra diximus) Matrimonium, inquam, dictum Infidelium est ex natura sua indissolubile. Ita Pontius b. d. s. matr. aliique contra Sanc. & aliisque.

2. Ratio à posteriori ducitur ex illis verbis Genes. 2. Quamobrem relinquet homo Patrem, & Matrem, & adhærebit uxori suæ (ecce Matrimonium ratum) & erunt duo in carne una (ecce consummatum.) Cum enim Deus dicat (relinquat, adhærebit, erunt) notat ejusmodi esse naturam Matrimonii, non vero ipsum Deum, sic positivè velle constituit.

3. Ratio vero à priori præcipua est (nam alias vide apud Hurtadum, & citatos) quia certum est, illicitum esse concubitum vagum, & communicationem uxorum, & virorum

1. **H**Oc, etiam consummatum, posse auctoritate Pontificis dissolvi, eo modo, quo inferius dicemus, iusta intercedente causa, dissolvi posse Ratum Christianorum, putant Navarrus, & Sanchez eum citans. Nec e. Sanchez. l. 1. gat vero communior opinio cum Azor, Co- 2. matr. d. ninch, & Pontio, quos sequitur, citatque Ca- 17. m. 2. stropal. f. quibus adde Valqu. quem citat, & f. Castrop. excipit Aversa. g. d. 3. de

2. Ne autem turpiter labaris, bene distinguere. Vel enim matrimonium infidelium consummatum, sive solum Ratum ante Baptismum, etiam est consummatum post illum, vel consummatum ante Baptismum; tamen post Baptismum consummatum non est. Si stremo, illud prius, omnes conveniant, nulla auctoritate dissolvi posse, utpotè jam matrimonium Christianorum consummatum representans indissolubilitatem Christi cum Ecclesia, & Verbi Divini cum Humana Natura, æquè, ac representant cetera Fidelium consummata matrimonia. Si vero posterius, tunc erit in opinione positum, an dissolvi aliqua tandem ex causa possit.

3. Et quidem (ut dicebam) Sanc. cū Navarro affirmat. Ratio est, quia tunc illud matrimonium

monium assimilatur Matrimonio rato Fidelium, quod, ut dicemus, potest solvi per ingressum in Religionem. Sed, ut item dicebam, Azor, alique modo citati negant, quia illud Matrimonium, quamvis ante Baptismum consummatum, consummatum tamen est, & nunc, cum simus post Baptismum, non est ratio, cur catere debeat prerogativa Matrimonii Fidelium. Ergo sicuti alia Fidelium consummata Matrimonia nulla auctoritate dissolvi possunt, quia id Christus Dominus nunquam concessit, ut mox c. 7. dicemus, ita, & hoc.

4. Utraque sententia fatente etiam Castropal. loc. cit. qui hanc posteriorem amplectitur) probabilis est. Et certe utraque, non, nisi in verosimilibus conjecturis innititur.

5. Inquires. Si vir hic conversus (hac voce compendiosa utimur, cum volumus significare. Infidelem suscepisse Baptismum) si hic, inquam, vir habuisset in Infidelitate plures simul uxores, vel primam, & secundam repudiasset, & haberet in praesentia tertiam, vel quartam, atque ad fidem converterentur, quamnam ex his pro legitima uxore retinebit?

Respondeo, omnino quam primam duxit, etiam si cum prima solum haberet Matrimonium ratum, cum aliis vero Matrimonium consummasset. Ratio est, quia ut §. praeced. vidimus, Matrimonium etiam dumtaxat ratum, est natura sua indissolubile. Cum ergo vinculum primi Matrimonii nunquam dissolutum fuerit, caetera Matrimonia subsequencia nulla fuerunt, & consequenter, non nisi prima est legitima, & vera uxor suo viro legitime restituenda. Ita deciditur c. *gaudemus de divortio*, & id esse certum in Ecclesia, notat Averfa. *a*

a Aver.

qu. 2. ma-

rr. sect. 4.

V. Et con-

firmitur.

b Aver. lo.

c. & sect.

6. V. In

hac re.

c Castrop.

de spons. d.

3. q. 2. §. 2.

24. 1.

6. Atque ex hac Ecclesiae definitione confirmata, quod diximus §. 1. nu. 1. & 3. haec enim definitio magnum dat signum credendi Matrimonium Infidelium ex natura sua esse indissolubile: secus enim Ecclesia parum curas fore tradere viro praedicto primam uxorem. Lege eundem Averfam. *b*

7. Denique scito, Pontificem non posse, & quacunque intercedente causa, dissolvere Matrimonium duorum Infidelium, sive consummatum, sive non, quia Pontifex non habet auctoritatem in eos, qui sunt extra Ecclesiam.

§. III.

Matrimonium Infidelium, quando alter ex conjugibus convertitur ad fidem, dissolubile est.

1. **E**X tribus saltem capitibus dissolvi potest Matrimonium, etiam consummatum, Infidelium, quando alter per Baptismum venit ad fidem.

Primo, ex eo, quod conjux Infidelis discedat a converso, & nolit cum eo habitare, non ob aliam rationem, nisi, quia is fidem amplexus est.

Secundo ex eo, quod, quamvis habitare cum converso velit, Creatori tamen injuriam irroget, puta, si Christum Dominum contemnat, si ejus cultum prohibeat, si familiam forte se convertere volentem quoquo modo impediat.

Tertio, si Fidelem conjugem excitet ad quodlibet peccatum; id enim est, etiam Creatori injuriam asferre.

2. Haec ita se habere, non aliunde efficaciter probatur, quam ex Christi dispositione nobis promulgata per Sanctum Paulum 1. ad Corint. 7. qui de conjugibus loquens dicit: *Quod, si Infidelis discedit, discedat; non enim servituti, id est ligamini conjugali subjectus est frater, aut soror in hujusmodi; & in hunc sensum, ad quem nos haec verba asserimus, semper intellexit, immo definit Ecclesia. d. d. C. Quod.*

3. Et quidem primum caput ex dictis dissolutionis est Physica, secunda, & tertium est deinde De dissolutione Moralis, ut concordati sensu omnes doctores explicant. Id autem sic disposuit Christus Dominus in favorem Baptismi, ne scilicet Baptismus asferret onus coelibatus, vel pateretur baptizatus periculum perversionis.

4. Inquires obiter. An Infidelis peccet non solum nolendo se convertere, sed etiam alio novo peccato nolendi sequi suam conjugem?

Respondeo, peccare novo peccato, quia non solum facit contra legem Christi universalem obligantem ad Baptismum, sed etiam contra specialem legem Matrimonii, ne 73. nu. 3. detur justa Divortii causa, qualem certe nunc ex S. doctore ipse dat. Ita Sanchez. *e*

5. Dixi autem nu. 5. (ex tribus saltem capitibus)

tibus) nam quamvis aliqui Doctores hæc tria solum capita agnoscant pro primis Ecclesiæ temporibus, pro hæc tamen ætate (& certè fa- teor probabiliter) aliud assignant, nimirum ipsam meram conversionem unius Fidelis.

1. *Adver-* put, quod aliqui Doctores addunt, non ad-
mittentes. Censemus enim cum Hurt. b. & Ca-
stropal. c. hanc potestatem dissolvendi Matti-
monium non dari à Sancto Paulo Fideli
converso, nisi, quando Infidelis non conver-
sus dilcedit physice, vel moraliter, ut explica-
tum est, & ostendunt illa alia verba universa-
liter dicta: *Mulier Infidelis sanctificata est per*
virum Fidelem, in quibus pro ratione negata
dissolutionis affertur spes conversionis alte-
rius conjugis. At certè Infidelis, dum paci-
fice se habet, magnum indicium etiam nunc
magnamque spem præbet cupitæ conver-
sionis.

6. Non admittimus igitur diversitatem
de sententia illorum primorum temporum hac in re
cum nostra ætate. Immo Hurtad. d. testatur,
se audivisse in India, & Iaponia hodiè serva-
ri id, quod nos docemus, & ibidem (quod
certè advertere, ad rem nostram facit) probat,
non esse de facto prohibitionem ullam,
quia conjux Conversus interdicitur cohabi-
tare, cum conjuge Infideli nolente baptizari,
si velit pacifice cohabitare, & ita advertisse
Rebellium, & insinuasle Coninch idem Hur-
tad. notat.

7. Inquires. Si alter ex conjugibus Catho-
licis in hæresim incideret, vel Gentilis fieret,
dissolvi ne ex hoc capite poterit Mattimo-
nium?

Respondéo negativè, nec ratum tantum, &
multo minus consummatum. Ita definitur in
jure, & ratio definitionis fuit, ne sub præ-
textu hæresis conjugia, quæ minus placent,
dissolvi tentarentur.

*An dictum Matrimonium solvatur in eo mo-
mento, quo alter ex conjugibus
baptizatur?*

8. Hactenus diximus, ex tribus dictis capi-
tibus solui posse Matrimonium Infidelium,
altero veniente ad Baptismum. Iam inquiri-
mus, an solvatur statim, in eo scilicet puncto,
quo Baptismus suscipitur?

Respondéo, Scio, Rodriquo, & alios alla-
tamburinus de Sacramentis.

tos à Castropalao sputare, statim. sed ve-
ra, & communis opinio est, non statim, sed
quando ipse conjux conversus init Matti-
monium novum cum alio. Antea igitur, in
eo intermedio tempore à puncto Baptismi
suscepti usque ad punctum novi Matrimo-
nii, remanet vinculum, sed suspensum, un-
de, nec tenetur conversus cohabitare cum
non converso, nec impeditur inire, quando
velit, dictum novum Matrimonium. Inde
ergo fit, ut non conversus nequeat in hoc in-
termedio tempore Matrimonio jungi cum
altero, quia vinculum remanet, & insuper fit,
ut si fortè ipse convertatur, debeat continua-
re conjugium cum suo conjuge juxta id,
quod Decretum esse in jure, diximus §. præ-
ced. n. 5. sine.

9. Ut autem Conversus possit dictum no-
vum Matrimonium inire, non est opus sen-
tentia Judicis, quia Christus Dominus hoc
privilegium concedens, ejusmodi restrictio-
nem non apposuit. Satis igitur erit, quod cer-
to moraliter constet obstinatio conjugis Infi-
delis Christum, seu fidem afficientis injuria,
vel longa ejus distantia,

Quando autem non constar, vel spes est
conversionis, erit necessaria monitio, ut is
intra terminum deliberet, an velit converti,
vel juxta doctrinam modo dictam, an velit
pacifice cohabitare. Immo aliquando erit di-
cta monitio necessaria pro foro externo, ad
intercludendas lites de validitate futuri Ma-
trimonii. Lege hæc fusius apud Sanch. b.

*h Sanch. l. 7
matr. d.*

*An dictum Matrimonium dissolvatur per sus-
ceptionem Ordinis, vel per Vota solemnia
in Religione?*

*74. à nu.
11. & d.
76. à n. 2.*

10. Inquirimus Secundò. An, sicuti
vinculum dicti Matrimonii solum ante Ba-
ptismum consummati dissolvitur, quando
Conversus novum init Matrimonium, sic
dissolvatur, quando susciperet fortè Ordi-
nem Sacrum, vel solemniter Professionem
emitteret in Religione? (quod utrumque
posse ipsum facere, nullus negat, per ratio-
nem dicendam num. 17.) Id autem non ig-
norare, proderit multum. Nam, si vin-
culum dissolvitur, poterit conjux alter In-
fidelis validè, & (ut ego contra Pontium i
Castrop. cum Castropal. i puto) etiam quantum ad
hoc licitè providere sibi de novo Matrimo-
nio.

nio: Si vero non dissolvitur, nullo modo poterit, ut ex se patet.

11. Respondeo. Quamvis aliqui per suspensionem Ordinis Sacri dictum vinculum dissolvere censent, communis tamen sententia negat. Ratio efficax est, quia hanc potestatem dissolvendi vinculum non agnoscimus, nisi ex Christi Domini dispensatione ex modo dictis nu. 2. at nec per Ecclesiam, nec per Patres hoc privilegium Ordini Sacro esse concessum, audivimus, ergo, &c.

12. At vero per Professionem in Religione duplex sententia est. Prior cum Castropal. a aliisque negat. Ratio est eadem, quia nimirum pari modo nullibi invenitur à Christo concessum, quod Matrimonium consummatum ante Baptismum possit per Religiosam Professionem dissolvi (de consummato enim loquimur, nam solum ratum posse per dictam Professionem, sicuti potest Ratum Fidelium, non est dubium, ut notat Hurtadus. b) Adde, Matrimonium hoc Ratum Fidelium ideo per Professionem dissolvi, quia Religio assumpta ab uno ex conjugibus non debet nocere alteri, qui nolle fortasse remanere caelebs. At in casu nostro dicti Matrimonii consummati, esto gravetur Infidelis, si cogitur caelebs manere, id gravamen sibi imputet, nam Ecclesia, ad quam non pertinent Infideles, eorum gravamina non alio modo tollere debet, nisi eos vocando ad Baptismum, & satis ipsi habeant, quod per accidens ipsorum Matrimonium ratum, propter paritatem cum Matrimonio rato Fidelium, dissolvatur per Professionem ab altero conjugum Converso emissam, ut modo dictum est, non vero præendant idem de consummato.

13. Posterior sententia cum Sanchez & Henriquez concedit, per Vota solemnia Professionis Religiosae dissolvi dictum consummatum Matrimonium. Ratio est (inquiunt) quia professio solvit vinculum Matrimonii Rati Fidelium, quod est Sacramentum, & consequenter, quod est fortius vinculum, quam sit dictum Matrimonium consummatum Infidelium ergo solvet, & hoc. Probat

dL. De accusat. ff. de consequentiis, quia in jure d habetur illud vulgatum axioma: Si vincam vincentem te, à fortiori vincam te. Si enim à professione vincitur vinculum Matrimonii Rati Fidelium, multo magis ab eadem vinci poterit vincu-

lum dicti Matrimonii consummati Infidelium, quod est minus forte, cum non sit Sacramentum.

14. Verum huic rationi respondent loci citatis Castropalaus, & Hurtadus, hoc axioma intelligi de casibus similibus, & jure ordinario, ac naturali contingentibus, non vero de dissimilibus, & de iis, quæ à jure positivo, & extraordinario præsertim divino dependent. Prior igitur sententia probabilior sit, posterior saltem ob auctoritatem extrinsecam probabilis. Et quidem loquimur de votis solennibus in Religione emissis, nam per votum simplicis Castitatis non dissolvitur Matrimonium dictum Infidelium, sicuti, nec dissolvitur Matrimonium Ratum Fidelium, ut certum est, & notat Averfa. e

15. Unum advertunt concordati animo prædicti Doctores. Nam, si ejusmodi conversus factus jam sit professus, & deinde alter conversus fortè convertatur ad fidem, non erit huic ille professus restituendus.

Quamvis enim in aliquorum sententia vinculum Matrimonii remanserit, unde videatur suum conjugem conjugi reddi debere; tamen non ita est. Siquidem cum ille prior conversus legitime, unde, & valide assumpserit statum impossibilem matrimonio, (nam propterea ex Sanchez fidem dicendum est, si f. Sanchez Ordinem Sacrum susceperit vel Votum simplex Castitatis emisit) non poterit ad Matrimonium redire. Sicuti, si celebrato, jure, Divortio, innocens conjux Ordinem Sacrum, vel Professionem susceperit, vel Votum Castitatis simplex emisit, non poterit licite alterum conjugem sibi reassumere, ut habet idem Sanchez. g

16. Dixi (factus jam sit professus) nam, si 10. m. esset Novitius, cum nondum statum incompatiblem susceperit, poterit, immò, & debet, nisi alter consentiat, cum res adhuc sit integra, redire ad Matrimonium, ut notat ibidem Sanchez, & Coninck. h

17. Ex qua doctrina vides, hæc duo esse satis diversa. Aliud enim est, an per professionis Vota solemnia dissolvatur vinculum prædicti Matrimonii? Aliud, an Conversus possit legitime, unde, & licite Professionem emittere? Illud prius est in opinione positum, ut vidimus nu. 12, & 13. hoc posterius omnes admittimus, & nemo negat, ut diximus num. decimo, cujus posterioris ratio est,

a Castrop.
l. c. nu. 12.
c. Coninck.
Pontio, G.
Hur.

b G Hur.
d. 8. matr.
diff. 14. n.
51.

c Sanc. &
Henriq.
ap. eundem
Hurt.
loc. cit.

d L. De accusat.
ff. de consequentiis,
diversis.
e tempore
ral. præscript.

e Averfa.

f Sanchez.

g Sanchez.

h Coninck.

est, quia nolens converti, dat justam causam, propter quam Divortium facere, conversus possit; quo Divortio facto, jam conversus, utpote innocens, poterit licite illos status eligere, monito prius altero conjugē, juxta modo dicta *nu. 9.* & juxta ea, quae dicuntur, cum de Divortio disputatur.

CAPUT VI.

De indissolubilitate Matrimonii Rati Fidelium.

§. I.

An hoc Matrimonium Ratum sit auctoritate Pontificis dissolubile?

VT plurium DD. sententias omit- tam, quas apud Sanchez a habes, alioque; duae sunt hac in re praeci- puae. Altera negat cum Pont. b cuius potissi- mum fundamentum ē posteriore est, quia, si posset à Pontifice, quamvis ex causa, dissolvi Ratum, posset, & consummatum, quod inau- ditum in Ecclesia Dei est. Sequela probatur, quia eadem causae, evitationes scilicet scan- dalorum, rixarum, & discordiarum aequē in- terdum sunt in consummato, ac sunt in Rato. A priori, quia Matrimonium ratum est ejus- dem rationis, ac consummatum, quoad es- sentiam. Copula enim nihil addit essentiae, vel integritati Matrimonii, quod consistit in ipsa traditione, & acceptatione corporum. Ergo, si eadem semper est essentia, eadem in utroque indissolubilitas; quare, sicut Ponti- fex dissolvere nequit consummatum, sic ne- quibit Ratum.

2. Altera sententia affirmat, eamque se- quitur Sanchez cum aliis. Et Leand. d quidem dicit priorem sententiam esse speculative probabilem, hanc verò posteriorem probabi- liorem esse practice. Eandem hanc posteriorem tenet Suar. e qui refert, se vidisse Bullam Greg. XIII. dispensantis in Matrimonio Ra- to. Sed quid hoc ad aliud, quod narrat Hen- ric. 6. c. 1. q. 1. hoc est, eundem Greg. XIII. una die, tre- decim Dispensationes dedisse de hac re? Ad- cessas à Martino V. Eugenio V. Pio III. Pio V. meminit Hurt. l. c.

3. Fundamentum praecipuum hujus sen-

tentiae à posteriori ducitur à tot dictis con- cessionibus, quas per Summos Pontifices in- valide, vel illicitè esse datas, affirmare quis audeat? A priori autem, quia, licet firmiter teneamus, Matrimonium ratum esse ex se in- dissolubile, tamen non propterea negatur Deo potestis dispensandi mutando materiā, ut fuscè prosequuntur Theologi. Quoniam ergo videmus Ecclesiam hac potestate per tot Pontificum seriem fuisse usam, tenendum omnino est, eam ipsi à Christo Domino fuisse communicatam. Quare perinde hæc sen- tentia certa alicui videbitur, ac est illa, quam omnes docemus, & Tridentinum definit, ut mox videbimus, puta Matrimonium ratum dissolvi per professionem Religiosam; unde enim Tridentinum id decrevit? certe, non ni- si, quia sic Ecclesia ab initio usurpavit: ac idem usurpavit in re nostra per tot Ponti- fices.

4. Hæc sententia est probabilior, fateor ta- men priorem sua probabilitate nequaquam carere, responsiones autem argumentorum utriusque partis vide apud citatos.

5. Inquires. An invito altero ex conjugi- bus possit Pontifex in hoc dispensare? rursus, an sine causa?

6. Respondeo ad prius; Etiam altero in- vito, sicut, altero invito, potest alter profes- sionem emittens dissolvere vinculum Matri- monii rati. Ratio autem est, quia id Christus Dominus reliquit prudentiae Pontificis, non arbitrio contrahentium, ita ex Medina A- versa g

Respondeo ad posterius; Requiritur iustam, & verò gravem causam, ut licite Pontifex di- spenset, certum est: quia secus male uteretur potestate sibi concessa. Sufficiens autem causam esse, ferè omnes fatentur cum Sánchez, si gravius damna, vel perpetuae discordiae, rixaeque inter conjuges, conjunctosve pruden- ter metuantur, si mutua cohabitatio esse non possit eo, quod alteri supervenerit v. g. Lepra, cui remedium afferri nequeat, si perpetua sit sterilitas, & similia.

7. Docet Sanchez. i sufficientem esse cau- sam, si sit magna inaequalitas inter virum, & feminam. Id, nisi inde prudenter timean- tur rixae, & discordiae, minusve exitus Ma- trimonii, ego non approbo; experimur enim non raro, etiam inaequales ob insigne ali- quod donum amari. Expendantur igitur

circumstantiæ, & mores personarum, nam sic tandem apparebit, an rationabiliter ad sit prædictus timor.

8. Ut vir promoveatur ad Episcopatum, non esse causam sufficientem, nisi id valde necessarium sit ad bonum commune, bene docet ibid. Sanch.

9. At verò, ut valide Pontifex dispenser, nullam requiri causam, quia Christus omne circa hoc auctoritatem concessit Pontifici, ne relinqueret locum perplexitati, nonnulli putant, cum Henriquez, a sed tutior h commu-
nior, verior, & mihi certa sententia est, requiri causam justam, sicuti in dispensatione Votum, & juramentorum communiter docemus, de quibus alibi dictum est.

§. II.

An Matrimonium Ratum dissolvatur per Professionem Solemnem?

Dissolvi, non est dubium, & ita definitum legimus in Tridentino. *d Si Iuramentum, quis dixerit Matrimonium ratum, non consummari, & Voti. ratum, per solennem Professionem alterius cond Trident. jugum non dirimi, anathema sit.* Alios Sacrorum Canonum Textus vide apud citatos, atque hæc definitio Tridentini cum sit absoluta, comprehendit omne Matrimonium ratum, etiam Infidelium venientium ad fidem, etiam altero invito, etiam post multos annos à contracto Matrimonio, si nondum sit consummatum.

2. Ex eadem definitione sit, ut conjux relictus in sæculo possit, non quidem statim post ingressum alterius in Novitiatum (quo certe vinculum Matrimonii non solvitur) sed post Professionem emissam, etiam si debeat expectari integer annus, imò etiam plus, ut si sponsa erat duodennis, quæ non poterit profiteri, nisi post quatuor annos, hoc est, donec compleat annum decimum sextum ex Tridentino, ut notat Sanchez, Pont. alique apud Castropal. *f sit, inquam, ut possit dictus relictus novum sibi Matrimonium conquire de spons. p. te post professionem alterius. Quod si Religiosus, qui antea fuerat conjux, deinde dispensetur à Pontifice de suis Votis solennibus, & egrediatur à Religione, poterit quamcumque eligere pro suo novo Matrimonio. Idque verum est, etiam si utriusque conjuges*

Religionem assumpsissent, & deinde similem dispensationem obtinuissent, poterunt enim cum aliis quibuscunque Matrimonio copulari. Ratio clara omnium horum est, quia jam ruptum fuit prius vinculum. Idque ex institutione Christi Domini, ut mox numero quarto.

3. Atque hinc etiam collige, ejusmodi Religiosum, qui olim conjux fuit, peccando contra Castitatem, peccare quidem Sacrilege contra Votum, non tamen committere adulterium, quia non peccat contra fidem datam in Matrimonio, cum jam Matrimonium, vinculo dissoluto, nullum adsit, unde etiam sequitur, pari modo contra Castitatem ipsum (& quidem sacrilege) peccaturum, si copuletur cum eadem ipsa, cum qua contraxerat Matrimonium ratum, quia dissoluto vinculo, illa sua amplius non est. Id non ita esse, quando quis post divortium professionem emittit, quia divortium non solvit Matrimonii vinculum, dicemus infra cum de Divortio.

4. Quo autem jure hæc dissolutio fiat, hoc potèd controversum est apud DD. nobis tamen ex dictis quæstio remanet decisa: sit enim, ut superius indicavimus ex dispositione, quam Christus Dominus ob favorem Religionis, quæ est quædam mors spiritus, concessit Fidelibus, quamque per Ecclesiam ab ipso exordio nobis significavit.

Per Professionem cujus Religionis dissolvatur Matrimonium Ratum?

5. Jam verò ad majorem præcedentium explicationem, Inquires Primò, per cujusnam Religionis professionem, hæc dissolutio fiat?

6. Respondeo. Per ejus Religionis approbatam à Pontifice Professionem, cujus Vota solennia constituunt verum Religiosum: hæc autem sunt, quæ legitimè obligant, tum ex parte profitentis, tum ex parte Religionis, nomine Ecclesiæ acceptantis. Hinc Vota emissà à Tertiariis, qui in sæculo vivunt, vel etiam in aliqua Congregatione simul, sed non cum dicta solennitate, non dirimunt Matrimonium, dirimunt contra, si in Congregatione collegialiter vivant cum Approbatione Pontificis, quia tunc ea Congregatio esset vera Religio, h.

7. Hinc

7. Hinc advertis, à Voto simplicis Castitatis nullo modo Matrimonium dissolvi, quia jam solenne illud non est.

8. Quid de Votis Ordinum Militarium?

Respondeo. Si de militibus Sancti Jacobi, Alcantare, Calatraviæ, & similibus agas, eorum Vota Matrimonium non dirimunt, quia, esto, nonnulli, & quidem probabiliter, asserant, eos esse Religiosos, quia tamen ipsorum status non est incompatibilis cum Matrimonio, dirimere illud eorum Vota non possunt. Si verò agas de Militibus S. Joanni Hierosolymitani, vulgò Melitenfibus, sine dubio eorum Vota dirimunt, quia ii sunt veri Religiosi ex communi sententia, nec cum ipsorum statu subsistere Matrimonium potest. Lege Sperellum, & Leandrum, b qui assert Pontium restantem, ita Sacram Congregationem Cardinalium declarasse.

9. Per Vota Clericorum, vel Monialium prædictorum Ordinum, qui in Claustro vivunt, verique sunt Religiosi, Matrimonium dissolvi, rectè notat Sanchez loco citato, quia tunc illa Vota sunt solennia. In Claustro, dixi, nam Vota Clericorum Ordinum militarium (præter Ordinem Sancti Joannis Hierosolymitani) qui extra Claustra vivunt, cum sint ejusdem rationis, ac sunt Vota eorundem mi-

litum, eandem naturam sequuntur, nec dissolvere Matrimonium possunt, ut habet Hurtad. e contra Pontium.

An per Vota Biennii Societatis?

10. Quid de Votis biennii Societatis Jesu, XIII. Bul. Respondeo. Affirmat Pontius, d quia hæc Vota licet solennia non sint, constituunt tamen Religiosum, & post Bullam Gregorii XIII. e sunt impedimentum dirimens Matrimonium illis superveniens, ergo, & dirimunt Matrimonium antea contractum.

11. Verùm Doctores nostræ Societatis, cum quibus est omnino sentiendum, negant, Valq. Sanch. Henriq. G. Hurt. f eosdem citans, & Suarius, g. Adde non nostros, Leandrum, b qui citat Cornelium, & Ochagavi- am, adde, & Aversam, i qui advertit frustra contra prædictos conniti Pontium. Ratio est, quia jus dissolvendi Matrimonium ratum ex Institutione Christi Domini. inhæret profes-

sioni Religiosæ, eo modo, quo traditum, & explicatum est ab Ecclesia; at Ecclesia solum explicuit de professione sub solennibus Votis, non verò de professione sub Votis simplicibus, ut merito dixerit Tridentinum (per solennem professionem) quasi excludens omnem non solennem.

12. Propter eandem rationem Vota Formatorum Coadjutorum, sive temporalium, sive spiritualium in dicta Societate non dirimunt Matrimonium, quia, quamvis per illa ejusmodi Coadjutores incorporantur (ut loquitur Suar. k) ultimate Societati, tamen id k Suar. l. c. fit per Vota tantum simplicia, & non per solennia. Qui nostri instituti inficius velit cognoscere, in quo differant ejusmodi Vota simplicia Coadjutorum à Votis solennibus Professorum, adeat Suarium. l.

Prædictam doctrinam nonnemo m confirmare voluit ex facto n Sancti P. Ignatii, qui Coadjutori temporali, qui transit à Matrimonio rato ad Societatem, concessit solennem Professionem, ut scilicet, sic dissolveretur vinculum Matrimonii, quod dissolvi non poterat per Vota illa Coadjutorum. Optima confirmatio, sed nihilominus posset aliquis obstinate respondere, id fecisse S. Ignatium, ad omnem scrupulum amovendum, ut sic, posset conjux relicta in sæculo majori cum securitate Matrimonium aliud inire, si voluisset. Vera tamen, & sufficiens datæ doctrinæ ratio est; quia, ut dixi, hæc Vota Coadjutorum solennia nequaquam sunt.

An per Ordinem Sacrum?

13. Quid denique dicemus, de Voto Castitatis imbibito in Ordine Sacro?

Respondeo. Nequaquam ab illo dirimitur Matrimonium, idque est definitum in Extravag. Antiquæ de Voto; etiam si Ordo sit Sacerdotium, immodò, etiam si sit Episcopatus, ut notat G. Hurt. o.

Ex dictis vides, nec Ordines Sacros, nec quæcumque Ecclesiasticam dignitatem, nec Vota simplicia, sed solum Vota solennia, sive Religiosorum, sive Monialium dirimere Matrimonium ratum; ut autem aliæ causæ dirimant, requiri, ex probabili sententia, auctoritatem Summi Pontificis; sicuti §. præced. dictum est.

Iii 3

Conjux

Conjux volens profiteri, differre ingressum in Religionem non debet.

14. Inquires Secundò. Quo remedio uteretur conjux, si alter prætextu volendi ingredi in Religionem differat ingressum, vel ingrediens modo in Novitiatum unius Religionis, modò alterius, solennia Vota procrastinet?

Respondeo. Per Judicem præscribat ei terminum rationabilem peremptorium, ut profiteatur statim (sanè sumpto hoc, statim, mortali, & humano modo) vel ad conjugem relictum regrediat, ut fusi Doctores. *a*

a Sanc. lib.

2. matr. d.

24. nu. 9.

Pont. lib. 9.

c. 9. c. 10.

Castrop. de

spons. p. 42.

§. 5. nu. 3.

Cum animo ingrediendi Religionem, An liceat Matrimonium?

15. Inquires Tertiò. Licetne mihi contrahere Matrimonium per verba de præsentibus cum certo animo non consummandi, sed ad Religionem sine consensu mei conjugis evolvendi?

Respondeo duobus dictis. Dico Primò, regulariter non licere, idque sub mortali. Ratio est, quia regulariter fit primo injuria uxori, quæ cogitur expectare sine Nuptiis, donec tu profitearis. Secundò, quia tua causa frustra fuerunt fortasse multæ expensæ factæ à tua Sponsa. Tertiò, quia, si tu fortè non perseveraveris in Religione, cogitur uxor, cum suo dedecore te habere conjugem ex Monacatu. Quairò, quia das ansam non paucis suspicandi, ipsam à te propter aliquod vitium fuisse relictam. Quintò, quia si fortè ideo vis, contrahere cum animo transeundi ad Religionem, quia Votum emiseras Castitatis, te exponis evidenti periculo consummandi Matrimonium, adeoque Votum violandi. Ita Sanchez *b* alii quidquid dicat Pont. *c*

b Sanc. lib.

1. matr. d.

43. nu. 7.

c. 12. cui

adde A-

ver. qu. 2.

sec. 6. V.

Absolute

Coninck d

23. d. 3. n. 5

G. Hurt. d.

2. de matr.

non consummandi,

& refaciendi damna, si

diff. 5. sine.

c Pont. lib.

6. c. 1 n. 5.

17. Dico Secundò, in aliquo raro casu magnæ necessitatis, peccatum non esse, nam propterea addidimus illud (regulariter) ratio est, quia necessitas tanta vincere posset incommoda illa, quæ modò dicta sunt. Exemplum duo affert Sanchez loc. cit. Primum, si fortè cogaris per metum gravem contrahere Matrimonium, tu verò firmum animum habeas, non consummandi, & refaciendi damna, si quæ sint. Secundum, si illa Matrimonii contractio tibi esset medium necessarium, ut posses ad Religionem transire, ut, si v. gr. esses car-

ere inclusus, nec aliud remedium evadendi occurreret, nisi cum illo animo Matrimonium contrahere. Quod si tua Matrimonii contractio esset necessaria ad honorem puellæ restituendum, quam antea v. gr. violaveras, & ad ejus prolem legitimandam, tunc enim verò non modo non posses ad Religionem ire, sed obligareris, juxta alibi dicta, Matrimonium verè contrahere.

An prædicta dissolutio Matrimonii Rati liceat ob finem recedendi ab uxore molesta?

18. Inquires Quairò. Si quis dicto Matrimonio tantummodo Rato ligatus, solum, quia ipsi displicet uxor, eligat Religiosam Professionem, tanquam minus sibi malum, peccabitne?

Respondeo. Videtur hic licitè uti jure suo posse.

Subinquires. Quid, si notabile damnum venerit fæminæ, quæ difficillimè alterum virum invenire fortasse poterit?

Respondeo. Adhuc videtur vir (præscindendo ab alio inconveniente) uti posse jure suo: neque enim Caritas illum obligat cum notabili suo damno, ad fæminæ commodum. Multò magis, quia damna prædicta, per accidens, & indirectè evenirent. Adde, non irrogari injuriam fæminæ, quia etiam ipsa parem habet potestatem, & sub hac implicita conditione contraxit uterque, ut, quando cunque Matrimonium non fuerit consummatum, posset alter ad Religionem proficisci. Ita in simili respondet Sanchez. *d*

d Sanc. lib.

2. matr. d.

24. nu. 17.

§. III.

De bimestri concessio Sponsis ad deliberandum de Religione assumenda.

1. Quamvis semper, ut modò judicavi, etiam invito altero, possit conjux alter ad Religionem transire, Matrimonio nondum consummato, tamen dicto conjugum, sive Mari, sive fæminæ Sacri Canones concedunt bimestre (non necessario ex Sanchez *e* com- *e* *Sanc. lib.* *2. matr. d.* *24. nu. 17.* plectens sexaginta dies, sed dies illos, secundum, quod occurrunt co tempore, quo de præsentibus contrahitur Matrimonium) bimestre, inquam, numerandum de momento ad momentum, à puncto Matrimonii contracti, usque

usque ad ingressum in Novitiatum, in quo bimestri possit uterque conjux, deliberare, an velit statum Religionum eligere, quo electo, possit ad illum liberè convolare. Quæ omnia habent, & probant DD. quæ citat, sequiturque Castrop. addens, hunc terminum duorum mensium posse ex causa à Judice coartari, vel prorogari.

2. Est autem notandum discrimen inter hoc bimestre, & reliquum tempus consequens, nam, intra dictum bimestre, conjux potest licitè negare debitum alteri, etiam enixè petenti, quia in spatio illius temporis jus dat illi facultatem non reddendi debitum, ne scilicet fiat ineptus ad Religionem, at, exacto bimestri, obligatur reddere, vel, si reddere nolit, obligatur, statim moraliter, Religionem ingredi, quia jus illi amplius non suffragatur; licet, si de facto ob causam aliquam Matrimonium non consummetur, etiam possit, quamvis altero conjuge in viro, ad Religionem evolare; Ita DD. omnes. *b*

3. Quantum debeat conjux relictus in sæculo expectare, ut legitimè queat aliud Matrimonium inire, diximus §. præced.

Nolens ingredi Religionem, an possit negare debitum in primo bimestri?

4. His habitis tanquam certis: Inquires Primò, An liceat conjugi denegare, in illo bimestri debitum, tamen si firmus sit fenolle ad Religionem transire?

Respondeo. Probabilius est, licere, quia, qui nolit in priori mense animum Religionem adiungere, potest in posteriori, quare habet jus custodiendi aptitudinem ad Religionem. Ita Sanchez, & Pontius loco citato. Non nego interim probabile etiam esse cum Coninch, & Gasp. d. Hurtad. non licere; quia dici potest, id solum concessum esse iis, qui animum actu habent deliberandi de Religione.

Sponsa coacta à Sponso in primo bimestri.

5. Inquires Secundò, An, si maritus (quem, quia nondum consummavit Matrimonium, solemus etiam vocare Sponsum) an, inquam, maritus in primo bimestri, si cogat vi uxorem omnino renitentem ad copulam, possit nihilominus uxor uti privilegio Religionem assumendi?

Respondeo. Quamvis coacta fuerit copula, unde mortaliter tunc peccaverit cogens ex Sanch. & dicunt tamen aliqui, & quidem probabiliter, coactum non posse amplius vinculum Matrimonii dissolvere, quia jam Matrimonium est consummatum, & conjuges sunt effecti una caro. nihilominus probabilius est f. posse uxorem coactam in Religionem ingredi, quamvis non dissolvatur vinculum, quia non debet quis ob injuriam ipsi factam privari jure, quod habet.

6. Dixi (in primo bimestri) nam, si, eo exacto, dicta uxor compellatur (saltem quando non apparet, statim conjugem velle in Novitiatum ingredi) cum tunc ei non fiat injuria, (obligatur enim reddere debitum) non poterit dicto privilegio frui.

7. Illud necessariò nota, cogentem, nec posse Matrimonium novum inire, nec Religionem profiteri, quamvis profiteri, coacta juxta posteriorem sententiam possit: Ratio est, quia, cum remaneat vinculum, non liberatur conjux ab obligatione Matrimonii, quam liberationem ideo potuimus concedere coacto, quia non debuit ob injuriam alterius suo jure privari; Id, quod non militat in cogente.

Sponsorum copula, an Matrimonium consummet?

8. Inquires Tertiò, Si Sponsi ante contractionem Matrimonii per verba de presenti copulam habuissent, essetne ejusmodi Matrimonium consummatum, quamvis post verba de presenti nondum subsequuta sit nova copula?

Respondeo, Non esse consummatum, quia Matrimonium non consummatur, nisi per copulam maritalem; & quamvis ad legitimandam prolem retrahatur Matrimonium, quia ob bonum prolis jura fingunt perinde, ac Matrimonium legitimè contractum antea fuisset, non tamen retrahitur ad effectum ut ceaseatur matrimonium consummatum, & ut sic, amittant, quantum est ex hoc capite, conjuges privilegium, de quo loquimur; quia, ut indicat g. Sanchez, id nunquam jura sinxerunt.

CAPUT

g. Sanch. d. 21. nu. 13.
G. Hurt. d. 8. matr. diff. 9. n. 23. V. Ad demus.

CAPUT VII.

Matrimonium Fidelium consummatum indissolubile est.

1. **I**ta id certum est ex dictis, ut longior probatio sit omnino superflua. Breviter autem sic discurrere. Ex una parte Matrimonium est ex natura sua, & ex ratione Sacramenti, indissolubile, ut vidimus in superioribus: ex altera, non apparet, Christum Dominum dedisse Ecclesiae potestatem dissolvendi Matrimonium consummatum, immo, ex antiquissima traditione, ejus vinculum esse in omni casu insolubile, excepto ob alterius mortem, semper Ecclesia praedicavit, ergo, &c.

2. Non est igitur admittenda consuetudo Graecorum, qui Matrimonium consummatum dissolvunt ob adulterium, ut refert Leander. *a* Divertere enim potest conjux innocens, modo infra explicando, ob alterius adulterium, non verò (quod longè diversum est) vinculum dissolvere.

3. Illud autem hic locum proprium habet, ut explicemus, seu recolamus, in quonam consistat ejusmodi consummatio, nam de ea memini, me iterum dixisse in simili supra. *b*

Enim verò consistit in receptione seminis virilis intra vas naturale Mulieris. Hinc, si habeatur vas penetratio, sed sine viri seminatione, non erit consummatio, esto in foro externo, consummatio praesumatur. Ita Sanchez aliique adversus Medinam, & Petrum Ledesnam.

b Supra
Tr. 1. de
imped. c.
12. §. 4.
c Sanchez.
lib. 2. ma-
tr. d. 21.
G. Hurt.
disp. 8. ma-
tr. diff. 9.

4. Si tamen, Contra, habeatur seminis receptio, non verò penetratio, quod contingere posse, matrice sibi semen attrahente, supponunt DD. habebitur *d* consummatio, quia d. Sanch. l. 2. jam conjuges sunt una caro, & unum primum generationis, quidquid dubitet Pont. *e* c. nu. 33.

5. Verum, requiritur ne seminatio facta à Pont. l. 2. c. nu. 33.

Respondet. Probabilius esse, non requiri, tenet Sanchez, licet requiri fateatur esse probabile, quia ex opinione probabili multorum requiritur semen mulieris ad generandam prolem, & in aliorum opinione non requiritur.

Conjugibus jurantibus, se non consummasse Matrimonium, non est fides habenda in Judicio, nisi adsint alia indicia, v.g. Integritas Claustrum Virginalis, vel ipsam non fuisse deductam ad domum Sponsi, vel quid simile, ut docent Sanchez, g & Pontius h locis citatis. Quidquid autem concedat idem Sanchez i ne innitatis solum Integritati praedictae claustrum: nam ob plura remedia, quibus utuntur feminae, ut Virgines appareant, ex sola integritate nihil certi hac in re haberi posse, late probat ibidem Verricelli. *k*

Quid si alter neget, alter affirmet se Matrimonium consummasse? Vide praedictos DD. cum id magis ad forum externum pertineat, quam ad conscientiae forum, de quo agere, nostrum est institutum.

An conjuges, quamvis Matrimonium consummaverint, licite ex mutuo consensu Religionem profiteri valeant? dicam infra. *l*

Finis Tractatus Quinti.

TRACTA

TRACTATUS SEXTVS DE SOLENNITATIBVS CONTRACTVS MATRIMONII.

CAPUT I.

Quenam sint ejusmodi Solenni-
tates?

CAPUT II.

De prima Solennitate, quæ requirit
præsentiam Parochi, & Testium.

§. I.

*Qua ratione hanc inducere Tridentinum
potuit?*

1. **T**ametsi hoc explicare pertineat ad
Theologos Scholasticos, breviter
tamen id innuere, alienum à nobis
non est.

2. Propter bonum commune, bonam-
que gubernationem valet potestas huma-
na irritum reddere contractum civilem, si-
ve ipsum contractum irritando, siue in-
habiles reddendo personas ad hoc, vel illo
modo contrahendum, ut defacto jus ci-
vile gessit, quando irritavit contractus
Minorum initos sine Tutoris licentia, &c.
& Jus Ecclesiasticum, quando irritavit
Professiones Religiosas ante annum 16.
ætatis, & ante annum Novitiatum emis-
sas; ergo Potestas Ecclesiastica, in qua re-
sider summa auctoritas circa ea, quæ ad
bonum commune, & circa gubernationem
Fidelium pertinent, potuit, ad tollenda
innumera scandala, quæ oriebantur ex Ma-
trimoniis clandestinis, potuit, inquam, irri-
tum reddere contractum Matrimonii ini-
tum sine præsentia Parochi, & Testium, irri-
tando ipsum contractum sic celebratum, im-
mò, & reddendo personas sibi subditas inha-
biles ad contrahendum sine dicta præsentia.

Kkk

Hoc

DUa potissimum sunt: Altera,
inducta à Tridentino, à illa
est, ut Matrimonium con-
trahatur coram Parocho, &
Testibus. Altera, à Sacris
Canonibus aliàs lata, sed ab
eodem Tridentino ibidem confirmata, est, ut
antequam Matrimonium per verba de præ-
sentire celebretur, præmittantur denunciatio-
nes. Est etiam alia tertia minoris momenti
solemnitas, seu cerimonia, qua Matrimo-
nium contractum benedici à Parocho solet,
& de hac etiam erit suo loco paulò inferius
opportuna tractatio.

2. Inter illa autem duo priora maximum
discrimen intercedit: Si enim non adsint
Matrimonio Parochus, & Testes, nullum est
Fidelium Matrimonium, & sine dubio gra-
viter peccabitur: At, si non præmittantur
denunciationes, peccabitur quidem modo
inferius *b* explicando, sed validum erit ma-
trimonium.

3. Dixi (Fidelium) nam ad Matrimonia
Infidelium, quamvis temporaliter subjecto-
rum Ecclesiæ, hæc decreta non extenduntur;
unde Matrimonia Judæorum, Turcarum, &
hujusmodi, nec præsentia Parochi, & Te-
stium indigent, nec denunciationibus. Eos-
dem, quando jam conjugati veniunt ad fi-
dem, non obligari ad supplendas prædictas
solemnitates, rectè notat Bossius, c

Tamburini de Sacramentis.

Hoc posito sic prosequimur argumentationem, quo pacto etiam solvimus objectionem, quæ afferri contra nos potest.

3. Materia, & Forma Sacramenti Matrimonii est validus contractus inter virum, & feminam, sed Ecclesia potest facere, ut hic contractus non sit validus juxta jam dicta, ergo potest facere, ut tunc non fiat Sacramentum Matrimonii. Id, quod non est absolutè, seu formaliter, & directè mutare materiam, & formam Sacramenti, ad quam mutationem nulla humana potestas se extendit; sed est illam mutare consequenter, & indirectè, quod nullum est inconveniens. Finge, me posse, hunc panem mutare in lapidem, jam non constabit in eo lapide Consecratio Eucharistica, & tamen tunc non dices, me absolutè mutasse Materiam Eucharistiæ, & rectè; solum enim possem dici, mutasse indirectè, & consequenter: quod certè inconveniens nullum affert. Ita proportionaliter in casu nostro, &c.

§. II.

*Explicatur prima dicta Solemnitas, qua est
præsentia Parochi.*

1. *I*ta necessaria est præsentia Parochi, dum Fidelium Matrimonia contrahuntur, ut, si fortè contrahantur coram toto populo, uno tamen absente Parocho, nulla confluant Matrimonia. Quod verum etiam est in casu urgentissimæ necessitatis, ut, si expediret morti proximos conjuges Matrimonio legitime copulari, ad salvandum honorem alterius, vel ad prolem legitimandam, & Parochus in loco degens, præsens adesse non posset. Quamvis enim aliqui Coninc. d. apud Castrop. a & alii apud Bossium, b qui ad idem propender, censuerint, non esse credibile Tridentinum voluisse comprehendere casum tantæ necessitatis, unde putaverint, validum tunc fore Matrimonium sine Parocho; tamen communiter DD. contrarium sentiunt, etiam si adfuerint plures Testes; arque cum his est omnino sentiendum; quia verba Tridentini sunt valde universalis, & clara. Ita Sanch. c aliiq. passim.

Hæc dispositio, an liget ignorantes?

2. Quid, si contrahentes per ignorantiam invincibilem hoc Decretum omnino nescirent?

Respondeo, adhuc Matrimonium sine Parocho nullum fore, quia irritatio hæc Matrimonii clandestini non est pœna delicti, quam pœnam non subit ignorans, sed est dispositio legalis, quæ etiam ignorantes afficit. Lege Coninck, d alioque.

*An Matrimonium sine Solemnitate initum,
propria auctoritate, dissolvi
queat?*

3. Ex certa doctrina, quam hactenus protulimus, sequitur Primò, tuta conscientia, posse sic contrahentes, nulla ab aliquo petita venia, Matrimonium dissolvere, ubi scandalum nullum sequeretur; in hujus enim timore debet ad Judicem Ecclesiasticum recurriri, vel alio modo prudenti, occurriri scandalo. Vjde Bossium. e Quomodo autem obligetur alter ex conjugibus, vel restituere interesse fortè alteri illatum, vel iterum legitime contrahere ob copulam fortè extortam, cui non nisi legitimis Nuptiis satis fieri possit, vel ob aliam rationem, alibi f satis dictum est à nobis.

*A Tridentino sublata jam sunt Matrimonia
præsumpta.*

4. Sequitur Secundò, jam hodie post Tridentinum sublata esse Matrimonia, sive præsumpta, sive per tacitum consensum inita, quia, cum de illo tacito, vel præsumpto consensu testari non possit Parochus, nullum semper erit ejusmodi Matrimonium, utpote sine necessaria Parochi præsentia celebratum.

5. Hinc, quamvis olim, g sponsalia inter puberes transirent in Matrimonium per copulam subsequentem affectu maritali habitam, & quamvis sponsalia inter impuberes, vel inter impuberem, & puberem transirent in Matrimonium per copulam ætate perfecta simili maritali affectu habitam, vel per actus alios similes, quibus juris interpretatione explicabatur consensus de præsentia m b ut

fit per cohabitationem cum Sponsa, pertraditionem ejusdem in domum Sponsi, per annulum in digitum Sponsæ immissum, per oscula, &c. Et quamvis validum a item *Extr. pro- p. De fidei Matrimonium contractum cum ser- va, vel servo, si post cognitam servitutem haberetur copula: quamvis, inquam, hæc, & similia, ita olim fuerint, hodie tamen non ita; quia post Tridentinum requiritur, ut dictum est, præsentia Parochi, & Testium, qui scilicet possint de contracto Matrimonio fidei facere.*

Quid in locis, ubi Tridentinum non receptum, vel ubi Parochi non adsunt?

6. Jam verò duplex exceptio, seu melius duplex explicatio advertenda est circa prædictum Tridentini Decretum. Nam Primò, ipsum non procedit pro locis, ubi Tridentinum non est receptum, vel legitima consuetudine abrogatum fortè est. Secundò, nec procedit pro locis, ubi, nec Parochi habitant, nec eorum vicegerentes, nec adsunt proxima loca, ubi iidem incolant.

7. Prius ex his patet, quia ex regulis generalibus lex non obligat, ubi ea recepta non est, vel, ubi est abrogata.

8. Posterius autem probatur, quia casus pro quibus servari lex physicè non potest, *Coninck. videtur legislator excipere. Ita Coninck, b d. 17. n. & Hurtadus. c* Adhiberi tamen in hoc casu debent Testes, quia hi adesse jam possunt, *G. Hurt. ut sic servetur, quantum fieri potest, forma d. 1. de Concilio.* *matr. diff. Dixi. (Physicè non potest) moralem s. aliquæ enim necessitatem (sic appellemus distinctionis gratia) modo numero primo exclu- sumus.*

9. Castropalaus d. dicens, se sentire cum *Castrop. d. reliquis Doctores, refugit admittere hanc 2. 7. 13. Coninck, & Hurtadi doctrinam; Verum 3. 1. n. 8. ego duo inquit breviter ab ipso. Primò, rationem aliquam, cur ejusmodi doctrina noluit acquiescere? Sed ille vix ullam affert. Secundò, cur dicat (cum reliquis Docto- ribus) quasi, non nisi Coninck, & Hurtadus hanc sententiam tenuerint. At Diana e cum attulisset de hac re declarationem Sacre Congregationis Concilii, quam nos mox afferemus, factam multò ante, quam Castropalaus scripserit, multos citat Auctores,*

quorum non pauci ipso Castropalao sunt antiquiores, *Less. Silvest. Layman, Jo- annem Præpositum, Petrum Marcanti- um, Jacobum item Marcantium, aliof- que, quos, & alios citat, sequiturque Bos- sius. f*

Juvat autem prædictam declarationem hic subscribere, propter multos casus, qui in ea deciduntur; est autem tenoris sequentis ad Episcopum Trichanensem die 19. Januarii 1605. Missam.

10. Congregatio Concilii censuit. Primò, ubi Decretum Concilii non est publicatum, valere Matrimonia contracta absque observantia forma à Concilio præscripta.

11. Secundò, publicationem præsumi, ubi Decretum fuit aliquo tempore in Parochia, tanquam Decretum Concilii observatum.

12. Tertiò, Hæreticos quoque, ubi Decretum dicti c. 1. est publicatum, teneri talem formam observare, & propterea, etiam ipsorum Matrimonia absque forma Concilii, quamvis coram Ministro Hæretico, vel Magistratu loci contracta, nulla, atque irrita esse.

13. Quartò, Vbi etiam constat, Decretum Concilii esse publicatum, vel aliquo tempore in Parochia tanquam Decretum Concilii observatum, sed Parochialis Ecclesia, utpote vacans, proprio Parocho careat, & Cathedralis item careat Episcopo, atque Capitulo habentibus à Concilio facultatem alium Sacerdotem ad id delegandi, nullusq. alius ibi sit, qui vices Parochi, vel Episcopi suppleat, Matrimonium valere absque præsentia Parochi, servata tamen in eo in quo potest, forma Concilii, id est, adhibitis saltem duobus Testibus.

14. Quintò, Si existent quidem Parochus, & Episcopus, sed, nullo constituto Vicario, uterque metu Hæreticorum lateat, ita ut verè ignoretur, ubi nam sit, vel eodem metu à Diocesi absit, nec ad alterutrum sit tutus accessus, validum est Matrimonium contractum absque forma, adhibitis tamen, ut dictum est, duobus Testibus.

Quod autem attinet ad casum specialem in Scripturis contentum, Congregatio ita duxit respondendū. Cum secundum ea, quæ proponuntur, Matrimonium fuerit contractum in Parochia, ubi fuerat publicatum dictum Decretum, & extaret in Diocesi Antverpiensi, cujus erat Parochia, Vicarius, qui juxta Concilii Decretum poterat providere, utique hujusmodi Matrimonium

Kkk 2

abique

f Bos. de
mat. c. 1.
§. 24.

absque forma contractum, esse nullum. Haec tenus
Sacra Congregatio.

*Accedentes ad loca, ubi Tridentinum non est re-
ceptum, vel inde recedentes, an ligentur
à dicta Solemnita-
te?*

15. Vir, & foemina degentes in loco, ubi
Tridentinum receptum erat, volentes con-
trahere Matrimonium, transferunt in lo-
cum, ubi non erat receptum, ibique Clande-
stinè contraxerunt, licet tene; & validè id at-
tentarunt?

Respondeo. Hi sanè peccaverunt, sicuti,
ante Tridentinum ex communi sententia
(quam habet Castrop. a) peccabatur ab iis,
qui clandestinè contrahebant, agebant enim
contra Sacros Cánones severe prohibentes
Matrimonia Clandestina, licet tunc non sub
pœna irritante, quàm certè prohibitionem
non obscurè indicat Tridentinum, b dum
sic ait: *Ecclesia semper Matrimonia Clandestina*
detestata est.

16. At verò, quoad valorem? Respondeo,
Non ignobiles DD. sine distinctione resol-
vunt hos contraxisse validè. Ratio est, in-
quiunt, quia hoc Tridentini Decretum non
afficit personas, utunque, sed ut contrahen-
tes in locis, ubi Tridentinum publicatum, &
receptum est; fraus autem illa, si qua fuit,
actum invalidare non potuit, cum illi jure
suo, alio declinandi, usi fuerint. Ita Coninc.

c Coninck. e alii que.

d. 27. nu. Verum ex Delugo d omnino distinguen-
ti. Sane. dum est; Nam, si transferunt ita, ut domi-
l. c. n. 1. G. cilium mutaverunt, validè contraxerunt, si
Hurr. d. 5. yerd ita, ut domicilium verè non mutave-
matr. diff. rint, contraxerunt invalidè. Ratio efficacior
4. n. 15. est, expressum Urb. VIII. Breve datum de
Boss. §. 29. hac re, quod per extensum ponit ibid. De-
d Delugo lugo.

lib. 1. resp. 17. Quid si prædictus casus eveniat con-
mor. dub. tra? Vir, & foemina degentes in loco, ubi
36. Tridentinum receptum non erat, diverte-
runt ad locum, ubi erat receptum, animo
ibi Matrimonium contrahendi, ibique con-
traxerunt clandestinè. An ex eo, quod ad-
venæ non tenentur legibus incolarum, licitè,
& validè contraxerunt.

Respondeo. Quoad peccatum idem dic,
quod modo dictum est in casu præcedente.

Quoad valorem, assero, invalidè hos con-
traxisse; nam, esto peregrini non teneantur
legibus locorum pertinentibus ad speciale
bonum; at tenentur legibus pertinentibus
ad bonum commune; & certè, saltem con-
tractus debere iniri juxta leges loci, ubi con-
tractus celebrantur communissima sententia
est, Ita Coninck, e alii que, quibus adde Pon- e Coninck.
tium, f nimis fortasse fusc hac de re dispu- Boss. d. 1.
tantem. locis mo-

18. Ex dictis solvuntur duo casus sequen-
tes. Titius incola erat loci, ubi Tridentinum f Pont. d.
receptum erat, Berta autem habitatrix erat 5. matr. c.
loci, ubi non erat receptum, quod Juris f 7. §. 1. q.
Primò, Tiri ad locum Bertæ, vel Secundo, Berta ad locum Titii divertat, indigetne
præsentia Parochi, & Testium, ut contra-
hant Matrimonium?

19. Respondeo. Quoniam, ut dictum est,
in contractibus incundis, ratio habenda est
loci, ubi sit contractus: idè in primo casu,
si Titio ad Bertæ locum divertente, ibi
Matrimonium contrahatur, non indiget
ejusmodi Matrimonium Parocho. At in ca-
su Secundo, hoc est, Berta transeunte ad
Titii locum, indiget. Ratio utriusque est,
quia sic servatur solennitas contractus juxta
leges loci. Lege Boss. l. c.

§. III.

*Qualis debeat esse præsentia Parochi,
& Testium?*

1. **V**T nihil obscurum remaneat de ejus-
modi prima solennitate, quatuor sunt
in consequentibus explicanda sigillatim,
Qualis debeat esse præsentia, Qualis Ritus,
Qui Parochus, Qui Testes?

Præsentia Moralis, satis, superque est.

2. Ejusmodi ergo præsentia Parochi, &
Testium, cum requiratur, ut ii testificari
possint de Matrimonio contracto, non est
satis physica solum, & materialis, sed requi-
ritur humana, & moralis, qua scilicet ipsi g. matr. c.
intelligant, & advertant, quid à contra- 39. Boss.
hentibus agatur.

3. Quoniam verò hæc humana præsen-
tia, seu assistentia duo dicit, alterum, quod r. §. 1. q.
se tenet ex parte voluntatis, sit Regula gene-
ralis.

tal's. Ex his duobus sufficit prius, puta Parochum, & Testes re ipsa percipere, quod haec certa persona Matrimonium ineant, non requiritur autem necessario posterius, puta, quod Parochus, & Testes percipere velint, dummodo tamen, ut dictum est, percipiant. Ex corollariis, quæ jam subdo, clarius explicabitur Regula.

Præsentia amentis.

¶ 4. Hinc enim Amentes, Furiosi, Infantes, Ebrii, Dormientes, quamvis Matrimonio sint præsentia, quia testificari illud non possunt, merito ab hoc munere repelluntur.

Præsentia non advertentis.

¶ 5. Quid si quis intersit animo advertendi, sed deinde propter mentis evagationem non advertat, quæ appellatur à Theologis assistentia virtualis?

Respondeo, hanc non esse satis; quamvis enim attentio virtualis, satis sit in Ministro, ut conficiat Sacramenta, tamen in casu nostro, in quo Parochi, & Testes debent re-
a Sanc. l.c. stificari de facto aliorum, sufficiens a non
n. 5. contra
Henricu. esse non possunt.

Præsentia non cognoscens.

¶ 6. Hinc Secundò, si Sponsa, vel Sponsus velo faciem coopertus, saltem ex voce non cognoscatur certò à Parocho, & Testibus, invalidum Matrimonium contrahetur, quia tunc iidem non possunt de Matrimonio testificari.

Præsentia Casualis.

¶ 7. Hinc Tertiò, etiam si Parochus, vel Testes non sint ad id specialiter vocati, sed
b Sanc. l.c. casu, in loco contrahendi Matrimonium, ad-
mar. d. 39. sint, vel illac casu transeant, advertant ta-
men ad id, quod agitur, validum erit Matri-
monium. Ita Sanch. b quidquid dicat Pon-
tius. c exceptus à Leand. d qui ait Parochum, &
num. 4. Testes debere esse vocatos, eisdemque debe-
d Leand. d. re liberè Matrimonio assistere: id, quod pro-
7. de matr. bat ex quadam declaratione Sacre Congre-
gationis. Sed contra Pontium est etiam Flurr.

e & Aveis: f qui notat, prædictam Congregationem loqui, quando ex illo casuali
transitu, vel præsentia, non potest benè per-
cipi, quid agatur.

Præsentia per Interpretem.

¶ 8. Hinc Quartò. Si Parochus, & Testes nesciunt idioma contrahentium, sufficit, si ex signis, at enim verò certis, vel (ut habet Sanch. g sed mox explicandus) ex interprete ab ipsis, & à Sponsis liberè electo, sufficit, inquam, si certo Matrimoniale consensum ipse Parochus, & Testes percipiant. Certò autem percipient, non ex dicto solius interpretis, qui certè decipere assistentes posset, sed additis aliis signis, nutibus, immisione annuli in digitum Sponsæ, &c. Et sic intelligendus est Sanch. h ut notat
h Sanc. l.c. Leand. i nam si Sanch. secus dicat, puta, me-
num. 4. rum interpretem sufficere, bene illum ob di-
i Leand. d. 9. ctum periculum deceptionis impugnat Pon-
mat. q. 36. tius. k Possit adhiberi duplicem interpre-
k Pont. l. 5. tem, scilicet interpretem Interpretis, do-
cet Delugo. l cap. 21. n.
10. q. 11.
l Delug. de
parr. d. 17.
num. 81.

Præsentia coacta.

¶ 9. Hinc Quintò. Si idem vi, vel dolo coacti intersint, modò verè percipiant, quid agatur, licet ipsi nolint percipere, sed oculos, auresque claudendo, ab iis, quæ fiunt, se avertere satagant, si nihilominus, ut dico, percipiant, valida est assistentia: quia, quamvis ex parte voluntatis adsit repugnancia, adest tamen totum id, quod requiritur à Tridentino. Ita Sanc. m aliique, qui-
m Sanc. bus adde Pontium, n qui, tamen, ut mo-
Boss. Cast. do vidimus, negaverit valorem præsentia
ll. cc. c. casualis, illam tamen concedit huic præsen-
Coninck d. tia dolosæ, vel coactæ; utrum autem con-
27. n. 44. sequenter, ipse viderit.
n Pont. l. c. num. 5.

¶ 10. Contra, ut benè distinguit Sanch. o
& nos jam innuimus; si, dum prædicti co-
o Sanc. l. c. nantur, seu affectant, non percipere; verè
num. 6. minus percipiant, invalida erit præsentia, quia sic apti Testes Matrimonii esse nequeunt. Ad quam rationem, quia minus attendit Bossius p nimis immeritò vanam, p
Pont. l. c. & inutilem appellavit distinctionem San-
num. 22. chez.

¶ 11. Illud autem hic certum est, peccare
Kkk j gravi.

graviter eos, qui Parochum vi, vel dolo, ad assistendum Matrimonio, retinent (idem dic de iis, qui metu retinent, de quo mox) atque etiam puniendos ab Ordinario, & conjuges esse inhibendos, ne consumment Matrimonium, antequam fiant, & nisi facta fuerint, consuetæ denunciations. Ratio autem, quod ii, qui vi, vel dolo Parochum retinent, etiam præscindendo ab injuria coactionis, peccent, est, quia Sacri Canones volunt, ut Matrimonia iniantur, & cum assistentia, & cum approbatione Ecclesiæ, ejus vicem gerit Parochus; at hæc approbatio, quæ certè res gravis est, non habetur, Parocho repugnante, vel decepto.

12. Dixi (Parocho repugnante, vel decepto) nam, si vi, vel dolo retineres Testes (præscindendo ab injuria fortè illis allata) Sanch. *a* ait, te solum peccare venialiter, quia Ecclesia eos non requirit, ut approbent, nomine ipsius, Matrimonium, sed solum, ut sint veri Testes. At Castr. *b* ait, esse morale, quia, pari modo Ecclesia requirit approbationem ipsorum, perinde ac Parochi. Sententia Sanch. quia est benignior, approbanda videtur: non enim facile præcepta odiosa sunt intelligenda de mortali, quando ut est in casu nostro, declarare legem possumus de veniali, ut universaliter habet ipsemet Ca-

c Castr. Tr. strop. *c*

1. disp. 1. de 13. Nota denique in hoc puncto de peccato cum G. Hurt. *d* quando esset gravis ne d. G. Hurt. cessitas contrahendi, & sine justa causa, nolent Parochus, & Testes assistere, posse dolo, & aquivocatione eos induci ad assistendum, sed non posse cogi, quia vim facere nequeunt privati.

14. Semel, ut quidam fallerent Parochum præsentem, & colloquentem cum quadam puella, v. g. cum Maria, præsentibus ex condito Testibus, Sponsus ad idem colloquium accedens, nullis præmissis denunciationibus, dixit: Venio, ut videam Dominam Mariam, quæ est mea conjux, & ipsa respondit. Hic est meus conjux. His ita ex arte peractis, quæsitum fuit, an validum fuerit hoc Matrimonium.

15. Respondeo, aliquos gravissimos Jurisconsultos, ut refert Delugo *e* putasse validum fuisse: Verum idem Delugo docet, non fuisse, quia illa verba non dicta sunt practice,

ut causativa Matrimonii, quod tunc celebraretur, & de qua celebratione Parochus esse Testis debebat, sed demonstrative, ut significantia Matrimonium jam factum. Ad idem Delugo, licet Matrimonium esset dubium, & in dubio soleat præsumi in favorem validitatis Matrimonii, tamen, quia in hoc Parochus fuit invitatus, & non præcessere denunciations, unde hoc Matrimonium, secundum jura, fuit Clandestinum, illi non est favendum, quia, ut sic, causa est odiosa, id est, contra jura clandestinum Matrimonium irritantia, (ut alias notant Doctores cum Sanchez *f*) & consequenter non erit validum pronunciandum.

f Sanchez
mar. d. 4.
num. 1.

Extorta metu, vel mendaciis præsentia.

16. Hinc Sextò. Si Primò Parochus propter aliquem metum assistat. Secundò, si ex eodem metu det licentiam assistendi a tercio Sacerdoti, validum est Matrimonium. Ratio pro primò est, quia, esto, ea, quæ sunt ex metu, fiant ex vi, tamen vis, ut modò vidimus, non tollit validitatem hujus assistentiae. Ratio pro secundò est, quia, verjet doctrina habet, Jurisdictionem metu extortam, valere. Adde, hanc licentiam assistendi non esse actum Jurisdictionis, ut habet Sanchez. *g* Idem dic, si fictè, & non vero animo det eam licentiam det Parochus; nam tunc, ad idem esset titulus corolatus, hoc est, licentia extorta, & communis populi error, quo omnes putant, vero animo datam esse licentiam. Sanchez. *h* & Aversa. *i*

17. Idem denique puto, valere scilicet licentiam, si Parochus illam det deceptus ex mendaciis, vel dolo alicujus, ut si quis fingat, apud Parochum instantiam Principis pro dicta licentia impetranda. Nam, quamvis nihil magis contrarium consensui, quam error; undè tunc videatur Parochus verè licentiam non dare, tamen non ita est in casu nostro, si quidem, cum illa rogatio Principis non pertineat ad licentiæ concessionem, nisi admodum extrinsecè; judicandum est, eam non esse rationem finalem ad concedendam licentiam, sed solum impulsivam, quæ non vitiat consensum.

h Sanchez
mar. d. 22.
num. 60.

i Aversa
de
mat.
d. 1.
num. 14.

Assistentia

Assistentia Matrimonii contra prohibitionem Episcopi.

18. Sed jam, his statutis, Inquires, si Episcopus Parochum prohibeat, nē huic, vel illi Matrimonio assistat, ipse verò assistat contra prohibitionem, esto cum peccato, de quo hic non agimus, validanē erit assistentia, atque adeo Matrimonium?

19. Respondeo. Si Episcopus legitimē amoveat, vel suspendat Parochum ab officio, validam non esse, patet ex se: sed, si ei perseveranti in suo munere, Episcopus prohibeat dictam assistentiam, quæ est quæstio propo-
 sita, duobus modis prohibitio procedere posset. Primò, si Episcopus solum prohibeat, nē Parochus assistat. Secundò, si, & prohibeat, & addat clausulam irritantem in hunc modum, *Prohibeo, ne assistas Matrimonio, quod, si assistas, nulla sit assistentia, & consequenter nullum Matrimonium.*

20. Si ergo sit primo modo, valebit assistentia, & Matrimonium, quia illa prohibitio solum notat illicitum usum, non verò inducit invaliditatem. Ratio est, quia, dum Parochus remanet Parochus, habet ex Tridentino (enī Episcopus derogare non potest) ut validē assistat.

21. Si autem sit secundo modo, difficilis est resolutio. Adhuc tamen dico, validam esse assistentiam, validumque Matrimonium. Ratio est eadem, quia, si is remanet Parochus, jam assistit, ut Parochus, & consequenter validē: Ita Delugo, b. referens, Sacram Congregationem monuisse quemdam Episcopum, ut revocaret edictum, quo præcipiebat, ut, si Parochi assisterent Matrimonii oculis, id est, non præmissis denunciationibus, assistentia, & Matrimonia essent invalida; quod certe præceptum (ait merito Delugo) dare non poterat Episcopus, quia hoc fuisset concedere novum impedimentum dirimens Matrimonia, ad quod non extenditur Episcopi potestas.

22. Quid si Episcopus interdixit Parochis, nē daret licentiam alteri Sacerdoti, ut sic assisteret Matrimonio, vel præcepit, nē daret, nisi talibus Sacerdotibus approbatis, ipse verò contra prohibitionem, daret, validanē esset licentia?

Respondeo, Diana e. utitur distinctione. c. Dian. p. Si non adest, inquit, in tali prohibitione De-
 eretum irritans, erit valida, si adest, erit invalida. Sed tu vide, an ex doctrina modò allata à Delugo, colligere possis, in utroque casu esse validam, quia in utroque casu agit Parochus, ut Parochus.

Assistentia Matrimonii contra prohibitionem Summi Pontificis.

23. Si Summus Pontifex idem prohibeat Parochis, sub expressa clausula assistentiam, vel Matrimonium irritante (nam secus semper esse interpretandum pro valore, & in favorem Matrimonii) censeo, invalidam fore assistentiam, & Matrimonium, nam Summus Pontifex potest dimidiare auctoritatem Parochi, potest novum impedimentum dirimens condere, potest Concilio Tridentino derogare, &c. Lege Boss. d. qui immerito de præfenti resolutione absolūtē sic data dubitavit, sicuti valdē merito ibidem cum Reginaldo, Pontio, & Barbosa notavit, mortaliter peccaturos eos, qui scienter contra Pontificis (adde, vel Episcopi) prohibitionem iusta de causa latam, quamvis sine clausula irritante, Matrimonium contraherent: excepto, si certò scirent, nullum subesse impedimentum, causamque omnem prohibitionis cessare.

Pœna hanc solemnitatem non servantium.

24. Pœna contrahentium sine Parocho, & Testibus præter peccatum, & irrationem Matrimonii sic contracti, nulla lata est à Tridentino. In iure autem antiquo antè Tridentinum, est privatio cuiusdam favoris, quo scilicet, qui ignoranter contrahit cum impedimento dirimente, facit nihilominus prolem legitimam; cuius favoris privatio etiam nunc viget, cum non fuerit à Tridentino, ne tacitò quidem ablata. Lege Ave. f. e. aliof. que.

25. Pœna Parochi, vel Sacerdotis assistentis Matrimonio sine aliis Testibus, ut etiam Testium assistentium absque Parocho, Boss. de vel alio Sacerdote de Parochi licentia, est illa, quam iis infligit Ordinarius, & quidem, gravem, ejus arbitrio. Ita Tridentinum. f. Un- f. Trid. sess. de probabilitate aliæ pœnæ graviores fuerunt à dicto Tridentino sublata, quia, quando ref. matr. lege

¶ G. Hurt. lege nova (inquit *Hurt. a*) imponitur mitior pœna, quam erat imposita lege antiquiore, cessat antiqua, undè tacitè à nova lege videtur auferri.

§. IV.

Præter assistentiam, quomodo ritum debeat observare Parochus?

Quibus verbis utetur?

b Trid. ses. 24. c. 1. de res. matr. 1. **E**A servare debere, quæ Tridentinum loc. *b* cit. præscribit: præscripsit autem Primò in hunc modum. Parochus viro, & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto, vel dicat, *Ego vos in Matrimonium conjungo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, vel aliis utatur verbis, juxta receptum cujuscunque Provinciae ritum.

2. Ubi nota Primò, sensum illius (*conjungo vos*) esse, Declaro, seu approbo conjugalem vestram conjunctionem; nam cæterum contractus Matrimonialis fit per verba ipsorum conjugum; undè constat, hæc Parochi verba non esse, neque de essentia, neque de ulla ratione Matrimonii.

3. Nota Secundò, hæc verba debere à Parocho proferri; etiamsi per Interpretem, modo superius dicto, consensum conjugum exceperit; neque enim necesse est, ut conjuges ea intelligant, sicuti, nec necesse est, ut pœnitens qui confitetur per similem interpretem, intelligat Idioma Confessarii ipsum absolventis.

c Sanc. Coninck, Diana, alij, ap. Av. q. 6. matr. sec. 7. Obligat. d. Aversa l. c. 4. Nota Tertiò, Si hæc verba non proferat Parochus, quamvis peccet, quia contra præscriptum Tridentini agit, non tamen, ut ego cum aliis c. cenſeo, peccabit, nisi venialiter, quia hæc non videtur esse res gravis. Putat tamen esse mortale Aversa, *d* aitque, ita sentire communiter alios. Mihi certè incredibile apparet silentium horum verborum grave quid esse, & Parocho in rebus Sacramento Matrimonii necessariis non deficienti, damnationem æternam asferre.

Quam interrogationem faciet Parochus?

5. Nota Quartò, illud (interrogantis, &c.) interrogari enim (& quidem ritè prius

vir, deindè mulier) debebant, non de impedimentis, an fortè aliquo laborent; id enim tunc non est expediens, & jam, si aliquo laboraverant, supponitur circa illud fuisse dispensatum, sed solum de mutuo consensu ab ipsis exhibendo. Hanc tamen interrogationem omittere, propter similem rationem, quam modo diximus, non puto fore mortale. Immo, si ex se Sponsi non interrogati consensum præbeant, non esset à Parocho addenda, quia tunc otiosa foret interrogatio.

Quam Notationem?

6. Jam verò præscribit Secundò, ibidem Concilium, ut habeat Parochus librum, in quo conjugum, & Testium nomina, diemque, & locum contracti Matrimonii describat, quem diligenter apud se custodiat.

7. Nota, hoc grave quid esse, cum requiratur, ut constet in Ecclesia de Matrimonii contractis, ac propterea peccari *f* mortaliter à Parochis, si id ipsi non servant.

Consuetudines servet Parochus, & ad Communionem Sponsos adhortetur.

8. Tertiò, ibidem Concilium confirmat alias consuetudines, si quæ sunt in Provinciis, juxta quas cum laude, id est, pie, ac Religiosè administrari fortè soleat hoc Sacramentum, hortaturque, ut Sponsi antequam contrahant Matrimonium ritè confessi Sacra Eucharistia reficiantur.

Exquirat à Sponsis Notitiam rerum Fidei.

9. Hactenus ex Tridentino, sequuntur quædam pertinentia ad ritum, de quo agimus. Primum est, ut Parochus advertat, an sciant conjuges rudimenta Fidei, quod si nesciant, non possent ex rigore expelli à Matrimonio celebrando, quia nihil de hoc Concilium, vel Sacri Canones decernunt. Immo, nec Episcopum posse præcipere, ut hi ignorantes arceantur, putant nonnulli, quia (ajunt) sic conderet novum impedimentum dirimens, ad quod, ut modo diximus, non se extendit potestas Papa inferioris. Verum contra est, quia hoc non est ponere novum impedimentum, sed differre Matrimonium pro

tempore opportuniore, & ad Parochum pertinet uti aptis remediis pro instructione suorum. Differat igitur cum prudentia, nam omnino expellere integrum ei non est.

*In Ecclesia assistat Matrimonii Pa-
rochus.*

II. Secundum, ut in tali loco, hoc est in Ecclesia celebretur regulariter Matrimonium, & non alibi. Quare prudenter in Panormitanæ & Diocesis Synodo anni 1652. sic præscribitur. *Nullo autem in loco, nisi in Ecclesia, qua propria Sacramentorum domus, est, Sponso (Parochus) jungat, nisi iustam ob causam nobis (Hoc, est Archiepiscopo) probatam.*

Quocunque tempore assistat.

III. Tertium denique est, videre, an tali solum tempore matrimonia sint celebranda? Verum nihil de hoc Sacri Canones, vel Concilia. Quare possunt quocunque tempore mane, Vespere, die Festivo, Feriato, &c. Nam, quando in Sacris Canonibus prohibentur Nuptiæ in Quadragesima, vel Adventu, id non intelligitur de ipso Matrimonii contractu, sed de solennitatibus Benedictionis, & Traditionis, quæ fieri solent post Matrimonium contractum, ut omnibus est compertum, & nos infra explicabimus.

§. V.

Quis Parochus?

I. Proprius debet esse Parochus, qui assistere debet illis, qui in Matrimonio sunt copulandi.

Quare I. Summus Pontifex pro toto Orbe.

II. Archiepiscopus pro suis, & in decursu visitationis pro ovibus sui suffraganei, vel quando ad eum fuit appellatum, & sententia data transit in rem iudicatam, vel elapsum est decennium appellationis.

III. Episcopus pro sua Diocesi.

IV. Abbates nulli Episcopo subiecti pro suis, in quos habent jurisdictionem Episcopalem (non tamen, qui Abbatiam illam

Tamburinus de Sacramentis.

habent in commendam, de qua quæstione vide Dian. b)

V. Capitulum Sede Vacante item pro suis.

VI. Legatus à latere pro suæ legationis Provincia.

VII. Cardinales pro suo titulo; Hi omnes possunt Matrimonii legitime assistere, quia omnes sunt Ordinarii, & Pastores respectivè ad prædictos,

Idem possunt Vicarii Generales ipsorum, ex vi d. Vicariatus, Idem Viceparochi, id est ii, quibus legitime Parochiæ cura plenè mandatur, quamvis enim, non sint proprietarii Parochi, sed delegati, verè tamen pro eo tempore Parochi sunt, & Pastores. Hæc e. f. sè docent plures contra alios in aliquo discrepantes.

2. Rursus. Parochus non Sacerdos. Parochus excommunicatus, etiam si nominatim sit denunciatus, atque adeo vitandus, suspensus, irregularis, interdictus, Parochus putatus communiter talis ob titulum coloratum (Idem de Episcopo, Archiepiscopo, &c.) immò etiam cum solo communi errore, licet sine titulo, quando dicitur Parochus intrusus, validè assistunt, ut item validè dant licentiam Sacerdoti, ut assistat, quia huiusmodi assistentia, assistendique licentia non sunt actus Jurisdictionis, à cuius usu excommunicatus, prædictique privantur. Ita Doctores f. citati contra alios.

Validè, dixi, nam, an licet, dicam in Tr. de g. Excommunicatione.

Quis ex licentia Parochi.

3. Præterea Parochus, vel ii, quos modo recensuimus, possunt hanc licentiam assistendi delegare alteri: sed certè solum ei, qui sit Sacerdos (non requiritur autem, ut sit approbatus ab Ordinario) clare enim Tridentinum h. requirit Sacerdotem, & nil præterea.

Licentia autem hæc, vel scripto, vel voce delegari à prædictis potest, vel particulariter ad hoc certum Matrimonium, vel generaliter ad matrimonia quæcunque.

4. Si detur alicui Sacerdoti licentia absolute ad omnia Sacramenta administranda,

LII dari

dari etiam hanc assistentiam quia, improprie saltem, hæc assistentia est quædam administratio Sacramenti Matrimonii, docet Coninck, & ex declaratione Cardin. Pontius, & Castrop. apud Dianam, a sed de hoc subdubitat Averla, b nisi alia circumstantia id persuadeat. Hurt. c verò clare negat, requirit enim licentiam generalem ad exercendum officium Parochi. Ratio est, inquit, quia hæc assistentia non est administratio Sacramenti Matrimonii cuius soli conjuges sunt Ministri. Certe utraque sententia probabilis est.

Quæ licentia.

5. Non sufficit tamen licentia præsumpta, nec tacita de futuro; tacita vero de præfenti, ut si Parochus videns Sacerdotem parare se dictæ assistentiæ, & cum possit prohibere, taceat, sufficere, probabilius est.

Licentiam hanc, etiam metu, vi, dolo, & extortam valere, diximus §. 3. n. 4.

Mors Parochi post licentiam datam, quid operetur?

6. Si Parochus dedit mihi potestatem assistendi huic Matrimonio, & antequam assistam, moritur (idem, si amoveatur ab officio) valide ne ego assistam, distinguendum est. Vel enim Parochi mors nondum scitur, vel jam scitur. Si prius, ob titulum coloratum, & communem errorem, valide assistes juxta legem Barbarius. c Si postea, assistes invalidè, quia delegatio ad casum determinatum spirat, mortuo delegante. Lege Sanch. f afferentem differentiam inter delegationem ad unum quid determinatum, & delegationem ad casus, personasque indeterminatas, de qua re nos universali- ter egimus supra Tract. 2. de dispensationibus cap. ultimo.

Licentia data, sed non scita quid operatur?

7. Si licentiam datam esse à Parocho, Sacerdoti non constet, invalidè hic assistet, quia eam nondum habet, donec acceptet, acceptare autem legitimè non potest, dum eam datam esse, ignorat. At si dictus Sa-

cerdos nuncium suum misit ad Parochum, ut dictam licentiam peteret, quam Parochus concessit, & Nuncius nomine Sacerdotis accepit, assistet validè g (sed certè illicite graviter, quia sic semper adest periculum eam nondum esse datam, unde Matrimonium sit invalidum.) Ratio autem, quod tunc, si vere, quando sit assistentia invenitur, licentia fuisse concessa, sit dicta assistentia valida, est, quia communiter Doctores tradunt, ut notat Castropal. h & colligitur ex Jure, i cuiuslibet Beneficii, Privilegii, Dispensationis, Facultatis, & Gratiæ concessio à puncto concessionis factæ Nuntio ad id specialiter destinato acceptanti, habent effectum. Lege, quæ in hanc eandem rem ego in superioribus k dixi.

Licentia data à Parocho suo Cappellano.

8. Si Parochus det licentiam generalem ministrandi Sacramenta, seu juxta dicta n. 4. m. 10. exercendi officium Parochi Sacerdoti suo v. i. C. S. g. Coadjutori, quem nos Cappellanum Parochiæ appellare solemus, An, sicuti potest Cappellanus is, assistere ipse Matrimonio, ita possit alium subdelegare, qui alicui Matrimonio assistat, dubitari merito potest. Ad quod Respondeo. Sanch. l videntur ex contextu velle, quod possit in absentia Parochi, non verò in ejus præfentia, quia in absentia est delegatus ad universitatem causarum, non verò in præfentia: at sentio cum Hurtado, m) Sanch. qui vult posse in utroque casu, quia in utroque est delegatus ad universitatem causarum.

Licentia assistendi revocari potest, &c.

9. Denique licentiam hanc assistendi, datam Sacerdoti, posse revocari, sed, ut revocatio habeat effectum, debere à Sacerdote per Nuntium ad id ipsi destinatum, cognosci revocationem iidem Doctores notant.

In Ordinem ad quosnam Parochianos, Potest Parochus prædictam licentiam concedere.

10. Præmitto, quatuor modis posse quempiam esse, (quantum ad præfens in-

a Dia. p. 11
Tr. 3. ref.
32. Vide e-
tiam ibid.
Tr. 5. ref.
10.
b Av. q. 6.
mat. sec. 4.
§. Item.
c G. Hurt.
d. 5. mat.
diff. 11.

d Cast. l. c.
§. 2. n. 3. &
4 citans
Pont. San.
Con. con-
tra Meno-
chium, a-
bojque.

e L. Barb.
ff. de Prat.
f Sanch. l. 8.
mat. d. 28.
à n. 64 vi-
de etiam
Delag. lib.
1. resp. mor.
dub. 35.

Aitutum facit) in aliquo loco. Primò animo ibi perpetuo, seu absolute, habitandi, quo pacto dicitur is habere ibi domicilium. Secundò, animo ibidem habitandi pro majori parte plus minus anni, ut habet Hurt. a vel, ut alii apud Delugo, b pro parte anni absolute majore, seu saltem pro æquali, perinde solent habitare scholastici in Universitate, litigantes in Curia Principis, &c. quo pacto dicuntur habere ibi, quasi domicilium. Tertiò, transeuntes per aliquot dies, vel paucos menses, animo redeundi ad locum sui domicilii. Quartò vage, idest sine ullo animo hic, vel illic, sive per domicilium, sive per quasi domicilium, habitandi. Notas differentiam? Hi quarti nullum certum habent domicilium, habent Tertii, ut, & duo primi.

11. Dico jam Primò. Parochus loci potest validè assistere Matrimonio existentium in eodem loco primis duobus modis, idest per domicilium, vel, quasi domicilium in dicti Parochi Parochia habitantium (etiam primo die, quo sine fuco, & fallacia ibi habitare dictis modis incipiunt) non vero potest validè assistere Matrimonio in eodem loco existentium tertio modo, idest transeuntes. Ratio est quia respectu illorum is verus est Parochus, non vero respectu horum. Ità Doctores citati præter Pont. c qui cum Sacerdos affir-
mar Parochum validè assistere Matrimonio etiam existentium, tertio modo in loco, ubi dicitur Pa- ipse est Parochus.

12. Dico Secundò. Matrimonio Vagorum quilibet Parochus potest assistere ex sententia Sanch. Pont. II. cc. & Barbosa e referentis decisionem quandam de hac re. Ratio est, quia cum hi nullum habeant Parochum, quemlibet eligere possunt pro suis Matrimoniis, sicuti quemlibet eligunt pro suis Confessionibus: At ex sententia Coninck, & Hurt. locis cit. aliorumque apud Bossium f non potest quilibet Parochus, sed solus ille in cujus Parochia hi Vagi inveniuntur, quando contrahunt. Ratio est (inquit) quia tunc ille est ipsorum Parochus. Sane hæc posterior opinio tutior est, & eligenda, saltem in praxi, licet, priorem esse probabilem, negare non possim, quam, magis esse receptam, testatur ibidem Bossius. Quoniam verò mox dicemus, satis esse, ad validam assistentiam Matrimonii, Parochum unius ex contrahen-

tibus, idest, si unus sit Vagus, quamvis alter fixam habeat alicubi sedem, potest Parochus huic matrimonio assistere, tanquam Matrimonio Vagorum.

13. Debere autem dictum Parochum, antequam iis Vagis assistat, diligenter inquirere, an aliquo impedimento laboret, immò ex Tridentino g debere Parochum g Trid. ses. licentiam habere ab Ordinario hos (sive ut- 24. c. 7. de terque, sive alter tantum sit Vagus) Ma- ref. matr. trimonio conjungendi, monitione opus non est.

14. Eos, qui sunt in via, animo relinquendi antiquum domicilium, & aliud acquirendi, qui tamen nondum ad hoc pervenerunt, ad Vagos reducit Castrop. numer. 11. ex Sanch. & Gutierrez: quare pari modo à Parocho, ubi inveniuntur, Matrimonio erunt ex tutiore nostra sententia copulandi: hi enim, cum pristinam reliquerint habitationem, novam verò non dum adquisierint, nullum per se Parochum habent, habent ergo, more Vagorum, illum, in cujus Parochia inveniuntur.

An suis, sed existentibus extra Parochiam?

15. Ex dictis emergit gravis dubitatio. Si unus ex conjugibus habitet in una Parochia, alter in alia, quis erit aptus Parochus pro illorum Matrimonio? Ut respon- sionem distinctè percipias, figuremus duos casus.

16. Primò, Petrus, & Berta habitant ambo in Parochia Sancti Antonii. Secundò, Titius, & Catharina non habitant ambo in eadem Parochia, sed Titius in Parochia Sancti Antonii, Catharina in Parochia S. Nicolai.

Hacfiguratione posita, nimis certum est, Parochum Sancti Antonii validè assistere Matrimonio Petri, & Bertæ, quia cum is utriusque sit Parochus non est, unde de assistentia legitima dubitetur. Atque hic est primus casus.

17. Quoad secundum; Certum item sit, tum Parochum Sancti Antonii posse assistere in Parochia ipsius Sancti Antonii Matrimonio Titii, & Catharinæ, tum Parochum Sancti Nicolai posse assistere in Parochia ipsius Sancti Nicolai eidem Titii, &

Catharinæ Matrimonio. Ratio est, quia, satis servatur forma Tridentini. Ii enim, dum in sua Parochia existunt, vere Parochi sunt respectu Matrimonii inter illos duos, quorum unus est suus Parochianus, esto alter ex conjugibus alterius sit Parochia; connexorum enim eadem est ratio.

18. Certum præterea sit nobis, vel profecto valde probabile, Parochum Sancti Antonii valide assistere dicto Matrimonio Titii, & Catharinæ in Parochia Sancti Nicolai, & Parochum Sancti Nicolai in Parochia Sancti Antonii. Ratio est, quia adhuc ille Parochus est proprius respectu Matrimonii inter illos duos, quorum alter suus est Parochianus. Esse enim ipsum in aliena Parochia non tollit, ipsum esse eodem modo Parochum suorum Parochianorum, sicuti est in sua, sed solum notat, illud officium congruentius, tunc pertinere ad Parochum loci, quam ad ipsum. Ita Sanchez, a quamvis Navarrus, & Pontius id negent apud Gasparem b Hurtadum.

19. Illud ergo superest aliquanto incertius. Quid, si, vel Parochus Sancti Antonii, vel Parochus Sancti Nicolai assistat, si ve Matrimonio Petri, & Berræ, si ve Matrimonio Titii, & Catharinæ in aliena omnino, seu tertia Parochia v. grat. in Parochia Sancti Hippolyti, ad quam, nec conjuges, nec duo illi Parochi ullo modo pertinent?

20. Respondeo, adhuc valide assistere, Ratio est fere eadem, quia ibi is est Parochus respectu illius Matrimonii inter duos, quorum alter sua ovis est; quare satis, superque satis sit Tridentino, quod nihil aliud requirit, nisi præsentiam proprii Parochi: ita Sanchez, & alii contra Navarrum, & aliosque quorum sententiam tamen probabilem esse, non nego. Præterea, sicuti diximus, posse valide Parochum extra Parochiam suis assistere, ita affirmamus, posse Sacerdotem, cui Parochus assistendi licentiam det; Excepto, si ita det, ut expressè sub clausula irritante, illam ipsi limitet, ut assistat in propria Parochia, de qua relatè Coninck, & alii.

21. Si inquiras, an peccet Parochus, si in aliena Parochia assistat Matrimonio suæ ovis?

Respondeo, non peccare, quia assistere non est actus Jurisdictionis (hanc enim Jurisdictionem, quando est contentiosa, fateor licitum non esse exerceri in alieno Territorio) nec continet strepitum externum, ut continent Denunciationes, & Benedictiones, quas item fateor, illicitè fieri in Territorio non suo. Ita Hurtadus, & Leander loc. cit. Quod dictum est de Parocho, ob parem rationem dic de Sacerdote delegato ad assistendum, quantum est ex hoc capite, nam, si forte à Parocho, ut modo innui, prohibitus fuisset, secundum gravitatem prohibitionis, esset culpa mensuranda.

Pœna assistentis Matrimonio alieni Parochiani.

22. Pœna, quam incurrit Parochus, vel Sacerdos assistens Matrimonio Parochiani non sui, vel illud benedicens, ex Tridentino f. est, tandiu suspensum manere ab Officio, & Beneficio, quandiu ab Ordinario ejus Parochi, qui Matrimonio interesse debebat, seu à quo Benedictio suscipienda erat, absolvetur, quæ suspensio est ipso facto, ut habet Averla, g addens, si Parochus det licentiam Sacerdoti assistendi Matrimonio ovis non suæ, pœnam hanc ab ipso Sacerdote, non à Parocho incurri, quia Tridentinum assistenti imponit hanc pœnam, non verò assistentiam mandanti.

Quis nam Parochus assistet Matrimonio inter absentes?

23. Inquires item hic, qui nam Parochus assistere debet Matrimonio, quando hoc contrahitur per Procuratorem, vel per Epistolam? Respondeo, casus duplici modo posset occurrere. Primo, ut alter ex Sponsis, sit Parochianus loci, ubi contrahitur Matrimonium per Procuratorem alterius Sponsi absentis, & tunc poterit, ut patet ex supradictis, huic Matrimonio assistere Parochus illius loci, vel alius Sacerdos ex licentia dicti Parochi, vel ex licentia Parochi absentis; Secundò, ut uterque Sponsus sit absens; & Procuratores contrahere debeant in loco, qui ad neutrum Sponsum pertinet v. grat. Sponsus sit Pauormitanus, Sponsa sit Hispana,

pana, & utriusque Procuratores sint Messanæ. De his ergo quæri potest, quis debeat esse Parochus assistens? Id certe apud neminem ex his Doctoribus, quos præ manibus habeo, invenire potui. Ad hoc ergo sic, salvo Sapientiorum iudicio, responderem. Cum Doctores omnes, & Tridentinum semper clament, debere esse proprium Parochum, saltem unius ex contrahentibus, qui Matrimonio assistat, fit, ut, quia Parochus Messanensis non sit Parochus, neque utriusque, neque alterius, neque ullo modo ejusmodi contrahentes sint Vagi, fixam enim habent sedem suam, alter Panormi, alter in Hispania, Procuratores autem supponimus, contrahere Matrimonium Messanæ, fit, inquam, ut non possit dictus Parochus Messanensis esse legitimus assistens talis Matrimonii. Debet igitur esse Parochus Sponsi, vel Sponsæ, qui, quia est absens, det licentiam alicui Sacerdoti existenti Messanæ. Neque id difficile factum erit, si cui enim debet Messanam afferri fides denunciationum, quæ necessariæ, ut mox dicemus ex Tridentino, exhiberi debent in Parochia Sponsæ, & Sponsi, ita poterit afferri licentia assistendi.

§. VI.

Qui Testes.

1. **P**lura de hujusmodi Testibus dicta sunt propter connexionem, quam habent in hacre cum Parocho: solum ergo duo sunt, vel addenda, vel confirmanda.

2. Primò. Non sufficit, si unus, immò etiam plures Testes sint præsentibus consensui viri, & alter, sive alii, etiam plures, consensui mulieris, vel contra. Nam iidem, tum Testes, tum Parochus integro contractui Matrimonii præsentibus esse debent, ut de illo testificari queant, & Tridentino satisfacere.

3. Secundo, quamvis in aliis commerciis humanis plerumque, præsertim in rebus gravibus, ut actus sint legitimi, desiderantur Testes idonei, sive omni exceptione majores; unde in jure repelluntur à testificando infames, excommunicati, propinqui, scæminæ, &c. tamen in casu nostro satis est, ad validitatem, quilibet, qui usu rationis polleat, advertatque, quid agatur. Quare sufficiunt prædicti infames, excommunicati,

propinqui, scæminæ, ut etiam servi, pueri rationis compotes, immò etiam Infideles. Ratio est, quia Tridentinum Testes requirit, nihil restringens, ad eorum qualitates exquirendas. Et meritò, quia id asferret periculum, vel scrupulum nullitatis Matrimonii. Adde Primò, si necessaria foret in Testibus qualitas aliqua, jam suppleri à Parocho, qui certè est Testis qualificatus, quique aliis auctoritatem præsentia sua conferre potest. Et certè suppletur etiam ex voluntaria electione utriusque partis. Adde Secundo, cum hæc Tridentini dispositio corrigat jus commune, in quo ante Tridentinum nulla erat necessaria Testium præsentia, interpretandam illam esse, ita, ut quantum minus possit, illud Jus corrigat. Hæc fuisse Sanch. & alique.

4. Dixi in casu nostro, id est ad contractionem Matrimonii, nam ad probandam Matrimonii jam contracti invaliditatem, ut illud scilicet dissolvatur, Testes debere esse omni exceptione majores, rectè notant iidem Doctores, & decrevit Summus Pontifex. b

CAPUT III.

De Denunciationibus.

§. I.

Quanta sit earum obligatio.

1. **T**ridentinum sic e habet: Ut in posterum, antequam Matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentium Parocho, tribus continuis diebus festis in Ecclesia inter Missarum solennia publicè denuncietur, inter quos Matrimonium sit contrahendum. b C. 1. de

2. Porro hæc denunciationes, quæ tandem nihil aliud sunt, nisi monitiones quædam, ut, qui fortè noverit impedimentum aliquod intercedere inter eos, de quibus fit monitio, illud Parocho manifestet; hæc inquam, denunciationes, si negligantur, non invalidant Matrimonium, ut nuper diximus, at peccari, tum à Parocho, tum à contrahentibus, qui eas omittunt, dubium non est, & quidem ex se mortaliter, quia ex se gravis res est.

3. Excusat autem à mortali. Primò, parvitas materiæ, puta, si omitteretur tertia denuntiatio, quando nullum esset mortale

Mmm 3 peri-

a Sanc. lib. 3. d. 39. c. 41. Canon. d. 2. de spons. p. 13. §. 13. Aver. q. 6. matr. sec. 5. Boss. de matrim. c. 5. §. præfer. 12. Leand. d. 7. matr. q. 44.

Diana vocans hanc doctr. com. p. 11. Tr. 3. ref. 33. b C. 1. de Consan. guineis. c Trid. sess. 24. c. 1. de ref. matr. d Sanc. lib. 3. matr. d. 5. nu. 7. Villalob. Diana, a-llique ap.

periculum, quod aliquod subesset impedimentum. Sed Aversa a hanc putat, non esse parvitatem materiae, unde asserit, illam relinquere, semper esse mortale. Ego in ejusmodi itaque, ci-
17. sec. 1.
V. Non est
itaque, ci-
unica ommissione, dicto periculo non subiecta,
tans Pon-
tium, &
Coninck.
 grave momentum sanè non invenio.

4. Excusat Secundò, dispensatio Superioris ex justa causa. Sed quis Superior? Quae causa? Jam subdo, ubi etiam habebitur reuera excusatio, id est necessitas.

Quis in denunciationibus dispenset?

5. Episcopus, & ejus Vic. Gen. (non quidem foraneus) & omnes, qui Jurisdictione Episcopali gaudent, veniuntque sub nomine Ordinarii (quos supra cap. 2. nos recensuimus) possunt dispensare ad unam, vel ad omnes denunciationses, juxta exigentiam causae, de qua mox.

6. Quid, si contrahentes sint diversarum Dioecesarum, indigentne dispensatione utriusque Episcopi?

Respondéo, non indigere. Unus enim Episcopus sufficienter dispensare potest, siquidem cum subdito suo dispensans, dispensat etiam validè, ratione connexionis cum altero, idque etiam si Matrimonium contrahendum sit in Dioecesi alterius.

7. Idem Episcopus delegare alteri Clerico, quamvis non Sacerdoti potestatem dispensandi in denunciationibus potest, potest etiam, & Vicarius Generalis, etiam ex lib. 5. c. 31. vi. Vicariatus eandem delegare, saltem specialiter in hoc, vel illo casu, ut fusc habes d. 10. n. apud Sanchez, & aliosque.

8. Parochus dispensare in denunciationibus nequit, nisi tantae esset necessitatis, ut Episcopus obligaretur dispensare, & ad ipsum aditus non daretur.

Quas ob causas?

9. Causae, sine quibus Episcopus nequit dispensare, & cum quibus potest, ad duas reducuntur. Prima est probabilis suspicio, G. Hur. d. ne Matrimonium malitiosè impediatur. Ita expresse Trident. d.

10. Secunda est periculum gravis damni, five animae, five corporis, five famae; quae omnia explicata minucius legere potes apud V. Vique. Sanchez, & aliosque. Has causas notat A-

versa, s. cognoscendas esse ab Episcopo privativam, & extra judicialiter. Rectè: nam Trident. ejus prudentiae, & judicio id remittit.

11. Matrimonium esse contrahendum inter Magnates, quia solent esse nota eorum impedimenta, & inter eos, qui inaequalis sunt conditionis, ut inter nobilem, & ignobilem, senem, & puellam, divitem, & pauperem, quia esset nimis pudor, & verecundia ex parte unius ex his conjugibus id publice in Ecclesia praedicari: & inter diuturnos concubinarios existimatos, ut conjuges, quia per denunciationses Matrimonii contrahendi, palam fieret eorum peccatum, ad secundum hoc caput reducuntur, quare asserunt sufficientem Episcopo, sed prudenter omnia consideranti causam ad dispensandum super denunciationses, ut docent plures, quos citat, sequiturque Leander: g. Quando gravis g. Land. urget causa, ut si quis in articulo mortis vel- d. 7. m. ler Amasiam ducere in uxorem, ut à damna- g. 62. 63. tionis periculo liberaretur, vel, ut prolem g. 64. legitimeret, vel ne puellam cum dedecore relinqueret: obligari Episcopum sub mortali, ad dispensandum, merito iidem notant. Addit Leander, tunc, si non est aditus ad dispensantem, posse licitè in dictis gravibus necessitatibus Matrimonium contrahi sine dispensatione denunciationum, quia necessitas non habet legem; sed certè tunc jam adest Parochus, qui, ut dixi num. 8, dispensare poterit.

12. Duo tamen sunt praestanda. Alterum, debere Episcopum reddi moraliter certum, sed extra judicialiter, nullum impedimentum subesse inter dispensandos. Alterum, debere Episcopum prohibere eosdem, ne post contractum Matrimonium illud consumant, antequam fiant dictae denunciationses, id, quod intelligitur, quando Episcopus expensis causis, solum distulit denunciationses. Nam, si judicavit, esse omnino omittendas, non habet locum dicta prohibitio, ut notat Aversa, g.

12. Quod si conjuges, quibus non est data totalis dispensatio denunciationum, Matrimonium consumment, etiam abstrahendo à peculiari Episcopi prohibitione, & etiam si sint moraliter certi, nullum sibi ob stare impedimentum, peccabunt ex vi Tridentini moraliter, ut verius putat Sanch.

Sancti lib. 1. non solum prima vice, sed toties, quoties copulantur. Quamvis Henriquez citatus ab eodem putet, solum prima vice peccare. Mihi expendenti utriusque rationes, quas ipsi afferunt, videntur utrique loqui probabiliter, quando conjuges moraliter sunt certi de impedimenti carentia. Id, quod fortasse innuit Sanch. dum suam sententiam veriorrem pronunciat, sic enim videtur, veram supponere contrariam.

§. II.

Praxis denunciationes exhibendi.

1. **D**ebent denunciationes, ex Tridentino loco citato, fieri a proprio contrahentium Parocho, tribus continuis diebus festivis, inter Missarum solennia, ad finem, ut impedimentum, si ve dirimens, si ve solum impediens, quod forte inter contrahentes intercedit, manifestetur. Expende breviter singula.

A proprio contrahentium Parocho.

2. A proprio Parocho, seu ab ejus delegato debent hae denunciationes fieri, caeque, ut ex se patet, in propria contrahentium Parochia; Quod si contrahentes ad suam propriam quisque pertineat Parochiam, in uraque illas fieri, oportebit. Quid si quis plura habeat domicilia, quales sunt illi, qui per medium annum habitant in una Parochia, seu Dioecesi, & per aliud medium, in alia?

Respondeo. In ea satis erit, fieri, ubi facilius creditur sciri posse impedimenta. Ita Sanch. *b.* adderem, debere fieri in uraque, quando alterutram sufficientem ad intentum Patochus non judicaverit.

3. Pro Vagis non solum debet Episcopus (sive ejus licentia a Parochis, ut supra vidimus, non sunt hi copulandi) eorum impedimenta inquirere per denunciationes faciendas in loco, unde forte veniunt, sed enim, juxta suam prudentiam, debet per alias diligencias veritatem carentiae impedimentorum agnoscere. Ratio est, quia pro iis, qui vagantur, immo, & qui exteri hinc inde habitare solent, sola denunciationes non videntur sufficientes, ad impedimenta detegenda.

Tribus continuis diebus festivis.

4. Id non notat, festivos dies ad denunciationes aptos, debere esse sine interjectis feriis, nam possunt recte denunciationes fieri tribus diebus Dominicis, sed solum notat tanquam melius, ut, si post primam v. gra. denunciationem sequatur alius dies festivus, non negligatur, tunc fieri denunciatio secunda, cujus forte ratio est, ne, si tunc negligatur, & diu sequentes denunciationes differantur, Parochiani obliviscantur monitionis antea factae, & ipsi etiam differant, seu negligant impedimentum detegere.

5. Nonnulli et putant, non posse denunciationes fieri tribus diebus festivis immediate sibi succedentibus, ut accidit v. grat. in Paschate, sed certe immerito, quia sufficienter sic Tridentini praescriptum custoditur.

6. Illud consilium est non contemnedum, ut expleta tertia denunciatio, expectentur aliqui pauci dies, quo videri possit, an impedimentum aliquod opponatur: nam ceterum id non esse necesse, & posse eodem die, quo ultima fit denunciatio, contrahi Matrimonium mihi dubium non est. Dixi (aliqui pauci dies) nam non esse differendum diu Matrimonium, puta post duos, vel quatuor menses, monet Pontius, *d.* & Bonac. apud Bar- *d.* Pontius bosam, & quia facile illo temporis spatio al- *l. c. c. 30.* quod suboriri inconveniens posset, quod *e.* Barb. lo. *ci. nu. 31.* antea non erat.

Inter Missarum solennia.

7. Non id dicitur, tanquam necessarium: Existimo *f.* enim, intentioni Tridentini satisfieri, si hae denunciationes fiant in loco publico, ubi sit magnus Fidelium concursus, vel post concionem, vel post similes actiones frequentia populi celebres.

Quam

Quam nam obligationem contrahant ex his denunciationibus Fideles, detegendi impedimenta?

8. Hæ denunciationes sunt veluti edictum Episcopale, quo præcipitur Fidelibus, ut, si noverint aliquod impedimentum, sive dirimens, sive tantum impediens Matrimonium, ut esset Votum simplex Castitatis, vel sponsalia cum altero contracta, illud Parocho manifestent. Hinc ergo sequitur, Fideles, etiam ipsos contrahentes, obligari ad dictam manifestationem sub mortali. Est enim res gravis. Noverint, inquam, sive ex causa scientiæ, sive ex auditu à fide dignis, non verò, si à fide non dignis, neque, si non recordentur, à quo, vel à quibus audierint: nam, sic, non dicitur quis noscere impedimentum, ad effectum, qui intenditur ab Ecclesia, cum, in ea incertitudine, ad nihil procedi prudenter possit.

9. Quid si impedimentum sit occultum, ut esset affinitas orta ex copula fornicaria, obligabimurne illud manifestare?

Respondeo. Si non potes avertere Sponsos à Matrimonio, obligaris, sed occultè, etiam si scires sub secreto naturali, & cum juramento (sed non, si scires in Confessione Sacramentali) quia hæc manifestatio non est ordinata ad puniendum, sed ad peccatum removendum. Ita Sanch. b & Hurt. 5. c. 34. c apud quos multo minutiora legere poteris de hac re.

10. Si tu scires impedimentum occultum, quod probare non posses, te non obligari detegere, putat Pontius, d aliique, quia nemo tenetur (inquiunt) denunciare, quod nequit probare. Sed puto, te obligari. Ratio est, quia hæc revelatio non est ad puniendum, sed ad evitandum peccatum, & ex alia parte impedire Matrimonium potest, etiam unus denunciator, ut notat 7. matr. n. idem Sanch. f vel certè is unus poterit viam aperire, ut major diligentia ad cognoscendam veritatem impedimenti adhibeatur. Atque in hoc casu, quo defertur à Fidele impedimentum, non debet Parochus procedere ad alias denunciationes, neque ad assistendum Matrimonio, sed negotium occultè remittat ad Episcopum, & ab eo (qui sanè

obligabit. rem inquirere, & examinare) expectet, quid faciendum.

Quas autem probationes facere debet Episcopus, vide apud Sanch g aliosque.

11. Quod si Episcopus, vel ejus Minister, ut veritatem venetur, ipsos conjuges fortè interroget de impedimento, debebunt, & ipsi (nisi velint à Matrimonio desistere) veritatem aperire. Si enim ex se, ut modo dixi, obligantur illud detegere, multo magis, si interrogentur, quod sanè idem dici solet de ordinando, & de eligendo ad Beneficium, si hi habeant impedimentum, &c.

Quod si habuerint dispensationem, neque ipsi, neque alii obligantur detegere, quia frustranea esset manifestatio. Illud posset evenire, ut dispensatio fuerit in foro Conscientiæ pro impedimento occulto, quod tamen, si est periculum, quod publicetur, manifestari debebit, ut de remedio illo provideatur, quod supra i dicavimus.

12. Quid faciet Confessarius, si in volentibus contrahere, advertat, adesse impedimentum, quando prævidet, se non profuturum, si illos de eo admoneat, diximus satis in opusculo de Confessione.

13. Denique, ne te lateat, non teneri eum revelare, qui prudenter timer sequutum sibi gravissimum damnum, aut inter alios magnum scandalum: Lex enim Can. d. 38. ritatis, aut præceptum Superioris nos non obligat in tanto dispendio, ut advertit de Navarr. l aliique, docentque Sanchez, nu. 86. Henriquez, Coninck, cum Castropalao eos citante,

Pœna contra non pramittentes Matrimonio denunciationes.

14. Matrimonium celebrant cum Parocho, & Testibus, sed omitti culpabiliter denunciationibus, aliqui cum Molina m T. 1. matr. Hurt. aliique: apud Castrop. sustinent, non subijci pœnis Matrimonii clandestini, d. 2. sed jam communis est doctrina, subijci, quia in jure o Matrimonium sine denunciationibus clandestinum esse dicitur, id Sanch. quod Tridentinum nunquam contexit. Pont. Molinæ autem sententiam probabilem mequiturque Leand. d. 7. matr. qu. 91. o C. Cum indolent De Claud. Despons.

rito censet Castrop. l. c. quamvis ipse nostram, hoc est, communem sequatur.

15. In iure autem prima pœna contra Parochos, vel Sacerdotes ex eorum delegatione assistentes ejusmodi Matrimonio Clandestino, id est, non præmissis denunciationibus, his verbis fertur: *Si Parochialis Sacerdos tales id est, eos pro quibus denunciations præmissæ non fuerunt conjunxerit, per triennium ab officio suspendatur. gravius puniendus, si culpa gravitas postulaverit.* Hanc suspensionem esse latæ sententiæ dicit Covarruvias, esse ferendam Henrici & Sauri, quorum utramque sententiam esse probabilem, indicat Fillucius eisdem citans.

16. Secunda, est contra ipsos contrahentes, sic enim dicitur ibidem: *Sed his qui taliter præsumperint, etiam in gradu concessio, copulari condigna poenitentia imponatur.*

17. Tertia, d. ut, si conjuges prolem suscipiant ignorantes, se impedimento dirimenti laborare, ipsa proles, quæ alias legitima à Jure esse concedebatur, legitima non sit, si dicti conjuges contraxerunt, non præmissis denunciationibus.

18. Aliam pœnam iisdem imposuit Tridentinum e in hunc modum. *Qui, quamvis ignoranter, intra gradus prohibitos contraxerunt, spe consequenda dispensationis caveant, si (Certè cum culpa) Matrimonium contraxerunt, denunciationibus non præmissis.* Hæc Tridentinum, quod quidem non ligat manus Pontificum, quasi hi non possint dispensare, sed solum his verbis notatur, habito hoc sensu Concilii, difficilius Pontificem dispensaturum & ipsos dispensandos obligari, quando petunt dispensationem, exprimere Pontifici, scilicet ignoranter, quoad impedimentum, tamen sine denunciationibus contraxisse. Hæc latius disputata. Lege apud citatos, & aliosque.

CAPUT IV.

De Benedictionibus, seu, ut vocant, Velationibus Matrimonii.

§. I.

Sub qua obligatione, &c.

Hæc est postrema sollemnitas Matrimonii inter Missarum sollemnia omnium

præstanda Conjugibus, quando utrique contrahunt primas Nuptias, etiam alias corrupti, sed non uxorati. Cum autem ea Matrimonio accidentaliter, illique jam contracto adveniat, ejus omissio ipsum invalidare non potest. Dixi (quando utrique) nam, si alter ex conjugibus secundas Nuptias contrahit, an sit hoc Matrimonium secundum benedicendum, dicam mox §. sequent.

2. An verò hujusmodi sollemnitatis omissio afferat peccatum, distinguendum est. Nam, vel quæris, an sit peccatum illas omnino negligere, vel quæris, an peccatum sit, Matrimonium consummare, antequam illæ accipiantur. In hoc posteriori casu multos habemus Doctores asserentes, non esse mortale (præciso semper scandalo, earumque contemptu) immò, nec esse veniale. Solum enim consilium, hoc est, non præceptum, ut clare ostendunt illa Concilii verba. *Sancta Synodus hortatur, ut conjuges ante Benedictionem Sacerdotalem in templo suscipiendam, in eadem domo non cohabitent.*

3. At in priori casu, dissentiunt prædicti. Aversa h enim, & Leander loc. cit. cum aliis ajunt, esse mortale. Sanchez, & Bonacina cum aliis ab iisdem citatis ajunt, mortale non esse. Illi affirmant, quia censent, illud esse præceptum Ecclesiæ de re gravi: hi negant, quia, contra, putant, præceptum, utpotè de suscipiendo Sacramentali, non autem Sacramento, de re gravi non esse. Utrumque probabile. Sed mihi probabilior est sententia hæc negans, quia, nisi clarè constent onera gravia, nolo ea Fidelibus imponere.

4. Et hic quidem non improbabiler docet Sanchez & Episcopum posse per alias pœnas cogere conjuges ad ejusmodi Benedictiones assumendas, sed non per excommunicationem, quia hæc res non est adeò gravis, ut per excommunicationem urgeri queat, quidquid contra Sanchez sentiant Leander, & alii.

5. In sententia autem affirmante, esse mortale, Benedictiones negligere (quæ sententia certè probabilis est) obligatio sub mortali solum esset, ne prima vice conjuges consumment Matrimonium, omissa Benedictione, non verò pro vicibus aliis.

Ad m m

§. II. Sc-

g Sanchez. Azor. Pont. ad. ducti, & excepti à Leand. d. 7. matrim. g. 82. Adde Aver. qu. 20. matr. sec. 4. 9. Deinde, h Boss. de matr. cap. 9. nu. 7.

1 Sanchez. lib. 3. matr. d. 12. nu. 10. Cui adde Villalob. ap. Leand. l. c. q. 74. k Leand. l. c.

§. II.

Secunda Nuptia, an sint benedicenda?

1. **Q**uando conjuges ambo, vel alter ipso-
rum contrahit secundas Nuptias, non
debent benedici, ut probant ex Sacris Cano-
nibus Bellarminus *a* de Matrimonio, alique.
Ratio præcipua est, quia Benedictiones so-
lennes Ecclesiæ non solent ex Jure repeti *b* super
eadem re.

2. Nihilominus quamvis ita res se habeat
ex vi Juris, tamen standum erit consuetudini,
quam singulæ Ecclesiæ laudabiliter servant.
Nam alicubi, quando alter solus ex conjugibus,
sive vir, sive femina acceperat in primis
suis Nuptiis Benedictionem, rursus accipit in
secundis, si ducat conjugem, sed primas Nu-
ptias ineuntem, & certe ita esse consuetudine
introducitur, absolute docet Sanch. loc. cit.
testans, adesse etiam de hoc quandam Extra-
vag. Joan. 22.

3. Alicubi autem, quando femina, tunc pri-
mum contrahit, seu antea benedicta non fue-
rat, iterum cum viro, quamvis viduo ante be-
nedicto, benedicitur, non autem contra, id est
quando femina benedicta fuerat, licet vir
non fuerit benedictus. Et Aversa *c* quidem
testatur, in Italia, ita introducitur communi-
ter esse. Servetur ergo, ut dicebam, cujuscun-
que Ecclesiæ consuetudo.

4. Pœna Parochi benedicentis secundas
Nuptias in casu per jura, vel prædictas con-
suetudines non permissio, esse arbitratiam ab
Episcopo infligendam, concludit Bossius. *d*

§. III.

Quisnam Nuptias benedicit?

1. **I**nstituta est à Tridentino pœna suspen-
sionis ipso facto ab Officio, & Benefi-
cio, ei Parocho, qui benedicit conjuges aliæ
Parochiæ, quæ suspensio fit duratura, quam-
diu ab Ordinario ejus Parochi, à quo Benedi-
ctio suscipienda erat, absolvetur. *e*

2. Hinc igitur vides, per Parochum, vel
per Sacerdotem ex ejus licentia, Nuptias esse
benedicendas, & quia Benedictiones dandæ
sunt inter Missarum solennia, ideo ad has
non posse delegari, nisi Sacerdotem.

3. Si, antequam conjuges Benedictiones
acceperint, mutant domicilium, Parochus
hujus domicilii debere benedictiones dare,
dubium ne sit, quia tunc ille est proprius Pa-
rochus, & denique hic discitur, sicuti discur-
rimus de Parocho, cum de ejus præsentia ad
Matrimonium, nuper disputavimus.

4. Sed peccabit ne Parochus benedicens
conjuges alienæ Parochiæ?

Respondeo, quandoquidem is læderet Jus
alieni Parochi, & incurreret ipso facto in su-
spensionem modo dictam, ideo ex capite in-
curtus in suspensionem, aliquis posset excusa-
re à mortali prædictum Parochum, quia sicuti
nonnulli Doctores, quos ego alibi feci citari, *f* Li-
docent pœnam, etiam ipso facto, suspensio-
nis, non esse signum obligationis sub mortali, *g* In quibus
ita in casu hoc. Ex capite item læsionis Juris *h* In quibus
alieni facile etiam quis posset excusare à mor-
tali eundem Parochum, si semel, aut iterum
alienam ovem benediceret, quando modicu-
m judicaretur esse præjudicium Parochi
proprii, non verò, quando sapè, & cum gravi
ejusdem præjudicio. Ita de Fideli Eucharisti-
am semel, aut iterum suscipiente extra suam
Parochiam in Paschate, qui cæterum paratus
est, suum Parochum recognoscere, ita, in-
quam, ego philosophatus sum in opusculo *g* In quibus
de communione, pari igitur modo posset ali-
quis philosophari in præsentis casu. *h* In quibus

§. IV.

*Quonam tempore Benedictiones concedenda
non sint.*

1. **Q**uamvis Jure antiquo dies plures ex-
ciperentur, in quibus prohibitum e-
rat, Benedictiones conferre, hodie tamen Tri-
dentinum *b* prohibitionem restringit ad Ad-
ventum, & Quadragesimam his verbis. *b* Tridentinum
*Adventu Domini Nostri, usque in diem Epipha-
nia, & à Feria quarta Cinerum, usque in Octa-
viam Pasche inclusivè, antiquas solennium Nu-
ptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus ob-
servari Sancta Synodus præcipit, in aliis vero tem-
poribus Nuptias solemniter celebrari, permittit.*

2. Hoc præceptum, quo solum prohiben-
tur dictæ Benedictiones (nam cæterum quo-
cunque tempore possunt iniri sponsalia, de-
nunciationes fieri, contrahi Matrimonia, il-
laque consummari) censeo obligare sub

*mor-
ta-
li obli-*

mortali. Ratio est, quia id præcipit Tridentinum in honorem, & reverentiam illorum dierum, sicuti præcipit Ecclesia jejunia, festos dies, &c.

3. Præterea conjuges recipientes Benedictionem prædictis diebus, jubentur a separari ad arbitrium Episcopi, (sed certè excluso incontinentiæ periculo) quod si conjuges sic puniuntur, multò magis, & ipsi Parochi diebus illis vetitis benedicentes, erunt ad arbitrium ejusdem Episcopi puniendi, nam in Jure non adest pœna taxata, ut notat Averf. b. Possè autem Episcopum dispensare, ut in dictis diebus Benedictio ex causa urgente (quæ certè rarissimè contingere potest) omittatur, decet Sanch. e.

4. Tempore interdicti localis generalis, vel cessationis à divinis dubitare quis possit, an consecrari ita licitè queant ejusmodi Benedictiones, sicuti, ex probabilissima sententia apud Hurtad. d. de Interdicto, licitè possunt contrahi Matrimonia; & dubitationi respondendum est, negativè, id est, non consecrari licitè. Ratio est, quia hæc sunt propriè officia Ecclesiastica, quæ tempore dicti Interdicti certo prohibentur. Vide de hoc nimis plura apud Boss. e.

§. V.

Quandonam, & sub qua obligatione à solenni traductione Sponsa in domum Sponsi sit abstinendum?

1. Quemadmodum urget prohibitio adhibendi Benedictiones tempore Adventus, & Quadragesimæ, ita, & traducendi Sponsam in Sponsi domum cum solenni Pompa; id enim videtur à Sacris Officiis Fideles avocare, quod pro Sacris illis diebus minus decet. Dico (cum solenni pompa) non enim vetatur simplex deductio Sponsæ in domum Sponsi.

2. Docet autem Sanch. f. pompam moderatam non asserre culpam ullam, paulò excedentem asserre venialem saltem, excedentem

vero ita, ut ex arbitrio prudentis, judicetur notabiliter detrahere Sanctis illis diebus, atque ansam dare aliis notabilis offensionis, & scandali, culpam asserre mortalem.

3. At Pont. g. quem sequitur Averf. b. docet, potius esse dicendum, absolutè mortalem culpam asserre, quia id grave præceptum est; Siquidem ejusmodi pompa interdicitur in reverentiam illorum dierum, sicuti de Benedictionibus à nobis dictum est §. præced. numero 2. & solum asserre culpam venialem ex parvitate materiæ, quando scilicet pompa est adeò moderata, ut ex illa parum detrahi sanctitati illorum dierum prudenter judicetur.

4. Profectò utrumque video probabiliter loqui: sed locutio Sanchi videtur esse castigatior, quia non est eodem modo sentiendum de Benedictionibus, quæ sunt officia Ecclesiastica, atque de hac pompa, quæ cum sit mere secularis, & extra sacra loca fiat, non statim attingere videtur, illorum dierum sanctitatem, illique statim detrahere, unde absolutè, & de genere suo mortale esse peccatum dicenda sit.

5. Puto denique, per se posse Episcopum dispensare, & concedere solennem dictam traductionem, si enim potuit §. præced. nu. 2. concedere Benedictiones in diebus vetitis, quæ sunt officia Ecclesiastica, multò magis prædictam pompam, quæ ex natura sua secularis est. Dico (per se) nam ex alio capite vix unquam poterit Episcopus illam concedere, nam cum ad dispensationem legislata à Summo Pontifice nequeat Episcopus, ut alibi dictum est, dispensare, nisi ex rationabili, & proportionata causa, quandonam hæc aderit in casu pompæ, de qua agimus? Quæ semper superflua, & prodiga consuevit esse, ac facile differri in aliud non

Sacrum tempus potest.

* *

Finit Tractatus Sanchi.

Mmm 2

TRACTA-

TRACTATUS SEPTIMVS DE OBLIGATIONIBVS EX MATRIMONIO CONSVRGEN- TIBUS, UBI ETIAM DE DIVORTIO.

Duo genera obligationum considero in Conjugibus, alteram necessariam voco, voluntariam alteram. Prior quinque habet Capita, Posterior duo, ut am ex sigillatim explicandis patebit.

CAPUT I.

De Obligationibus Conjugum necessariis.

§. I.

Prima obligatio, hoc est, Cohabitatio.

1. **S**ive ex Matrimonii natura, siue ex lege divina nobis promulgata per illa Summi Dei verba: *a Propter hoc relinquet homo Patrem, & Matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una*, individuum vitam agere conjuges debent, sub eodem tecto, in eadem mensa, in eodem thoro. Unde, nisi à gravi causa excusetur, grave ex genere suo peccatum committent, si secus faxint.

2. Gravis autem causa esset, si timeret alter ex conjugibus sibi mortem, vel læsionem membrorum, vel grave damnum, siue animæ siue corporis, ut, si ab altero sollicitaretur ad peccatum, si periculum subiret inficiendi se morbo aliquo contagioso. Si autem ejusmodi pericula non essent ex cohabitatione, essent verò ex debiti redditione, §. 5. nu. 24 teneretur conjux cum conjugē infirmo cohabitare, consuetaque præstare obsequia, redde-
b Lib. 7. in Decal. c. 3. §. 5. nu. 24. Aver. q. 22. matr. sec. 3. V. Decimo Averfa. e.

3. Verum adverte Primò, si in casibus in

quibus excusatis à cohabitatione, nesciatur causa, debere ostendi, & publicari aliquam aptam excusationem, ne ansa detur aliis cogitandi aliquid minus decorum de altero conjugē.

4. Adverte Secundò, si nulla adsit excusatio, posse virum, vel uxorem cogi ad mutuam dictam habitationem, tum à Judice Ecclesiastico, tum à Judice Sæculari (sed ab hoc, quando causa non cohabitandi, non dependet à controversia valoris Matrimonii) ratio est, quia Ecclesiastica potestas, sic tuebitur Jura Matrimonii, quod est Sacramentum; Sæcularis verò tuebitur Jura Civilia, cum Matrimonium contractus civilis sit.

5. Adverte Tertio. Quid dicendum. Primò, si ipsa uxor quamvis, ut dictum est, non obligetur, velit tamen cohabitare cum suo viro laboranti morbo contagioso propter amorem, quo illum prosequitur, potest licite cohabitare? Secundò. Quid dicendum, si velit debitum reddere cum suo vitæ periculo?

6. Respondeo, de priore ex his satis ego dixi libro 6. in *d* Decal. De posteriore libro septimo. *e*

Profectio Conjugis in alium locum.

7. Quoniam vero non raro occurrit casus, quo unus ex conjugibus alio proficisci debeat, quæstio hic celebris est, An alter eum debeat comitari, ut cum illo juxta Matrimonii leges cohabitaret? Loquimur autem, quando ante contractum Matrimonium nullum præcessit pactum, quo conjuges se obligaverint habitare certo in loco: si enim pactum præcessit, satis dictum est supra *Tract. 3. cap. 4. num. 4.*

8. Re-

8. Respondeo. Id quatuor sequentibus Regulis planum fiet. Prima. Uxor debet sub mortali sequi virum, quando ex quacunque causa, sed non turpi, & inhonesta, alio vir commigrat, modo uxori id grave non afferat

Laym. li. nocumentum, (ut habet Layman a) seu, (ut str. 10. p. habet Sanch. b) modo ipsius uxoris statum id §. 1. 2. n. 5. non dedecet.

Sanc. l. 9. 9. Multo autem magis debebit uxor se- mtr. d. 4. qui virum, si antea sciebat consuetudinem vi- n. 15. ri, qua alibi habitare consueverat. In quo cer- te casu major causa, seu majus damnum esse illud debebit, quod ipsam ab ejusmodi se- quela excusare valeat, illa enim scientia posi- ta, visa est uxor consentire, transmigra- re.

Castrop. e

d. 1 de sp. s. 10. Regula secunda. Vir tenetur uxorem sequi, si ea alio ex necessitate commigrare, seu alibi habitare, compelleretur, puta propter san- nitatem, vel simile quid: nam in mutuis ob- sequiis pariter sunt conditionis conjuges. Sunt tamen sue excusationes pro viro, quas modo diximus pro uxore, hic proportionaliter ap- plicandæ.

11. Regula tertia. Si mutuo consensu, & sine scandalo, aliove incommodo conjuges recedant, seque ab habitatione separent, cum tunc injuria alteri non fiat, non est, unde ex hoc capite culpa ulla committatur. Incom- modum autem esset, si, quia separationis cau- sa nescitur, daretur occasio male judicandi de alterutro; si separatio fieret ex indignatione, vel odio; si periculum esset incontinentiæ; Et quidem propter hanc postremam considera- tionem, recte Abbas a moner, ne Judex Ec- clesiasticus vlla ratione permittat conjuges

d. Abb. c. 1. 1. De ecclesiasticis vlla ratione permittat conjuges nu. 7. Conjugio. juniores separatim vivere; prudenterque San- c. Paul. 1. 1. tus Paulus: e Nolite (inquit) fraudare invi- ad Corint. cem, nisi forte ex consensu ad tempus, & iterum 7. revertimini, ne tentet vos Satanas propter in- continentiam vestram.

12. Regula quarta. Si vir non alio commi- gret ibi domicilium fixurus, de quo casu ha- ctenus dictum est. sed velit per Provinciam vagari, uxor non obligatur f cum viro pere- grinari, quia, sic vagari, non decet mulierem, nisi forte, quando celebratum fuit Matrimo- nium, sciebat uxor, hanc esse consuetudinem viri; tunc enim videtur consensisse huic in- comodo. Multo minus vir obligabitur se- qui uxorem vagari volentem (qui certe casus rarissimus est. Adde, si vir ex aliqua justa

causa vagari cogeretur, non esse obligandum, g ducere uxorem volentem cum sequi, quia g *Sanc. w. nimis id molestum esset ipsi viro, & nimis in- 14. Ca- decens uxori. stro. n. 5.*

13. Nota, quamvis longam peregrinationem nemo ex conjugibus vovere, vel suscipe- re valeat licite, nisi ex aliqua necessitate, vel, nisi ex mutuo consensu, idque juxta dicta num. 11. brevem tamen suscipere, vel vovere potest vir, invita uxore; sed non uxor, in- viro viro. Ratio est, quia vir non est uxori subditus, cum ipse sit uxoris caput, unde li- berior vir esse debet in iis, quæ non multum offendunt rationem conjugii, quam uxor, quæ cum subdita sit viro, a viro gubernan- da est, præsertim in ejusmodi peregrinationi- bus, quæ tametsi breves, mulieri nequaquam convenire, nisi cum quibusdam circumstan- tiis solent.

Cohabitatio cum conjugē excommunicato.

14. Ex dicta cohabitationis obligatione, ne ea sit unquam impedita, conceditur con- jugi, ut licite possit cum altero communica- re, etiam si sit excommunicatus vitandus, ut omnes docemus, & ego diserte iterum, & mi- nutius dicam, si Deo placuerit in Tractatu de Excommunicatione in explicatione illius carminis Utile. Lex, Humile, Resignorata. Necesse: ubi particula, lex, significat legem Matrimonii, illuc adi, ubi excipimus parti- cipationem in crimine criminoso, &c.

A Servitute cohabitatio conjugum non impedienda.

25. De hac re satis multa dixi in Superiori- bus. h Solum in præsentia restat sequens do- ctrina. *h Supra tr. 1. de im- ped. c. 3.*

Matrimonium inter duos liberos ejusmo- di effectum inducit, ut neuter licite possit, se in servitutem tradere, seu vendere, al- tero invito; id enim præter gravem ignomi- niam, quam affert alteri, maximum prædi- ctæ obligationi cohabitationis præjudicium ferret.

16. Invenio autem notabile discrimen in- ter virum, & uxorem. Nam uxor non potest, se valide vendere absque viri consensu, potest se valide (quamvis illicite) vendere vir sine consensu uxoris. Ratio est, quia uxor ob

M m m 3 subje-

subjectionem, quam habet sub viro, non potest, de se disponere, potest, quantum est ex hoc capite iustitiæ, vi, qui non est subiectus uxori, nisi in convenientibus ad redditionem debiti conjugalis, quam certe servitus ex se non impedit. Hanc sententiam sequuntur

a Sanchez lib. 7. matr. d. 23. m. 2. citans D. Thomam. Sanchez, & alii, sed Pontius *b* æquales facit in hoc conjuges, & invalidam esse putat, invito altero, sui cuiuscunque conjugis venditionem, quam æqualitatem probabiliter adesse, negare non possum.

Aver. q. 22. matr. sec. 1. V. Rursus. 17. Dixi (altero invito) ex communi enim consensu non esset peccatum se vendere, quantum est ex capite iustitiæ, quia volenti, & consentienti non fit injuria: Nam certe b Pont. lib. 7. matr. c. 44. alia inconvenientia, unde illicita esset ejusmodi venditio.

18. Advertendum tandem est, in eo casu, quo venderet se vir, volente uxore; ipsam uxorem non amittere suam libertatem, sed solum sibi præjudicare non parum. Tunc enim ejus vir factus jam servus, ipsa consentiente, debet præferre obsequia Domini obsequiis, alias debitis ipsi uxori. Idem dic, si uxor, consentiente viro, (Qui certe mihi videtur casus moraliter impossibilis) se vendat,

§. II.

Secunda, & Tertia conjugum obligatio.

Id est

Mutua præstatio alimentorum, & educatio filiorum Remissivè.

c Lib. 5. in Decal. c. 3. §. 3. d Aver. q. 22. matr. sec. 4. e Castrop. d. 3. de spons. p. 5. §. 2. f Bonac. circa 4. Decal. præcep. aliquosque ibidem cita-

tos: DE his questionibus dictum est à me satis alibi, c quem locum studiosus adire facile poterit, vel adeat Averlam, d & Castropal. e de priori argumento bene differentes, & de posteriore Bonac. f

§. III.

Quarta conjugum obligatio,

Id est

Correctio Mutua.

1. **V**itæ magna conjunctio, quæ est inter conjuges, exigit, ut mutuo iidem se

conjugali affectu corrigant, & ad peccata evitanda, se invicem adjuvent, id, quod duobus fieri potest modis. Primò, adhortatione. Secundò, punitione. Tum igitur vir, tum còjux adhortatione uti poterunt, & aliquando, juxta regulas correctionis fraternæ, debent: ita tamen, ut vir, (quippe qui uxoris caput) illa, quæ pertinent ad familiæ gubernationem, possit uxori præcipere, sed præcipere non possit uxor viro, nam hæc solum poterit, debetque proponere, atque illa prudenter urgere.

2. At vero, quoad punitionem, nullo modo conceditur uxori, posse virum punire, viro autem uxorem punire leviter, & moderate, conceditur: leviter, inquam quia ipsa serva non est, sed viri socia, atque una caro cum illo. Et quidem nunquam ex odio, sed ex Caritate, Zelo, & Amore iustitiæ. Semper autem juxta proportionem culpæ, immò levius, quam culpa requirit, ut pax inter conjuges, & amor custodiatur. Hinc fit, ut, si grave delictum committat uxor gravi punitione corrigendum, id ad maritum non pertineat, sed ad publicum Judicem.

3. Si quæras magis in particulari mensuram ejusmodi punitionis.

Respondeo, id, ita cordatè, ac breviter explicari à Castrop. g ut satis sit ejus verba hic subscribere.

4. Certum est (inquit) non posse maritum punire uxorem poena mortis, mutilationis, exilii, perpetui carceris, (intelligo publici, vel perpetui, vel diuturni) vulneris, alteriusque percussione, ex qua ejus salus, vel membrum periculum subeat: has enim poenas sibi Respublica reservavit; quas, nec Dominus, ratione servorum, permisit. Plerumque censerem, subtractione cibi maritum uti debere in uxore puniendâ, quia hæc poena sufficiens videtur, ad communes defectus puniendos: Cui poena addi possunt aliquot reclusionis dies, etiam compedibus appositis: Vxorem tamen eodere a lapidis, conculcare pedibus, sustibus percutere, raro permitterem, quia conjugali affectui, & amor, qui semper spectandus est, hæc graves punitiones, si frequentes sint, non leviter obstant. Minus censeo concedendam verberum punitionem, quia hæc servorum propria est, & licet aliquando, causa urgente, ingenui soleant affici hac punitione, id contingit, cum in minori ætate sunt constituti. Quapropter (nisi causa gravissima urgeret) peccatum mortale existi-

marem eam punitionem, etiam si in suo genere levis, & moderata sit, quia ex se uxorem maximè dedecet, & in plurimum sententia præbet divortii causam. Atque ita sustinet Sorus, Sanchez, Molina. Hæc Castropalans.

Idem ib. 3. Restat autem idem Doctor notat, in hac re maximè esse spectandam loci consuetudinem, attenta uxoris conditione. Quippè uxor humilis, plebea gravius puniri solet, quam nobilis; In cuius dicti confirmationem mihi affirmavit quædam nobilis femina, nunquam hic Panormi à viris solere nobiles uxores, nè leviter quidem percipi, seu verberari: quod si quis secus id facere auderet, universos uxoris propinquos, dicebat, fore commovendos.

§. IV.

Quinta conjugum obligatio, quæ est respectu thori, scilicet, circa debitum conjugale? Remissivè.

Hæc est præcipua conjugum obligatio, qua scilicet hi tenentur debitum conjugale sibi invicem reddere, ad quod per contractum Matrimonii, ad prolem generandam, se se obstrinxerunt; Quoniam vero de ea alibi à late satis disputavimus, inde totam hujus rei explicationem, sine molesta mea replicatione, habere facile potes.

CAPUT II.

De obligationibus Voluntariis, quas possunt in rebus temporalibus suscipere inter se conjuges.

Hic reducimus Donationes, & Sponsalitiæ largitatem: Nam de contractu dotis, ejusque restitutione, mortuo conjuge, quæ est ex obligatione necessaria, alius esse solet disputandi locus, nempe in Tractatu de Contractibus.

§. I.

Donationes liberales inter Conjuges.

IN Jure communi (de quo nos semper loquimur) Donationes inter vivos fa-

ctæ invicem à conjugibus, constante Matrimonio, invalidæ sunt, atque adeò revocari possunt, etiam si Matrimonium fuerit solum Ratum, etiam si Donatio fuerit facta ante Matrimonium, sed dilato ipsius effectu in tempus jam celebrati Matrimonii. Constant hæc ex Jure.

2. Ratio aurem convenientiæ pro ejusmodi invaliditate fuit, quia, si ejusmodi Donationes concederentur, alterum ex his duobus consequeretur, quod scilicet, vel facile de pauperarentur conjuges, quia, nè se ostenderent parum amantes, prodige donarent, vel orirentur inter eosdem continuæ discordiæ, si non Donarent.

3. Eodem modo prohibetur conjux aliquam summam alteri conjugi remittere: non autem prohibetur eidem legatum relinquere, vel aliquid donare causa mortis, vel aliquid eidem repudiare, g. hæreditatem, aut fideicommissum, vel aliquid per contractum venditionis, vel similem tradere. Ratio discriminis inter prædictam alicujus summæ remissionem, & hos casus, est, quia illa remissio verè est donatio, at legatum, & illi contractus non sunt propriè Donationes. Ita Molina, d. d. Mol. d. alique. Speciatim verò, quod donatio causa mortis non prohibetur inter conjuges, videtur de matr. li. de apud Dianam e contra Clarum, & Fernandez ab eodem citatos, putantes, prohiberi.

4. Illud operæ pretium est hic obiter adnotare, quod, licet Donatio conjugum inter vivos non confirmaretur morte Donantis, de qua re mox num. 22. nisi, ut nonnulli existimant, præcesserit traditio; Donatio tamen causa mortis, quam non prohiberi inter conjuges, modò indicavi, etiam non præcedente traditione, morte conjugis Donantis confirmatur. Lege Molinam, f. & Sanch. g.

5. Huic generali doctrinæ de invaliditate Donationis inter conjuges addunt eadem Jura quinque exceptiones, in quibus valida est Donatio prædicta, constante Matrimonio.

6. Nimirum I. Quando Maritus condonat, vel remittit dotem uxori.

7. II. Quando uxor, quæ dotem non attulit constituit dotem viro. Rationabilis exceptio; Nam ejusmodi constitutio dotis non est liberalis Donatio, quia per illam compensatur onus alendi ipsam uxorem, & fa-

c. Toto tit.

ff. & C. de

Donat. &

C. finali

oodem.

*An possit conjux obligationes ceteras
suscipere pro conjuge?*

16. Præterea, quod uxor non possit, constante Matrimonio, Marito donare, extenditur ad quamcunque obligationem Uxoris pro Marito, & quidem in nostro Sicilia Regno in hunc a modum disponitur:

Obligationes Mulierum, quæ deinceps fient ob causam, & utilitatem virorum ipsorum, sint ipso jure nullæ, non obstante juramento, quod præsumitur extortum fuisse in fraudem. Item quamcunque renunciationem, & certificationem Vellejani. Solum dictas obligationes in eo casu valere volumus, quo debeant ipsarum viri à Captivitate redimi.

17. Unde vides, hanc legem non prohibere obligationes pro aliis à marito: nam has suscipere potest uxor. Adverte tamen, debere accipere consentum mariti: siquidem solenne a. n. 12. est apud Doctores: uxorem, constanter Matrimonio, non posse disponere de rebus dotalibus sine viri licentia. De qua re vide Onian. l. 6. Fundum vero dotalis, nec cum licentia uxor quidem potest alienare, ut idem num. 37. d. Sanc. l. 6. notat.

18. Dixi (dotalibus) nam in jure communi potest de Paraphernalibus, ut idem haberi ibi d. Bonac. d. dem à num. 30. licet in Jure Castellæ, & consuetudine Lusitanicæ, ne de his quidem, possit tract. q. 3 sine dicta licentia disponere.

Donatio remuneratoria conjugum.

19. Quid autem dicendum de Donatione remuneratoria?

Respondet Delugo ait, hanc esse pari modo invalidam, tum, quia militat eadem ratio de pauperationis, vel discordiæ, tum, quia, ita colligi, ipse ait, ex Jure.

20. At Sanchez d. ait, non esse invalidam, quia prohibita donatione, non intelligitur prohibita remuneratio, ut etiam nos infra dicemus in Tractatu de Donatione.

21. Excipe, seu explica, nisi affuerit excessus notabilis, nam tunc, saltem excessus est mera donatio, atq; adeo invalida. Ita etiam tenent plures, cum Bonacina, & cum Diana. Quæ ratio est, quia Donans, quandoquidem eam donationem revocare valens, non revocavit, firmam esse post mortem voluisse à tempore, jam ex Jurispræditis Marius g. Cutelli, quem

Tamburinus de Sacramentis.

omnino lege, nam latè explicat, quæ debeant esse ejusmodi merita, & quomodo probanda, ut appareat, Donationem verè esse remuneratorem. Joanni autem Delugo non valde favent illæ leges ab ipso citatæ, nam dispositio talium legum, in quibus ipse fundatur, quæ est universalis, statuens eam donationem inter conjuges prohiberi, quæ donantem pauperiorem, & accipientem facit locupletiorè, verissima est. At per donationem remuneratorem Donans non fit absolute, & simpliciter pauperior, jam enim antea ipse Beneficium acceperat, nec Donatarius fit locupletior, jam enim antea Beneficium contulerat.

An morte confirmetur conjugum Donatio?

22. His statutis, inquires Primò. Qua nam ratione valeat Donatio facta in vita, si alteruter ex conjugibus moriatur, sive per mortem naturalem, sive civilem, qualis civilis est Deportatio in exilium, & ex Sanct. h. Profel. h. Sanc. l. 6. solennis in Religione successionis in cap. mai. d. 17. pace?

Locutio autem semper est Primò quando res donata tradita jam est, atque adeo in possessione; si enim non fuisset secuta traditio, cum illa donatio invalida fuerit, nihil remansisset, quod morte confirmari posset, nisi, ut dico, adfuisset traditio, seu possessio, Secundò, locutio item semper est, quando donatio excedens 500 solidos fuerit insinuata, nam si insinuata non fuit, donatio ejusmodi quoad excessum supra dictos solidos, cum sit in jure nulla, non confirmaretur morte conjugis, de qua insinuatione satis abundè dicam in Tractatu de Donatione.

23. Sed jam Respondeo cum necessaria distinctione. Vel enim moritur prius conjux donans, qui in vita donationem non revocavit, ut certè revocare poterat, & tunc assero, eam donationem ipsius morte confirmari, id est, eam, quæ antè mortem erat invalida, undè, & revocabilis, fieri jam postea validam, & consequenter res donatas, & traditas justè retineri à conjuge Donatario posse. Immo addo, donationem retrahi ad tempus, quo facta fuit, ac proinde omnes fructus ex illo tempore pertinere ad ipsum Donatarium. Ratio est, quia Donans, quandoquidem eam donationem revocare valens, non revocavit, firmam esse post mortem voluisse à tempore,

N n n

quo

quo donavit, putandus est; id enim nulla unquam lex prohibuit.

a Bonac. l. c. n. 26. V. Addunt nonnulli. 24. Hinc notat Bonacina, a posse conjugem, rem ab altero conjugis sibi donatam retinere, ut expectet, donec videatur, an Donatio confirmetur morte; nulli enim sic injuriam facit. Sed id cautè intellige, ita nimirum, ut rem donatam non distrahat, secus in casu revocationis rem suam habere non posset alter conjux. Unde peccaret ille conjux, qui distraheret, juxta damnum, quod inferret alteri, & ad restitutionem teneretur, modo dicto num. 14.

25. Vel Secundò, moritur prius conjux Donatarius, & tunc assero, illam donationem, quæ profus erat nulla, nullam remanere, atque adeo non posse hæredes Donarii rem illam sibi retinere. Ratio est manifesta, quia res illa Donarii non est, quia Donatio est nulla; Ergo ad Donarii hæredes nullo modo pertinet, sed illam conjux Donans sibi vendicabit.

26. Vel Tertiò, moriuntur simul tam conjux Donans, quam Donatarius, ut posset accidere, naufragio, bombardâ, ædificio diruto, &c. Et tunc assero, diligenter investigandum esse, quis prius, etiam per brevissimum tempus expiraverit. Si Donans, confirmabitur ejus morte donatio, si Donatarius, non confirmabitur, ut modo dictum est.

27. Quid si post expensas omnes præsumptiones, quas in simili mox afferam, adhuc sit dubium, quisnam prius animam efflaverit?

Respondet, cum Molina, Covarruvias, ac

b Bonac. l. c. n. 27. V. Si vero. Turriano allatis, exceptisque à Bonacina *b* in ejusmodi dubio usui debere esse regulam vulgatam; Melior est conditio possidentis. Illius igitur erit res illa donata à quo invenitur possideri.

Mater, & Filius simul decedentibus, quis succedet?

28. Hæc occasione juvat digredi ad similem casum, de quo non multis ad hinc diebus interrogatus fui. Mortua est ex diruto pariete vidua Mater, & Filius parvulus unigenitus sub eodem tecto, eodemque in lecto dormientes. Quæsitum ergo fuit, an præsumendum sit, Matrem prius animam emisisse, quàm filium; id enim maximè intererat, decernere; enim filius Matri præmortuus est, succede-

bat Mater in bona paterna dicti filii, qua deinde mortua, succedere debuerant consanguinei ejusdem Matris, & quidem eidem Matri proximiores. Si verò Mater filio præmortua esset, succedere debebant consanguinei Patris, tanquam ejusdem Patris, & dicti filii proximiores. Quid ergo statuendum?

29. Respondeo. Longa est hæc disputatio inter Jurisperitos. Et quidem, si ageretur de morte naturali, ut, si nesciretur, an mortua prius fuerit Mater, an filius in loco distanti v. g. in Indiis, præsumeretur mortua prius Mater, utpotè grandior natu, atque adeo naturali morti vicinior. At, cū in præsentī casu versemur in morte violenta, alia est indaganda conjectura. Dic ergo, ex Textibus mox citandis, tanquam probabilius in nostro casu existimari debere, præmortuū fuisse filium parvulum, utpotè propter teneram ætatem facilius morti obnoxium. At contra, si filius fuisset grandior cum Matre, utpotè famina, debiliior sit, ipsam Matrem fuisse præmortuam, præsumendum foret. Vide hæc fusè apud Jurisperitos.

30. Quid si omnibus expensis, in dubio adhuc res versaretur? Tunc putarem, vel pro in illis possidente esse sententiam ferendam, ut modo dixi num. 27. in simili, vel si nullus possideret, dividenda esse bona pro rata dubii. Sed redeamus ad nostra.

Donatio suppellectilium, an valeat inter Conjuges?

31. Inquires Secundò. An, si conjux alteri conjugī donet, constante Matrimonio, vestes, annulos, & suppellectilia domus, ejusmodi Donatio confirmetur morte donantis?

Respondet. Confirmari, sicut ceteras aliarum rerum Donationes, si vera Donatio fuit. Verum hic opus est, hic labor, conjicere, an in hoc genere dictorum donatorum Donatio fuit vera, quando ex verbis Donantis id cognosci non potest.

32. Ajo, distinguendum esse; Vel enim sunt vestes pretiosæ, vel ordinariæ, & viles (id quod certè judicio prudentis; spectata nobilitate, vel qualitate conjugum dijudicandum est: nam vestis v. g. Serica erit pretiosa pro uxore rustica, quæ ejusmodi non est pro nobili.) Si vestes ergo donatæ sint ex prioribus, nõ censentur donatæ, sed solum usus esse concessus.

sus: si ex posterioribus, donata cense-
runt. Ratio est, quia Donatio nunquam præ-
sumitur, nisi de ea certo constet, cum nemo
eum de præsumatur & prodigere res suas. Cū ergo fa-
cile de eile donentur vilia, præsertim ei, quem amas,
difficiliter pretiosa: ideo illa donata esse, hæc
non item dijudicari poterit. Lege Glossam, b
l. cū quid
f. p. curi
patur.

33. Excipietres casus. Primò, quando in ali-
qua Regione, etiam pretiosa absolutè donari
consueverunt. Secundò, quando conjux est
multum nobilis, & dives. Tertiò, quando dā-
tur occasione, quod conjux aliquid donave-
rit conjugi. In his enim tribus casibus præsu-
mitur absoluta, & vera donatio. In Primò,
quia donans præsumitur, se conformare con-
suetudini. In Secundò, quia tunc valet, quod
modo diximus, puta, rem pretiosam existi-
man vilem (sed profectò talem metiendam
ad proportionem personæ, &c.) In Tertiò,
quia videtur tunc esse retributio ex gratitudine;
juxta dicta à num. 20.

Donata intuitu alterius Conjugis.

34. Inquires Tertiò. An donata conjugii
intuitu alterius conjugis v.g. intuitu Amici-
tiæ, Beneficii, Consanguinitatis alterius, ac-
quiratur ei, in cujus intuitum donatur, an
ei, cui donatur? Petrus v.g. dat Bertæ annu-
lum ex eo, quia Maritus ejusdem Bertæ, qui
est Medicus, ipsi Petro sanitatem reddidit, cu-
jusnam erit annulus, Bertæ, an Medici Mari-
ti? Supponimus autem Medicum satis abun-
dè pretium suæ artis habuisse.

35. Respondeo? Si donavit in dictum pre-
tium laboris, vel alio modo constet, Petrum
voluisse dare Marito, non est dubium,
quod res donata acquiratur Marito, quia ac-
quisitio rei donatæ depēdet à voluntate Do-
natoris. At, si velit donare uxori quidem, sed
intuitu viri licet Bonacina e putet, acquiri vi-
ro; tamen alii d putant, acquiri uxori, quia jã
d. Bald. a uxori res donatur. Profectò utrumque pro-
babile, sed hoc posterius probabilius; Meum
bonac. l. c. enim est, seu in meam dominium transit id,

quod mihi tu donas, licet intuitu, & ex meri-
tis alterius, sicuti gloria, quam Infanti Bapti-
zato dat Deus ex meritis Christi, verè Infan-
tis est.

Donata Mulieri putata uxori.

36. Inquires Quartò, de eo casu, quem Ca-
ramuel sic proponit, decernitque. Petrus ha-
bebat bona fide Antoniam in uxorem, & quia il-
lam amabat, multa dona ipsi dedit: postea compe-
riens Matrimonium esse nullum, requirit, an illa
donationes teneant, an revocari queant? *Vide etiã*
moral. l. 2. nu. 647.

Respondet, eas fuisse, sicuti fuerunt in initio na-
tue enim tempus eas mutat. At quomodo initio
fuerunt? *6. rej. 27.*

Respondet, & Primò quidem, si fuerunt re-
muneratoria, valida fuerunt. Secundò autem,
si gratiosa, debet videri, an, si Petrus cognovisset
eam, ut Amasiam, adhuc dedisset, & tunc fuissent
item valide. Tertiò, si non dedisset, nisi, ut uxori,
dic tunc dona processisse ex errore, ac propterea,
nec fuisse liberas, nec fuisse validas. Tamen ad-
dit: Cur non possint compensari cum usu corporis
dato à muliere, etiam ex errore ipsi credito per
errorem viro? Hæc ex illo. Cujus ultimo huic
addito ego necessariam limitationem adue-
cto, debere scilicet prudentis arbitrio expendi
dona, ut fiat scilicet justa compensatio inter
ipsa, & proportionatum pretium usus corpo-
ris talis feminae. Deinde dico, si mulier dedit
usum sui corporis, nonne dedit etiam usum
sui corporis vir? Et fortasse ita, ut magis gra-
tum fuerit mulieri habuisse talem virum, exi-
stimatum, quam contra?

Donata cum juramento.

37. Inquires Quintò. Si conjux alteri quid
donet, adjecto Donationi juramento, confir-
maturne Donatio, adeoque sit valida?

Respondeo, esse validam in eo sensu, ut non
possit revocari ob juramenti reverentiam, do-
cet communis sententia. Quid autem in no-
stra sententia dicendum sit, & quo modo di-
stinguendum diximus, cum egimus de Jura-
mento, ubi etiam vidimus, & etiam si Jura-
mentum det robur dictæ Donationi ex
virtute Religionis tantum, non
tamen dare ex obligatio-
ne Justitiæ.

f. Lib. 3. in
De cal. c. 3.
§. 3. à nu.
42.
g. Ibidem
§. 6.

§. II.

De Sponsalitia largitate.

1. Sponsalitia largitas, quæ solet esse inter Sponfos, antequam contrahatur Matrimonium per verba de præfenti, est vera Donatio, & hic de ea est breviter differendum: est autem duplicis generis. Alia pura, quando nimirum inter Sponfos, nec osculum intercessit, nec copula. Alia non pura, quando scilicet intercessit, hic de priore, mox §. sequenti de posteriore.

Sponsalitia largitas pura.

2. Sit generalis Regula. Sponsalitia largitas pura, seu pura Donatio cujuscunque rei, etiam præfentis facta inter Sponfos de futuro, ita valida est, ut, si subsequatur Matrimonium, illudque consummetur, donata acquirantur omnino Donatario, sine necessitate insinuationis, ut habet Diana, a secus dicta donata revertantur ad Donatorem. Notentur singula clausulæ dictæ Regulæ.

a Diana p.
8. tr. 6.
ref. 25.

3. Dictum est Primò, (Sponsalitia largitas) non enim hic loquimur, si constet aliquid independentèr à Matrimonio secuturo fuisse donatū, sic enim non est Sponsalitia largitas, sed Donatio facta extraneo, de qua hic non agimus.

4. Dictum est Secundò, (Donatio cujuscunque rei) nulla enim est prohibitio, seu limitatio circa res, quas Sponfi sibi invicem donare possunt.

5. Dictum est Tertiò, (inter Sponfos de futuro.) Hinc ergo fit, ut, si inter illos adsit impedimentum dirimens, etiam si contracta sint sponsalia sub conditione Dispensationis, & antè Dispensationem aliquid donetur, illam non fore Sponsalitiæ largitatem, sed Donationem, qualis solet fieri extraneis, eodemque modo mensurandam, ac illam. Ratio est, quia, tunc ii non sunt verè Sponfi. Ita

b Sanc. lib. Sanch. b Vide etiam multa in hanc rem. apud 6. matr. d. Dian. c.

18. n. 7. c. 6. Dictum est Quartò, (ita valida est, ut, si subsequatur Matrimonium, &c.) Donationes enim Sponsorum, semper præsumuntur fieri sub conditione futuri eventus, id est, futuri Matrimonii. Unde si hoc non subsequatur,

res donatæ restituendæ sunt integrè Donatori, cum iis limitationibus, seu explicationibus, mox afferendis à num. 9. Quare, quando Sponsus, vel Sponsa dono sibi invicem dant vestes, aliaque similia, cum Donatio absoluta nunquam, ut nuper diximus, præsumatur, d. Sopra, semper præsumuntur donari ex causa futuri Matrimonii, & ob ejus decus, non verò absolute, ut transferatur dominium illarum in alterum; Nisi forte sint vestes quotidianæ, & non præfiosæ, vel adsint aliæ conjecturæ probantes absolutam donationem, qualem esse concedimus, si res sint esculentæ, & poculentæ, quæ servari, usque ad contractum Matrimonium non solent, vel, quando in aliqua Regione sit mos usurpatus a Sponfis absolute donandi. Vide hoc. fufius agitur à Bosio, e ubi notat, etiam si dicat Sponsus, e. Ios. de Dono, seu dono mitto has res pretiosas Sponsa, vel Bosio adhuc non præsumi absolutam Donationem, 2. n. 2. d. quia sensus solet esse, dono ad ornatum meæ futuræ conjugis, dono ejus usum, si sequatur calix d. Matrimonium, &c. sol. spon.

7. Dicitur Quintò, (Illudque consummetur) ubi male quia sic solum videtur conditio integrè completæ, siquidem ante consummationem potest Matrimonium dissolvi per ingressum in Religionem. Ita Sanch. f. f. Sanc. l.

8. Dictum est Sextò, (Donata acquirantur omnino Donatario) Ratio est, quia postis iis, quæ jam prædicta sunt, purificatur conditio, atque adeò valida facta est Donatio.

9. Dictum est Septimò, (Secus revertantur ad Donantem &c.) id, quod clarius sic distinguit. g. Vel Matrimonium non sequitur, ob solius Donantis culpam siue is sit Sponsus, vel Sponsa, & tunc donans duo mala contrahit, alterum est, quod res omnes per sponsalitiæ largitatem donatas recuperare non valebit, remanent enim apud eum, qui culpam non habet. Alterum, quod restituere eidem ex debito debet omnia, quæ per similem largitatem forte habuit ab alio.

10. Vel Matrimonium non sequitur, culpa Donatarii, & tunc is omnia restituet Donanti, qui est sine culpa, & merito, nam æquitas non patitur, ut relictus sine sua culpa amittat Sponsam, seu Sponsum, & item dona alteri concessa in actu Matrimonii.

11. Vel Tertiò, Matrimonium non sequitur, nullius culpa, ut, si alteruter ex Sponfis moria-

moritur, vel fiat Religiosus (hæc enim culpa non est) & tunc omnia reducuntur in pristinum, hoc est, Sponsus debet restituere totum, quod habuit à Sponsa, & hæc totum, quod habuit ab illo. Excipe in hoc tertio casu, nisi forte hæc passa sit osculum, vel copulam, de qua re mox.

12. Vel denique Quartò, non subsequitur Matrimonium ex communi utriusque libero consensu, & tunc pari modo, ac dictum est numero præcedenti, omnia reducuntur in pristinum, id est, totum, quod dono alter accepit, restituitur alteri, quia ob consensum liberè præstitum dissolvendi sponsalia, tacite conveniunt videntur, ut quilibet restituat accepta, neque hic osculum, aut copula aliquid proderit Sponsæ, ut mox b videbimus.

Res habita per Sponsalitiam largita, an necessario servanda pro filiis Donantis?

Affertur communis doctrina affirmans.

13. Iam verò insurgit nunc quæstio, an, quando ex secuto jam Matrimonio enascantur filii, ea, quæ mulier habuit à Sponsò per donationem, si transeat ad secundas Nuptias, debeat reservare pro dictis filiis, an possit de illis donatis liberè disporre, eaque dare etiam filiis posterioris Matrimonii?

14. Huius quæstioni Respondetur communiter, debere reservare filiis prioris Matrimonii, si ipsi vivunt, sicuti etiam omnia bona, ab ipsa Matre per Donationem inter vivos, vel per ultimam voluntatem habita à primo conjugè, sive tempore constantis Matrimonii, sive tempore Sponsalitii, quia, ita habetur in iure, & ita habent Gomez, Molina, Sanch. Turrian. apud Bonacin. d. Illa autem, quæ ab aliis habuit mulier intuitu viri prioris Matrimonii, debere etiam reservari dictis filiis docet idem Bonacina, & quod certè est cõtrac. q. 13. sequenter ad Bartoli opinionem, quam ipse p. 3. n. 32. Bonacina tenet, bona scilicet data uxori in d. Bonac. l. intuitu viri acquiri ipsi viro, ut vidimus supra. f. 4. n. 4. At in alia probabiliori sententia Baldi ibidè allata, quæ multi tenent, ea bona acquiri ipsi uxori, non ita est: & mihi videtur satis præbabile, non ita esse, nam dicta lex Famina loquitur de re, quæ reservanda pro filiis quicquid ex bonis priorum Maritorum fuerint assecu-

ta. At hæc bona, de quibus est quæstio, Maritorum non sunt, ut tanquam probabilius ibidem iudicavimus.

15. Omnes autem à dicta reservatione pro filiis prioris Matrimonii excipimus cum eodem Bonacina g. medietatem Sponsalitii larg. g. Bonac. l. g. itatis, quando intercessit osculum, vel copula, nam, quia hæc medietas, tunc acquiritur ipsi uxori, ut mox dicemus, idè de ea poterit tamen libere disporre sine ulla obligatione eam reservandi pro dictis filiis.

16. Dictum est num. 14. (pro filiis, si ipsi vivunt) si enim, vel mortui fuerint filii procreati à dicto prior Matrimonio, vel nulli sint filii procreati, dispositio hæc legis Famina locum nullum habet, sed in mulieris libera potestate remanebunt ea bona, ut clare notat eadem l. Famina.

Affertur nostra opinio negans donata uxore debere servari pro filiis prioris Matrimonii.

17. Hactenus communem doctrinam in medium attulimus. Nunc studiosis Lectoribus meis considerandum propono, hæc idè ab Imperatore fuisse disposita, quia leges civiles, quæ abhorrent, à secundis Nuptiis, volunt ab illis Viduas retrahere. Cum ergo leges Canonice, quas sequi debemus, Nuptias secundas non reprobent, undè nullam culpam mulier ad eas transeundo, etiam intra annum luctus, committat: pœnam amissionis prædictorum Donatorum nequaquam incurret.

18. Confirmatur Primò, ex Sacro Textu, h. qui sic habet.

Super illa quæstione, an mulier possit sine C. ult. infamia nubere intra tempus luctus (hoc De sec. est, intra annum à morte viri) secundum leges definitum. Respondemus, quod, cum Apostolus dicat: Mulier viro suo mortuo, soluta est à lege viri sui. in Domino nubat, cui voluerit; per licentiam, & auctoritatem Apostoli ejus infamia aboletur.

19. Confirmatur Secundò, Nam Glossa communis dicto Cap. ultimo. cum attulisset aliquorum opinionem asserentium, propter dictam Apostoli licentiam mulierem non evadere pœnam, qua privatur antenuptiali donatione, & omni eo, quod ex liberalita-

Nun 3

ralitate viri ad eam potuit pervenire, & item aſſerentium, Eccleſiam non potuiſſe hanc pœnam tollere, cum, inquam, Gloſſa communis hæc attuliſſet, Gloſſa marginalis notavit in margine num. 4. ſic:

Immo potuit, quicquid dicat Bernardus, cui ſtandum non eſt.

Si ergo ablata eſt ab Eccleſia ejuſmodi pœna, cur debet mulier eas Donationes amittere

20. Ad hæc, ſcio, quid reſpondere poſſint Juſtiſperiti Civiles, nimirum, duas eſſe conſtitutas pœnas contra Viduam tranſeuntem ad ſecundas Nuptias in anno luſtus, alteram, infamiae, alteram, amiſſionis bonorum ipſi Donatorum: priorem tolli à Sacris Canonibus, non verò poſteriore. Ita Gloſſa a Civilis, cujus hæc verba ſunt in Additione:

a Gloſſa civilis in d.l.1.C.de ſecund. Nupt.

Pœna qua imponitur mulieri eo, quod nimis feſtinanter nubit, de qua in hac l. (id eſt, pœna Infamiae) eſt ſublata per dictum Apoſtoli. Pœna verò, qua imponitur ideo, quod nubit ſecundò, de qua l. Famina, & alibi non eſt ſublata. Ita dicunt communiter omnes Canoniſta in c. penul. & ſin. de ſecundis Nuptiis. De quo vide omnino Abbatem in dicto cap. finali.

21. Verum ego tria habeo contra hanc Gloſſam, & conſequenter contra Reſpoſiſionem Juſtiſperitorum. Primum, ſi in margine dicti c. ſin. ut ego num. 19. modò notavi, leguntur illa verba (*Immo potuit, &c.*) qua veritate dicitur, omnes Canoniſta ita ſentire in dicto c. ſin. Num fortalle, quando ſcripta eſt prædicta Gloſſa Civilis, nondum illi capitulo erat addita Gloſſa hæc marginalis Canonica?

22. Secundum. Si nobis conceditur, ſublata eſſe pœnam Infamiae inſiſctam l. 1. citata, non ex alio capite, niſi, quia eſt pœna, qua ratione negas, non eſſe ſublata pœnam amiſſionis Donatorum inſiſctam, quam ipſa Gloſſa Civilis etiam pœnam meritò appellat, dicens hæc amiſſione puniri dictam mulierem? Certè nimis gratis id negas, cum nulla proſus appareat ratio diſparitatis.

23. Dices, eam ſatis apparere, quia pœna Infamiae nubentis intra annum eſt pœna mulieris ipſi inſiſcta in odium tantæ feſtinantiae,

at amiſſio Donatorum, inſiſcta ex ſuſceptis ſecundis Nuptiis, eſt lata in favorem filiorum prioris Matrimonii. Reſpondeo, hanc amiſſionem redundare in favorem filiorum, ultro concedimus: ſed dicimus (quod certè nemo negabit) radicem hujus favoris eſſe pœnam, quam Jura Civilia abhorrentia à ſecundis Nuptiis inſiſcunt: cum ergo hæc pœna non ſit ex Sacris Canonibus inſiſcenda, nec favor ille redundabit pro filiis.

24. Tertium. Cui prædicta Gloſſa Civilis remittit me ad Abbatem, b. cum ego illum inveniam pro noſtra ſententia? Eſto dicat contrariam eſſe multorum Canonistarum. Verba Abbatis, quæ multum faciunt ad hanc quaſtionem elucidandam, hæc ſunt.

Quamquam iſta litera, nempe concedens ſecundas Nuptias, loquatur de Infamia, tamen ratio litera eſt univerſalis quoad omnes pœnas. Probatur hoc ſatis in antiqua, dum Papa prohibuit, ne ad iuſturam, vel infamiam allegaretur, eſſe tranſitus ad ſecundas Nuptias contra iſtam mulierem. & ſi audacia concederetur, tenerem contra communem opinionem, quod, etiam pœnas inſiſctas favore filiorum, mulier non deberet incurrere. Primum, quia ſarvor filiorum non debet eſſe cauſa puniendi mulierem, vel impediendi Matrimonium à Deo conſeſſum. Item ex defectu poteſtatis, nam Imperator non habet poteſtatem, interdicens Matrimonium ad tempus, vel apponendi pœnam, per quam tollatur indireſte libera facultas contrahendi, non enim negari poteſt, quia ex ipſis pœnis, etiam inſiſctis favore filiorum, intimidetur Matrimonium, & tollatur libera contrahendi facultas, & ſic poſſet mulier incurrere peccatum Fornicationis, abſtinendo ſe à ſecundo Matrimonio, ne incurreret pœnas Iuris.

25. Sed paulò poſt, ſic addit.

In iudicando tamen, vel conſulendo, grave eſſet, recedere à communi opinione Doſtorum, quam non reperio in hoc per aliquem violatam, & ideo non attentarem, venire contra opinionem tantorum.

Hactenus Abbas. Cujus ultima clauſula, an ſit nimis timida. Lector dijudicet.

§. III. Spon-

§. III.

Sponsalia largitas non pura.

Id est.

*Quando inter Sponſos interceſſit oſculum,
vel Copula.*

1. **V**T, quod propoſuimus declarandum,
intelligatur planiſſimè, ſatis erit, ſi hic
aſſeramus legem, a & breviter explicemus.

*Si à Sponſo (ait lex) rebus Sponſa donatis, in-
terveniente oſculo ante Nuptias, hunc, vel il-
lam mori contigerit, dimidiam partem rerum
donatarum ad ſuperſtitem pertinere præcipi-
mus, dimidiam ad defuncti, vel defunctæ hære-
des. Oſculo non interveniente, tota Donatio
infirmetur. Quod ſi Sponſa, interveniente, vel
non interveniente oſculo, aliquid Sponſo fuerit
largita, & ante Nuptias hunc, vel illam mori
contigerit, omni Donatione infirmata, ad Do-
natricem Sponſam, vel ejus ſucceſſores Dona-
tarum rerum dominium transferatur.*

2. Ubi nota Primò, loqui Textum de oſ-
culo: ſed Doctores extendere propter parem,
immò majorem rationem, ad copulam. Con-
venientia hujus diſpoſitionis fuit, velle, ſal-
tem per medietatem Donatorum, ruborem
Sponſæ, & difficultatem iterum nubendi,
quam paſſa eſt ex oſculo, vel copula, com-
penſare.

3. Nota Secundò, hunc favorem dari
Sponſæ, non verò Sponſo, quia hic dictum
ruborem, & difficultatem non patitur.

4. Quid ſi Sponſalia diſſolvantur alio mo-
do ſine ullius culpa, v. gr. per alterius ingreſ-
ſum in Religionem?

Reſpondeo, adhuc hunc favorem concedi
Sponſæ, non verò Sponſo, quia æquè illa
paſſa eſt ruborem, non verò hic.

5. Quid ſi ſolvantur ex communi con-
ſenſu?

Reſpondeo, tunc nihil lucrari Sponſam,
quia conſentiendo diſſolutioni Sponſalium,
videtur remittere Jus ſuum. Ita Molina à alii-
que, Aliqui autem ad hunc effectum, ut nihil
lucreretur Sponſa, requirunt, ut conſenſus utri-

uſque ſit ſimul. Verum ſufficere ex intervallo,
etiã ſi antea Sponſus, vel Sponſa conſentire
noluiffent, probat Sanch. & meritò: æquè
enim ſic cenſetur facta remiſſio.

6. Quid ſi culpa Sponſi, vel Sponſæ
ſponſalia diſſolvantur, ut fornicatione, vel
hæreſi, vel ſimili cauſa ab alterutro data?
lucrabiturnè alter aliquid ex fortè ſibi dona-
tis?

Reſpondeo, cum Sanch. à Sponſam, ſi non
ſequatur Matrimonium culpa Sponſi acqui-
rere ſibi totam ſponſalitiã largitatẽ habi-
tam à Sponſo, & pari modo Sponſum, ſi
non ſequatur Matrimonium, culpa Sponſæ,
eandẽ ſponſalitiã largitatẽ acquirere.
Ratio eſt eadem, quã diximus §. præcedent.
num. 10.

7. Nota Tertiò, oſculum, vel dictam co-
pulam dare Sponſæ dictam medietatem,
quando verè Sponſa eſt. Non ergo, ſi hæc in-
terceſſerint antè vera ſponſalia; ut ſi interceſ-
ſiffent cum impedimento dirimente cognito
ab utroque Sponſo, vel cum ſponſalitiis ſub
conditione celebratis, quæ certè nulla ſunt
ante adventum conditionis: tunc enim oſcu-
lum, & copula eſſent omninò inhonẽſta,
quibus favere, concedendo illis dimidietate
Donatorum, Jura nunquam volunt. At-
que in hoc caſu, licet aliqui dicant, ſi fortè a-
liquid Sponſus à Sponſa, vel contra, receperit,
debere tradi Eiſco, tamen verius judicat
Sanch. & poſſe retineri, donec accedat ſenten-
tia Judicis contra retinentem.

8. At, ſi impedimentum dirimens fuit ig-
noratum à Sponſo, vel ab altero ex ipſis, quid
Juris?

Reſpondeo cum Sanch. ſi ab utriſque fuit
ignoratum, non amittet medietatem dictam
Sponſa, quia cum inculpate gravamen pudoriſ
per oſculum, vel copulam ſenſerit, non eſt
defraudanda illius compensatione, quæ per
dictam dimidietatem Donatorum fit. Si item
fuit ignoratum à Sponſa, quãvis cognitum
à Sponſo, eandẽ medietatem etiã debet
acquirere, quia pari modo, ſine culpa, grava-
men paſſa eſt. Si denique econtra ignoratum
fuit impedimentum à Sponſo, cognitum au-
tem à Sponſa, nihil ipſa acquireret, ſed totam
ſponſalitiã largitatẽ reſtituere Sponſo de-
bet, quia ut dictum eſt, culpæ Sponſæ fa-
vere jura non debent.

9. Nota

d Sanch.
loc. cit. n. 8.

c Sanch. lib.
6. matr.
d. 20.

f Sanch.
loc. cit.

9. Nota Quartò, ut largitas prædicta habeat effectum transferendi dominium in Sponsam medietatis. Donatorum, satis esse, si dictum osculum, vel copula intervenierit, sive ante dictam largitatem, sive postea; par enim gravamen, & ruborem in utroque tempore patitur Sponsa.

CAPUT III.

De Dissolutione Cohabitationis, & Thori, hoc est, de Divortio.

Explicatis obligationibus conjugum ex eorum conjunctione convenientibus, admonet jam ad ea declaranda procedere, quæ ad eorundem quasi disjunctionem pertinent, id est, ad Divortiū, quod jam facio.

§. I.

Quid quotuplex, & quando licitum sit Divortium.

1. **N**on est hic sermo de dissolutione vinculi Matrimonii, de hac enim dictū est Tract. 3. Sed de ejus dissolutione, quoad Thorum, & cohabitationem, remanente vinculo. Id, quod valde diversum est, ut ex ibidem dictis patet. Separatio autem hæc quoad Thorum, & cohabitationem, tunc vocatur Divortium, quando est perpetuum, juxta a Textum, in quo dicitur: *Divortium non est verum, nisi, quod animo constituenda perpetua separatio sit.* Nihilominus, si perpetuum non sit, sed ad tempus, vocatur etiam, quamvis minus propriè, Divortium.

a L. Divortium ff. de Divortis.

2. Porro, ut tota ejus tractatio ordine ipso docendi clarior fiat, duo erunt separatim explicanda. Alterum, quando nam illud licitum sit? sive loquamur de perpetuo, sive temporaneo; Alterum, quosnam effectus pariat? de quibus distinctum in paragraphis sequentibus: nunc autem juvabit unitim eadem duo sub compendiosa explicatione amplecti, ut uno aspectu totam doctrinam mox latius agendam comprehendas.

3. Quoad prius, sic statuè. Divortium perpetuum est licitum tantummodo propter adulterium alterius conjugis. Divortium verò ad tempus licitum est propter alias causas, quæ in universum ad illam rediguntur, scilicet

ad grave periculum, sive animæ, sive corporis, sive famæ: in particulari autem sunt tres, Hæresis alterius conjugis, Sollicitatio ad peccatum, quam alter alteri facit, Sævitia ejusdem. Ratio prædictæ diversitatis est, quia Divortium propter adulterium fundatur in eo, quod per illud delictum fides conjugis absolute frangitur, ergo fides illi amplius absolute non debetur. Adde, absolute Christum Dominum ejusmodi separationem concessisse, dum dixit: *b Qui eumque dimiserit uxorem, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mactatur.* Dimissio autem absolute data perpetua est.

4. At verò divortium ad tempus propter tres illas causas, fundatur in eo, quod non obligatur quis ad commorandum cum altero, à quo tanta mala patitur, utique, dum illa patitur. Cum ergo, si conjux cum effectu emendetur, & quando est necessarià, securitatè det, non patitur amplius alter mala illa, obligabitur admittere conjugem, unde fiet, ut Divortium perpetuum non sit. Circa causam verò hæresis erit adnotanda quædam distinctio, quam infra ponam §. 7. nu. 5.

5. Quoad posterius unus est præcipuus effectus (nam minus principales paulò inferius attingentur) ut conjux innocens, postquam legitime diverit, propriè dicto Divortio, scilicet, perpetuo, possit, si velit, Ordines Sacros suscipere, vel solennem Professionem in Religione, vel votum simplex Castitatis in saculo emittere. At, si diverit per Divortium improprie dictum, scilicet ad tempus, hæc non possit. Ratio discriminis est, quia, si separatio perpetua est, non habetur, unde impediri possit conjux innocens à susceptione boni alterius status ex se perpetui; Verum, si separatio perpetua non est, habetur, unde impediatur, nam transacto eo tempore, conjux suum conjugem repetere debet. Judicatur autem transisse tempus, quoties emendatur, ut dictum est, conjux. Illud nota, si quando nulla spes adest ejusmodi emendationis, posse innocentem status illos perpetuos suscipere, sed id non est per se ex vi Divortii, sed ex vi defectus dictæ spei, ut infra explicatius dicendum erit.

His veluti in compendium hoc initio; ad faciliorem doctrinam, explicatis, eadem suo Ordine in sequentibus repetamus, & illustremus.

§. II. Di-

§. II.]

Divortium licitum est ex causa adulterii.

Ubi

Cujusnam adulterii?

1. Quod licitum sit Divortium, scilicet separatio perpetua, quoad thorum, & cohabitationem ob adulterii crimen, certum est ex fide, ut constat ex Matth. *a* Certum etiam est ex lumine naturæ; quia frangenti fidem, fides servanda in eodem contractu non est, ut docemus omnes.

2. Quoniam verò æqualis fides utrique conjugii debetur, pares in hoc sunt conjuges, nec potest, siue lege, siue consuetudine introduci, ut Divortium celebrari queat ob adulterium uxoris, non verò ob adulterium viri; Dixi (esse pares in hoc) nam in criminalibus pares non sunt. Cum enim in Republica majus dedecus existimetur asserre adulterium uxoris, quam viri, idè vir criminaliter accusare uxorem adulteram potest, non verò uxor virum adulterum. Sed prosequamur cætera, in quibus sunt pares.

3. Rursus ergo, quia, fracta fide, absolutum Jus habet innocens ad recedendum, idè, quocunque *b* elapso tempore, celebrare conjux innocens Divortium poterit, nisi fortè is remiserit, vel quid acciderit, propter quod dictus innocens ejusmodi Jus amisit de qua remox §. sequ.

Quid hic veniat nomine Adulterii?

4. Tota difficultas hic in eo versatur, ut videamus, quidnam intelligatur nomine adulterii, ad hunc effectum divertendi? Nam ad affectum deponendi illud Sacramentaliter *c* in *apoc.* apud Confessarium, diximus *e* alibi.

5. Breviter, Afferò Primò, nomine adulterii hic intelligi copulam carnalem consummatam, siue naturalem, siue Sodomiticam activam, vel passivam, siue etiam Bestialem. Ratio universalis est, quia tunc frangis conjugii fidem, quando tuam carnem, quam illi uni conjugii promiseras, dividis

Tamburinus de Sacramentis.

cum aliis; at dividis, cum copulam consummatam habes cum dictis. Ita cum communi Sanchez, *d* & de copula Sodomitica, ita expressè Sanctus *e* Thomas, alii-
que, undè, propter paritatem rationis, idem dicere cum aliis debemus de Bestialitate. *Henr. G.*

6. Scio Pontium, *f* quem sequitur *A. Hurt.* & versa, *g* excludere Sodomiam (& sanè propter paritatem suæ rationis deberet etiam excludere Bestialitatem) quia, inquit, divisio carnis non fit per infusionem seminis in alienam carnem, sed propter mixtionem seminis in semine, seu cum carne alterius in vale apto ad generationem, id, quod in Sodomia non contingit; scio, inquam hoc, sed, quia ipsemet Pontius *h* tandem fatetur, in praxi excipiendam esse opinionem communem, ab ea nobis recedendum non erit. *h Pont. l. c.*

7. Quid de Sodomia cum propria uxore:

Respondeo, hanc puto, non venire hic nomine adulterii, quia verè tunc non est perfecta divisio cum alterius carne. Ita cum communi Sanchez loco citato. Esset tamen sufficiens causa Divortii temporalis, quando conjux alium sollicitaret ad ejusmodi peccatum, juxta ea, quæ mox dicemus

§. 7.

8. Afferò Secundò, tactus impudicos, oscula, pollutionem ipsius conjugis extra vas, etiam procuratam alienis manibus, seu instrumentis, immò, & copulam sine seminis emissionem non intelligi hic nomine adulterii, quamvis hæc fiant cum animo perveniendi ad adulterium. Ratio horum omnium est, quia hi non sunt actus perfecti contra datam fidem, cum non dividant carnem conjugis cum alterius carne; Nam propter eandem rationem, nec nomine adulterii hic venit copula cum foemina mortua, quia illa non est vera caro, sed veluti statua lapidea. Ita Sanchez *i* alique. *i San. Fill. Bona. alio- que apud Leand. l. c.*

9. Dictum est semper (hic) nam cæterum in ordine ad Confessionem esse ejusmodi peccata, adulterii, alibi *k* docui, ut monui numero *quarto.* *k In Meth. Confess. l. 2. c. 7. §. 6. & rursus l. 7. in Dec.*

Qoo

§. III. c. 3. §. 1.

§. III.

*Casus quinque, in quibus non est licitum
Divortium, quamvis ad sit causa
Adulterii.*

Adulterium utriusque.

1. **P**rimus Casus est, quando uterque con-
jux adulterium commisit; tunc enim,
quia delicta compensantur, neuter ex conjugibus poterit divertere. Idque verum est, etiam
si unus conjugum plura, vel publice, alter u-
num, vel occulte adulterium commiserit, &
etiam si unus per Sodomiam, alter per Fornica-
tionem; & etiam si unus se emendaverit,
scilicet non amplius adulteretur; alter vero
(sed admonitus, ut desistat) persistat tamen
in adulterando. Ita Doctores citati, & ratio
est, quia posita fidei fractione, semper locum
suum habet Jus compensandi, etiam contra
emendatum, donec conjux innocens injuri-
am remittat, de qua remissione mox numero

16. Illud (admonitus, ut desistat) vide fufius

a San. l. 10 apud Sanchez, & aliosque.

2. Hæc autem intelligenda sunt, si ante
Con. d. 35. peractum Divortium uterque adulteretur.
du. 2. Av. Sed quid, si celebrato jam Divortio ob adul-
lo. c. 4. terium unius, deinde alter, qui fuerat inno-
V. Quinto. cens, adulteretur & ipse, obligabitur hic
b Con. l. c. alteri reconciliari ex eo, quod sic compen-
G. Hurt. d. tur duo dicta adulteria?

3. Obligari tenet Coninck, b alii que.
diff. 3. n. 11 At Sanchez sustinet, non obligari, nisi post
Leand. d. sententiam, qua Judex cogat fieri reconcilia-
26. mat. q. tionem, ob periculum Fornicationis, quod
23. Av. q. ex illa separatione confurgit.

4. Verum sententia Coninck est à no-
ses. 4 V. Se- bis approbanda. Ratio est, quia, quamvis,
ptimo San. post divortium factum, fidem fregerit con-
lib. 10 ma. jux, qui antea fuerat innocens, jam nunc est
d. 9. n. 30. nocens, ergo alter jam acquirit Jus compen-
citans sandi.

5. Quid fiet, si post Divortium, conjux
8. Th. a hos- innocens ritè solennem professionem emise-
que. rit, & post professionem adulteraverit, an
scilicet reddendus sit conjugi volenti
recompensationem. Dicam

§. 8. à nume-

10 8.

*Adulterium unius, sed altero con-
sentiente.*

6. Secundus casus est, si conjux adulte-
rium committat consentiente alio conju-
(quod dicitur, conjugem prostituere) Ita
constat ex Sacro & Textu. Ratio autem est,
quia, cum uterque, tunc delinquat, alter per
adulterium, alter per lenocinium, æquitas
non vult, ut alter Jure suo cadat, alter non
item. d

7. Consentit autem & conjux, si ve expref-
se, si ve tacite, non impediendo, cum possit.

8. Inquires. Si vir neget alimenta uxori,
si eam deserat, si eam domo expellat, si cum
ea crudeliter agat; unde ipsa sibi de aliquo
amatore provideat, censeturne vir con-
sentire uxoris adulterio, & consequenter
propter delictorum compensationem, cadere
a Jure divertendi?

9. Respondeo. Sanchez f alii que citan-
tes aliqua jura sustinent, non cadere, quia id
non est consentire ad adulterium, sed solum
occasionem remotam adulterii tribuere. Ex-
cipiunt, nisi animo, ut mulier fornicetur, ea
vir faciat: nam tunc jam consentiret adulte-
rio, & consequenter a suo Jure divertendi ca-
deret.

10. At Sanctus g Thomas, alii que, citan-
tes, & ipsi quoddam Jus, sustinent cadere,
quia cum conjux sufficienter tunc sit causa
illarum injuriarum, videtur etiam esse causa,
unde adulterium sequatur; quare non debet
ex sua malitia ejusmodi conjux, commodum
reportare, & Jus divertendi retinere.

11. Mihi videtur excipienda distinctio A-
versa: b nam illæ injuriæ: si solitarie fu-
mantur, cum sint in alio genere ab adulterio, v. Cade-
non sufficiunt, ne ad tacitum quidem con-
sensum, quando vir rationabiliter non prævi-
det, uxorem fornicaturam; at quando prævi-
det, aut certe prævidere debet, quia aliquo
modo subdubitat de ejusmodi Fornicatione
uxoris, & tamen ab injuriis illis non desistit,
cum certò desistere obligetur, tunc à dicto
Jure se separandi merito excider, quia cum
sua uxoris ipse curam habere debeat, si ea, tam
gravita incommoda sexui fragili afferat, jam
sufficientem causam dare adulterii, & conse-
quenter tacite consentire censetur.

12. Atque

12. Atque ex data distinctione, Textus, quos affert utraque sententia satis conciliari poterunt.

Adulterium materiale, id est, vacans culpa adulterii.

13. Tertius casus. Quando adulterium vacat vera adulterii culpa, Jus divertendi alteri conjugi non tribuit. Merito quidem, quia non est plectendus quis poena addicta, seu conjuncta ejusmodi delicto, sine formali, & vera culpa talis delicti. Exempla sunt, si conjux fornicetur, prudenter putans suum conjugem obivisse; si per ignorantiam invincibilem, credens quis hanc esse suam, ad illam accedat, si per vim omnino absolutam cogatur conjux adulterium committere, &c. In his enim, & similibus casibus, cum sit involuntaria ratio adulterii, separationem, quæ ex formali adulterio consequitur, subire conjugem, æquum non est.

14. Quod si per metum gravem?

Respondeo. Sylvester, alique, & eos citans Averfa *d* dicunt, adulterium ex metu extortum non dare alteri divertendi Jus, quia, ad hunc effectum, est perinde, ac adfuisse vis, & absoluta coactio, siquidem metus tanti mali exculare debet à poena, de qua agimus.

15. Verum Sanchez *b* docet, dare Jus divertendi, quia metus Voluntarium per se, & absolute, adeoque culpam non tollit. Utrumque probabiliter dictum esse, judico.

Remissum fuisse adulterium.

16. Quartus casus. Quando innocens conjux, v. grat. Vir remisit culpam adulterii jam commissi ab uxore) non potest amplius ab illa divertere, quia injuria semel condonata non reviviscit. Quod si post remissum unum adulterium, conjux incidat in aliud, tunc enim verò poterit alter divertere, quia remissio illa non poterat se extendere ad futura.

17. Remissio autem hæc fiet, vel expresse, si conjux externè dicat; se remittere, vel tacite, si idem conjux conscius adulterii, ex animo remittendi admittat adulterii reum,

sive ad copulam, sive ad oscula, sive ad amplexus, &c. quia, sic, jam illam tractat, c ut c *San. l. 10* uxorem. *mat. d. 14.*

18. Inquires. Si conjux solo animo condonet adulterium conjugi, unde hic eandem condonationem nondum acceptaverit, poteritne deinde animum mutans retractare Condonationem, & Divortium celebrare?

Respondeo, non posse, probat Sanchez ibidem, quia ad hanc Condonationem, quæ non est, nisi cessio Juris proprii, ut firma sit, non requiritur alterius acceptatio; statim enim, ac existit, jam remissum est delictum, quod reviviscere amplius non potest.

19. Quid si uxor v. gr. admittat quidem virum suum, qui adulteravit, sed animo non remittendi illi adulterium?

Respondeo, cum Sanchez *d*, in hoc casu non posse amplius uxorem Divortium petere in foro externo, quia illa confessio, probat apud Judicem, qui animum internum novit, remissionem. At verò coram Deo, cum hæc non sit vera remissio, dico, conjugem in foro conscientie Jus suum divertendi non amittere.

20. Idem esse dicendum, si dicta uxor admittat virum, nec habens animum remittendi, nec habens animum non remittendi, quia tunc verè non remittit, docet Averfa contra Sanchez *f* dicentem tunc remittere.

Periculum incontinentia in Innocente.

c Av. q. 23
matr. sec. 8
V. Sexto
præterea.

21. Quintus casus. Si vir v. g. Innocens divertere valens ab uxore adulterante, ex- periat, se sine uxore facile labi contra castitatem, licet ex vi adulterii uxoris Jus habeat ad divertendum, tamen illud impediri à damno proprio spiritali, rectè monet g Pontius, quia tunc prævalere debet salus spiritalis.

§. IV.

An possit innocens adulterium non repellere?

1. **D**iximus hactenus, posse Innocentem divertere, nunc inquiri, an obligetur?

a San. Castrop. G. Hurt. mex citandi.
 Respondeo, regulariter non a obligari, quia quilibet juri suo cedere potest, nec aliud caput assignari valet, unde hæc obligatio oriatur.

2. Dixi (regulariter) nam in aliquo gravissimo casu obligaretur; quando enim dimissio v. grat. uxoris esset apta sine ullo inconvenienti ad emendationem dictæ uxoris, quæ, si non esset dimissa, perseveraret in peccato, vel, quando dicta dimissio esset apta ad delendum scandalum, quod habent Populi de viro, quasi is patrocinetur adulterio uxoris, & eadem dimissio esset non valde incommoda ipsi viro, essetque item unicuique medium sufficiens ad dictam emendationem ponendam, vel ad dictum scandalum amovendum, quando, inquam, adessent hæc, obligaretur innocens divertere, ut fusc habent Sanchez & alii que.

b San. l. 10

d. 13.

G. Hurt. d.

11. diff. 4.

Coninc. d.

35. dub. 3.

§. V.

Quenam certitudo Adulterii requiritur ad diverterendum?

1. **C**um conjuges sint in possessione maritalis conjunctionis, non possunt ab ea per Divortium deturbari, nisi adsit certitudo causæ, seu delicti Divortium inducentis. Hinc non satis est, quod alter dubitet, vel probabiliter suspicetur de alterius delicto, ut illum dimittat; Regula enim generalis alibi allata est, neminem posse à matre rei, vel juris possessione dejici, nisi certò moraliter constet titulus, unde ejici possit ab illa. & ita docent in nostro casu de Divortio omnes DD. ut testatur Castrop. c.

c Cast. d. 3.

p. 6. §. 4. n.

7. & colligitur ex c.

ex parte

De spons.

d. Cap. di-

xit Domi-

mus 32. q. 1.

c Cast. l. 6.

2. 3. fine.

2. Si quando ergo in alio d. Textu dicitur, dimitti posse uxorem ob suspicionem Fornicationis, intelligitur, ob suspicionem violentam, & in sententia probabili Farinacii, aliorumque apud Castropal. c. ob suspicionem

vehementem, ex qua fieri rem moraliter certam, idem Farinaceus putat.

3. Si inquiras, quoad effectum Divortii (nam quoad alios effectus, qui ad nos nunc pertinent, vide citatos) quænam conjectura, seu probationes certitudinem hanc moralem faciant de adulterio commisso?

4. Respondeo, Certum esse, eas, quæ, si in judicio exhiberentur ad probationem adulterii, illud ibi sufficienter probarent, sufficere etiam, ut illud privatim constet. Sed descendendo magis ad signa particularia, Dico, quando adulter publice moratur in domo adulteræ, seu contra, vel, quando extant filii ex adulterio, vel, quando extat suspicio violenta, ut, si fuerit inventus nudus cum nuda, vel solus cum sola in eodem toro, certitudo moralis delicti est.

5. Oscula, & amplexus sola non sufficiunt ad moralem certitudinem de adulterio, sufficiunt autem adminiculata cum aliis conjecturis v. g. à tempore, à loco, à mora: Puta, si ea fuerint in loco secreto, & tempore apto ad delictum, vel quid simile.

6. Amatoriæ litteræ dumtaxat, non sufficiunt, at, si in iis mentio fiat de copula habita, planè sufficiunt.

7. Confessio propria serio facta item sufficit, non verò facta ad se jactandum: id, quod à circumstantiis colligi à prudenti debet, quæ jactantia potest etiam esse in præced. num.

8. Dictum alienjus testantis adulterium, testantis indicia violenta de illo, non sufficit, nisi sit dictum fide dignissimi, vel plurim fide dignorum. Hæc sparsim apud San.

f. San. l. 10

9. Huc denique facit casus sequens. Ber. mat. d. 11. ta est certò adultera, sed ejus vir Titius ne sciat id certò, solum enim de uxoris adulterio m. 8. m. subdubitat: ex quo motus, (sanè insufficiens scandalum enter ex dictis) eam deseruit, quæro, an Ber. probata possit cogere Titium ad secum cohabitandum, & ad non negandum tori commercium? *64. d. 4. p. 23. m. 7.*

10. Respondeo, Sanchez, g & Coninck c. V. ad apud Hurtad. ajunt, posse, quia separatio est moneat. pœna uxori infligenda: At, donec Titius certò sciat delictum, eam pœnam infligere justè non apud nequit. Si ergo nondum Berta à suo Jure cohabitandi, & conversandi cum suo viro dejecta est, illum ad se revocare poterit. *diff. 7.*

11. At

11. At idem Hurtadus a citans Rebel-
lium, & Cajetanum merito ait, non posse;
quia cum ipsa certo fregit viro fidem, jam
ceciderit a jure exposcendi sibi fidem: Divor-
tium enim verè non est pœna, sed quasi effe-
ctus necessariò sequens ad fidei fractionem,
sine jure autem virum cogere ad secum habi-
tandum, nequaquam valet uxor.

§. VI.

An auctoritate propria fieri possit Divortium
ob adulterium?

1. Non ignoro, nobiles aliquos Docto-
res b docere, te, etiam si certò scias
tui conjugis adulterium, non posse eum à to-
talit. l. c. V. to, & cohabitatione depellere, nisi accedat
Judicis sententia.

2. Sed, nec ignoro, alios e non minus
nobiles, velle contrarium, scilicet te scientem
conjugis adulterium posse, nulla præceden-
te sententia, ab illo decurrere: secluso tamen
scandalo, sive adulterium sit publicum, sive
occultum, sive ex causa adulterii, sive ex aliis
causis pto temporali Divortio: mox expli-
candis.

3. Me cum his posterioribus sentire cogit
ratio duplex, Prima, quia in Sacro Textu
dicitur: Ubique est Fornicatio, vel For-
nicationis suspicio (sanè violenta, ut modò
dixi) liberè dimittatur uxor. Notas illud;
quæ enim esset tua libertas, si tibi
Judex esset implorandus? Secunda, quia,
ut toties dictum est, frangenti fidem, fi-
des non est servanda in omnibus contra-
tibus civilibus, etiam auctoritate pro-
pria, & in foro conscientie; ergo, & in
casu nostro, cum Jus divertendi, ut modò
indicavimus, non sit pœna à Judice insti-
genda; illam enim solùm ipse declarat, sed
est quasi effectus necessariò procedens à fi-
de non servata. Addam, & rationem ter-
tiam ductam ab exemplo Sancti Joseph,
volentis propria auctoritate relinquere San-
ctissimam Virginem, ut probat Maldona-
tus.

4. At in Sacris Canonibus vetatur, fieri
Divortium absque auctoritate Judicis?
Respondeo, falsum id esse, & aliquibus
Textibus, qui de hac re circumferuntur, aptè
respondet Castrop.

5. Dictum autem est (secluso scandalo)
quod certè evitabitur, si conjux simulando
graves causas abeat in loca longinqua, ubi
ejus Matrimonium ignoratur.

6. Quæres. Estne alius modus vitandi
ejusmodi scandalum?

Respondeo, apud Doctores hunc modum
passim lego; sed certè puto, id dici loco ex-
empli: quare, si aliud occurrat, illo utere.
Ego sanè tanquam modum sufficientem ap-
probarem, si conjuges per aptam æquivoca-
tionem simularent, se velle communi con-
sensu castitatem servare, vel quid simile quod
amovere possit à Fidelibus suspicionem deli-
cti, si quando est occultum, in altero con-
juge, & quo tolleretur aliis antea deferendi
conjuges sine causa.

De simili scandalo fugiendo, vide Ca-
stropal. tract. 16. d. 2. p. 7. num. 9. (quem sequi-
tur Gibalinus de Clausura d. 2. cap. 11. num.
55. folio mihi 235.) qui Castropalaus cum
dixisset, si quis absque gravi difficultate non
potest probare nullitatem veram suæ pro-
fessionis, posse ipsum fugere à religione, &c.
sic addit. Limitant hæc Lessius, Suarez, nisi
oriatur scandalum. Sed raro, vel nunquam
ex tali fuga orietur scandalum sub obliga-
tione vitandum: tum quia raro inde lu-
munt alii occasionem fugiendi absque legi-
tima causa: tum, quia ipse legitime fugiens
uteris jure tuo; à quo usu sine gravi damno
abstinere non potes, &c. Hæc Castropa-
laus.

Quid si nullitatem probare absque diffi-
cultate possem? Respondet ibidem Castro-
palaus, te sub mortali fugere, antequam
probes, non posse. Posse adhuc sine mortali
dicit Gibalinus loc. cit. idque propter ratio-
nes jam dictas, quæ videntur etiam hic mili-
tare. Uterque ramen convenit, posito quòd
fugeris, esto peccaveris, non teneri ad religio-
nem reverti.

6. Si conjux ob adulterium occultum
relictus querelam apud Judicem deponat,
se injustè relictum esse, qua ratione se
gerere debeat conjux alter, qui justè eum
deseruit, & similia multa, quæ pertinent
ad forum externum, legi poterunt apud ci-
tatos.

7. Illud hic ne te prætereat, convenire
omnes, conjugem adulterum obligari ad
reconciliationem cum conjuge innocente,

Ooo 3

quan-

quandocunque innocens velit, si separatio facta sit auctoritate propria; At, si facta sit auctoritate Judicis, non omnes Doctores in eadem esse sententia; Nam aliqui apud ^{a Sanch. lib. 10. matr. d. 10. num. 2. & 10.} Sanch. & tenent, si innocens acceptavit sententiam Judicis de Divortio, ipsum adulterum non obligari amplius ad reconciliationem; unde posse, innocente invito, Ordines Sacros suscipere, Religionem profiteri, coelibem manere in saeculo, &c. quia innocens per acceptationem sententiae de Divortio, remittit mutuam societatem, ad quam alius obligabatur. Alii ^{b Sanch. l. 1. c. Castrop. d. 3. de spons. p. 6. §. 7. n. 1. alio: c. trans. c. Infra §. 7. num. 7.} tamen tenent ipsum adulterum per se obligari ad reconciliationem, neque posse praedictos status eligere, dum subest reconciliationis spes, de qua spe mox ^c dicemus in simili. Ratio est, quia sententia de Divortio, cum sit declaratio Juris, non potest plus concedere quam ipsum Jus naturae concedit, at de Jure naturae adulterium nullo modo eximit adulterum a sua obligatione manendi cum sua; secus ex delicto commodum reportaret, ergo, &c. Illud autem, quod dicitur: innocentem per acceptationem sententiae remittere mutuam societatem; falsum omnino est; quia gratis dicitur.

8. Haec posterior sententia est omnino excipienda, priorem vocat non improbabilem loco cit. Castrop. sed mihi, pacetanti viri, videtur ob rationes modo dictas, improbabilis.

Dixi autem (*per se obligari*) nam, quando rationabile periculum esset, ne ipse conjux, quamvis alias nocens, occideretur, vel inique crudeliterve tractaretur, si ad conjugem innocentem rediret, sanè ^d non obligabitur; sed id per accidens est, ex illo scilicet capite, quod mutua societas conjugum nunquam censetur, fuisse promissa cum tanto periculo. ^{d Castrop. l. c. n. 3. c. Castrop. l. c. n. 3.}

§. VII.

Causa celebrandi Divortium ad tempus.

1. **E**As generatim ad unam causam damni gravis reduci, vel in specie ad tres, puta ad haeresim, ad sollicitationem ad peccandum, & ad saevitiam nuper dixi §. 1. num. 3. Dixi item has tres causas inducere separationem conjugum ad illud dumtaxat tempus,

quo illae durant, ibidemque hujus doctrinae rationem breviter quantum fuit satis, indicavi. Nunc ergo aliquid de singulis, scitu, vel explicatu dignum superaddamus.

PRIMA CAUSA.

Haeresis.

2. Cum ratio, cur propter haeresim, ut & propter Apostasiam à fide quam spirituale adulterium appellare consuevimus) separari possit conjux, sit, ne ex cohabitatione cum haeretico, alter periculum subeat infectionis, proleque male educetur, ideo, etiamsi in aliquo peculiari eventu hoc periculum non esset, non propterea Catholicus divertere veritatem, & pertinacem, qua scilicet haereticus correctionem non admittat, seu illam admittere paratus non sit.

4. Hic autem nota, quamvis non omnes convenient, posse propria auctoritate fieri Divortium ob adulterium carnale, ut §. praeced. vidimus, omnes tamen convenire, posse ob adulterium hoc spirituale. Ratio fortasse est; quia id ab ipso jure conceditur, ^{f Sanch. l. 10. matr. d. 15. n. 6.} vel, quia in hoc magnum est periculum contagii. Ita Sanch. ^f

4. Adde conjugem separari non solum ^{g Castrop. d. 3. matr. p. 6. §. 8. n. 1. c. trans. c. Infra §. 7. num. 7.} posse à conjuge haeretico, verum etiam ^g obligari, quando re ipsa dictum periculum adsit, quia conjux tenetur, saltem gravissimum hoc infidelitatis periculum vitare. Benignus Sanch. loquitur Castropal. credit enim tunc esse Contract. hanc obligationem, quando duo concurrunt, Layman. puta, quando conjux haereticus Catholicum ^{h Aver. 4. matr. d. 23. matr. l. c. 9. V. ge. Si ejusmodi periculum non sit, immò Secundo. adsit spes conversionis dicti Haeretici, posse i Sanch. l. 10. matr. d. 16.} Catholicum, si velit, cum eo cohabitare, merito sustineri Aversa. ^h

5. Quod autem in adulterio spirituali ^{k Castrop. l. c. n. 1. b. delictorum (sicuti dari diximus in adulterio quidem carnali) nec in spirituali unius cum carnali de Pont. alterius, juvat breviter meminisse, nam ex- lib. 9. c. 11. tr. scilicet 9. V. Pont.} terum latè id prosequitur Sanch. ⁱ & breviter Castropal. ^k

De

De Hæretico emendato.

6. Inquires autem Primo, Hæreticum emendatum admittit ere ne conjux Catholicus obligatur?

Respondet, conveniunt Doctores communiter obligari, si Divortium ex hæresi, immò etiam ex aliis prædictis duabus causis factum fuit auctoritate privata sine Judicis ministerio; At, si fuit factum post Judicis sententiam, siue condemnantis conjugem de Hæresi, siue de Divortio, iidem Doctores

a Sanc. lib. 10. matr. d. 15. nu. 18. non conveniunt. Plures enim apud Sanchez a

putant adesse etiam tum obligationem in Catholico admittendi hæreticum emendatum, & solum hanc obligationem non adesse, quando ipse Catholicus vellet in Religionem ingredi: id enim (ajunt) deducitur ex

Sacro Textu: At absolute non adesse ejusmodi obligationem; unde absolute dictum conjugem Catholicum posse, siue manere in sæculo cum perpetuo Divortio, siue Ordines Sacros suscipere, siue multo magis Religionem profiteri, merito putant Sanchez b alii-

que. Ratio non deducitur ex natura hæresis, nec ex natura sententiæ (quod addo propter dicta num. 7. & 8.) Sed quia Ecclesia in ordium ipsius hæretici, hanc potestatem concessit Catholico, cujus confessionis Jura iidem expendunt, & contraria solvunt. Addit tamen Castropal. e consilium optimum sapere esse, ut Catholicus respicientem hæreticum quomodocumque damnatum recipiat, propter bonum pacis, & propter caritatem, quam conjugum jam emendato alter conjux debet.

7. Atque hæc de potestate, quam habet conjux Catholicus. Verum hæreticus, quamvis emendatus potestatem ad utrumlibet non habet, sed obligatur reconciliari cum suo conjugem, si hic velit. Quare, si quem ex illis statibus, Sacri Ordinis vel Religionis; vel Voti simplicis castitatis, eligere cupiat, (cupiat, inquam, nam ad illas non obligatur) id exequi non poterit sine consensu sui conjugis, siue expresso, siue tacito, qualis esset, si ex circumstantiis appareret, non esse spem reconciliationis, vel, si conjux sæpius ab emendato requisitus illum admittere responderit, censetur enim tunc dare licentiam perpetuæ separationis.

8. Admoneo tamen Primò, ad electio-

nem talium statuum debere accedere auctoritatem Judicis, ne suscepto Ordine, vel Religione emergant lites, &c.

9. Admoneo Secundò, Votum imperfectum castitatis simplicis, id est de non petendo debitum, posse à d prædicto conjugis consensu, abstrahendo ab alio in-
d Pont. lib. 9. c. 11. n. 4. conveniente, & à periculo non servandi Votum, quia sic non præjudicatur uxori, sed sibi ipsi dumtaxat.

SECUNDA CAUSA.

Solicitatio, seu inductio ad peccatum.

10. In hac causa notant Doctores, debere admoneri conjugem, ut desistat à sollicitando, & tunc demum, eo non desistente, posse alterum, etiam propria auctoritate, divertere pro tempore, pro quo timeretur rationabiliter similis sollicitatio; consulatur item aliorum scandalo, quantum fieri rationabiliter potest, ne scilicet infamia notentur conjuges, vel ansa detur aliis suis conjuges deserendi.

11. Ex hoc ergo capite licitum est uxori, divertere à viro, qui lenocinium exercet, vel in domum introducit eos, qui uxorem sollicitent, vel eandem cogit ad furta regenda, & simulanda, vel, ut pellicem foveat, vel ipse conjux sit veneficus; ex consortio enim demonis grave animæ, immò, & corporis malum merito sibi alter timere debet.

12. Transacto autem periculo ejusmodi sollicitationis, ut, si v. gr. mortuus jam fuerit juvenis, in cujus gratiam leno erat tuus vir, nec aliud periculum prudenter timeas, obligari te ad ipsum tuum virum redire (quantum est ex hoc capite) dubitandum non est.

e Castrop.

l. c. §. 9. n.

1. & 2. G.

Hurt. d.

11. diff. 5.

Sanc. lib.

10. matr.

d. 17. &

18.

TERTIA CAUSA.

Sævitia Conjugis.

13. Sævitia profectò non levis, sed tanta ut grave malum, seu damnum ex illa imminet uxori à viro, quod solet esse frequentius, vel viro ab uxore, quod solet evenire rarius, dat ex Jure f causam divertendi pro tempore, quo illud periculum durat. Censetur etiam ad hunc effectum sævitia contra
de Divor. conj.

conjugem ea, quæ sit contra ejus conjunctos, ut filios, vel parentes necessariò in eadem manentes domo; & etiam si malum, quamvis non timeatur ab ipso conjugē, timeatur tamen ab ipsius conjunctis, v. g. ab alterius parentibus in eadem domo pariter manenti-

a *Aver. q. bus, ut notat Aver. a*

23. mat. 14. Ad hoc caput pertinet periculum cusec. 10. V. juscunque alterius mali gravis, ut, si conjux

Rurjus. sit ita furiosus, ebrius, malo contagioso affectus, ut inde grave damnum uxori imminet.

b *Leand.* Ex dictis deducitur (ait Leander *b* iustam d. 26. ma-Divortii causam esse.) Quod vir gladium ap-

27. q. 46. posuerit ad collum uxoris animo illam occidendi, vel faciendi, quod alter conjux alteri per venenum, vel per maleficia, vel alio modo insidias vitæ paraverit. Quod vir graviter, & atrociter uxorem percussit, si veid secerit gladio, si ve h-

c *Aver. l. sam, verberaverit.* Hinc ille, cui adde *Aver. c. V. non* generis censui nimis molestam cohabitationem conviciis, & frequentibus jurgiis obno-

sufficit ti- xiam. Intelliguntur autem hæc affectu potestatem divertendi pro tempore, quo pericula prædicta non cessent. Quod si nunquam cessare prudenti, & morali certitudine judicabuntur, sanè perpetuum tunc erit Divortium.

12. Porro prædictæ saviæ, vel damni periculum, ita (dum periculum durat) potestatem se separandi dat conjugi, ut separationem exequi is possit auctoritate propria, tum, quia de Jure naturæ est, vitare malum grave, tum, quia hic regulariter periculum est in mora, si deberet expectari ministerium Judicis. Cæterum, quando afficeret scandalum separatio, & periculum in mora non esset, accedere debere Judicis auctoritatem certum sit. Ita intelligenda sunt alia *d* Jura, ne sint contraria dicto capite. *Ad literas.*

de Lege Pöt.

lib. 9. c. 23

n. 7. &

Sanc. li.

10. matr.

d. 18. nu. 3.

c *Lib. 5. in*

Decal. c. 3.

§. 3. nu. 4.

An possit à viro expelli à cohabitatione conjux, solum ex eo capite, quod dotem ipsa non solverit, huc reduci possit. Verum de hac re alibi è dictum est.

ame satis,

§. VIII.

De Effectibus Divortii ex Adult-
terio.

PRIMUS EFFECTUS.

Potestas suscipiendi novum vita statum.

1. Primus Divortii, celebrati propter adulterium, effectus est, concedere liberam facultatem Innocenti eligendi statum vitæ, quem ipse velit, si ve per suscepcionem Ordinis sacri, si ve per Professionem in Religione, si ve per Votum simplex Castitatis in sæculo; Aliud Matrimonium inire, nequaquam conceditur, quia vinculum prioris Matrimonii, vivente conjuge, cum quo consummatum est Matrimonium, semper, ut toties dictum est, perseverat.

2. Prædictum Privilegium est conjugis innocentis, nam conjux nocens debet expectare, ut eligere possit (quando libere vult, non enim obligatur) aliquem ex dictis vitæ statibus, donec non sit amplius spes reconciliationis juxta superius dicta, vel donec ipse conjux innocens consentiat, de quo consensu infra disputabimus cap. 4.

Conjux innocens, ut status prædictos suscipiat, an
egeat sententia de Divortio?

2. Circa prædictam communem doctrinam quatuor sunt quæstiones dissolvendæ. Prima, An, ut Innocens statum aliquem ex illis suscipiat, requiratur Divortium fuisse per sententiam Judicis celebratum; An verò sufficiat factum auctoritate propria, stante adulterio moraliter certo, si ve notorio, si ve occulto.

4. Respondeo. Si quæras de susceptione valida, & licita, Dico cum *g*, Sanch. & *g* Sanch. Castropal. *h* aliisque communiter, innocentem, non solum validè, sed etiam licite statum illum suscipere, quando sententia Judicis præcessit. Ratio est manifesta, quia ex una parte adulter omnino amisit Jus cohabitationis cum innocente, ex alia per sententiam Judicis satisfit omni incommodo, quod orti d. 3. de possit ex assumptione illorum statuum, ut *spens. p. 6.* mox clarius patebit.

5. Si

5. Si autem quæras de susceptione, dumtaxat valida, Dico, validè suscipi illos status ab innocente, etiam si non præcesserit sententia Judicis: immò etiam si adulterium fuerit occultum, & non notorium, dummodo certum fuerit. Ratio est modo dicta, quia jam totum Jus cohabitandi amisit adulter, idque in perpetuum; ergo cum nullum alterius Jus ipsi obistere possit, valebit statum vitæ, quem velit, eligere.

6. Sed quid? Eligetne tunc licitè?

Respondeo, nequaquam, sed illicitè; & quidem moraliter, ut expressè habet ibidem Castropal, nisi licentiam obtineat à conjugē, quamvis nocens, separatus ante sententiam, & spoliatus suo conjugē, debet restitui in sua possessione, quandoque restitutionem sui dicti conjugis petat: non solum, quando adulterium fuit occultum, verum etiam, in sententia probabili, quando fuit notorium: Et hujus rei ratio ulterior est, quia, antequam procedatur ad probationes, ob quas debet fieri definitiva sententia, debet illi, quia sua respoliatus fuit, eadem restitui: at sanè hæc restitutio in casu nostro esset grave damnum Religionis, & scandalum proximo-

stituendus conjugī, tametsi Sacros Ordines susceperit, vel professionem solemnem emisit?

9. Respondeo. Castropal. c. probare contendit, esse restituendum conjugī. Ratio principalior est, inquit, quia non apparet, unde non debeat fieri compensatio delictorum, perinde, ac fieri debere, certum est, si adulterium antea committatur, æquè enim frangitur fides Matrimonii, cujus vinculum semper remanet, vivente naturaliter conjugē.

10. At Sanch. d. distinguit. Quando enim (ait) sententia abiit in rem judicatam, scilicet, quando elapsum est tempus appellationis, vel similis remedii, non est conjux prædictus incidens in adulterium restituendus alteri, nec sunt amplius ea adulteria capacia mutue compensationis; Est autem restituendus, & adulteria illa sunt compensanda, quando sententia non abiit in rem judicatam, vel, quando dicta sententia lata fuit contra Minorem v. gr. qui potest uti Beneficio restitutionis in integrum. Ratio est (inquit Sanch.) quia, quod semel bene definitum est, non est retractandum. Audit hoc Castropal. respondetque, quod semel bene definitum est, non esse quidem retractandum ex causis, ex quibus definitum est, retractari tamen posse ex nova causa superveniente, ut est in casu nostro, nam tunc illa sententia non erit propriè prioris sententiæ retractatio, sed novæ causæ decisio.

11. Profectò hæc, (quæ certè in utramque partem sunt probabilia) latius persequi, necesse non est. Legantur Castropalaus, & Sanch. cit. Illud ego moneo, Episcopos, & Prælatos cautè in his admittendis ad Ordines, vel Professionem Religiosam, præsertim, quando sunt juvenes, debere procedere ne fortè cogantur, conjugem prædictum, aliquando restituere, nam propterea, me Auditore, nunquam eos sine consensu alterius conjugis ad professionem, vel Sacros Ordines admittant.

2 Sanch. Castrop. citati, & Aver. q. 23, sec. 8. V. quarto. Quid, si sententia de Divortio processit ex errore?

7. Secunda quæstio. Quid fiat, si sententia Divortii, sive postea, sive antea, quam innocens statum aliquem ex dictis suscepit, appareat fuisse falsa?

Respondeo. Debet restitui alteri conjugi, quia ligamen Matrimonii, utpote Jus jam legitimè quæsitum, semper evincere debet quælibet aliud subsequens. Et ex alia parte, Ecclesia nunquam præsumitur, velle persistere in sententia, quæ inveniatur falsa, atque adeo injusta.

Quid, si innocens, post sententiam de Divortio incidat ipse in Adulterium?

8. Tertia quæstio. Quid, si postquam dictos status elegit innocens, incidat in adulterium, eritne obligatio compensandi cum adulterio alterius, ita, ut ipse sit re-

Tamburinus de Sacramentis.

PPP

An

*An legitimè quis separatus ab uxore possit
dicere, se non esse conjuga-
tum?*

12. Quarta quaestio. An peccet conjux
ritè separatus ab alio, si volens suscipere Or-
dines Sacros, vel Religionem, interrogatus
ab Episcopo, vel Prælato neget, se esse con-
jugatum?

a Sanc. di. Respondeo. Sanch. *a* ait, non peccare,
d. 11. n. 14. præscindendo ab alio damno; quia, (inquit)
cum debita equivocatione non mentitur, &
ex alio capite perinde in Ordine ad Ordines,
vel Religionem, esse sic separatum, ac si con-
b Navar. jugatus non esset; Contra, Navarrus *b* putat,
ap. Sanc. hunc peccare, & invalidè profiteri, quando
l. c. Prælatus eo animo esset, ut eum non admit-
teret, si conjugatus esset.

13. Equidem, nec Navarro, quoad illud
(invalidè) assentior, nec absolute assentior
Sanch. Non Navarro, quia, nisi in Religio-
ne adsit statutum inicans, vel expressè ad-
missio sit sub conditione carentiæ conjugii,
valet professio, ut diserte docet idem Sanch.
ad initam enim reddendam professionem,
non sufficit voluntas habitualis, (immo ex

c Aver. q. Averfa, *c* nec statutum merè prohibens;)
23. matr. sic enim invalida esset professio Juvenis ob-
sec. 8. v. tusi ingenii, quia, si id notat Prælatus, certo
si cerè. non admisisset. Nec assentior Sanchez, quia
semper est damnum notabile Religionis ad-
mittere conjugatum cum periculo, ne, si res
patèfiat, turbetur Religio, quæ, in re tam
gravi merito invita esse debet; quare semper
aderit peccatum in hujusmodi conjuge ne-
gante, immo non patefaciente suum conju-

d Aver. l. gium, ita Averfa. *d* Adde, valde incom-
c. modum fore Religioni, habere sine suo
consensu obligationem, seu, saltem dubium
(propter varias opiniones supra dictas) de
obligatione reddendi conjugem suæ
uxori, si fortè is adulte-
rium commit-

eat.

SECUNDUS EFFECTUS.

Divortii ex Adulterio.

*Libertas non restituendi dotem, & præstationis
alimentorum.*

14. Secundus Divortii perpetui (de quo
loquimur) effectus est, dare potestatem in-
nocenti viro, ne obligetur dotem reddere
uxori expullæ ob adulterium. Verum id ex-
plicatius afferamus.

Si loquamur post sententiam, qua Jux
privet adulteram sub dote (ut certè private
debebit) omnes consentiunt, justè tunc sibi
illam retineri ab innocente viro: at ante sen-
tentiam, non conveniunt omnes.

15. Nam posse eam retineri à dicto viro
innocente, saltem ante sententiam Judicis
declaratoriam delicti uxoris, existimat Cas-
tropalaus, *e* quia amissio dotis est vera ex-
ceptio, ad quam nullus tenetur, nisi post sen-
tentiam; Unde uxor, quamvis nocens, donec
sententia accedat, ea gaudere debebit, si eam
habeat, vel, si eam non habet, petere eam justè
poterit, petit enim rem suam. Quare eam ipsi
reddere debebit vir, quamvis innocens. So-
lùm ergo vir hic innocens implorare Judicem
poterit, & post ejus sententiam, dotem eam,
sibi, vel repetere, vel retinere.

16. Contra, posse eam ab innocente re-
tineri, etiam ante sententiam Judicis, censet
Sanch. *f* quia, is, cui competit exceptio, ne
aliquid solvere cogatur, habet Jus illud reti-
nendi, tum in foro fori, tum in foro poli: at
Maritus habet Jus se opponendi contra uxo-
rem adulteram, volentem repetere suam do-
tem, ergo potest illam sibi retinere: Minor
probat, quia potest opponere delictum
adulterii.

17. Verùm Castropalaus replicat, negan-
do hanc Minorem. Maritus enim (ait) non
habet Jus retinendi dotem absolute, siqui-
dem Maritus, quamvis habeat Jus opponen-
di uxori delictum, non tamen habet Jus reti-
nendi dotem, nisi media sententia de patratò
delicto.

18. Vides utramque sententiam esse pro-
babilem? Sanch. enim probabiliter dicit
Maritum habere Jus retinendi, etiam ante
sententiam, quia ante illam habet Jus se
oppo-

opponendi, quod Castropalaus probabiliter negat.

An vir innocens alimenta adultera prestare teneatur?

19. Quid de alimentis? Obligatorne conjux innocens illa subministrare uxori expulsa propter adulterium?

Respondeo, in meliori sententia non obligatur in foro conscientiae, quia, propter
a Sanc. lib. Adulterium confortis, à debito omni solutio. 10. matr. tus est conjux. Præterea, nec in casu litis, d. 8. a. n. expensas litis contribuere uxori adulteræ, 15. Ca. si certum est adulterium, obligatur innocens conjux, & ratio est eadem, quia ab n. 5. Fari- omni debito propter adulterium conjugis, nac. T. 4. liberatur conjux alter. An autem in foro fori 143. n. 41. obligetur, vide apud citatos. Verum conjux nocens debet innocentem tradere alimenta, ut item expensas litis, si forte h. c. innocens adulterium alterius probare intendat, quia innocens cadere non debet à Jure suo, quo potest, & alimenta, & litis expensas ab altero exposcere.

20. Propter non dissimilem rationem si uxor domo fugiat ob timorem, ne malè tractetur à viro supplicante uxoris adulterium, quod verè uxor commisit, ne in foro quidem b. Farin. 1. dem b. externo, alimenta illi subministrare c. Castrop. tenetur vir, quia scilicet universaliter vir non obligatur alere uxorem fugientem extra domum viri, ipso viro causam recessus non dante.

TERTIUS EFFECTUS.

Divortii ex Adulterio.

Potestas educandi, vel non educandi filios, Remissivè.

21. Tertius effectus Divortii est, dato c. Sanc. lib. potestatem innocentem, ut sine suo onere educantur filii, id quod cum multis scateat limitationibus, ac distinctionibus non valde 10 matr. d. 20. Ca. nobis scitu necessariis, magis enim pertinet ad Jurisperitos, videatur apud eosdem, de spons. p. 6. §. 10. nec tamen omittantur c. Theologi.

Laym. l. 5. r. 10. p. 3. §. 7. n. 29.

§. IX.

De iisdem tribus effectibus Divortii celebrati propter hæresim.

1. Quamvis Divortium propter hæresim celebratum non pariat ex se, suaque natura primum Effectum, quem parit adulterium carnale, non enim datur libera potestas Catholico conjugii assumendi aliquem ex illis statibus, puta Ordinem, Religionem, Votum simplex Castitatis, nihilominus, quia parit illum eundem Effectum ex institutione, & dispositione Ecclesiæ, ut d. supra diximus, ideo inde habet ea, quæ essent hic asserenda. 7. a. n. 6.

2. Quoad secundum Effectum pertinentem ad dotem, sit hæc regula. Si Divortium factum est non culpa uxoris, sed viri restituendam esse uxori dotem. Si verò factum est, culpa uxoris, dotem ipsi non esse restituendam. Id, quod Castropal. e. & Sanch. f. e. Castrop. colligunt ex Jure, g. in quo universaliter l. c. nu. 2. disponitur, ut uxor amittat dotem, vel dotale talitium, si ejus culpa Divortium fiat. Puto 10. matr. autem Castropalaum intelligere post sententiam, Sanch. etiam ante, eo modo quo d. 4. n. 20. iidem dixerunt in adulterio carnali, quorum placita, nos rerulimus, §. præcedenti a. g. C. Plenumq. De rumq. De Donat. inter virum, & uxorem.

3. De alimentis idem dic, quod ibidem diximus nu. 19.

4. Quoad tertium Effectum, id speciale habet Divortium ob hæresim, ut filii semper educandi sint apud conjugem Catholicum, idque in favorem fidei, ne scilicet proles erroribus inficiatur. Lege id pluribus apud Sanch. h. aliosque.

h. Sanch. di. d. 20. a. nu. 4.

§. X.

De tribus iisdem effectibus adulterii ob sollicitudinem ad peccandum, & ob sævitiā.

1. Quoad primum Effectum, cum separatio conjugum ex his duabus causis sit ex natura sua temporalis, nemo ex conjugibus statum aliquem ex illis, quos diximus paragr. 8. nu. 1. assumere potest, nisi mutuus adsit consensus, sicuti proisus ceteri alii

Ppp 2

alii conjuges post consummatum Matrimonium, de qua re mox c. 4.

Expectari igitur debet, si forte evanescat spes reconciliationis, hac enim evolvante, poterunt dicti conjuges eligere novum vitæ statum, eo proportionaliter modo, quo supra definitum est.

2. Quoad secundum Effectum sit hæc Regula. Conjux ille, qui alias obligatus erat, debeat dotem, & alimenta subministrare ei, qui culpam non dedit separationi, non debeat ei, qui culpam dedit, quæ Regula satis explicata manet ex prædictis, advertendo tamen, tum in his causis, tum in præcedentibus intelligi semper pro tempore, quo actualiter legitime perseverat separatio.

a Pont. kb.

9. c. 23.

n. 12.

3. Pontius *n* censet, quando Divortium est factum ob sævitiam uxoris, ipsam non obligari ad restituendam dotem viro innocentis. Ratio est, inquit, quia amissio dotis solum est adnexa delicto adulterii, vel occisionis Mariti, non autem aliis delictis.

b Castrop.

l. c. §. 10.

n. 2.

4. Sed contra meritò se opponit Castrop. palus; *b* Nam in Sacro Textu, cuicumque delicto, ex quo Divortium fit, seu mutua cohabitatio solvitur (sanè pro tempore quo ut modo dixi, legitime durat solutio) amissio dotis adnectitur.

5. Quoad tertium Effectum, idem dico, quod modo indicavi paragr. 8. n. 21.

C A P U T IV.

Occasione prædictorum quærimus, qua ratione Conjuges post consummatum Matrimonium valeant communi consensu mutationem status assumere.

1. **H**Actenus declaravimus, quando nam in casu delicti alterius conjugis possit alter novum vitæ statum suscipere. In præsentia verò quærimus, quid extra casum delicti.

2. Et quidem, quod mutuo consensu valeant conjuges, etiam post consummatum Matrimonium se separare, & vitam cœlibem agere, & certum est, & multi Sancti Veteres nos suo exemplo docuerunt. Verum id à conjugibus, præsertim, si sint Juvenes, esse cum magna prudentia, immò, & longa experientia

sue continentie præstandum, non est hic, nisi serio monendum. Legatur Sanchez, & alique.

3. Jam verò discutiamus per singulos illos vitæ status supra memoratos. Professionem Religiosam, Ordinis Sacri susceptionem, simplicis Voti Castitatis emissionem.

§. I.

Quoad Professionem Religiosam sine licentia Conjugis.

1. **N**Ec licitè, nec validè conjux sine expressa licentia alterius professionem in Religione emitit: prorsus sicut servus, Domino non consentiente. Si tamen sine prædicta licentia emitat; poterit omnino ab altero conjuge repeti, immo ipsemet, relicta Religione, poterit propria auctoritate (gravi scandalo semper prudenter amoto) ad conjugem reverti, & ad hanc reversionem sanè obligabitur, etiam si conjux alterius ingressui non consentiens, nequam positiè revocet. Ratio est, quia ex una parte id requirit justitia debita conjugi, & ex alia professio fuit *a* nulla: esto Pontius *e* teneat, sine licentia Judicis, causæque discussione non posse hunc professum Religionem deserere.

2. Licentia *f* autem debet liberè data esse à conjuge, Quare coacta, vel dolo, vel metu extorta non sufficit ad validitatem Professionis.

3. Inquires. Conjux sine licentia alterius factus Professus, si deinde redeat ad uxorem, obligaturne Primò, servare Castitatem, quantum potest, v.g. non petendo debitum. Secundò, obligaturne, mortua uxore, redire ad Religionem?

4. Respondeo ad primum. Si professio nem emittens habuit expressum animum Castitatem vovendi, etiam si ad sæculum rediret, certum est, obligari ad servandam, quantum potest, Castitatem, & consequenter ad non petendum debitum, nam ad satisfaciendum uxori, satis est, si reddat. Si verò hunc animum expressum non habuit, non obligabitur, quia ex communi more emittendi professionem semper intelligit dam. C. profitem, vovere Castitatem statui Religio lo annexam. Quod si Pontifex in Sacro Textu dicit, hunc conjugem teneri ad id, quod

quod potest, id dicit, tum ex quadam præsumptione, quod conjugatus animum habuerit servandi Castitatem, etiam extra Religionem, tum, ut conjugii proponat id, quod tutius est. Ita Pontius, *a* idemque tenet in simili de professione ex alio capite nulla, Bordonus, *b* licet Sanch. *c* alique strictius loquantur, quibus adde Dianam. *d*

5. Ad secundum respondeo, certum esse, non obligari, neque ad illam Religionem, ubi professus fuerat, redire, neque aliam suscipere, nisi forte ad aliquod ex his se obligare expressè intenderit.

Atque hæc de Professione nuncupata sine licentia conjugis sequitur, ut dicamus de eadem ex alterius consensu.

Quod eandem, cum licentia Conjugis.

6. Profecto validam esse eam professionem, & præscindendo ab alio inconvenienti, per se licitam, omnes docemus. Sed, quia tunc vinculum Matrimonii non dissolvitur, idè, si cognosceret vir professus uxorem suam, etiam professam, peccaret quidem contra Votum, non verò contra *f* Justitiam, quia adhuc illa sua est, si evolaverunt ad Religionem Matrimonio consummato.

7. Est autem advertendum id, quod Sacri Canones statuunt *g* circa hanc professionem, ut scilicet neuter conjugum possit Religionem ingredi, nisi uterque ingrediatur. Et Religionem quidem Sancti Joannis sufficere, & sic usu servari, docet *h* Pontius, contra Sanch. id negantem. Additur tamen in prædictis Textibus, tunc nihilominus virum posse, ut etiam uxorem (quidquid in contrarium dicat de uxore Hurtadus, contra quem agit Castropalaus *i*) Religionem ingredi, remanente altero conjugè in sæculo, quando concurrunt tria.

8. Primo, Ut conjux relictus in sæculo sit senex: Senex autem ad hunc effectum ordinariè erit, si mas sit sexaginta annorum, femina quinquaginta, quando jam non solent amplius apti esse ad generandum. Cæterum in casibus particularibus poterit Episcopus, spectata conjugum valetudine, robore, modo vivendi, arbitrari adesse, vel abesse debitam senectutem.

9. Secundò, Ut ejusmodi conjux reli-

quendus in sæculo non sit suspectus de incontinentia.

10. Terriò ut idem emittat Votum Castitatis, quod certè Votum simplex erit, adeoque, si post mortem alterius conjugis aliud Matrimonium (utique illicitè) contrahat, contrahet validè, & impetrata dispensatione Voti, etiam licitè.

11. Nonnulli, præter licentiam alterius conjugis, requirunt licentiam Episcopi saltem, ut licitè assumatur dicta professio: Et sanè, tametsi de rigore juris hæc non requiratur, ut, expendendo Textus, prosequitur Castropalaus, *k* nihilominus ex consuetudine, ut idem ibidem habet, jam necessaria est ejusmodi licentia ad licitam admissionem & ita usus obtinuit.

12. Inquires. Quid, si eveniat casus, ut, proficiente uno ex conjugibus, alter, qui dedit licentiam, nolint deinde ingredi Religionem, si juvenis est, &, si, Senex, non vult Votum Castitatis emittere?

13. Respondeo, tunc Professio illius, qui ad Religionem transiit, est quidem valida, quia, si præcessit alterius liber consensus, satis fuit legitimè suscepta: sed tamen relictus in sæculo ad Religionem, vel Votum persuaderi posset, cogi non posset, quia Religio, & Votum ex propria voluntate, non verò ex aliena sunt suscipienda. Immo in hoc casu, si incontinentiæ periculum, uxorem v. g. premeret, debet Episcopus conjugem, quamvis Professum uxori periclitanti restituere (nam ex se exire à Religionem nequit, quia, ut dictum est, fuit valida professio) licet, uxore deinde mortua, vel Votum Castitatis emitte, obligetur dictus Professus ad suam Religionem reverti. *l*

14. Quæres. Ille relictus in sæculo, peccabitne nolens ingredi Religionem, vel Votum Castitatis emittere?

Respondeo. Si gravi causa non moveatur, (sic puto) graviter peccabit, tum, quia contra Sacros Canones agit, tum quia Religionem, pro qua dedit licentiam, illud damnum affert, quod modo *m* diximus, nempe obligationem restituendi conjugem, &c.

15. Si relictus in sæculo voveat tandem Castitatem, non poterit amplius revocare ad se Professum, quia per licentiam, quam dedit ut suus conjux profiteretur, concessit illi, ut pos-

P p p 3 ser,

k Castrop. lo. cit. n. 11.

l Sanch. l. 7. matr. d. 33. n. 14. & 15. Pont. l. 9. c. 12. aliq.

m Sup. c. 3. §. 8. nu. 6.

set, immò, ut deberet non petere debitum: per Votum autem, quod ipsa emisit Castitatis, non potest ipsa petere: ergo ad quid inserviret illa revocatio? Ita discurre Pontius; *a* & consequenter vides, Professum, si quando restitueretur uxori in casu dicto num. 13. posse quidem reddere debitum, at, quia verè est Professus, debet, *b* quando potest, suum Votum servare, atque adeò, nisi ipsi dispense- tur à Summo Pontifice, petere debitum non valebit.

§. II.

Quand Ordines Sacros sine consensu conjugis.

1. **Q**UAMVIS certissimum sit, validè Sacris Ordinibus initiari conjugatum in vita uxore, semper tamen mortaliter illicitè. Id- que verum est, sive post Matrimonium con- summatum, sive etiam post solum Ratum; Ratum enim dat dumtaxat facultatem ad professionem emittendam, non vero ad Or- dines Sacros suscipiendos, ut supra suo loco vidimus.

2. Hinc fit, ut sic ordinatus possit revo- cari à sua uxore, possitque ipse revocationi assentiri, & reddere debitum, sed, quia Ordini Sacro annexum est Votum, seu Præceptum servandæ Castitatis, petere non poterit, ut in simili nu. 16. dictum est, & hic notat Pon-

e Pont. d. l. tius. c. 9. c. 13. n. 3

3. Quid si non revocetur?

Respondeo. Tunc non tenebitur quidem ex se redire ad illam. Ordo enim validus me- rito id concedere debet, (ut advertit Castropalaus *d*) posset tamen si vellet, ut diximus numero quarto de professo, uxore non con- sentiente; par enim est ratio. Quamvis enim illa professio fuerit nula, Ordo vero hic sit va- lidus; tamen obligatio reddendi debitum ux- ori est eadem, & ex alia parte Ordo Sacer non pugnat ex se cum Matrimonio, nisi ratione Voti Castitatis ipsi Ordini adnexi. Si ergo Voto Professionis non obstante, potest in illo casu ex se redire, potest redire, & ordinatus, cui nihil ob stare posset, nisi idem Votum Ca- stitatis. *e*

e Cast. l. c. contra nō- nullos ci- tatos à Sanc. l. 7. mat. d. 4. n. 5.

4. Denique adverte, si conjugatus, etiam Matrimonio non consummato, ad Ordinem Sacrum (non ergo, si ad Minores) ascendat

sine uxoris expressa licentia, in suspensio- nem, seu irregularitatem incurre ex Jure. Unde, neque in suscepto Ordine ministrare, *f* neque ad Superiores promoveri neque Bene- ficiū, vel officium Ecclesiasticum obtinere poterit.

Quand eosdem Ordines cum consensu conjugis.

5. Hactenus de susceptione Sacrorum Or- dinum sine consensu Conjugis, quid, Juris cum ejusdem consensu?

Assero, posse eos suscipi cum dicto consen- su, sed cum similibus conditionibus explicatis à num. octavo. Nempe, ut uxor prius Re- ligionem profiteatur, aut, si sit Senex, & de incontinentia non sit suspecta, Castitatis Vo- tum simplex emittat.

6. Scio, Gasp. *g* Hurtadum docere con- tra Sanchez, ut vir ad Sacros Ordines promo- veri possit, sufficere, si uxor manens in sæculo Castitatem voveat, liberetque per suam li- centiam dictum virum ab obligatione tori, & cohabitationis, nec requiri, ut uxor pro- fiteatur, quia, (inquit) *in cap. Conjugatus de convers. conjug.* Professio uxoris non requi- ritur.

7. Verum pro Sanchez pugnat Castropalaus; *h* Fateatur enim, veram esse sententiam *h* Castropalaus Hurtadi in rigore juris, sed jam ex vi consue- tudinis, nullum nunc conjugatum permitti initiari Sacris, nisi prius uxor profiteatur, vel, si sit vetula, Castitatem voveat. Nota autem (ut colligo ex Castropalaus, *i*) debere acce- dere licentiam etiam Episcopi, si non ex rigore Juris, certè ex consuetudine, ut in simili di- ximus numero undecimo.

8. Quando autem, modo dicto, remanet Voto constricta uxor in sæculo, admonent Doctores cum Sanchez, *k* non posse ipsam cum suo conjugate Ordinato manere in eodem cubiculo, ut habetur *Cap. Episcopus dist. 77. c. 6. n. 11.* immò prudens consilium tradunt esse, ut *l. n. 11.* ne in eadem quidem domo habitet, ad vitan- dam scilicet incontinentiæ suspicionem.

9. Præterea hoc uxoris Votum Castitatis, licet sit simplex; tamen habet hoc peculiare, ut, si ipsa post mortem sui conjugis jam Or- dinati contrahat novum matrimonium, in- validè contrahat.

Ratio,

Ratio, cur huic effectum pariat hoc Votum nunc, non verò, quando conjux in Religione Professionem emisit, est, quia ordini sacro, ad quem licentiam concessit ipsa uxor, debetur hæc reverentia, nè uxor eadem aliud matrimonium ineat. Hanc doctrinam habet Sanchez, quam Azor, *a* affirmat, esse omnium. Pontius *b* tamen id negat, asserens, par esse utrumque Votum, & neutrum dirimere matrimonium subsequens. *c*

Inquires per hanc occasionem. Primò, An ipse Presbyter Græcus, si post mortem suæ uxoris aliam ducat? validè ducat. Secundò, An licitè? Tertio, an vidua prædicti Græci Sacerdotis, si ad secundas nuptias convolet, validè convolet, & licitè?

Respondeo, ad primum. Docet Petrus Arcudius lib. 7. de Matrimonio cap. 4. Matrimonium secundum Presbyteri Græci validum esse (licet tunc dictus Presbyter sit repellendus ab exercitio Ordinis, si velit ipse, vel uxor persistere in eo Matrimonio) quia, inquit, nec ipse emisit ullum Votum Castitatis, nec adest Canon Matrimonium illud invalidans, sed tamen, quia sit bigamus per secundas nuptias, merito privatur exercitio altaris. Ita Arcudius contra Cariophylum putat hanc Matrimonium esse invalidum.

Respondeo, ad Secundum. Sacerdotem prædictum graviter peccare, secundas nuptias celebrando; Non solum enim Canones Græcorum (ut colligo ex allatis ab Arcudio citatis) illum faciunt bigamum, eundemque Sacerdotali exercitio privant, ut dictum est, verum etiam vocant illas nuptias Illicitas, Illegitimas, Nefarias.

Respondeo, ad Tertium, validum esse Matrimonium viduæ relicte à Presbytero Græco, ut etiam esse licitum. Ita contra Cariophylum, qui videtur hoc Matrimonium damnare, docet his verbis Arcud. l. cit. *Quod Sacerdotum viduæ ad secunda vota minime transseant, non ritus, sed virtutis est.*

Confirmo, quia Sanc. l. 7. Matr. cap. 40. num. 5. ait, licitè viduam Sacerdotis secundo nubere, si non consensit Ordinationi sui primi Viri, & probabile esse, etiam licitè secundo nubere, quando uxor nesciebat, id sibi prohiberi. Sed audio, uxores communiter a consolare dare ejusmodi consensum; quod

si dent, eas nescire ejusmodi prohibitionem non valendi transire ad secundas nuptias; ergo, &c. Supponimus autem dictam viduam nullum Votum Castitatis emisisse, ut centè emittere non solent.

Confirmo iterum, quia in dubio, an emissem Votum, & in dubio, quod existat lex, seu præceptum, melior est conditio meæ libertatis, atque adeo non obligor illam servare, ut de lege dubia docet Sanchez lib. 1. in Decal. cap. 10. num. 32. & de Voto numer. 36. Cum ergo, ad minus, saltem dubia sit lex hæc; vel Votum de abstinendo à secundis Nuptiis, quoad prædictam viduam, ipsa non obligabitur, &c.

Nec contrarius est Pontius lib. 7. matrim. cap. 25. & 21. dum dicit, Matrimonium relicte à Sacerdote Græco esse quidem validum, sed illicitum, quia est contra eorum Canones: Non est, inquam, contrarius, quia & ipse, & Canones, quos affert, videntur loqui de vidua, quæ dedit licentiam, seu consensit sui viri Ordinationi, sciens sibi sic prohiberi secundas Nuptias, vel de vidua, quæ Castitatem fortè voverit: Lege diligenter tum ipsum, tum Sanc. l. cc.

10. Inquires Secundo. Si eveniat casus similis illi, cujus d nuper memini, hoc est, si, d *Supra* §. promoro conjuge in Sacris, uxor, nec Religionem ingredi velit, nec Castitatem vovere, quid faciet vir jam Ordinatus.

11. Respondeo. Sanch. e ait, uxorem debere cogi ad Votum; ad hoc enim emittendum se obligavit, dum liberè dedit licentiam viro, ut ad Ordines ascenderet. Verum Castropalaus f ait, non posse cogi, sed, si uxor, f *Cast. l. c.* petat, debere ipsi suum virum restitui. Ratio est, quia nemo unquam cogi invitus potest ad vovendam Castitatem. Utraque probabilis est sententia. Verum mihi magis placet hæc posterior; tucur enim magis libertatem. Quia tamen uxor supponitur promississe, se Professionem, vel Votum emissuram, nolens deinde promissionem servare, causa valdè rationabilis debet accedere, ne graviter peccet, nolendo custodire Sacros Canones in re tam gravi. Sic puto, ut ibidem num. 14. in simili putavi.

12. Illud item Castropalaus g contra plures Doctores habet, hunc Ordinatum cum licentia uxoris, sed nolentis, nec profiteri, nec

vove-

*Extrav.
Antiq. de
Voto.*

vovere, incidere etiam in eandem illam suspensionem, seu irregularitatem, de qua modo dixi num. 4. Ratio est, quia in a Sacro Textu dicitur, eum incidere in dictam suspensionem, qui, aliter quam Sacris Canonibus noverit convenire, Sacros Ordines suscepit. At Sacri Canones requirunt ad dictos Ordines non solum licentiam Uxoris, sed ejus professionem, vel Votum. Nota tamen illud (noverit) si enim bona fide inculpate Maritus, supponens uxorem Canones servaturam, promoveatur, non puto eum fore suspensum, quia sic non novit se ordinari contra Sacros Canones. Sed profecto, ne prædicta incommoda eveniant, praxis esse debet, ut prius profiteatur, vel voveat uxor, & deinde Maritus promoveatur.

13. Denique, ut vir ad Episcopatum ascendat, requirunt omnino jura, ut uxor Religionem ingrediatur. Ad Cardinalatum vero nihil aliud est opus, præter illud, quod ad Ordines Sacros necessarium esse, hæcenus definimus.

§. III.

Quoad Votum simplex Castitatis.

I. Quemadmodum §. I. indicavimus, posse conjuges mutuo consensu cœlibem

vitam agere, sic poterunt Voto se Castitatis astringere; eadem enim est ratio de utroque: recole tamen cautionem, quam ibidem adnotavimus, ut item alia, quæ hic facere videntur, quæque in præcedentibus per occasionem sunt definita.

2. Si quis ritè uxoratus, deinde ob impedimentum impotentia, quod creditum fuit perpetuum, professionem emisit, vel Ordines Sacros suscepit, quid faciet in casu, quo deinde appareat, eum esse potentem? redirene poterit, ac debeat ad uxorem?

3. Respondeo, redire debere, quia prævalet validitas Matrimonii ritè suscepti. Vorum id, & multa ad idem facientia latè profequitur Diana. *b*

Et jam ad finem Tractationum de Matrimonio fauste, feliciterque perveni; Id, *rg. 7.* quod Summo Deo acceptum referens, similem felicitatem studiosis,

Lectoribus meis ab eodem enixe precor.

F I N I S.

Laus DEO, Beatiss. Virgini, ac B. Aloysio.

LIBER NONVS, DE CONTRACTIBVS IN PARTICVLARI.

EA, quæ pro praxi scire oportuit de contractibus in genere, in c Decalogi *Lib. 1.* libris indicavi satis: Nam propterea, iis non repetitis, ad peculiare Contractus explicandos nunc opportune descendendum est. *Decal. 3. 1. 1. 36.*

TRACTA-

TRACTATUS PRIMVS DE CONTRACTV MUTVI. ET DE VSVRA.

CAPUT I.

De Mutuo.

§. I.

Quid sit Mutuum?

Mutuum, quod sic dicitur, quia *de Meo, Tuum fit*, commode definiri potest in hunc modum *Est traditio rei consentis in Pondere*, ut *Maix Arganti, Numero*, ut *Pecuniae, & Mensura*, ut *Vini, Frumenti, &c. Spe recuperandi, statuto tempore, tantundem in suo genere.*

1. l. 3. in Decal. Tr. 1. 1. §. 1. Hanc definitionem alibi *a* explicuimus, nunc duo recolamus, vel explicemus latius, Alterum quoad tempus Mutuum restituendi, Alterum quoad illud (*tantundem*.)

Tempus restituendi Mutuum.

2. Mutuatarius tenetur restituere mutuum tempore constituto, vel post ejus usum completum, non autem tenetur reddere antea, quamvis Mutuum à mutuantem repetatur: potest tamen antea reddere, si velit. Nam, ut habetur in Jure. *b* Quoties in gratiam debitoris apponitur dies solutionis, potest debitor ante illum diem solvere, unde fit, ut, in *17. n. 219.* contractu Mutui, creditori non liceat obligare debitorem, ut ipse debitor nequeat ante diem fixum solvere. Ratio est, quia, Mutui natura postulat, ut quamvis non teneatur debitor debitum solvere ante praefixum diem, in

Tamburinus de Sacramento.

sua tamen potestate sit, illud antea solvere, quia integrum semper est homini, rem, quæ Domino debetur, eidem consignare.

Quod si Mutuatarius praefixo tempore non restituat, & propterea Mutuans aliquod damnum patiat, tenetur in conscientia illud resarcire; sicut etiam tenetur restituere ea, quæ Mutuans insumpsit in repetendo ejusmodi debitum. Ratio est, quia tunc Mutuatarius causa praedictorum damnorum est.

An autem is praemonendus sit de interesse, quod sit Mutuanti, diximus satis *d* alibi, & iterum dicemus *e* mox.

3. Sed quid, si nullus fuit praefixus terminus ad reddendum Mutuum.

Respondeo, adhuc non posse Mutuantem statim repetere, sic enim nullum fuisset Mutuum. Tunc ergo, vel ex circumstantiis, vel Judicis arbitrio statuendum est, quando nam possit repeti, ut notant Menoch. *f* aliique.

4. Si forte confessus es per scripturam, etiam publicam, te recepisse numerato pecuniā mutuatam spe, quod certo tibi esset numeranda, quæ tamen deinde tradita tibi non fuit, qua exceptione uti possis in foro exteriori, ne cogaris reddere, quod non accepisti (nam in interno clarum est, te non obligari lege fuse apud Molinam, galiosque.

Tantundem restituendum in Mutuo.

5. Jam verò aliquanto latius explicandum est illud (*tantundem*) ex qua particula maximè discernitur, quando nam in Mutuo involvatur Usura; si enim plus requiras, quam sit res mutuatata, committis Usuram, ut latè explicabimus inferius.

Qq9

6. Cex.

6. Certum autem est, ei, qui mutuatur pecuniam auream, (præcindendo à pacto) iuste communiter reddi argenteam, vel æream, si tantundem in valore reddatur, & ex ea minoris pecuniæ redditione nullum damnum sequatur Mutuanti.

7. At quæri potest, an possit Mutuator præterdere sibi fieri supplementum merè ex ipsa redditione minoris pecuniæ?

Respondeo affirmativè, atque adeò posse exigere pecuniam ejus rationis, quam numeravit, vel aliquid proportionatum petere, quo ipsi damnum compensetur: immò etiam posse pactum facere ab initio Mutui, ut sibi ejus rationis reddatur pecunia, quam dedit. Ratio est, quia pecunia aurea utilior est, & preciosior, quam argentea & hæc, quam ærea nec tenetur Mutuator gratis privare se hujusmodi commodis, quæ sunt extra ipsum mutuum.

a Syl. v. Ira Sylvester, & alii quæ.

Solutio 8. Contra verò, qui mutuatur pecuniam, puta æream, licetne potest exigere, vel pactum facere, ut detur argentea, vel aurea?

Ang. v. Solutio nu. 2. Respondeo, nequaquam; *b* quia imposteret onus Debitori ultra debitum, seu ultra sortem, plus enim valet, ut dictum est, aurea, quam argentea, & hæc quam ærea.

b Navarr. Sed certè, incidit hic celebris dubitatio, in matr. c. quid faciendum, quando res mutuata diversimodè valet tempore accepti, quam tempore soluti Mutui. Sanè de hac instituere particularem paragraphum distinctionis gratia officio de rebus peram pretium erit, quod jam facio.

uenditis.

§. II.

De diversitate valoris in Mutuo.

1. **V**T distinctius procedamus, loquamur prius de pecunia, tum de rebus aliis; habent enim suas quæque proprias difficultates.

Quoad Pecuniam.

2. Titius dedit mutuos Cajo centum v. gr. quos vocant. Zicchinos aureos, quorum singuli, tunc valebant viginti Julii. Nunc vero, tempore præfixi termini reddendi, valent eorum singuli, viginti quinque Julii.

Inquiro Primo. Poteritne iuste Titius nunc exigere à Cajo centum Zicchinos ex auro?

Quid Secundò. Si contra, hoc est, si tunc valebant Julii viginti quinque, nunc verò solum viginti? Hæc autem Inquiro, quando nullum præcessit pactum, nam, an licet possit pactum aliquod præcedere, dicam mox à numero nono, seu potius ad verò, idem, quoad hoc pactum, dicendum esse de pecunia, quod dicto numero nono dicitur de rebus.

Respondeo ad primum, negativè, solum enim potest tot exigere, quot complent valorem antiquum centum illorum aureorum.

Contra verò respondeo ad secundum affirmativè; poterit enim exigere, tot, quot tunc mutuos dedit, vel ejus æquivalentem valorem. Ita Molin. c.

3. Ratio utriusque responsionis est, quia valor ille crescit, vel decrescit Domino pecuniæ, qui sanè nunc est Mutuatarius: à mutuo enim transferri dominium rei mutuatae, non verò in commodato, diximus satis alibi; ergo illi ejus utilitas, vel damnum cedere debet. Præterea, Mutuatarius debet illud, quod ipsi mutuatum fuit; at si mutuata fuit pecunia sub ratione pecuniæ, secundum valorem temporis, quo acceptum à se fuit mutuum, non verò secundum valorem temporis, quo mutuum reddit, ergo illum valorem debet non hunc, quia solum debet tantundem.

4. Confirmatur ex c. Cum olim de censibus, ubi dicitur Censum esse solvendum secundum Monetam priorem, & non posteriorem, quæ fortè curret minoris valoris; & ex c. Cum Canonici eodem, ubi decernitur, pensio nem esse solvendam, juxta æstimationem prioris pecuniæ, quando imposita est pensio.

5. Scio à Navarro & oppositum doceri, quia Mutuator (ait) erat servaturus suam pecuniam usque ad tempus, quo valor erat augendus. Sed nihil dicit contra nos: Nos enim in hac Conclusione non loquimur de alio contractu, quem quis potest celebrare cum Mutuatario circa damnum emergens, vel lucrum cessans, de hac enim inferius agemus: sicuti, neque de pacto aliquo iusto, quo convenires cum eodem, ut tibi semper detur valor præsens pecuniæ, siue crescat, siue decre-

scat in posterum, de quo mox dicam numero 10. & denique, neque de illo casu, quo forte commodas tuam auream pecuniam ad ornatum v. gr. quando certe eadem erit in individuo reddenda, quia tunc pecunia non fungitur munere pecuniæ, sed rei, solum enim loquimur de mero Mutuo, ratione cujus ex allata doctrina diximus, non deberi tibi, nisi tantundem ejus, quod mutuasti, quod certe est pretium illud currens eo tempore, quo mutuam pecuniam dedisti.

Quoad Res.

6. Quamvis, quod de pecunia dictum est, intelligendum etiam sit de aliis rebus functionem habentibus; unde, si mutuasti Mensuram Tritici, contingat autem propter novam v. gr. Pragmaticam, Mensuram augeri vel decrescere, semper tibi debeat ea mensura, qua tu mutuasti, ut patet ex dictis, quia jus habes semper ad tantundem: quæstio tamen remanet, quando non crevit quidem, vel decrevit mensura, sed quod sæpe solet accideret, quando decrevit, vel augetur ipsum mutuata rei pretium. Mutuavi tibi mense superiore quatuor v. gr. Frumenti modios, qui tunc valebant aureis sex, nunc vero valent, propter abundantiam, tribus aureis, vel propter penuriam, octo; possumne nunc licite exigere modios quatuor, quocumque tandem pretio ii valeant?

7. Respondeo. Si nullum præcessit pactum, debet Mutuatarius semper reddere quatuor modios, & consequenter eisdem tu poteris exigere. Ita a Lessius. Ratio est, quia ita usu, & consuetudine, & quasi virtuali pacto inter mutuum celebrantes, receptum est; ut nimirum, si nulla præcesserit contraria conventio, res debeat reddi in pari bonitate, & mensura, abstrahendo à pretio; ego enim, quando tibi Mutuum do modium frumenti, modium frumenti semper te mihi reddendum exspecto, quidquid sit de pretio. Non sic si mutuo pecuniam, quia tunc secundum ejus pretium, ejusque valorem præsentem, qui est de essentia pecuniæ, mutuo, non vero secundum massam ipsam materiale.

Sotus b docet, in hoc casu, quando nullum præcessit pactum, posse haberi rationem valoris, qui est tempore, quo celebratur mu-

tuum, & hunc exigi posse. Verum contrarius est usus, & virtuale pactum, ut dictum est.

8. Objicies. Si hæc essent vera, mutuans, quando non fuit terminus præfixus ad restituendum mutuum, sive explicitè, sive tacitè, ut supra dictum est, posset licite repetere Frumentum, Vinum, Oleum, & c. eo tempore, quo videt ea plura valere, quod videtur durum?

Respondeo. At non durum videtur eidem Soto, & Molinæ, d Nam sibi debet Mutuatarius imputare, quod prius non solverit, quando forte minus valebat; Et sicuti, si Mutuatarius solvisset, quando minus valebat, non poterat mutuans illud non acceptare, ita, si mutuans nunc, aucto frumenti valore, exigit, non poterit Mutuatarius denegare solutionem, posito, quod verè nunc debeat, ut supponimus, cum supponamus tempus ali-quod, quod imbibitum, est in contractu mutui, esse transactum.

9. Diximus, si nullum præcessit pactum, nam si hoc præcessit, est diligenter expendendum, an illud sit justum, & servandum. Quatuor enim iniri modis id potest. Primo, ut, si ve crescat pretium frumenti verbi gratia, si ve decrescat, totidem mensuræ reddantur. Secundo, ut, si frumenti valor decrescat, reddatur tantum, quantum æquivaleret valori frumenti, qui currit tempore, quo datur mutuum. Tertiò, ut, si frumenti valor crescat, reddatur tantum, quantum æquivaleret ejusmodi valori aucto. Quartò, ut reddatur absolute tantum, quantum æquivaleret valori frumenti, qui currit tempore, quo reddetur mutuum.

10. Dico jam, primis duobus modis, justum est pactum, etiam si illud in eas, quia prævides minus, vel magis valiturum frumentum. Ratio est, quia Dominus habet Jus, tum ad illas suas mensuras absolute, tum ad easdem juxta pretium præsens sui frumenti, ergo, vel secundum mensuras, vel secundum pretium poterit pacisci. Ita Sanctarelli. e

At in tertio modo ex prædictis, Dico, nisi ad sit alius titulus damni emergentis, vel lucri cessantis, esse pactum injustum. Ratio est, quia tu non mutuas, nec mutuare justè potes, secundum valorem futurum non existentem nunc; ad illum enim nullum Jus habes.

Q 99 2

Deni-

e P. Sanctarelli. in manu. cr. de contras. Mutui c. 6 du. 4. quod ap. me habeo.

Denique in quarto modo idem dico, quando ideo ejusmodi pactum absolute fiat, quia praevidetur pretium fore augendum; nam secus esset, si par sit periculum, quod crescat, vel decreseat; tunc enim non erit Usura, sed ludus fortis, & erit similis primo modo jam allato.

11. Ex dictis colligi potest, an iuste pacificaris, ut, te dante rem veterem, v. gr. frumentum, vel vinum vetus, obliges Mutuatarium, ut reddat novum, distinguendum enim est, ac dicendum, si haec obligatio afferat aliquod gravamen supra Mutuum acceptum, injustum fore pactum, si non afferat, fore justum. Quoniam igitur plurius valet vinum v. gr. vetus, quam novum, cum, contra, plurius valeat frumentum novum, quam vetus, ideo de Vino poteris (sed certe noles) dictum pactum celebrare, non vero de frumento. Pari igitur modo discurre de similibus.

12. Quod si libenter à Mutuatario reddetur novum frumentum pro veteri Mutuato, quia ipsi id sit facilius, & nullum ipsi detrimentum afferens, libenter enim novum aestate reddere juvat ex sua messe illud, quod habuit hyeme à Mutuante, non erit illicitum, si praecedat pactum de reddendo frumento novo, quia tunc nullum gravamen, ut supponimus, fit mutuatario. *a* Lege Molinam loquentem de re simili, id est, de reddente libere, & sine proprio detrimento pecuniam auream Mutuanti aream, nec omittas nostrum *b* Decalogum.

a Molin. *a*.
312. *n*. 12.
b Lib. 8.
Decal. Tr.
3. c. 8. §. 1.
n. 11.

13. Denique nota, hanc negotiationem circa veterem, & novam rem posse in alia figura sine ullius usurae periculo celebrari, si nimirum vendas nunc vinum v. gr. justo pretio currenti, & anticipato pretio item justo emas vinum, quod novum erit tempore Vindemiae pretio tunc currenti, quod certe minus communiter erit, ut colliges ex dicendis infra, praesertim cap. 4. §. 4.

§. III.

An, & quando sit praeceptum de dando Mutuo?

1. **A** Jo Primò, aliquo tandem modo adest praeceptum de dando Mutuo. Ratio praecipua est, quia est praeceptum de facienda eleemosyna extreme indigenti; ergo, &

praeceptum de dando Mutuo. Antecedens est certum, saltem ex ea ratione universalis, quod proximus est amandus re, & veritate, id, quod non servat, qui ei in tanta necessitate non succurrit. Consequentia probatur, quia ideo danda est proximo eleemosyna, quia obligamur ex caritate succurrere indigenti in extrema necessitate, ergo, si proximus nostro Mutuo indigebit ad suam necessitatem sublevandam, illud dare obligamur.

2. Dices. Hac doctrina posita, vel tollitur praeceptum de dando Eleemosyna, vel tollitur praeceptum de dando Mutuo; ergo, &c. Antecedens probatur, quia si radix harum obligationum est sublevatio indigentis, nunquam dives volet dare eleemosynam ad ejusmodi sublevationem, sed Mutuum, ergo jam tollitur de medio praeceptum de dando eleemosyna. Contra, si aliquis non valet dare Mutuum, sed semper absolute, & gratis donare, cum sic melius sublevetur indigens, jam tollit praeceptum de dando Mutuo. Adde, easque posse inconveniens non tolerandum, nam Dives avarus semper diceret extremè non indigenti: *Frater, dabo tibi Mutuum, quo pacto jam sublevabo tuam indigentiam extremam*, cui dicto Pauper acquiescere obligabitur, acceptando Mutuum pro tempore, quo perveniet ad pinguiorem fortunam, & sic non poterit absolute accipere quidpiam occulte, etiam in extrema necessitate, sed semper sub ratione Mutui.

3. Respondeo. Nonnulli totum hunc discursum approbant, dicunt enim, tibi solum esse praeceptum de sublevanda inopis necessitate, quocunque tandem modo subleves, sive donando, sive mutuando; sed non satisfaciunt. Dico, ergo, non tolli praeceptum de dando eleemosyna, quia, quando pauper est indigens extremè cum nulla spe proxima aliquid habendi, tu non potes eligere Mutuum, sed obligaris absolute donare: & pauper ille accipere, etiam occulte, potest absolute, etiam te nolente, quia in extrema necessitate omnia sunt communia, ut alibi diximus. Nec tollitur praeceptum mutuandi, nam in casu, quo pauper extremè indigens spem proximam habet aliquid possidendi (praeterquam spem non erit propriè, & verè in extrema necessitate.) Tu certe potes non dare Mutuum, sed potes eligere donare eleemosynam. Verum, si tunc id velis, commutabis in melius praeceptum mutuandi, non verè

d Lib. 3. in
Decal. Tr.
2. c. 6. §. 1.

verò omnino tolles (melius enim est donare, quam mutuare) quæ profectò commutatio inconueniens nullum affert, nam propterea num. 1. dixi esse præceptum aliquo tandem modo mutuandi, id est, saltem æquivalenter per mutuum inclusum in ipsa donatione. Ad id, quod additur jam patet ex dictis.

4. Ajo Secundò, Principes posse penurix tempore divites cogere ad mutuandum, v.g. ad mutuandum hyeme frumentum populo, reddituro æstate. Ratio est, quia divites possunt cogi tempore necessitatis ad dandam indigentibus elemosynam, ergo multò magis cogi possunt ad Mutuum subministrandum.

Adde, posse quempiam in aliquibus casibus cogi ad vendendum, vel locandum ob commune bonum, ut ex omnium sententia docet Covarr. Aliique. Ergo multò magis ad mutuandum.

CAPUT II.

De Usura, quoadeius Naturam.

§. I.

Quid sit, & quodplex Usura?

1. **C**onnexa maxime est Usura cum Mutuo: ea enim tota fundatur in Mutuo, & sic definitur, *Est lucrum, quæsitum ex Mutuo vi Mutui*. Nota autem illud (vi Mutui) in quo consistit essentia Usuræ, ut modo notavimus capite primo, paragrapho primo numero quinto.

2. Alia autem est Mentalis, quæ, sola intentione habendi lucrum ex vi Mutui, committitur. Alia Realis, quæ re ipsa committitur, id est, accepto, re ipsa lucro.

3. Alia expressa, quæ scilicet per expressum pactum habendo lucrum fit: Alia, Tacita, quæ, per tacitum.

4. Alia Palliata, cum scilicet committitur sub Pallio alterius contractus v. g. Venditionis, Locationis, Dilationis, quam Creditor concedit suo debitori, &c. Alia Clara, cum scilicet sine ullo involuero manifestè lucrum quis petit ex vi Mutui. Palliatam vocamus communiter Usuram virtuales, Claram vero appellamus Usuram formalem.

5. Nonnulli addunt aliam divisionem, in Usuram lucrativam, quæ est jam dicta, in qua scilicet lucrum intenditur, vel exigitur; In Punitivam, per quam scilicet dans Mutuum obligat Mutuatarium, ut, si non reddat Mutuum tempore præfixo, incidat in pœnam solvendi aliquid Mutuanti; In Restaurativam, seu Compensativam, per quam Mutuans aliquid exigit, ut restauret, seu sibi compenset lucrum, quod ipsi cessavit, vel damnum, quod ipsi emerfit, ratione dati Mutui. Cum autem nos, (ut etiam faciunt Doctores passim) de Usura loquimur, loquimur de Lucrativa; Nam Punitiva, & Restaurativa verè Usuræ non sunt, ut ex dictis patet.

§. II.

An, & quo Jure Usura prohibita sit?

1. **I**us Civile, quod concedit, siue (ut alii melius sentiunt,) quod permittit simplicem Usuram, de qua relege Doctores, d d Bartol. l. correctum est à lege Canonica in toto titulo 1. C. de Usu de Usuris, & in Clementina prima eodem, & ma Trinit. alibi juxta multa Sacræ Scripturæ loca, præ Covarr. li. fecim illud Luca 6. Mutuum date, nihil inde sperantes. Usura tamen Usurarum, seu, ut vocatur à Græcis apud Lessium loco citat. Analeptus, (id est, quando lucrum adjicitur 20. du. 4. forti, undè lucrum habitum ex Usura pariat n. 31. aliud lucrum) est etiam in Jure Civili & prohibita, c. l. Pla-

2. Verum enim vero, estne de fide Usuram esse illicitam? Rursus estne de fide, illam non nullo. C. solum Jure positivo, sed etiam Jure naturæ. De Usuris. illicitam esse?

Respondeo. Omnes conveniunt, de fide credendum, Usuram esse illicitam, idque propter loca evidentiā, in quibus id definitur, in prædictis Sacris Textibus. Esse autem illicitam Jure naturæ, tamen si Bannes putet, 3. §. 1. n. 2. etiam de fide esse, Salas tamen cum aliis negant, solum enim hi putant, eum, qui contrarium nunc diceret, fore non quidem Hæreticum, sed Temerarium, Erroneum, periculosum; A quibus tamen Censuris voluissim, ut etiam hi abstinerent, cum Theologi valde laborarent, (ut videre est apud Delugo, g qui prædictos citat) in inveniendā ratione, quæ id efficaciter probet.

Q99 3

3. Por-

3. Porro ex duobus principiis ratio eiusmodi naturalis, qualiscumque ea sit, duci consuevit. Alterum est. In Mutuo ex gratuita voluntate, & mera donatione Mutuantis transferri dominium rei Mutuatæ in dominium Mutuatarii, qui tamen remaneat obligatus reddere tantundem suo tempore. Alterum, Non posse te accipere lucrum ex re alterius, nisi ex aliquo titulo illud tibi debeat. His positis, sic formatur ratio. In Mutuo non invenitur titulus, unde lucrum supra sortem exigere possis, ergo injuste illud exiges. Antecedens probatur, quia ex prioris principio in Mutuo transfertur dominium rei Mutuatæ in Mutuatarium, ergo tota res, ejusque usus jam est Mutuatarii, licet cum obligatione tantundem reddendi; Si ergo tota res, totusque ejus usus est Mutuatarii, quodnam erit in Mutuo caput ex vi cuius lucrum accipere possis? Quare, si illud sumeres, ex re aliena contra secundum principium sumeres.

Sed hæc, responsiones ad illa fusius agitantur apud citatos. Nos, ad praxim semper collimantes, ejusmodi disputationes, non admodum ad eam necessarias, libenter prætermittamus.

4. Illud non omittendum. An semper prohibeatur Usura sub mortali, an potius in ipsa detur parvitas materiæ, & consequenter tunc committatur solum culpa venialis? Constante assero, ipsam ex genere suo esse sub mortali veniam, adesse nihilominus parvitatem materiæ. Ratio potissima, & convincens est, quia tota ejus malitia est contra Justitiam: at hæc admittit parvitatem materiæ, ex omnibus, ut patet in furante obolum v. g. vel in inferente damnum leve, ita Delugo. ^a

^a Delugo

d. 25. de

Just. n. 252

b Diana p.

5. 17. 5. ref.

39.

5. Diana ^b propter Auctoritatem Alphonsi de Leone negantis, in Usura dari parvitatem materiæ, & ex eo argumento, quod, quidquid sorti accidit, Usura est, Diana, inquam, hanc rem nobis cogitandam reliquit. Sed ne amplius (oro) quis cogitet, idque propter rationem à nobis modo allatam. Respondeaturque Alphonso in hunc modum. Quidquid adjicitur sorti, esse quidem usuram, sed exiguae materiæ, atque adeo peccatum veniale. sicuti quodlibet furtum, etiam Sacrilegium, rei Ecclesiæ in modica materia furtum est, & Sacrilegium, sed veniale.

CAPUT III.

Casus in Mutuo Usuram certò non continentes.

1. **I**N tres classes distinguo casus ad hanc tractationem de usura, pertinentes, nimirum Primò, in eos casus, qui certò usuram non continent. Secundò, in eos, qui certò continent. Tertiò, in eos, qui subcontroverfia. Incipiamus à primis in hoc capite, tractaturi de aliis separatim in capitibus subsequentibus.

§. I.

Lucrum ex Mutuo ratione gratitudinis.

1. **N**Ec peccat, nec obligationem contrahit restituendi, si mutuet, quis intendendo, immò, & habendo aliquod ex mutuatarii benevolentia, gratitudine, liberalitate, amicitia; quamvis intentionem habeat non mutuandi, si resperata careat. Ratio est, tum, quia id non est, exigere lucrum ex vi mutui, tanquam ex Justitia, in quo consistit essentia usuræ, sed ex vi alterius tituli, quem verè adesse, supponimus; tum, quia, qui ejusmodi gratitudinem intendit, rem honestam, & rectæ rationi congruentem intendit. Nam propterea poterit Mutuatarium excitare, & rogare, ut se gratum ostendat; excitat enim ad id, quod honestum est. Ita Molina, & alii. ^c Mol. d. 305. xx. Assertur à Molina exemplum de Mutuante pecuniam Principi ad finem, ut ab illo obtineat officium, vel dignitatem ex Principis liberalitate: is enim, quamvis principaliter officium intendat, non propterea est usurarius, est usurarius, quia non intendit ex vi Justitiæ, sed ex vi liberalitatis. ^d Lef. lib. 1. c. 20. m. 38.

Nota, hoc (*Ex vi Justitiæ*) includi in Descriptione usuræ, ibi (*Ex vi mutui*) illud enim (*vi*) significat urgentem, & omnimodam obligationem, quæ est ipsissima obligatio Justitiæ.

2. Objicies Luca 6. dicitur *Mutuum dare, nihil inde sperantes*; & in C. *Consuluit de Usuris*, dicitur, esse usuram, dare mutuum ex spe lucri principaliter, non verò ex spe lucri minus principaliter, ergo omnem spem, saltem principaliter intentam, excludere debemus, ne in usuram incidamus.

Respon-

Respondeo. Illicitum esse, aliquid sperare ex Mutuo, tanquam debitum ex Justitia, & quidem, etiam, si speres minus principaliter, quia adhuc committis injustitiam, cum lucrum accipias sine titulo, non vero esse illicitum, sperare aliquid, tanquam congruum ex gratitudine; illud ergo prohibetur, non hoc. Unde, quando prædictum Caput *Consultuit*, dicit, licere, sperare lucrum minus principaliter ex Mutuo, semper intelligendum ita est, ut sensus sit, licere, illud sperare, non tanquam debitum ex Justitia, sed tanquam congruum ex gratitudine, & amicitia dumtaxat, Unde omnino, quæ dicam infra cap. 4. §. 2. & cap. 5. §. quarto.

3. Duo tamen scopuli sunt in praxi diligentissime declinandi. Alter, ne fiat pactum antea, Alter, ne sit quis nimis importunus in petendo lucrum ex gratitudine. Quamvis enim pactum fiat expresse, ut lucrum detur ex gratitudine dumtaxat, & quamvis Mutuus solum utatur precibus, unde speculative non videatur, sic induci malitia usurae, tamē quia, ut verè effugiatur injustitia, Mutuatarius ex mera, & pura libertate, & voluntate dare debet, quæ libertas facile in prædictis scopulis violatur, & infringitur, cum illud pactum antea factum, & importuna illæ præces ostendant involuntarium, & multo magis, si Mutuatarius concipiat timorem, ne alia vice difficulter inveniat, qui Mutuet, idē dixi, esse in praxi geminos illos scopulos solertissime cavendos.

4. Inquires. Pecconē, & obligor ad restitutionem, Primò, si accipiam bona fide lucrum, tanquam ex gratitudine, vel simili justo titulo, Mutuatarius tamen vere det, tanquam debitum ex Justitia? Secundò, quid, si contra, Mutuatarius det ex gratitudine, tu verò accipias ex Justitia?

5. Respondeo ad Primum, te non peccare; Quando tamen rescies Mutuatarium dedisse ex vi Justitiæ, reddere debes omnino lucrum, quod extat, vel id, in quo factus es ex eo ditior, quia tunc jam cognoscis, te titulum non habere retinendi.

6. Ad secundum, te peccasse quidem ex conscientia erronea, sed illa deposita, lucrum tutò retine, quia jam habes titulum justum retinendi. Vtramque responsionem legere poteris apud Less. *a*

2. *off. lib.* 19. *lib. 6.* Quid, si dubitem, an Mutuatarius dederit gratis?

Respondeo, te debere restituere, quia in dubio melior est conditio possidentis: Nunc autem verè, & civiliter possidet mutuarius, quamvis materialiter lucrum sit apud te: sicuti, quando Lator possidet rem meam, possessio vera, & civilis est apud me, licet possessio materialis, seu, ut vocamus, naturalis, sit apud Latronem. Lessius ibid. contra Cajetanum.

8. Prostrems, hic est rejicienda falsa illa sententia Scoti, *b* & aliquorum ipsum sequē- *b Scot. in* tium, qui asserunt, usurarium non teneri re- *4. dist. 15.* stituere, si Mutuatio nō manifestavit suam *q. 2. art. 3.* intentionem exigendi supra sortem, quam *apud Mol.* vis peccet exigendo, sed peccare, & restituere *max. ci-* tunc solum debere, quando id manifestavit; *tandum.* Ratio est, aiunt, quia, quando non manifestatur hujusmodi intentio Mutuatario, ipse Mutuatarius præsumitur dare gratis. Falsa enim verò sententia, ut falsa merito visa est Molinae, & aliisque. Ratio est, quia sine fun- *c Mol. d.* damento sic præsumitur; immò cum maxi- *306. n. 5.* mo fundamento præsumitur contrarium. *Sorus l. 6.* Nemo enim censetur gratis donare, ut infra, *de Justit. q.* cum de donatione, fufius, Deo dante, doce- *1. art. 4.* bimus. *Med. q. 4.*

Præterea, si vera esset hæc sententia, se- *de Vsur.* queretur, usurarium Mentalem nunquam *citati ab* obligari ad restitutionem, quia eo ipso, *eod. Mol.* quod sit solum mentalis, jam mutuat sine *na.* explicito pacto, & sine manifestatione suæ intentionis, & tamen *In cap. Consultuit, de Vsur.* teneri ad restitutionem Mentalem usurarium, clarè decernitur.

§. II.

*Lucrum ex Mutuo ratione alicuius oneris
suscepti à Mutuante.*

Ratione laboris.

*d Med. de
Cambis*

1. **P**otest à Mutuans aliquid proportionatum exigere ratione notabilis laboris, quem fortè suscipit in gratiam Mutuatarii, *qu. 2. Na-* *varr. in* in parandis v. g. pecuniis, in numerando *m. d. c. 17.* *n. 209.* ejus magnam quantitatem, in mensurando *Molina d.* *304. Ca-* tritico, in transportando vino ad domum *lest. Tr. 11.* Mutuatarii, &c. Ratio est, quia licet potest *de Vjuris* quis locare laborem suum extraordinarium *c. 3. Qua-* alteri. *res.*

2. Dixi, *proportionatum*, in hoc enim forè *labun-*

labuntur nonnunquam aliqui, Usurasque palliant, dum pro parvo labore sumunt non exiguam mercedem, tunc enim, quis non videt, vel Usuram committi palliatam, vel clarum furtum? expendat igitur homo prudens, & expertus, quanti sit ejusmodi labor.

3. Dixi item, *in gratiam Mutuatarii*, quod certe ferè semper est; quando datur Mutuum. Quando enim mutuans dat mutuum tibi, in tuam gratiam numerat, mensurat, transfert in domum tuam rem mutuatam: At, quando mutuatarius reddit, discrimen invenio inter numerationem, seu mensurationem, & inter translationem. Nam, quoad translationem mutuatarius ipse debet rem transportare in locum, in quo rem habuit à Mutuante, nè scilicet mutuans ex mutuo dato damnum expensarum transportationis patiat. Undè, si mutuans in alium locum non æquivalentem velit rem transferri, certe suis expensis facere id debet, non mutuatarii, quia tunc rem propriam in gratiam suam alio transfert. Quoad numerationem vero, vel mensurationem, cum mutuans Jus habeat, nè defraudetur in numero, vel in mensura, debet mutuatarius coram mutuante numerare, vel mensurare, & quidem propriis ipsius mutuatarii expensis. Ratio est, quia ad mutuatarium pertinet, cum reddit mutuum, scire, ne plus, vel minus reddat; Certe in decimis Ecclesiæ solvendis ex frumento, solent in nostris Religionibus Domini suis expensis frumentum mensurare coram eo, qui Ecclesiæ decimas recipit. Et meritò, nam rem suam gerit Dominus, cum mensurat: nè scilicet det plus, quam debet, cum suo peccato, vide, quæ dicam *a infra*.

*a Infra in
tr de Cáb.
c. 3. §. 3. n.
6.*

Ratione gravaminis extrinseci.

4. Potest secundò mutuans aliquid proportionatum accipere, si præter rem, quam dat mutuam, aliud gravamen Mutuo extrinsecum suscipiat, mutuat v. g. tibi Petrus centum aureos hic, & suscipit onus pro te illos expendendi, in emendis tibi vestibus, vel mercibus: potest sanè aliquid proportionatum accipere ex tali gravamine. Ratio est jam dicta, quia hæc nova onera sunt pretio æstimabilia, quæ nemo obligatur gratis suscipere.

Ratione promissionis mutuandi.

5. Potest Tertiò mutuans aliquid à te accipere, si se obliget ad mutuandum, quoties tu volueris, seu quoties tu pecunia indigeris. Ratio est eadem, quia id novum est gravamē. Hinc licitè Mercator aliquid lucri accipit à Principe, vel Civitate, quando se obligat ad mutuandum ipsis, quoties frumento v. g. indigerint, &c. Et ita docet *b Scotus* aliique.

Ratione Affecutionis.

6. Potest Quartò mutuans aliquid à te accipere ratione Affecutionis. Ut id intelligas, vel scito, vel recolito, posse mutuatarium ad affecutionem mutuante de dato mutuo, rogare aliquem tertium, ut fidejubeat, seu affecutionem mutuante de ejus sorte, cui tertio aliquid solvit pro tali fidejussione; aliquid, inquam, proportionatum à viro prudenti decernendum juxta pericula, quæ omnibus expensis in eo mutuo timeri possunt. Immo, quamvis Covarr. e neget pro fidejussione *c Covarr.* posse aliquid accipi, quando nullum est periculum in solutione, tamen Alii cum Navarr. *d Navarr. c. 3. n. 6.* affirmant, posse, quia adhuc est pretio æstimabile, sic fidejubeat: Adde, saltem morali- *in man. l. 17. n. 24.* ter, propter tot rerum mundanarum varietates, semper subesse aliquod periculum, sed certè tunc valde minus (si minus est periculum) debere esse, quod accipitur, monitione non indiget.

7. His positis, Querimus, An, sicuti Mutuatarius potest advocare pro suo fidejussore hunc tertium, dando illi proportionatam mercedem, ita licitè, & justè possit acceptare pro fidejussore suo ipsum eundem mutuante, qui licitè possit proportionatum pretium à mutuatario accipere.

Respondeo, licitè, & justè posse, si aliud non addas. Ratio est, quia hoc, est subire novum gravamen, & sicuti justè solvi potest tertio ejusmodi merces, ita poterit solvi mutuant.

8. Dixi, (*si aliud non addas*) nam si à mutuant obligaretur mutuatarius ad eligendum pro suo Affecutore ipsum mutuante, injustè se gereret, quia obligaret mutuatariū ad aliquod præstandum, ad quod ex vi mutui non obligatur, quare adderet mutuatario no-

*b Tel. lib. 1.
c. 38. n. 1.*

vum

vum gravamen, quæ injustitia esset manifesta. Contra prædicta videntur prima facie esse aliqui Sacri Textus, præsertim *C. Navigantis, De Usuris*, quorum explicationem lege apud DD. & breviter omnes complectentem Delugo. b

Denique adverte, multa huc pertinentia propter connexionem casuum fore iterum dicenda c. 4. sequi.

§. III.

Lucrum in Mutuo ex damno emergente.

1. Præmittendum est pro Tironibus, quid sit damnum emergens, quid lucrum cessans. Damnum emergens dicitur illud, quod patimur in nostris bonis, quæ possidemus, eo, quod alteri illa concedimus. Quare, si, ut tibi dem mutuos ceterum aureos, cogar ab alio eisdem ad Usuram cum meo interesse, decem v. g. aureorum, accipere. Vel, si, ut tibi mutuem frumentum v. g. cogar res meas vili pretio cum meo damno, quinque v. g. aureorum, vendere, vel hinc ad quatuor menses idem triticum pro meo victu carius cogar emere, duobus v. g. aureis amplius, dicor pati *damnum emergens*, in illis decem, quinque, duobus aureis.

2. Huic affine est lucrum cessans. Hoc enim est illud damnum, quod patimur, non quidem in bonis, quæ possidemus, sed in lucro, quod probabiliter acquireremus, si nostrum alteri non concederemus. Habeo v. g. pecuniam paratam ad emendum nunc, tempore Messis, triticum cum spe lucrandi, omnibus expensis, aureos centum; Si tibi hanc pecuniam mutuem, quo Mutuo posito, acquirere ejusmodi lucrum non possum, cessabit mihi lucrum in aureis centum, & hoc *lucrum cessans*, appellatur. Unde vi des, lucrum cessans posse etiam vocari damnum emergens, quatenus, qui lucrum speratum non acquirit, damnum pati, dici profecto potest. In hoc parographo dicemus de damno emergente, dictum mox de lucro cessante.

3. Certum est apud omnes, posse Mutuatorem exigere totum illud damnum, quod ratione mutui ipsi provenit, seu emergit, nam ratio naturalis manifeste dicitur, ut nemo obligetur cum suo damno alteri Beneficium præstare. Ita passim Theologi. Unde licitum est mu-

Tamburinus de Sacramentis.

tuanti, pacisci, etiam ante mutuum datum, de hoc damno emergente à die contractus celebrati, quia justam rem deposcit.

4. Tria tamen requiruntur, nè injustitia, seu Usura intercurrat. Primum, ut mutuum sit re vera causa hujus damni, & aliter impediri damnum non possit, si enim mutuans habeat alias pecunias, seu illas facile parare queat, quibus possit damnum illud impedire, vel amicus pecuniam offerat, non poterit ex hoc capite lucrum accipere ex mutuo, quia tunc mutuum non est causa ejusmodi damni.

Secundò, ut admoneatur Mutuatarius de ejusmodi damno, seu, quod idem est, ut ab initio fiat pactum de hoc damno; nam fortasse nolet is, accipere mutuum cum eo onere.

Tertiò, ut non excedat limites valoris damni, ut ex se patet, & nos alibi diximus.

5. Duo autem damna possunt, debentque hic distingui. Alia sunt, quæ ex mutuo sequuntur mutuanti pro tempore, quo ex conventionione durat mutuum, hoc est, usque ad præfixum terminum, quo debet mutuum reddi, & de his damnis hætenus loquuti sumus. Alia sunt, quæ sequuntur ex eodem mutuo pro tempore, quod currit post terminum prædictum, quæ alio vocabulo dicuntur damna ex mora, id est, quæ ex mora solvendi, fortè sequuntur mutuanti; De his igitur posterioribus querendum est, an, & quatenus debeant refarciri à mutuatario.

6. Debere refarciri, si de illis dictus mutuatarius fuerit admonitus, vel, si pactum de ipsis præcesserit, tenent omnes, quia, ut supponimus, vera causa talium damnorum tunc pati modo est mutuatarius. Requiritur tamen, ut verè, & necessariò sequantur ratione mutui. Unde, si mutuans, propter moram mutuatarii in reddendo, accepit pecuniam solvendo interesse, ut suis usibus necessariis subveniret, hoc interesse, tanquam damnum emergens, debet refarciri mutuatarius: At, si, ut luderet, vel quid simile non necessarium faceret, non debet mutuatarius, quia is non obligatur, nisi ad damnum emergens, quod ipsi imputetur, ut causæ: At in hoc eventu ejusmodi interesse non imputatur mutuatario, sed ipsi mutuanti.

7. Præterea requiritur, ut mutuatarius potuerit in termino solvere, nam non dicitur esse in mora, si inculpabiliter solvere non potuit.

R r r

§. Quod

8. Quoad illud, quod dictum est, (si fuerit admonitus) adverte, esse controversiam inter Doctores, an, si de hoc damno Mutuanti sequuturo post moram non sit admonitus mutuatarius, nec praefecerit de illo pactum, debeat nihilominus hoc rescire dictus mutuatarius.

aNavarr. Et quidem licet nonnulli a dicant, debere, quia non est necesse, ajunt, ut moneatur, cum ipsa dies solutionis interpellet pro homine, ut dicitur in l. Magna Cod. de contrahenda stipulatione, tamen ego b alibi cum Azor dixi, debere admoneri quia probabilius existimavi, hanc monitionem debere praecedere; fortasse enim b Lib. 8. in Mutuatarius statim solveret sortē, ne ad hoc novum damnum rescircendum obligaretur, & donec admonetur, potest praesumere, Creditorem remittere: Dies autem interpellet quidem pro homine, sed non quoad damnum hoc sequuturum, sed quoad debitum, seu sortem principalem. Excepi tamen ibi ex Sā, V. Mora nu. 2. & iterum excipio consuetudinem apud Mercatores, qui in contractu Mutui pecuniarum semper supponuntur pacisci de damno quocunque eventuro, quā consuetudo, ubi adest, merito servanda est.

§. IV.

Lucrum in Mutuo ex lucro cessante.

1. **D**amnum emergens debere modo jam praedicto a Mutuatario rescirci, docent omnes; non autem omnes idem docent de Lucro cessante; Nam Durandus, & alique negant. Verum jam communis nunc est, & vera sententia affirmativa, id est, idem dici debere de Lucro cessante, quod diximus de damno emergente. Ratio fundamentalis est, quia, est etiam pretio aestimabile, me amittere lucrum, quod probabiliter sperabam: Cum ergo tu hujus jactura sis causa, rescirci tenetur; Frustra autem citatur D. Thomas contra nos. Nam advertunt Cajetanus, d & Molina, & D. Tho. nullo modo contra nos esse: is enim, vel solum dicit lucrum, quod est in potentia remota, & non est spes illud habendi, nō posse vendi, vel, si loquatur de lucro probabili, & in potentia proxima, solum vult, ut non vendatur ad aequalitatem, sed quanti dumtaxat ab expecto viro aestimatur spes illa probabilis lucri.

2. Sunt autem, & hic tres conditiones necessariae, ad exigendum in Mutuo hoc lucrum cessans. Primò, ut pecunia, quam Mutuas, sit destinata negotiationi, secus non cessaret ratione mutui tibi lucrum. Quod, si habeas domitiam pecuniam otiosam, hanc tamen, quam mutuas negotiationi destinaveras, adhuc potes, si hanc destinatam Murues, exigere lucrum cessans, quia verè ratione mutui cessat tibi ejusmodi lucrum ex hac destinata pecunia.

3. Si quis sit dubius, an negotiationi destinanda sit pecunia in occasionibus, quā se forte offerent, non potest tutum lucrum accipere, sed ad rationem dubii a prudenti viro decernendum.

4. Si quis sub conditione sic destinaverit. Vellem meas pecunias negotiationi exponere, sed quia adest, qui eas petat mutuas, illi do, si inquam, sic destinaverit, poterit necesse exigere, vel pacisci de toto lucro cessante.

Quod possit, dicit Lessius, fesse opinionem f Less. h. probabilem. Ratio praecipua est, quia adhuc c. 20. n. 19 mutuo re ipsa id, ejus Carentia est causa, ut c. 21. mihi esset lucrum. In praxi tamen notant aliqui Recentiores, ob periculum palliandi usuram, id non esse facile admittendum.

5. Secunda conditio est, ut admoneatur de hoc onere Mutuatarius eo modo, quo nuper num. 4. diximus de damno emergente. Lege Valent. g

6. Tertia conditio, ut non exigatur, h nisi T. 3. d. 14. quanti aestimatur spes illa lucri, quā certè 20. p. 2. posse multipliciter impediri, negari non potest, deductis item expensis, & periculis. Tertia c.

7. Laborem, quem Mutuas posuisset in acquirendo lucro, quod nunc cessat ratione Mutui, non debere regulariter deduci, notant per h. 1. de Lessius, Salas, Reginaldus, alique quos fecit Dicastill. i quia homines commuoiter 23. volunt potius laborare, quam otiantes nihil h Less. lucrar. Exciperem, nisi forte labor fuisset futurus adeo magnus, ut esset probabile, Mutuantem aliquo saltem pretio illum laborem c. 33. fuisse redempturum. i Dicastill.

Alias quasdam conditiones requirit Conradus, k quā certè, vel non sunt necessariae, Tr. 10. vel ad praedictas reducuntur. 2. d. 1. c.

8. Quoniam verò spes dicta lucri est in- 178. certa, duplici modo potest initio Mutui fieri k Conradus de dicto lucro pactum. Primò, ut tunc, deter- 9. 30. de minetur lucrum aliquod mediocre, quod, deductis

ductis omnibus expensis, vir expertus enunciabit & tunc sanè etiam suminus, vel plus fuisse lucrum illud, determinatum exigi solum erit. Ratio est, quia tanti vendidit illud lucrum Mutuans, quanti probabiliter valere iudicatum fuit, ergo tanta correspondens merces est semper danda.

Secundò, ut nihil antea determinetur, sed solvatur postea id lucri, quod deprehendatur cessasse: deprehendi autem poterit, vel ex eo, quod mercatores alii in simili negatione lucrati sunt, vel ex eo, quod ille ipse, qui Mutuavit lucratus est in negatione simili per aliam æqualem pecuniam.

9. Sed certè valdè difficile est cognoscere, quanti fuisset lucrum, quod Mutuanti cessat ex pecunia Mutuata: quare in foro interno, suam Mutuans conscientiam consulat, ut tantum exigar, quanti ei, deductis deducendis, verè cessat. In foro autem externo difficulter probari clarè potest, vel quod cessaverit lucrum, vel quod tantum cessaverit: ut docet

Menochius, a unde nullus ex mutuatariis obligatur in dicto externo foro solvere lucrum cessans, nisi Actor probet ob mutuum amisisse illud lucrum, id quod etiam notavit Casanæus. b

Conjecturæ autem, quod lucrum tandem aliquod mutuanti cessaverit, ducentur Primò ex eo, quod mutuans solitus erat negotiatio- ni suas pecunias exponere, Secundo, quod habebat merces paratas, quas de more emisisset ad lucrum, nisi mutuassent. Tertio, ex Textibus, qui de hoc more testificantur. Quantum autem cessaverit Judicis arbitrio relinqui, notat Rebuffus. c

10. Quæres: Sicuti potest, ab initio mutui, fieri pactum de lucro cessante, licitè nè potest, etiam ipsum lucrum cessans tunc exigit de Mutuo v. g. tibi nunc centum aureos pro uno de V. j. anno, in quo, omnibus expensis, mihi cessant de lucro decem, licitène possum nunc

accipere à mutuuario hos decem? Respondet negativè. Ratio manifesta est, quia sic non mutuares centum, sed nonaginta, ut fufius docet Medina, alique, & nos aliqua remedia; seu justa artificia tradimus alibi, e quorum auxilio aliquid anticipato sumi possit.

Lib. 8. in Decal. Tr. 3. c. 8. §. 3. an. 16.

§. V.

Lucrum in Mutuo ex pœna conventionione.

1. Non loquimur de pœna, quæ in mutui contractu apponi ex pacto posset in compensationem lucri cessantis, & damni emergentis, hæc enim antè sententiam, & omnino, debetur in conscientia, quia compensat interesse mutuantis, de quo jam paulò antè dictum est satis; sed loquimur de pœna mere conventionali, quæ ex solo pacto debetur à mutuuario, in casu, in quo, præfixo termino, non reddat mutuum, etiam si nulum damnum emerferit, vel lucrum cessaverit mutuanti. Hanc aliqui vocant pœnam punitivam, quia punit violationem fidei mutuarii, qui non reddit mutuum, quando reddendum promissit.

2. Duo in hac difficultate sunt disentienda. Alterum; An hæc pœna conventionalis iuste, & licitè apponi possit in mutuo, sic, *Da tibi Mutuos centum aureos pro hoc anno, in fine cuius, si reddideris solvas mihi in pœnam aureos quinque?* Alterum: An solutio dictæ pœnæ debeatur in conscientia antè condemnationem Judicis, vel ante petitionem partis?

3. Quoad primum. Affero, iuste, & licitè posse. Ratio est, quia in omni contractu iustè ponitur pœna resiliendi, vel ipsum contractum non observanti, & hujus ratio est, quia pœna iuste imponitur pro culpa.

4. Tres autem conditiones requiruntur ad iusticiam hujus pœnæ. Prima, ut præcesserit culpa mutuarii: Quare, si is non habeat in præfixo termino, unde solvat mutuum, non obligatur in conscientia ad dictam pœnam, quia tunc nullam culpam ipse commisit.

5. Quæres. Quid si idè est impotens ad solvendum, quia prodige vixit, & inutiliter sua bona consumpsit.

6. Respondeo. Molina, f & Lessius gf Mol. d. ajunt, in eo casu idè obligari, quia tunc poterat facile advertere, se ex culpa sua reddig Less. l. 2. impotentem, at Delugo b ait, idè obligari, c. 10. n. quia sufficit culpa antecedens, quia quis i. 12. prævideat se futurum impotentem ad sol- h Delugo vendum. d. 22. de

Notas? Molina dicit (*quia facile poterat iust. nu. advertere*) Delugo ait, (*quia quis prævi 398. deat*) quæ duo dicta sunt longè diversa, Mo-

linæ enim sufficit, quod facile potuerit esse advertentia: at Delugo requirit ipsam advertentiam.

7. Certè, quia culpa non est, nisi præcedat advertentia illa, quam alibi *a* explicuimus, sentiendum est cum Delugo: nisi forte Debitor prædictus negligentia graviter culpabili impediverit advertentiam futuræ inpotentiæ, nam tunc aderit negligentia graviter culpabilis, & consequenter contrahetur dicta pœna; quo fortasse respexit doctissimus Molina.

7. Secunda conditio, Ut non ponatur hæc pœna ad palliandam Usuram. Illa autem palliatur, si mutuans idèd hanc pœnam ponat, quia lucrū habere vult ex ipso mutuo, quod, ut occultet, dictam pœnam obtendit, quam palliationem clarè apparet adesse, quando sciens mutuans, non posse mutuatarium solvere in tempore præfixo, adhuc hanc pœnam apponit.

9. Tertia conditio. Ut non sit immoderata, sed juxta quantitatem culpæ, secus, id quod culpam excedit, injustè consideretur. Undè differre solutionem per biduum, vel per Hebdomadam, non æstimari culpam, saltem dignam tanta pœna, notat Delugo loc. cit. Præterea, si pars, non verò totum solvatur, diminuet certè de culpa, sed non diminuet, quando totum non solvi, æquè Mutuanti noceat, ut, si prædium non emit mutuans, quia totam summam non habuit, id quod rectè notat Bonac. *b* Nec displicet interim Pasqualigus, *a* asserens. Creditorem acceptantem solutionem partis debiti censeri, liberare Debitorè à mōra: sibi enim, eam partem acceptando, præjudicat; nam dum partem acceptat, videtur, inquit, implicite pœnam moræ, & quodcunq, interesse ratione moræ habitū remittere. Hæc Pasqualigus, quibus necessariò addendum est, nisi Creditor explicet, acceptare se partem sine præjudicio sui interesse.

10. Quoad posterius, triplex adest sententia. Nam Primò, pœnam conventionale deberi in conscientia antè omnem Judicis condemnationem, etiam parte nō petente, docet Felinus, Decius, alique apud Castropalaum, & Sanch. mox citandos. Ratio est, inquit, quia, quod ex contractu debetur, debetur in conscientia etiam, parte non petente, nec Judice condemnante: at hæc pœna, cum sit conventionalis, ex contractu debetur.

11. Secundò, non deberi, etiam si pars petat, nisi accedat Judicis sententia, tenet Sanchez, *d* Castropalaus, & alique. Ratio est, *d* Sanchez, *d* Castropalaus, & alique. Ratio est, quia eo ipso, quod ponitur, ut pœna, quamvis ponatur ex pacto initio contractus, præsumitur poni juxta naturam aliarum pœnarum legalium, quæ est, ut non debeat, antequam accedat Judicis sententia, præsertim, quia sæpissime ejusmodi pœnæ conventionales sunt rigide, expeditque eas moderari per Judicem, ut rectè advertit Menochius de Arbitrariis l. secundo Cent. 3. Casu 266.

12. Tertiò, deberi antè Judicis condemnationem, non tamen, antequam pars petat sentit Suar. *f* alique. Ratio est, inquit, quia hæc videtur esse intentio contrahentium, cui in foro conscientiæ standum est, ut ex una parte nolint sibi imponere onus recurrendi ad Judicem cum expensis, litibus, incertitudine eventus, &c. Et ex alia parte, nec velint se obligare, parte non petente, nisi expresse ad hoc ipsum se obligent in contractu.

13. Has duas postremas sententias, quas fusè agitaras vide apud citatos, esse utralque probabiles, non ambigo: primam vero nequaquam recipio, quia ipso usu videtur explicatum, parte non petente (adde tamen, potente petere) remitti, vel saltem differri debitum.

§. VI.

Lucrum in Mutua ratione periculi.

1. **N**on est hic sermo, an Mutuans possit periculum Mutui apud se, accepta à Mutuatario mercede, sumere, de hoc enim tractavimus modo §. 2. num. 6. sed, an idem Mutuans possit aliquid proportionatum sumere ex eo, quod videt suam pecuniam Petro v. g. Mutuatam periclitari propter dubiam fidelitatem, vel propter paupertatem, vel propter aliud, quod timetur in Petro. Vides, in casu dicti §. 2. adesse duos contractus; alterum mutui, alterum assecurationis mutui, in hoc autem casu adesse dumtaxat contractus Mutui, pro cuius periculo vult Mutuans aliquid sibi solvi.

2. Assero, posse aliquid accipi, sed proportion-

Bonac. d.
3. de con-
tract. q. 3.
p. 7 v. 2. V.
ex quo.
c Pasqual.
sententia
4. q. 362.

portionatum. Ira Valentia, a aliique, quamvis aliqui negent apud Delugo. *b*

Dico (proportionatum) nam aliquando est majus, aliquando minus pericula propter varias personarum mutuatariarum circumstantias, propter longius, vel brevius tempus, quo Mutuum restitui debet, vel propter quid simile.

Ratio autem nostrae sententiae ducitur ex eo, quod negari nequit, esse pretio aestimabile, & quidem extra ipsum Mutuum, quod Mutuans subeat periculum amittendi suam pecuniam, & quod idem toto anno v. gr. quo durat Mutuum, molestiam passurus sit, quam ei affert timor suam pecuniam amittendi: Hujus autem periculi timorem esse extra Mutuum, patet, quia ab illo separari potest. Nam, si Mutuum dem homini fidelissimum, certoque, ac tuto pignore apud me deposito, quo pacto certitudinem habeam, quod Mutuum non sit amissurus, adhuc constat Mutuum, & tamen nullum odoratur periculum amissionis.

Confirmatur, quia, si tibi locum, vel commodum Equum, vel Domum, probabiliter timens, ne apud te hominem socordem, & dubiae fidei deteriora illa fiant, vel amittantur, possum aliquid accipere, seu exigere, propter periculum, quod in tui gratiam subeo, ergo & in casu nostro.

3. Hanc vides Primò, quando apud te certum pignus habuisti pro assecuratione tui Mutui, vel fidelissimum fideijussorem, te non posse, ex hoc capite periculi, aliquid sumere, quia tunc, cum periculum nullum subesse, suppanatur, molestiam non patieris, ergo illius tolerantiam vendere non poteris.

4. Vides Secundò, etiam si deinde suo praefixo tempore totum Mutuum integrè tibi solvatur, posse nihilominus dictum aliquod proportionatum à te exigere, & retinere. Ratio est, quia hoc exigitur ratione gravaminis, quod jam certò suscepisti, tolerando per annum illud periculum, & timorem amittendi Mutuum.

5. Objicies. Si ratione periculi, & metus liceret ex Mutuo aliquid accipere, is qui est meruliosior posse plus accipere, quia major molestia, quam is patitur, majorem mercedem meretur: at id videtur fallum, ergo & id unde sequitur.

Respondeo. Communiter à Doctoribus negari solet sequela majoris, nam timor, a-

junt, debet niti, aliqua ratione probabili, ita ut quilibet vir prudens, attenta qualitate Mutuatarii, ceterisque adjunctis, probabiliter queat dubitare ejusmodi periculum non recuperandi Mutuum: Quare, si verè non adest, sed adest solum falsa apprehensio Mutuantis, non erit satis ad aliquid exigendum: sicuti in Matrimonio, metus ex falsa apprehensione contractus, non est satis ad ipsum invalidandum, ex d. Sanch.

6. Dixi, (Communiter à Doctoribus negari) nam inclinat Delugo loco citato, (sed timide relinquens aliorum judicio) posse, etiam tum aliquid accipere, quia, quidquid sit, (ait) in contractu Matrimonii, pro cuius invaliditate potuit ob suas peculiares rationes requiri à Jure metum ex re ipsa, non autem ex falsa apprehensione conceptum, de qua re alibi disputatur; in nostro certè casu, videtur esse satis, hunc metum hominis pusillanimitatis, quia jam in homine adest major molestia animi, quam majori pretio vendere is possit, si autem adest in Claudio major molestia ambulandi, quam adsit in homine robusto, licet, ex vitio, & infirmitate procedens quam certè majorem molestiam, si in tui gratiam claudus subeat, poterit aliquid plus exigere, quam exigit is, qui nullam, vel satis minorem molestiam in ambulando sentiret, ita in casu nostro. Hæc ex Delugo.

§. VII.

*Lucrum in Mutuo ex Contractu innominato.
Do, ut des.*

1. **N**umero tibi centum aureos, ea lege, ut, si ego moriar infra decem annos, tu nihil mihi, vel meis hæredibus reddere obligeris: si autem vixero, reddere tenearis alios centum, atque adeò ducentos aureos, nimirum, decem pro singulis annis præcedentibus; licitus ne est hic Contractus?

2. Respondeo, esse licitum; sed adverto, hunc non esse contractum Mutui.

Quod sit licitus, probatur, quia est periculum amittendi, & lucrandi, atque adeò est contractus ludi sortis, qui per omnes est licitus.

Quod non sit contractus Mutui, patet; diu. nam præter ceteras rationes, Mutuum debet C. Si certum petatur, omnem eventum restituere, quamvis fortuito tur.

tuito pereat. Sed in casu de quo loquimur, si ego ante decimum annum moriar, tu potes illos centum sine scrupulo retinere, ergo hic non est contractus Mutui.

3. Potius ergo erit, ut dictum est in titulo, contractus innominatus, Do, ut des. De eo tamen hic agere volui, quia Sylvester, & alique dicunt, hunc contractum esse Usurarium, quia tunc (ajunt) si ego, non morerer, exigere lucrum ex mutuo. Verum, ut jam dictum est, nec exigere lucrum ex mutuo, quia hoc non est mutuum, nec exigere, injuste, quia ex ludo sortis exigere.

a Silv. V.
Usura 3.
qu. 36. &
37.
Armil. V.
Usur. n. 36
& 37.
Ang. V. V.
sura 1. n.
42. & 43.

§. VIII

Exigere in Mutuo id, quod debetur ex Justitia, vel ex Caritate.

1. PRIMò. Debes certò ex Justitia mihi centum: ego tibi mutuo alia centum, sed exigo ex pacto, ut reddas illa centum, quæ mihi alias ex Justitia debes.

Secundò. Debes certò, ex Caritate mederi, vel adjuvare pauperem in extrema necessitate, ego tibi mutuo decem cum pacto, ut medearis, vel adjuves dictum pauperem: licetne hæc exigo?

2. Respondeo ad primum, affirmativè, quia non exigo ex vi Mutui, sed ex vi Justitiæ extra Mutuum. Ad Secundum, negativè respondet b Petrus Navarra, quia adderem novum gravamen ex Justitia, cum solum ille ante obligatus fuisset ex Caritate. Sed affirmative, id est, licet me gerere, respondet c Molina, & meritò, quia, cum adsit obligatio ex Caritate parum addit, qui insuper addit obligationem ex Justitia, unde sic non videtur moraliter superaddi novum gravamen.

b Pet. Navarra.
lib. 3.
c. 2. n. 351.
c Molina.
lib. 4.
cap. 309.

3. Dictum est autem (debes certò) nam, si dubiè debeas, negativè in utroque casu respondendum est, quia clara est injustitia, velle certò, quod dubiè tibi debetur.

Quid si probabiliter debeas? Respondeo d Caramuel affirmative responder. At hæc sententia difficillima mihi est creditu, quia sic facis certum debitum, quod erat solum sub probabilitate, & me privas eo jure, quo poteram meam probabilitatem apud Judices urgere; quo pacto fortasse vincerem, nihilque tibi essem traditurus. Id quod certè pretio non parvo æstimabile esse, negabit nemo.

d Caram.
in Theol.
Moralib.
2. d. 14.
casu 4. n.
731.

4. Contra. Ego mutuans v. gr. debeo Equum, vel damnum, quod tibi intuli in fama, honore, rebus tuis, licetne, & justè possum tibi mutuare cum pacto, ut hæc omnino remittas? Id enim, etiam hic, est resolvendum propter connexionem materie.

Respondeo, esse nimis manifestum, non posse, quia peterem plus quam mihi debetur ex Mutuo: remissio enim prædictorum est nimis manifestè pretio æstimabile.

5. Quid de pœna, quam mutuans tibi ob aliquam rationem forte debet post sententiam Judicis, potestne is licite tibi mutuare pecuniam cum pacto, ut illam pœnam remittas ante dictam sententiam, quando ipse certe non dum obligatur ad illam subeundam?

Respondeo, non posse, & nam licet tunc non sit debita hujusmodi pœna proxime, est tamen remote debita, cum Mutuatarius habeat Jus accusandi mutuantem; quare mutuans peteret lucrum ex mutuo, si peteret remissionem illius, quæ certe remissio non parvi æstimatur apud homines.

6. Quid denique de vindicta, quam mutuans timer, ne Mutuatarius in aliquo forte offensus, sumat de ipso mutuantem? potestne mutuans mutuare pecuniam cum pacto, ut Mutuatarius ab illa vindicta desistat?

Respondeo. Ut desistat à vindicta injusta, vel injusto modo intenta, talis esset vindicta, quæ fieri debet auctoritate publica, & ipse Mutuatarius intenderet facere auctoritate privata, poterit licite. Idem dic, ut desistat ab odio. At, ut desistat à vindicta, seu satisfactione justa, & ab illa satisfactione, quam juste potest implorare ab auctoritate publica, non poterit licite. Ratio est, quia ibi peteret, si Mutuatario novum gravamen: hic verò securus. Ita f Navarra.

7. Hic tamen recolendum est, quod dixi superius de requirente gratitudinem; nam inde colliges, in rigore non esse illicita hæc, quæ in hoc paragrapho dicta sunt, peti, tantum ex gratitudine, & amicitia. An verò Silve possit fieri pactum, ut, dum ego tibi beneficium mutui impendo, tu impendas Beneficium hoc remissionis, quam vis semper ex congruentia, dicam infra.

§. IX. L. u.

§. IX.

*Luctum in Mutuo, quod exigitur à Montibus
Pietatis.*

1. **H**uc id reducimus, quia in Montibus datur Mutuum cum certo lucro, ut jam videbimus.

Est enim Mons Pietatis summa aliqua pecuniarum, vel tritici, &c. in communi posita ex alicujus donatione, vel elemosyna, destinata ad mutuandum indigentibus, salvo semper Capituli, quodcumque tandem illud sit. Habet autem tres conditiones.

Primam, ut Mutua detur certa quaedam quantitas ex ea summa, idque ad tempus certum.

Secundam, ut Mutuatarius det idonea pignora custodienda apud prædicti Montis Administratores, quæ non solventibus statuto tempore Mutuatariis, venduntur, retenta à Monte parte sibi debita, alia verò, si superest, ipsi Mutuatario reddita.

Tertiam, ut Mutuatarius pro rata pecunia sibi mutuata, & pro rata temporis solvat singulis mensibus, certum quid pro laboribus, & stipendio Ministrorum Montium, pro conductione domus, in qua hi Ministri resident, pro libris rationum, & pro aliis sumptibus ad Montis conservationem necessariis.

2. **A**fferendum est, hujusmodi Pietatis Montes licitos, immò, & verè pios esse. Ratio evidens, & principalior est, quia illud, quod solvitur pro hujusmodi Mutuo, solvitur propter expensas necessarias ad conservandos Montes in commodum Mutuatantium. Sanè, si Mutuare Petro centum modios frumenti, qui ad illum pervenire non possunt, nisi operâ, & laboribus asportanti-um, nonnè deceret Petrus, in cuius gratiam fit translatio frumenti, transportationis solvere stipendium? Ita prorsus in casu Montium. Lessius a dicit, hanc doctrinam esse de fide tenendam. Molina h ait, contrariam opinionem non esse tutam. Lupus, e esse temerariam. Tota Navarra, letus d asserit, eum, qui contrarium affirmat, esse excommunicatum. Merito autem hæc censuræ contorquentur, quia hi Montes fuerunt approbati in suis Constitutionibus à Paulo II. à Sixto IV. Innocentio VIII. Ale-

xandro VI. Julio II. ut haberetur in Bulla Leonis X. & etiam in Concilio Lateranensi, & & teran. sub] in Tridentino. f

3. **O**bjicies. Cajetanus, g qui interfuit dis- sedit. 10
cto Concil. Lateranensi, scripsit integrum o- f Trident.
pusculum contra hos Montes, & Sotus h ait, sess. 22. c. 8
ea, quæ sunt definita a Concilio Lateranensi 9. & 11.
non esse usu recepta de Res.

4. **R**espondeo. Cajetanus scripsit illud o- g Cajet.
pusculum multis annis, ante dictum Conci- Tom. 2.
lium, nempe anno 1498. ut patet ex fine opu- opus. 6.
seuli, cum tamen Concilium hanc veritatem h Sotus lib.
definiverit anno 1515. Sotus verò fundamen- 6. qu. 1.
to valde infirmo nixus est. Nam definita in art. 6.
eo Concilio, saltem per totam Italiam usa
recepta sunt. Quod si non essent recepta, ad-
huc Sotus nihil contra rem nostram diceret.
Nam cum Concilium definit aliquid, quod
ad fidelium mores pertinet, errare non potest,
nec id dependet ab ulus receptione, quare
cùm Concilium definiat, Montes Pietatis
licitos esse, nemo sine temeritate oppositum
proloqui potest, immò Concilium excom-
municat ipso facto contrarium dicentes, vel
prædicantes.

5. **D**enique, si ve ad ornatum, si ve ad com-
plementum hujus argumenti adverte, si Mons
aliquid exigeret à Mutuatariis, ut solverent
tria verbi gratia pro singulis centenariis, scum
tamen pro expensis, & rebus necessariis suffi-
cerent duo, tunc illicitè & usurariè acturos
Ministros, si tria exigant, ut ex dictis patet.
Contra, si progressu temporis duo, quæ nunc
solvunt justè solvi, appareret, non sufficere,
tunc poterunt exigi tria, ut item constat ex
dictis.

6. **Q**uæres. Si quid fortè superest de sum-
pibus necessariis, potestne in Montis utilita-
tem accrescere?

Respondeo, Nequaquam ex Fillincio. i Fillinc.
Ratio est, quia Mons non potest licitè locu- Tr. 34. c. 9.
pletari ex Mutuo, quod concedit, sed potest, nu. 172.
dumtaxat, se servare indemnem. Quare super-
fluum est restituendum Mutuatariis iis, qui
plus, quam debuerunt, solverunt. Quod si hi ig-
norentur, tunc expendatur in usus pios, vel
distribuat in Pauperes, vel componatur
eum Bulla compositionis, ubi illa adest. Ve-
rum, quia inter alios pios usus meritò connu-
meratur, & ipse Mons, ideo tunc superfluum
eidem Monti (non verò Ministris, quibus suf-
ficienter est satisfactum) fas erit attribui.

Dixi

a Delugo
d. 2 §. de
Iust. nu.
195.

Dixi ex *Filiatio*, nam Delugo *pro*propender ad dicendum, (licet denique se remittat intentioni Mutuantium, & consuetudini) propendet, inquam, ad dicendum, quando bona fide Ministri Montis exigunt tria verbi gratia pro centum, putantes hoc sufficere, posse id, quod fortè superest, retineri absolute pro Monte: sicuti, si fortè non sufficerent, ipse Mons damnum pateretur, nec à Mutuatariis illud refarciendum postulare: tunc enim, id est, initio Mutui, fuit par utriusque, Montis scilicet, & Mutuatarii periculum, sicuti supra in simili dictum est de ludo fortis, ergo eorundem erit, siue emolumentum, siue detrimentum.

CAPUT IV.

Casus in Mutuo Usuram certò continententes.

§. I.

Exigere in Mutuo benevolentiam ex Iustitia.

1. **C**um possim, ut capite præcedente §. secundo diximus, à Mutuatario exigere gratitudinem, benevolentiam, Amorem, quæro hic, an possim hæc exigere quasi debita ex Iustitia.

2. Respondeo, nequaquam, sed solum, sicuti ibi diximus, tanquam congruentia, & cum libertate Mutuatarii. Ratio est manifesta, quia, si exigeres amorem ex Iustitia, exigeres plus quàm tibi à Mutuatario debetur, ab ipso enim debetur tantummodo ex convenientia. Lege Valentiam, b

b Valent.
To. 3. disp.
§ 9. 2. p. 2

§. II.

Exigere tanquam ex Iustitia in Mutuo obligationem remutuandi, si de iudicandi, vendendi, Agros colendi, &c.

1. **S**i quis Mutuet alteri cum pacto, ut Mutuatarius teneatur remutuare Mutuanti, quando is indigerit.

2. Si cum pacto, ut Mutuatarius mihi, in aliquo negotio, vel alteri meo amico fidejubeat.

3. Si cum pacto, ut idem Mutuatarius aliquod iter suscipiat, vel aliquod opus in meum obsequium faciat, puta, medendi, docendi, vendendi, advocandi, agros meos suo tempore colendi, &c.

4. Si cum pacto, ut idem conferat mihi Mutuanti, vel amico aliquod officium temporale, vel aliquod Beneficium Ecclesiasticum.

5. Si cum pacto, ut idem Mutuatarius exhibeat mihi Mutuanti, vel alteri munus, quod vocant à lingua, quale est alloqui Principem, Judicem, &c. Vel ab obsequio, quale est comitari me Mutuantem, vel meam uxorem, filios, &c. Vel à manu, quale est aliquid mihi Mutuanti, vel suis elargiri.

6. Si cum pacto, ut ipse Mutuatarius frequenter officinam, vel scholam, vel Molendinum Mutuantis.

7. Si quis, inquam, cum aliquo ex his patetis, ea ex Iustitia requirendo, mutuet, Usurarius clarè est. Ratio ducitur ex dictis, quia hæc sunt gravamina ultra, seu præter mutuum, suntque obligationes civiles, sanctæ pretio æstimabiles. Hæc sparsim habes apud Doctores, apud quos inveniæ, an officium temporale, & Beneficium Ecclesiasticum, si sic acquiruntur, validè acquirantur? & an saltem sint renuntianda; & denique, an fructus ex illis percepti sint restituendi? præsertim in Beneficio Ecclesiastico, ubi, sic, interveniret Simonia, quæ omnem collationem invalidat cum onere restituendi. Hæc autem solum in nullo, nam cæterum pertinent ad alias materias.

8. Dixi tamen (requirendo ex Iustitia) nam, si solum, & sincerè sine pallio Usuræ hæc requirantur, immò, & ad illa exciter Mutuans Mutuatarium, tanquam rememorando id, quod de jure naturæ est, nempe congruentiam ex gratitudine, non erit Usura, ut ex præced. §. constat.

9. Huc pertinet sequens contrahendi modus, quo sic dicas: *Mutuabo interim, dum frequentabis meum Molendinum, vel quid simile facies: at, quando desieris hæc præstare, tenearis mihi Mutuum reddere.* Quæro enim, an hæc sit Usura?

Respondeo. Molina, c & Less. d alique, licet fateantur, periculum maximum esse, ne illa pallietur, tamen in rigore, si sine furo, & fallacia fiat, Usuram non esse, putant. Ratio

Ratio est, quia nihil sic requiritur, tanquam ex Iustitia.

10. Confirmant Primò, Nam sic, nullum onus Matuatario imponitur, nec ei libertas adimitur, sed potestati ejus relinquitur, si velit, vel nolit, meum Molendinum v. g. frequentare.

11. Confirmant Secundò, quia licite possum definire tibi Beneficium conferre, quando tu mihi definis benefacere, nec ulla est injustitia in me, si nolim perseverare in Beneficio mutuandi, quando tu recusas mihi aliud conferre Beneficium: tunc enim merito possum, te, tanquam ingratum, excludere, & gratitudinem, tanquam conditionem, requirere, non tanquam pretium. Sed huic doctrinæ ne acquiescas, sicuti nec acquiescam ego c. §. 4. nu. 4.

§. III.

Exigere in Mutuo obligationem reddendi pecuniam in frumento, &c. ubi remissivè de contractu ad Metam.

1. Rustico mutavi pecuniam, cum pacto, ut teneretur eam solvere tempore Messis, in frumento, oleo, vino, aliisve fructibus, iusto quidem precio, puta, quod tunc hi fructus valebunt, summe Usurarius?

Conrad. Respondeo, affirmative, a quia addis notum gravamen, mutuum enim pecuniæ requirit, ut solvatur pecunia, tu verò obligas, ut detur frumentum, &c.

2. Obicies. At hic modus contrahendi est valde frequens in utraque Sicilia.

Cal. 2. Respondeo. Nego, hunc modum esse in Sicilia frequentem. Ajo enim alium contractum esse illum, qui in Sicilia frequens est, quique vocatur, *Contractus ad Metam*, quo scilicet aliquis emit nunc hyeme frumentum, quod tunc astate consignandum, eo pretio, quod tunc determinabitur à Magistratu, de quo contractu per aliam occasionem nos b

Lib. 8. in alibi egimus. Unde hic advertis id, quod nimis sæpe notant Doctores, & iterum ego mox notabo §. 4. à num. 11. eandem negotiationem, quæ Usurario sit modo, posse alio modo ab usura omnino liberari. Id, quod pater in negotiatione, de qua loquimur; Nam, si mutuas pecuniam, cum pacto, ut tibi restituatur frumentum, qui est casus

Tamburinus de Sacramentis.

propositus num. 1. est usura propter rationem dictam, at si eandem pecuniam non mutues, sed rustico solvas in pretium frumenti, quod tibi vendis, consignandum suo tempore, juxta leges dicti contractus ad Metam, usura non est, sed licitum lucrum, de quo contractu, ut dixi, à nobis pluribus loco citato disputatum est.

§. IV.

Exigere in Mutuo obligationem exigendi debita Mutuantis, vel obligationem acceptandi, vel solvendi partem debiti in alia re vel similitum.

1. Si alteri mutues cum pacto, ut isteneatur cum suo notabili opere, ac labore exigere à tuo aliquo debitore id, quod ejusmodi debitor debet, usura est, & multò magis, si cogas Mutuatium, ut id faciat cum suis c *Sor. lib. 6. q. 1. ar. 1.* expensis.

2. Si cum pacto, ut Mutuatarius partem Mutui accipiat in pecunia, & alteram in debito, quod difficile recuperari potest, usura d est.

3. Si mutues v. g. centum, cum pacto, ut Mutuatarius quinquaginta accipiat in pecunia, & quinquaginta in alia merce, v. g. Vino, Frumento, Vestè, & simili non facilè vendenda, Usura e est.

4. Si mutues hic Panormi, Vinum, Oleum, &c. cum pacto, ut reddas alibi v. g. *Conrad. O-qu. 36. de contrahib.* Neapoli, ubi æqualiter valet, sed transportatio tibi sit gravaminis, usura f est.

5. Si mutues vinum, oleum, &c. hic in man. c. Panormi cum pacto, ut reddas alibi, ubi pluris valet, multo magis usura g est. Quod si Mutuatarius indigeret frumento in alio loco, & tu illud frumentum, quod ibi fortasse habes, mutuares ibidem, cum pacto, ut hic redderet, excusareris ab usura, quia tunc perinde est, ac si tu illud frumentum illuc transportares in commodum Mutuatarii, & ille inde transportaret huc in tui commodum, atque adeo esset æqualis commutatio gravaminum.

6. Si mutues vinum, v. g. cum pacto, ut tibi reddatur vinum Chium, vinum Falernum, vel etiam vinum ejusdem qualitatis, sed determinatè hujus Regionis, & non alterius, quod parare difficile sit, Mutuanti, Usura est.

S 56

7. Si

7. Si mutues cum pacto, ut, quod Mutuatarius debet tibi post annum, reddat nunc, vel post sex v. g. menses, Usura est. De hoc dicam aliquid aliud separatim, mox §. 7.

8. Si mutues cum pacto, ut quod tibi debeo disjunctivè v. g. vel Vinum, vel frumentum, vel pecuniam, teneat dare determinatè in Vino v. g. vel determinatè in frumento, &c. Usura est.

9. Horum omnium, & similium ratio est eadem toties dicta, quia sic gravamen novum imponitur Mutuatario.

10. Semper tamen adverte duo. Primò, non esse usuram, si Mutuatarius hæc præster voluntariè, & non passivè, sed verè ex gratitudine, vel ex eo, quod ipsi difficile non est, nec damnosum, ut supra notavimus.

11. Secundò, multa ex his posse, mutara forma contrahendi, liberari ab usura, videlicet, si non celebretur contractus mutui, sed contractus emptionis, vel locationis, vel similis, ut dictum item paulò superius est. Certè, si mutues cum pacto, ut quis tuos agros conducere obligetur, usuram ex dictis contrahes, quia addis novum hoc gravamen: at, si idem conducat tuos eosdem agros per contractum conductionis, & locationis, deinde verò tu eidem mutues summam aliquam pecuniæ, qua is possit boves parare, rusticos alere, cæterosque sumptus expedire eisdem agris necessarios, Usurarius non eris, esto, non initurus fuisses hunc secundum contractum, nisi præcessisset prior conductionis, & locationis. Ratio est, quia sic Beneficium facis illi conductori, non verò gravamen addis mutuo: nam ille liber remanet, & potest, si velit ab altero pecuniam pro suis agris mutuam petere, ut supponimus.

a Mol. d.
310.
b Petr. &
Navar.
lib. 3. c. 2.
n. 36.

Atque hoc pacto intelligendi sunt Doctores Molina, a & Navarra, b quando concedunt, posse, te dare mutuum ad agros tuos colendos.

12. Rursus, duobus modis potest alicui anticipato dari pecunia. Primò, eam mutuando sub aliqua ex præcedentibus obligationibus, & hoc pacto esse usuram, jam definitum est.

13. Secundò, non quidem mutuando, sed ineundo contractum locationis, & conductionis operæ, & laboris, te solvente

pretium anticipato. Vis v. g. seu conducis operam Rustici, Medici, Advocati ad tuum colendum agrum, ad tuam sanitatem procurandam, ad tuas lites patrocinandas, idque sub certa mercede, quam illis, ipso initio initii contractus, solvis. Sanè hoc non est usuram exercere, seu licitè negotiari, immò prædictis benefacere.

De Mutuo Vini, vel Frumenti veteris, cum pacto, ut reddatur novum, satis supra diximus cap. 2. §. 2.

§. V.

Pro voluntate mutuandi, an accipi aliquid possit?

1. **N**ihil potest ex hac voluntate supra forem accipi, si joculari nolumus; nam voluntas hæc imbibitur in muruo.

Si enim mutuas, certè mutuare vis. Sicuti ergo, si vendas rem tuam, non potes ex voluntate vendendi aliquid accipere ex Delugo, c ita, si mutues. Et profectò claris e Delug. injustitiis aperiretur via, si quis ita posset d. 25. h vendere: Ego, quia vendere volo meam domum, iuss. n. qua pretio justo rigorofo valet v. g. centum aureis, exigam à te centum aureos pro domo, & decem pro voluntate vendendi. Ineptè sanè; tu enim non obligaris quidem vendere, sed posito, quod sive oratus, sive spontè vendere velis, non potes exigere, nisi quantum ipsa res tua valet. Ita in casu nostro, &c.

§. VI.

An pro commoditate Mutui aliquid possit exigere?

1. **V**T distinctè id intelligas, debes distinguere commoditatem, quæ ex accepto mutuo provenit Mutuatario, à commoditate, quæ ex eodem dato mutuo se privat mutuans.

2. Si de priore commoditate loquaris, manifestum est, ut notat Delugo, a te non posse d. Delug. quid accipere, quia commoditas alterius l. i. non est tua, ergo illam vendere non potes: secus, panem pretii duorum obolorum posses vendere, quanti valet vita hominis, quam panis conservat eimenti.

3. Si de posteriore, major est ratio dubitandi

tandi. Nihilominus, nec illam vendere potes, quia in dando mutuo, per quod fit Beneficium Mutuatario, semper involvitur aliqua commoditas ipsi donata à Mutuante, & consequenter aliqua incommoditas à Mutuante suscepta.

4. Quod si magna, & extraordinaria esset ejusmodi Mutuantis commoditas, qua se ipse privat, certè tunc vendi posset, quia ille excessus esset pretio æstimabilis supra rationem mutui, & reduceretur, sive ad caput molestiar, de qua cap. 3. §. sexto dictum est, & iterum diceretur cap. 5. §. 3. sive ad damnum emergens, &c.

§. VII.

An pro dilatione redditionis Mutui, aliquid exigi possit?

1. Debebam Petro, ex mutuo mihi ab ipso concessio, ducentos aureos, reddendos hinc ad duos annos: paciscor ergo cum illo, ut in fine secundi anni solvam eidem Petro centum, ea lege, ut pro aliis centum det dilationem mihi usque ad finem tertii anni: estne Usura?

Respondeo. Est, sive Usura, sive Injustitia; hoc enim modo aggravas Creditorem, ut expectet usque ad tertium annum, ad quod non obligatur.

2. Dices. Si dicta dilatio est cum dicto pacto Usura, ergo esset etiam Usura, vel certè injustitia, quando Ministri Principum, seu cujuscunque Domini à debitoribus Principis, vel Domini aliquid accipiunt, ut eosdem debitores expectent ultra tempus præfixum.

Respondeo. Concedo sequelam, hoc enim sine dubio delictum est, ut habet Delugo, a d. 25. de quia, pretio accepto, concedunt debitoribus d. 25. de dilationem, quam dare non possunt, in damnum Domini, in cujus præjudicium fit dilatio. Lege eundem distinctius de hac dilatione, & similibus horum Ministrorum negotiationibus agentem, de quibus etiam nos b. lib. 8. inegimus b suo loco.

3. Quod si contractus num. 1. allatus fiat alio modo, sic: Ex Mutuo tibi debeo ducentum post duos annos: Paciscor ergo nunc dare centum post primum annum; modo tu pro aliis centum expectes annum alium, nempe usque ad tertium,

non c. esset Usura, ut superius docuimus, c. Caram. nam esset compensatio gravaminum, esset- lib. 2. The- que contractus innominatus, quo das tuum ol. mor. d. gravamen reddendi illa centum post annum, 14. no. cum potuisses post duos, ut Petrus det suum 748. cujus gravamen expectandi pro aliis centum, usque verba ex- ad tertium annum, cum potuisset exigere cribit dia- post annum secundum. na p. 9. Tr.

4. Alium modum effugiendi Usuram, in hoc casu, relinquendo contractum Mutui, affert Delugo loco cit. num. 57. si nimirum dicta dilatio, & solutio fiant voluntarie cum libertate utriusque; sed certè erit sic grave periculum palliandi Usuram, quod periculum videbis clarius postquam legeris ea, quæ afferam inferius c. 5. §. 4.

CAPUT V.

Casus in Mutuo Usuram sub dubio continentes.

§. I.

Bona fides an licitum lucrum ex Mutuo reddat?

1. Edi tibi mutuos centum cum pacto, ut post annum reddeas centum, & decem, ignorans invincibiliter, hanc esse Usuram: putabam enim, posse id juste fieri, bonaque omnino fide processu, si enim Usuram agnovissem, alium tecum, vel cum alio contractam celebrassem, nempe contractum veri Cambii, Censuum, f. Lib. 1. in Emptionis fructum anticipato, (quem contractum ad Metam paulò superius appellavi- 3. c. 8. §. 3. mus) vel similem: quo contractu justo, omnibus expensis, lucratus aureos decem supra meam sortem fuisset, licitène ejusmodi d. 25. de decem aureos à te possum exigere? Inst. sec. 9.

2. Respondeo. Certè dubia res est hæc. Lessius d. tamen probabile putat, justè posse, quando Mutuans expressit, se velle contrahere omni meliori modo, quo potest. Sã 47. c. 1. 3. verò e. absolute concedit. Quoniam verò idem Lessius ibidem advertit, non facile practicè id esse usurpandum, ideo nobis ad praxim semper intentis, hanc difficultatem inuivisse, sufficiat, quam nihilominus alibi f. 4. q. 7. examinavimus latè, & poterit legi Lessius loco citato, aliique. g. 99.

Sss 2

§. II.

§. II.

Promissio non repetendi Mutuum, an licitum reddat lucrum?

3. **D**O tibi mutuos centum, & me obligo, eos non repetere per unum, per duos, per decem annos, possumne licite aliquid proportionatum accipere propter hanc solam obligationem?

Respondeo. Negatur communiter, & sententiam affirmantem vocant nonnulli novam, inauditam, falsissimam, periculosam
a Less. lib. 2. c. 20. in fide, & aperientem viam Usuris. Lessius a tamen licet negantem sententiam excipiat, du. 14. affirmantem tamen ait videri alicui non improbabilem.

2. Dubia igitur res est. Quoniam ergo eam affirmantem nolumus in praxi deducere, nobis utile non est, eam fufius prosequi, ut in simili diximus paragrapho præcedente,
b Lib. 8. in prosequuti tamen alibi sumus b pluribus, & Decal. Tr. videri apud Doctores e potest.

3. c. 8.

200 §. 5.

c Less. l. c.

Delug. l. c. *Molestia, quam subit Mutuans ex privatione sua pecunie, an licitum reddat lucrum ex Mutuo?*

sec. 3. A-

rag. 22. q.

38. ar. 1.

Dicaftil. li. 1.

2. de iust.

tr. 10.

disp. 2.

d Caram.

lib. 2.

Theolog.

mor. d. 14.

n. 362.

§. III.

Duplex in re nostra distingui debet molestia. Altera, quæ sumitur ex periculo, quod subit mea pecunia dum tibi non certe fidelissimo, eam concedo mutuatam: & de hac nuper locuti sumus cap. 3. §. 6. Altera, quæ sumitur ex absentia pecunie mutuatæ, est enim (ait d. Caramuel.) aliquod solatium videre in Arca suam pecuniam, ergo molestia erit carentia hujus formati, De hac loquimur in præsentia, & quærimus, an pro illa, quam Mutuans subit in gratiam Mutuatarii, aliquod lucrum possit exigere?

2. Incerta res est, quis ex una parte aperiretur ampla via ad Usuras, at ex alia videtur adesse hæc molestia in Mutuante, atque adeo vendi eam ab ipso posse, quando illa verè adest. Quod confirmari posset, quia non invenitur in omni Mutuo. Verum iterum dico, esse rem incertam, & propterea in praxim non deducendam, præcipue ex eo capite, de quo

e alibi dixi, quia nimirum ejusmodi molestia e Lib. 8. apud homines non venit in considerationem, Decal. unde, nec materia esse lucri debet. Loge Di- §. 6. castillum. f

Confirmatur. Nam, si tira pecunia est h. 2. de longe à te distans v. grat. apud Trapezitam, sit. Tr. parvum, ne dicam nullum, erit solarium, d. 2. de quod ab ipsius præsentia capere possis, ergo 11. illud vendere non potes.

§. IV.

Non petere redditionem Mutui, dum Mutuatarius aliquid pro me facit.

2. **D**ixi capite 4. §. 4. num. 9. sequens, vel simile Mutuum, licite in rigore celebrari, per Molinam, & Lessium, posse. Mutuo Petro mille aureos, usque ad tempus, quo ipse frequentabit meum Molendinum, licite ergo etiam per eodẽ erit hoc sequens mutuum. Eidem Petro mutuo mille aureos, usque ad tempus, quo ipse singulis mensibus donet ex liberalitate mihi duos aureos v. grat. Quando autem non donabit, volo, ut reddat mihi meos mille aureos. Vides? non peto illos aureos duos, ut pretium mutui, quod mutuum certè gratis concedo, sed volo experiri beneficentiam, & gratitudinem Mutuatarii, & volo, illum esse terminum mutui, qui est terminus ejus liberalitatis. Inquiri ergo, an id sine scrupulo in praxi deduci possit?

2. Respondet g. Salas, & Delugo, h. licere g. Salas de te sic mutuum celebrare, quia, hoc modo, 2. de v. p. tu solum vis repetere suum mutuum, quando cessabit beneficentia Mutuatarii, quod h. Delugo non est illicitum, ajunt, quia præfigere terminum suo mutuo, licitum est cuilibet: & ex alia parte Petrus non cogitur dare illos duos ex debito, sed ex liberalitate, quando quæritur voluerit per illos aureos tuam benevolentiam conciliare. Suppone tamen semper gratiam, quod imponitur Mutuatario esse judicio prudentis juxta regulas gratitudinis æquale gravamini, quod mutuans subit mutuum non repetendi, ut scilicet sic nihil occulte contra Justitiam intendant, sed gravamina justè compensentur.

3. Neque sic omne lucrum ex mutuo justificari posse, dicunt, dum Mutuans possit semper

semper petere lucrum ex mutuo, non tantum debitum, sed, ut experietur benevolentiam, & gratitudinem Mutuatarii: nam respondent duplici modo formati posse easum. Primò, relinquendo libertatem, tum in Mutuante, tum in Mutuatio, & tunc dicunt non committi Usuram, quia, ut supra, dicto cap. 4. §. 2. dixerunt Molina, & Lessius, Condicio est hæc, sub qua datur mutuum, non pretium mutui. Secundò, posset id fieri, non relinquendo Mutuatium in sua libertate, sed obligando, ut omnino det aliquid propter mutuum, sicut in exemplo allato, ut singulis mensibus omnino solvat illos duos aureos, & tunc farentur, Usuram committi. Cum igitur hoc posterius sit illicitum, licitum vero illud prius, concludunt, falsum esse omne lucrum ex mutuo justificari posse.

4. His tamen non obstantibus, periculosum est, id absolute concedere, & an concedi possit, incertum. Nam in dicto cap. 4. §. 2. n. 9. solum in rigore speculativo locuti sumus; Periculosum, quia, ut ipsemet Delugo prudenter ibidem addit, id non esse consulendum, sed dissuadendum propter magnum periculum Usurariæ conventionis. Incertum, quia sicuti pactum antea initum de dando aliquid ex liberalitate ei, qui confert Beneficium Ecclesiasticum semper præsumitur esse ex obligatione, non autem ex liberalitate, atque adeò regulariter peccari peccato Simonie, ita ejusmodi pactum dandi illos aureos in casu nostro, &c.

Dixi (regulariter) nam scio, aliquos putare in simili pacto, si sincere fiat, non committi in aliquo casu Simoniam, ut potes videre apud Dianam loc. cit. sed nobis satis est communiter Simoniam adesse.

5. semper autem dictum est (non dat illos aureos ex debito) quia, si daret ex debito dictos aureos Petrus, subiret clarè novum gravamen, se enim subiceret debito Justitiæ, cui antea subiectus non erat, quod manifestè importat Usuram.

6. Id certè occurreret etiam in re, quam alias facile, & voluntariè quis faceret, nam, si quis non solum facile, & sine ullo incommodo operationem quampiam exercet, sed etiam cum delectatione, quale esset Musico v.g. Cantuunculas emodulari, si tamen is ad illas canendas se obligaret, aliquid ei deberetur, & tu injustè illud denegares, quia lubit ille gra-

vamen, dum, quam facere poterat ex liberalitate, facit jam ex obligatione Justitiæ. Rectè igitur Salas, & Delugo citati, immò omnes, semper excludimus obligationem ex debito. Quamvis enim Petrus v.g. nullum incommodum sentiat adeundi ad tuum Molendinum, quia v.g. illud proximè situm est ad ejus domum, non propterea negabis, esse gravamen, & aliquo prætio æstimabile, se ad illud adeundum, obligare.

CAPUT VI.

Quando in pignore dato in securitatem Mutui addit Usura?

1. **N**on raro, ob securitatem Mutui dar Mutuatarius Mutuanti pignus, immò, & non raro addit fidejussorem? quæ sanè, quando lucrum non accipitur ob periculum licitè fieri, vidimus supra.

Porro ex hoc tres emergunt difficultates. Prima, de pignore fructifero, ejus nam sint fructus? Secundò, de pacto legis commissoria. Tertio, de eodem pacto, quando additur fidejussor.

2. Sunt hæc difficultates satis communes. Verum, si nostra doctrina communis erit, illud novi sufficiat, quod clarè, & breviter, præcis Doctorum amphracticibus, sigillatim, Deo dante, enodabuntur.

§. PRIMVS.

An Mutuans percipere queat fructus pignoris fructiferi sibi dati.

1. **R**egula sit generalis, non posse, ut patet ex Textu. *a* Et ratio est manifesta, *a* C. 1. §. 2. quia in hoc, præter cætera, differt contractus Mutui à contractu Pignoris, quod in mutuo transfertur dominium, illudque acquirit, ut *De Usuris* supra dictum est, Mutuatarius: at in Pignore non transfertur dominium Pignoris in eum, qui Pignus accipit. Cum ergo Mutuans, in casu, de quo loquimur, accipiat Pignus à Mutuatario, ejusmodi Pignus remanet in dominio ipsius Mutuatarii, ergo ipsi fructificat, ergo Mutuans sibi eos fructus applicare,

care, non potest, sed, vel reddere debet Mutuatario, vel computare in sortem, id est in partem solutionis debiti. Quod si adfuerit pactum, ut fructus pignoris cederent Mutuanti, pactum Usurarium fuit, quia addidit novum gravamen Mutuatario.

2. Propter eandem rationem, (ut id hac occasione non decidat) quando pignus non est fructiferum v. grat. est vestis, vel aliquid, quod usu atteritur, non potest poni pactum, ut eis uti possit ille, qui pignus retinet; esset enim id novum onus Mutuatarii, nam, præter integrum mutuum suo tempore reddendum, pateretur damnum ex concessione ejusmodi usus. Quod si eis nihilominus Mutuans uteretur, quamvis dictum pactum non præcesserit, peccaret contra iustitiam, quia, invito Domino, rem alienam contraheret.

3. Duo autem hunc rigorem temperabunt. Primum, quando pignus usu ipso non consumitur, quale esset vas argenteum, torques aureus, &c. facilius poterit præsumi, vel ipsum Dominum facultatem concedere utendi, vel esse parvitatem materiæ semel, vel iterum eo uti. Secundum, quando pignori, quod ex se usu atteritur, ipso tamen raro usu ipsi consulari, quia nimirum sic à tineis non corroderetur, non excederet à pulvere, &c. idem poterit, immò, & debet præsumi, semper addendo, ut hæc non fiant cum præjudicio Domini, seu quando Dominus omnino nolle judicatur.

4. Ex ratione regulæ allatæ num. 1. commune est in omni pignore (nec solum in pignore dato in mutuo) debere servari ejus fructus pro Domino, qui pignus dedit, quia, ut dixi, de natura pignoris est, ut ejus Dominium non transferatur in Pignoratarius. Idque verum est, etiam, si fructus illi sint ex prædio, quod alias Domino erat inutile, quia semper sunt fructus rei Domini, retentis tamen justis expensis culturæ, & laboris pro Pignoratario, ut notant Doctores, & potest colligi ex dictis à nobis a libi. b

5. Propter eandem rationem, si Equum das pignori, erit is tuis expensis alendus; quia tuus est equus, & sicut tibi fructificaret, ita à te sustentandus erit. Moneo tamen, persæpe usu v.g. dicti equi compensari posse, & debere expensas, quibus alitur, ut videre est

apud Bonac. e reddito, quod superabundat, c. Bon. d. Domino.

6. Scio autem, adesse remedium faciendi fructus tuos ex pignore, quod accepisti: si nimirum illud emas cum pacto retrovendi, nam tunc non erit amplius pignus, sed res tibi vendita, quare tibi fructificabit, sed consequenter, à te erit alenda, licet tibi etiam peribit, ut notat ibidem Delugo num. 132. si peribit.

6. Si forte culpa sua Pignoratarius fructus non colligat ex pignore, an & quatenus teneatur ad restitutionem, facile habere poteris ex Doctoribus citatis, & ex universaliter dictis suo loco à nobis. d

8. Quæres. Fructus prædicti pignoris, quamvis sint Domini, sunt ne subjecti, seu hypothecati ipsi Creditori?

Respondeo, sanè esse, ut habetur in e. Ju. re, & videri latius potest apud Molinam in simili.

9. Denique regula eadem allata nu. 1. tres habet exceptiones valde solennes in Jure. Prima est, ut tamen Gener possit accipere sibi fructus pignoris, non computando eos in sortem, quando ejusmodi pignus datur ipsi Socero ob dorem, quam dandam post annos promittit, & interim dictum pignus ipsi dedit; idque, præter cetera Jura, habetur clarè in C. salubriter de Usuris.

10. Secundò, ut Dominus directus Feudi possit sibi retinere fructus Feudi, non computando in sortem, quando Feudatarius ob aliquod debitum illi in pignus dedit Feudum, ut habetur in cap. 1. de Feudis. & cap. Conquestus de Usuris. Sed adsunt quædam limitationes, seu declarationes omnino videndæ apud Molinam, & aliosque.

11. Tertiò, idem cum iisdem limitationibus, etiam potest Dominus directus, si forte Emphiteuta illi oppignoraret prædium concessum in Emphiteusim. Lege citatos.

§. II.

De pacto legis commissoria in favorem mutuantis.

1. **I**N toto Titulo ff. de l. commissoria conceditur Venditori alicujus rei, ut, si ejus Emptor pretium non solvat constituto tempore, res habeatur, ut non vendita, sed possit dictus

dictus Venditor, ad suum arbitrium, vel repetere sibi suam rem, vel Emptorem obligare ad solvendum pretium, quo pacto Emptor dicitur cadere in commissum. Justam esse hanc legem, & servandam in venditione, pro qua lata est, concedunt omnes, sed quaeritur utrum aliquod simile sit in Mutuo: An nimirum justè ponatur pactum, ut si Mutuatarius praefixo tempore Mutuum non reddat, pignus, quod est in manu Mutuantis, intelligatur esse venditum ipsi Mutuanti pro suo Credito, seu pro suo mutuo. Nam, quando non praecedit pactum, an pignus intelligatur venditum, vel vendi possit, dicemus, Deo favente, cum de pignore erit germana tractatio.

2. Respondeo, id pactum in Pignoribus omnibus, atque adeo in pignore pro mutuo reprobatur à legibus, irritumque redditur, & merito, quia aliquando pignus est majoris valoris, quam mutuum, seu creditum, unde ad pericula Injustitiarum amovenda rectè ejusmodi pactum leges reprobant.

3. Quod si fiat pactum, ut Debitore non solvente debitum in suo termino, pignus remaneat venditum, non pro Credito, nec pretio aliquo determinato, sed pro pretio justo, quod tunc curret, vel, quod boni viri arbitrio secundum occurrentes circumstantias decerneretur, reddito excessu, si quis sit, ipsi Debitori, erit nè licitum?

4. Respondeo, fore illicitum, si id tanquam gravamen pro mutuo imponatur, ut ex dictis patet: at, si imponatur, ut Creditor habeat suum, indemnitasque reddatur, licitum & fore. Ratio est, quia illud est injustum pactum in Mutuo, quod ordinatur ad habendum aliud, quod lucrum supra mutuum, sicuti illud est injustum pactum in ceteris contractibus, quod ordinatur ad habendum plus, quam Creditori debetur. At vero illa pacta, quae ordinantur ad habendum securè ipsum solum mutuum, vel Creditum, Usuraria, vel injusta nequaquam sunt. Hujus autem generis est, petere Pignus, vel Fideiussorem sufficientem, vel velle hypothecam generalem, vel specialem super bona debitoris, &c. quilibet enim securitatem suae rei potest justè postulare. Quare, cum pactum, quod ordinatur ad vendendum pignus elapso termino, imponatur (ut supponimus) ad securitatem Mutui, dumtaxat, de quo loquimur, Usurarium non erit, cum non possit esse rationabiliter inju-

stus Mutuatarius ex eo, quod Mutuans, seu Creditor velit omnino suum recuperare.

Quod si Mutuatarius damnum considerabile subiret ex pacto, vi cuius vendi deberet pignus alteri, sane non posset permitti ejusmodi pactum, quia sic adderetur gravamen, ut ex toties dictis patet. Vide quae dicam iterum infra de venditione pignoris.

§. III.

De pacto legis Commissoriae in favorem Fideiussoris.

1. Accidit saepe, ut praeter pignus in potestate Mutuantis ad sui crediti, seu mutui securitatem repositum, accesserit eidem Fideiussor pro eodem mutuo; quaeritur jam, an fideiussor, quando subit onus fideiubendi, possit inire pactum cum Mutuatario, ut ipso Mutuatario non reddente Mutuum, pignus remaneat pro ipso fideiussore, non quidem absolute, seu pro pretio determinato, id enim in simili reprobatur est §. antecedente, sed pro pretio justo, illo scilicet, quod boni viri arbitrio judicabitur, vel curret in foro, reddito excessu ipsi debitori.

2. Ne quaestiones implicemus, hic non loquimur, an pro fideiussione possit quis aliquid recipere, quod certè potest, atque adeo posset fideiussor à Mutuatario exigere, ut pignus sibi remaneat pro vendito, si tanti valet pignus, quanti sua fideiubendi opera, vel quantum ipse forte solvet in gratiam Mutuatarii, ut infra, cum de Fideiussione dicemus. Neque loquimur, an id possit constitui in poenam Mutuatarii non solventis; posset enim, si poena esset proportionata culpae, ut universaliter supra dictum est cap. 3. §. 5. ubi notavimus praerquiri sententiam, &c. sed quaerimus pro solo mutuo, quod dictus fideiussor forte solvet in gratiam Mutuatarii, an possit dictum pactum fieri?

3. Equidem puto, e posse. Ratio est modo dicta paragr. secundò, quia id pactum non imponitur pro mutuo ullo, sed, ut Fideiussor indemnitas seivetur de eo, quod forte solvet pro Mutuatario, quod certè semper potest exposcere.

d Inf. Tr. 7
de Fideiuss.
c. 3.

§. 4. n. 2.

c Molin. d.
disp. 324.
sine contraria
Cov. ab
eod. citatū.

CA-

CAPUT VII.

De Dominio circa res per Usuram
acquisitas.

§. I.

*Quando nam Usurarius Dominium acqui-
rat rei per Usuram ac-
cepta?*

Res per usuram acquisitæ, vel Primo sunt habentes functionem, puta, Pecunia, Frumentum, Oleum, &c. vel Secundo functionem non habentes, ut Vestis, Equus, Prædium. De his posterioribus Usurarius ex nostra sententia, ut mox videbimus, non acquirit Dominium, quia res aliena, ubi discerni potest, semper remanet Domini.

2. De illis prioribus distinguendum est, nam, vel Usurarius illas commiscuit cum suis ita, ut discerni nequeant, vel non immiscuit, seu ita immiscuit, ut discerni possint.

3. Si loquamur de casibus, in quibus commiscuit, ita, ut discerni nequeant, acquirit illorum dominium Usurarius, sed cum obligatione eas reddendi Domino, in æquivalenti, omniaque damna refarciendi. Ita passim iura, a docentque Lessius, b & Molina, c addentes, cum cujus est res permista cum re alterius, habere jus in eo cumulo, quamdiu extat, sive apud ipsum Usurarium, sive apud alium, & ante alios creditores illi debet ex eo cumulo satisfieri. Et quidem merito, quia in illo cumulo certum est, adesse rem Domini, quamvis ea non discernatur, ergo potior ratio ejus Domini habenda est, quam aliorum creditorum, qui rem suam non habent in cumulo.

Verum, si loquamur in casibus, quando non immiscuit, an scilicet pecuniæ (sub hoc nomine, intellige hic semper Oleum, Frumentum, & cetera functionem recipientia) non immistæ cum suis Usurarius dominium acquirat? res est controversa apud Doctores. Et quamvis, ut notat Delugo loco citato numero 107. raro accidat, ut eas non immisceat Usurarius cum suis, qui est casus præcedentis numeri secundi, tamen, quia negari non potest, posse contingere, ut non statim immi-

fceat, ideo non est hæc quæstio à nobis omit-
tenda; præsertim cum per hanc occasionem
multa sint dicenda circa res functionem non
habentes.

5. Triplex autem est circa id opinio. Prima d'negat, ab Usurario, ut, & à quocunque la-
trone acquiri dominium pecuniæ usurariæ, ^{d. Sum}
vel furtivæ, quando hæc discerni valent, addit- ^{sequitur}
que multo magis non acquiri dominium ab ^{Molin.}
Usurario rerum non habentium functio- ^{d. 126. l. 1.}
nes, ut v. g. Equi, Vestis, Prædii, id quod ego ^{l. e. n. 11.}
num. 1. tanquam mihi certum, supponere ^{Solut. l. e.}
volui. ^{aliqu. q.}

6. Secunda e affirmat, acquiri dominium ^{Delugo}
ab Usurario rerum acceptarum per Usuram, ^{max. p.}
sive hæc sint functionem habentes, sive non ^{zandem}
habentes, quando discerni valent, sed domi- ^{e. Delugo}
nium certe debile, quia remanet in ipso om- ^{d. 126. l. 1.}
nimoda obligatio restituendi, etiam in indi- ^{l. e. n. 106.}
viduo, quidquid ipse per dictam usuram ac- ^{aliqu. q.}
cepit.

7. Tertia sententia distinguit, affirmat ^{f. Salas de}
enim acquiri dominium ab Usurario rerum ^{38. m. 4.}
habentium functionem, etiam si hæc discerni ^{v. Jurada}
possint: non vero dominium rerum functio-
nem non habentium. Hanc sententiam se-
quuntur aliqui apud f Salas, qui eam impro-
babilem esse, & fundamento carere docet, & v. Jurada
quia sanæ talis est, cum non sit major ratio de
unis, quam de aliis, ideo de illa amplius lo-
qui, ne laboremus; vide tamen, quæ dicam
cap. 8. §. 1. n. 2.

8. Quamvis autem secunda sententia,
quam sequitur, ut dixi, Delugo, quamque
ipse fusc probat, probabilis censenda sit, ta-
men mihi multo probabilior est Prima; cujus
ratio, ut intelligatur, recolendum est, illud,
quod ego g alibi quæsi. An contractus ex g Lib. 1. n.
metu gravi injusto factus, sit eo ipso invali- ^{De cal. 1.}
dus, an vero sit quidem validus, sed irritandus ^{§. 1. n. 11.}
à Judice; Et quidem ibi claro argumento, ut
mihi videtur, confeci, esse invalidum ipso fa-
cto, quia nimirum in jure naturæ impossi-
bile est, ut ex Injustitia oriatur Justitia, sed si ex
contractu meticulouso oriatur contractus vali-
dus, oriatur Justitia ex Injustitia, ergo &
cetera. Minorem probavi, nam, si contra-
ctum dicis esse validum, dicis inde nasci obli-
gationem, contractus enim essentialiter est
ultra citroque obligatio, ergo hæc obligatio
Justitiæ oriatur ex Injustitia, non aliunde
enim

enim oritur per te, nisi ex contractu meticulo-
lo in iusto.

9. Ex his ergo ducitur ratio primæ senten-
tiæ, quam ego sequor, quæ scilicet docet, U-
surarium non acquirere dominium rerum
per usuram acceptarum, si discerni valeant,
nam Mutuatarius usuræ, seu lucrum ex mu-
tuo dat Usurario per contractum iure naturæ
invalidum, dat enim vi coactus, non potens
scilicet aliud facere, nè vilis habeatur, nè diffi-
culter postea mutuum inveniat, &c. Ergo
dat per contractum meticulosum, ergo per
contractum, ut dictum est, invalidum, &
consequenter non valentem parere transla-
tionem dominii in accipiente.

10. Obijcies (& hæc est potior ratio con-
tra nos) Mutuatarius, licet vi, & metu sit co-
actus voluntarie tamen dat usuræ Usurario;
meum enim non tollere voluntarium sim-
pliciter, omnes docemus; ergo Usurarius ea-
rum dominium acquirit; accepit enim rem à
volente, & potente donare.

Respondeo. Nego consequentiam; ad
transferendum enim dominium non satis est,
ut quomodocunque voluntarie ad te mea res
perveniat, seu tibi voluntarie detur, sed debet
dari, atque ad te pervenire cum aliquo titu-
lo: at Usurarius nullum titulum habet, non
emptionis, non lucri cessantis, non libera-
lis donationis, non alterius generis (si enim
aliquis ex his adesset, jam non esset usura) er-
go, &c.

11. Dices. Titulus erit ipsa datio Mutua-
tarii voluntaria simpliciter, quamvis hæc sit
meticulosa; quæ certè datio simpliciter vo-
luntaria cum non adsit in furto, ut non ad-
fuit in pignore juxta dicta cap. sexto §. pri-
mo, non est mirum, quod per ipsam Fur, &
Pignoratarius dominium non acquirant.
Cum ergo in casu nostro adsit ejusmodi vo-
luntaria datio, potens ea erit ad transferen-
dum dominium in Usurarium.

Respondeo. At hoc probavit nostra ratio,
quod scilicet ex datione meticulosa, quamvis
aliquo modo voluntaria, cum sit datio in-
trinsecè affecta, seu maculata ab Injustitia,
non possit oriri justum dominium in Usura-
rio, æque, ac non potest in Fure. Quicquid
ergo dicat Delugo loc. cit. contendens, hanc
esse Injustitiam, seu injuriam extrinsecam; es-
to enim sit dationi in genere considerata ex-

Tamburinus de Sacramentis.

trinsecas; non tamen dationi huic singulari, de
qua loquimur, extrinseca est, sed profus in-
trinseca, vel certè omnino impediens, nè re-
sultet translatio dominii in Usurario.

Nota, quosdam contractus meticulosos in
utraque sententia eo ipso esse invalidos, quos
ex Sanc. a nos alibi enumeravimus.

a Sanc. l. 4.
mat. d. 8.]

Fructus rei acceptæ per Usuram, Cujus?

12. Ex dictis infertur Primò, si prædium,
domus, equus habita ab Usurario per usuram,
fructus faciant, omnes illos Mutuatario de-
beri, quia illa in Dominio Mutuatarii sunt,
undè ipsi (deductis expensis) fructificant, ut
iterum dicam cap. 9. §. 1.

Delugo loc. cit. in sua sententia distinguit.
Vel enim (inquit) eos fructus à re sua perce-
pisset Mutuatarius, si rem illam Usurario non
dedisset pro lucro usuræ, vel non percepisset,
quia domum v. g. Mutuatarius non locavisset.
Si prius, eos fructus debet restituere U-
surarius Mutuatario, ut scilicet nullum dam-
num patiatur dictus Mutuatarius ex injusta
læsione: at si posterius, non debet, quia ex
una parte Mutuatarius non est læsus; jam e-
nim ipse non percepisset ex re illa eos fructus,
ut supponimus, & ex altera parte hi sunt fructus
rei, cujus dominium in sententia Delugo, ip-
se mutuans habet; ergo ipsi Mutuanti fructi-
ficat. Id, quod probabile est, sicuti probabilis
est illa sententia. Sed certè nostra probabilior,
ut modo vidimus, undè sequitur, fructus de-
bere esse Mutuatarii, utpotè fructus rei suæ,
ut dictum est.

Res emptæ ex pecunia Usuraria, cujus?

13. Infertur Secundo, seu hic per occasio-
nem notetur, res, quas Usurarius sibi emit pec-
unia ipsa Usuraria, quamvis non permixta,
in ipsius Usurarii transire b dominium (idem b Mol. id
dic de re emptæ à fure pecunia furtiva) Ratio late pro-
est, quia res emptæ non est fructus pecuniæ, bans. d.
quæ est sterilis, sed est veluti effectus volun- 326.
tariæ emptionis, seu susceptæ negotiationis;
Cum ergo ejusmodi emptio, seu negotiatio
sit tota ipsius Usurarii, seu furis, idè in ipsius
ementis, seu negotiantis dominium res emptæ
veniet. Hanc illationem concedunt omnes,
etiam illi, qui negant, dominium usurarum

T t t trans-

transferti in Usurarium, & colligitur aperte ex a Jure, notatque Molina, b alique. Remanere nihilominus in Usurario, & Fure obligationem tantundem reddendi, & damna inde sequuta Mutuatario, vel Domino, nimis est dictam saepe.

a L. 2. C. si quis alteri

L. si ex ea

C. de rei vindicat.

b Molin. d.

§ 27. Less.

l. 2. c. 20.

nn. 161.

Salas lo. cit.

duo. 39.

§. II.

An bona usuraria sint obligata pro usuris?

1. Quandoquidem in Usurario remanet dicta obligatio. Querimus an ea afficiat solam personam ipsius, an etiam ejusdem bona, ita, ut omnia bona Usurarii remaneant hypothecata pro usuris solvendis?

2. Respondeo. Sed antè responsionem duo præmitto. Primò, posse nos, vel loqui de bonis Usurarii (idem etiam est in fure) emptis pecunia ipsa usuraria, vel posse nos loqui de bonis aliis, quæ alia propria pecunia, vel alia via ad ipsum pervenerunt. Non loquimur autem de bonis ipsis in individuo extantibus male acquisitis per usuram, hæc enim certo semper debent Domino apud quemcunque inveniuntur constat ex dictis, & dicam ca. 2. §. 1. n. 1.

3. Secundò præmitto, quid sit, rem meam esse alteri, sive tacitè, sive expressè hypothecata? est enim, rem meam esse realiter obligatam alteri. Quare ipsi rei sic affixa est obligatio, ut quamvis transeat, sive per venditionem, sive per donationem, sive per alium contractum in cujuscunque possessionem, semper Creditor possit ab illa re exigere suum creditum; est enim pignus suæ rei. Licet ergo Usurarius sit obligatus personaliter ad solvendas usuras, undè, & omnia bona sua sint etiam tacite obligata, ut habet Delugo, c & possit, debeatque cujusvis, vel eorum pretio satisfieri Creditoribus. Tamen est ratio personæ, nam propterea, si quod ex his bonis transeat in dominium alterius possessoris, qui personam Usurarii non repræsentat, si v. g. alicui tale bonum v. gr. domus legitime vendatur, excutit domus à se ejusmodi obligationem, quod non posset facere, si esset realiter obligata.

c Delug. d. 20. de iust. num. 107.

4. Nunc jam respondeo tribus dictis. Dico Primò, personam Usurarii & ejus bona

omnia, dum ea possidentur ab Usurario, esse obligata pro usuris, vel furtis solvendis. Ratio est manifesta, quia Usurarius obligatur ad restitutionem acceptorum per usuram ex injusta acceptione, undè semper ipse per quocunque bona, quæ habet, tenetur ejusmodi restitutionem expedire.

5. Dico Secundò, Bona Usurarii, vel Furis emptæ, vel habita aliundè, quam ex pecunia usuraria, vel furtiva, non esse neque tacitè, neque expressè ex se hypothecata pro solvendis Usuris.

6. Dico Tertiò, Bona eorundem emptæ pecunia Usuraria, vel furtiva, quamvis aliqui dicant, esse realiter hypothecata pro dictis usuris, vel furtis, undè affirmant, quocunque proveniant, sive per contractum onerosum, qualis est venditio, sive per lucrativum, qualis est Donatio, transire cum hoc onere, tamen probabilius longe est, nequaquam esse ex se hypothecata, nec cum dicto onere transire.

6. Ratio potissima secundi. & tertii dicti est, quia ex una parte, (ut modo diximus §. præced.) res emptæ fructus est negotiationis ementis, atque adeo sit ejus domini, & ex alia parte, hypotheca realis, seu obligatio, vel debet induci à Jure, sic ipso disponente, vel à conventionione partium; non enim naturaliter ex se inducta est, cum ergo sive loquaris de rebus emptis pecunia usuraria, vel furtiva, sive de rebus aliundè habitis, non appareat in Jure, eas esse realiter hypothecatas pro usuris, vel furtis, quia nullibi toto corpore legum id legitur, neque ex conventionione partium, ut ex se constat, sequitur, eam non esse à nobis inducendam.

8. Quando igitur Pontifex Cap. de Usuris decrevit, ut ad solvendas usuras, venderetur prædium usuris emptum, loquutus est de prædio, quod emerat pecunia usuraria ipse Usurarius, illudque possidebat, non autem de prædio, quod translatum fuerat ad alios. Et quamvis potuisset Pontifex statuere, ut venderentur alia bona possessa ex alio titulo ab Usurario propter obligationem personalem, quam modo n. 4. diximus; tamen in odium, & pœnam delicti usuræ, rectè statuit, ut non hæc, sed illa emptæ cum pecunia usuraria auctoritate Judicis venderentur.

9. An autem, quando res emptæ cum pecunia

cunia usuraria est in possessione ipsius Usurarii, debeat potius reddi ipsi Mutuatario, à quo illa pecunia habita fuit, & sic ipse debeat praestari ceteris Creditoribus forte anterioribus, & privilegiatis dicti Usurarii, sicuti ex Delugo d. 40. a praeteruntur ii, qui pecuniam dant ad reparationem, vel consecrationem rei, alia est quaestio alibi decernenda.

CAPUT VIII.

De Alienatione rerum acceptarum per Usuram factam ab Usurario.

§. I.

De Alienatione rei in Specie.

1. **R**egula prima. Si extet apud Usurarium res ipsa aliena in specie, seu, ut nos Theologi loquimur, in individuo, nec suis rebus immixta, non potest à te illa acceptari, nec ab ipso potest alienari. Ratio est, quia res aliena, qualis est haec, in bonae sententia, in qua dominium non fuit translatum in Usurarium, invito Domino, contractari non valet. Quare, si mala fide accipis, teneberis ex iniusta acceptione, si bona fide, seu ignoranter, teneberis ex re accepta juxta universalis restitutionis leges.

2. Duas hic exceptiones invenio, alteram de rebus usu consumptibilibus, seu functionem recipientibus, puta pecunia, vino, frumento, & similibus, Alteram, de rebus aliis. Quoad res consumptibiles, Valentia ait, in hisce rebus praedictam regulam non omnino procedere: quare, si per Donationem, vel venditionem habuisti, ab Usurario oleum, vinum, pecuniam ipsam in individuo Usurariam, si ex hac venditione, vel donatione dictus Usurarius non factus est impotens ad restituendum, non obligaris restituere. Ratio est (inquit) quia res usu consumptibiles, cum ex se requirant restitui in aliquo aequivalente, transeant statim in dominium ejusdem possessoris. Verum efficacior ratio praedictae doctrinae illa esse mihi videtur, quia nimirum, si Usurarius non est factus impotens, tunc Creditor, seu Dominus cum totam actionem habeat contra Usurarium, à quo recipere suum potest, non est, unde sit involuntarius contra

te, qui bona fide, accepisti; Nam, si accepisti mala fide, invalidam esse acceptionem, teque esse obligatum ad restitutionem ex radice iniustae acceptionis, dubium non est.

3. Circa hanc exceptionem habeat hic studiosus sequentem considerationem.

Delugo d. sic habet: Medina dixit, si ejusmodi res sunt usu consumptibiles, & quia functionem d. 20. de recipiunt in proprio genere, posse ab Usurario, & Iust. nu. aliis valide alienari, si ex hoc non sit impotens ad restituendum Creditoribus: quam sententiam communiter omnes alii rejiciunt, quia ii non possunt transferre dominium, quod non habent. Haec Delugo.

Bonacina autem sic habet: Addunt Medina, & plures alii Doctores apud Salas de Usuris de contract. disp. 40. n. 3. contra Petrum à Navarro, validum esse contractum ab Usurariis factum, non solum de rebus, quarum habent dominium, verum etiam de aliis, quarum dominium non habent, sed recipiunt functionem, & sunt usu consumptibiles. Opinio istorum Doctorum probabilis est, sed intelligenda cum Molina disp. 330. modo Usurarii habeant alia bona, quibus commodè possint satisfacere. Tunc enim Creditores non censentur irriti circa alienationem rei suae, & consequenter transfertur dominium in accipientem. Ita videtur sentire Salas dubio 42. n. 3. cum Salonio, Bannes Aragonio. Haec Bonac.

4. Vidisti? Delugo dicit, doctrinam Medinae ab omnibus rejici, & tamen Bonacina eam amplectitur, aliosque eam amplexos esse, testatur. Et nihilominus puto, hos Doctores non esse contrarios; nam Delugo loqui videtur, seu loqui debet ex ipsa natura domini, Bonacina vero ex interpretativa voluntate Mutuatarii, quod certe non negabit Delugo, qui in sequenti exceptione interpretativam hanc voluntatem admittit, ut jam subdo.

5. Alteram exceptionem invenio apud praedictum Delugo f. de rebus functionem non habentibus, puta, Veste, vase argenteo, 20 de Iust. Torque Aureo, &c. excipitur, inquit, qui rem n. 105. illam ab Usurario emit, quando praesumi facile potest consensus Domini: Unde excusari possunt, qui pignora ab Usurariis emunt, ut ab Hebraeis, quia Domini non solent multum curare, ad quos postea perveniant illa res. Haec Delugo, quibus confirmatur, ut dixi, doctrina à nobis tradita n. 2. fine.

§. I I.

Alienatio rerum Usurarii non in fraudem Creditorum.

1. **R**egula secunda. Debetor Usurarius (ut etiam Fur) si habeat, unde possit satisfacere omnibus Creditoribus, potest donare, vendere, & quoscumque contractus, sive onerosos, sive lucrativos inire de rebus, quorum ipse liberum dominium habet, per quos non sit impotens ad satisfaciendum illis; & consequenter, qui ab eo accipit, potest accepta retinere licite, & iuste, etiam si deinde debitor per alias profusas Donationes, vel aliunde, reddatur impotens sine accipientis cooperatione.

Hæc Regula sequitur clarè ex dictis §. preced. nulla enim obstat ratio, quin de suis rebus possit liberè quis disponere. Dixi, *liberum*, nam de bonis hypothecatis realiter, disponere non potest, sive quoad totum, sive quoad partem, quæ obligationem hypothecæ adæquat, quia res sic hypothecata sunt obligatæ Creditoribus, ut dictum est supra. *a*

*Sup. c. 7.
§. 2. n. 3.*

§. III.

Alienatio rerum Usurarii in fraudem Creditorum.

1. **R**egula tertia. Si Usurarius, vel etiam Fur, per alienationem suæ rei fieret impotens ad satisfaciendum suis Creditoribus, non posset, sine iniustitia contra dictos Creditores illam rem alienare, nec per contractum onerosum v. g. Venditionem, nec per lucrativum v. g. Donationem, & qui reciperet, peccaret, & teneretur ad restitutionem. Ratio est clara, quia nemo potest se inhabilem reddere in fraudem Creditorum, id est nemo potest se inhabilem reddere ad satisfaciendum Creditoribus illud, quod ipsis debet ex Iustitia, nec alter huic inhabilitati cooperari.

2. Hic tres invenio exceptiones. Prima est, non habere locum hanc regulam, quando per Venditionem v. g. Usurarius tantum utiliter accipit, quantum tradit, vendit. v. g. domum, & accipit tantum, quanti domus valet. Ratio est, quia, si habet tantundem, jam non sit magis impotens, quam ante Venditionem erat,

nam in eo pretio, quod recipit, valebit Creditoribus æquè satisfacere. Quid si deinde ipse non satisfaciat?

Respondeo. Ipsi imputabitur, non verò eimenti, qui jam tantundem dedit.

3. Dixi, *utiliter*, nam, si Usurarius tantum accipiat, quantum dat, sed inutiliter pro Creditoribus (ut si pecunia usuraria emat cibos, non quidem necessarios, de quibus mox n. s. sed superfluos ad convivia v. g. & comedationes, haberet quidem quantum dat, sed inutiliter pro Creditoribus) non poterit sine iniustitia sic quis emere, nec alii possunt sine cooperatione ad eandem iniustitiam ipsi vendere, ut communiter docent Doctores; quamvis enim, ut diximus, detur æquale, si tamen inutiliter datur, iniustitia fit Creditoribus, dum res ipsis utilis, sit per te, ipsis inutilis.

4. Secunda exceptio, quam affert Molina, *b* & ego alibi indicavi, est, nec peccare, nec onus restitutionis mihi remanere de iure natura, quando acceptavi solum, sed non induxi Usurarium, vel furem ad donandum, vel ad vendendum rem suam, quamvis ipsi fiant impotentes ad solvendum suis Creditoribus. Ratio est, quia utor iure meo intra terminos Iustitiæ, dum accepto rem mihi à Domino oblatam, quæ nulli, ut supponimus, erat realiter obligata, & ex alia parte non cooperor cum ipsius peccato, quia jam ipse peccatum fecit offerendo, ego autem acceptando, solum utor in mei commodum ejus peccato, liberè ab ipso jam commissio. Cætera huc pertinentia, & quid hac de re statuerint leges positivæ, & quatenus observandæ, lege apud Molinam, aliosque.

5. Tertia exceptio est, non peccare, nec obligari ad restitutionem Usurarium, vel etiam Furem, quando illi tantum expendunt, quantum ad eorundem statum requiritur, puta, quantum requiritur in parando victu, cultuque pro se, suisque filiis, uxore, &c. necessariis, in solvenda mercede suis famulis, sibi item necessariis, ac suo statui, immò in faciendis liberalibus donationibus, quas sine decore omittere quis non potest, & si faceret vilis haberetur, ut item me, nec peccare, nec obligari ad restitutionem, si ejusmodi res necessarias ipsis vendam. Ratio est, quia ad hæc quilibet habet Jus, etiam in præjudicium Creditorum. Hæc fuse, & minutatim expendi vide apud Delugo loco cit.

CA-

CAPUT IX.

De Restitutione Usurarum.

§. I.

Quanam obligatur Usurarius restituere?

1. **T**ria obligatur restituere Usurarius, annu nequaquam. Obligabitur enim Primò, restituere totum id, quod per usuram accipit. Patet, quia lucrum usurarum contra Justitiam accipit. Lege Sanctum Thomam secunda secundæ quaest. 62. artic. primo, & secundo.

2. Obligatur Secundò, restituere omnes fructus, quos ipse Usurarius percepit ex re usuraria fructifera, deductis semper expensis, quamvis Dominus ex sua negligentia eos non fuisset percepturus, idque ex nostra sententia. Verum hoc non est necesse, hic fufius persequi, jam enim dictum de eo est satis,

Supra. c. 7.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

Supra. a.

tuere illud, quod fortè lucratus est ex rebus usu consumptibilibus, quare, si in lucrum suæ usuræ accepisset pecuniam, vinum, oleum, & cum his aliquid lucratus est, quamvis obligetur illa restituere, non tamen obligatur rectè utre hoc lucrum. Ratio est, quia Usurarius sic verè Dominus illius lucri, hoc enim non est fructus rei, sed industria, & personæ, ut supra diximus in simili.

Hæc in proprio loco volui breviter repetere, nam cæterum memor sum, sparsim ea me in superioribus innuisse.

§. II.

De obligatione restituendi cooperantium cum Usurario.

1. **D**E his, qui cooperantur cum Usurario, siue sint famuli, siue amici, siue Notarii, siue alii, satis à alibi à nobis actum est. *In nost. Decalogo li. 5. c. 1. §. 4. à n. 42.* Lege item e Molinam, aliosque allatos à Diana par. 5. §. 7. de scandalo, resolut. 8. *c Mol. Less. alii ap. Dianam p. 5. tr. 7. de scand. res.*

§. III.

De obligatione restituendi, quam contrahit hæres, vel legatarius Usurarii.

1. **H**æres semper, & in omni casu tenetur restituere rem à Testatore acceptam per usuram, si illa in specie, seu, ut loquuntur Theologi, in individuo extet, quia semper est Domini, semperque pro Domino clamat: si verò illa non extet, & illa omnia, quæ cum aliena fuerint, transierunt in Usurarii dominium juxta varias sententias supra dictas, tenetur etiam hæres restituere, sed in æquivalenti, quoties Usurarius in vita non satisfecit. Hujus autem ratio est, quia obligatio, qua defunctus astringebatur, transmittitur ad Hæredes, qui succedunt in locum defuncti, & una eademque persona reputantur. Ita passim Doctores in l. Hæredem, ff. de Hæredum constit.

2. Non tamen hæres tenetur ulna vires hereditatis, si Inventarium fecit, ut patet ex C. *Quamquam de Usuru.* Bona enim hereditaria sunt infecta, non alia. Quod si Inventarium scribere neglexerit, licet in foro externo adhuc cogatur restituere, tamen in foro

Ttt 3

ccn-

conscientiæ non obligatur ultra hæreditatis vires, quia forum externum, ideo cogit, quia præsumit fraudes, internum verò respicit veritatem. Ita Bonacina & alios citans, esto *b* 3. de con- Molina putet, teneri etiam in foro conscient- tract. q. 4. tiz.
p. 15. n. 16.
alios citans.
b Mol. d.
332.

Quando Hæredes sunt plures.

3. Si plures sint hæredes, scire cupio, an teneantur singuli in solidum solvere usuras?

Respondeo. Singulos solum obligari pro rata, id est pro sua parte, quare, si unus nolit, vel non possit restituere, non tenebitur alter ad ejus partem. Ratio est, quia sicut bona dividuntur in partes, sic & debita, & sicut ex parte commodum sentiunt, sic ex parte onus, nam representant quidem illi singuli defunctum, at non totaliter, sed ex parte, singuli, totaliter, omnes simul. Ita Molina, alique, quos citat, sequiturque Delugo.

c Delugo
d. 25. de
Inst. n.
237. con-
tra Nav.
Sæ aliosq.

4. Excipe Primò, cum Bonacina loco citato, nisi, si aliquis ex cohæredibus in culpa fuisset, ne totalis restitutio fieret. Rectè, tunc enim non est mirum, si is obligetur ad totum, quando totius causa damni est.

5. Excipe Secundò, nisi quis ex cohæredibus rem ipsam in specie apud se habeat, nam hæc tota debetur Domino, quia, ut modo dixi, ea semper pro Domino clamat.

Legatarius.

6. Quid de Legatario? is obligaturne ad solvendas usuras defuncti?

Respondeo, per se non obligari, quia ipse, ut etiam Donatarii, non representant Testatoris personam, & sicuti non succedunt in Jura ipsius, sic, nec in onera. Loquimur autem semper, si res ipsa aliena non extet in individuo. Hæc enim semper debetur Domino, ut item, si res sit hypothecaria alteri, eo modo quo supra dictum est.

d Supra c.
7. §. 2. n. 3.

7. Dixi, ex se, nam est notanda sequens doctrina. Si Usurarius reliquit hæredibus bona, quæ sufficerent ad restitutionem usurarum, aliorumque debitorum, & præterea ad dandam legitimam, si adsint sui ascendentes, vel descendentes, vel ad dandam quartam, si hæredes sint extranei, quæ quidem quarta de Jure his extraneis debetur, vel juxta locorum leges plus, minusve, ut

nos dicemus Deo favente, cum de Testamentis, tunc Legatarius quicumque ad nihil prorsus, ut modo dixi, obligatur, etiam si hæredes non solvant usuras Defuncti. Ratio est jam dicta, quia debita personalia, quæ non continent rem ipsam in individuo alienam, non transeunt ad Legatarios. At verò, si Usurarius non reliquit bona, quæ sufficerent ad dictam usurarum restitutionem, vel quæ non sufficerent ad hoc, ut hæredes haberent suam dictam legitimam, vel dictam quartam, tunc debent Legatarii concurrere ad restitutionem usurarum, ita scilicet, ut, ante omnia solvi debeant debita defuncti, deinde danda legitima, vel quarta hæredibus, tum denique, quod remanet, distribuendum est inter Legatarios, modo ibidem pluribus explicando.

Hæres, vel Legatarius, an obligentur restituere usuras Defuncti: si cadant à suo statu?

8. De hæc sic universaliter ex sententia probabili me & alibi docuisse, memini. e Lib. 3. h. Adverte, si quis in statum honorificum ascendisset, propter rem alienam mala fide acceptam, tunc faciendam esse restitutionem, n. 5, etiam cum diminutione sui talis status, quia hoc non esset cadere, sed redire ad suum: multò magis, si in pari necessitate esset is, à quo rem surripuisti, tunc enim debet esse melior conditio innocentis Domini.

9. Illud subadverte, si filius v. g. Usurarii mala fide cæperit possidere, teneri cum, etiam cum diminutione status relicti à Patre, ad restituendum, quia ejusmodi possessio cum mala fide nihil ipsi suffragatur. Si verò cæpit possidere bona fide, non teneri postea à suo statu bona fide possessio decidere, ut restituat, si cognoscat, esse bona aliena, quia quilibet

Jus habet ad conservandum statum bona fide acquisitum. Hæc ibi, & ita Diana. f

g. IV. Inst. n. 11.

§. IV.

Quinam sint usura restituenda?

1. Sane iis, à quibus usuras quis accepit. Quod si hi mortui inveniantur, restituenda erunt hæc edibus, seu iis, qui ipsorum nomine acquirere possunt. Ratio est clara, quia hi sunt Domini. Quid, si sint ignoti iis, quibus debetur ejusmodi restitutio?

Respondeo, tunc debere restitui Pauperibus, vel Operibus piis, ut decrevit Alexand. III. unde tunc habere locum Bullam Compositionis in loco, ubi adest Privilegium

in Lib. 8. in Bullæ Cruc. a diximus, alibi, & docet Mol. tr. lina, b aliique.

4. 1. §. 3.

n. 10.

b Mol. d.

743. Lud.

a Cr. in

Bulla

Cruc. d. 3.

sub. 14.

aliique.

c Sane. lib.

3. in Dec.

1. 3. n. 10.

aliique.

CAPUT X.

De petente ad Usuram.

1. Duo hic sunt certa. Tertium sub controversia. Certum est Primò, Mutuatario licere & solvere usuras ob mutuum jam acceptum. Ratio est, quia hæc non est causa peccandi, quæ detur Usurario, cum is posset facillè illas non acceptare: sibi ergo imputet, si recipiat. Excusatur autem Mutuatarius (ne Infidelis habeatur, & ne mutuum, quo alia vice fortasse indigebit, non inveniat) à cooperatione, quæ videtur esse cum peccato Usurarii.

2. Certum est Secundo, posse & aliquem petere pecuniam mutuam ab eodem Usurario, promittendo illi lucrum ex mutuo, quando ea pecunia is indiget. Ratio est, quia sic petens, nec consilium dat, nec intendit, ut supponimus, eam Usurarii injustitiam, quod certe esset iniquum, sed intendit utilitatem propriam, supposita malitia Usurarii, quam Mutuatarius solam permittit, nam ceterum propria indigentia dat ipsi sufficientem causam.

3. Controversum ergo remanet tertium, An idem licitè possis, quando illa non indiges, sed sine necessitate illam velis expendere ad ludos, ad convivias, &c.

4. Respondeo, tres esse sententias. Prima, negat. Secunda, affirmat. Tertia, distinguit, hæc enim tertia asserit, non posse, si Usurarius non est paratus ex malitia sua ad

dandas pecunias sub usura; at posse, si est ex sua malitia paratus; ibi enim tu excitares Usurarium ad peccatum injustitiæ, hic non item. Sane, ut vides, prior pars hujus rationis probat primam sententiam negantem, at posterior probat secundam affirmantem, si prædicta ratio profundè consideretur.

5. Equidem assero (ut & alibi fufius dixi) e Lib. 5. in has sententias omnes esse probabiles, sed Decal. c. 1. probabilissimè addo cum Petro Hurtado, f. §. 4. n. 44. posse semper, vel certè regulariter ab Usurario & Petr. sine ulla causa necessitatis peti mutuum, Hurt. 22. etiam signatè ad usuras (sed semper intendendo proprium commodum, non verò ipsam injustitiam Usurarii, nec positivè ad usuram committendam ipsum excitando.) Ratio est, quia cum Usurarii sint parati ad ejusmodi lucrum Usurarium accipiendum, non jam ex passione, sed ex malitia delinquant.

6. Hactenus de peccato usuræ, nam de pœnis Usurarii, deque Judice competente contra ipsum, quæ maximè pertinent ad forum externum legatur. Molina disput. 333. & disput. 334. Salas dub. 45. & 46. de Usura: Tolet. l. 5. summa, cap. 36. Navarr. cap. 17. num. 279. Lessius dub. 22. Canonista in toto titulo de Usuris, Covarr. tertio variarum cap. 3. Delugo disputat. 25. de Justitia à numero 238. Bonacina disput. tertia de contract. quæst. quarta punct. ultimo. Cardin. Tuscus To. 8. V Usura concl. 354. Alique pœnè innumeri apud ipsos.

CAPUT XI.

Summa modorum aliquot lucrandi ex pecunia sine culpa Usuræ.

1. Uvar denique hos modos hic innuere, ut uno intuitu appareant, quæ sparsim dicuntur hic, & alibi dicuntur. Quatuor enumerantur à Valentia, duos ego breviter addam.

Quatuor sunt modi (ait g Valentia) tolerabiles percipiendi annuatim certum lucrū, salvo, g Valent. T. 3. in 22. & securo Capitali, ut puta quinque pro centum. d. 5. qu. 25

2. Primo, si ad id suppetat Titulus aliquis ex p. 2. sine certioribus, ut lucri cessantis, vel damni emergentis, qui modus pater quàm latissimè. De hoc Dec. Tr. 3. modo fuscè ego egi in libris h Decalogi. ca. 8. §. 3.

3. Se-

3. Secundo, si Societas ineatur cum pacto as-
securationis Capitalis, & lucri qui narii pro ma-
jori lucro sperato, quod Socio in compensationem
ejusmodi Onerum relinquatur, siue ista pacta
fiant explicita intentione, siue implicita. De hoc
ego pluribus agam *a* infra.

4. Tertio, si ematur Census realis cum pacto
utrinque redimendi, & assecrandi, siue implicita,
item, siue explicita intentione. De hoc ego
agam item *b* infra.

5. Quarto, si absque expressa determinatione
Contractus Societatis, vel Census, &c. Intentio
saltem generalis sit accipiendi id lucrum, aliquo
tandem modo iusto, & licito, ad quem considera-
tis personarum, & facti circumstantiis videatur
factum ipsum revocari posse.

Hic modus non est diversus à dictis, vel

dicendis, sed solum ostendit implicitam in-
tentionem aliquando sufficere ad iustitiam
contractus. Lege eundem Valentiam, & nos
quidem de hac re diximus in iisdem *c* Deca-
logi libris.

6. Hæc ex Valentia addi etiam potest.
Quinto, si fiat contractus, quam sicuti appel-
lamus *Ad Metam*, de qua disputatum à nobis
est latissime in iisdem libris *d* Decalogi.

7. Sexto, si fiat Contractus veri Cambii,
puta cum suis requisitis conditionibus, de
quibus infra agam pluribus.

8. Si cui aliquis alius modus in mentem
veniat, hic, oro, subscribat. Dum ego cala-
mum à pagina, quietis gratia, tantisper a-
moveo.

FINIS TRACTATUS PRIMI.

TRACTATUS II.

DE

CONTRACTV

CENSVALL

SEU

DE CENSIBVS.

CAPUT I.

Quid sit, & quotuplex Census.

1. **C**ensus, ut hic sumi solet pro
annuo redditu, Est annua pensio,
qua ex re alterius frugifera ac-
cipitur.

multiplices autem habet di-
visiones, quarum præcipuæ sunt sequentes.

Census Reservativus, & Consignativus.

2. Primò, dividitur Census in Reserva-
tivum, & Consignativum. In Reservativo, do
tibi meum prædium, & reservo mihi ex illo
certam pensionem, ut scilicet tu singulis annis,

vel mensibus solvas mihi aliquam justâ sum-
mam, v. g. decem aureos. In consignativo,
retineo quidem dominiū rei meæ, v. g. prædii,
domus, &c. sed in illis constituo pensionem,
v. g. decem aureos singulis annis, vel mensi-
bus, tibi solvendo. Solum ergo transero in
te Jus percipiendi pensionem à re mea, non
verò rem meam: neque enim in hoc Censu
genere, vendo tibi rem meam, nec fructus
ipso percipiendos à re mea, sed Jus ad illos
percipiendos, ut ex infra dicendis clarius in-
telliges. Nam propterea Jurisperiti Censum
Consignativum sic definiunt: Est Jus per-
cipiendi annuam, vel mensuam pensionem ex re
fructifera, vel persona alterius. Unde cum dicis:

Habes

*Habeo Censum in feudo Petri, census est. Habeo
Ius exigendi certam pecuniam summam, seu cer-
tos fructus ex Petri feudo. Lege Valent. aliof-
que.*

Redimibilis, & Irredimibilis.

5. Quartò, dividitur ratione pacti, nam
pacisci solent contrahentes aliquando, ut
Census redimatur, & tunc dicitur Census re-
dimibilis. Quod si pactum sit, ut Census redi-
matur, seu extinguatur, quandoque vo-
luerit Venditor, restituendo pecuniam totam,
quam habuit ex venditione, pactum erit in
gratiam Venditoris; Si, quandoque volue-
rit Emptor, erit in gratiam Emptoris, si quan-
doque Venditor, vel Emptor voluerit, erit
ex parte utriusque atque adeò in utriusque
gratiam. Aliquando autem paciscuntur con-
trahentes, ut nunquam Census redimatur, &
tunc erit Census irredimibilis, atque adeò per-
petuus. In dubio, an Census sit redimibilis, an
irredimibilis, esse irredibilem putat Delu-
go c. contra alios, quem vide.

*c. Delugo
d. 27. ac
Inj. n. 7.*

Pecuniarius, Fructuarius.

6. Quintò, dividitur ratione pensionis,
erit enim Census Pecuniarius, si solvitur pe-
cunia: Fructuarius, si fructus, oleum frumen-
tum, vinum, &c. quæ ex re percipiuntur.

Certus, Incertus.

7. Sextò denique, certus dicitur Census, si
debeat solvi determinata pars fructuum puta
semper, & in omni eventu, quinque mensura
ordei, vini, &c. Incertus, si indeterminata, seu,
ut aliqui loquuntur, aliquota, puta, tertia, vel
quarta, vel quinta pars fructuum, qui ex re, il-
lo anno, provenient.

CAPUT II.

De Justitia prædictorum Contra- ctuum.

Prædictos Census esse ferè omnes lici-
tos, & justos, nisi aliundè, sive in pretio,
sive ex aliquo adjuncto delinquatur, d. Val. To. 3.
tanquam certum supponimus omnes. 22. d. 59.

Dixi, ferè, quia dubitatur de d. mere Perso-
nali, de que Vitalitio, de quibus hic breviter. qu. 25. p. 2.
Nec omitemus tamen dicere id, quod scitu
necessarium erit de Reali. Less. l. c. cap. 22.

Uuu

§. I. Per- num. 18.

Personalis, Realis, Mistus.

3. Secundò, Census Consignativus, de quo
solet hic esse sermo, propter graves, & proprias
difficultates, quibus scatur, triplex est, ratione
scilicet rei, super qua constituitur, quæ item
est triplex. Primò enim constituitur super ali-
qua persona, diciturque Census Personalis, &
tunc pensio solvenda est, veluti ex fructibus
propriæ artis industriæ, operæ, laboris ipsius
Personæ, in qua Census fundatur. Mersus au-
tem erit Personalis, si nihil addas, at si addas
aliam rem, ex qua non solvatur quidem pen-
sio, sed sit veluti pignus, seu hypotheca ad af-
securationem dicti Census, dicitur, b non me-
re personalis.

Secundò, constituitur Census, seu funda-
tur in aliqua re utili, & fructifera, sive immo-
bili, ut sunt Prædia, Domus, &c. sive aliquan-
do mobili, seu se movente, quæ facit fructum,
ut sunt greges, armenta, &c. diciturque Cen-
sus Realis. Tertiò, constituitur in re, & perso-
na, ita ut, si res pereat, debeat ipsa persona sol-
vere ex fructu suæ artis, vel industriæ, dicitur-
que Census mistus.

Perpetuus, & Temporalis.

4. Tertiò, dividitur Census ratione tem-
poris. Alius enim est perpetuus, id est, pensio
est perpetuo solvenda, nam, & ad hæredes
transit: alius Temporalis, id est, solvenda ad
tempus, sive incertum, ut si esset ad vitam al-
terius, quo pacto vocari vulgo solet Vitaliti-
us, sive certum, ut, si esset ad decem, ad quin-
decim, ad viginti annos: Unde clarè colligis,
non esse licitum, constituere Census perpetuum
super personam, quia hæc perpetua non
est, & consequenter fructum perpetuum non
facit.

Tamburinus de Sacramentis.

Personalis, an sit licitus?

1. Dico Primò, hunc esse justum, ac licitum ex natura sua, quia à veritate aberrat id, quod aliqui cum Navarro dicunt, hunc contractum non esse, nisi mutuum cum lucro, atque adeò esse meram usuram: aberrat, inquam, à veritate, nam contractus hic est emptio fructuum, seu lucri, quod homo opera sua acquirere potest. Sicut ergo omnes concedimus, Censum Realem esse licitum, quia per illum emitur Jus ad percipiendos fructus agri, domus, piscinæ, &c. ita concedere debemus, esse licitum, emere Jus ad fructus, quos homo sua arte, & opere facere potest.

2. Sed adverte Primò, quod sicuti Venditor tunc debet hos efficere, ne fraudet Emptorem, ex quibus solvere possit pensionem, sic Emptor debet, in emendo ejusmodi Censum, cognoscere, talem personam esse idoneam, ad luerandam illam pensionem quam Venditor vendit: luerandam, inquam, sua, id est Venditoris industria, artificio, officio, &c. secus nihil emeret, unde pensionem injustè fumeret.

3. Objicies cum Navarro. Martinus V. & Callistus III. in suis Bullis paulò post referendis, solum dixerunt, Censum Realem esse licitum, ergo Personales reprobantur. Respondendo, dictos Pontifices non negasse, Censum Personales esse licitos, sed solum declarasse Censum Reales licitos esse, de quibus interrogati fuerunt, ut loc. cit. notat Valen. Quare nihil contra nos.

4. Dico tamen Secundò, Censum hos Personales propter fraudis, & usuræ timorem, esse Jure Pontificio prohibitos, nam propterea addidimus in præcedenti conclusione illud (ex natura sua). Hæc conclusio patebit ex dicendis, quia Pontifices semper requirunt Censum debere constitui in re immobili. Quoniam ergo prohibitio fundatur in præsumptione fraudis, & usuræ, si hæc verè, omnibus consideratis absint, licitus erit in foro conscientie contractus, si cætera adsint: nam in foro fori Judices debent judicare juxta prædictum Jus Pontificium.

An licitus sit Vitalitius?

1. Censum Vitalitium, de quo hic dubitatur, & disputari solet, celebratur Primò, in hunc modum: *Do tibi centum aureos, quos à te nunquam auferam, eo tamen pacto, ut tu, donec ego vixerò, vel donec vixerit meus filius, vel nepos, si nascentur, (quamvis nondum sint nati) vel donec vixerit Petrus, vel Paulus, vel uterque.* Tu inquam, des mihi quinque pro singulis annis & hic vocatur Censum Vitalitium Personalis.

2. Celebratur Secundò, hoc alio modo: *Do tibi centum, quibus mihi vendis tui ad fructus tui prædii, donec vixeris, dando mihi ex illis fructibus quinque v. gr. singulis annis tua vita, vel alterius, & hic appellatur Censum Vitalitium Realis.*

3. Dico jam Primo, hos contractus posse licito modo celebrari (semper præscindendo ab aliquo extrinseco inconvenienti, & supposito pretio justo, de quo mox infra) hoc est esse licitos hos contractus, non solum, quando Censum dictum constituitur supra rem realem verbi gratia Prædium, sed etiam, quando duntaxat supra Personam, quantumvis hæc Persona nulla ratione ex sua arte, & industria sit fructifera. Ratio hujus dicti est, quia Justitia hujus contractus nequam innititur in eo, quod ematur Jus ad fructus, sed in contractu sortis, in quo specialiter contrahentes se exponunt periculo luctu, & damni, cum mors sit incerta. Si enim sic dicas: *Do tibi centum, quæ à te, vel à tuis nunquam sint auferenda, tu vero reddas mihi, vel meo hæredi singulis annis, (tua vita durante) decem: nonne potest esse, ut æqualiter ego, vel tu, juxta longitudinem, & brevitatem vitæ tuæ, luctum vel jacturam faciamus.*

4. Dico Secundò, Censum eodem Vitalitios posse licite celebrari, etiam si post Bullam Pii V. Ratio est, quia Justitia hujus contractus, de quo agimus, non innititur, ut modo diximus, in emptione fructuum, vel alterius rei, sed in periculo æquali, estque contractus sortitius. Hæc sententia est mihi probabilior. (E. s. Molina d. 44. c. Molina d. 389. in p. sed claus.)

sed contractum illum personalem, qui fundatur in fructibus, vel operibus solius personae. Adde, id, quod modo dixi paragr. praeced. num. quarto.

§. Atque hinc fit, ut, quamvis pensiones, quae sperantur, colligendae, sint minoris summae, quam summa data, vel sint majoris, semper sit licitus contractus, quia per hunc non emuntur illae pensiones, sed iusto pretio emuntur spes ad illas; unde sub aequali periculo potest evenire, ut nihil habeas, si statim moriatur venditor, vel multum, si vivat diu.

§. III.

An licitus sit realis.

A Deo licitus est Censuum Realis (praescindendo semper ab aliquo extrinseco inconvenienti, & ceteris, ut putem, docere contrarium, esse nunc saltem temerarium, & erroneum. Ratio est, quia Martinus V. Callistus III. Nicolaus V. in Constitutionibus mox asserendis §. 8. Censuum Realem approbant, & approbationis quidem ratio potissima fuit, quia est verus contractus emptionis, quo non quidem emitur ipsa pensio, si naturam contractus Censuum bene cognoscas, sed, vel emitur Jus percipiendi ipsam ex fructibus rei, ut *1. Ap. Lay. m. lib. 3. n. 4. c. 18. n. 3. Delugo d. 17. de la p. n. 20.* habent communiter Doctores, vel, ut habet Delugo, emitur pars usus fructus illius praedii, super quo Censuum constituitur, ita, ut dominium totum directum praedii maneat apud Venditorem, dominium vero utile, quod appellatur usufructus, ex parte, vendatur; nam propterea minoris semper debet vendi, quam valeat, totum praedium, quia minoris aestimatur dominium utile, quamvis totum, & integrum, quam dominium ipsum utile simul cum dominio directo, quorum utrumque venditur, quando venditur absolute praedium; cum in Censu vendatur solum usufructus, ut dictum est.

2. Ex hac ratione sive, ut Doctores communiter, sive, ut Delugo illam inducit, vides Primum, non solum posse emi Censuum antiquos jam constitutos, sed etiam posse novos constitui. Nam eadem est ratio, per quam antiqui recte constituti sunt, ac illa, per quam nunc de novo constituuntur; utrobique enim non est mutuum cum lucro, sed vera emptio, & venditio; Et profecto antiqui ipsi nonne olim fuerunt novi?

3. Vides Secundò, facile solvi argumentum aliquorum e putantium, ejusmodi Censuum esse illicitos. Qui vendit (ajunt) Censuum recipiendo v. gr. mille ab emptore, debet singulis annis ad rationem, v. gr. quinque pro centenariio ipsi dare quinquaginta; dabit ergo ex obligatione centum in duobus annis, & tamen semper debebit mille, quod est Capitale, quodque semper, ex natura hujus Censuum Realis, dare debebit, si vult Censuum extinguere; ergo obligabitur dare plus, quam acceperit, quae est clara usura. Facile, inquam, solvitur, nam sicuti iuste emit quis praedium, quamvis idem ex fructibus, quos per annos consequentes colliget, compenset sibi totum pretium, quod dedit, & adhuc ipsi remanet totum praedium, quod posset vendere, quanti emit; ita, etiam licita, & iusta erit emptio Censuum realis, quamvis pensiones solvendae sint supra pretium ipsius Capitalis. Et ratio ulterior hujus Justitiae est, quia ego non emo ipsas pensiones futuras, sed, ut modo vidimus, Jus praesens ad illas, quod Jus à me habitum, & veluti à me possessum, necesse est, ut mihi tanquam Domino fructificet.

4. Vides Tertio, necessarium esse ad Justitiam ad venditionis Censuum, ut res sit fructifera, unde injustus est venditor Censuum, id est, Censuarius; si obligat Emptori, id est, Censualistae rem non potentem reddere fructus, saltem tot, quot pensio exigit, aut si obligat rem, eos quidem reddentem, sed jam in aliis Censibus venditam.

5. Denique, quamvis Censuum sit supra praedium, ejusque fructus, scias tamen, bene, & licite te posse percipere à possidente praedium, pensionem pecuniariam, quia, in constituendo ejusmodi Censu, adsunt implicite duo contractus: Alter est Venditionis Censuum Fructuarii, quo mihi venditur Jus ad fructus, seu, ex explicatione Delugo, usufructus partialis. Alter permutationis, quo Venditor sibi retinet fructus, & solvit, servata aequalitate, pecuniam, computando unum annum forte sterilem pro alio. Lege Molin. e aliisque.

c Dec. con-
fil. 123.
Aret. con-
fil. 151.

Medul.
d. l. 3.
m. s. c. 3. d.
9. m. 3. ex
Bonae.

e Molin. d.
385.
Arag. 2. 2.
q. 78. ar. 4.
conclus. 2.
Delugo l. c.

teriore conditionem Emptoris. Multo minoris, inquam, juxta arbitrium prudentis viri omnes circumstantias expendentis. His explicatis, quatuor hic sunt notatu digna.

Licita est Venditio Censuum majori pretio, quam sit taxa.

1. Notatio prima. Quando à Principe taxatum est pretium Censuum (ut certè pro Sicilia *Infra c.* Philippus Rex, & pro Germania Carolus V. *6. §. 1. b.* taxavit ad rationem quinque pro centum, *b. p. Me.* & Summus Pontifex *c.* ad rationem septem *d. l. Theo.* pro centum, pro statu Ecclesiastico) quando, *leg. l. 3. sr.* inquam, taxatum est pretium Censuum: illicitum, & injustum est pretium Censuum minori *9. n. 1.* pretio quam sit taxatum, licitum tamen & *a. Cl. VIII.* justum erit, vendere pro pretio minori. Ex *ann. 1593.*emplo id intelliges facile. Si das in Sicilia ducentos aureos Petro, volens ab ipso emere Censum super ejus prædium, Petrus non debet tibi solvere singulis annis, nisi decem; nec potes illum obligare, ut solvat undecim, duodecim, vel amplius, quia non potes emere minori pretio Censum decem aureorum annuorum, nisi ducentis aureis id est ad rationem quinque pro centum, ut statuit Philippus Rex. At vero potes velle, ut Petrus solum reddat annuatim octo v. g. vel quinque, vel minus, & sic Petrus Venditor vender tibi Censum pro majori pretio, nam pretio ducentorum aureorum, vender Censum annuum octo aureorum, id est ad rationem non quinque pro centum, sed minus, id est quatuor pro centum. Ratio hujus doctrinæ est, quia pretium in Censibus taxatur in favorem Venditorum, qui, non nisi ob necessitatem, solent vendere Censuum, & querere solent Emptores. Quare, si non taxaretur à Principe pretium, cogerentur vendere illos Censuum pretio valde tenui.

Quomodo supplendum, quando Censuum emitur injusto pretio.

6. Notatio secunda. Ad quid obligaris, si Censum à Censuario emisisti majoris? Emisisti v. g. contra taxam Censuum decem aureorum annuum, pretio centum aureorum, cum debuisses emere pretio ducentorum aureorum, & per duos annos v. g. habuisti pensionem correspondentem, id est viginti aureos, debes

restituere Censuario Venditori non solum centum aureos ad supplementum legitimi pretii Censuum, eorumque interesse, quod forte Venditor passus est ex carentia illius pecunie, an etiam illos viginti aureos, seu saltem decem, quos habuisti?

Respondeo, esse rectè tres casus distinguendos; vel enim. Primo, pretium fuit taxatum cum clausula irritante contractum vel Secundo, sine clausula irritante, vel Tertio, nulla lex, nullaque consuetudo pretium taxavit.

7. Si occurrat primum (& in Sicilia, quidem esse taxatum cum clausula irritante, ut scilicet in validè vendatur Censuum, nisi ad rationem quinque pro centum, innuimus modo, & iterum dicemus inferius, *d.* ubi etiam *d. Infra c.* probabimus, legem hanc fuisse cum Justitia *6. §. 5. a.* latam) si occurrat, inquam, Primum, sunt tria *nn. 2.*

sub pœna peccati mortalis restituenda. Primo, dictum supplementum pretii. Secundo, damnum; quod ex hujus carentia fortè passus est Venditor (quæ duo dicta certa sunt ex universalibus regulis restitutionis.) Tertio, denique pensiones acceptæ, at non omnes, sed solum qua parte excedunt justum pretium. Ratio hujus tertii est, quia ex uno capite contractus in hoc casu est irritus; ergo Censuista non habet absolute titulum justum retinendi pensiones acceptas. Verum ex alio capite, quia saltem ex voluntate, & consensu, & ex præsumptione, quod clausula illa non irritet contractum, nisi qua parte continet injustitiam validus est in conscientia contractus pro parte correspondente justo pretio; idè poterit Censuista retinere partem pensionis, quæ fuit ex justo pretio, quando quidem pro hac parte fuit, ut dico, validus contractus. Hinc in exemplo posito dictus Emptor debebit Primo, restituere centum aureos. Secundo, interesse, si fortè ex horum centum carentia Venditori natum est. Tertio, decem aureos, nam alios decem, utpote juste in conscientia acquisitos, retinere poterit.

8. Si occurrat Secundum, & Tertium, hoc est, si emisisti supra taxam sine clausula irritante præceptam, vel, ubi non est lex, præsertim taxans, duo tantum sunt restituenda, id est dictum supplementum pretii, & interesse ex ipso, si fortè Venditori accidit & semper erit Emptor, ut omnes scimus, in peccato, dum hæc duo non restituit) poterit tamen sibi retinere omnes, & integras pensiones, id est in

est in dicto exemplo aureos viginti. Itā tener
a Less. l. 2. Less. a aliique.
c. 22. d. 15. Ratio est, quia tunc, ut supponimus, con-
Delugo d. tractus est validus; ergo dominium juris ad
27. de Censum translatus est in Emptorem, ergo
Iust. n. 54. emptor pensiones illas tanquam suas accipit,
 quamvis semper cum obligatione, ut dictum
 est, solvendi, quod est supplendum de pretio
 ipso, & solvendi damnum, &c. Sicuti, si emis
 Domum, nec integrum pretium solvis, fru-
 ctus locationis domus tuus est, quia provenit
 ex re tua, licet obligeris semper supplere pre-
 tium, & damnum quod forte provenit Ven-
 ditori domus ex carencia pretii.

*Quo pretio vendi potest Censum jam
 constitutus?*

9. Notatio tertia requirit solutionem illius
 celebris questionis. An Censum licet possit
 emi minori pretio, quam fuerit ab initio con-
b Less. l. 2. stitutus. Emisti v. gr. Censum quinquē aureo-
c. 22. n. rum annuorum pretio centum aureorum, an
47. possim ego à te emere ejusmodi Censum, pre-
c. l. 8. de tio v. gr. nonaginta aureorum.
cal. tr. 3. 10. Respondeo, vel possumus loqui, quan-
c. 7. §. 4. do non adest pretium Censum determinatum
d Mol. d. à Principe, seu consuetudine, vel, quando ad-
393. n. 5. est. In priori casu est communis opinio cum
Less. l. c. n. Lessio b docens, posse. Et ratio est, quia pre-
45. Nav. tium vulgare, quale esset hoc, non consistit in
in sum. c. indivisibili, & læpè, quod est emptum pretio
23. n. 91. rigorofo, redimitur infimo. Adde, sicut in
Lopez de aliis rebus, sic in Censibus, pretium augeri, &
contract. minui juxta copiam vel penuriam Empto-
c. 58. rum, & Venditorum, diminui item, quando
c Summa merces est ultronea, juxta ea, quæ de capituli-
Corona 2. bus, undè crescat, vel decreseat rerum pre-
p. de Cens. tium, alibi diximus.
num. 16. 11. In posteriori casu duplex est opinio.
Nav. sibi Negat altera, altera concedit. Ratio negantium
contr. in est, quia supposito Decreto Principis taxante
comm. de pretium, cum illud consistat in indivisibili,
Usuris nu. præteriti nequit. & Ratio Concedentium est,
112. quia Decretum, seu Lex statuens certum pre-
Dian. l. tium Censibus, intelligendo est de Censu,
mox ci- quando constituitur, seu fundatur, de hoc ce-
tand. affe- nim loquitur Lex, non vero, quando vendi-
rens Nav. tur Censum jam constitutus. Immo iidem di-
Silvest. cunt, id in praxi ferè, ubique sic esse receptum.
Ioan. a Utraque opinio probabilis est.
Cruce. 12. Sed quanti minoris? Respondeo, id de-

bere decerni eo prorsus modo, quo numer.
 præced. dictum est Sanè Diana non cōdem-
 navit eum, qui emit rogatus enixè à Vendi-
 tore Censum decem aureorum annuorum, 16.
 pretio octoginta aureis cum alias debuisset
 emere aureis centum. Et ratio Diana, alio-
 rumque ab ipso citatorum fuit, quia merces
 ultroneæ vilescunt pro tertia parte, immò, per
 aliquos, etiam pro medietate.

*De expensis Scriptura, locoque & tempore sol-
 vendi pensiones.*

13. Notatio quarta. Ad Justitiam pretii, &
 obligationis justæ in Censibus, pertinent tria.
 Primo, expensæ scripturæ Censum. Secun-
 do, Locus. Tercio, Tempus solvendi pen-
 sionem institutam. Quare.

14. Dico Primo. Expensas pro scriptura,
 ejusque expeditione, ut etiam salarium pro
 Procuratore, seu Exactore Censum, debere fie-
 ri ab Emptore. Ratio est, quia scriptura fit in
 utilitatem ipsius, nimirum ad ejus Jus pro-
 bandum, nam propterea illa apud Emptorem
 remanet. Ita Bald. aliique apud Bonacinam.
 Idem dic de Gabella; hæc enim communi-
 ter solet imponi ementibus Censum, non
 vendentibus.

15. Dico Secundo, ex se pensionem solven-
 dam esse in fine anni à tempore, quo consti-
 titur Censum, est enim eruenda ex fructibus,
 qui anno exacto solent perfici. Dixi (ex se)
 nam scio alicubi esse consuetudinem, ut, ex-
 actis aliquot mensibus, per partes solvatur
 pensio, quæ ubi legitime adest, servanda est.
 Id præsertim solet accidere, quando Censum
 impositus est super Gabellas, quæ mensatim,
 idest per menses, solet exigi, ut item, quando
 impositus est super prædium, quod fructificet
 ter in anno, ut, si mense Julii producat fru-
 ctum, mense Octobris vinum, mense Mar-
 tii ligna, vel quid simile. Illud addo eum Sa-
 las. b si Censum ante finem anni redimatur, h Salu-
 pensionem, non esse integrè solvendam, sed
 ratam temporis transacti, ut ex se pater. an. 47.

16. Dico Tercio. Censum esse solvendum
 in loco, quo fuerit conventum: id quod ta-
 men, si fuerit onerosum Emptori, compenset
 Venditor, vendendo Censum aliquanto mi-
 noris. (Quod si non fuerit expresse conven-
 tum, servetur consuetudo Civitatis, in qua
 fundatur Censum; tunc enim videtur implici-
 tè con-

te conveniri secundum consuetudinem communiter usurpatam. Quod si neque hæc ad sit, puto cum Virginio a solvi debere in loco, in quo voluerit Censuarius, ut in l. i. qui ff. de eo, qui certo loco, nam profecto rationabiliter solvitur pensio, ubi est res, vel prædium subiectum Censui, pensio enim est loco fructuum, qui à re, non, nisi in loco, ubi est, producantur.

CAPUT IV.

De aliquibus pactis, quæ solent addi Censibus,

Premittendum est Primo, ad Tiam Censum in conscientia, præcedendo à legibus positivis satis esse, adesse eas conditiones, quæ sunt de jure naturali. Has autem ad duas reducit Lessius. b. Pri-
mo, ut sit æqualitas secundum æstimationem inter Censum, & pretium. Secundo, ut, quando aliqua gravamina hinc inde, præter naturam contractus, per pacta accessoria, imponantur, ea ex prudentis arbitrio debite compensentur, supponendo semper hujusmodi pacta, non esse destructiva ipsius contractus.

2. Præmittendum Secundo, universaliter loquendo, omnia pacta, quæ licita, sunt in cæteris venditionibus, & emptionibus rerum, licita esse, etiam in emptione, & venditione Censuum, quia ejusmodi pacta non tollunt, nec sunt contraria naturæ contractus Censuum. Neque dicas, posse apponi unum, non vero multa, ne id, inquam, dicas, nam si licitum est, ponere unum pactum, utique justum, licitum erit, ponere multa item justa, dummodo contraria in se non sint, mutuoque se non destruant.

His præmissis, expendamus aliqua pacta, quatenus ex natura sua possunt addi licite, & sine injustitia huic contractui, nam, an

ab aliqua lege positiva sint prohibita? erit cap. 5. discendum.

§. I.

Pactum Redemptionis ante, vel post certum tempus.

1. **D**ico duo. Primum est, esse licitum emere Censum cum pacto, ut possit redimi à Venditore intra certum tempus, v. gr. intra sex annos, sed iis elapsis, & Censui non redempto, fiat Censui irredimibilis. Secundum esse licitum etiam, emere Censum cum pacto, ut Censui possit à Venditore redimi post aliquot annos, v. gr. post sex, ut antea non possit. Ratio horum est, quia licitum est, emere Censum perpetuum irredimibilem, ut omnes concedimus; ergo & redimibilem; nulla enim disparitas (posito pretio justo) afferri potest, ut supra vidimus: ergo licitum etiam erit constituere prædicta pacta. Probatur hæc ultima consequentia, quia nihil aliud faciunt, nisi, quod diminuunt de perpetuitate. Et quidem Jus redimendi, vel non redimendi Censum intra certos annos est pretio æstimabile, cur ergo emi (seclusa lege in contrarium) justè non possit?

2. Dixi (seclusa lege) nam posterius pactum ex dictis, quia habet speciem quandam usuræ, periculum illam palliandi, prohibuit Pius V. in Bulla modo dicta, & inferius citanda. Prius autem pactum aliqui cum Navarr. dicunt, non fuisse prohibitum à dicto Pio V. licet fuisse prohibitum teneat Bonac. cin. e, cum quo sentio, quia una ex conditionibus à Pio V. positus est, ut Censui possit semper redimi à Venditore. Ita etiam tenet Delugo, f. licet probabilem fateatur esse sententiam Navarr.

§. II.

Pactum absolutum Redemptionis ex parte Venditoris, vel ex parte Emptoris.

1. **D**ico Primo, licitum esse emere Censum Realem cum pacto, ut idem Censui possit redimi, quandoque voluerit, Venditor redimere.

Hoc pactum approbatur, immò in omni Censu requiritur à Pontificibus Martino, Callixto, Pio, & probatur ratione, quia licitum est, res alias vendere cum pacto, ut Emptor

c. Mol. d.
391. an. 5.
Val. T. 3.
in 2. 2. d.
5. qu. 22.
p. 4.

d. Navarr.
Less. Mol.
Salas ap.
Delugo.
e Bonac.
Rebel. ap.
eund. De-
lug. n. 4.
f Delugo
d. 2. 7. de
iust. num.
112.

Emptor illas teneatur revendere ad arbitrium Vendoris; ergo, & Censum. Nec est periculum usuræ, quia hoc non est mutuum, sed venditio, & emptio. Adde, in mutuo Mutuatarius obligari ad reddendam pecuniam mutuatam, at Censuarium, qui est Venditor, non obligatur reddere pecuniam acceptam, sed solum, si velit, potest illam Emptori redere, & sic Censum extinguere, ergo hoc non est mutuum.

2. Dico Secundo, licitum esse, emere Censum Realem cum pacto, ut possit redimi, quando voluerit Venditor, vel quando voluerit Emptor, quod est dicere, emere Censum ex utraque parte redimibilem.

a Medul.

Theolog. l.

3. r. 5. c. 3.

d. 9. n. 7.

b Less. l. 2.

c. 2. 2. dub.

10.

c Val. T. 3.

in 2. 2. d.

5. q. 2. 5.

p. 2.

3. Hoc pactum, licet propter similitudinem cum usura sit à Pio V. prohibitum secundum proportionem fori externi, ut habet Medulla à Theol. alique tamen ex natura sua licitum est. Ita Less. b & Valent. c qui addit Romæ in Consultatione, cui ipse interfuit, à Viris doctissimis id fuisse probabile iudicatum. Probatur autem, quia qui emit Censum Realem redimibilem solum ex parte Vendoris, modo dicto numero primo in priori pacto, quod omnes approbamus, v. g. qui censum aureis emit Censum quinque aureorum, non videtur illicitè agere, si post dictum Censum constitutum, seu post celebratum jam contractum cum priori dicto pacto, deinde de novo paciscatur cum eodem Venditore, ut Venditor non solvat quinque, sed quatuor, cum pacto tamen, ut non possit redimere dictum Censum, nisi, quando voluerit ipse Emptor, non videtur, inquam, agere illicitè, quia illud onus satis compensatur ab ea diminutione Censuum. Ergo, quod licitè sit per duos contractus, potest fieri simul in uno, quando jam erit casus posterioris pacti, de quo loquimur, nam plures licitos contractus simul exercete, illicitum non esse, docemus ex d C. un. de Jure passim omnes.

d C. un. de

commo-

dato l. 1. ff.

de Deposi-

to.

4. Ex his tamen vides, quando apponitur ejusmodi pactum, debere compensari hoc onus, & consequenter debere Censum emi majori pretio, secundum, quod prudens vir existimaverit.

5. Dico tertio, si ponatur pactum, maxime in Censu merè Personali, ut solum tunc possit redimi Censum, quando voluerit Emptor, valde suspectum illud esse, quod usura committatur, licet in rigore, si hoc tantum onus justè

compensetur ab emente, non videatur ex natura rei Usurarius, quia tamen nolumus illum in praxim deducere, satis sit id innuisse, & videri poterit Valentia, c qui testatur nulum Doctorem id in Censu merè Personali concessisse.

§. III.

De pacto solvendi pensionem, etiam si res illi subiecta pereat.

1. Ratio dubitandi, cur id pacisci non possit, est, quia contractus Censualis intrinsecè postulat, ut, pereuntem (cum tunc pereat, & fructus) pereat, & Censum.

Nihilominus dico, hoc pactum esse quidem præter naturam contractus Censualis; non verò esse contra, quasi ipsum Censualem contractum destruat: Quare dico, seclusa lege positiva, esse licitum ex natura sua, (licet non negem; esse dissuadendum propter periculum usuræ.) Ita Valentia l. c. & Lessius l. item cit. Et Valentia quidem ait, hoc idem censuisse illos Doctissimos in ea Consultatione, de qua in præced. §. meminimus nu. 3. Ratio autem, quod liceat, est. Tum, quia, sicuti in aliis contractibus potest adjici hoc pactum, ita in casu nostro, dummodo tamen hoc onus, quod imponitur Venditori, compensetur augendo pretium Censuum, vel, quod in idem recidit, dummodo minor pensio designetur. Tum, quia hic sunt duo contractus implicitè, alter constitutionis Censuum, alter, quo Venditor Censum constituitur Fidejussor pensionum solvendarum.

2. Hinc vides, hoc pactum posse tutius reduci ad pactum assecurationis, ut, si res, in qua Censum fundatur, pereat, damno Vendoris pereat, qui sit obligatus, vel pretium totum reddere, vel super alia sua bona Censum constituit. Sed, ut dixi, debet compensari tantum onus, quod Venditori imponitur. Et quidem in nostro Regno, ejusmodi assecratio in ipsa fundatione Censuum solet apponi per illam clausulam (*et super omnia bona, &c.*) idque concessit Nicolaus V. ut paulo post videbimus, dum concessit, posse apponi omnia pacta, utique, præter ea, quæ sunt contra substantiam contractus.

3. Atque ex his, & aliis oneribus, quæ in foundationibus Censuum in Sicilia solent addi

addi ad securitatem Emptoris, puto, rationabiliter laram esse à Domino Rege Nostro Pragmaticam, idest legem infra ponendam, quæ, ut compensatio fieret ad æqualitatem tot pactorum, quæ contra Venditorem apponi solent, sancivit, ne census emerentur in posterum amplius ad rationem decem pro centum, sed, ad summum, ad rationem quinque pro centum; nam sic compensat Emptor illa onera, quæ imponit Venditori census. Non est igitur acquiescendum aliquibus, qui ajunt, injustam fuisse hanc Pragmaticam, seu hanc legem ex eo, quia putavit Regem habuisse respectum ad proprium interesse, quo multas Censuum pensiones solvebat Regnicolis ad rationem decem pro centum: Non est, inquam, acquiescendum, quia, quicquid sit de intentione interna Regis (quæ tamen bona in dubio semper est præsumenda) cum lex sit justa ex objecto, ut vidimus, non potest reprobari, ut injusta ex quocunque affectu Regis interno, ut, si Rex ferat legem, qua dampnandi sint fures ad Titremes, non propterea ea lex est injusta, & repellenda, quia ipse ex odio peccaminoso velit, suorum bonorum subreptores cruciare. Sed de Justitia hujus Pragmaticæ iterum dicetur infra.

§. IV.

Pactum, ut, non soluta pensione, res cadat in commissum.

1. SOlet aliquando addi pactum, ut, si Censuarius pensionem non solvat intra duos, vel tres annos, res Censui subjecta cadat in commissum, idest, incurrat pœnam, ut dicta res fiat Emptoris Censui. Id ne licitum est?

Dico positis tribus conditionibus esse licitum, & quia, iis positis, ex nulla parte apparet, in justitia, seclusa semper lege in contrarium.

3. Prima conditio est, ut culpa sua Venditor Censui pensionem non solverit, cum tamen potuerit. Secunda, ut pœna proportionetur culpæ; Unde non potest pro exigua pensione non soluta cadere in commissum prædium multi valoris, sed, judicio prudentis, æqualitas decernatur. Tertia, ut pro onere talis pacti, quod subit Venditor, augea-

Tamburinus de Sacramentis.

tur pretium, vel diminuaturs pensio modo jam dicto §. 3.

3. His conditionibus positis, non possunt esse nobis contrarii multi, qui cum Bonac. d. d. Bonacim. idem id esse licitum, negant, quia pœna debet de contracc. esse moderata, & culpæ proportionata; cum d. 3. qu. 4. enim nos proportionem dictam requiramus, p. un. n. 39 hi Doctores contra nos nequaquam sunt. Vide, quæ dicam c. 5. à n. 14.

§. V.

Pactum de rescindendo contractu.

1. Dico, in contractu censuali licitè esse pos- c. Mol. d. ni pactum, ut si per duos, vel tres annos censuarius pensionem non solverit, cogatur, seu teneatur restituere Emptori pretium totum, & rescindere contractum. Probatur facile ex dictis. In hoc autem pacto rectè notat Medina, f. non oportere, augeri pretium ab Emptore, qui hoc pactum requirit. Ratio, puto 15. de Vsf. est, quia de jure naturæ sit, ut des mihi meum apud Cæpreium, si servare non vis obligationem sol- lest. Tr. 12. vendi id, quod ego, per illud pretium, emo. de Cens. c. Quædam circa hoc peculiariter pro nostro 2. Versus Sicilia Regno dicentur paulo inferius finem. cap. 6.

§. VI.

Pactum redimendi Censum totum simul.

1. IN Censu redimibili solet adjici pactum, ut is redimi à Censuario nequeat per partes, sed in totum. Emisti v. g. à me, pretio centum aureorum, Censum annum redimibilem quinque aureorum, cum pacto, ut non possim ita redimere, ut dando tibi quinquaginta, diminuam Censum, sed, si velim redimere, debeam reddere centum; qua integra solutione facta, integer Censui, & totus extinguatur.

2. Dico Primo, ex natura rei ejusmodi pactum esse licitum. Ratio est, quia, sicuti g. Tol. l. 5. alias res emptas cum pacto retrovenditio- c. 45. Mol. nis, non potest Venditor eas redimere per d. 393. n. partes; id enim esset in damnum Emptoris 7. Arag. quia Emptor partiali illa pecunia non po- 22. q. 7. 4. terit uti ad emendas res majoris valoris, ar. 4. sine. quas fortè veller emere, & quia per partes

xxx reddita

reddita facile consumitur, &c. Ita in casu Censui, &c.

a Nav. in comment. de Vfur. n. 78. 3. Non approbo *a* Navarrum dicentem in hoc pacto: ut illud sit licitum, debere pretium Censui augeri: non approbo, inquam, quia hoc pactum est imbitum in ipso contractu Emptionis, ut scilicet, qui velit eandem rem, quam vendidit, redimere, totum pretium offerat, sicut totum obtulit, qui emit.

b Lopez l. 1. de contr. c. 59 Garfia. de contr. c. 28. contra Bannes, alioque. 4. Rectè autem Lopez *b*, alique norant, Censum posse emi cum ejusmodi pacto, etiam post Bullam Pii V. quia Pius id nunquam prohibuit. Illud tamen fateor, si alicubi sit legitima consuetudo, vel lex Municipalis, ut redimatur per partes, esse servandam si non appareat clarè injusta, quia leges, & consuetudines justæ semper sunt observandæ.

c Lessus l. 2. c. 22. n. 73. Mol. l. c. 6. Denique ex ratione hujus primi dicti inferri facile potest, etiam si pactum redimendi totum simul non præcesserit, tamen totum simul; & non per partes esse ex se Censum redimendum, quia, ut dictum est, id postulat ipsa natura retrovenditionis.

d Nav. in comment. de Vfur. n. 101. Summa Cor. 2. p. trac. de Cens. n. 13. c. 16. Montalin. in lucerna anima c. 18. §. 6. n. 14. 6. Dico Secundo, posse nihilominus poni pactum, ut possit redimi per partes, & id solum declaraverit Martinus, & Callistus, dum contractus Censui continentem hoc pactum approbaverunt; non enim reprobant, si hoc non contineret. Ratio est, quia non apparet, undè id sit illicitum, cum sit in favorem Venditoris, cui rationabile est favere, utpotè, qui subeat onus solvendi pensionem quotannis.

e Montal. l. c. 7. Multi Doctores *d* putant absolute posse Censum redimi per partes notabiles, ut per medietatem, per tertiam, per quartam, &c. non autem per partes minimas, & quidem Romæ sic fieri dicit Montalinus, & Cens. n. 13. Sed certè id, si ita est, confirmat, quod modo diximus, servandam esse legitimam consuetudinem.

§. VII.

f Less. l. 2. c. 22. dub. 8. Pactum de redimendo cum eadem Moneta.

f Less. l. 2. c. 22. dub. 8. 1. Quod pactum de redimendo cum eadem, vel cum diversa moneta, nihil occurrit dicendum præter id, quod latè docet Lessus. scilicet nimirum per se, & abstrahendo ab ali-

quo lucro cessante, non licere, si afferre eandem, vel diversam sit novam gravamen, quod aliundè non recompensetur, quia satis est Venditori, si justa, & æquivalenti moneta retrovendat.

2. Quod si gravamen aliundè compensetur, vel sit æquale periculum, quod crescat, vel decrescat valor monetae, tunc licere etiam in terminis Bullæ Pii V. quia est novus contractus sortis, mihi dubium non est, legique potest Delugo. *g* Addit *h* Bonac. Censum ex-tingui posse, etiam aliis rebus, quibus tamen Censuista contentus sit, loco pecuniæ, idque etiam post Bullam Pii V. quia Pontifex, esto si voluerit numeratam pecuniam in constitutione Censui, de qua tamen re inferius dicemus, tamen in constitutione id solum voluisse, non in extinctione, tenendum est. Atque hæc de ejusmodi pactis ex natura ipsorum licet. Ad hoc. Videmus nunc, an adsint aliqua leges, in contrarium.

CAPUT V.

De Constitutionibus Pontificiis circa Censuum creationem.

h Bonac. l. 2. c. 12. *i* Less. l. 2. c. 22. *j* Less. l. 2. c. 22. *k* Nav. in comment. de Vfur. n. 101. *l* Less. l. 2. c. 22. *m* Less. l. 2. c. 22. *n* Less. l. 2. c. 22. *o* Less. l. 2. c. 22. *p* Less. l. 2. c. 22. *q* Less. l. 2. c. 22. *r* Less. l. 2. c. 22. *s* Less. l. 2. c. 22. *t* Less. l. 2. c. 22. *u* Less. l. 2. c. 22. *v* Less. l. 2. c. 22. *w* Less. l. 2. c. 22. *x* Less. l. 2. c. 22. *y* Less. l. 2. c. 22. *z* Less. l. 2. c. 22.

Quinque Pontificum Bullæ, qui de hac re disposuerunt, sunt hic præcognoscendæ.

MARTINUS V. & CALLISTUS III.

Primo enim Martinus V. & secundo, non multo post, idem, quod Martinus, approbavit Callistus III. per Constitutiones, quæ habentur in titulo de Emptione, & Venditione inter Extravagantes. Sed, quia hi Pontifices non requirunt eas condiciones in suis Bullis appositæ & ad Justitiam Censui, sed solum declarant, Censum cum illis conditionibus creatos, esse licitos, ut sentit Mol. *i* (quicquid dicat Mol. de Navarr. *k*) ideo de his non est, cur fufius sit à 389. Tel. nobis agendum.

NICOLAUS V.

2. Tertio, Nicolaus V. anno 1452. ad petitionem Alphonsi Primi Regis utriusque Siciliæ edidit circa constitutionem Censuum in illis Regnis Bullam requirentem quatuor condiciones, sed de hac Bulla latè mox, utpotè

utpotè ad nos Siculos maximè pertinente, disputabimus; hic autem fuit solum innuenda, ubi ceteras Bullas afferimus.

PIUS V.

3. Quarto, Pius V. anno 1569. edidit Constitutionem, quæ incipit: Cum onus Apostolicæ, & est 82. in Bullario Romano, in qua requirit ferè decem & septem conditiones, quarum ceteræ plurimæ non requiruntur ex natura rei in Censuum constitutione. Quare, ubi ea non est promulgata, vel recepta, non obligat, sicuti non obligant ceteræ leges positivæ, ubi receptæ non sunt. Et sanè hanc Pii Bullam non obligare in Gallia, nec in Germania, nec in Belgio, in quibus Regnis hæc Bulla non fuit promulgata, nec usu recepta, docet Lessl. a, nec in Regno Castellæ docet Molina b, nec in Regno Siciliae, nos docemus cap. sequenti pluribus. Solum ergo in terris Pontifici subiectis, & ubi fuerit fortè promulgata, receptaque, obligabit. Quod si ex parte fuerit recepta, ex parte obligabit, ut habet d Lessl. & ut patet ex illo vulgari principio, quod leges justè, legitimeque receptæ vim habent obligandi. At, si aliquo in loco, neque hæc, neque aliæ sint leges, vel consuetudines legitimæ in constituendis Censibus, satis erit servare legem naturalem, quæ tantummodo æqualitatem inter Censum, & pretium requirit, ut mox iterum dicam in 4. conditione.

Denique non est improbabile, quod affirmat Valent. e ex Navarro, hanc Pii V. Constitutionem procedere ex præsumptione usuræ, & sic non obligare in foro conscientie cum, qui conditiones in illa præscriptas non servat, si ceterum servet eas conditiones, quæ requiruntur ex Jure naturæ.

Notat tamen, & merito ibidem Valent. obligari Judices, etiam in conscientia, ut in locis, ubi ea viget, non admittant in Judicio emptiones Censuum aliter, quam dicta Constitutio jubet.

Pertinet autem ad ulteriorem doctrinam, conditiones à Pio V. requisitas hic breviter percurrere, ut percurrit Cælestinus, f alii- que breviter, nam ceterum Duardus integrum volumen de his scripsit Tom. 1. & 2. de Censibus.

4. Prima ergo conditio est, ut Census,

non constituatur, nisi supra rem immobiliem.

5. Secunda, non nisi supra rem certam, quæ nominatim certis finibus sit designata.

6. Tertia, ut, non nisi supra rem fructiferam, & quidem rationem habendo unius anni pro alio, ut notat Bonacina. g

7. Quarta, ut integrum, totumque pretium Censuum numerato solvatur coram Notario, & 3. q. 4. p. Testibus.

Hic nota cum Sà, h aliisque, esse nihilominus licitum in conscientia, etiam in terminis hujus Bullæ (esto neget Filliuc. & Salas apud eundem) constituere Censum de pecunia ante debitam, vel tradendo, tempore, quo celebratur ipse contractus Censuum, aliquas merces aliis, quos in pretium, vel non statim data pecunia, ut etiam licitum esse, ex pensionibus Censuum solutis augere Censum antiquum, vel novum constituere.

Ratio horum est, quia ideo requiritur à Pontifice, ut pecunia sit numerata, ne fiant fraudes, & usuræ, quare, si illæ verè absint, ejusmodi numeratio non obligabit in conscientia.

8. Quinta, ne deducantur in pactum anticipatæ pensiones, id est, ne Venditor cogatur solvere pensionem temporis nondum elapsi.

9. Sexta, ne Venditor obligetur ad casus fortuitos, ad quos ex natura contractus non tenetur.

10. Septima, ne addatur pactum, quo non possit Venditor vendere, cui voluerit, & Censui subiectam, nec pactum solvendi aliquid Emptori pro facultate vendendi, quam dare sibi reservaverit idem Emptor, quod solet justè apponi in Censu Emphyteutico, vocaturque Laudemium.

11. Octava, ne fiant pacta, quibus Censuarius ob moram solvendi teneatur ad interesse lucris cessantis, aut ad solvendas expensas, quas fortè faciet Emptor ad exigendam pensionem.

12. Hic nota duo. Primum, hanc octavam conditionem addidisse Pontificem, ut removeret omnem ansam usuræ, nam ceterum jure naturæ tenetur Venditor resarcire omnia damna, quæ Emptor pateretur, & expensas, quas fortè fecerit (sed necessarias) ad suam pensionem acquirendam. Quare ab hac obligatione Pius V. Censuarius nequaquam liberat, undè fit, ut semper possit

Xxx

possit Emptor hanc damna petere à Judice, & per sententiam habere recompensationem, & Censuarius semper obligetur, etiam ante sententiam, illas recompensare, &c. Ejusmodi mora solvendi, quid & quatenus operetur, vide in nostro Decalogo lib. 8. Tr. 3. cap. 8. paragr. 3.

13. Secundò nota, Emptorem posse licite exigere à Venditore pignora, & Fideiussiones, tum pro pensione, tum pro evictione, id est pro periculo, quod subit Emptor, nè propter aliquod Jus alterius, evincatur, seu auferatur ab ipso Jus ad prædium; seu ad prædii fructus, quod Jus ipse Emptor emerit; & ut securius pensio annua ipsi solvatur. Ratio horum est, quia ex una parte de jure naturæ habemus, ut quilibet rem suam, quanta potest securitate tractet, & ex alia, Pius V. hæc non prohibuit.

14. Nona, nè fiat pactum, ut si non solvatur pensio, teneatur Censuarius ad aliquam pœnam, vel ad amittendam rem Censui subiectam.

15. Hic nota duo. Primò, pœnam aliquam moderatam, & proportionatam non esse contra Justitiam ex natura contractus, ut superius admonui.

Secundò, errare Notarios, si ubi recepta est hæc Bulla apponant pœnam, quam vocamus commissi, id est qua amittatur res, si pensio non solvatur: hi enim confundunt Censum reservativum, in quo potest poni talis pœna, cum consignativo, de quo loquimur, in quo non potest, ubi hæc Bulla Pii V. est recepta, nam ceterum ex natura contractus posse illam poni dixi supra, a & iterum

a *Supra c. 24. §. 4.* infra b dicam.

b *Infra c. 6. §. 1. n. 6.* 16. Decima, ne pensiones annuæ non solutæ, vel non solvendæ augeant Censum antiquum.

17. Undecima, nè ex illis alius creetur.

c *Mol. d. 390.* 18. Notat autem c Molina, hanc conditionem involui in quarta modo dicta, ex vi cuius præsens debet esse pecunia, qua constituitur Census, ut nos jam ibidem explicuimus.

19. Duodecima, ne fiant pacta, quibus aliqua onera cogatur solvere is, qui ex natura contractus ad ea non obligabitur, si v. gr. qui emit, debet solvere Gabellam, nè imponatur hoc onus ei, qui censum vendit, nec contra, si debet, qui vendit, imponatur ei, qui emit. Pa-

ri modo, si Tributum v. g. super prædium suum Censuarius reddebat Principi, nè id imponatur Emptori: tributa enim solvuntur à Domino feudi, qualis est nunc censuarius.

20. Decimatercia, ut pereunte, sine culpa censuarii, re subiecta censui, census omnino pereat.

21. Decimaquarta ut pereunte ex parte ita scilicet, ut non produci fructus possint sufficientes, nisi ad partem pensionis, census etiam ad partem solum debeat.

22. Decimaquinta, ut semper census sit redimibilis, reddito eodem pretio. Vide, quæ dixi supra c. 4. paragr. 1.

23. Decimasexta, ut si Venditor census, seu censuarius velit censum redimere, seu extinguere, debeat monete Emptorem ante duos menses, & tunc post denunciationem possit eum cogere intra annum, ut censum extinguat, quò elapso cogere amplius non possit.

24. Has denunciations non esse necessarias in Terris non subiectis domino temporali Ecclesiæ, docet d Molina. Notant item d Mol. merito nonnulli, si Dominus, census nolit, 391. obstinate extinguere censum, pretium accipiendi, posse censuarius tunc, coram Nota-

rio, & Testibus, pretium deponere; admonito Domino census, nam sic liberabitur censuarius ab onere solvendi amplius pensionem.

25. Decimaseptima, nè Emptor possit ob

ullas causas ab invito censuario reperere pretium, seu capitale, ne in pœnam quidem, non solutæ pensionis.

Ex hac conditione vides censum debere semper esse irredimibilem ex parte Emptoris, & debere semper ex parte Venditoris redimibilem esse. Id esse ex lege positiva, non de Jure naturæ, si proportionatum sit pretium dixi supra c. 4. paragr. 1. & 2.

26. Postremo, census sine his conditionibus creandos à tempore publicationis hujus Bullæ, quæ fuit 1568. mense Februarii, ut fæ- e *Maxim. n. 20. c. 1. §. 1. c. 2. §. 1. c. 3. §. 1. c. 4. §. 1. c. 5. §. 1. c. 6. §. 1. c. 7. §. 1. c. 8. §. 1. c. 9. §. 1. c. 10. §. 1. c. 11. §. 1. c. 12. §. 1. c. 13. §. 1. c. 14. §. 1. c. 15. §. 1. c. 16. §. 1. c. 17. §. 1. c. 18. §. 1. c. 19. §. 1. c. 20. §. 1. c. 21. §. 1. c. 22. §. 1. c. 23. §. 1. c. 24. §. 1. c. 25. §. 1. c. 26. §. 1. c. 27. §. 1. c. 28. §. 1. c. 29. §. 1. c. 30. §. 1. c. 31. §. 1. c. 32. §. 1. c. 33. §. 1. c. 34. §. 1. c. 35. §. 1. c. 36. §. 1. c. 37. §. 1. c. 38. §. 1. c. 39. §. 1. c. 40. §. 1. c. 41. §. 1. c. 42. §. 1. c. 43. §. 1. c. 44. §. 1. c. 45. §. 1. c. 46. §. 1. c. 47. §. 1. c. 48. §. 1. c. 49. §. 1. c. 50. §. 1. c. 51. §. 1. c. 52. §. 1. c. 53. §. 1. c. 54. §. 1. c. 55. §. 1. c. 56. §. 1. c. 57. §. 1. c. 58. §. 1. c. 59. §. 1. c. 60. §. 1. c. 61. §. 1. c. 62. §. 1. c. 63. §. 1. c. 64. §. 1. c. 65. §. 1. c. 66. §. 1. c. 67. §. 1. c. 68. §. 1. c. 69. §. 1. c. 70. §. 1. c. 71. §. 1. c. 72. §. 1. c. 73. §. 1. c. 74. §. 1. c. 75. §. 1. c. 76. §. 1. c. 77. §. 1. c. 78. §. 1. c. 79. §. 1. c. 80. §. 1. c. 81. §. 1. c. 82. §. 1. c. 83. §. 1. c. 84. §. 1. c. 85. §. 1. c. 86. §. 1. c. 87. §. 1. c. 88. §. 1. c. 89. §. 1. c. 90. §. 1. c. 91. §. 1. c. 92. §. 1. c. 93. §. 1. c. 94. §. 1. c. 95. §. 1. c. 96. §. 1. c. 97. §. 1. c. 98. §. 1. c. 99. §. 1. c. 100. §. 1. c. 101. §. 1. c. 102. §. 1. c. 103. §. 1. c. 104. §. 1. c. 105. §. 1. c. 106. §. 1. c. 107. §. 1. c. 108. §. 1. c. 109. §. 1. c. 110. §. 1. c. 111. §. 1. c. 112. §. 1. c. 113. §. 1. c. 114. §. 1. c. 115. §. 1. c. 116. §. 1. c. 117. §. 1. c. 118. §. 1. c. 119. §. 1. c. 120. §. 1. c. 121. §. 1. c. 122. §. 1. c. 123. §. 1. c. 124. §. 1. c. 125. §. 1. c. 126. §. 1. c. 127. §. 1. c. 128. §. 1. c. 129. §. 1. c. 130. §. 1. c. 131. §. 1. c. 132. §. 1. c. 133. §. 1. c. 134. §. 1. c. 135. §. 1. c. 136. §. 1. c. 137. §. 1. c. 138. §. 1. c. 139. §. 1. c. 140. §. 1. c. 141. §. 1. c. 142. §. 1. c. 143. §. 1. c. 144. §. 1. c. 145. §. 1. c. 146. §. 1. c. 147. §. 1. c. 148. §. 1. c. 149. §. 1. c. 150. §. 1. c. 151. §. 1. c. 152. §. 1. c. 153. §. 1. c. 154. §. 1. c. 155. §. 1. c. 156. §. 1. c. 157. §. 1. c. 158. §. 1. c. 159. §. 1. c. 160. §. 1. c. 161. §. 1. c. 162. §. 1. c. 163. §. 1. c. 164. §. 1. c. 165. §. 1. c. 166. §. 1. c. 167. §. 1. c. 168. §. 1. c. 169. §. 1. c. 170. §. 1. c. 171. §. 1. c. 172. §. 1. c. 173. §. 1. c. 174. §. 1. c. 175. §. 1. c. 176. §. 1. c. 177. §. 1. c. 178. §. 1. c. 179. §. 1. c. 180. §. 1. c. 181. §. 1. c. 182. §. 1. c. 183. §. 1. c. 184. §. 1. c. 185. §. 1. c. 186. §. 1. c. 187. §. 1. c. 188. §. 1. c. 189. §. 1. c. 190. §. 1. c. 191. §. 1. c. 192. §. 1. c. 193. §. 1. c. 194. §. 1. c. 195. §. 1. c. 196. §. 1. c. 197. §. 1. c. 198. §. 1. c. 199. §. 1. c. 200. §. 1. c. 201. §. 1. c. 202. §. 1. c. 203. §. 1. c. 204. §. 1. c. 205. §. 1. c. 206. §. 1. c. 207. §. 1. c. 208. §. 1. c. 209. §. 1. c. 210. §. 1. c. 211. §. 1. c. 212. §. 1. c. 213. §. 1. c. 214. §. 1. c. 215. §. 1. c. 216. §. 1. c. 217. §. 1. c. 218. §. 1. c. 219. §. 1. c. 220. §. 1. c. 221. §. 1. c. 222. §. 1. c. 223. §. 1. c. 224. §. 1. c. 225. §. 1. c. 226. §. 1. c. 227. §. 1. c. 228. §. 1. c. 229. §. 1. c. 230. §. 1. c. 231. §. 1. c. 232. §. 1. c. 233. §. 1. c. 234. §. 1. c. 235. §. 1. c. 236. §. 1. c. 237. §. 1. c. 238. §. 1. c. 239. §. 1. c. 240. §. 1. c. 241. §. 1. c. 242. §. 1. c. 243. §. 1. c. 244. §. 1. c. 245. §. 1. c. 246. §. 1. c. 247. §. 1. c. 248. §. 1. c. 249. §. 1. c. 250. §. 1. c. 251. §. 1. c. 252. §. 1. c. 253. §. 1. c. 254. §. 1. c. 255. §. 1. c. 256. §. 1. c. 257. §. 1. c. 258. §. 1. c. 259. §. 1. c. 260. §. 1. c. 261. §. 1. c. 262. §. 1. c. 263. §. 1. c. 264. §. 1. c. 265. §. 1. c. 266. §. 1. c. 267. §. 1. c. 268. §. 1. c. 269. §. 1. c. 270. §. 1. c. 271. §. 1. c. 272. §. 1. c. 273. §. 1. c. 274. §. 1. c. 275. §. 1. c. 276. §. 1. c. 277. §. 1. c. 278. §. 1. c. 279. §. 1. c. 280. §. 1. c. 281. §. 1. c. 282. §. 1. c. 283. §. 1. c. 284. §. 1. c. 285. §. 1. c. 286. §. 1. c. 287. §. 1. c. 288. §. 1. c. 289. §. 1. c. 290. §. 1. c. 291. §. 1. c. 292. §. 1. c. 293. §. 1. c. 294. §. 1. c. 295. §. 1. c. 296. §. 1. c. 297. §. 1. c. 298. §. 1. c. 299. §. 1. c. 300. §. 1. c. 301. §. 1. c. 302. §. 1. c. 303. §. 1. c. 304. §. 1. c. 305. §. 1. c. 306. §. 1. c. 307. §. 1. c. 308. §. 1. c. 309. §. 1. c. 310. §. 1. c. 311. §. 1. c. 312. §. 1. c. 313. §. 1. c. 314. §. 1. c. 315. §. 1. c. 316. §. 1. c. 317. §. 1. c. 318. §. 1. c. 319. §. 1. c. 320. §. 1. c. 321. §. 1. c. 322. §. 1. c. 323. §. 1. c. 324. §. 1. c. 325. §. 1. c. 326. §. 1. c. 327. §. 1. c. 328. §. 1. c. 329. §. 1. c. 330. §. 1. c. 331. §. 1. c. 332. §. 1. c. 333. §. 1. c. 334. §. 1. c. 335. §. 1. c. 336. §. 1. c. 337. §. 1. c. 338. §. 1. c. 339. §. 1. c. 340. §. 1. c. 341. §. 1. c. 342. §. 1. c. 343. §. 1. c. 344. §. 1. c. 345. §. 1. c. 346. §. 1. c. 347. §. 1. c. 348. §. 1. c. 349. §. 1. c. 350. §. 1. c. 351. §. 1. c. 352. §. 1. c. 353. §. 1. c. 354. §. 1. c. 355. §. 1. c. 356. §. 1. c. 357. §. 1. c. 358. §. 1. c. 359. §. 1. c. 360. §. 1. c. 361. §. 1. c. 362. §. 1. c. 363. §. 1. c. 364. §. 1. c. 365. §. 1. c. 366. §. 1. c. 367. §. 1. c. 368. §. 1. c. 369. §. 1. c. 370. §. 1. c. 371. §. 1. c. 372. §. 1. c. 373. §. 1. c. 374. §. 1. c. 375. §. 1. c. 376. §. 1. c. 377. §. 1. c. 378. §. 1. c. 379. §. 1. c. 380. §. 1. c. 381. §. 1. c. 382. §. 1. c. 383. §. 1. c. 384. §. 1. c. 385. §. 1. c. 386. §. 1. c. 387. §. 1. c. 388. §. 1. c. 389. §. 1. c. 390. §. 1. c. 391. §. 1. c. 392. §. 1. c. 393. §. 1. c. 394. §. 1. c. 395. §. 1. c. 396. §. 1. c. 397. §. 1. c. 398. §. 1. c. 399. §. 1. c. 400. §. 1. c. 401. §. 1. c. 402. §. 1. c. 403. §. 1. c. 404. §. 1. c. 405. §. 1. c. 406. §. 1. c. 407. §. 1. c. 408. §. 1. c. 409. §. 1. c. 410. §. 1. c. 411. §. 1. c. 412. §. 1. c. 413. §. 1. c. 414. §. 1. c. 415. §. 1. c. 416. §. 1. c. 417. §. 1. c. 418. §. 1. c. 419. §. 1. c. 420. §. 1. c. 421. §. 1. c. 422. §. 1. c. 423. §. 1. c. 424. §. 1. c. 425. §. 1. c. 426. §. 1. c. 427. §. 1. c. 428. §. 1. c. 429. §. 1. c. 430. §. 1. c. 431. §. 1. c. 432. §. 1. c. 433. §. 1. c. 434. §. 1. c. 435. §. 1. c. 436. §. 1. c. 437. §. 1. c. 438. §. 1. c. 439. §. 1. c. 440. §. 1. c. 441. §. 1. c. 442. §. 1. c. 443. §. 1. c. 444. §. 1. c. 445. §. 1. c. 446. §. 1. c. 447. §. 1. c. 448. §. 1. c. 449. §. 1. c. 450. §. 1. c. 451. §. 1. c. 452. §. 1. c. 453. §. 1. c. 454. §. 1. c. 455. §. 1. c. 456. §. 1. c. 457. §. 1. c. 458. §. 1. c. 459. §. 1. c. 460. §. 1. c. 461. §. 1. c. 462. §. 1. c. 463. §. 1. c. 464. §. 1. c. 465. §. 1. c. 466. §. 1. c. 467. §. 1. c. 468. §. 1. c. 469. §. 1. c. 470. §. 1. c. 471. §. 1. c. 472. §. 1. c. 473. §. 1. c. 474. §. 1. c. 475. §. 1. c. 476. §. 1. c. 477. §. 1. c. 478. §. 1. c. 479. §. 1. c. 480. §. 1. c. 481. §. 1. c. 482. §. 1. c. 483. §. 1. c. 484. §. 1. c. 485. §. 1. c. 486. §. 1. c. 487. §. 1. c. 488. §. 1. c. 489. §. 1. c. 490. §. 1. c. 491. §. 1. c. 492. §. 1. c. 493. §. 1. c. 494. §. 1. c. 495. §. 1. c. 496. §. 1. c. 497. §. 1. c. 498. §. 1. c. 499. §. 1. c. 500. §. 1. c. 501. §. 1. c. 502. §. 1. c. 503. §. 1. c. 504. §. 1. c. 505. §. 1. c. 506. §. 1. c. 507. §. 1. c. 508. §. 1. c. 509. §. 1. c. 510. §. 1. c. 511. §. 1. c. 512. §. 1. c. 513. §. 1. c. 514. §. 1. c. 515. §. 1. c. 516. §. 1. c. 517. §. 1. c. 518. §. 1. c. 519. §. 1. c. 520. §. 1. c. 521. §. 1. c. 522. §. 1. c. 523. §. 1. c. 524. §. 1. c. 525. §. 1. c. 526. §. 1. c. 527. §. 1. c. 528. §. 1. c. 529. §. 1. c. 530. §. 1. c. 531. §. 1. c. 532. §. 1. c. 533. §. 1. c. 534. §. 1. c. 535. §. 1. c. 536. §. 1. c. 537. §. 1. c. 538. §. 1. c. 539. §. 1. c. 540. §. 1. c. 541. §. 1. c. 542. §. 1. c. 543. §. 1. c. 544. §. 1. c. 545. §. 1. c. 546. §. 1. c. 547. §. 1. c. 548. §. 1. c. 549. §. 1. c. 550. §. 1. c. 551. §. 1. c. 552. §. 1. c. 553. §. 1. c. 554. §. 1. c. 555. §. 1. c. 556. §. 1. c. 557. §. 1. c. 558. §. 1. c. 559. §. 1. c. 560. §. 1. c. 561. §. 1. c. 562. §. 1. c. 563. §. 1. c. 564. §. 1. c. 565. §. 1. c. 566. §. 1. c. 567. §. 1. c. 568. §. 1. c. 569. §. 1. c. 570. §. 1. c. 571. §. 1. c. 572. §. 1. c. 573. §. 1. c. 574. §. 1. c. 575. §. 1. c. 576. §. 1. c. 577. §. 1. c. 578. §. 1. c. 579. §. 1. c. 580. §. 1. c. 581. §. 1. c. 582. §. 1. c. 583. §. 1. c. 584. §. 1. c. 585. §. 1. c. 586. §. 1. c. 587. §. 1. c. 588. §. 1. c. 589. §. 1. c. 590. §. 1. c. 591. §. 1. c. 592. §. 1. c. 593. §. 1. c. 594. §. 1. c. 595. §. 1. c. 596. §. 1. c. 597. §. 1. c. 598. §. 1. c. 599. §. 1. c. 600. §. 1. c. 601. §. 1. c. 602. §. 1. c. 603. §. 1. c. 604. §. 1. c. 605. §. 1. c. 606. §. 1. c. 607. §. 1. c. 608. §. 1. c. 609. §. 1. c. 610. §. 1. c. 611. §. 1. c. 612. §. 1. c. 613. §. 1. c. 614. §. 1. c. 615. §. 1. c. 616. §. 1. c. 617. §. 1. c. 618. §. 1. c. 619. §. 1. c. 620. §. 1. c. 621. §. 1. c. 622. §. 1. c. 623. §. 1. c. 624. §. 1. c. 625. §. 1. c. 626. §. 1. c. 627. §. 1. c. 628. §. 1. c. 629. §. 1. c. 630. §. 1. c. 631. §. 1. c. 632. §. 1. c. 633. §. 1. c. 634. §. 1. c. 635. §. 1. c. 636. §. 1. c. 637. §. 1. c. 638. §. 1. c. 639. §. 1. c. 640. §. 1. c. 641. §. 1. c. 642. §. 1. c. 643. §. 1. c. 644. §. 1. c. 645. §. 1. c. 646. §. 1. c. 647. §. 1. c. 648. §. 1. c. 649. §. 1. c. 650. §. 1. c. 651. §. 1. c. 652. §. 1. c. 653. §. 1. c. 654. §. 1. c. 655. §. 1. c. 656. §. 1. c. 657. §. 1. c. 658. §. 1. c. 659. §. 1. c. 660. §. 1. c. 661. §. 1. c. 662. §. 1. c. 663. §. 1. c. 664. §. 1. c. 665. §. 1. c. 666. §. 1. c. 667. §. 1. c. 668. §. 1. c. 669. §. 1. c. 670. §. 1. c. 671. §. 1. c. 672. §. 1. c. 673. §. 1. c. 674. §. 1. c. 675. §. 1. c. 676. §. 1. c. 677. §. 1. c. 678. §. 1. c. 679. §. 1. c. 680. §. 1. c. 681. §. 1. c. 682. §. 1. c. 683. §. 1. c. 684. §. 1. c. 685. §. 1. c. 686. §. 1. c. 687. §. 1. c. 688. §. 1. c. 689. §. 1. c. 690. §. 1. c. 691. §. 1. c. 692. §. 1. c. 693. §. 1. c. 694. §. 1. c. 695. §. 1. c. 696. §. 1. c. 697. §. 1. c. 698. §. 1. c. 699. §. 1. c. 700. §. 1. c. 701. §. 1. c. 702. §. 1. c. 703. §. 1. c. 704. §. 1. c. 705. §. 1. c. 706. §. 1. c. 707. §. 1. c. 708. §. 1. c. 709. §. 1. c. 710. §. 1. c. 711. §. 1. c. 712. §. 1. c. 713. §. 1. c. 714. §. 1. c. 715. §. 1. c. 716. §. 1. c. 717. §. 1. c. 718. §. 1. c. 719. §. 1. c. 720. §. 1. c. 721. §. 1. c. 722. §. 1. c. 723. §. 1. c. 724. §. 1. c. 725. §. 1. c. 726. §. 1. c. 727. §. 1. c. 728. §. 1. c. 729. §. 1. c. 730. §. 1. c. 731. §. 1. c. 732. §. 1. c. 733. §. 1. c. 734. §. 1. c. 735. §. 1. c. 736. §. 1. c. 737. §. 1. c. 738. §. 1. c. 739. §. 1. c. 740. §. 1. c. 741. §. 1. c. 742. §. 1. c. 743. §. 1. c. 744. §. 1. c. 745. §. 1. c. 746. §. 1. c. 747. §. 1. c. 748. §. 1. c. 749. §. 1. c. 750. §. 1. c. 751. §. 1. c. 752. §. 1. c. 753. §. 1. c. 754. §. 1. c. 755. §. 1. c. 756. §. 1. c. 757. §. 1. c. 758. §. 1. c. 759. §. 1. c. 760. §. 1. c. 761. §. 1. c. 762. §. 1. c. 763. §. 1. c. 764. §. 1. c. 765. §. 1. c. 766. §. 1. c. 767. §. 1. c. 768. §. 1. c. 769. §. 1. c. 770. §. 1. c. 771. §. 1. c. 772. §. 1. c. 773. §. 1. c. 774. §. 1. c. 775. §. 1. c. 776. §. 1. c. 777. §. 1. c. 778. §. 1. c. 779. §. 1. c. 780. §. 1. c. 781. §. 1. c. 782. §. 1. c. 783. §. 1. c. 784. §. 1. c. 785. §. 1. c. 786. §. 1. c. 787. §. 1. c. 788. §. 1. c. 789. §. 1. c. 790. §. 1. c. 791. §. 1. c. 792. §. 1. c. 793. §. 1. c. 794. §. 1. c. 795. §. 1. c. 796. §. 1. c. 797. §. 1. c. 798. §. 1. c. 799. §. 1. c. 800. §. 1. c. 801. §. 1. c. 802. §. 1. c. 803. §. 1. c. 804. §. 1. c. 805. §. 1. c. 806. §. 1. c. 807. §. 1. c. 808. §. 1. c. 809. §. 1. c. 810. §. 1. c. 811. §. 1. c. 812. §. 1. c. 813. §. 1. c. 814. §. 1. c. 815. §. 1. c. 816. §. 1. c. 817. §. 1. c. 818. §. 1. c. 819. §. 1. c. 820. §. 1. c. 821. §. 1. c. 822. §. 1. c. 823. §. 1. c. 824. §. 1. c. 825. §. 1. c. 826. §. 1. c. 827. §. 1. c. 828. §. 1. c. 829. §. 1. c. 830. §. 1. c. 831. §. 1. c. 832. §. 1. c. 833. §. 1. c. 834. §. 1. c. 835. §. 1. c. 836. §. 1. c. 837. §. 1. c. 838. §. 1. c. 839. §. 1. c. 840. §. 1. c. 841. §. 1. c. 842. §. 1. c. 843. §. 1. c. 844. §. 1. c. 845. §. 1. c. 846. §. 1. c. 847. §. 1. c. 848. §. 1. c. 849. §. 1. c. 850. §. 1. c. 851. §. 1. c. 852. §. 1. c. 853. §. 1. c. 854. §. 1. c. 855. §. 1. c. 856. §. 1. c. 857. §. 1. c. 858. §. 1. c. 859. §. 1. c. 860. §. 1. c. 861. §. 1. c. 862. §. 1. c. 863. §. 1. c. 864. §. 1. c. 865. §.*

qua ex his conditionibus non magni ponderis, quæque non sit destructiva contractus, ut, si contractus non celebretur coram Testibus, & Notario, aut non per scripturam publicam, aut non per pecuniam numeratam, de qua numeratione dixi, quoad forum conscientie in conditione quarta num. 7. non statim cum judicandum esse invalidum, & illicitum, sed potius validum, licitumque, etiam in foro externo. Ratio est, quia semper est præsumendum pro actu, ut potius valeat, quam pereat, & quod licitus fuerit, quam illicitus, si solum omittantur conditiones, quæ cum sint leves, non sunt de solennitate necessaria, nec inducunt formam substantialem contractus.

28. Id certe multò verius est, si addatur in instrumento contractus hæc, vel similis clausula: *Contrahimus juxta formam Bullæ, vel servatis conditionibus Pontificiis, nec aliter, nec alio modo.*

Tunc enim, si quid in tali contractu appositum inveniatur, quod Bullæ adversetur haberi debet pro non adjecto, atque huic doctrinæ faver illud Juris. *a Viriosa debent haberi pro non apposis.*

29. Idem denique verum erit, si contrahens sit Rusticus, vel mulier, nam de his non præsumendum est, velle celebrare contractum illicitum, & usurarium, ut notant Covarr. b aliique.

30. Secundò, notare operæ pretium est, has conditiones Pontificias extendi solum ad contractus Censuales, qui sunt per modum emptionis, & venditionis, id est, quibus addito pretio, emitur Census; de his enim agit Pontifex, non ergo ad eos, qui sunt per contractum conditionis, aut dotis constituendæ, vel per viam legati, seu ultimæ voluntatis, &c. Ita ex Navarro Lessius, c in his enim satis est servare ea, quæ sunt necessaria de jure naturæ.

31. Tertio, nota esse probabilem opinionem nemillorum, qui affirmant eas solas conditiones ex prædictis requiri pro foro conscientie ad validum, licitumque contractum Censuum, quas de jure naturæ esse supra diximus ex Lessio, d ceteras esse pro foro externo. Lege Bonac. e aliosque ab ipso citatos.

GREGORIUS XIII.

32. Hic, anno 1574. apud Bullarium ad petitionem Regis Philippi Secundi approbavit Bullam Nicolai V. pro Regno Siciliae ultra Pharium, deditque facultatem, ut in Sicilia constituerentur Censui juxta Bullam Nicolai V. non obstante Bulla Pii V. addidit tamen quasdam conditiones, quas non inferius paulò post expendemus. Interim videatur Summa Corona. f

f Summa
Corona 2.
p. de Cens.
nu. 16.

CLEMENS VIII.

33. Denique Clemens VIII. anno 1592. edidit constitutionem, quæ incipit: *Quia ad sublevationem* Ubi præcipit ne in statu Ecclesiastico in posterum creentur Censui, nisi ad summum ad rationem septem pro centenario.

CAPUT VI.

De constitutione Censui pro Regno Siciliae in forma Bullæ Nicolai V. & Gregorii XIII.

§. I.

Proponitur Bulla Nicolai.

Bullam Nicolai V. pro utraque Sicilia ultra, & citra Pharium habes in Bullario, eandemque refert Colletarius, g Summa Corona h Duardus, i Petrus, k de Gregorio, Lupus, l qui ultimus, dum addidit, hanc Bullam esse valde periculosa, & præbere materiam usuræ, foedè labitur, cum Nicolaus V. ibidem sub indignatione Dei præcipiat, ne quis audeat contradicere iis, quæ in dicta Bulla definit, & concedit. Nec minus errat Augustinus Montalicensis m in lucerna animæ, dum ait, id esse permissum à Nicolao, tanquam minus malum, ad majora mala vitanda; sicuti Judæis fuit permissum repudium, & usura; errat, inquam, vehementer, excutique in tenebris, quamvis lucernam animæ sibi præferre profiteatur; non enim id Pontifex permittit, ut minus malum, n. 21.

g Collet. de
contract.
Censuali
initio.
h Summa
Corona de
Usura cir-
ca contr.
Censuales.
i Duard.
de Censib.
T. 1. initio.
k Petr. de
Gregor. de
Cens.
l Lup. com-
ment. 2. de
Usur. §. 2.
nu. 85.
m August.
Montalic.
in lucerna
animæ c.
18. §. 9.]
nu. 21.

malum, sed concedit, declaratque, licetē posse constitui cum conditionibus ab ipso assignatis.

2. Jam verò Bulla hæc, quam præterdictos auctores exscribit Rex Alphonsus Primus in titulo de Censibus inter Pragmaticas hujus Regni, est hujus tenoris.

Nicolaus Episcopus Servus servorum Dei, &c. *Sollicitudo Pastoralis.* Et infra: *Regis Præfati* (id est, Alphonsi) *supplicationibus inclinatis, tam eidem Regi, quam hujusmodi Regnorum Sicilia citra, & ultra Pharam, omnibus, & singulis, presentibus & futuris hujusmodi Censualia supra rebus, & proprietatibus suis, ac facultatibus, & emolumentis eorundem, Instrumento gratia pro consimili pretio illa redimendi mediante, dummodo annuus Census hujusmodi Censualium decimam partem principalis recepti, seu pretii eorundem non excedat, inter se contrahendi, vendendi, & emendi cum opportuna contrahentium securitate, tuitione, & indemnitate, cum potestate vendentes personas, earumque proprietates, redditus iura, iurisdictiones, Censuum, ac omnia, & singula mobilia, & immobilia bona obligandi, & obligari faciendi, ac etiam quascunque alias obligationes, & submissiones cuicunque foro, nec non renunciaciones, promissiones, stipulationes, pœnis, juramentis, & aliis cautionibus vallatas, & alia, quacunque, de quibus inter ementes, & vendentes hujusmodi Censualia Conventum, & in pactum deductum fuerit, plenam licentiam, & liberam, auctoritate Apostolica, tenore presentium, concedimus facultatem: Decernentes, & declarantes, eisdem incolis, & habitatoribus Censualia hujusmodi, modo præmissa, in Regnis ipsis Sicilia citra, & ultra Pharam, inter se libere, ac licite contrahere, ac vendere, & emere posse, neque propterea usurariam pravitatem committere, dummodo alias, quam, ut promittitur, quodlibet annum Censuale decimam partem principalis recepti, seu pretii venditionis ipsius non excedat, & pensionibus, seu annuatibus illorum in sortem non computatus pro tali redemptione, præter principalem summam nihil ultra percipiatur ab Emptore, vel exhibeatur a Venditore. Non obstantibus, & cetera. Nulli ergo liceat, hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli se noverit, incursum. Datum Romæ Anno 1452. pridie kalendas Octobris Pontificatus Nostri Anno VI.*

3. Hactenus Bulla, in qua vides, recte posse (ut faciunt Lupus, & Summa Corona II. cc.) conditiones ab ea requisitas ad quatuor revocari.

Prima est, ut Census possit constitui, aut specialiter super re certa, aut generaliter super omnibus bonis, addita etiam obligatione omnium bonorum mobilium & immobilium, & etiam personarum quæ vendit.

4. Secunda, ut possit eodem pretio redimi, id est, extingui.

5. Tertia, ut annua Census pensio non excedat decimam partem pretii, id est, ut Census non constituatur plus, quam ad rationem unius pro decem, seu, quod idem est, ad rationem decem pro centum.

6. Quarta, ut, ad maiorem securitatem Census, possint pœnæ, & pacta apponi (utque; ut semper supponitur, nec injusta, nec contra substantiam contractus) juxta arbitrium contrahentium: ut admirer Summam Coronam, qui postquam exscripsit dictam Bullam, ubi clarè adest illud (pœnis, & aliis, & ceteris) ait, esse contra hanc Bullam apponi pactum pœnale, ut bona incendant in commissum. Melius dixisset, ut nos superius diximus, & a iterum dicemus & inferius, non esse ex se injustum, nam secus non concessisset Pontifex, sed ex avaritia Emptoris posse facile esse injustum quando pœna non est moderata, vel tantum onus non aliunde compensetur.

§. II.

Proponitur Bulla Gregorii XIII.

1. **G**regorius autem XIII. Dum approbat prædictam Nicolai Bullam, vult, ut sequentes conditiones observentur. Prima, ut tollantur abusus contra Bullam Nicolai V. fortè introducti.

2. Secunda, ut possit Census redimi.

3. Tertia, ut in creatione Census fiat mentio unius, aut plurium rerum certarum, & nominatarum; addi tamen possit generalis obligatio omnium bonorum:

Quam

Quam obligationem inducant prædicta dua
Bullæ?

§. III.

Prima conditio Censuum in Sicilia super Re,
vel Rebus.

4. Inquires. Prædicta intelliguntur etiam
in foro conscientie, ita, ut contractus Cen-
sualis celebratus in utraque Sicilia sine his
conditionibus non solum sit irritus in foro
externo, sed etiam sit irritus in foro inter-
no.

Respondeo. Ita multi putant cum Bonaci-
na a loquente de conditionibus Bullæ Pii V.
nam certe idem is diceret de conditionibus
nostris à Nicolao requisitis. Hi enim tenent,
omissionem solemnitate, saltem non levis
(nam de levis diximus supra b) reddere
nullum contractum, etiam in se, unde etiam
in conscientia. Aliqui tamen probabiliter (ut
id esse probabile idem Bonac. ibidem fatetur)
affirmant, non esse irritum in foro conscien-
tie (nisi expresse irritum redditum à lege fue-
rit, ut in casu dicendo infra paragr. 5.) In quo
foro illæ solum conditiones requiruntur,
quas jure naturæ, seu ex natura contractus re-
quiri dictum est in superioribus, præsertim
capite 4. initio, quamvis in foro externo præ-
sumatur usurarius contractus ex defectu cu-
juslibet conditionis ex prædictis, saltem non
levis momenti. Immo Molina, et alii que exi-
stimant contractum non habendum esse U-
surarium, & nullum in quocunque foro ante
sententiam Judicis, modo celebratus fuerit,
servatis conditionibus requisitis ex natura
contractus, & consequenter posse ab Em-
ptore perleverari in contractu jam celebrato,
absque onere computandi in sortem pensio-
nes acceptas, nisi à Judice condemnentur.
Postquam condemnationem stare sanè sen-
tentie condemnatus debet; quia justæ sen-
tentie semper est parendum.

5. Jam verò singulas conditiones Nico-
lai, & Gregorii percurramus, memineris ta-
men, etiam apud nos Siculos locum habere
ea, quæ supra de Censu in genere tractata
sunt, & pertinent ad ipsam na-
turam contractus Cen-
sualis.

1. Prima conditio Nicolai est, ut Censuum
constituatur super re certa, utique im-
mobili, & fructifera, vel generaliter super o-
mnibus bonis. Notas? Nicolaus V. dicit (vel)
ut Gregorius id restringit; vult enim, ut sem-
per constituatur super una re, vel pluribus
certis, & nominatis (utique ut dictum est,
immobilibus, & fructiferis) addita tamen
generali omnium bonorum obligatione. Et
certè in Regno nostro Censuum passim crean-
tur hodie juxta hanc Gregorii conditio-
nem, in qua sola videtur differre constitutio
Gregorii ab illa Nicolai. Sed jam pri-
mam hanc conditionem quinque quæstio-
nibus illustremus.

Quid intelligatur nomine rei immobilis?

3. Quæres autem Primò. Quid intelliga-
tur nomine rei immobilis?

Respondeo. Prædia, Domus, & alia hujus-
modi ex natura sua perpetua, immò ipse Cen-
sus habetur pro re immobili. Unde licebit su-
per unum Censum constituere alium, etiam
æqualem, ut docet Molina, & alii que, sicuti d. Molin. d.
de facto constituitur Censuum super alios Cen- 389. claus.
sus, Jura, & redditus Principum, & civita- 1. Navar.
tum, ut etiam super gabellas, officia perpetua, in com-
& c. ment. de

4. Adverte tamen, Censum, super quem Usur. nu.
alius Censuum imponitur, debere ex se esse ir- 87.
redimibilem, aliter posterior Censuum, priore e. Glos. in
pereunte, periret, nam propterea (saltem ad Extravag.
hunc effectum) inter mobilia reputatur redi- ad Cond.
tus non perpetuus à Glossa, & alii que. Putat V. Mobili-
nihilominus Lessius, s. posse collocari Cen- bus.
sum super Censum redimibilem, quando, qui Bald. in l.
in primo Censum Censum secundum fundavit, Ha. edili §.
esset paratus (addo, & legitime se obligaret) 15. Illud C.
pereunte primo Censum, in alia re fundare se- de seq. nup.
cundum. Tiraq. de
retract. p. 1.
§. 4. n. 119.
f. Less. l. c.
c. 22. d. 12.

An satis nu. 77.

An satis sit, super omnibus bonis? ubi de infectione bonorum illius, qui possidet rem subjectam Censui.

4. Quæres Secundò, an Siculis liceat nunc, fundare Censum generatim in omnibus bonis, nullum certum exprimendo? Siculis, dico, nam scio, seclufa lege, licitum esse, a patetque ex Bulla Nicolai V. in qua id conceditur, ut vidimus: quod certe non concessisset, si id ex natura sua esset illicitum. Sed, quia Gregorius XIII. ut modo vidisti, id prohibuit Siculis, ideo de ipsis hæc quæstio procedit.

a Farinac.
l. 1. Decis.
x. nu. 1.
Tol. l. 5. c.
45. nu. 3.

5. Respondeo. Quamvis ante Bullam Gregor. XIII. fuerit id Siculis licitum; tamen post illam non licet, pro foro externo. Patet ex voluntate expressa Gregorii, ut notavi dicto num. 3. Sicuti etiam, nec licebit, ubi est recepta Pii V. Bulla, ut patet ex secunda conditione ejusdem Bullæ allatæ cap. 5. Dixi (pro foro externo.) Nam pro interno, dixi C. eodem §. 1. nu. 4.

Illud autem emolumentum est, quando ponitur Census in una re certa, & simul in alijs Venditoris bonis, ut quamvis pereat res nominata, non tamen pereat Census, quia jam pensio debebitur super cæteris Venditoris bonis.

b Delugo
d. 32. de
Inst. n. 33.
c. 34.

6. Notandum insuper, effectatum discrimen inter obligationem, quæ in Censu fit super re certa, & illam, quæ fit super omnibus bonis in confuso: quod sic breviter declarat Delugo. b Cum dictum sit, rem hypothecæ subjectam deferre secum semper onus illud, & obligationem realem, hinc fit, ut ad quemcumque possessorem transierit, possit Creditor debitum ex illa exigere: non potest tamen ex jure novo, etiam in hypotheca expressa, agere Creditor adversus tertium possessorem, nisi præcedente excussione in bonis debitoris, & fidejussorum & eorum hæredum, ut habetur in Authent. de fidejussoribus. §. Sed neque & paulò post. Doctrina hæc non procedit in feudo, super quo Census aliquis impostus est; hoc enim, si vendatur, vel alienetur, defert ita secum onus illud, ut non debeat prius a Venditore Census peti reditus, sed immediate ab ipso Tertio possessor. Neque enim illa est propriæ hypothecæ, de qua agimus, sed est venditio partialis domini utilis illius feudi,

ut explicavimus agentes de Censibus (ego id dixi superius cap. 2. paragr. 3. nu. 1.) Aliud verò esset de bonis alijs, quæ hypotheca generali obligata sunt pro securitate Censui: hæc enim si transeant ad tertium possessorem, non debent illum obligare ad solvendum, nisi facta prius excussione prædicta, quia illa non sunt vendita, sed solum hypothecata. Hæc Delugo: sanè præscindendo à pacto (quod certe apud nos apponi in ejusmodi contractibus Censualibus solet) puta; Ne specialius generalitati deroget vel contra.

Infectio bonorum possidentis prædium subjectum Censui.

7. Jam verò hic, ubi agimus de obligatione omnium bonorum, opportunum erit discutere solennem illam praxim in Sicilia, quæ, si tu emas, verbi gratia, prædium, in quo ab aliquo Tertio fundatus est Census pro Francisco verbi gratia, & suis hæredibus, non solum debeas Francisco, vel hæredibus pensionem ex fructibus talis prædij, sed, dum illud possides, debes solvere etiam ex fructibus aliorum omnium bonorum tuorum, quæ veluti insciuntur ex consortio possessionis illius prædij subjecti Censui. Id quod an solidum habeat fundamentum, cum Census Realis ex natura sua solum debeatur ex fructibus rei in fundatione Censui obligata, dubitabant aliqui ex nostris Theologis, non enim videbant, cur dictus possessor deberet subire tantum onus infectionis prædictorum.

8. Verum hoc esse ita dispositum ab Alphonsio I. Rege, qui Nicolai V. Bullam impetravit, certum est, ut mox ex ejus Pragmatica videb. Unde, & ex dicta autoritate Regis, & ex consuetudine tam antiqua, styloque nostræ Curie tam firmo, non apparet, cur Theologus dubitare adhuc possit de iustitia hujus infectionis, quæ inducta à Rege merito fuit ob securitatem majorem Emptoris Censui. Nec tamen dicas, id esse pactum nimis grave contra Venditorem Censui, seu contra eos, qui unquam rem subjectam Censui possidebunt. Ne id dicas, inquam, nam propterea Pontifex concessit, ut Census possit fundari ad rationem decem pro centum; judicavit enim, pro illa sua ætate sic compensari posse ejusmodi infectionis onus, quod, saltem in confu-

confuso, praevidebat apponendum à Siculis, dum onerosa pacta, quæ ipsi vellent, apponi posse, concessit; fortasse etiam hoc infectionis onus Pontifici à Ministris Alphonfi significatum fuit: pro nostra autem arate Dominus Rex voluit, ut fundaretur non plus, quam ad rationem quinque pro centum, quia merito iudicavit, prædictum tantum onus, & cetera alia sic satis, superque compensari, ut
al. infra §. 5. an. 1. latius dicam mox.

Verba autem Alphonfi Regis loco supra citato inter Pragmaticas hujus Regni hæc sunt: Hac edictali lege perpetuo valitura sancimus, hujusmodi Censualium contractus, seu instrumenta tanquam res iudicatas nulla appellatione, seu provocatione suspensas, promptam, ac paratam executionem habere, & non solum contra personas, res & bona illorum, qui originaliter Censalia hujusmodi vendiderit, nec non eorum fideiussorem, hæredum, seu universalium successorum, sed etiam absque aliqua bonorum principalis debitoris discussione contra personas, & bona quorumcunque singularium detentorum, rerum, jurium, vel bonorum, sub quibus Censualibus ipsa fuerint specialiter onerata, quamdiu apud eos illorum detentio fuerit, &c.

Remedium, quo vitetur dicta bonorum infectio.

9. Denique hic non est omittenda explicatio cujusdam artificii, quo ne sua bona dicto modo inficiantur, negotiatores aliqui diligenter utuntur, quando in nostro Regno emunt aliquod immobile, de quo sciunt, vel dubitant, an constitutus super illud fuerit alius Census; nam curant, ut famulus, vel Ancilla, vel quicumque fidelis amicus, qui nulla bona alia habeat, emat prædium, illud cum ipsius ejusdem negotiatoris pecuniis, sic enim nulla bona inficiuntur, non negotiatoris, quia exterius non apparet, hunc emisse prædium illud Censui subiectum: neque bona famuli, vel amici; quia, ut dictum est, nulla bona is possidet, quæ infici queant. Negotiator vero liberè gaudebit illo prædio per submissas illas personas empto, à quibus molestiam nullam sibi unquam inferendam, certo scit. Queret igitur aliquis, an

Tamburinus de Sacramentis.

hoc artificio uti sine injustitia, vel peccato possimus?

10. Respondeo, præcisa falsitate juramenti, quæ posset in hoc contractu Emptionis intermisceri, cui tamen per regulas de Juramento equivoco posset occurrere, puto, te, hoc stratagemmate uti, licitè posse. Tum, quia video, etiam timoratos illo uti solere. Tum, quia uteris Jure tuo, dum illud emis sub alterius nomine, quod prohibitum ex se non est. Adde, id aliud non esse, nisi fugere damnum proprium. Neque dici potest, sic damnum alteri inferri, non, inquam, id potest dici; nam ego non obligor melioris conditionis facere pensionem illius Censuistæ, & ex alia parte non sit peioris conditionis Censu ex meo hoc stratagemmate, sed remanet in sua conditione, in qua erat antea, id est antequam ego per intermediam illam personam bonum illud immobile acquirerem.

An possit imponi Census super pluribus bonis. quæ separatim non sufficerent?

11. Quæres Tertio. Si unam rem sufficientem pensioni vendendæ non habeam, habeam vero tres, vel quatuor, quæ simul acceptæ sufficiant, possumne super has constituere Censum?

Respondeo affirmativè b modo ex certæ b Molinæ sint, & nominentur à Venditore. Ratio est, d. 359. quia, per æquivalentiam, illæ res constituunt *claus. 1.* unum quid, & perinde est, ac si constituatur super unum sufficiens.

12. Ex dictis tamen sequitur, ut pereunte uno ex his, pereat (si nihil aliud addatur) pro rata pensio. Et patet, quia supponimus, ceteras res non esse suffientes: quare tunc perinde esset, ac si prædium v. g. sufficiens, super quo pensio imposita fuit, periret ex parte. Dixi (si nihil aliud addatur) quia, quando solet addi aliud pactum, sive pignus, sive afsecuratio, quæ aliundè compensetur, non est mirum, si solvatur pensio rota, ut ex supradictis patet.

Si duo Censūs super una re impositi inveniuntur, quis solvendus?

13. Quæres Quarto. Quando super eadem re constitutus est duplex Censūs à duobus Emptoribus, quis nam eorum solvendus est, si fructus non sufficiunt pro utroque.

Respondeo, non solvendum pro rata, sed solvendum Censum, qui prius fuit impositus super illa re, quem Jurisperiti vocare solent Anteriorem, nam hic maximè valet regula Juris: *Qui prior est tempore, potior est iure*. Et ratio manifesta est, quia primus Censuista jam habuit obligatum totum prædium, quoad omnes fructus, & sic evasit Dominus illius Juris statim, ac emit Censum. Ergo, si pro secundo nihil remanet fructuum, nihil pro secundo remanebit pensionis, in quod damnum nè fœde impingant, sanè per summam diligentiam cavere solent accurati Censuum Emptores.

14. Contra, si res, supra quam instituitur Censūs, dividatur in plures hæredes, vel per partes pluribus extraneis dividatur, poterit nè Censuista, qui est Dominus Censūs totam suam pensionem à qualibet parte (sufficiente, ut, præciso pacto, supponere debemus) exigere, an à singulis pro rata?

Respondeo, posse totam à qualibet parte *a* Less. l. 2. & ita usu receptum esse, docet Less. *a* quic-
s. 22. n. 89 quid dicat Bonac. *b* & Delugo. *c* Ratio est
b Bon. d. 3. quia illa divisio non facit Dominum Censūs
de contr. pejoris conditionis. Si ergo antè divisionem
d. 4. p. un. poterat ex quacunque parte prædii sufficien-
n. 38. V. ter pensionem suam exigere, immò & in illa
Quarto. fi. totum Censum fundare, sic post illam di-
c Delug. d. visionem. Et profecto quis nam emere Cen-
27 de iust. sus vellet cum adeo frequenti periculo, ut su-
n. 6. & n. pra pensio dividenda esset in minutissimas
306. partes, & consequenter cum summa molestia eam exigendi?

An constitui possit Censūs super re Feudali, vel Emphyteutica, vel Dotali, vel vinculata?

15. Quæres Quinto, an super his possit constitui Censūs? Respondeo, certum est, non posse. Ratio in feudo, præter ceteras, est,

quia ejus dominium directum est apud Dominum feudis cum ergo, Feudatario delin- quente, feudum liberè redire absolute debeat ad Dominum, Emptor Censūs amitteret suum Censum, atque adeo damnum patieretur.

16. Idem est in re Emphyteutica. Nam cum ejus Dominus directus sit Proprietarius, ea non potest alienari, & nec alteri obligari sine *d. l. 2. c. de iur. empht.* consensu Domini.

17. Quod dictum est de re Emphyteutica, dici etiam debet de re Dotali, quæ sine consensu uxoris obligari non potest, immo alicubi, ut in nostro Regno, nè cum ejus quidem consensu, constante matrimonio.

18. Idem denique dic de re vinculo aliquo alteri obstricta, quia, cum libera debeat res hæc pervenire ad illum alterum, sanè cum damno Emptoris pensio dissolveretur. Debent igitur bona, in quibus constitui potest Censūs, esse sub vero, & libero dominio Vendentis Censum, seu, ut loqui solemus, sub dominio Subjugantis, quæ bona à Juristis vocari solent Burgenlatica. Qui secus ergo fecerit, decipiet Emptorem, atque adeo peccabit, & ad restitutionem obligabitur.

An bona fides faciat, ut possit exigere pensionem ex contractu Censūs invalido?

19. Petes. Si Emptor bona fide emit censum constitutum in re aliena, vel vinculo aliquo obnoxia, idque ipse Emptor, vel ipsius hæres ignoret, potest nè licite, & sine injuria exigere pensionem?

Respondeo. Dum ignorat, posse, non est dubium; non solum ex conscientia, qua ipse putat, rem non esse alienam, sed etiam, quia illas pensiones accipit sibi, ut debitas ex vi contractus Censualis. At cum idem Emptor, vel ejus Successor compererit, illam rem esse alienam, non poterit recipere pensionem, ut habet *a* Mol. aliique. Ratio est, quia tunc, e Mol. d. dum cognoscit, rem illam esse alienam, co-
394. Nov. gnoscit etiam, sibi nullum esse Jus in fructus *in rem de Consu.* alienæ rei nulliter ipsi à non Domino vendi-
n. 118. tum. Posse tamen ab Emptore cogi Vendito-
Less. l. 2. c. 22. n. 13. rem ad reddendum pretium, & ad cetera da-
22. n. 13. mna restituenda, vel ad constituendum cen-
sum super alia re propria, certum est. Quod si clare non appareat, sed sub dubitatione, quæ factis

factis diligentius, tolli non possit, rem esse alienam, pergat censuista ad suas pensiones exigendas, quia tunc ipsi faver possessio.

20. Sed iterum petes, & Primo quidem. Ad quid obligabitur Censuista, si postquam clare cognovit, Censum impositum fuisse super re aliena, inveniatur, apud se habere ipsam individuum pecuniam, quam pro suis pensionibus habuit, seu exegit tempore bonæ fidei, vel inveniatur esse in illa factus locupletior? nam, si nihil habet, nec factus est in aliquo locupletior, quia v.g. lautius vixit, ad nihil teneri ex regulis generalibus restitutionis tractantibus de Restitutione ex re accepta, vel modicè docti non ignorat. Secundo autem circa ad ipsum Petes. Quid erit obligationis, si hanc pecuniam individuum, vel id, in quo factus est ditior exegit Censuista bona fide ab aliquo tertio, in cujus possessione fortè res invenitur, nec talis possidens particeps fuit doli Venditoris Censui?

21. Ad utramque petitionem Respondeo, ex iisdem principiis universalibus de Restitutione colligi, in utroque hoc casu absolute obligari ejusmodi Censuistam ad restituendum id, quod invenitur habere. Si enim ex contractu nullo illam pecuniam habet, certè alienam rem habet, atque adeo restituendam.

22. Adest tamen differentia inter utrumque casum valde noranda, nam in priore potes tu Censuista tantam pecuniam retinere (si te per culpam decepit Venditor Censui, vendendo tibi rem alienam) quanta sufficit ad damnum tibi factum refarciendum, si sit ipsum Capitale, si sit damnum emergens, si sit lucrum cessans, si sit quodcunque aliud interesse, taxandum iudicio viri experti. At in posteriori casu (quantum est ex hoc capite) non potes idem prætere, quia nullam culpam commisit tertius: cum enim ipse Censum non fundaverit; pecuniam nullam à te, vel à tuis maioribus per fraudem habuit, quam restituere teneatur.

23. Dixi (quantum est ex hoc capite) nam si propter onus impositi Censui aliquis tertius minus à primo Censui Fundatore, seu Venditore emisit prædium illi Censui subiectum, unde ipse tertius aliquid deberet ipsi Fundatori, potes tu, modo dicto deceptus, sequere pro te id, quod dictus tertius ei Fun-

datori debet, juxta Regulas universales, quibus creditor potest sui debitoris credita, ut sibi satisfaciat, præoccupare.

§. I V.

Secunda conditio Censui in Sicilia.

Ut redimi is possit, & quidem eodem pretio.

1. Olim solebat apponi pactum, ut Censui redimeretur majori pretio, quam fuerit venditum: id Pontifex in hac clausula omnino prohibet. Quare etiam si sustineri posset, illud pactum fuisse ex se licitum (quod tamen puto sustineri non posse) tamen hodie jam ex Pontificis hac prohibitione id amplius licitum non est.

2. Illud quæri posset, An licitè ponatur pactum à Siculis (ut certè poni non raro consuevit) ut, quando Venditor velit redimere, seu extinguere Censum, teneatur totum pretium integrè solvere? & Respondeo, licitè poni. Ratio est, quia id nec prohibetur à Pontifice, nec est contra naturam contractus. Immo juxta ipsius naturam est. Ut nimirum, sicuti venditus est Censui integro soluto pretio, ita eodem integro extinguatur, vel redimatur. Vide, quæ dixi cap. 4. §. 6.

De Redemptione Censui animo faciendi fructus suos.

3. Jam vero explicationem magis distinctam dictæ Redemptionis Censui, hic afferamus, quam Reluitionem à verbo luere (quod ex vocabulario Juris significat liberare) nostrates appellant; per hanc enim à Debitore Censui liberantur; seu, ut etiam loquimur, affrancantur bona Censibus subiecta. Et certè ejusmodi Debitor, qui illud Jus luendi habet, vel est ipse primus Venditor Censui, vel ejus hæres, vel quicumque tertius, ad quem si pervenerunt prædicta bona, si sit ejus interest affrancatio.

4. Respondeo, hoc dictum. Debitor potest redimere Censum: duplicem habere significationem potest. Primò, hanc. Debitor quicumque

Yyy 2

cunque

cunque, dando integrum pretium, id est capitale, & solutis pensionibus decursis, potest liberare suum prædium, Censumque extinguere. Secundo, hanc: Debitor, qui solet esse Tertius, qui bona prædicta possideat, dando dictum integrum pretium, solutisque decursis pensionibus, potest sibi emere prædictum Censum, seu Jus ad fructus dicti prædii, ita ut Debitor hic faciat fructus illos deinceps suos pro casu molestiæ, quam aliquis forte inferet contra possessionem ejusdem prædii. Vides discrimen? In priore significatione extinguitur, cessatque omnino Censum, atque adeo Redemptio est extinctiva Censum: at in posteriori non extinguitur Censum, sed Redemptio est translativa Juris Censum; transfert enim Jus percipiendi consequentes pensiones in ipsum, qui erant antea Debitor, qui- que nunc redimit, usus illo Jure pro tempore dictæ molestiæ.

His igitur ad explicationem terminorum positis, difficultas est, an Creditor licite possit, & an etiam obligetur revendere cum dicta cessione translativæ, quam secundo loco explicuimus, quoties Debitor ille, seu Tertius possessor rei subjugatæ offert capitale cum decursis? Nam, quod obligetur extinguere Censum, eo modo, quo explicuimus primo loco, res est certa, & disputatione non indiget. Loquamur prius de potestate breviter, tum aliquanto latius de obligatione. De quibus legi possunt Amatus, & alique.

Amat.

res. 7. a. n.

29. Roder.

de an. red.

12. qu. 16.

Ponte conf.

87. l. 1. Fe-

lician. de

Cens. l. 4.

c. ult. Ma-

strel. de

Cens. q. 5.

Giurba

decis. 87.

5. Quod prius. Res est certa, Creditorem, seu Dominium Censum, si velit, possit licite Censum revendere Debitori, seu cuicumque possessori prædii subjecti Censui transferendo in illum jura omnia sua, immo etiam cui- cunque alteri, cui forte Debitor Censum concessit Jus luendi, quod ipse Debitor habebat. Ratio est manifesta, quia quilibet potest jura sua alteri cedere, quando nihil obstat in op- positum, ut certe nihil hic obstat, & sanè quotidiana praxis ostendit id esse licitum, cum frequentissime ejusmodi Revenditiones translativæ jurium in nostro Regno cele- brentur.

6. Quoad posterius, in quo consistit præ- sens, & quidem gravis difficultas, Dico, o- bligari Creditorem revendere Censum Debi- tori, seu hujus Cessionario, idque cum præ- dicta cessione, seu translatione juris: quod

est dicere, ejusmodi revenditionem transla- tivam juris esse necessariam, nec solum vo- luntariam. Probatur duobus præsertim ar- gumentis, alterum ducitur ab æquitate, alte- rum à rigorosa Justitia.

7. Nam primo, celebre axioma in mora- libus est, ut illud, quod tibi non nocet, & alteri prodest, faciendum sit. Quod principium habe- tur ex l. In Creditore ff. de evictionibus, ibi: Cui non æquum videbitur, vel hoc saltem conse- qui, quod sine dispendio Creditoris factum est? Sed ejusmodi revenditio translativa, ut vid. n. 3. & 4. ex una parte non nocet Creditori, quia semper apponitur, seu apponi intelligitur il- la clausula, Dummodo contra ipsum ea cessio non retorquant, & ex alia, prodest Debitori de- ponenti pretium: ergo ex æquitate facien- da est.

8. Dices, si solum ex æquitate est faciendæ, non obligabitur Creditor ei acquiescere, nisi ex congruitate, id enim solum importat æ- quitas, ut ea distinguitur à Justitia.

9. Respondeo. Aliqui, ut huic instantiæ satisficiant, recurrunt ad illud aliud princi- pium in Jure. Paria sunt compelli, & posse com- pelli. Quare asserunt, in hoc casu adesse obli- gationem, etiam ante mandatum Judicis, quamvis solum consideremus prædictam æ- quitatem, quia ad obligationem inducen- dam satis est, quod ex mandato Judicis pos- sit Creditor compelli. Animo non sedet hæc responsio, quia non semper compelli, & posse compelli, paria sunt: ad multa enim post sententiam Judicis aliquis obligatur, ad quæ non obligatur antea, adeoque compelli ante- rea non potest, v. g. non obligatur quis ante sententiam solvere pœnam, restituere rem litigiosam, se possessione spoliare, quando ratio contra ipsum luce clarior non apparet, &c. quæ tamen obligabitur facere post sen- tentiam.

Respondeo igitur, hoc primum argumen- tum, nisi addatur id, quod mox proferam- num, 10. non esse valde efficax ante senten- tiam Judicis, esse solum efficax post Judicis mandatum, quia sententiæ latæ à Judice se- cundum æquitatem judicante, est omnino parendum, quia etiam sic justa est. Adeamus ergo id, quod efficaciter intentum nostrum probat.

10. Nam Secundo, ex vi rigorosæ ju- stitiæ

Acta sic probatur nostra conclusio. Certum & infallibile principium est, *pacta iusta esse servanda*: sed in fundatione Censuum adest pactum, ut Emptor, seu Dominus Censuum obligetur revendere cum prædicta translatione juris; ergo, &c.

11. Minor, in qua hæret vis argumenti, probatur Primò, quia, qui contractum præsertim bonæ fidei inquit cum aliquo, qualis certè est contractus, de quo agimus, Censuum enim, ut notat Delugo, a est species venditionis, & emptionis, quæ est contractus bonæ fidei, qui, inquam, contractus bonæ fidei inquit cum aliquo, se implicite obligat ad servanda ea omnia, quæ ex æquitate in eo contractu continentur; sed in contractu creationis Censuum imbibitur æquitas ad translationem illarum jurium, ut vidimus num. 7. ergo ad illam æquitatem servandam se obligavit Creditor.

12. Eadem Minor probatur Secundo, quia in limine fundationis Censuum juxta formam Bullæ Nicolai V. celebrati, ponitur hæc clausula *Cum potestate redimendi*, &c. Immo, etiam si ea non explicite poneretur, adhuc intelligeretur implicite adjecta, quia in Sicilia semper supponitur fundari Censuum in forma dictæ Bullæ. Subsumo: sed hoc verbum (*redimere*) non significat solum extinctionem Censuum, & solam affrancationem prædii, sed verò etiam novam emptionem rei (quæ hic non est, nisi emptio ipsius Censuum, seu juris ad fructus ex eo prædio percipiendos) ergo cum pactum in ipsa fundatione Censuum positum, & à Pontifice requisitum sit, ut Debitor possit, quandoque voluerit, & sibi utile erit redimere Censuum, sanè creditor revendere debet nullo dicto, nec sine iniuria ex non observato pacto, immo, nec sine inobedientia contra Pontificis præscriptum negare id ullo modo possit.

13. Si Bulla diceret *Cum potestate redimendi prædium*, sensus fortasse posset esse cum potestate liberandi, seu affrancandi prædium. (Sicuti dicimus redimere Servum, & redimere Captivum ab eo, qui eos in potestate habet, id est liberare servum, seu ejus servitutem extinguere) & tunc saltem clare, non appareret, nisi pactum merè illum Censuum extinguendi. At cum Bulla dicat *Cum potestate redimendi Censualia* (sic appellat Pon-

tifex prædicto illo more Censuum) non potest esse sensus, nisi quem nos contendimus, id est cum potestate emendi ipsum Censuum per translationem juris in se. Pater, quia non potest intelligi, quòd quis emat Censuum, & non consequenter, immo, & non eo ipso emat, seu recipiat Jus ad percipiendos fructus prædicti Censuum, adeoque cum translatione juris in se. Profectò hujusmodi est sensus in similibus locutionibus; cum enim dicimus, *redimere domum*, sensus est, domum ab alio occupatam iterum, pretio dato recipere, & Jus in ipsam reassumere; Et cum dicimus *redimere hereditatem*, sensus est, venditam hereditatem iterum recipere, iterumque Jus in ipsam assumere: quæ sunt, vel parum literatis cognita apud Calepinum V. Redimo.

Dixi (cum Bulla dicat, &c.) ejus enim verba hæc signare sunt:

Concedimus Siculis. hujusmodi Censualia constitui super rebus, & proprietatibus, ac facultatibus eorundem, instru- mento gratia pro consimili pretio illa redimendi.

Vides To (*illa redimendi*) posse referri ad Censualia, ut ego contendo, dixit enim (*illa*) non (*illas*) & posse utique referri ad res, & proprietates, id est sub genere neutro, ad bona, & prædia, ut contendere adversarius (licet præter ordinarium loquendi modum) posset. Sed tamen ego assero, meam interpretationem esse præferendam. Ratio est, tum quia dicit (*illa*) ut jam notasti, non (*illas*) tum, quia cum hoc pactum à Pontifice requiratur in favorem ipsius Venditoris Censuum, ut in superioribus vidimus, illud interpretari oportet quantum magis illi favet, maxime in re, à qua in nihilo noceri Emptorem, qui nunc est revenditor, diximus num. 4.

14. Atque hinc collige minus rectè lo- de ann. qui illos, qui cum Roderico b (*quamvis reddidit. l. 2. nobiscum is sentiat*) in reliquis; negant ta- q. 16. aliig- men in Creatione prima Censuum adesse hoc c Carle- pactum minus inquam, rectè loqui, nam il- T. 2. de li, nec considerant implicitum pactum Indic. li. 1. servandæ æquatis, quod diximus num. 9. T. 3. disp- nec advertunt illud, *Cum potestate illa redi- ultima- mendi*, rationabilius referri ad Censualia, ut d Arias de modo dictum est. Mista lib.

15. Confirmatur Primò, ex praxi, quam 7. Resol. testantur Joseph Carleval. c & Arias d de c. 22.

Yyy 3

Mesa

Mesa adesse in Sicilia, & Neapoli, qua Debitor credit, vel donat Jus suum luendi Censum, & Cessionarius, vel Donatarius, deposito pretio, cogit Dominum Censum ad revenditionem animo faciendi fructus suos, in quo casu hic acquirit Censum cum eadem anterioritate, qua primus Creditor fruebatur. Si ergo Cessionarius, seu Donatarius primi Debitoris potest cogere ad prædicta primum Creditorem Censum, cur idem non poterit ipse Debitor, qui Censum vendidit, vel ejus heredes, si eorum interfit?

16. Confirmatur Secundò, quia clausulam hanc potestatis redimendi positam in contractu erectionis Censuum, Ita debere explicari de stylo Notariorum, ut importes obligationem in revendente, ad cedenda Jura Censuum, quando ea postulat is, qui reluit, testati sunt in quodam casu occurrenti, aliqui Notarii non ignobiles à quodam Patre Nostræ Societatis, qui id mihi retulit, de hac re consulti.

Tancr. in q. moral.

T. I. tr. 2.

q. 109.

b Bordon.

T. I. ref. 27

de alienat.

rerū Eccl.

n. 6. id

prohans ex

l. Alien. ff.

Famil. Er-

cisc. & T. P. Tancr. 8

3. contr.

26. n. 10.

allegans a-

liis leg.

Rotā Rō.

Surdum,

alijsq. & ergo, &c.

plur. item

eosdem se-

quens re-

tr. 8. care

retr. 8. care

retr. 8. care

retr. 8. care

retr. 8. care

retr. 8. care

retr. 8. care

retr. 8. care

retr. 8. care

retr. 8. care

retr. 8. care

retr. 8. care

retr. 8. care

retr. 8. care

retr. 8. care

retr. 8. care

retr. 8. care

retr. 8. care

retr. 8. care

retr. 8. care

retr. 8. care

retr. 8. care

retr. 8. care

retr. 8. care

retr. 8. care

retr. 8. care

retr. 8. care

retr. 8. care

retr. 8. care

retr. 8. care

retr. 8. care

retr. 8. care

retr. 8. care

retr. 8. care

retr. 8. care

retr. 8. care

retr. 8. care

retr. 8. care

retr. 8. care

retr. 8. care

retr. 8. care

retr. 8. care

retr. 8. care

DUBIUM INCIDENS.

An Ecclesia obligetur revendere Censum cum prædicta cessione translativa Jurium.

13. Nec obligari Ecclesiam, nec sine l. Alien. ff. Pontificis facultate posse validè, quia illegitimè alienaret bona Ecclesiastica contendit cisc. & T. P. Tancr. 8

3. contr. Nihilominus assero, & validè posse, & obligari. Ratio est duplex. Primo, quia Ecclesia non facit contra prohibitionem non alienandi bona, quando alienat ex necessitate, & non ex voluntate, sed in casu, de quo agimus, alienat ex necessitate, & non, &c.

26. n. 10. ligari. Ratio est duplex. Primo, quia Ecclesia non facit contra prohibitionem non alienandi bona, quando alienat ex necessitate, & non ex voluntate, sed in casu, de quo agimus, alienat ex necessitate, & non, &c.

14. n. 11. que. Major patet, quia quoties in Jure prohibetur alienatio, non venit necessaria, sed tantum voluntaria; & merito, quia Pontifici Tirag. fices noluerunt per prohibitionem præjudicium retr. 8. care Juri aliorum, nam propterea, ita passim firmannt Doctores, Bordonius, b alii

18. Minor autem probatur evidentè ex dictis à num. 8. ubi ostendimus, ejusmodi revenditionem translativam Juris esse necessariam ex aequitate, & ex Justitia juxta requisita à Summo Pontifice: ut etiam hinc possi-

mus contendere pro dicta revenditione adesse jam Pontificis concessionem. Lege Bonaciu. c. qui inde in simili existimat, Retrovenditionem non esse alienationem vetitam Ecclesiasticis, quando pactum retrovendendi positum est in prima venditione, quia tunc retrovenditio non est novus contractus alienationis, sed est impletio contractus prioris. Certè simillimus est, ne dicā idē, casus noster.

19. Secunda ratio nostræ assertionis ducitur ex eo, quod Ecclesia obligatur acceptare pretium sibi oblatum, unde extinguatur Censum, id quod omnes sine controversia fatemur. Jam hinc sequitur, quod, si ipsa cedat prædicta Jura, nihil graveatur, nihil de suo amittat, nihil damni patiatur. Jam enim ipsa, extincto censu, quem tamen extinguere obligatur, nihil amplius habet quod amittat, seu in quo graveatur. Si ergo in nihilo gravatur, sequitur rursus, ut non prohibeatur ea Jura cedere: Probatur hæc sequela, quia ab illa alienatione prohibetur Ecclesia abstinere, quæ ipsam gravat, ut habet Bordenus, d. & quidem Jure, si enim ipsam non gravat, frustra nea esset prohibitio, & imprudenter, immò invidenter Pontifex se gereret, si veller, ut alteri denegaretur, quod sine Ecclesiæ gravamine concedi posset.

20. Confirmatur Primò, nostra assertio, quia ex præhabita consideratione hæc nostra Jurium cessio non est vocanda, nec censenda alienatio, nisi valde æquivocè, & improprie: nam alienatio in re nostra est distractio aliqujus boni ab Ecclesia; sed hæc nostra Juris cessio nihil boni distrahit, seu tollit ab Ecclesia, ut dictum est, ergo, &c.

21. Confirmatur Secundò, ex eodem Bordonio, c. qui cum illud (redimere potest) positum in contractibus Censuum intelligat non de extinctione dumtaxat, sed de venditione cum translatione Juris, ita pro nobis docet: nu. 5. Censum, inquit, habet hoc speciale, quod redimere potest, non obstante quavis longissima, & immemorabili temporis prescriptione: & qui habet Jus illud exigendi, licet sit Ecclesia, teneatur illud vendere sine aliqua Juris solennitate requisita in Alienatione rerum Ecclesiasticarum. Hæc ille. Notas? Vendere, dixit, non extinguere. Notas iterum? Vendere Jus exigendi, dixit, quæ profectò clara est assertio nostra.

22. Et vide inconsequentiam contrariæ opinionis; ea enim concedit, posse ad prædictam

dictam Juris cessionem compelli Laicum, at negat posse cogi Ecclesiam. Manifesta inconsequentia. Si enim ideo Laicus cogitur, quia sive ex æquitate, sive ex Justitia obligatur, certe ex eadem æquitate, & Justitia obligabitur Ecclesia: Nam, & Ecclesia pari modo subditur legibus æquitatis, & Justitiæ, ac subditur Laicus, sicuti pari modo est Dominus Censuum cum iisdem gravaminibus, & pactis, cui quibus est Laicus. Et sanè mirum esset, quod Jus exigendi Censum à prædio v. g. Luciano donatum, vel venditum Laico Petro, obliget (postulante Creditore) Petrum ad revendendum eum cessione translativa Jurium, ut hæc sententia, quam impugnamus, concedit; at idem Jus exigendi eundem Censum ab eodem Luciano prædio donatum, vel venditum Ecclesiæ, nequaquam ipsam obliget, eodem Creditore postulante. Unde, quælo te, naturam mutavit ejusmodi Censuum, quandoquidem, ut supponimus, cum iisdem oneribus, & pactis ad Ecclesiam pervenit.

Superest, jam rationes Adversariorum solvere, quas facile quis ex dictis infringere, & quidem evidenter potest.

23. Obijciunt enim Primò, sic Jus, quod Ecclesia habet exigendi Censum, seu redditus ab hoc prædio, est bonum stabile; ergo, si illud transfertur in Creditorem Censuum, alienat bonum stabile contra prohibitionem.

24. Confirmatur Primò, quia hæc prohibitio cum sit favorabilis Ecclesiæ, comprehendit quancunque cessionem Jurium in extraneum; ergo, &c.

25. Confirmatur Secundò, quia sic adderetur novum onus Ecclesiæ, nam initio foundationis Censuum solum fuit appositum pactum, ut extingueretur Censuum, non verò ut in Creditorem transfereretur.

26. Respondeo, nego consequentiam objectionis: ut patet ex dictis, nihil enim alienat, quod bonum suum sit.

27. Ad confirmationem primam distinguo Antecedens: comprehendit quancunque cessionem Jurium in quemcunque extraneum, cum quo nullum præcessit pactum, concedo Antecedens. Comprehendit quancunque cessionem in extraneum, cum quo (seu cum cujus Majoribus, vel similibus) præcessit pactum transferendi, no-

go Antecedens. Unde, & nego consequentiam.

28. Ad confirmationem secundam, nego induci novum onus, jam enim centies dictum est, hoc onus fuisse, sive implicite, sive explicitè positum initio contractus, immo jam etiam dictum est, non esse onus, facere id, quod tibi non nocet, & alii prodest.

29. Instas. At saltem erit onus Ecclesiæ, quod Debitores Censuum scientes Ecclesiam posse cogi ad revendendum in translatione dicta Jurium, facilius quarent se redimere: id, quod sæpissimè cederet in damnum Ecclesiæ, quæ, nec æqualem, nec promptum invenire posset Censum, quem emerit cum pretio sibi reddito.

30. Respondeo, esto hoc sit aliquod onus, tamen, quia est appositum in erectione ejusdem Censuum, ideo cum patientia tolerandum. Dixi (esto) quia re vera, tam modicum, & tam remotum hoc gravamen est, ut non venire debeat in considerationem, maximè in re nostra; neque enim Ecclesia per prohibitionem Alienationis rerum Ecclesiasticarum vetatur, ne sit mera, & remota occasio, & ne se ostendat facilem ad revendendum, sed solumne revendat, quando res prohibita est revendi, & quando ipsi est voluntarium, revenditionem denegare.

31. Obijciunt Secundò. Doctores passim docent, si prædium vendatur pupillo cum pacto, de hypotheca, non posse fieri hypothecam sine Decreto Judicis, quia statim, atque fuit prædium in dominio pupilli, coepit esse sub lege prohibente, ne pupillus sine auctoritate Judicis hypothecam, id est alienationem faceret. Ergo pari, immo majori ratione, in casu nostro etiam, si pactum præcesserit, non poterit Ecclesia hoc pactum exequi sine licentia Pontificis.

32. Respondeo, claras esse disparitates. Primò, In pupillo nocitura supponitur, seu melius timetur erectio hypothecæ: at in casu nostro nihil nocet, Ecclesiæ translatio Juris, de qua loquimur, ut toties probatum est. Secundò, pactum pupilli cum vendente prædium, est initum inter ipsos privatos, estque speciale inter has personas contrahentes: at in casu nostro est pactum universaliter requisitum à Summo Pontifice

pro

pro omnibus contrahentibus, & ut lex publica ab eodem lata, quare sine restrictione servanda. Tertio. Ratio, cur requiratur à Pupillo Decretum Judicis in erectione dictæ hypothecæ, est parva ætas pupilli, qui non judicatur adhuc aptus ex se solo ad contrahendum, & ad discernendas condiciones contrahendum. Id, quod nihil est in casu nostro.

33. Obijciunt denique Tertio, auctoritatem cujusdam docti Causidici, & cujusdam viri fide digni, asserentium Tribunalia in nostro Regno decidisse, Ecclesiam hac in re, nec debere, nec posse compelli.

34. Respondeo, Tunc id ira fortasse fuisse decisum, quia probabilis vila fuit illa opinio. Sed hodie, quando rationes jam sunt diligenter expensæ, certè in favorem nostræ, hoc est veræ sententiæ erit pronuntiandum.

§. V.

Tertia conditio Censuum in Sicilia, ut pensio non excedat decimam pretii.

1. Tertia conditio est, ut non constituatur Censuum, nisi ad rationem unius pro decem, seu ad rationem decem pro centenario: id, quod iussit Pontifex, ne, si amplius Censuarii dare deberent, facile in paupertatem dilaberentur.

Quoniam verò Carolus V. in Germania, & Philippus II. in Sicilia, & Clemens VIII. pro statu Ecclesiastico auxerunt pretium Censuum, modo, quo supra a dictum est, ideo statim oritur difficultas, an, si Siculus, cui jam concessit Nicolaus emere Censum ad rationem decem pro centum, & cui Philippus negavit, ut sic emeret, cum solum velit ad rationem quinque pro centum, an, inquam, possit Siculus in conscientia (nam in foro externo Rex, seu illius Juxta ipsum sine dubio condemnaret) licite, & valide emere ad rationem pluris, quam quinque pro centum, puta ad rationem sex, septem, decem, &c. De hoc supra b bis dictum est; id tamen iterum hic, quasi in proprio loco est discutiendum.

b Supr. c.

4. §. 3. n. 3.

c. 6.

§. 3. n. 8.

2. Et quidem primo aspectu, posse videretur, quia non potuit Princeps restringere id, quod Summus Pontifex concessit.

a Locis
mox citandis.

Nihilominus Respondeo, non posse. Ratio est, quia Nicolaus V. solum permittens declaravit (ut ex ejus verbis nuper e positis c. Suprac. apparet) non fuisse tunc illicitum emere Censum in Sicilia ad rationem decem pro centenario. Ceterum non ademit à Rege auctoritatem, & providentiam, quam habere debet decernendi pretia rerum, & consequenter pretia Censuum: id, quod iuste fecisse in Sicilia, propter multa pacta, quæ hic ponuntur in creatione Censuum, notavi superius loc. cit.

3. Et certè inter alia onera superius tacta, nonne magnum onus est facultas Emptoris sibi adjudicandi prædium ad Discursum, quando pensio à Venditore non solvitur? de qua re plurius mox dicetur paragrapho 7.

Adde aliam rationem ex generali doctrina, qua scimus pretia rerum crescere ex copia Eminentium; Cum igitur multi, penè sine numero, sint, qui emunt ejusmodi Censuum in forma Bullæ Nicolai, mirum non esse debet, eos majori nunc pretio esse dignos. Quare Rex, ad quem pertinet decernere rerum pretia, rectè judicare, & jubere potuit, nunc, in tanta Emptorum copia, (quod tunc forte non judicavit) additis oneribus prædictis, ejusmodi justum pretium esse debere ad rationem quinque pro centum. Quod autem etiam in vendendis Casibus valeat, ad majus, vel minus pretium constituendum, Emptorum parvus, vel magnus numerus, docet De-lugo, d & fatentur omnes.

4. Quando autem num. 3. asserui non d. 2. posse, intelligo, nec licite, nec valide. Non licite, quia pretia rerum, quando sunt à Principe taxata, obligant, ut illa indivisibiliter serventur, quemadmodum alibi dictum est. Non valide, quia Rex Philippus nullos reddit contractus in posterum creandos, si superent prædictam taxam, cujus verba imitancia Contractum majori pretio factum, hæc c. In 2. T. sunt;

Ordinamo, e commendamo, che di qua Reg. Sicil. iunanzi non si possa in detto Regno Tit. 46. di Sicilia imporre, costituere, ne Prag. 3. di fondare di novo rendita nessuna di Sug- giugationi, d. Censi redimibili, ne ricat- tare à meno prezzo di vintimila il Bula. migliaro, che è il beneficio di cur- que per cento, e che li contratti di rendi-

se, d. Censu, che d' altra maniera si faranno, siano nulli, e di nessuno valore, & effetto. (notas invaliditatem contractus?) è non si possa per virtù di quelli dimandare, ne recuperare in Iudicio, ne fora più che à detta regione, è rispetto.

§. VI.

Quarta, seu ultima conditio Censui in Sicilia, ut possint apponi pacta ad arbitrium contrahentium.

1. Valde notabilis, & ampla est hujus clausulæ concessio, quia in aliis Bullis multa pacta prohibentur, ut ex superioribus constat. Sed in nostro Regno possunt adici contractui Censui, ex vi istius concessionis, omnia, & quæcunque pacta velint contrahentes, dummodo (ut semper supponitur) apponantur ea, quæ sunt conformia Juri naturæ, ad quæ nihil aliud requiri, nisi, ut servetur æqualitas, gravamina compensentur, & pacta non sint inter se contraria,

49. c. 4. notavi cum Lessio a supra.

2. Atque hinc fit, ut quando in Sicilia apponitur pactum (& solet quidem semper) ut si Censuarius non solvat pensionem, possit Censuista prædium, sub quo residet Censui, sibi adjudicare, non existimetur esse illicitum: & merito: non enim est contra naturam contractus, quia illud nullo modo destruit naturam Censui, & ex alia parte non videtur esse illicitum, quasi injustum onus imponatur Venditori, quia supponimus compensari aliunde ejusmodi gravamen, & nunc post prædictam Philippi Pragmaticam maximè compensari, ex eo, quod Emptor non acquirit pensionem, nisi ad rationem quinque pro centum, ut supra vidimus. Neque etiam est illicitum ex alio capite injusto, quia etiam supponimus, illud non apponi, propter quamcunque modicam pensionem non solutam, sed propter multas, quæ possint aliqua tandem ratione attingere dimidium valoris prædii, modo mox explicando, & supponimus etiam, poni in pæ-
4. §. 4. & nam moderatam per Judicis sententiam in hoc eadem fligendam, ob culpam potentis, & nolentis
c. 6. §. 1. solvere censum, ut supra b vidimus. Non
dum. 6. denique est illicitum ex lege positiva, quia
Tamburinus de Sacramentis.

jam concessit Nicolaus V. posse poni quæcunque pacta justa, &c.

His in genere prælibatis, ad aliqua scitu necessaria de hac Adjudicatione progrediamur.

§. VII.

An possit quis, vi Cessionis habita à Domino Censui sibi adjudicare, hoc est auctoritate Judicis sibi appropriare prædium Censui subiectum?

1. Non raro, puta, quando Censuarius, id est debitor Censui, sive ob paupertatem, sive propter aliud non solvit pensiones Censuistæ, id est Creditori debitas, dictas pensiones solvit alius Tertius sua pecunia, cui Tertio dictus Censuista, qui est Dominus & Creditor Censui, cedit totum Jus, quod ipse habet in dictum Debitorem, & in quæcunque bona obligata, vel hypothecata suo Censui. Postquam autem ejusmodi Tertius obtinet hoc Jus, propter multas pensiones à se solutas, petit, & obtinet à Judice, ut sibi attribuantur illa bona loco Censuistæ, à quo ipse Tertius Jus habuit. Quæstio igitur est, an id validè fiat, & licitè?

2. Respondeo, supposita æqualitate debiti, & valore prædii, seu boni adjudicati (de qua remox §. sequ. fusè disputabimus.) Respondeo, inquam, validè, & licitè fieri, ut ab usu pro communi in Regno videmus, approbari. Et ratio est manifesta, quia ex una parte Censuista, quando ei non solvuntur suæ pensiones, habet hoc Jus adjudicandi sibi prædium, ut diximus paragr. præced. num. 2. & ex alia, idem Censuista, utpote Dominus talis Juris, illud cedere alteri, non prohibetur.

3. Hoc profectò facilè est. Verum hinc insurgit molestissima difficultas: An scilicet, si Tertius hic, non quidem sua pecunia, sed pecunia ipsius Censuarii solvat aliquot pensiones Censuistæ: quot sufficiunt ad adjudicandum prædium, An, inquam, hic Tertius submissus, qui solet esse, vel Famulus, vel Ancilla ipsius Censuarii, vel fidelis amicus, licitè possit acquirere idem Jus, & sibi bona illa v. g. prædium adjudicare, & adjudicatum donare ipsi Censuario, qui jam

Zzz

im

in posterum possidebit, quasi propter Donationem prædium idem, quod antea possidebat: & quia non est extinctus Censum (cum adjudicatio processerit solum ob pensiones annuas, seu fructus præteritos non solutos, si-bique ille submissus Censum sibi, ut loquimur, accollaverit) ideo idem Censuarius possidebit etiam in posterum prædictum Censum. Et consequenter suas faciet ejusdem Censum pensiones, seu fructus eo modo, quo sibi eas fecisset Tertius. Vides artificium? Si Censuarius ipse, qui est debitor, nomine suo Censum solvisset, nisi Juris acquisivisset solutio, sed solum plenè per ipsam satisfactum fuisset Censuista. At quia solvit ille Tertius, qui debitor non erat, ideo potuit, ex Jure sibi concessio, prædium sibi adjudicare, ut pecuniam solutam recuperaret.

4. Respondeo. Nunquam mihi persuadere potui, licitè, & justè fieri à sciente fraudem, ejusmodi artificiosam cessionem. Primò, quia est contra Justitiam commutativam. Secundò, contra Justitiam legalem, seu bonum publicum. Tertio, contra virtutem Religionis.

5. Probatur Primum, nam tunc, Censuista, vel quicumque sit, qui per hereditatem, aut ex alio titulo est Dominus Censum, & cui debentur à Censuario pensiones, tunc, inquam, Censuista nullum Jus dare ipsi Tertio valet, unde ipse Tertius nullum Jus acquirere potest. Quare, si cum illo apparenti Jure sibi postea adjudicavit prædium, injustè, & invalidè ipsi Censuario rem illam donabit, & Censuarius rem alienam, si eam accepit, possidebit injustè.

6. Quòd autem Censuista nullum Jus dare valeat illi Tertio, ubi est sita tota vis argumenti, luce ipsa clarius mihi videtur, si solum animo penetretur hujus negotiationis fraus. Nam Censuista nullam Jus habet adjudicandi sibi prædium Censui subjectum, quando Censuarius illi solvit ex sua pecunia pensionem, quia pactum, seu pœna Adjudicationis est adnexa non solutioni, id est, tunc habet hoc Jus adjudicandi sibi prædium Censuista, quando Censuarius non solvit, cum possit, ut vidimus n. 1. At in casu, de quo est sermo, jam Censuarius verè, & re ipsa ex sua pecunia solvit; ergo non remanet in Censuista Jus, quod illi Tertio possit cedere.

Neque dicas: Potuit Censuarius mutuari, & fortasse mutuavit hanc pecuniam Tertio illi, & sic ille Tertius pecunia propria pensionem solvit; Ne id dicas, inquam, Primò, quia verè Censuarius non mutuavit. Id certè patet, nam pauperi famulo, vel Ancillæ, immo etiam homini diviti nemo mutuatur sine securitate, aut pignore, aut fidejussore: quæ omnia longe absunt à casu nostro. Secundò, Profectò non nisi fictè mutuatur, qui mutuatur volendo, & intendendo, sibi deinde donari fideliter prædium, & omne Jus acquisitum, vel acquirendum ex illa pecunia.

7. Confirmatur nostra doctrina, nam, quando censuarius potest solvere pensionem, & non vult, nullum debet ex hac injustitia commodum reportare: at nunc potest solvere, quia jam habet pecuniam, quam numerat illi Tertio, & tamen non vult ipse solvere pensionem; ergo qua ratione reportabit illud commodum acquirendi prædium?

8. Jam quòd id sit contra Justitiam legalem, probatur, quia, quando Censuista sciens fraudem, cedit per publicum Notarium illud Jus, quod, ut diximus, non habet, idque regulariter sub juramento (de quo mox) & quando deinde censuarius, atque ille Tertius per publicum Judicem exigunt, & acceptant adjudicationem ex nullo Jure in conscientia procedentem, non solum peccant contra justitiam commutativam sub restitutionis onere, ut dictum est, sed etiam contra Judicia, & officia publica, dum per publicos actus, & scripturas ad fovendas, & palliandas suas fraudes utuntur Judicem, & Notariorum officiis, ergo etiam peccant contra Justitiam legalem. Nam propterea, quando Judices, & Notarii iniquum hoc stratagemma advertunt (quod facile adverti ab eis potest, quando ille Tertius, submissus est pauper, vel, si est dives, quando apparet nil ad ipsum attinere solutionem illam) peccant mortaliter contra eandem Justitiam legalem, sicuti, quia cooperantur injustitiæ commutativæ, peccant item contra commutativam, & subeunt etiam ipsi restitutionis onus.

9. Dixi autem (sciens fraudem, à sciente fraudem, &c.) nam, si quis ex dictis nesciat, nec sit dubium, quòd fraudes illæ adhiere possint,

potest, & debet judicare non adesse, quia delictum nunquam praesumendum est, & tunc (factis tamen diligentibus ad veritatem noscendam) poterit is sequi doctrinam datam n. 1. & 2. quia tunc prudenter putabit, illum Tertium solvere Censum ex pecunia propria.

10. Dices. Vel loqui possumus de Censuario, qui non vult solvere immediate pensionem, nisi mediante illo Tertio, & tunc, peccare pecuniam, concedatur, quia cum habeat pecuniam, quam solvat, teneaturque ipse eam solvere, perpetram agit, non solvendo, unde, & perpetram Tertius, cooperando cum ipso. At Censuista videtur excusandus, quod coactus a suo interesse, id est ad suas pensiones recuperandas, cedat illi Tertio Jus suum; supponimus enim illum Tertium non soluturum, nisi ejusmodi Jus ipsi cedatur a Censuista.

11. Respondeo, non solum Censuarium, & Tertium illum, sed nec Censuistam posse per hanc tuam considerationem excusari. Ratio est, quia, ad suas pensiones recuperandas, non potest Censuista vendere id, quod non habet, sicuti non posset idem Censuista; ad recuperandam suam pensionem, vendere equum v. gr. meum illi Tertio, quia Censuista nullum Jus habet ad equum meum. Cum ergo Censuista, quando ei solvitur sua pensio ex pecuniis Censuarii, nullum prorsus Jus habeat, seu nullum Jus ei remaneat, quid cedere, seu vendere alteri poterit? Quoniam autem tunc solum (praeciso alio inconvenienti) posset Censuista, vel quilibet alius contrahere equum meum, quando extrema necessitas illum ad hoc urgeret, in qua necessitate omnia sunt communia, (praecise tamen quantum sufficit ad extremam necessitatem sublevandam) ita in casu nostro, &c. Sed quæso te in nostro casu, quando nam tanta necessitas?

12. Denique Tertio, Quod prædictum artificium sit contra virtutem Religionis, probatur. Nam in eo contemendo, semper solet intervenire Juramentum, quo Censuista Jus suum cedit illi Tertio, & quo hic Tertius donat prædium Censuario. At qua veritate possunt ipsi jurare, se vendere, vel donare Jus, vel prædium, quod ut probavimus, suum non est.

13. Nonnulli prædicta Juris ficta (ut ego merito appello) cessione utuntur ad finem excludendi alios Creditores. Exemplo rem facile intelliges: Petrus v. gr. emit prædium

subjectum tribus v. g. Censuum obligationibus, propter quas dictum prædium debet Titio v. g. anteriori decem annuos aureos, alii posteriori v. g. Cajo alios decem, Sempronio denique magis posteriori decem item alios. Petrus ergo submittit aliquem fidelem hominem, cui numerat decem aureos, quos homo hic solvit Titio anteriori, sibi que accipit cessionem Jurium a dicto Titio contra prædium possessum à Petro, idque continuat per multos annos, nam postquam summa soluta sufficit ad prædium sibi adjudicandum, illud sibi homo ille fidelis adjudicat (fidelis quidem homini, sed infidelis Deo) & utpote qui illud acquirit ex vi Censuum anterioris, excludit Cajum, & Sempronium posteriores, prætextu, quod pro illis nihil remaneat fructuum dicti prædii, & prædium sic liberum à se acquisitum donat dictus homo fidelis Petro.

14. Affero, hanc negotiationem esse injustam, propter dicta in præcedentibus. Adde, si prædium illud ab initio (ut debet præsumi) erat sufficiens, & nunc est etiam fortasse sufficiens ad omnes tres pensiones solvendas, quo jure, possunt hac arte excludi Cajus, & Sempronius? Vel certe, quo jure potest ipsis difficillimam reddi solutionem suarum pensionum? Quod si prætendatur non esse sufficiens, cur non relinquitur cuique suum Jus, experiendi, an omnes possint habere suas pensiones, vel portionem saltem aliquam in anno fortasse aliquo fertili, &c.

Per hanc occasionem quarimus, quid in eo conscientia de quadam simili Cessione in favorem Censuarii?

15. Sensus questionis est, An, si ipse Censuarium possessor prædii pensionem tibi Censuista solvens, requirat a te, ut ipsi cedas tuas actiones contra alios quoscunque, An, inquam, licet illi requirer, & tu cedes item licet?

16. Respondeo, esse bene distinguendum. Quando enim is fundavit Censum, seu suum prædium subiecit Censui tibi solvendo, vel (dum dictum prædium sibi adjudicavit, seu emit) sibi eidem Censum illum (ut dicimus) accollavit; hoc est solve-re promissit, dico, nec justè, nec licet ipsum

posse requirere ejusmodi cessionem, nec te illi cooperari cedendo (idem dic de heredibus, qui Antecessoris personam repræsentant.) Ratio est, quia, si is fundavit Censum, jam habuit pecuniam correspondentem valori Censui; si verò illum sibi accollavit, vel emit, jam tanto minoris habuit prædium, quantum importat debere solvi talem Censum. Ergo, cum ipse sit abundè satisfactus, non potest amplius petere prædictam cessionem; sic enim acquireret Jus ad iteratam satisfactionem ex vi dictæ cessionis; nam quando fundavit, vel accollavit, vel emit sibi Censum, fuit jam, ut dixi, satisfactus: quare, si ex vi hujus cessionis posset petere eandem summam ab alio, certè esset, velle iterum satisfieri.

17. Quando autem prædium prædictum tanquam nulli oneri subjectum is habuit, sive ex emptione, sive dote, sive ex alio contractu oneroso, si deinde illud prædium inveniretur subjectum alicui Censui tibi solvendo, & de facto is tibi illum solveret, justè requireret cessionem, illamque ei tu ex Justitia faceres: nam tunc is habet Jus possidendi liberum, ut supponimus, & francum prædictum prædium unde, si pro ipso tibi aliquid solvit, justè poterit ab altero, qui Censum solvere debet, exigere. Et quidem, si bene advertis, hæc Juris cessio eadem est, vel similis, ac dicta num. 1. & 2. est enim ac si Tertius solveret tibi sua propria pecunia, quam debere ab ipso amitti, justum certè non est.

18. Dixi autem (contractu oneroso) si quidem in lucrativo, si attentè consideres, est eadem, vel similis ratio, ac si ipse Censum fundasset, vel sibi Censum accollavisset, nam propterea justa tunc cessio non esset; Donatarius enim, ut alibi dictum est, obligatur solvere onera rei donatæ sine spe re-compensationis.

19. Inquires. An sicuti hic possessor, solvens ipse tibi Domino Censui pensionem potest licitè à te petere, & habere cessionem prædictam, quando emerat prædium francum, & liberum, ita in eodem casu empti liberè prædii, possit supponere illum Tertium fidelem amicum, cui fiat cessio modo prædicta?

20. Respondeo, nequaquam posse. Ratio est, quia possessor solvens suis pecuniis,

quas non debet, non est defraudandus Jure quo possit illas recuperare; est enim, ut modo innui, tunc ferè casus idem, qui dictus est nu. 3. At illi Tertio, cum ipse Tertius non solvat, ut hic supponimus, sua propria pecunia, cedi non debet, nec potest ullum Jus. Multò magis, quia solutio facta à possessore prædii Censui subjectus, cum sit solutio pensionis debitæ Domino Censui, nullum effectum relinquit post se contra ipsum Censum, prædiumque Censui subjectum; at, facta Tertio, valde notabilem effectum post se relinquit: posset enim ipse Tertius jam Cessionarius adjudicare sibi totum prædium, vel ejus partem, & sic recurrerent inconvenientia dicta à nu. 4.

§. VIII.

An Adjudicatio, quæ fieri consuevit in Regno Sicilia sit justa?

Præmittuntur aliqua necessaria ad questionem intelligentiam.

1. Dominus Censui Bullaris nostri Regni adjudicare, seu per Judicis sententiam appropriare sibi potest bona suo Censui subjecta, seu, ut græco vocabulo loquimur, hypothecata. Ad quod duobus procedere potest modis. Primò, lædendo Censuarium supra dimidium, quæ læsio in hac materia vocatur enormissima. Secundo, lædendo eundem infra dimidium, quæ saltem vocatur læsio non enormissima, nam, quando nulla est læsio, cum omni ex parte Adjudicatio sit justa, de ea hic agendum non est. Quomodo autem intelligatur hoc (ultra, vel infra dimidium) passim docent Doctores, a breviter autem sic habet Lessius *de Test. l. 1. c.*

2. In foro externo non datur actio ei, qui emendo carius, vel vendendo vilius, non est deceptus & de contr. ultra dimidium justipretii, v. g. si agrum tuum, c. 40. n. 1. valentem nunc centum libris, vendas septuaginta, Castigula vel sexaginta, vel etiam quinquaginta libris, non Inst. cum potes intentare actionem ad rescindendam vendit. d. 1. p. 1. tionem, aut resumendum pretium, quia non es §. 1. m. 1. deceptus ultra dimidium justipretii, secus autem, si vendidisses quadraginta octo, vel quadraginta novem, vel minoris. Pari modo, si agrum valentem centum libris, emas centum quinquaginta

quaginta duo, vel pluri, potes agere, ut, vel restituatur excessus ille, vel emptio rescindatur: non tamen, si emeris centum quadraginta, vel etiam centum quinquaginta. Hæc recte Lessius.

3. Permittit autem lex utramque deceptionem, quæ non est ultra dimidium, ad vitandas lites, sed non ita esse in conscientia docet communior sententia cum Sancto Thoma, secundum quam in conscientia foro debet suppleri iustum pretium. Sed quod alii sentiant cum quibusdam limitationibus, seu declarationibus mox dicetur à num. 8.

4. Duo insuper nota. Primum, cum licitum sit, vendere pro supremo, & emere pro infimo, illud pretium sumendum est respectu Vendoris, agentis de læsione, quod infimum sit, quia Emptor iuste potuit eo emere. Respectu vero Emptoris agentis de læsione, esse sumendum summum pretium, cum Venditor iuste potuerit eo vendere. *a* Id autem dictum est, quando est pretium vulgare habens summum, medium, infimum, nam, quando est pretium legitimum, id est taxatum à Principe, cum id constet in indivisibili, semper illud sumendum erit.

5. Secundum: Excessus dimidii iusti pretii constituitur ex quolibet minimo, etiam uno dumtaxat obolo, quod dimidio addatur, juxta Textum legis. *b* Verum huic dicto refragatur Fagund. *c* sequentibus verbis. *Rebellius* resolvit satis esse, quod unus nummus excedatur à dimidio, & inducit sibi pro se *Tiraquell*, *Baldum*, *Salicetum*, sed id non credo, *q*uia parum pro nihilo reputatur, nec de minimis curat Prætor. Arbitrio ergo Iudicis id committitur, quem oportet habere favorabilem in hoc, & similibus negotiis arbitrariis. Hæc *Fagundez*, sed certè praxis nostri Regni in Adjudicationibus est, ut semper Judex judicet juxta dictum *Rebellii*.

Adjudicatio enormissime non ladens an sit licita?

6. His positis, Affero Primo, in posteriori casu, id est, si Dominus pensionis adjudicavit prædium Censuarii, illum enormissime non ladens, ladens nimirum, dumtaxat infra dimidium, ipsum esse tutum in conscientia, ac

iuste prædium illud sibi eo modo legitime adjudicatum possidere, ejusque fructibus tanquam legitimum Dominum frui posse. Ratio potissima est, quia ejusmodi Adjudicatio fit ex vi pacti apposti in contractu creationis Censui, per quod conventum cum Censuario fuit, ut in casu negatæ solutionis pensionum, venderetur prædium in licitatione, seu, ut loquimur, in subhastatione ad Discursum ultimo Emptori plus offerenti. Quod pactum apponi semper solet, & quidem in Censu, de quo loquimur, quia *Nicolaus V.* concessit Siculis, in creatione Censui posse apponi quæcunque pacta.

7. Quod autem hoc pactum sit iustum, probatur Primo, quia ex una parte non est destructivum contractus Censui, ut ex se patet, & ex alia, si affert Venditori Censui aliquod gravamen, jam compensatur ex multis, quæ (ut supra diximus) sunt ex parte Emptoris, seu Censuisti. Secundo, quia, si non esset iustum, non posset in conscientia Judex in vim ipsius procedere ad sententiam Adjudicationis, uè in foro quidem externo, quia non posset licite uti pacto inito contra Justitiam, & tamen quotidie videmus, illum sine scrupulo procedere, & cum scrupulo injustitiæ, si non procederet. Quod si, etiam procedit in enormissima læsione, de qua mox, non absolute procedit, nam, ut dicemus paulo post, semper relinquit locum Beneficio gratioso. Tercio, quia praxis annorum, per quam ejusmodi pactum palam coram Notario, & Testibus semper apponitur, clarè ostendit, id non esse illicitum.

8. Confirmari potest assertio nostra ex doctrina *Excobari* & *Corro*, qui non solum in subhastatione, nec solum præcedente ejusmodi pacto, ut res ad Discursum vendantur, sed etiam absolute, docet, ementes, vel vendentes cum læsione dimidium non excedente, esse tutos in conscientia. Et quia hæc doctrina ad nos maximè facit, breviter subdo ea, quæ ipse pluribus ad satietatem congerit. Sic *art. 5. n. 36* ergo l. c. docet.

9. Constantè asserimas, hanc propositionem probabilem esse. Leges Civiles, & Pontificiæ, quæ sustinent contractus emptionis, & venditionis locationis, & conductionis, & similes (id est similes emptioni, non vero alios v. g. Solutionis Dotis, Legati, Censui, & c. etiam si in pretio, vel

Z z z 3

mercato

d. Sup. c. 4.
§. 4. & hoc
eod. c. 6. §.
1. n. 6.

e. Excob.
Corro in
tr. Trib.
sele. tr. i.
de utroq;
foro casu
secundo
art. 5. n. 36

mercede laesio intercedat, vel sit infra, vel supra iustum pretium, vel mercedem, dummodo dimidiam non excedat, sunt iusta. Et accepta pro ut debent, nempe deficiente omni dolo, fraude, & falsa asseratione, etiam procedunt in foro conscientia. Et Venditor pro maiori, & Emptor pro minori iusti pretii cum his conditionibus tutus manet in utroque foro. Semper intellige, modo noscat contrahens pretium, & rem. Quod ultimum advertit pro Pueris, Mulieribus, Rusticis, si forte ob levitatem, vel inscientiam involuntarie agant.

10. Hanc propositionem probat hic Autor duodecim argumentis. Primo, quia talis est praxis mentium, & vendentium.

Secundo, quia sic non permittunt solum, sed disponunt, & positivè concedunt Leges Civiles; quod latè ipse prosequitur.

Tertio, quia pacta debent servari, quando abest fraus, & dolus: at in casu nostro adest bona fide pactum inter Venditorem, & Emptorem, ut si hic pecuniam illam det, recipiat rem.

Quarto, quia sic decernunt positivè, nec solum permittivè Leges Canonicae; quod probat itidem ipse pluribus.

Quinto, quia, quando concurrunt duo praecepta, illud, quod est majus, seu gravius servari debet: at in nostro casu duo praecepta concurrunt. Alterum: *Pacta debent servari. Alterum: Inter rei valorem, & pretium debet intervenire aequalitas.* Sed majus quid, & gravius est pactum, ut definitur l. 1. de pactis, & alibi: ergo hoc debet servari.

Sexto, quia doctrina communis est, legem posse transferre dominia rerum in alium, sed in casu nostro factum est à lege, & quidem positivè, ut ipse ex legibus probat, ergo, &c.

Septimo: stante voluntate, & scientia contrahentium sine dolo, & fraude nulla est injustitia; praesumuntur enim invicem sibi remittere; ergo nullum peccatum, nullaque restitutionis obligatio.

Octavo, quia, si esset injustitia, leges non approbarent undequaue, & absolute laesionem dictam in pretio, sicuti non approbant laesionem in ipsa re vendita qua quis v. g. loco decem mensurarum panni venditi, daret novem.

Nono, quia id probat illud (*naturaliter*)

positum in l. item sic §. quemadmodum Naturaliter (inquit dicta lex) concessum est, quod pluris sit, minoris emere, quod minoris sit, pluris vendere, & ita invicem se Emptores, & Venditores circumscribere, id est decipere.

Decimo, ex doctrina Theologorum, qui id concedunt in subhastatione, at eadem sunt rationes extra illam.

Undecimo, ex doctrina plurium doctentium, si laesus sciat rei valorem, nullaque fraus interveniat, nullaque levitas, &c. alterum contrahentem tutum esse in conscientia. Hos Doctores praeter illos, quos citat dictus Escobar. vide apud Dianam.

Duodecimo, quia opposita sententia est causa inquietudinis conscientiae, & scrupulorum propter frequentissimam varietatem, quam sortiuntur in dies, immò horas, pretia rerum.

11. Hæc ille, quæ pluribus, & sane latissime prosequitur, atque pro hac opinione citat num. 204. plusquam 40. Doctores.

12. Ex qua doctrina sic formatur pro casu nostro argumentum: Quoties in communibus venditionibus, & emptionibus laesio non est enormissima, non fit ex sententia hujus Doctoris injustitia; sed in nostra Adjudicatione, de qua nunc sermonem habemus, quæ tandem reducitur ad emptionem, & venditionem, non adest laesio enormissima, prout de illa loquimur; ergo, &c.

13. Confirmatur, quia in nostro casu, dum Judex publicus expedit Adjudicationem, non permittivè solum, sed positivè habet, transferens dominium; idque, praeter alias rationes efficaciores, confirmant etiam argumenta modo dicta ab Escobar, quæ enim probant, Judicem in emptionibus, & venditionibus dominium positivè in alios transferre ob bonum publicum, ne sint lites, vel ob aliud, multo magis idem probant in casu nostro, ne scilicet, ob avaritiam debitorum, credita ex Censu remaneant inexacta.

14. Nonnulli acriter contra nostram doctrinam invehuntur, quasi dicamus posse nos pretio injusto, per Adjudicationem, rem alienam facere nostram; sed prorsus nunquam id dicimus, asserimus enim, illud esse

esse pretium iustissimum, tum quia est pretium, quod habetur iuste in subhastatione, ad quam subhastationem consensit Debitor in pacto inito in fundatione Censuum, ut saepe dictum est, tum quia etiam extra subhastationem esset iustum pretium illud, de quo loquimur, vel certe a Venditore voluntarie remissum, ut modo dixit Escobar, tum quia id fit ex mandato Principis in casu nostro, qui Princeps potest transferre dominia, &c.

15. Obijcies Primo. At in Adjudicatione, de qua nobis est sermo, adest involuntarium, neque enim, nisi coacte id patitur Censuarius.

Respondeo, non quidem coacte, sed maxime voluntarie hoc Censuarius patitur, quia, per maximam libertatem, consensit in pactum illud, quando vendidit Censum, ut ex dictis patet.

16. Obijcies Secundo. In Jure & communi praecipitur, ut quando pignus a Judice addicitur Creditori, debeat, praecedente aestimatione, vendi, etiam si vendatur sub hasta. In nostro item Jure Siculo in *Capitulo Rituum* V. & data, quod est num. 112. & 113. conceditur, ut possit Creditor, saltem in aliquo casu, accipere dumtaxat Pinguē valens, id est ultra summam sui crediti, lucrari possit insuper quartam partem dictae summæ ex ea re, quæ vendenda fuisset sub hasta, sed praecedente item aestimatione; ergo in nostro, & in communi Jure debet pretium rei esse, quanti illa vere in se valet; ideo enim praecedere debet aestimatio, licet deinde concedatur dicta quarta pars: At in Adjudicatione, de qua loquimur, nulla praecedit aestimatio; ergo semper injustum erit; sic vendere, vel emere.

17. Respondeo, quæ dicta sunt in Majore, recte procedere ex Jure communi, & Siculo in cæteris, in quibus nullum adest pactum ad Discursum, seu ad subhastationem, per quod renuntietur prædictæ aestimationi praecedenti. Sed in nostra Adjudicatione notanter huic Siculo, & communi Juri in fundatione Censuum renuntiatur, præsentē, approbante, & exequente Principe. Cur ergo, urges ea Jura legitime renuntiata? Juribus autem quæ sunt ad peculiarem cujusunque utilitatem quemlibet renuntiare posse, ne ipsi

quidem Adversarii dissentiant, multo magis ipso Principe consentiente.

18. Obijcies Tertiò. Aliqua injusta onera, injustaque debita fingunt, ut Adjudicatio per fas, vel netas procedat; Vel fraudes in subhastatione committunt, removendo licitatores, &c. ergo saltem ex his capitibus manifesta committitur injustitia.

Respondeo. Hi certe non sunt tolerandi. Verum malitia illorum nequaquam ei officere debet, qui sincere remedia a Jure, & à justa conventionē concessa sine fraudibus usurpat.

19. Obijcies Quartò. De natura subhastationis est, ut concurrant plures volentes emere. Id, quod non est in nostra Adjudicatione, ubi sunt quidem proclamationes in foro, sed, vel coram paucissimis, vel nullo Emptore pretium re vera offerente.

Respondeo Primo, satis esse Creditori, si nulla fraude, & sincere curet faciendas publicas proclamationes: cæterum per accidens est, ut nulli appareant licitatores.

20. Respondeo Secundo, Debitores jam se junc communiter in hac licitatione immobilium raros, vel nullos comparere, præter ipsum Creditorem, & tamen pacto ejusmodi licitationi, sic communiter usurpatæ signatæ in fundatione Censuum consenserunt; ergo Creditor sic emens non injustè emit; volenti enim, & scienti non fit injuria ab eo; qui sine fraude procedit.

Has paucas objectiones attulisse, ac diluisse sufficiat, nam cæteras poterit quilibet ex dictis, & dicendis non difficulter eluere.

21. Verum non est hic omittendum quid afferat Diana, & quid ejus summa: b Diana ex his (inquit Diana timide favens nostræ sententiæ) Amice Lector, cogita, an excusare possis Adjudicationes, quæ passim fieri solent in hoc Regno ex pacto vulgo dicto (à Discursu) dummodo sine fraude; & non ultra dimidium iusti pretii efficiantur; nam in tali casu bona illa venduntur sub hasta, & ad vocem Praconis; ergo, si sine fraudibus, & cum solennitatibus requisitis emuntur intra dimidium iusti pretii, erit talis emptio iusta, & Emptor non tenebitur restituere, neque rem, neque fructus, ex rationi-

tionibus, & auctoritate Doctorum asserentiam, merces ultroneas non solum vilescere pro tertia parte, & de hoc non est dubium, verum etiam pro medietate. Ita Palavius, Cajetanus, Magala, Rebellius, Salas, & alii; sed bona, quae venduntur sub hasta, ubi venduntur bona vigore pacti ad discursum, dicuntur merces ultroneas, ut patet, & docet Molina, Gordonius, & alii; ergo licitè possunt emi pro medietate, & ideo, ut dixi, tu cogita. Hæc Diana.

a Summa 22. Quibus summa Diana a immediate
Diana V. addit de suo in hunc modum; Sed obstat Pra-
pratum gmatica Regis Alphonsi, quam dicunt de Pingue-
sum. 3. valente, in qua valoris diminutio in Adjudica-
tionibus taxatur. Hæc ibi.

Se Regem Alphonsum loqui de Adjudicationibus, pro quibus non adest pactum ad discursum, ipsemet Adversarii fatentur, & nos innuimus num. 17. Quare poterat, & debebat hujus summa Auctor, hoc de suo nequaquam addere.

Adjudicatio enormissimè lædens, an sit licita.

23. Affero Secundo. In priori casu, quem diximus num. 1. si Dominus Pensionis adjudicavit sibi prædium Censuarii, illum enormissimè lædens, nimirum supra dimidium, ipsum non esse tutum in conscientia, & injustè prædium illud possidere, fructusque percipere. Ratio est, quia pactum, in quo fundatur Adjudicatio, quando futura est enormissima læsio, cum sit nimis onerosum contra Venditorem, & nimis prodigum (vendit enim is suam rem infra dimidium justii pretii, quod semper fuit in Jure existimatum intolerabile damnum) pactum, inquam, hoc, contra bonos mores, bonumque publicum est, dans occasionem depauperandi, atque adeo illicitum, & non servandum, nec ementi conferens ullum Jus, cum sit injustum.

b C. cum Rectè ergo in Textu *b* irritatur contractus
causam C. Emptionis, & venditionis ultra dimidium
cū Dilecti. justii pretii, ut si rem, quæ valet centum,
De Empt. emas quadraginta novem, vel vendas cen-
Et Vendit. tum, & quinquaginta uno, etiam si absque dolo, & fraude fiat: Rectè, inquam, sic enim bonum publicum requirit, ut dictum est.

24. Atque hinc bene fit, ut, si in ordina-

ria subhastatione, quæ solet esse rerum mobilium, eadem depauperatio accideret, ne illa quidem Venditio esset justa. Verum communiter non accidit, quia ex venditione rei mobilis, non tam facilè homo depauperatur. Patet, per distractionem enim rei mobilis solum amittitur res, & paucissimi fructus fortè ex illa re, ut ex facunda equa, proveniendi; nam ideo præter hanc rationem, adde, & alias, quas adduximus l. 8. c. in Decal. (de hac enim ibi fuit locutio, quam appellamus *all'incanto*) concessimus in subhastationibus mobilium posse rem vendi quanti minoris sine fraude potest. At per distractionem Boni fructiferi, de quo hic nos loquimur, non solum amittitur res, sed plurimi etiam fructus, idest per consequentes annos perpetuos, adeoque causa ea est depauperandi. Et aliqua quidem adest, sed toleranda, sed parva, immò, propter bonum publicum, positivè concessa à nobis legibus in Adjudicatione, quando est læsio infra dimidium. At certè magna, & intolerabilis, nec concessa, quando supra.

25. Confirmatur nostra doctrina, quia per Beneficium, seu remedium, quod nos appellamus gratiosum, à Principe conceditur censuario, quando cunque ipse Censuarius voluerit, actio ad reperendum bona adjudicata, quando invenitur læsio enormissima; per quod Beneficium jubet Princeps recognosci à Indice Adjudicationem illam, ut si constet bona adjudicata excedere dimidium pretii, pro quo processit distractio, tunc, soluto debito una cum legitimo interesse, restituantur dicto eidem Censuario bona illa, eorumque fructus, quæ fuerunt Adjudicata. Si ergo per Judicem restituantur bona in læsione enormissima, signum est illam Adjudicationem non fuisse approbatam à legibus, sed solum, ut Debitum solveretur, fuisse permissam. At contra, cum illud Beneficium gratiosum non concedatur a Principe, seu à legibus in læsione non enormissima (in qua læsione solum quadrimestre ad redimendum conceditur Censuario, intra quod ipse possit, soluto debito, pro quo processit distractio recuperare bona adjudicata; nam ceterum, eo quadrimestri elapso, Adjudicatarius legitimè, & perpetuo bona illa adjudicata deinceps possit.

possidebit.) Cum, inquam, illud Beneficium gratiosum non concedatur, satis manifestum signum est, adjudicationem, procedentem ex latione non enormissima, non permitti solum a legibus, sed etiam positive concedi.

26. Hic ergo nota^r, quando adfuit dicta enormissima latio, etiam si Censuarius Beneficium illud à Prorege non petat, te in conscientia posse solum retinere tamdiu Prædium adjudicatum, quamdiu, per perceptos fructus, deductis expensis, tuo credito, ob quod processit Adjudicatio, sit satisfactum: nam deinde, etiam ante sententiam, reddere obligaris rem Domino, ne scilicet alienum sine titulo possideas: id, quod, etiam in alio evenit, quando latio non fuit enormissima, peregrisse non paucos, sed certè ex liberalitate scio, quod, ut laudabile consilium ab omnibus excipendum, merito proponi potest.

27. Obijcies. Non apparet disparitas, cur in latione enormissima Adjudicatio sit illicita, licita autem in latione non enormissima.

Respondeo Primò, aliquam disparitatem à me allatam fuisse modo num. 24.

Respondeo Secundò, verbis iisdem, quibus utitur in simili prædictis Excohar loco supra citato numero 214. Sic enim habet: *Per aliquos prædicta doctrina, id est, quod in conscientia, si etiam licita emptio, vel venditio cum enormi latione, locum etiam habet, quamvis pretium sit infra, vel ultra dimidium iusti, hoc est etiam, si res ematur minori iusto pretio infra dimidium, vel vendatur majori, quamvis excedat dimidium, dummodo deceptio prædicta non interveniat ex dolo, modo supra explicato, &c.* Noluerunt enim leges ipso iure irritare ejusmodi contractum, quia ex substantialibus nihil in eis deficit, nempe res, pretium, & consensus: quare prædicti erunt tuti in conscientia in horum sententia, donec per Iudiciale Decretum contractus rescindatur. Et quamvis id, fundamento hoc, probabile esse aliquibus videatur, nos tamè tale affirmare, vel cōsulere non audemus, Tum, quia plurimum esset, laxare habenas in re periculosa, Tum, quia aliquibus videbitur audacia, ita loqui contra tantos Doctores contrarios. Denique aliqui non fuerunt nisi probabilissimi principalis nostræ opinionis subscribere, & sic multò minùs probabilitati huius. Omittamus ergo, ut alii, novis fundamentis Tamburinus de Sacramentis.

sis, hoc dicant, nam nos hoc non dicimus, sed omnino negamus.

28. Et paulò post num. 223. sic in eandem sententiam habet: *Declaro nostram opinionem, quod accipi debet de latione infra dimidium iusti pretii: non si excedat: Tum quia ita volunt Doctores dictam nostram opinionem tuentes, à quibus recedere non audemus. Tum, quia in tam gravi latione potius ignorantia latis presumitur, quam scientia, & sic deficit consensus presumptus saltem, & docent Covarr. & Menoch. cum aliis apud Hermosillam. Hæc ille.*

Et hæc nos, allatæ objectioni proportionaliter applicanda. Ex quibus non asseclior Patri Vincentio Tancredi, a qui Adjudica a Tanc. T. 1 tionem, etiam cum latione enormissima, q. mor. approbat, excipiens solum, quando Adjud. 21. 2. q. 53. cans cognoscit Dominum prædii esse ineptum ad petendum remedium gratiosum, sed certè nunquam est approbanda, ut constet ex dictis.

Dubium incidens de onerum Accollatione.

29. Querimus, an onera, quæ rem afficiunt, siue sint onera proprietatis, siue Censu, siue alterius contractus realis, quæ verè debentur supra bona, quæ adjudicare quis sibi intendit, minuant valorem rei, an verò possint computari in pretio ejusdem rei, in ordine ad videndum, An in Adjudicatione datum sit pretium cum latione, vel sine latione enormissima. Fac verbi gratia prædium à te adjudicandum valere aureos centum, tuum autem creditum, propter pensiones non solutas, esse aureorum decem: Si eidem prædio sit adnexum onus solvendi alicui Tertio aureos quinquaginta, onus hoc minueret valorem dicti prædii, an computabitur in pretium? nam, si in pretium computetur, non erit latio enormissima, id est, non erit latio ultra dimidium, quando tu adjudicabis ejusmodi prædium pro tuo credito decem aureorum: erit verò enormissima, si dictum onus sit demendum de valore prædii.

Ostenditur id manifestè; si enim illud onus quinquaginta aureorum ingrediatur, ut ita loquar, in pretium, certè totum pretium pro prædio, quod valet centum, erit aureorum sexaginta, id est, decem ex pensionibus non solutis, & quinquaginta ex onere accollato.

Aaaa

lato.

lato, quo pacto Dominus prædii, pro suo prædio valente centum, habebit in Adjudicatione sexaginta¹, quæ non est læsio enormissima. At verò, si onus hoc dematur de valore prædii, remanebit ejus valor, aureorum quadraginta. Tu ergo, si pro decem aureis ex pensionibus non solutis tibi adjudicabis prædium hoc, accipies rem valentem quadraginta aureis pro decem aureis, quæ est manifestè læsio enormissima, quæ est ultra dimidium, atque adeò, ex vera nostra sententia, nulla erit Adjudicatio. Ecce quantum interest hæc præfens discussio.

30. De qua duas invenio Jurisperitorum Nostri Regni sententias. Altera docet, ejusmodi onera accollata minuire rei valorem, atque hanc sequitur Joannes a Francisco Castillo, pro qua multos Doctores etiam citat Antonius de Amato. Et Castillo quidem addit; hanc esse conclusionem indubitatam, cum agitur de Adjudicatione ex vi contractus cum pacto ad Discursum, assertorque duo argumenta præcipua, quæ etiam assert de Amato loco citato. Primum, sic formari potest.

31. Adjudicatio, ut est certi nostri Juris, nulla est, si pretium, seu creditum, pro quo fit, non est verum, etiam si deficiat in uno obolo: sed, quando onus accollatum, non est verum (ut accidere certè potest ex ignorantia facti) Adjudicatio non est nulla; ergo onus non est pretium.

32. Secundum, quia cum Debitor vult sibi redimere rem alteri adjudicatam (quod posse facere, dictum est supra) tenetur solvere pretium, & tamen non tenetur solvere onera accollata, etiam si ea Adjudicatarius redimisset à Censuario; ergo onera non sunt pretium.

33. Altera sententia tenet prædicta onera computari in pretio, quam sequitur Provincialis, & Franciscus, & Baronius, Vincentius, & Tancredi. Et hic quidem rationem assert, quia, inquit, Adjudicator emit prædium, prout est totum, & virtute solvit pretium valore totius prædii. Addit Primò, onera esse partem pretii, citatque quandam legem dicentem, quasi in parte pretii ea res sit. Addit Secundò, si non computarentur in pretio ipsa onera, Creditorem non posse causare executionem contra Debitorem, unde sic defraudaretur suo credito.

34. In praxi item contrarias invenio in

Regno Decisiones, nam quoad onera accollata à Creditore computentur in pretio, dictum fuisse in Regno testatur Baronius. Quod autem non computentur, apparet f. Baronius de A. Castilia. Ex quibus colligitur, utramque in Adjudicatione habuisse hactenus, etiam in prædii, Patronos suos, sed spero fore, ut omnem in posterum ad primam sententiam prius g. Castilia accedant.

35. Nam, si rem Theologicè expendere velimus, inveniemus, onera ejusmodi, non posse in pretium computari, atque adeò primam sententiam veram esse, non quidem ex vi argumentorum Jurisperitorum, quæ fortasse quilibet in utramque partem vertere non difficulter posset, sed ex ratione à priori, quam jam subdo: Etenim, ut supra diximus, per pecuniam, qua Censum annuum emimus ne sit usura, illud facimus, ut emamus Jus ad fructus alicujus boni fructiferi, seu, ut emamus partem usufructus alicujus prædii. Illud igitur Jus, seu pars usufructus, pars est prædii empta ab illo, qui Censum fundavit, nec est illius, qui prædium nunc possidet. Quando ergo ab hoc possidente prædium, illud mihi adjudico, non possum mihi adjudicare Jus illud, seu partem illam usufructus, quæ non est in dominio præsentis possessoris, sed alterius anterioris Censuistæ: quare debet hæc pars tolli à prædio, quod prædium ego per Adjudicationem, & ad Discursum mihi emo. Ergo non potest intelligi, quomodo onera illa accollata sint in pretium; sunt enim Jus fructuum, seu usufructus alterius Censuistæ, quod Jus ego mihi nunc non adjudico, nec emo, nec mihi attribuire possum, cum pertineat ad alium prædictum Censuistam, & ipse habet hoc Jus, non verò possessor præfens.

36. Ex hac præterea ratione patet, nec meum Capitale hujus præsentis Censui, ob cuius fructus non solutos procedit Adjudicatio, me posse ponere in pretio, quod offero, nam eadem ratio jam dicta, si rem attentè penetres, id manifestè probat.

37. Denique ex dictis vides Primò, rationem secundæ sententiæ allatam numero 33. esse nullam; supponit enim Adjudicatorem emere prædium, prout est totum, quod falsum esse, nostra ratio modo allata numero 33. evidenter

10. Franc.
Castill. de-
cis. 126.
nu. 8.
b. Ant. de
Amato in
variar. re-
sol. l. 2. ref.
61.

Provinc.
in suo Con-
suet. quod
habetur
inter De-
ci. Ma-
ssil. Dec. 7
d. Baron.
loco max
citando.
Tancred. tr.
2. q. mor.
qu. 53.

Supra
l. 3. nu. 1.

1. Mat.
Castill.
l. de I.
nat. D.
parat.
nu. 18.

evidenter ostendit. Idem dic de eo, quod addit Primò; supponit enim id, quod est probandum. Et quidem lex, quam ibidem inducit, contra ipsam secundam sententiam est, nam illud (*quasi in pretium*) ostendit onus accollatum non esse verum pretium, sed aliquo modo, quatenus scilicet onus accollatum, dum demit partem, atque adeò valorem à re, facit, ut ejus rei pretium debeat esse minus, quam, si illa onera non adessent. Postremo, quod addit Secundo, id est, Creditorem non posse causare executionem, si onera non computentur in pretium, nimis est falsum; potest enim executionem causare pro pensionibus non solutis, ut item pro expensis, pro quibus Jus dumtaxat habet.

38. Post hæc scripta volui duos Jurisperitos certè ex Primariis hujus Regni de hac difficultate consulere, qui dixerunt, esse distinguendum; nam de Censu perpetuo irreducibili proprietatis primam sententiam excipendam esse, contendebant: De Censu autem redimibili, qualis est is, de quo hæc locuti sumus, in forma Bullæ, esse excipendam secundam. Volui hujus distinctionis rationem cognoscere, & nihil ad rem obtinui. Illa ergo posset esse fortasse, quia hi fortè putabant, Censum redimibilem esse debitum supra rem, non autem rem ipsam, seu partem rei, atque adeò esse pretium, cum contra Censum proprietatis putarent, esse rem ipsam, seu partem rei, nam tota res constat ex proprietate, & usufructu, atque adeò non esse pretium.

39. Verum distinctionem hanc nullam esse, patet ex dictis, in utroque enim casu, si ve Censu sit redimibilis, si ve non, pars rei non emitur in Adjudicatione, quare detrahi omnino debet à valore ejusdem rei, quæ adjudicatur.

40. Prædicta denique confirmantur ex Juribus, quæ Recentissimus nostri Regni Jurisperitus Marius a Cutelli nostram sententiam sequens sic induxit.

Lasio vero in hoc remedio non ita mensuratur, ut vulgo alibi putant, quando in Decreto ultra pretium adjunt accollationes, computando videlicet illas in pretio: nam verius est, quod prius debeant de valore rei detrahi summa accollata, quæ faciunt rem minus valere, ut ex Textu in l. Fundi partem 79. de contrahend. Empt.

deducunt Matthæus in l. 1. Gloss. 2. Tit. 11. lib. 5. fol. 379. & Gratian. discept. 258. num. 4; & postea videre, si pretium sit minus dimidio restantis valoris rei. Etenim, si excedat etiam in obolo, locus est huic remedio. Neque enim in Regno, quoad fructus, receptum est, ut alia lésione opus sit, quam illa, quæ aliquid ultra dimidium excedit, quicquid sit de jure communi juxta latè tradita per Molinam de rit. Nupt. lib. 3. quasi. 96 per totum, Vbi omnes citat.

41. Exemplum sit, si fuerit vendita res, quæ esset valoris unciarum quatuor centum, pro pretio unciarum nonaginta novem cum accollatione aliarum unciarum ducentarum. Nam minuto pretio rei in illis ducentis accollatis, dum res adjudicata remanet valoris ducentarum unciarum, & apparet distracta pro 99. resultat evidenter lésio enormissima in uncia supra medietatem.

42. Quæ, quam distent à computo, quod alii faciunt, nemo est, qui non vident: Nam, si in casu prædicto uncia ducenta accollata jungerentur cum pretio importante unc. 99. non adesset lésio, quia res valens 400. esset vendita pro unc. 299.

43. Hæc posui, quia Castilius decisione 14. & Mastrill, decisione 33. & 247. Giurba decisione 105. vel, quia habuerunt rem pro indubitata, vel aliter, omiserunt ponere hanc praxim, unde sapius super hoc vidi Iudices dubitare, & partes cruciari. Cum hac vero praxi vidi sapius decisionem, & ego obtinui anno 1626. pro Nepote contra Alexandrum Rizzari, referente D. Ioppulo. Adde Castell. aliam decisionem 127. Hactenus Cutelli.

Sed nos vel à contrahamus, atque de tota hac re, contra breviter consuetam nostram, prædicta dixisse, sufficiat.

§. IX.

De fingente velle redimere Censum.

1. Siquis carens omnino animo redimendi, immò carens etiam pecunia necessaria ad redimendum, fingat, se velle redimere Censum annuum, quem alicui verbi gratia Petro quotannis debet, idque, ut eo metu inductus Petrus diminuat aliquid de pensione, consentiens nimirum, quod Censu maneat cū obligatione minoris pensionis, &

Aaaa 2

sic

sic pensio v. gr. quæ erat quinque pro centum, fiat quatuor, vel tria pro centum, si quis ita inquam fingat, peccatne cum obligatione restitutionis? Id certe solet in nostris Censibus Bullaribus passim occurrere, nam propterea in calce hujus Capituli id omittendum non fuit.

2. Respondeo. Quamvis sic fingens, prima facie, formaliter non videaris injuste agere, quia verè habes Jus redimendi Censum; tamen dico cum Delugo, a te sic fingentem injuste agere, & esse condemnandum ad restitutionem; extorquens enim consensum illum per fraudem, fingendo, te velle Censum redimere, cum tamen nolis, & aliquando ob eam pecuniam, non possis. Cum igitur dolus tuus in hoc casu det causam contractui diminutionis Censui, obligaberis ad restitutionem, & ad rescissionem contractus, idque non ex eo, quod non habeas Jus, veluti remorum redimendi, sed eo, quod cum hoc fure uti nolis (verè enim redimere non vis) ita dolose agis, ut ejusmodi dolus det adæquatam causam contractui. Quod autem, quando dolus contrahentis dat causam contractui, invalidus sit contractus est doctrina communis, & nos illam explicuimus b ali-

b L.S. Do-
ral. iv. 3. §.

bi.

ii. nu 15.

c Delugo

loc. cit.

d Thom.

Sanch.

Less. Castr.

Dianna a-

pud eun-

dem Delu-

go.

3. Addit Joannes c Delugo, Thomam d Sanchez, aliosque fortasse concessuros, ita fingentem non obligari ad restitutionem. explic- co. Quæri solet, an metus de malo, quod Jure alicui infligi potest irritet contractum? verbi gratia. An, si tu sine animo exequendi comminetis accusare, vel punire Petrum de delicto ab eo commisso, justè possis accipere proportionatam pecuniam, quam ipse tibi solvat, ne illum accuses, vel punias? Et prædicti quidem Doctores respondent, justè posse validamque esse solutionem, & justam, quia satis cedit Juri suo, qui, cum possit, in tui gratiam subit onus privandi se illa potestate, quam antea habebat: quam doctrinam probabilem esse fatetur num. 163. ipse Delugo, licet ipse cum Bonacina, & Molina illam non sequatur. Cum igitur Doctores prædicti id teneant in hoc casu de Accusatione, ideo Delugo dixit, idem fortasse eos esse putaturos de prædicta comminatione Redemptionis Censui.

4. Ego nihilominus constanter assero, eos non idem putaturos. Ratio est, quia aperta

apparet adesse disparitas, nam, qui fingit velle accusare, potest accusare, licet animum accusandi non habeat. Hanc igitur potentiam vendit: quare hic contractus non fundatur in dolo, sed subsistit in hac potentia, quæ venditur: At, qui fingit velle redimere, cum redimere verè nolit, vel non possit, nihil vendit, & nihil promittit: ex alia vero parte ejusmodi contractus diminutionis Censui innititur totus, ut dictum est, in dolo: ergo, &c. Quod si cum posses, velles, jam non esset fictio, unde nec injustitia, &c.

CAPUT VII.

An à Montibus, qui vulgo nominantur Vacabiles, vel non Vacabiles justè emanant Censui, seu pensiones annuæ?

1. Præmittendum est Primò, hujusmodi Montes sic solere constitui Principes, vel Domini, vel Civitates ex Gabellis, Fructibus, seu Juribus suis solent singulis annis colligere certam quandam summam, seu redditus, quos omnes, vel certam partem, dicti Principes, vel Civitates constituunt aliis vendere: quare dividunt summam in varias partes, nimirum in decem, viginti, triginta, &c. ut sic hujusmodi redditus vendi facilius multis possint. Tota ergo hæc summa annuorum reddituum reposita pro pensionibus solvendis iis, qui emunt, vel emerunt, dicitur Mons; ipsi autem annui redditus vocantur Montes, qui aliquando denominantur à re supra quam pecunia accipiuntur, ut Mons Farinæ; Mons Carnium; Mons Vini: aliquando ab eorum Institutore, ut Romæ adest Mons Pius, Mons Sixtus, Mons Julius: aliquando à Causa, propter quam fuerunt instituti, ut Mons Pacis, Mons Fidei, &c.

Nota, singulas portiones, & pensiones horum reddituum appellari loca Montium, & eos, qui illas emunt, vocari Emptores locorum Montium.

2. Præmittendum Secundò, Aliquos ex his dici Montes irredimibiles, quia empti sunt cum pacto, ut redimi non possint: aliquos redimibiles, quia Princeps, seu Dominus potest eos redimere, reddendo pecuniam capitalē iis, qui loca Montium emerunt: rursus, aliquos

quos dici Montes non Vacabiles, cum non pereant obitu emientis illos, sed transeant ad hæredes, aliquos Vacabiles, seu temporales, quia obitu Emptoris vacant; neque enim ad Hæredes transeant, sed redeunt ad Principem, seu Dominum.

3. Præmittendum Tertio, hos Montes, ut ex eorum explicatione cognovisti, nihil aliud esse, nisi speciem Censuum, sive perpetui, sive vitalitii, sive alterius conditionis ex iis, quos supra initio huius Tractatus explicuimus, speciem, inquam, non fundantur in Gabellis, Juribusque fructiferis, ut modo dixi numero primo: cum cæterum Censuum in genere possint fundari super alia quæcunque bona fructifera, modo, quo supra cap. sexto paragr. præsertim 3. n. 2. explicatum est.

a supra
Tr. de
Mutuo, &
Usurac. 3.
go. b

4. Quare, si ponas, aliquem Montem carere bono fructifero, illi sanè illicitus omnino erit; Nam pensio, quæ annuatim recipitur, esset merum lucrum ex mutuo, quæ ipsissima est usura; nisi aliunde ex damno emergente, vel lucro cessante, vel simili titulo justificaretur, ut justificari supra diximus Montes Pictatis, & rectè notat in Montibus, de quibus hic loquimur Delu-

5. 9
b Delugo
d. 43. de
Just. nu.
198. &
nu. 203.

5. His ad cognitionem Terminorum præpositis, assero, Montes esse licitos, sed, ut liciti sint, requirere conditiones quatuor. Prima est, ut reditus, seu loca, supra quæ fundantur pensiones, verè existant. Secunda, ut supra ejusmodi reditus nequaquam imponantur plures pensiones, quam ipse Mons contineat. Tertia, ut, si Mons pereat, pereant etiam pensiones, & loca: Si vero Mons pereat ex parte, etiam ex parte pereant pensiones, nam, ut supra vidimus, pereunte re, perit Censuum, seu

Jus in eo constitutum, præscindendo ab aliquo justo pacto, ut ex supradictis satis patet. Quarta, quæ certè est præcipua, quæque etiam colligitur, ex supradictis, ut, quando Montes sunt Vacabiles, dentur majores Pensiones, seu loca, quam, quando sunt non Vacabiles, seu perpetui, & ita sanè fert consuetudo, ut Vacabiles emanent ad rationem novem, decem, & alicubi duodecim pro centum, non vacabiles vero ad rationem quinque, vel quinque cum dimidio.

6. Iam vero his conditionibus vallatos hos Montes licitos esse, manifestè probatur, nam sunt, & ipsi, quidam Censuum. Quemadmodum ergo in Censibus emitur Jus percipiendi annualem pensionem ex bonis fructiferis alterius, ita, qui ejusmodi loca emunt, Jus emunt percipiendi annuam pensionem ex bonis, & Juribus fructiferis dictorum Montium.

7. Adverte, eos, qui emerunt dicta Montium loca, posse aliis ea vendere pluris, vel minoris, quam ipsi emerunt: emerunt v. gr. aureis centum, sed vendere possunt centum, & quindécim, vel nonaginta, nempe, quia sequuntur naturam aliorum Censuum, qui, modo, quo superius docuimus, justè pluris, *c. Supra c.* vel minoris venduntur, quando occurrunt *3. §. 2. d.* plures, vel pauciores Emptores, undè crescit, *nu. 9.* vel decrescit pretium, vel, quando similes circumstantiæ pretium rei vendendæ, vel augent, vel diminuunt. Atque hæc de Censibus satis.

Finis Tractatus Secundis.

Aaaa 3

TRACTA-

quibusdam Nundinis, nam propterea vocatur Cambium ad Nundinas. Vocatur item aliquando Cambium cum Recursa, & Cambium cum Recambio, id, quod paulo post explicabitur latius.

44. Hinc, ne in vocibus hæreas, nota ex Lupo a illum, a quo peritur Cambium, appellari Campforem, Nummularium, Argentarium, & Mensarium, Bancarium, Trapezitam, & Collybistam (Collybus enim significat propriè illud Derrimentum, quod Nummularius patitur ex permutatione pecuniæ; ob quod meretur compensationem.) Dicitur etiam Collectarius a colligendis nummis, ut apparet in lege *Quiquam §. Si certum petatur*. Qui Cambium petis, accipitque pecuniam, & sic lucrum alteri ex Cambio accepto dat, dicitur Campfarius, sumpto modo loquendi ab aliis similibus, in quibus, qui v. gr. donum accipit, dicitur Donatarius, qui mutuum, Mutuatarius. Iam vero per singula tria cambia, quæ n. 2. distinximus, discurremus.

CAPUT III.

De Cambio Minuto,

§. I.

An pro hoc Cambio liceat lucrari?

1. **P**ro Cambio minuto licet posse moderatum pretium acquiri a publico Nummulario, jam certa, & communis est nunc opinio.

Ratio est in promptu, quia in illo iusti ad sunt tituli, unde quis exigere possit ejusmodi lucrum, nam (ut fuse habet Delugo, c. & ut iterum, immo sapius erit mox in similibus a nobis repetendum) ii, qui cambiunt, seu, qui cambiis dandis operam navant, coguntur facere expensas, pericula subeunt, laborantque in conquirendis, asportandis, congerendis, custodiendis pecuniis varii generis: tenentur etiam numerare, imò, & dictas pecunias permutare, quando sunt Ministri publici ad hoc Deputati, alia itè mercimonia deferunt, officinam conducunt, Reipublicæ serviunt, in loca alia aliquando pecuniam non asportant, ubi fortasse plus valeret, & cæter. Ex quibus omnibus, vel singulis sit, ut ii, ex officio ipso cambiendi, aliquod moderatum lucrum recipere, æquum sit.

2. Moderatum autem erit id, quod si v. usque in eo loco receptum est (sine fallacia tamen, & sine vi) si v. a Principe est constitutum; Si v. (si, nec usus, nec Principis adsit taxa) id, quod a prudenti viro, consideratis omnibus prædictis circumstantiis, præsertim multitudine, vel paucitate petentium, vel donantium ad Cambia, judicatum d fuerit.

§. II. Prima Difficultas.

An privatis lucrari ex Cambio minuto liceat? nu. 2.

1. **D**ico, licere, & non solum Ministris & Lesius l. publicis, ut modò vidimus, verum et c. dub. 2. jam hominibus privatis aliquid moderatum, & exiguum lucrari, multo magis, quando in permutatione se aliquo commodo quis, vel emolumento privat. Quare, si tibi dem pecuniam pretiosam, pulchram, splendidam, magnam, antiquam, raram, tradasque tu minutam, detonsam, deformem, æream, possum aliquod moderatum recipere. Sicut, si ibi dem auream pecuniam aptam ad deaurandam Calicem, tu vero des mihi auream, sed non ita aptam, possum f. aliquid lucri habere, f. Silv. v. quia illa aptitudo est pretio æstimabilis. Moderatum autem dico illud, quod, vel Judicio prudentis, vel usu ipso, vel aliqua lege constitutum sit.

2. Quid, si prohibitum alicubi sit, ne privati hæc minuta Cambia exerceant?

Respondeo. Licet aliqui doceant, tunc eos peccare mortaliter, si lucrum accipiant, & ad restitutionem teneri; tamen probabilius est, nec teneri ad restitutionem, nec peccare mortaliter; Non tenetur ad restitutionem, nam, ut docet Molina g non potest g Mol. d. assignari cuiquam restituere teneatur; non enim tenentur restituere illis, cum quibus f. l. c. permutant, quia non plus ab eis receperunt, quam omnibus expensis, valeat pecunia, ut supponimus, nec Reipublicæ, nec alteri, quia hæc, vel alter nullum damnum passi sunt; ergo cum aliud assignari nequeat, nulli restituendum est. Nec peccant mortaliter, ut habet idem Molina loc. cit. quia, si damnum alteri nō faciunt, unde nam (propter aliquam venialem inobedientiam) habetur peccatum mortale?

3. Ex

d Tol. l. 7.

c. 51. v.

Tertio, ut

fit Rodr.

in summa

2. p. c. 105.

nu. 2.

§. III.

Secunda Difficultas.

De Cambio, addita pecunia custodia.

a Caeleſt.
Tr. de Cā-
biiſ cap. 2.

3. Ex dictis numero primo illud diſcrimen collige inter Miniſtros Deputatos ad hoc officium, & inter non deputatos; nā hi non poſſunt tantum pretium exigere, quantum Miniſtri ex officio Deputati; Qui enim tenentur ex officio, coguntur congregare varietatem Monetarum, lubeunt pericula, expenſos, labores, &c. Quæ, ſaltem omnia, & neceſſario, non ſubeunt non Deputati.

4. Caeleſtinus æxiſtimat, tantundem poſſe exigere eos, qui, ſpontè exerceant Campſariam, quantum qui ex officio, in locis in quibus pretia dictorum minorum Cambiorum, jam ſunt conſtituta, ſive ex taxa Principis, ſive ex uſu recepto. Cujus doctrinæ ratio eſſe poſſet, quia tunc jam pretium Cambii in foro factum eſt commune, atq; adeo juſtum pro omnibus exerceantibus Campſariā. Quare, ſi idem uſus etiam eſſet inter homines privatos, qui talem artem ex officio, ſive voluntario, ſive à Republica injuncto non exerceant, proſectò, & hi poſſent, modo dicto lucrari; ſicut enim, ſi ratione latrociniorum auctum ſit pretium frumenti, omnes poſſent, aucto pretio, vendere; ita in hoc caſu, poſſet privatus cambire pretio ſecundum æſtimationem communem.

5. Hæc pro doctrina Caeleſtini. Verum diligenter videndum erit, an ejuſmodi uſus univerſaliter adſit; ego enim ejuſmodi univerſalem uſum nondum vidi; licet enim in aliquibus Regionibus, ſi Deputatus ex officio det tibi unum v. g. tarenum argenteum, ſolet à te pro ſuo lucro unum v. g. granum Siculum acquirere; non tamen acquirere ſimile granum ſolet, ſi tu deſ illi tarenum argenteum, ille verò grana tibi reddat æqua. Multò minus ergo privatis, aliter facere, licebit.

6. Quæres. An licitum ſit Nummulatio cuicunque permutare pecuniam hic Panormi v. g. ut alibi, v. g. Neapoli, aliam minutam, vel ibi uſitatam recipiat, ſed ita, ut acquirat lucrum, non ad rationem lucri Cambii per literas, de quo mox, ſed ad rationem lucri, quod ex tali minuto Cambio conquiri ſolet?

b Caiet. in
opuſc. de
Cambiis
s. 6.

Reſpondeo, licere, nam hoc lucrum ex minuto Cambio ſolet eſſe minus, quam illud ex Cambio per literas, nec loci diſtantia reddit illicitum, quod ex ſe licitum eſt.

1. **H**uc etiam id reducitur, nam dum deponitur aliquando pecunia apud Mēſam, ſeu, ut Panormi conſuevimus loqui, apud Tabulam, redditur deinde non eodem numero, ſed alio, unde videtur eſſe quoddam Cambium, quod Cambium cuſtodix appellat nonnulli. De hoc igitur difficultas eſt, An Tabularii poſſint lucrum aliquod ex tali cuſtodia recipere?

2. Reſpondeo. Si ſint Miniſtri ad hoc ex officio Deputati propter ſumptus, quos habent in conſervandis pecuniis, in exſcribendis libris, & in ſubeundis cæteris laboribus, licet & aliquid moderatum accipere clare colligitur ex dictis. Verum multis in locis nihil ſolvitur à deponentibus pecuniam, vel ab extrahentibus illam à Banco, vel Tabula, ne propter numerationem quidem pecuniæ, nam alicubi ejuſmodi Deputati ad cuſtodiam, non ſunt merè Depositarii; non enim debent reddere eandem pecuniam, ſed tantundem, unde cum ſiant illius Domini, poſſunt illam uti ad licitas negotiationes, & ſic multum lucrari. Alicubi vero reſidua quædam, immò, & tota pecunia, de qua non diſponit expreſſè is, qui illam depoſuit, vel ejus legitimus hæres, attribuitur Tabule cum, non contemnendo ejuſdem Tabulæ, lucro. Hæc igitur, & ſimilia emolumenta compenſant laborem cuſtodix, unde nihil pro illa ſolvi conſuetum ſit.

3. Quod ſi pecuniam cuſtodians ſit homo privatus, poteſt, vel non poteſt lucrū aliquod accipere juxta obligationem, periculaque, quæ ſuſcipit, compenſata utilitate ex depoſitis pecuniis, ut habetur ex dictis.

4. Illa duo quæſi a nuper a nobis fuerunt. Primum, ſi quando eſt ſolvendarario cuſtodix, à quo eſt ſolvenda, à deponente pecuniā, an à Tertio, cui forte deponens mandavit, ut illi Tertio numeraretur? Secundum, Poteſtne Cuſtos ejuſmodi, quando deinde reddit, ſeu ſolvit Domino pecuniam, aliquid accipere ob laborem illam enumerandi?

5. Reſpondeo ad Primum, ſolvendum

esse a Deponente a, nam labor Custodiz as-
sumitur in gratiam Deponentis, non vero in
gratiam illius Tertii: cuius iustitia postulat,
ut integrè ipsi solvatur, quod ei debetur.

6. Ad secundum, Respondeo, Custodem
nihil posse recipere ob dictam numeratio-
nem; nam hanc suscipit in gratiam suam, ne
plus solvat, quam debet. Cum autem paulò
superius dixi, Nummularium posse aliquid
sumere pro numerandis pecuniis, idèd dixi,
quia ipse subindè numerat in gratiam alte-
rius, ut notat Lessius b, & quia debet nume-
rare multas pecunias hinc inde conquisitas,
ut sit promptus ad cambiendum, non vero ob
numerationem, quam exhibet, quando ali-
quid ipse debet.

7. Huic responsioni ad secundam hanc
questionem se opponit Sotus, & quatenus as-
serit, esse consuetudinem aliquid accipiendi
ratione numerationis: undè videtur (inquit
Sotus) Respublica ad id licentiam concessisse.
Sed Respondeo, à Republica hanc licentiam
nunquam concessam fuisse, quia Respublica
non potest licentiam dare non solvendi to-
rum, quod ex Iustitia Creditori debetur; nisi,
quando bonum publicum requireret opposi-
tum, quod bonum in hac re minima non vi-
detur adesse.

8. Nihilominus puto, sententiam Soti in eo
casu mihi videri probabilem, quando Custos
nihil lucri habet ex custodita pecunia. Tunc
enim, licet, dum illam tibi reddit, sua inter sit
reddere, quantum debet, tamen hoc totum
pendet à Beneficio, quod tibi contulit, volen-
do tuam pecuniam sine ullo suo emolumen-
to custodire. Cur ergo ex eo Beneficio detri-
mentum patiatur, & tibi tuam pecuniam e-
numerare propriis sumptibus obligetur?

§. IV.

Tertia Difficultas.

De eo, qui ex industria Cambit monetam
alterius.

1. Famulus habens à Domino viginti v. g.
tarenos, ut cum illis satisfaciat sui Domi-
ni Creditoribus, vel emat pro suo Domino
vinum, oleum, &c. utitur hac industria, ut il-
los permutet in monetam æream cum suo lu-
cro; accipit enim moderatum quid, unū v. g.

Tamburinus de Sacramentis.

granum ex singulis tarenis, sibi que illud re-
servat. Quærimus, an hoc unum licitè possit
retinere, posito, quod jam per monetam æ-
ream placitum Domini benè complevit, ut
hic semper supponendum est?

Respondeo, posse, & quia hoc est lucrum d. Mol. d.
ejus industria: non enim pecunia est sicuti 402. Less.
ager, & pecus, quæ fructus pariunt Domino. l. c. nu. 18.
sed ex se sterilis: quare totum lucrum ex illa Bonac. de
debetur ei, qui ponit industriam. contr. d. 3.

CAPUT IV.

De Cambio per literas.

VEL Campsor recipit hic pecuniam, &
alibi solvit, vel hic solvit, & alibi reci-
pit. Hæc duo nunc, aa Campsori lice-
ant cum lucro, investigamus.

§. I.

Hic recipiens, & alibi solvens.

1. Dico Primò, licitè Nummularium,
seu Campsorem ex officio aliquod
moderatum recipere ex eo, quod hic pecu-
niam suam recipiat, & solvat alibi, &ve in
diversa Provincia, sive solum in diversa Civi-
tate. Capita autem, seu tituli, undè iustifice-
tur ejusmodi moderatum lucrum, solent me-
rito afferri sex, vel septem, quæ sigillatim jam
profero.

2. Primum, ratione officii. Secundum, ra-
tione laborum, & expensarum parandi scili-
cet, vel conservandi pecuniam, domum con-
ducendi, scribendi rationes, literasque chiro-
graphi Cambii. Tertium, ratione famularum,
quem alteri Campsor præstat, dum in ejus
commodum transfert pecuniam, aliò, vel ibi
conservat. Quartum, ratione periculorum. Et
quidem quò longius distat locus, ubi solven-
da est pecunia à Campsore, eò majora solent
esse pericula, cum difficilius pecunia in lo-
cum remotum, quam in propinquum trans-
feratur; nam propterea pro Cambio in eadem
Provincia minus lucrabitur Campsor, quam
in diversa, juxta mox dicenda num. 6. Quin-
tum, ratione assecurationis; Campsor enim
veluti locat operam suam, qua se obligat pe-
cuniam tutam, ac certam alio transferre, &
quidem periculo suo, nam, si pereat, in dam-

Bbbb

num

a Less. l. 2. num. 1. ipsius perit. Huc sexto reducitur illud, quod Campfor, vel ejus Procurator potest sumere ratione provisionis, ob operam, vel allocationem, quam exhibet pro Campfario, de qua re dicentur aliqua inferius, & videri interim potest Lessius. *b* Septimum denique caput est, quia sæpè minor est æstimatio pecuniæ, propter ejus abundantiam, vel quid simile, ubi recipitur, quā, ubi solvitur, idque fortè propter ejusdem pecuniæ penuriam, vel propter adventum Principis, vel propter majores expensas, quæ in loco illo distanti sunt.

3. Si in loco aliquo sit lex justa, ne quis aliquid lucratur ex Cambio in eadem v. g. Provincia, esset servanda; sed non puto obligandum e, ante Judicis sententiam, ad restitutionem eum, qui lucrum recipit, quando verè, & in conscientia Campfor præstitit obsequiū dignum ex Mercede, nec enim ejusmodi leges videntur, incapaces reddere Campfores hujusmodi lucri, saltem ante sententiam Judicis.

4. Obijcies, Si Campfor accipit justè pretium, quia transfert per literas pecuniam de uno in alium locum; ergo tantum deberet accipere, quantæ sunt expensæ, cum quibus transferri solet pecunia ipsa, quæ certè sunt multo majores, quam soleant Campfores ex suo Cambio per literas accipere.

Respondet, negandam esse consequentiā, ut certè negant Molina, & Lessius l. c. quia illud est justum pretium rerum, quod communi æstimatione justum judicatur. Quoniā ergo, ex eo, quod majores labores, & pericula, in transferendo re ipsa, & materialiter pecunia, suscipiuntur, quam per literas (quia illud difficilior, hoc multò facilior, ut constat, exhibetur) ideo communi hominum judicio, illa major est pretii æstimatio, hæc minor, & consequenter hæc merito servatur in casu nostro.

5. Dico Tertio, non solum Nummularium ex officio, sed etiam hominem privatum ex simili Cambio per literas posse ad moderatum quid recipere. Ratio est, quia in hoc, si non omnia illa capita, certè ad sunt sufficientia. Minus autem debere accipere hunc privatum, quā illum ex officio, colligitur ex dictis, quia illi poriora capita favent, quam huic, nisi tamen pro hoc possit aptari doctrina data paulò ante superius. e

6. Dico Quarto, pro hoc Cambio per literas, illud pretium accipi justè potest, quod (juxta superius f dicta hic proportionaliter

applicanda) definiit taxa Principis, vel usus communis, vel judicium prudentis æquum judicavit, considerata distantia, vel propinquitate loci, immò aliquando, & temporis (non quidem per se, ratione solius temporis, sed per accidens, quia longius tempus plura pericula solet afferre) considerata item penuria, vel copia pecuniæ, ac frequentia, vel infrequentia petentium ad Cambia, nam propterea plus solves pro Cambio recipiendo in Civitate, in qua sunt Nundinæ, vel adest adventus Principis, quando multi indigent pecunia, quam in eo loco, in quo ejusmodi circumstantiæ non adsunt. Tandè video, in frequentioribus Urbibus Europæ esse usu receptum, ut illud sit pretium justum, quod in foro currit, & taxat ipsa mercatorum consuetudo, quod, dummodo id fiat bona fide, & sine fraude, non est ab illo recedendum.

7. Nonnulli dubitant, an, si pecunia sit prorsus ejusdem valoris hic, & alibi, adhuc qui accipit, ut alibi det, vel qui contra hic dat, ut alibi recipiat, de quo in paragr. sequenti, possit lucrum Cambii acquirere. Verum esto, ex hoc præciso capite ejusdem valoris, nõ possit? adsunt tamen semper alia capita expensarum, laborum, obsequii, pluris valere g. *Leg. præsentem pecuniam, quam absentem, &c. Mol. d. Quare semper tibi favebit aliquis titulus, recipiendi moderatum lucrum, g.*

§. II.

Hic solvens, & alibi recipiens.

1. Dico Primo, hoc Cambium cum aliquo moderato lucro esse licitum, h. sive ex-
erceatur à Deputato ex officio, sive à privato, *g. 59. De*
sive in diversa, sive in eadem Provincia, modo *lugo d. 2.*
paragraph. primo dicto. Ratio est, quia non de *de justis*
dissimiles tituli justì lucri hic adsunt, quam *g. 60.*
adsuerunt in præcedenti. Reducuntur autem h. *Mol. d.*
summam ad septem. *404. Lf.*

2. Primo, quia in hoc casu Campfor dat tibi præsentem pecuniam, ut à te illam alibi recipiat: At merces (quarum naturam hic virtualiter, seu æquivalenter suscipit pecunia) Cambii loco absentes minoris æstimantur, quam *6. g. 7.*
præsentem, & quæcunque bona in te, semper *Val. l. c.*
plus valent, quam in spe. *Delugo l.*

Secundò, quia Campfor veluti ex alio loco c. tota *g. 4.*
in hunc locum transfert pecuniam in cui obsequium,

legium, quam scilicet pecuniam tibi indigenti hic solvat: pecuniam autem quam hic tibi præsentem facit Campfor, æquivalens, ac si inde huc transfuisset.

Tertio, quia item te liberat à porrandis, seu transferenda pecunia in alium locum, quod certe tu tuo periculo portares, seu transferes.

Quarto, quia idem Campfor subit periculum, ne tu alibi solvas, vel saltem non cum tanta facilitate. Quod si aliquando campfor sine labore, et expensis, vel periculo haberet alibi pecuniam, non propterea, hanc tibi habere carer, sua æstimabilitate, & condignitate ad mercedem iudicio prudentis proportionatam, modo dicto paragraphi superiore.

Quinto, quia ratione officii, si ad hoc sit aliquis additus, & ratione industria, seu operæ, qua semper est, præteritis paratus, ad dandum, & qua officinam cōducit, alia negotia non gerit, alios contractus non exerceat, uno verbo, ratione lucri cessantis, vel dāni emergentis, sua nō est compensatione fraudandus.

Sexto, idem dic, ratione Assurationis, qua sub sua fide Campfor aliquando non petens à Campfario fideiussorē, nec pignus, acceptat solutionem sibi in loco distantis faciendam.

Septimo, quia sæpè æstimatio pecuniæ est, ob aliquas circumstantias, maior in loco, ubi datur, quàm, ubi redditur. Relege, quod modo dictum est §. præced. nū. præsertim §. facit enim etiam pro doctrina huius paragr.

3. Obijcies Si pecunia loco absens minoris æstimatur, quia est absens; ergo pecunia tempore absens minoris æstimabitur; quia etiam sic est absens; ergo, sicuti, quia est loco absens, possum lucrum accipere à te, cui præsentem pecuniam numero; potero etiam, quia est tempore absens par lucrum accipere à te, cui nunc numero pecuniam: At hæc est mera usura, quia sic accipitur lucrum solum ratione temporis; ergo, & illa erit usura, quæ est ratione loci.

4. Adde. Si pecunia in nostro casu est veluti Merx, quam absentem ego emo, præsentem data pecunia; ergo, sicuti præsentem, nunc pecunia possum emere alias Merces, v.g. tritici hinc ad annum tempore messis colligendum, possum, inquam, emere minori pretio, quàm nunc; ergo possum nunc eodem modo minori pretio pecuniam emere, quam hinc ad annū

solvā, quæ, ut dictum est, ipsissima est usura.

5. Respondeo, adesse disparitatem. Nam pecunia loco absens: idē minoris valet, quia subijcitur illis periculis, expensis, laboribus, &c. quod ex se non est ita in pecunia tempore distante. Dico (ex se) nā, si etiam ipsa, ratione temporis, aliquibus ex iis incommodis subijceretur, certe posset etiam nunc aliquid accipi, non quidē me ratione temporis, sed ratione illorū. Multa hic congerit Delugo a dicens difficile esse prædictam objectionem. d. 78. de

6. Ad id, quod additur, adesse etiam non dissimilis disparitas, nam Mercium aliarum v.g. frumenti, vini, &c. varia est æstimatio, undē, & varia est impositio taxæ, atque adeo nō est mirum, si ex varietate circumstantiarum, varietur etiam illarū pretium: At pecuniæ æstimatio, ut mensura est rerum, eadem prorsus semper est. Si ergo possum emere nunc minoris frumentum, quod erit futurum, idē est, quia frumentum, quod erit post menses, minoris nunc æstimatur: At pecunia sub dicta consideratione, siue sit distans, siue præsens, siue futura, semper est ejusdem valoris. Quod si sumatur, ut Merx, quod est secundarium munus pecuniæ, & veliatur aliqua ex prædictis circumstantiis, tunc valebit, vel majoris, vel minoris, sicuti ceteræ Merces: undē ab illa lucrum, ratione illarum circumstantiarum, iuste conquiri poterit.

7. Colligitur ex dictis, si Titius dans pecuniam Petro v.g. hic, ut ab eodem, vel à suo correspondente alibi recipiat, noscat, Petrum nullam pecuniam, nullumque correspondentem, seu Procuratorem ibi habere, qui possit ipsi facere solutionem, undē prædicta solutio faciendā sit hic, puta, in eodem loco, ubi data est pecunia, & quidem cum lucro eius, qui dedit, colligitur, inquam, esse meram usuram, & Cambium sicum, quia re ipsa nullum est Cambium, seu merum mutuum cum lucro: de ratione enim realis Cambii est, ut fiat realis commutatio inter pecuniam, præsentem, & inter pecuniam, quæ si ve in se, siue aliquo tandem modo, virtute, vel æquivalenter, sit alibi: id, quod in casu, de quo loquimur, non invenitur. Quid autem sit ejusmodi pecunia æquivalens, mox b b Infrac. §. 1. n. 9. dicemus.

8. Quod si bona fide do meam pecuniam hic Petro, putans, illum in loco distantis habere

Bbbb & habere

habere correspondentem, qui ibi solvat, & tamen de facto ipse non habeat, unde, nec stes promissis, nec solvat, non est mirum, quod iuste possum ab ipso hic exigere, quanti mea interfuit, pecuniam non fuisse solutam in eo loco: non est, inquam, mirum, quia tunc ejus fallax promissio fuit mihi causa talis damni.

Nota id verum esse, tum in hoc genere Cambii, de quo hic loquimur, tum de aliis, siue per literas, siue ad Nundinas, par enim est ratio, ut, si tu non stes mihi promissis, debeas mihi solvere damnum emergens, & lucrum cessans. Vide tamen omnino quæ mox

a Infra c. 3 dicam. a

§. 1. n. 16.

§. n. 17.

§. III.

Quando tum Campsario, tum Campsari Cambium proficit, cujus erit lucrum?

Titius cupit habere Neapoli centum aureos v. g. quos tamen habet hic Panormi: Cajus autem cupit similia centum habere hic Panormi, quæ tamen habet Neapoli. Hi ergo invicem Cambiunt, & uterque obtinet, quod ipse est utile, unde unus alteri æquæ famulatur. Inquire, cujusnam erit lucrum ex tali Cambio?

b Mol. d.

405. Ca-

jetan de

Camb. c. 6

§. 7. Sil.

V. usur. n.

4. q. 8. §.

Secundo

Gar. c. 33.

de contr.

n. 5. Top. l.

2. de contr.

c. 4. aliq.

apud Bo-

nac. d. 3. de

contrac. q.

§. n. 25.

2. Respondeo, fore illius, qui *b* prævenitur. Si enim Titius ad te Cajum veniat, ut Cambias illa centum, tuum erit lucrum, si tu ad Titium, lucrum erit Titii. Ratio est, quia, qui prævenitur, præstat alteri obsequium ex se æstimabile, & per accidens est, ut id aliunde vertatur in suum commodum. Sicuti (ait Molina.) Si Petrus v. g. deberet cum expensis equum, quem conduxit, remittere hinc Panormo Messanam, & Paulus indigeret equo, quo iter facturus Messanam sit, posset, qui prævenitur totum, & integrum pretium locati equi recipere, quia ei, qui prævenitur, solvitur justum illud pretium, quod est condignum illo obsequio à se exhibito.

3. Ex quo exemplo infert idem Molina, quod sicuti, si Petrus sciret necessitatē Pauli quærentis equum, qui illum Messanam portaret, & Paulus sciret necessitatē Petri volentis reducere equum Messanam, possent licite simul convenire, ut vel gratis, vel cum aliquo lucro ex alterutra parte reduceretur equus, & quomodo eunq. conventio inter illos fieret, licita esset, quia neuter tenetur

celebrare contractum in alterius commodum, sed potest in suum; paratione in casu nostro, &c.

4. Quid, si ego indigens pecunia Neapoli, dem illam hic Panormi Nummulario, ut ipse meo nomine det ad Cambium Tertio, qui illam fortasse optat habere hic Panormi, daturus eandem cum legitimo lucro Neapoli, possumne licite tunc ego ejusmodi lucrum Neapoli acquirere, ubi jam habeo pecuniam, quam optabam?

Respondeo, licite posse, ut colligitur ex dictis, quia, quod immediate tu potes, si immediate præveniaris, & quod potes, si cum alio convenias, idem potes, si præveniaris, vel conventionem faciat ille Nummularius, qui tunc tuas vices gerit.

CAPUT V.

De Cambio ad Nundinas.

§. I.

De Cambio ad Nundinas absolute.

Mercatores certas quasdam Nundinas in aliquibus locis, seu Urbibus instituerunt, ut ibi debita solvantur, vel contrahantur, & item, ut ratiocinia reddantur, & scribatur in libris dati, & accepti. Solent præsertim in Italia hæc Nundina fieri quater, singulis annis, spatio inter se distantes trium mensium, quod spatium datur, ut solutiones commodè expediri queant. Primæ dicuntur Nundina Apparitionis, & celebrantur circa festum Epiphaniæ. Secundæ, Paschatis, ineunte Maio. Tertiæ, Augusti, eo enim mense fiunt. Quartæ, omnium Sanctorum, quia, paulo post ejusmodi festum, celebrantur. Alicubi, ut Francofurti bis celebrantur has Nundinas, monet Lessius loco mox citando, nimirum circa Pascha, & circa Septembrem, nam propterea Cambium ad has Nundinas vocatur à Lessio Francofurtense. Cum autem Cambia dicuntur fieri ad Primas, vel ad Secundas, vel ad Tertias, vel ad Quartas Nundinas, sensus est, quod solutio pecuniæ facienda est post tres, vel post sex, vel post novem, vel post duodecim menses.

2. Quid, si dentur pecuniæ hic, ut in eo loco fiat earum solutio, ubi Nundina non celebrantur?

Respon-

Respondeo. Tunc constituuntur quidam termini, & ita dicitur pecunia dari, & accipi ad Primos, vel Secundos, vel Tercios, vel Quartos terminos, id est, post tres, sex, novem, vel duodecim menses. Immo, quando non est magna locorum distantia, ut horum mensium spatium necessarium non sit, ad ferendas literas Cambii, constituuntur alii breviores termini, pro solutionibus faciendis: Et quidem sapientissime constituitur terminus, qui iudicatur sufficiens ad huiusmodi literas perferendas, incipiendo à die, quo fiunt literæ Cambii, aliquando verò incipiendo à die, quo literæ recipiuntur à correspondente, seu Procuratore Cambiarii in hunc fere modum: *Post dies quindecim, vel post dies viginti, vel post mensem, &c. à receptione harum literarum, fiat solutio.*

3. Jam verò, si solutio fiat realiter, enumerata in Nundinis pecuniâ, certè, vel nihil, vel vix differret tunc Cambium à Cambio per literas de quo egimus in capite præced. Sed, quia in dictis Nundinis solutio transigi sine ulla numerata pecunia solet, datis nimirum tantummodo, & acceptis syngraphis, ideo peculiares inde emergunt difficultates, quæ propriam, atque solennem hic habent disputationem.

4. Hunc autem modum cambiendi, si nihil aliud addatur, vocamus absolutè Cambium ad Nundinas; si enim eveniat, ut in loco destinato ad Cambium, ita fiat solutio, ut necesse sit, addere aliud Recambium, tunc vocatur Cambium cum Recambio, seu Cambium cum recurfa, de quo in paragrapho sequenti, nam nunc solum statueri debemus, an hoc Cambium absolutè ad Nundinas licitum sit. Et quidem licitum esse, cum mercatoribus, tum aliis privatis, modò adsint quædam conditiones, jam communis est opinio. Ratio est, quia aliquibus conditionibus, quas mox afferemus, adhibitis, non apparet, ubi sit iniuria, & ex alia parte adsunt iusti tituli, unde acquiritur lucrum.

5. Duo igitur sunt explicanda. Primò, hi iusti tituli, quorum certè aliqui coincidunt cum allatis in paragraphis præcedentibus. Secundò, illæ conditiones, quarum item non pauca insinuatæ superius sunt, sunt etiam hic in suo proprio loco, claritatis gratia, breviter repetendæ.

Tituli iustificantes lucrum Cambii ad Nundinas.

6. Primus Titulus est, quia Campsor erabit pecunia, quam tibi ipse tradit, post tres, vel plures menses, unde privabitur, etiam si non sit mercator, opportunitate, & libertate aliquid lucrandi cum illa pecunia à te reddenda, per alias fortè negotiationes sese offerentes.

7. Secundus est periculum, cui pecunia tibi à Campfore data exponitur. Et quidem, si pro longiore tempore data est, maiora erunt pericula: Nam propterea tunc non propter meram temporis longitudinem, sed propter hæc pericula, & aliquid plus exiget non iniuste Campsor. Quod si is habeat pignus suæ pecuniæ à Cambiario, quod certè potest habere, quia quilibet negotiari potest cum omni sua cautela, & securitate, tunc non militabit hic periculi titulus, sed alii.

8. Tertius titulus est, quia dum interim expectatur solutio, plures possent esse, qui peterent Cambium, & pauciores, qui darent. Cum igitur ex maiore numero petentium, & minore numero dantium crescat mercium pretium, & crescat etiam in casu nostro.

9. Quartus est trajectio actualis, vel, ut b Less. loc. hic communiter est, trajectio virtualis pecuniæ ex uno in alium locum. Neque dicas ibi non adesse pecuniam, nec illuc illam trajici, sed solum esse transactionem syngrapharum dati, & accepti, ne id (inquam) dicas, nam ipsa syngrapha continens creditum de pecunia, tanti, vel ferè tanti aestimatur, quanti ipsa pecunia, nam propterea ejusmodi syngraphæ credita continentes, appellantur, & sunt pecunia virtute, & æquivalente.

10. Quintus titulus est, quia in loco, ubi fit dicta solutio, secundum maiorem, vel minorem pecuniæ copiam, major, vel minor est ejus aestimatio.

11. Sextus titulus est, quia communiter in illis locis, ubi facienda est solutio, adest taxa valoris pecuniæ communiter recepta in illis Nundinis, vel in illo foro, quæ sit à Mercatoribus, omnibus circumstantiis expensis, vel certè ipso negotiantium usu comprobatur. Nam inde evenit, ut pro varietate circumstantiarum, aliquando majus, aliquando mi-

Bbb 3

nus

nus lucrum habeatur ex Cambiis. Cum igitur etiam privato liceat servare rei pretium, quod in communi foro currit, poterit quisque secundum hoc pretium acquirere lucrum, ut etiam supra notavimus.

12. Septimus ducitur ab expensis quas Campfor facit, conducendo, vel habendo alibi suum correspondentem, cui committat literas Cambii.

Conditiones adhibenda in Cambio in Mundinas.

Jam verò conditiones debent esse sequentes, puta omnino tres, tum pro locis, ubi non adest Bulla Pii V. mox citanda, tum pro locis, ubi adest: notant enim id, quod est de Jure naturæ. Alia verò tres pro locis, ubi illa forte recepta est.

Conditiones tres ex Jure Naturæ.

13. Prima conditio ex notantibus Jure naturæ est, ut non exigatur plus, vel minus ratione solius temporis, ut modo dictum est. Verum, quia dictum est, etiam sæpè lucrum Cambii non solere taxari, seu usurpari à justis negotiatoribus ex solo tempore, sed ex circumstantiis illis adnexis, ut ibidem vidimus, ideo hæc conditio apud bonos negotiatores deesse nunquam solet.

14. Secunda, ut re ipsa literæ de uno in alium locum transmittantur, quarum virtute fiat verè solutio pecuniæ, quæ recepta fuit in alio loco. Tibi v. gr. hic Panormi dedit Campfor pecuniam ad Cambium pro Neapoli, debes, vel tu, vel aliquis Procurator tuo nomine facere solutionem pecuniæ Neapoli: Si ergo non fiat ibi solutio, licet illæ literæ missæ fuerint, tamen cum redeant sine solutione ibidem facta, inanes redibunt, & siccæ, atque adeo cum usura Campfor exiget lucrum Cambii, quia Cambium nunquam completum fuit, ut iterum in simili supra monuimus.

15. Tertia conditio maximè notanda, & circa quam sunt difficultates innumerae, quæ materiam hanc de Cambiis celebrem, & satis ætate nostra exagitatam reddiderunt, est, ut Campfor sciat, vel rationabiliter existimet, Campsarium habere in loco, ubi fieri debet solutio, pecuniam, sive numeratam, sive in credito, quæ est pecunia æquivalens, habere, in-

quam, saltem apud suum Procuratorem, vel amicum, à quo; vel Mutuam, vel ad novum Cambium dictus Campsarius accipiat. Ratio convincens, in Cambio debere esse hanc conditionem, est manifesta, quia Cambium, vel est permutatio pecuniæ præsentis cum absente, vel Emptio pecuniæ absentis pretio pecuniæ præsentis, vel quid simile, ut supra diximus. Si ergo Campfor existimet Campsarium, nec habere pecuniam in se, nec in credito, nihil ipse Campfor permutabit, vel emerget, vel clara usura, vel clarum furtum, si aliquod lucrum Campfor sumat ex permutatione, vel Emptione, quæ nulla est. Lege Lessium num. 61.

16. Illud approbavimus supra: Si postquam Campfor bona fide dedit ad Cambium in locum aliquem, putans Campsarium habere, vel habere posse ibi pecuniam, deprehendat, se à Campsario esse deceptum, quia nullam ibi is habet, nec habere potest pecuniam, approbavimus, inquam, tunc justè posse ab ipso Campsario recipi in eodem loco, quo dedit, solutionem sui lucrisimò, & omni interesse, quod fortè ipse Campfor est passus. Ratio est, quia tunc Campsarius tenetur ex fraude, quia finxit habere pecuniam in illo loco, unde Campfor deceptus fuit. Hanc doctrinam probabilissimam putat Bonacina, a 2 Bonacina, si sine, de palliata fraude procedatur, eam certissimam, tradit, ne dum probabilissimam, puto. num. 14.

17. Siste autem hic tantisper, Amice Lector. Ex hac vera nostra concessionem fore debi solent aliqui, dum ex hac doctrina putant, se justè semper exigere posse dictum Cambii lucrum, quia nimirum Campsarius, id est, ille, qui recipit hic pecuniam solvendam ab ipso in alio loco, non est inventus in dicto loco v. gr. Neapoli habere pecuniam, nec item habere Correspondentem, qui solvat, imò, & aliquando inventus est ne literas quidem illuc missas; labi, inquam, solent, quia non advertunt ad usum, quo ejusmodi Cambia fieri frequenter consuevere, Campsarius enim, & Campfor conveniunt, ut curam inveniendi in loco distant pecuniam nomine Campsarii, & inveniendi Correspondentem, & cetera necessaria ad verum Cambium, suscipiat Campfor. Si ergo hæc deficiunt, culpa Campforis deficiunt, non verò culpa Campsarii: Quare Campsarius non est condemnandus ad sol-

ad solvendum lucrum cessans, & damnum Camisori emergens, & cuius damni non fuit causa Campsarius, sed ipse Campsor.

Conditiones tres requisitae, à Pio Quinto.

18. Progrediamur jam ad alias conditiones tres requisitas à Bulla Pii Quinti, quam tamen Lessius non putat, aut paucis in locis esse receptam, aut certe nusquam, quoad conditiones, quae de Jure naturae non sunt, ut supra in simili, tanquam probabile, dictum à nobis est.

19. Prima conditio est, ut non fiat pactum ab initio de certo interesse, etiam in casu, quo non fieret solutio tempore praefixo. Certo, inquit, non ergo Pius prohibet pactum de lucro incerto solvendo, quod postea deprehenderetur dandum ex interesse, quod passus est Campsor ex non soluto Cambio. Imo aliqui dicunt, non solum, ubi non est recepta, sed etiam, ubi est recepta dicta Bulla Pii V. posse fieri pactum de determinato lucro ad arbitrium prudentis (vide omnino c. infra) cum Bulla solum prohibeat, fieri ad arbitrium Campsoris, qui amore lucri allectus errare posset. Et certe, quando Campsor caret experientia, vel rebus suis nimis inhiet, de Jure naturae est, ut ejus arbitrio nequaquam stetur.

20. Secunda, ut non possint fieri Cambia, nisi pro primis, seu proximis Nundinis, ubi Nundinae celebrantur, vel primis Terminis (ut mox num. 22. clarius explicabo) ubi Nundinae non habentur. Id autem prohibetur, quando ratione magis distantis termini augetur lucrum Cambii; nam, si non augeatur, & tamen longius tempus pro facienda solutione concedatur, certe gratiam Campsorio faceret Campsor.

21. Quod si quis, ut notat Lessius, plus exigeret, dando ad secundas Nundinas, quam dando ad primas, exigeret, inquam, plus, non ratione ipsius meri longioris temporis, sed ratione veri interesse, quod tunc pateretur, non esset ad restitutionem condemnandus, etiam in locis, ubi recepta est Pii V. Bulla, saltem ante sententiam Judicis, quia ob verum titulum in conscientia tunc exigit: nam si exigeret ratione solius temporis, etiam de Jure naturae, esset condemnandus, ut dictum est in superioribus saepe.

22. Tertia denique est, ut in terminis solutioni praefigendis, habeatur ratio longin-

quitatis, & vicinitatis locorum, in quibus solutio est facienda, ut scilicet plus possit lucrari Campsor, si debeat numerate pecuniam in lucro magis distante, quam in loco distanti minus. Ubi vides, hic non agi de Nundinis, quae semper fixae in suis locis sunt, nisi forte tangatur difficultas, quae ponitur mox numero sequenti: sed agitur de aliis locis, ubi non sunt Nundinae; si enim cambias hic Patrimonia, ut fiat solutio Messanae, ad quam Messanae Urbem perveniri potest tempore quinque dierum verbi gratia, cur ponis terminum solvendi post duos menses, & vis acquirere illud lucrum, quod acquireret in Nundinis, quae sunt longè distantes, seu quod acquireret ille, qui subit pericula duorum mensium, expensasque facit, quae solent fieri, quando transfertur pecunia in locum magis distantem, itinere verbi gratia dictorum duorum mensium? Id certe, etiam de Jure naturae, vetitum est. Quod si lucrum in hoc casu non augeas, tunc non erit illicitum, immò gratiam facies Campsario modo dicto numero praeced. Praeterea, nec item erit illicitum, e velle lucrum, quod solet haberi in Nundinis, si locus solutionis est aequè distans à Nundinis, & credatur probabiliter in loco, ubi solutio sit facienda, aequaliter valere pecuniam, ac valere in Nundinis.

23. Inquires. Campsores statuere consueverunt, lucrum ex cambio eo majus esse solvendum, quo longius est tempus, ad quod Cambium datur, etiam in ordine ad primas ipsas Nundinas, ut, si primo mense dent pecuniam ad Cambium solvendum in proximis primis Nundinis, plus lucri exigant, quam, si dent Secundo, vel Tertio mense, ne licitum est?

24. Respondeo. Non pauci putant esse illicitum, quia sic habetur ratio brevioris, & c. 13. longioris temporis, quod proprium est usu-
rae. Sed g. Molina, alique cum magna probabilitate ajunt, esse licitum, quia in longiore tempore majora sunt pericula, diutius Campsores privantur sua pecunia, qua negotiari possent, & lucrari, & major est numerus, qui sic petunt ad cambia, unde pretium crescit, ut in simili dictum est supra, non igitur solum ratione meri temporis, &c. Et quidem cum illud sit pretium justum rerum, quod bona fide Periti statuunt, praesertim consuetudine sic seita, & tolerata, ideo non sunt praedicti Campsores condemnandi.

c. Bonre. de
contr. d. 3.
q. 5. nu. 13.

f. Lopl. 2.

de contr. d. 3.

c. 13.

Rodr. 2. p.

rae. Sed g. Molina, alique cum magna probabilitate ajunt, esse licitum, quia in longiore tempore majora sunt pericula, diutius Campsores privantur sua pecunia, qua negotiari possent, & lucrari, & major est numerus, qui sic petunt ad cambia, unde pretium crescit, ut in simili dictum est supra, non igitur solum ratione meri temporis, &c. Et quidem cum illud sit pretium justum rerum, quod bona fide Periti statuunt, praesertim consuetudine sic seita, & tolerata, ideo non sunt praedicti Campsores condemnandi.

summ. c.

107. m. 6.

alique.

g. Molin. d.

404.

Less. l. c.

du. 6.

du. 11.

Cajet. de

Cam. c. 7.

Philiar. l. 5

25. In- c. 24. m. 2.

25. Inquires iterum. Dictum est, ut Cambium hoc sit licitum, oportere, ut illae tres conditiones concurrant, quas diximus a num. 13. Quo modo igitur, se geret vidua, vel homo non multae literaturae, qui has non discernit, & solum data alteri pecuniam suam ad Cambium?

26. Respondeo. Hæc praxis, quæ maxime hic est cognita necessaria, explicatur infra §. 5. nu. 6. & iterum §. 7.

§. II.

De Cambio cum Recambio, seu Recursa.

1. **P** Praxis hujus Cambii (quod Bisuntinum, vel Placentinum apud Lessium b appellatur) nostro ævo frequentissima, hujusmodi est. Titius Camfor hic Panormi verbi gratia dat Cajo centum aureos solvendo ab eodem Cajo in proximis Nundinis Placentiæ celebrandis, vel in aliquo Italiae, vel Siciliae loco. Quoniam verò Cajo nemi- nem habet Placentiæ, vel in illis aliis locis, qui ejus nomine solvat, quod ipse Cajo debet; Ideo Titius offert eidem Cajo suum Correspondentem, nomine verbi gratia Sejum, residentem in illis locis, offert, inquam, ut, si- cuti est Correspondens Titii cum omni po- testate ipsi Sejo concessa ab eodem Titio, ita in hoc negotio, ut sit etiam Correspondens Caji, & solvat Cambium, id est, dictos cen- tum aureos cum lucro ibi apud Mercatores, seu apud forum decerni solito: Sit autem hoc lucrum nunc verbi gratia aureorum quinque. Acceptata oblatione, scribit ad Se- jum Titius, nomine utriusque, puta ejusdem Titii, & dicti Caji, ut scilicet Sejus acceptet creditum Titii, & debitum Caji, & ut cor- respondens jam Caji, solvat Cambium, ejus- que lucrum, id est, centum, & quinque au- reos, & ut Correspondens Titii eos aureos recipiat, & sic extinguatur Cambium. Sed, quia Sejus, ut correspondens Caji pecuniam non habet; ideo ipse idem Sejus, ut cor- respondens Titii, seu Titii nomine offert, & dat illam pecuniam sibi eidem, ut Cor- respondentem, seu Procuratori prædicti Caji, dat, inquam, ad Cambium (quod certe erit secundum Cambium, seu, ut loquimur, Re- cambium) solvendum à Cajo Panormi. Cum accepta ergo hæc pecunia Sejus, ut correspon-

dens Caji, extinguit, seu solvit, ut dictum est, prædictum Cambium primum Panormi ce- lebratum, ita, ut nihil omnino amplius debe- at, pro dicto primo Cambio, Cajo. Lege Les- sium, qui rectè notat, si dictus Sejus fugeret, vel decoqueret, Camforum Titium non pos- se agere nomine suo contra Camforum Ca- jum; is enim Cajo jam solvit, Cambium ip- si Camfori Titio.

2. Quoniam verò dictum secundum Cambium parere suum lucrum debet, quod erit verbi gratia aliorum quinque aureorum, qui solvendi erunt à Cajo Panormi, ideo Ca- jus debet Panormi solvere Titio centum, & decem aureos, id est, centum ex primo capita- li, quinque ex lucro primi Cambii extincti Placentiæ cum pecunia habita à Procuratore Titii & quinque ex lucro Cambii extinguen- di Panormi ab eodem Cajo.

3. Suppono, ad Justitiam secundi Cambii, Cajo, seu sejus Procuratorem non cogi ad dictum secundum Cambium, posset enim Cajo, seu ejus Procurator extinguerè pri- mum Cambium pecunia præfenti sine neces- sitate sumendi Recambium, vel certe posset sumere Recambium ab alio, quam à Cor- respondente Titii.

4. Solet autem occurrere, ut Cajo, ne Pa- normi quidem, promptam eam summam ha- beat, quam debet Titio, unde rursus totam il- lam eandem summam, ac, si iterum illam ac- cepisset à Titio ad Cambium, se, obligat sol- vere cum suo lucro iterum Placentiæ, vel ali- bi, ut rursus fiet, quod modo num. 1. diximus, & sic continuatur per multos aliquando an- nos Cambia, & Recambia, donec ipsa, & numerata pecunia totum capitale cum omni- bus lucris incurrentibus solvat Titio Cajo, nam propterea Mercatores hoc appellant eti- am Cambium cum Recursa, recurrit enim, unde inciperat. Et adverte permaximè, to- tum hoc negotium, præter primam traditio- nem illorum centum aureorum Cajo à Titio numerato datorum, & præter ultimam hanc solutionem, quam numeratam denique fieri oportebit, tractari, & expediri per solas syn- graphas, seu per acceptationes, & dationes crediti, & debiti, quæ in libris dati, & accepti scribantur.

5. Quæret is, qui hanc quæstionem intro- spicere cupit: Quando Sejus extinguit pri- mum Cambium Placentiæ, quodnam est prius

pride: Quod Sejus, ut correspondens Caji sol-
vat, dicta centum, & quinque sibi ipsi, ut vic-
cem Titii tenenti, an, Quod idem Sejus, ut
correspondens ejusdem Titii, det summam
illam sibi, ut correspondenti ejusdem Caji
ad novum Cambium finiendum postea Pa-
normi? Breviter quodnam est prius extinctio
primi Cambii, an institutio secundi?

6. Respondeo, certè in praxi (ut puto) ne
à peritis quidem Mercatoribus id advertitur:
Ipsi enim solum in libris ratiocinorum scri-
bunt rationem dati, & accepti, idque etiam
in eadem hora, ne dicam in eodem temporis
momento. Ceterum quid prius, quid poste-
rius nobis Theologis relinquere consideran-
dum, nam ipsi pro conscientia satis habent, si
intelligant, se meliori modo, (quo licet pos-
sunt) solvere primum Cambium, & instituere
secundum: Theologi autem non pauci, vel
de hoc valde implicite loquuntur, vel certè
potius id supponunt, quam declarant. Nos
ergo pro nostra virili parte sic discurremus.

7. Puro, posse utcumque dici, quod sit
prius solutio primi Cambii, quam institutio
secundi, sed expeditius dici, quod sit prior
institutio secundi Cambii, quam primi cam-
bii solutio: qui certè posterior modus, quam
faveat justificationi cambii, ex infra dicendis
clare colligetur.

8. Prius igitur solvetur cambium primum,
quam instituatur secundum, si Sejus, corres-
pondens Titii, per actum suae voluntatis,
verbo, vel scripto ostensum, habeat, quasi per
Acceptilationem, pro solutis, illos centum
& quinque aureos debitos à Cajo; sic enim
jam nihil amplius debet Cajo pro primo
cambio, quia jam est illi remissum à potente
illud remittere, nempe à Sejo, qui tota Titii
potestate gaudet. Esto deinde, quod Cajo,
seu Sejus nomine Caji, qui talem remissio-
nem accepit, velit illam veluti ex gratitu-
dine retrodonare, & instituere secundum
cambium ad illam totam pecuniam solven-
dam. Ita videtur discurre Naldus.

9. Contra. Posterius finietur cambium
primum, & prius instituatur secundum cam-
bium, si Sejus, qui accepit creditum Titii
& debitum Caji, nunc, ut correspondens Caji,
accipiat centum illos, & quinque aureos, ad
Recambium Panormi cum suo lucro solven-
dum, accipiat, inquam, à seipso, ut correspon-
dente Titii, & cum illis sic acceptis, extinguat

Tamburinus de Sacramentu,

cambium primum: Ecce quomodo antecedit
Recambium, nam cum hac summa habita per
dictum Recambium, ipse, ut correspondens
Caji, solvit primum cambium sibi ipsi, ut
correspondenti Titii. Hunc modum nos in-
sinuavimus num. 1. eundemque insinuat Les-
sius b in iis verbis: Sufficit, quod Campsarius pos-
sit habere Correspondentem, qui ibi eas pecunias c. nu. 61.
det mutuo, vel ad Cambium. Eundem modum c Delugo
supponit Delugo, c eundemque innuere vi-
deatur alii Theologi, & merito: nam prior 23. nu. 85.
modus suas habet difficultates, quas d infra 86. 87. &
breviter afferemus.

§. III.

*Decernitur, an hoc Cambium cum Recambio
licitum sit?*

1. Quamvis & multi dicant, esse illicitum: Multi
tamen, & satis probabiliter Conine.
(quos ego sequor) licitum esse, docent cum ap. Delugo
explicatione danda mox paragr. quarto. Pro-
batur, quia, si Cajo camparius haberet Merend.
Placentiae aliquem amicum, qui ibi solveret ap. Dianā
cambium contractum Panormi, esset justum p. 9. Tr. 8.
cambium, ut supra vidimus: ergo etiam, si ref. 67.
solvat Procurator, seu correspondens ejusdem f. Nan. Cōf.
Caji. Certè, si Cajo, & Titii ipsi iidem se 31. de u-
Placentiam conferrent, possent ibi per se sur. n. 3.
ipsos totum hoc negotium licite absolvere: referēs ita
quis enim id negare potest? Cum ergo id, sensisse vi-
quod per seipsum quis facere potest, possit rū quendā
per legitimum Procuratorem, poterunt Ti-
tius, & Cajo in casu nostro, per Sejum Pro-
curatorem utriusque, idem efficere, nam, Boninsig.
quod idem sit Procurator Caji, & Titii non c. 7. de
vitiis contractuum; cum sapissime idem pos-
sit sustinere vices duorum in contractibus, n. 7. Sā V.
& idem possit esse Procurator multorum, cambium.
nec duorum duntaxat: Sienti autem, si prae-
dictus Sejus esset Procurator Petri, & Anto-
nii posset ad mandatum horum, & recipere, ref. 1. & p.
& solvere pecuniam aliquo titulo, videlicet 5. tr. 8. ref.
ex Censu, alteri ex his debitam, & tunc reali-
ter fieret vera solutio, quamvis non numera-
retur pecunia, sed solum transferretur debi-
tum, & creditum in libris dati, & accepti, ut lug. l. c.
Italice dicimus; Passar le partite: ita in casu
nostro, &c.

2. Non igitur solutio est ficta, ut putant
Adversarii, sed vera, & realis, unde, & cam-
bium est reale, & non fictum. Nec solutio

Cccc

cum

eum lucro cambii facti Panormi solvitur in eodem loco, id est Panormi, quod esset usura, sed Placentiæ, ubi finitur primum cambium, & pari modo recambium factum Placentiæ, non solvitur Placentiæ, ubi institutum est, Panormi.

3. Nec obstat, quod in hoc cambio, cuius natura, ex meliori opinione, assimilatur contractui Emptionis, & Venditionis, nihil adsit, quod ematur, quia deberet emi pecunia absens, id est, quæ sit Placentiæ; ut dictum est supra, at ibi nulla pecunia est Caji, sed solum in Codice, & libro rationum transferuntur credita, & debita; non obstat, inquam, nam falsum est, quod non adsit aliquo modo pecunia, ipsa enim literæ, seu chirographa, seu libri, qui continent credita, tanti, plus minus valent, quanti ipsa pecunia numerata, nam propterea potest dici, ibi adesse pecuniam, sed verò virtutalem, seu æqualitatem, & quæ sufficiens sit, ad veram solutionem faciendam.

4. Nec item obstat, quod Campsarius videatur obligari, sumere pro suo correspondente illum ipsum hominem, qui est correspondens campforis, non, inquam, obstat propter duas rationes. Primo, quia ad hoc non cogitur campsarius, ut notavimus supra, immò addo, sic campfario fieri Beneficium, dum promptè ipsi offertur à campfore correspondens in loco, ubi campfarius difficillime illum inveniret. Ita Lessius loco citato, num. secundo.

Secundo, quia, etiam si cogeretur, illi non fieret injuria; quilibet enim est Dominus, & arbitri suæ rei, & quilibet habet Jus apponendi conditiones, quas vult, dummodo non sit contra naturam contractus, quem celebrat, ut certè hæc non est, & dummodo, si conditio addat aliquod onus, illud compensetur, ut sanè in hoc casu, de quo loquimur, compensatur, nam audio, de facto semper aliquid diminui de pretio debito campfori, scilicet octavam quandam partem, quam partem octavam libenter minuit campfor, quia suæ utilitati cedit, quod campfarii se obligent ad sumendum eundem correspondentem, qui est campforis.

5. Quæres hac occasione Primo. Quanta merces datur his correspondentibus, seu Procuratoribus pro labore, & industria, quam adhibent in cambiando aliorum nomine, & in scribendo, numerando, mittendo literas, &c.

Respondeo apud Belugo lego, in singulis Nundinis solere dari tertiam partem aurei d. 12. de pro singulis centenariis, quam Provisionem Inf. a. 72. vocari, supra diximus, quod ferè coincidit cum dicto Lessii & asserentis solere dari binos, b. Lessius vel ternos aureos in singulos Milenarios. c. num. 13.

6. Quæres Secundo. Quænam est utilitas, quæ nascitur campfori ex eo, quod campfarius acceperit pro suo correspondente eundem, qui est campforis?

Respondeo. Prima utilitas est, ut suo Amico, seu correspondenti accrescant salaria, seu pensiones ex his novis negotiis, quæ ille suscipit in gratiam campfarii.

Secunda utilitas est, quia deinde, invicem, quid simile committet fortè correspondens Placentinus huic mercatori Panormitano, & ita hic Panormitanus lucrabitur suas similes Provisiones.

Tertia utilitas est, ut ille correspondens habeat multa credita ex Recambiis, per quæ multis fortè debitis mercatoris Panormitani satisfacere possit.

Quarta, ne alii, qui campforis familiares non sunt, cognoscant rationem negotiorum ipsius campforis, quod permaximè caveat prudentes mercatores.

Quinta, ne se campfor exponat periculo decoquendi, si non tutum habeat correspondentem, sicuti tutum cognoscit suum.

§. IV.

Quandoquidem tribus modis Cambium cum recambio celebrari potest, approbatur primum, & secundus, sed r. probatur tertius.

1. **A**stero Primo, licitum esse cambium cum Recambio, si supponas, prædictum Procuratorē Sejus habere pecuniā propriā, vel credita propriā, vel habere apud se pecuniā Titii campforis, vel credita alia exigibilia ejusdem Titii, alia, inquam, præter dictum creditum ex primo cambio, nam, quando non adest, nisi hoc creditum, dicetur mox nu. tertio de quibus Sejus disponere possit (quæ sunt pecuniæ virtuales,) & idem Sejus det Cajo, seu sibi ipsi, ut correspondenti ejusdem Caji totum illud pecuniæ, quod necessarium est ad extinguendum primum cambium, det, inquam, vel mutuo, vel ad novum cambium, seu, quod idem nunc est, ad Recambium Panormi.

Panormi solvendum; qua pecunia actuali, vel virtuali, id est credito per dictum Recambium, vel mutuum, habito, solvat Cajus, seu extinguat primum Cambium, solviturus Recambium, seu mutuum postea Panormi, Assero, inquam, hunc modum cambiendi esse licitum. Ratio est, quia tunc jam habet Cajus, seu Sejus, ut Caji correspondens, pecuniam, sive actuale, sive equivalentem, seu virtuale (ratio enim; ut saepe diximus, sunt credita illa exigibilia) qua ipse solvit primum Cambium. Quoniam autem primum Cambium modo dicto solutum, justum est, sequitur, quod etiam sit justum Recambium, id est Cambium secundum, quod solvetur postea Panormi; & etiam sint justa omnia Recambia, quae modo supra dicto sine fraude continuabuntur, quia eadem condiciones proflus haec continuata Recambia habent, quae habet primum Cambium, ut supponimus.

2. Assero Secundò, esse etiam, immò multò magis, licitum, si supponas Campsarium, id est Cajum habere amicum nomine v. g. Antonium, Placentiae, qui Antonius cum habeat, unde solvat, literas pro ipso Cajo acceptet, & solvat. Ratio est clara, nam, qui per amicum solvit, satis dicitur solvere per se ipsum. Atque idem erit, si ad Antonium non scribat Cajus, sed scribat Titius Campsor dicens, ut sub sua fide Antonius acceptet, solvatque Cambium Sejo correspondenti ipsius Titii. Ratio est, quia pari modo tunc solvit Cajus per alium; id, quod est perinde, ac per se ipsum solvat.

3. Haec duo dicta jam sunt aetate nostra, vel satis certa, vel satis probabilia, (quamvis sciam, nonnullos citatos paragr. praeced. num. r. mordicus priori dicto contradixisse) unde sequitur, ut Cambia, & Recambia usurpata altero ex his modis dictis num. primo, & secundo justè, & licitè apud bonos negotiatores extiteri possint. Ita Doctores citati dicto §. praeced. num. 1.

Jam verò maxima difficultas est, An sit etiam licitus tertius alius modus; Quando scilicet praedictus Sejus correspondens utriusque, scilicet Caji, & Titii nihil aliud habeat, nisi ipsum creditum Titii contra Cajum.

4. Et difficultas consistit in eo, An tunc Cajo possit Sejus vendere, vel mutuare, vel ad Cambium solvendum Panormi, dare il-

lum creditum, quod certè etiam, & ipsum est pecunia virtualis, sicuti cetera alia credita, qua virtuali pecunia habita, vel per emptionem, vel per Recambium, vel quocunque simili tandem modo à Cajo, idem Cajus, seu Sejus, ut Caji correspondens, solvat primum Cambium, illudque extinguat, sicuti modo nunc primo extinguere idem Cambium potuit Sejus, mutuando, vel dando ipsi Cajo ad Recambium, credita, quae erant alia ab hoc credito primi Cambii, quod nunc primo solvendum, seu extinguendum est Placentiae.

5. Et quidem aliqui, quos non nominat Delugo, & affirmant, licitè posse, Primò, a Delugo quia etiam illud creditum est pretio aestimabile. Quare sicuti illud posset vendi, mutuari, dari ad Cambium aliis, sic poterit Cajo, seu ejus Procuratori: quo habito, quasi habita pecunia, poterit Cajus primum Cambium solvere.

6. Secundò, quia Sejus Procurator Titii, posito, quod in sua potestate est hoc creditum, de quo disponere potest, jam habet fidem, qua tantundem ab alio Tertio mutuari posset; ergo jam est potens dare Cajo pecuniam, quae non sit ipsummet creditum, quam potentiam satis esse, docet Lessius, l. ad b. Less. lib. justificandum hoc Cambium. 2. c. 23.

7. Verum ipse Delugo, e cum quo sentio, n. 61. & Patres Sacrae Congregationis apud eundem, nolunt, id tanquam licitum admittere, l. c. Ratio potissima breviter est, quia, quamvis ejusmodi creditum contra Cajum possit aliis vendi, vel dari ad Cambium, non tamen potest ipsi Cajo debitori, seu, quod nunc idem est, praedicto Sejo, qui est correspondens dicti Caji debitoris. Id autem probatur facile, nam ex hac donatione, seu venditione confurgeret in Cajo Jus Justitiae ad seipsum, quod est impossibile, cum Justitia essentialiter sit ad alterum. Sequela probatur, quia sic Cajus emeret creditum contra seipsum; emeret enim Jus exigendi illam pecuniam à se ipso: ergo confurgeret Jus Justitiae contra se.

8. Quod si dicas, emere ejusmodi creditum, nihil aliud esse, nisi ipsi Cajo remitti debitum, sanè tunc aliud fortius argumentum sic urgebit: Emerè hoc creditum nihil est aliud per te, nisi remitti à Creditore debitum, seu haberi illud pro soluto. Ergo, si hoc jam est solutum, seu extinctum debitum

cambii, nihil postea poterit solvi, seu extingu, quia jam supponis per hanc remissionem omne debitum esse solutum & extinctum: non poterit enim solvi, quod jam antea solutum fuit.

9. Confirmatur, quia cambium est essentialiter permutatio pecuniae cum pecunia, ergo duplex intervenire debet pecunia, sive realis, sive saltem virtualis, seu in credito, nimirum altera, quando, altera, quam recipio: sed in casu nostro unum est creditum, atque adeo una pecunia; ergo tunc non permutabitur una pecunia cum alia, ergo non erit cambium; ergo neque haec remissio erit solutio cambii.

10. Dices: Esto haec sit mera possessio, atque adeo non sit solutio vera cambii: satis nobis est, quod jam per dictam remissionem extinguatur primum cambium; hoc autem extincto, accipiet immediatè postea Cajus, seu Sejus, ut Caji correspondens pecuniam ad secundum cambium, seu ad Recambium solvendum Panormi, nam volet voluntariè ex gratitudine solvere capitale, & lucrum primi cambii, licet sibi immediatè antea remissa, quae est doctrina Naldi allata à nobis supra paragr. secundo, nu. sexto.

11. Respondeo, id speculativè aliquo tandem modo defendi posse, non adeò sum hebes, ut non videam: tamen negare non potes, esse difficillimum, & incredibile, ut ejusmodi modus serio, & non palliatè ad regendam usuram fiat; nunquam enim mihi persuadebis mercatorem, seu campforem suo inhiantem lucro, seu Sejum prædictum nomine campforis, ex vero animo remittere totum creditum. Nec item mihi persuadere poteris, inopem campfarium velle retrodonare pecuniã, quae sibi remissa est, quamque immediatè antea, ut sibi remissam acceptarat, velleque, se constituere debitorem ejus pecuniae, cujus solutio ipsi condonata jam fuit.

12. Ad rationem contrariæ opinionis allatam nu. 5. jam patet, quia illud creditum est vendibile alteri, non verò ipsi Cajo debitori.

Ad allatam verò nu. sexto, facile respondetur, nam esto, possit dictus Sejus mutuo accipere ab aliis, at de facto non accipit, sed vendit, seu dat Cajo illud ipsum creditum, quod habet contra eundem Cajum: id, quod jam inane prorsus esse ad effectum, de quo loquimur, probatum est. Lessius ergo dicto

nu. septimo allatus, si admittendus est, debet intelligi sano modo, nimirum, quod sufficiat posse pecuniam mutuari, sed cum effectu, ut scilicet re ipsa mutuetur.

13. Verum objicies contra hanc doctrinam nostram sic. Multi Doctores vocant probabilem opinionem affirmantem, cum uno illo credito posse exhiberi totum hoc negotium, multò magis, quia haec sententia dicitur approbata à Pio V. pro Bononiensibus, ergo non est, cur illa rejici, etiam in praxi possit.

14. Respondeo. Nec Pius Quintus, nec Doctores, qui nominatim citantur pro sententia affirmante loquuntur de nostro casu, sed expressè de casibus, seu modis cambiendi numero primo, & secundo allatis, eosque solum approbant Doctores, quos ego legere potui. Quare nihil contra nostram Doctrinam evinci auctoritate illorum potest. Verba aliquorum ex iis in medium proferantur.

15. Et quidem incipiamus à verbis Pii V. quae, ut Italicè fuerunt data ad Bononienses, ejusmodi sunt: *Che ogni persona possa dar danari à Cambio, e fare, che le lettere siano recapitate sopra essi datari, e così tenerli su à Cambio, fin che saranno rimborsati da chi haaveri à preso i danari.* Haec Pius. Qui approbat quidem cambium, & Recambium, sed nihil statuit de modo cambiendi, sive de primo, sive de secundo, sive de tertio paulò ante à nobis insinuat; id enim reliquit Theologis decernendum.

16. Quoad Doctores, sufficiat afferre verba trium, qui magis apparenter alicui videri possent esse contra nos. Primus quasi agmen ducens sit Lessius. a Verum ejus verba sunt hujusmodi: *Si hoc Cambium esset injustum, id ideo esset, quia Campfarium non habet pecunias eo loco. At sufficit, si habeat in credito apud Amicum, qui eas ibi det mutuo, vel ad Cambium, ut rectè docet Navarrus.* Haec ille. Notas? in Credito, dicit, apud Amicum, qui eos det mutuo, nunquam verò dicit, in eodem credito.

17. Secundò, solet citari Marcus Serra. b b Mart. At ipse sic habet: *Probabile est, licitum esse cambium, quòd dirigatur ad locum, ubi Campfarium, in 2. 2. q. nec ullam pecuniam, nec fidem, nec correspondentem, aut Procuratorem habet, sed campfor exhibet campfarium suum Factorem, qui pro illo respondeat, & solvat ex pecuniis ipsiusmet campforis, & postea eandem pecuniam per aliud cambium remittat, &c.*

Vides? Nihil de nostro casu circa illud unum

num creditum, nam ex pecuniis ipsius Campforis, dicit, qui est primus Cambiendi modus allatus, & approbatus à nobis n. 1. non vero dicit, ex illo solo credito, qui est tertius Cambiendi modus à nobis n. septimo reprobatus.

18. Terriò, citant aliqui à Dianam. Sed ejus verba dictæ primæ partis, sic leguntur. Si Campfor mittat literas ad proprium Factorem, quibus mediantibus, ex pecunia sua, vel aliena Factor ille Cambium ab ipso factore collatum persolvat, debito illo per alias literas ad eundem rursus remissio, cur non licebit eidem Campfori, ut ex sua propria pecunia illud similiter persolvatur?

Hæc ibi. Deinde vero in dicta parte nona loc. cit. eandem doctrinam ita confirmat, ut profus nihil aliud addat præterea: proponit enim in hunc modum: An licitum sit Cambium, quando Responsor ex pecuniis ipsius Campforis extinguit primum Cambium, modo, quo dictum est in prima parte? Et sic respondet; Negativam sententiam probabiliorē esse existimavi loco citato, & consulendam: affirmativam tamen probabilem esse dixi. Hæc ille. In quibus locis nihil de casu, de quo nos loquimur.

19. Dices, ergo Diana tibi ipsi repugnat, nam alibi docet, Correspondentem Campforis posse esse pauperrimum. Si ergo potest esse pauperrimus, nihil aliud habebit, nisi unum illud creditum Campforis, quo scilicet totum hoc negotium expediendum sit.

20. Respondeo, Dianam tibi non esse repugnantem, nam statim addat, Dummodo substantialia supradicta Cambii ratio Correspondens efficiat, literasque mittat, & alia necessaria faciat. At supra, tanquam necessarium, poscit, ut Correspondens, saltem pecunia Campforis, vel ab altero mutuata, solvat primum Cambium; quo pacto vides, ipsum correspondentem posse esse. Imo pauperiorem, nam non propria, sed aliena pecunia (at certe nunquam ex illo uno credito) extinguere primum Cambium poterit.

21. Hæc pauca sufficiant, ut diligenter adverteas, hominem Theologum, qui questionum apices non desiderat, nec accuratè distinguat, facile labi; dum, quod unum legit probabile, confundit cum alio, quod ejusmodi fortasse non est. Id timeo, ne occurrat in Tractatu de Cambiis, nam dum legis, multos

Auctores citari pro approbantibus Cambium ad Nundinas expediendum à Correspondente Campforis, etiam pauperis, putas, citari item pro eo casu, quo non nisi per illud unum creditum ejusdem Campforis, modo à nobis explicato, & rejecto, expeditur. Prudentius igitur Delugo loco citato, cum aliquos Doctores afferat approbantes ejusmodi Cambium, signatè notat num. 77. illos docere, esse id licitum cum aliquibus moderationibus, inter quas profectò hæc, de qua hætenus disputavimus, præcipuum locum tenere debet, ut scilicet habeatur alia pecunia, sive realiter, sive æquivalenter, præter ipsum unum creditum, quod est contra Campfarium.

§. V.

Praxis, quoad eos, qui utuntur opera alterius, ad expedienda Cambia, & Recambia.

1. Posita jam nostra sententia, practicè omnino sibi sapienda, sic, claritatis gratia, quotidianum casum proponamus, & dissolvamus.

2. Vidua, vel quilibet non Mercator dat viro indigenti v. gr. Cajo, centum aureos ad Cambium, sive Neapoli, sive Placentiæ, sive alibi solvendum; & quia neuter habet ibi Correspondentem, confugiunt ad hominem, v. g. nomine Antonium, hic Panormi existentem, qui habet in illis locis Correspondentem, seu Procuratorem nomine Sejum, & rogant, ut ipse Antonius acceptet, dirigatque dicti Cambii negotium. Annuit Antonius, format literas juxta formulas Cambii, & mittit ad suum dictum Correspondentem Sejum, idque nomine Viduæ, & Caji prædictorum sic volentium, qui Sejus acceptat, solvit, remittitque Recambium. Tunc autem, cum Antonius, cum Sejus licitè pro suis laboribus consuetas acquirunt provisiones. Potestne igitur sine injustitia, vel peccato adiri prædictus Antonius, quicumque tandem is sit, & quemcumque habeat Correspondentem?

3. Respondeo, esse benè ex prædictis distinguendum. Si enim Antonius, ejusque Correspondens sint viri locupletes, vel qui habeant alia contra alios credita, licitè, & justè ad eorum operam confugietur: sed injustè,

Cccc 3 & il-

& illicitè, si sint ita pauperes, ut non habeant alia credita, de quibus disponere possint, nisi illud illius Viduæ. Ratio ex proximè allatis ducenda est. Nam, si habent pecuniam, vel alia credita, potest Correspondens in primo Cambio, & Antonius in Recambio, vel Recambiis (quæ subinde solent continuatè fieri) mutuare pecuniam Cajo, vel eandem dare ad Cambium eidem Cajo. Potest, inquam, & de facto dat: licet enim id à Mercatoribus explicite non advertatur, cum tamen ipsi habeant intentionem expediendi Cambia, meliori modo, quod licite possunt, tacite mutant, vel dant ad Cambium, quando pecuniam, vel illa alia credita habentes, transferunt credita, & debita in libros rationum dati, & accepti. Verum, si dictus Antonius, ejusque correspondens, nec pecuniam habent, nec prædicta alia credita, non possunt, nisi illud unicum creditum, quod habent vendere, vel dare mutuum ipsi debitori Cajo, vel ejus Procuratori, quod tamen non esse aptum, ad extinguendum primum Cambium jam §. præced. probatum est.

4. Quod si ponas, Antonium pauperem, & omnino ineptum, sed Sejum correspondentem divitem, seu modo dicto idoneum ad solvendum Cambium, tunc dico, posse justè, & licite fieri primum Cambium, quod extinguere debet Sejus, qui habet, unde sed non posse justè, & licite fieri Recambium, quod debet extinguere Antonius, qui supponitur non habere, unde solvat.

5. Quoniam ergo, in nostris Regionibus, ex illis, qui hoc officium continuandi Cambia exercent, aliqui sunt locupletes, quales sunt Mercatores satis à nobis cogniti, qui Mercatorem exercent, unde, & præsumuntur habere alibi correspondentes, qui, vel ex se, vel ex ipsorum Mercatorum bonis apti sint. Aliqui vero sint satis Pauperes, qui, contra, præsumuntur, non nisi sibi similes habere correspondentes, idè ego semper consilium dedi, ut probi Negotiatores ad Mercatores illos locupletes confugerent, solitas ipsis dantes provisiones pro tali continuatione; semper enim judicavi, illicitè, atque adeo cum onere restitutionis recurri ad pauperes illos continuatores, idque propter rationem jam dictam, quia sicuti Mercatores illi præsumuntur habere pecuniam aliam, vel alia credita, sic hi pauperes non habere, præsumuntur. Hinc etiam

sequitur, ut pauperes hi continuatores non possint justè accipere provisiones, cum nullam operam utilem exhibeant, dum ad nullum Cambium reale, vel solvendum, vel finiendum concurrunt. Ut interim taceam, non semel contigisse, hos continuatores infirmæ notæ, ne literas misisse quidem, sed ad suum arbitrium domi conscripsisse, quas voluere: quæ ratione illud Cambium siccum, & usurarium fuisse, vel cæcus videt.

6. Atque ex his etiam cognita nobis est praxis, quam hic declarandam non multò ante promisi, quæ ratione scilicet se gerat Vidua, & quicumque homo non magnæ litteraturæ, qui non cognoscunt tot conditiones, quot in Cambio justo intercurrere debent. Dico enim prudenter, & sine rationabili scrupulo hos posse dare ad Cambium Mercatoribus locupletibus, nec manifestè malis, qui sub sua cura recipiant expedire ea, quæ sunt necessaria ad Cambium, & Recambium: & de hoc modo dicam clarius §. 7.

Dico item, te posse dare ad Cambium cui-libet, confugiendo tamen promittendis, remittendisque literis, non quidem ad illos inopes continuatores, sed ad prædictos Mercatores, qui hæc negotia Cambiorum exercere solent, quia sic prudenter præsumere potes, hos, ut expertos non errare, & ut bonos, nolle fallere in conditionibus necessariò ponendis, ac denique, ut divites, habere, unde Cambia prædictis duobus illis modis licitis solvant.

Dices. Delictum nunquam est præsumendum, ergo cur ergo debeam præsumere illos, quamvis inopes Continuatores delinquere, & injustam praxim solvendi cambia exercere? judicabo bonos, & bona fide ad eos, eorumque correspondentes confugiam.

7. Respondeo, Delictum nunquam est præsumendum, ut hominem ad aliquam penam condemnem. At, ut meæ conscientiæ consulam, & ut certò, & justo titulo lucrum ex alienis pecuniis accipiam, debeo non sub dubio, sed certò Justitiam cognoscere, quæ certitudo hic, spectata illorum inopia, non adest. Et quidem magni momenti est prædicta ratio; non enim ego possum (ut alibi fuisse dictum est) mihi sumere rem certò alienam, ab alio possessam, si dubitem esse meam, quia illi faveret possessio: ergo, neque ego possum lucrum ex pecunia, quam alius certò, ut suam, possidet, mihi sumere, prætextu Cambii,

si, de quo dubito, an sit verum, & iustum, atque adeo, an adsit mihi verus titulus sumendi.

8. Respondeo Secundò, delictum non esse presumendum in dubio, & quando non adest evidens conjectura delicti, at nunc videor satis prudenter dubitare, spectata paupertate dictorum Continuatorum, ipsos alia credita non habere, de quibus disponere possint.

9. Dico (de quo disponere possint) nam etiam si habeant credita aliorum, qui pari modo ad ipsos confugerunt, si tamen eorum creditorum ipsi non sunt Domini, nec à Domino liberam habent potestatem, de iis disponendis, qua ratione ea credita valent aliis vendi, vel dari? certe nulliter dabuntur. Quod si eiusmodi Correspondentes, quamvis pauperes de prædictis aliorum creditis disponere ex Dominorum voluntate possent (quod in his pauperibus non est presumendum) jam non essemus in casu, tunc enim jam alia credita haberent, quæ dare possent ad Cambium, vel mutuare, &c.

10. Denique propter hæc, & similia, viri timorati sanum illud consilium dant, ut in contractu Cambii, qui solet coram Notario celebrari, semper scribatur nominatim persona, quæ officium agit correspondentis, & in casu mutationis, ut Campsor obligetur mutationem Campsario notam facere, aliumque qui supponitur, nominare; nam hoc modo facile cognoscetur, an is apertus sit, ad prædictas necessarias translationes dati, & accepti, de quibus dictum est, peragendas.

§. VI.

De pactis, quæ solent apponi in Contractu Cambii.

Pactum de poena ex Mora.

Primum pactum solet esse, ut si Campsarius sit in Mora solvendi Cambium, idque sua culpa, teneatur solvere Campsori interesse lucri cessantis, & damni emergentis juxta legitimas regulas ejusmodi lucri, & damni. Quæres igitur, an licitum sit ejusmodi pactum?

Respondeo, esse licitum, ex *Lessio*, quia Campsor ex culpa aliena damnum pati non debet. Adverte tamen id, quod supra *b. mo-*

nui, jam nunc id esse consuetum in praxi, ut Campsor ex conventionione cum Campsario suscipiat apud se curam solvendi, & finiendi Cambium, quare, hac conventionione posita, nihil ex prædicta Mora debebitur Campsori, quia nulla culpa est in Campsario.

Pactum de obligatione ad Recambiandum.

2. Secundum pactum esse solet, ut, si elapso tempore solutionis, Campsarius sua culpa non solvit in loco condicto, quod debet, obligetur ad Recambiandum, id est, ad accipiendam eandem summam ad Recambium, quâ summam solvat primum Cambium. Quæres igitur, an id pactum sit iustum?

Respondeo, esse iustum, si ex ejusmodi Recambio Campsor tantum habeat, quantum verè ex Mora solvendi, ipse cessat de lucro; secus iustum non esset, quia esset onus superadditum. Ita *Lessius*, & *Recole* tamen iterum, c. *Lessius*, conventionem, quam modo recolui numero *lo. c. n. 83.* præcedente, qua scilicet Campsor suscipit sibi obligationem ad curandum de Recambio,

Pactum de continuando Cambio.

3. Tertium pactum esse solet, ut postquam literæ à correspondente redeunt, Placentia v. g. Panormi cum Recambio, si Campsarius pecuniam debitam numerato Panormi non solvat, intelligatur iterum fieri tertium Recambium, & sic continuare, &c. Quæres igitur, an hoc pactum sit iustum?

Respondeo, iustum esse pactum, si fiat de lucro, quantum Campsori cessat, vel quantum eidem emergit de damno, quantum nimirum acquisisset, si alteri dedisset suam pecuniam ad Cambium, vel deductis deducendis, alias negotiationes intravisset. Campsor enim non debet suis lucris privari ex culpa Campsarii. Dices, ergo nunquam hæc executio haberi poterit, & recuperari suum à Campsore: quia, semper Campsarius dicit se bene satisfacere per novum Cambium. Respondeo. Nego consequentiam: nam, ut colliges ex dictis §. 2. Campsor libere celebrat novum Cambium; quare poterit illud non celebrare, & consequenter Recambium non facere, & sic poterit cogere Campsarium ad reddendum numerato Capitale, & lucrum inde acquisitum.

Pactum

Pactum de solvendo in eodem loco.

4. Quartum consuevit esse, ut non solvatur Cambium in loco, ubi destinatur solutio, sed omnino in eodem loco, ubi datur, v.g. in exemplis supra positis, non Placentia, sed Panormi. Quæres igitur, an hoc pactum sit iustum?

Respondeo, hoc pactum nimis clare esse iniquum, quia destruit naturam contractus *a* *Supr. c. 4* Cambii, ut satis dictum est supra; *a* quod *ta. s. 2. nu. 7.* men quasi in proprio loco hic, ubi de pactis *b* *hoc c. 5.* agimus, fuit iterum recolendum. *b* *l. 1. nu. 14.*

Pactum, ut pars soluta intelligatur de lucro.

5. Quintum pactum, ut non obligetur idem Campsor sumere partem pecunie, quam campfarius forte dabit campfiori, computando in capitale, sed possit dictus campsor computare in lucra capitalis, seu cambii, donec omnia lucra solvantur. Quæres ergo, an hoc pactum sit iustum?

Respondeo, affirmative, quia, quando debetur radix, & fructus ex radice procedentes, solutio prior censetur facta pro fructibus, *Lege prima C. de solutionibus*, immò, etiam si ejusmodi pactum non fieret explicitè, tamen saltem ex praxi communi, jam implicitè fieri semper illud intelligitur, ut notat *b* Delugo.

b Delugo
d. 28. de
Iust. nu.
106.

Pactum de adjiciendo lucrum Sorti.

6. Sextum pactum esse solet, ut donec re ipsa, & numerata pecunia solvatur totum capitale, & lucra, capitale secundi cambii, quod campfarius, seu ejus Procurator accipit à campfore, vel ejus Procuratore possit conflari, non solum ex summa, quam campfarius accepit in loco, ubi primum cambium institutum est, sed etiam ex lucro talis cambii, & rursus, ut in tertio cambio idem fiat, & idem in quarto, & sic deinceps, uno verbo, ut superaddatur lucrum sorti, donec, ut dixi, totum capitale, & lucra omnia numerario solvantur. Quæres igitur, An hoc pactum licitum sit?

7. Respondeo, licitum esse, ut habet *De Delugo* lugo, & quia jam lucrum cedit campfiori, qui *h. n. 102.* campfor potest ex eo conflare summam capitalis ad suum libitum, & sic aliis dare ad cam-

bium, quare non est ratio, cur non possit, simili modo, dare huic campfario. Illud advertit, id non procedere, si ab initio pactum institutum fuerit, ut solveretur interesse, & lucrum totum in fine totius cambii, tunc enim, cum nondum ejusmodi lucrum esset acquisitum, campfor, non posset ipse illud adjicere sorti, ut per se patet, & idem Delugo notat.

Pactum de solvendis Provisionibus.

8. Septimum pactum esse solet, ut campfarius solvat Provisiones. Quæres igitur, an hoc pactum sit iustum?

Respondeo. Si pactum fiat, ut campfarius solvat ea, quæ debet ex opera, quam correspondens, vel quilibet alius suscipit pro ipso campfario, equum est pactum, ut patet. At iniquum erit, si fiat, ut idem campfarius obligetur solvere operam, quam dictus correspondens, vel quilibet alius suscipit pro campfore; hanc enim correspondens exigit ab eodem campfore cui servit, si alias stipendium non habet, non à campfario. In quatuor autem videtur correspondens suscipere laborem, & operam in gratiam campfarii, pro quibus dictis correspondens poterit suas provisiones legitime taxatas, vel usu ipso approbatas à campfario accipere; Primum, quando nomine campfarii acceptat ejus literas Placentia.

Secundò, quando quærit, & invenit pecuniam ibi ad secundum cambium, ut primum solvat.

Tertiò, quando illud solvit. Quartò, quando literas ad campfarium remittit Panormi. Porro, ejus summae sint hæ provisiones diximus supra, & legi potest Lessius, *f* qui *e* *Supra l. 3. nu. 1.* pro more variorum locorum varia esse ejusmodi pretia erudite demonstrat. *f* *Lessius l. 1. nu. 1.*

Pactum de executione in personam, & bona Campfarii.

9. Octavum pactum solet fieri, ut, si non solva campfarius id, quod debet, intelligatur, non solum fieri novum cambium, & contrahatur Recambia, ut modo *n. 3.* dictum est, sed etiam ut possit idem campfor in campfarii personam, ejusque bona legitime executionem exercere, vel curare, ut in carcerem con-

iciatur,

jiciatur, &c. Id certè Notarii solent clausula notare. Et currentibus, vel non currentibus Cambiis, possit nihilominus is, qui dedit pecuniam cogere recipientem causando executionem contra ipsum, vel eum carcerando, &c. Quæres ergo, an hoc pactum sit iustum?

Respondeo clarissimè injustum esse pactum. Ratio est, quia, si currunt cambia, & Recambia, jam campfor est per illa satisfactus: per recambium enim solvitur cambium præcedens, & per recambium secundum satisfactio recambio primo, & sic de cæteris fortè consequentibus. Quia igitur Justitia campfor jam satisfactus potest pro soluto debito campfarium compellere?

Pactum de dando Pignore.

10. Nonum pactum solet celebrari, ut campfarius det Pignus, vel Fidejussorem, vel utrumque. Quæres ergo, an id sit iustum?

Respondeo. Pactum hoc esse licitum, ac iustum, memini me dixisse superius, a quia quilibet suum negotium exercere, quam securissimè potest. Ibidem tamen monui, injustum esse, si tunc velit campfor lucrari aliquid titulo periculi, quando enim pignus habet, periculo non substat, unde ergo ex hoc capite aliquid poterit exigere? In hoc igitur casu, quando accipit pignus, vel similem certam securitatem, ex aliis titulis lucrum accipere poterit; ut ibidem dictum est. Si campfor nolit pignus, sed ipse affecuret, accipiendo in se periculum, ut item, si apud correspondentem fidejubeat pro campfario, aliquid posse recipere, inuinius etiam superius, & videri potest Delugo. b

b Delug. d.
23. de Just.
n. 124.

Pactum de pretio lucri.

11. Decimum pactum solet esse, ut detur lucrum cambii ad pretium fori, quod curret tempore solutionis, non vero ad pretium, quod fortè tunc curret, quando datur pecunia. Quæres igitur, an id sit iustum?

Respondeo, si res est incerta pro æquali periculo campfarii, & campforis, dubium scilicet sit, an pretium decrescendum, an crescendum sit, iustum esse pactum, quia par periculum; at, si certò sciatur de incremento, vel decremento, vel totum pactum sit in favorem campforis, injustum esset, quia tunc, vel esset

Tamburinus de Sacramentis.

injustitia pro alterutra parte; vel, nimis supra meritum, faveretur campfori.

Pactum de accipiendo Correspondente.

12. Undecimum denique est, ut campfarius obligetur acceptare pro suo correspondente eundem, qui est correspondens campforis, sed de hoc dictum est satis supra.

c Sup. §. 2.
n. 3. & §. 5.
num. 4.

§. VII.

De Vsu Cambiendi per alium.

1. Duplici id modo consuevit usurpari. Primò, si tu, quicumque sis, sive vidua, sive pupillus, uno verbo non Mercator, des immediatè tuas pecunias ad cambium alicui item non Mercatori, & ex utriusque consensu conveniatis, sive Mercatorem aliquem, sive continuatorem, ut supra vocavimus, cambiorum, qui vobis provideat de correspondente in loco distanti, in quo solvendum est cambium. Correspondens vero acceptet, scribat, omniaque absolvat, & de hoc modo sufficienter diximus §. quinto n. 6.

Secundò, si tu quicumque item sis, des Titio Mercatori, seu campfori tuas pecunias, ut ipse, cum tuo moderato lucro, & suis consuetis provisionibus, illas tradat ad cambium fortè petentibus: quare tu nihil agas, sed solum contribuas pecuniam; ipse autem Mercator tanquam tuus socius, cambia, & recambia instituat, finiatque. De hoc posteriore modo hic breviter agendum erit.

2. Dico Primò, certum est (sunt verba Joannis d' Delugo) peccare eos, qui dant pecunias suas campforibus, ut lucrentur per cambia, & participant de lucro, si sciant, vel timeant, campforem daturum esse ad cambia illicita, & Usuraria; secus, quando credant non nisi ad cambia licita daturum. Hæc ille. Nota illud (si timeant) utique rationabiliter; id, quod confirmat ea, quæ dicta sunt paulò ante §. quinto de cambientibus per pauperes illos continuatores, &c. Posita autem Idoneitate Mercatoris.

d Delugo
d. 28. de
Just. n. 13.

3. Dico Secundò. Ut facilius suum etiam determinatum lucrum sine scrupulo, & certò habeas, quando per socium, quasi per mediatorem exercere vis cambium, securus erit modus, si cum dicto Mercatore tres contractus

D d d d (qui

(qui possunt sanè fieri, siue in una, siue in pluribus Scripturis) in eas: In primo celebres contractum Societatis, in quo tute obligas tantam pecuniam exponere, ille suam industriam confert (de hoc contractu Societatis suo loco latè agemus inferius) In Secundo, ille se obliget, ad assicurandum tibi capitale. In Tertio, ille idem se obliget, ad assicurandum tibi aliquod moderatum lucrum; pro his tamen oneribus in Secundo, & Tertio contractu impositis Mercatori, dabis ipsi aliquam moderatam Mercedem. Ex figuratione casus res fiet clarior. Tu centum v. g. aureos exposis Societati, Mercator, seu socius promittit, se eos negotiaturum per annum, dando illos ad legitima cambia, & recambia. Suppone autem, quod Iudicio prudentis viri in prædictis recambiis sint acquirendi ex lucro, aurei triginta, rectè ex vi primi contractus, qui est puræ Societatis, ex hoc lucro tibi cedunt quindecim aurei, quindecim vero cedent Mercatori socio. At vero pro Secundo, & Tertio contractu, per quos Mercator tibi assurecur dictum capitale, ceterum aureorum, & aliquod determinatum lucrum, debet idem Mercator aliquid habere pro hac assuratione, quā pro te suscipit. Habeat ergo aureos quinque, quos retinebit sibi ex lucro quindecim aureorum, qui tibi cedere debebant vi primi contractus Societatis, nam hinc fiet, ut tu deniq; habeas securum tuum capitale, & aureos decem de lucro, ille vero habeat aureos viginti.

4. Hunc modum negotiandi esse licitum, ex eo patet, quod singuli illi contractus seorsim celebrati liciti sunt, ergo etiam, & unitim, quia unio non mutat, unde, nec vitiat naturam contractus, ut fufius probabitur in citato Tractatu de Contractu Societatis.

5. Quod autem etiam hic possit accipi in maiorem tuam securitatem pignus, probat eadem ratio, quam supra §. 6. n. 10. diximus, & in hoc casu, de quo hic loquimur, signatè, concedit Delugo.

a Delug. d.
30. de iust.
n. 51.

6. Præterea quantum sit hoc lucrum, quod tibi tandem cedere debeat melius Mercatores sine fraude negotiantes decernere debent omnibus circumstantiis expensis, quam possimus nos Theologi. Et merito quidem Molina b notavit, in his negotiis stari debere praxi Mercatorum, quia melius ipsi noverunt Iustitiam pretii in cambio, quam Theologi. Maxime autem ad id decernendum, valet, si utrique

b Mol. d.
307. alla-
tus à Delu-
go d. 28. de
iust. n. 5.

Socio commodum sit in tali Negotiatione tale pretium. Nam illa est æstimatio recta (ait in simili Valentia c) quæ est prudens, & ea est prudens, quæ utrique parti comoda est. In- d. 1. q. 2. tellige, in negotiatione dicta ex se iusta. p. 2. v.

Denique quatuor consideranda hic esse, præter Regulas generales, ad determinandum ab ipsis Mercatoribus dictum lucrum ex cambio, rectè admonent Theologi.

7. Primo, ut asscuratio capitalis non debeat magni, sed moderatè æstimari. Ratio est, quia Mercator non solet dare illas pecunias à te cambio expostas, nisi personis securis; Sed, quia adest nihilominus aliquod periculum, quod illæ eadem personæ, vel sint infideles, vel decoquant, idèd aliqua mercede dignus omnino erit.

8. Secundò lucrum, quod speratur futurum ex tali pecunia, non sumatur summum, nec infimum, sed medium; cum non sit major ratio, quod futurum sit summum, vel infimum, unde æquitas dicitur, ut sumatur medium. Et profectò ab experto, & probo viro non aliud, quam medium decerni solet. Vide, quæ dicam, mox n. 13. & 14.

9. Tertio, debet perpendi etiam labor, & industria correspondentium, quibus debetur, sua provisio, ut omnibus prudenter consideratis, quantum lucri ex exposita pecunia superfit, mensuretur.

10. Quarto, quia hæc conventio per dictos tres contractus, quæ certè fieri potest, non solum cum Mercatore ad exercenda cambia, de quibus hic agimus, sed etiam cum quocunq; negotiorum gestore, vel artifice, vel professore cuiuscunque officii, de quibus agemus suo loco in citato Tractatu de Societate, idèd universaliter docent Theologi, quantum debeat esse ejusmodi lucrum, colligi debere ex natura negotiationis, ex gravioribus periculis, quæ timeri possunt, ex majoribus, vel minoribus expensis, & breviter ex variis variorum negotiorum circumstantiis, plus enim lucratur quis, si det operam emendo, vendendoque siumento, quam vino, quam panis, quam lignis, & c. plura pericula, si extra Regnum, quam in Regno agatur negotium, majores expensæ, si conducendæ sint naves pro longiore navigatione ad transportandas Mercas, quam pro breviori, & c. Nam propterea rectè Bonacina, d cum supposuisset, posse licitè exposci pro lucro quinque pro centum, ad- dicit

didit n. 6. In conventionem trium contractuum posse plus exigi, quo negotiatio majorem fructum afferit. Scortia autem supponit, tum in cambiis, tum in aliis negotiis posse, per hos tres contractus, pro singulis centenariis capitalis, acquiri lex ob lucrum; sed certe id loco exempli dixit, nam ceterum, si negotiatio ejus est conditionis, ut plus lucri pariat, cur plus lucri acquiri non possit, quod si ejus est conditionis, ut pariat minus lucri, quatuor fronte plus lucri corraderet, non dubitas?

11. Ex his igitur universaliter dictis collige, idem esse considerandum in casu nostro. siquidem cambii lucra pro locis distantibus, vel propinquis, pro civitatibus, ubi adest pecuniarum copia, vel inopia, pro variis aliis circumstantiis majoris, vel minoris pretii pecuniarum, cambii, inquam, lucra majora esse possunt, vel minora, & juxta has circumstantias, demptisque iis, quae demi pro Provisionibus solent, sunt mensuranda, sive ad quinque, vel ad decem pro centum, sive ad minus, vel majus, &c. Et ita observant ad unguem probi Negotiatores; nam in Nundinis supradictis taxari solent cambiorum pretia consideratis praedictis omnibus circumstantiis, unde videmus, non semper idem constans esse lucrum, ut, vel mediocriter experti in hac negotiatione probe callent.

Praxis trium contractuum in Cambiis.

12. His itaque quasi theoreticè explicatis, ad praxin horum trium contractuum exhibendam in cambiis, maxime faciet, si formulam hic legas, qua solent Negotiatores Genuenses illos ulupare, eam autem ponit ad verbum idem Scortia loc. cit.

Contractus hujusmodi (inquit) est frequentissimus, & admittitur, ut justus, a confessoris, tam in cambiis, quam in aliis negotiationibus, sub hac, vel simili forma.

Io Titio in virtute di questa dico, haueri riceuuto in Cartolario 25. di argento da voi Sempronio scudi diecimila, quali prometto, e mi obbligo negoziar sopra Cambii reali delle fiere di Piacenza, o di quei lochi, done per la natione nostra, si faranno dette fiere, per Melano v. g. ad utile vostro, sotto mio nome, rischio, pericolo, e spese per un anno, cominciato in pagamenti di Agosto di questo anno, e da finire in pagamenti d' Agosto del seguente 1621. Al qual tempo prometto, e mi obbligo, restituire detti dieci mila scudi con tutti li

guadagni, e beneficii, che sopra essi faranno fatti. Il qual pagamento però si fara in quella qualita di moneta d' argento, o d' oro, che all' hora si pagheranno li cambi di dette fiere: obligando per cio mia persona, e beni sotto hypotheca. Dichiarando, che per il sudetto tempo, e quello di più, che restassero detti denari appresso di me, habbi da pagare a voi Sempronio, per conto di detti guadagni, & utili, a ragione solamente di sei per cento v. g. l'anno, essendosi così convenuti che tutto quello, che potesse essere di più delli sei per cento, netti di ogni spesa spetti a me per la sudetta promessa, che faccio di negoziarli, o fare negoziare sopra cambii a detto mio rischio, pericolo, e spese. E quando rendessero meno delli detti sei per cento l'anno, senza contarli spesa alcuna, ragionando li cambii, come saranno li conti, cioè a Milano per fiera, & in fiera per Milano, s'intenda non hauere io da pagare, se non quel tanto hauessero risposto, o risposto desiro, che così habbiamo accordato, e per fede ho firmato di mia mano, &c.

13. Haec Scortia. In hac autem ultima clausula, in qua decernitur, si lucrum non ascendant ad sex pro centum, sed sit minus, minus esse solvendum, ponitur, & servatur in hac formula, ad majorem securitatem conscientiae, nam ceterum, si sincere, omnibus expensis, est aequale dubium, ut lucrum futurum sit majus, vel minus, prudenterque sine furo, & fallacia antea decernatur medium quid certum, v. g. dicta sex, semper poterunt sex accipi, ut paulo superius b innui, & in simili docui lib. c. 8. in Decalog.

14. Apud nostros negotiatores solet hoc lucrum cambii, non quidem initio ipso, quo celebratur cambium, sed postea, quando finitur, decerni, nam tunc certò scitur ex continua relatione, quam solent habere Mercatores, quanti valuit lucrum in loco solutionis cambii, & secundum illud, dempti demendis, statuitur, quantum remaneat pro eo, qui initio pecuniam subministravit. Illud aliqui ex iisdem, qui pecuniam exponunt, ad majorem conscientiae quietem, addunt, modo lucrum non excedat ad rationem decem pro centum. Si enim excedat, hi timorati expositores nolunt illud excessum exigere, sed relinquunt in utilitatem praedicti Socii, seu Mercatoris.

Hactenus de cambiis, nunc elanguentibus, ex aestivo calore, viribus, non nihil quietis defesso calamo concedamus.

FINIS TRACTATUS TERTII.

Dddd 2

TRA-

b Supra §.

1. n. 19.

c Lib. 8.

Decal. Tr.

3. §. 7. n. 2.

TRACTATUS IV. DE LOCATIONE ET CONDUCTIONE.



Uemadmodum unus, idemque est Contractus Emptionis, & Venditionis, differuntque solum per diversam relationem; tu enim dicis vendere, v. grat. equum Petro, Petrus autem emere; ita idem est contractus a Locationis, & conductionis, licet tu dicaris locare tuam domum verbi grat. Petro, unde, voceris Locator, Petrus autem appelletur conductor, & a te dicatur domum conducere.

2. Laym. l.
3. tr. 4. c.
22. nu. 1.

1. Hic ergo est contractus, quo Locator rem, vel personam aliquam, etiam se ipsam, concedit conductori ad usum, vel fructum sub certa, iustaque pensione, seu stipendio, nullo addito injusto pacto, idque pro duratione temporis designati. Multa complectitur hæc descriptio, cujus, si omnia verba separatim explicentur, absoluta erit hæc de Locatione tractatio.

CAPUT PRIMUM.

Explicans illud descriptionis.

Contractus, quo Locator Conductor, &c.

Quandoquidem Contractus est, saltem duorum, ultro, citroque se obligantium, consequenter sit, ut Locator conductori, & hic illi obligetur in aliquo. Prins igitur de obligationibus Locatoris, tum de obligationibus conductoris hic agendum breviter erit.

§. PRIMVS.

Obligationes Locatoris.

1. Tres Locator obligationes contrahit. Primò, tradendi rem, quam locat minimè vitiatam. Secundò, faciendi aliquas expensas rei locatæ. Tertiò, solvendi melioramenta, quæ ipse imposuit facienda.

Locator ne det rem vitiatam.

Intellige, quæ non sit vitiata in ordine ad usum locandi, ne v. g. vas locatum ad contiaendum liquorem sit pertusum, ne equus ad iter

ad iter agendum sit claudus. Intellige iterum, (non monito Conductore) nam, si hic monitus rem ita viciatam sub debita iusta mercede velit, nullam recipiet, quoad hoc, injuriam. Ratio autem datæ doctrinæ est manifesta, quia sicuti inter vendentem, & ementem, ita inter Locantem, & Conducentem intervenit implicitum pactum, ut quemadmodum Conductor solvit pretium sine defectu, ita locans rem det sine vitio. Quare si das v. g. vas pertusum pro sano, omnia damna Conductori relatare a debes, quia sic damni periculum totum in te suscepisse, præsumendus es.

1. Quid si inculpabiliter Locator vitium ignoret, vel non advertat?

Respondet, Vel loquimur in foro conscientie, vel in foro externo. In foro conscientie, nulla erit culpa Locatoris, nec obligatio restitutionis damnorum, ut patet ex Regulis Generalibus alibi traditis. Duo tamen debes omnino præstare. Primum, ut quando rem advertis, Conductorem admoneras, ne longius procedat damnum. Secundum, debes à pensione solvenda aliquid demere, juxta quod minus est res utilis Conductori.

3. In foro autem externo ex circumstantiis colligendum, quid præsumi debeat de te, an scilicet ex culpa, an verò inculpate rem vitiosam locaveris. Sic à Jure b non excusatur, qui vas pertusum locat, quia non præsumitur ejus Dominus illum defectum non cognovisse. Contra, excusatur à Doctoribus is, qui agrum locat, in quo fortè herba inventa est, quæ boves veneno infecit, quia id sciuisse Dominus agri non præsumitur.

4. Huc pertinet, ne Locator det rem tributis, & oneribus subjectam, ac si talis non esset; tributa enim, & omnia onera solvi debent à Domino, & cujus est res (præsciendando vel. 2. p. l. ab aliquo iusto pacto) qui enim sentit com- 14. q. 6. m. modum integræ pensionis, par est, ut sentiat 11. Azor. onus.

5. Huc etiam pertinet, ne det Locator rem alteri, nisi ei, cui locavit. Sed in hoc casu inquirere potes: Si res eadem duobus successivè locetur, quisnam præferendus?

Respondet. Primus, si neutri data est possessio, multò magis, si possessio est apud eundem primum. Ac si possessio sit penes alterum, secundo, puto probabilius, hunc secundum esse præferendum, sicuti in pari casu secun-

das, cui tradita est rei possessio, præfertur in Venditione. Et ratio ulterior est, quia possessio ea, seu ea detentio, quam habet secundus, dat ipsi Jus ne spoliatur. Ita contra aliquos, qui contendunt, esse primum præferendum, docet Azor d. inducens quasdam decisiones Rotæ ad nostram hanc majorem ci. qu. 5. probabilitatem confirmandam.

6. Huc denique pertinet, ne Locator locet rem, de qua disponere non potest; tunc enim traderet rem, quasi substantialiter viciatam, ut ex se patet.

7. Quid si res sit æquè communis pluribus, & unus velit rem communem alteri locare, alter verò nolit?

8. Respondet. Affero Primum, valere Locationem, si socius sine iusta causa dissentiat; socio tamen debetur pars pensionis, quamvis res locetur, absque ipsius consensu, quia adhuc illa pars est fructus rei suæ.

9. Affero rursus, si alter ex dictis sociis habet notabiliter majus Jus, huic, utpote principali competere Jus locandi.

10. Affero Tertio, eum, qui vult locare rem persone honestæ, præferri ei socio, qui vult locare inhonestæ, nisi hæc plus offerat.

11. Affero Quarto, quando socii sunt æqualis Juris, & propter aliquam causam dissentiunt, vel per sortes, vel per Judicem contentionem dissolvendam fore. Lege Bonacina. e

An Locator teneatur ad expensas rei locatæ.

12. Non est sermo, quando sive tacite, sive expresse præcessit aliquod justum pactum, vel quando consuetudo iusta, & legitima Regionis est, ut Locator non solvat expensas, sed loquimur, nullo præcedente pacto, vel consuetudine.

13. Et quidem aliæ ex his expensis sunt necessariae, aliæ, licet non necessariae, sunt tamen utiles, ut si illæ factæ fuissent ad plantandam vineam in agro, &c. aliæ, nec utiles, nec necessariae, sed solum facientes ad ornatum, quam voluptuarias alibi appellavimus, ut sunt fontes, statuae, &c.

e Bonac. d. 3. de contr. q. 7. p. 1. nu. 7. alios citans.

f Lib. 8. in Decal. tr. 5. c. 3. §. 5. n. 13.

De expensis necessariis.

14. Primò ergo, si de necessariis loquamur, est distinguendum. Vel sunt necessariae ad colligendum v. g. fructus ex agro, ut est arare, fodere, metere, & has facere, pertinere ad Conductorem, non est dubium. Vel sunt necessariae ad usum, hoc est, ut Conductor possit uti re conducta, quale est reficere tectum domus locatae, vel reparare murum minantem ruinam; quale est etiam, agro necessariae fossas, & aggeres facere, ne officiant flumina, quale etiam est calceos ferreos apponere equis, ad iter agendum, quale denique est medicamenta adhiere eidem equo infirmo, ne sit ineptus ad ambulandum, &c. Et has expensas facere, seu quod expensum est, pro illis solvere, pertinet ad Locatorem, quia is debet tradere Conductori rem aptam communi usui, unde, & eam non aptam, aptam reddere. Quod si eas compensare renuat Locator, potest Conductor sibi a occulte compensare, vel sibi retinere rem locatam, donec *Inst. n. 67.* ejus usu recompensentur expensae in ea factae, *Mol. d. 496. n. 3.* quia, praescindendo à pacto, vel consuetudine, id probat eadem ratio modo dicta. Non ergo assentior Antonio *b Gomez*, putanti, *2. To. Variar. cap. 3.* has, de quibus loquimur, expensas, si modicae sunt, pertinere ad Conductorem, non, inquam, assentior, quia, si illud pactum, vel consuetudo non interfuit, eadem ratio, quae probat de expensis notabilibus, notat de modicis.

De expensis non necessariis, &c.

15. Secundò, si loquamur de expensis non necessariis, sed tamen, quae non reddant rem locatam meliorem, & utiliore, sed solum faciant ad ornatum, vel ad meram commoditatem conductoris, quas vocamus Voluptuarias, ad solvendas non obligari puto Locatorem, quia non adest ad has consensus ipsius Locatoris; sibi igitur imputet Conductor, si tales fecit expensas. Excipere autem semper debemus, nisi Locator expresse, vel tacite illas approbaverit, ut ex se patet.

16. Tertiò denique, si loquamur de expensis, quamvis non necessariis, iis tamen, quae reddunt rem utiliore, ut si Locator planteret vineam in agro conducto, &c. pari

modo non esse solvendas docent *Mol. & c. Mol. l. 1. De Delugo*, idque propter eandem rationem, & *n. 3. De ad quoddam leges*, quae huic dicto contrariae *Inst. l. 1. videntur*, Respondent iidem, eas loqui, quando adest tacitus, vel expressus consensus Locatoris, & quidem Locator tacite videtur consentire in expensis non multum gravibus, quia aequitas id requirit; praesertim, quando rem locatam meliorem per illas expensas reddidit Conductor.

17. Ego dicto libro octavo Decal. attuli eundem Delugo à alio in loco, in quo dicit, d. *Delugo* Possessorem bonae fidei (qualis certe est Locator) immò, & malae fidei posse exigere à Domino rei expensas, & Dominum obligari eas compensare, si melioramenta sint necessaria, vel utilia, non verò, si voluptuaria. Ne ergo hoc, (vel utilia) & illud, quod numero praecedente diximus ex eodem Delugo, sit sibi repugnans, intellige in priori loco ipsum Delugo loqui absolute; in posteriore hoc loqui, Domino consentiente tacite, vel expresse, nam, quia tacite Dominus consentire praesumitur, quoties melioramenta rem utilem reddunt ipsi Locatori, idèò tunc Locator solvere debet expensas in iis utilibus melioramenti factis. Ita puto, haec duo Delugo, immò, & Molinae, ab eodem citati, dicta posse conciliari.

18. Addit item idem Delugo duo. Primò, posse Conductorem ea melioramenta, de quibus nunc loquimur, sibi sumere, si sine detrimento rei conductae separari, vel extrahi possunt.

Secundò, id non posse fieri ab Emphyteuta, quia Emphyteusis ex sua prima institutione ordinata est ad meliorandū praedium: quare ad illa semper adest consensus Domini illud concedentis: atque adeò ea melioramenta sibi appropriare jure Dominus, soluto pretio poterit, ut dicam cum de Emphyteusi.

Denique lege praecitatum locum libri octavi in Decalogum, nam ibi e nonnullae *Inst. l. 1. in* inveniuntur scitu necessaria de ejusmodi melioramentis. *Decal. Tr. 3. 63. b. f.*

Locator tenetur ad expensas pro melioramentis, ad quae se forte obligavit.

19. Haftenus dictum est de melioramentis, quae ex se facit Conductor: nunc de iisdem dicendum est, quae facienda imponit Conductori

duftori Locator. In quo casu tria sunt explicanda, unum certum, duo controversa.

20. Certum est, si Locator imposuit, ut fierent dicta melioramenta non necessaria, siue utilia, siue non, idque expressè suis expensis, certum est, inquam, deberi à Locatore dictas expensas: quod sanè probatione non indiget, quia sic Locator jam consensit, immò promissit, expensas refarcire.

21. Controversum autem est Primò, An, si Locator imposuit, ut fierent prædicta melioramenta, sed non explicatum fuit cujus expensis, an, inquam, ad Locatorem pertineat, an ad Conductorem huiusmodi expensarum solutio?

22. Respondeo, Molina *a* ait, pertinere ad Locatorem. Verum Delugo *b* melius ait, pertinere ad Conductorem, & merito, quia dum Locator proponit, & Conductor se obligat ad ea melioramenta, sed etiam obligat ad ea, quæ sunt necessaria ad talia melioramenta facienda, & consequenter ad expensas; qui enim se obligat ad finem, etiam se obligat ad media necessaria. Sicuti, si te obligas ad solvendam pensionem in loco à te distante, te etiam obligas ad expensas asportationis pecuniæ ad illum locum. Semper intellige, si Conductor sustineat hoc onus, quod aliunde, siue ab ipsa utilitate fortè erucenda à talibus melioramentis, siue ex alio capite non compenstetur; si enim aliunde non compenstetur, debere id aliquo alio modo à te Locatore compensari, ipsa naturalis æquitas dicitur.

Ad ejusmodi expensas, de quibus hætenus, facient etiam illa, quæ mox dicentur paragr. sequenti à nu. 4.

Sublocator, an aliquando teneatur ad expensas prædictas?

23. Controversum est Secundò. Quid fiet, quando præter Locatorem adest Sublocator? Verum id perfigurationem casus intelliges expeditius. Petrus Dominus fundi illud locat pro quinque annis Cajo, Cajo sublocat illud Titio, qui Titius ob ipse, quam habet retinendi fundum quinque annis, pro eodem tempore, illud valde meliorat, plantando vineam, inserendo arbores, &c. Idque expendendo de suo. Accidit autem, ut primo anno moriatur Cajo Sublocator, unde resolvatur Locatio, & fundum redeat ad ipsum

Petrum. Inquiri horum melioramentorum, sanè utilium, expensis repetet ne Titius à Caji hæredibus, an à Petro, an eas amittet? Idem dubium est, si Paulus esset Usufructuarius dicti fundi per dictos quinque annos, & illud locaret Titio, &c.

24. Respondeo, hujus quæstionis resolutionem dependere ex dictis à nu. 13. Nam Primò, eas expensas valebit petere Titius, quas ibidè diximus esse necessarias ad usum, nimirum ad hoc, ut ipse Titius Subconductor uti re subconducta possit. Secundò, alias petere non valebit; sed amittet, præter illas, ad quas tacitè, vel expressè Petrus consensit. Tertiò, illas, quas petere potest, necessarium erit ab hæredibus Caji petere. Ratio primi, & secundi dicti est, quia Cajo totum ius per sublocationem transtulit in Titium. Quare Titius hoc Jure instructus poterit illas expensas dumtaxat petere quas Cajo potuisset à Petro. Cum ergo Cajo potuerit solum petere expensas, quibus expressè, vel tacitè consensit, & quibus res fieret apta ad usum, ut modo diximus, has solum justè Titius poterit, & non alias exigere. Ratio tertiè dicti est, quia idem Titius à Cajo subconduxit prædium, sed Caji personam nunc repræsentant hæredes, ergo ab his petere poterit, non ab aliis; esto idem hæredes deinde possint à Petro Domino easdem repetere. Ita intelligo responsum, quam Delugo *c* circa hanc quæstionem videtur asserere.

25. Propter eandem rationem certum est, Subconductorem immediatè debere Sublocatori pensionem solvere, non verò primo Locatori, quamvis Domino; cum Sublocatore enim ipse contractum iniit. Primò autem Locatori solvere tenebitur ipse primus Conductor. Notant tamen Doctores *d* bona *d* Mol. Subconductoris, si fortè inveniantur in domino subconducta, remanere hypothecata ipsi primo Domino; non enim est negandum, de primum Locatorem habere Jus, si non immediatè, certè mediatè contra Subconductorem.

Ex occasione innuitur, quis non possit locare.

26. Ex dictis habes, cum non posse aliquid alicui locare, qui non potest prædictas observare conditiones, id, quòd cum facillè sit, pete, si velis, à Doctore citatis, multò magis,

*c Delugo
l.c. nu. 70.
sine.*

*d Vsq. Less.
aliq. ap.
Bonac. de
contrac. d.
3. q. 7. p. 1.
nu. 5.*

magis, quia ex dictis à nobis alibi de iis, qui contractus inire possunt, facile hoc ipsum decernere, non erit difficile.

§. II.

Obligationes Conductoris.

1. **A**d tria item obligatur Conductor. Primò, ad solutionem pensionis. Secundò, ad aliquas expensas. Tertiò, ad reddendam, finito tempore Locationis, ipsam rem integrā, sicuti accepit. De singulis sigillatim.

Ex occasione innuitur quis conducere possit?

2. Eum, qui hæc tria servare non potest, vel à lege prohibetur (ut prohibentur Milites, agros conducere) conducere non posse, & eum, qui eadem potest servare, conducere posse, sic facile scitu est, sicuti modo dixi de Locatore. Quare à citatis, & citandis ea pete, si placet. Vide etiam infra. Nos, ut promissimus, prædictas res Conductoris obligationes separatim explicemus.

Conductor obligatur ad solvendam pensionem.

2. Hæc obligatio luce clarior est; ideo enim Conductor fruitur re locata, ut pensionem conventam, & certè justam (sicuti supponimus) solvat. Quanta autem hæc pensio esse debeat, & nonnulla alia, quæ huc pertinere possent, infra tradam c. 4.

Conductor obligatur ad aliquas expensas.

a Enym.
lib. 3. Tr.
4. c. 22.
nu. 4. In
communi-
ter.

4. Ad illas Conductor expensas obligatur, quas modo paragraph. præced. dixi, esse necessarias pro colligendis fructibus. Quid de illis, quæ fortè sunt necessariæ ad rem, quam quis conduxit, conservandam? (non dico meliorandam, de hoc enim jam dixi dicto paragr. præced.) Conduxit domum v. g. sed ecce imminet incendium. Conduxisti agrum, sed ecce ab inopinata alluvione est reparandus, &c. ex quibusnam expensis hæc præstanda, si illa pericula in re conducta accidunt sine tua culpa? nam, si cum tua culpa, non est dubium à te esse præstanda.

5. Respondeo, Delugo loco citato universaliter docet, secluso pacto, vel consuetudine, ex natura hujus contractus Conductorem non teneri ad expensas illas, quæ fiunt ad perpetuam utilitatem rei locatæ, vel pro longiore tempore Conductionis. Ex quibus verbis colligere quis posset, incendium illud domus, & alluvionem illam agri, esse Locatoris expensis avertenda, quia faciunt ad utilitatem perpetuam rei conductæ. Sed puto, illum non loqui universaliter, sed dumtaxat de expensis faciendis in re ita reparanda, ut reddatur perpetuo melior, ut si murum novum in domo sit ædificandum, &c. At nos hic loquimur solum de avertendis malis, quibus res conductæ periret.

6. Dico igitur, mihi videri esse distinguendum, nam, vel magnis expensis hæc mala sunt avertenda, vel modicis, & ordinariis. Si hoc posterius, debet fieri expensis Conductoris. Ratio est, quia, qui rem conducit, obligat se ad illam ordinariis modis, & consuevis, atque adeo ordinariis expensis custodiendam, & si custodiat, erit in culpa, & consequenter incidet in onus refaciendi totum damnum, quod consequetur: posito enim, quod ipse Conductor rem aptam habeat à Locatore, debet idem Conductor providere, ne inepta reddatur. Maxime igitur id est notandum; ad mala enim avertenda modicis, & ordinariis expensis, obligatus tu Conductor, quia obligatus rem custodire: At ad aptitudinem dandam rei conductæ obligatur Locator, ut b supra docuimus.

7. Confirmantur hæc ex Textu. Item (ait præced. Imperator) prospicere debet Conductor, ne aliquid rei Jus, vel Corpus deterius faciat, vel fieri patiatur.

8. Si autem contingat illud prius, ut scilicet magnis, & extraordinariis expensis ea mala, casu, vel certè sine culpa Conductoris occurrentia, sint advertenda, puto (salvo meliori iudicio) esse id præstandum expensis Locatoris, qui est rei Dominus. Ratio est, quia præciso alio pacto in contrarium, ad hæc extraordinaria non se obligavit Conductor, ne tacite quidem, quia nemo in hujusmodi contractibus intelligitur obligari, nisi ad consuetas, & ordinarias. Confirmatur, quia mox dicemus, si casu conductæ res perit, Locatori, qui est Dominus, perire: ergo, si sit expensendum, ne pereat, Dominus expendere debet.

debet, præciso, ut dixi, pacto in contrarium. Cum ergo adsit solum pactum in contractu ipso implicite imbitum de exiguis expensis, ut modo vidimus, non verò de magnis, de quibus hic loquimur, ideo illas solum debet conductor, non has.

9. Quando autem conductor avertit malum magnis expensis suis (quod facere certe debet, si potest, etiam mutando sibi pecunias, quia ad hoc etiam, quando sine magno incommodo potest, urget illum obligatio custodiendi) debet eas Locator reddere Conductor, & eo nolente, poterit Conductor sibi occulte compensare, vel retinere tantundem de pensione, vel etiam, si meliorem modum recuperandi suum non habeat, poterit retinere rem locatam, donec ipsi satisfiat ex fructibus, inde percipiendis. Ratio est, quia tunc Conductor utilem rem gerit pro Domino, quamvis ad illam ex vi contractus non obligetur. Quare iustitia postulat, ut sit à Domino refarciendus.

Conductor obligatur, reddere eandem rem conductam integram.

10. Id certe maximè est de essentia hujus contractus; cum enim res conducta maneat in dominio Locatoris, & Conductor solum usum illius habuerit ratio clarè dicat, eam totam, integramque esse reddendam.

Hinc obiter collige, usu consumptibilia verbi gratia, frumentum, vinum, pecuniam nequaquam locari posse (nisi fortè ad pompam, ut, si locares pecuniam auream ad ostensionem, vel ornatum) quia non potes dare alteri ejus usum absolutum, salvare, cum usus ipserem consummat.

Quid debeat Conductor, si res conducta deterior fiat.

11. Sed quid erit, si res ex aliquo acciden-
ti pereat, vel diminuat? Id certe hic maximè expendant Doctores. Loquamur prius, si id eveniat ex culpa Conductoris, mox, si sine culpa.

12. Et quidem, si culpa, vel pueri sciunt, deberi à Conductore totum valorem refarci-
ri. Quanta autem, & qualis debeat esse ejus-
modi culpa ad tantum onus Conductoris im-
ponendum, dicemus, cum de contractu Socie-
tatis loquimur de Sacramentis.

tatis erit agendum, & illud denique resolve-
mus, tunc committi prædictam culpam cum
onere restitutionis in foro conscientiae, quan-
do quis non adhibet eam diligentiam in ser-
vanda re conducta, quam adhiberet in re si-
mili sua custodienda.

13. Verum, ut hic in proprio loco id illu-
stremus, breviter recolendum est. Primò, ex
legibus dictum a alibi à nobis esse, juridicam
culpam esse triplicem, latam, levem, levissi-
mam. Lata est ommissio diligentiae, quam so-
lent in simili adhibere prudentes, diligentes-
que: levis, quam solent diligentiores: levissi-
ma, quam diligentissimi.

14. Secundò, recolendum est, quod ibi-
dem b diximus, nempe eum, qui rem accipit
in suam solum commoditatem, ut est in com-
modato, teneri ex culpa levissima: qui verò in
utilitatem solum deponentis, ut in deposito
gratis accepto, teneri ex dolo, vel lata culpa,
non verò ex levi, vel levissima: qui denique
in utilitatem utriusque, nempe tum dantis,
tum recipientis, ut in locato, ubi alter solvit
pensionem Locationis, alter utitur re locata,
teneri ex dolo, vel culpa lata, vel levi, non ve-
rò ex levissima. Atque hæc præscindendo ab
alio pacto, quod intervenire justè posset inter
contrahentes, ut ibidem, & sæpe alibi nota-
vimus.

15. Tertiò, recolendæ sunt dispositiones
trium legum, quæ maximè ad rem nostram
faciunt. Prima est lex. Qui columnam (inquit)
transportandam conduxerit, si fracta sit, id peri-
culum is præsstat, cuius opera quis utitur, si ejus
culpa acciderit: culpa autem abest, si omnia facta
sunt, quæ diligentissimus quisque observaturus
fuisset. Idem, si dolia, vel signum, vel alia res
transportandas conduxerit. Haec tenet lex.

16. Intellige autem hoc ultimum (vel alias
res) eas debere esse similes columnæ quæ in ea
alportanda facile frangi, vel similes dolio ple-
no, quæ facile effrangi possunt: Et Doctores
hic proponunt etiam exemplum de transpor-
tandis vasis vitreis. Porro, cur hæc lex tam ri-
gorosa est, ut dicat (quæ diligentissimus quis-
que observaturus fuisset) quod certe est con-
demnare Conductorem ex culpa levissima,
cum tamen ex aliis legibus d sciamus Condu-
ctorem obligari solum ex culpa levi, non le-
vissima, cur inquam est tam rigorosa?

17. Respondeo, rationem esse, quia ea,
quæ est levis culpa in custodiendis aliis rebus,
est la-

a Lib. 3. in
Decal. Tr.
3. c. 2. §. 4.

b Ibidem
c. 5. §. 1.

c L. si Mer-
ces §. Qui
Colum-
nam ff. lo-
cati.

d Quas m-
tultimus l.
8. cit. in
Dec. c. 2.

E e e

est la-

est lata, & gravis in custodiendis, vel transportandis iis, quæ facile frangi, vel effundi possunt: nam quando quis se obligat ad hæc transferenda, se etiam ex pacto, saltem implicito, obligat ad exactissimam diligentiam, cum se obliget ad transferendum secundum artem, & secundum operam, quam in illis rebus periculosus ipse poneret, si res esset propria: at, secundum artem, & secundum operam, hæc requirunt diligentissimam cautionem: hanc igitur, qui eam conduxit, promissit, eandemque servare ex iustitia debet. Atque hinc confirmatur illud, quod toties à me locis citatis, & alibi inculcatum est, nempe eam negligentiam, quæ levis est in uno opere, verbi gratia, in effodienda terra, non esse levem, sed latam in alio verbi gratia, in medendo agro, immò in eodem agro, culpa, quæ levis est in medendo levi ejus dolore capitis, gravis certe erit, si in medenda vehementi febris: quia res ipsa quam quis suscipit faciendam, quasi juxta suam levitatem, vel gravitatem clamat, ut proportionata diligentia non omittatur.

a L. Videmus ff. locati.

18. Secunda dispositio. *An* (inquit a Textus) *servorum culpam, & quoscunque induxerit, præstare Conductor debeat* Et paulò post: *Mihi placet, ut culpam, etiam eorum præstet, si tamen culpam in inducendis admisit.*

19. Hactenus lex. Cujus est sensus. *An*, si incendatur v. gr. domus conductæ ex culpa tui servi, tu debeas refarcire damnum, ac si tua fuisset culpa.

Respondet Jurisconsultus distinguendo. Si tu cum culpa induxisti servos illos, nempe cognoscens, esse praveos, vel ineptos, debes: Si sine culpa, non debes, quia tunc, respectu tui, censetur fuisse casu domus incensa.

20. Quod si quæras, quænam culpa hæc esse debeat, qua tu condemnaris ex delicto servi, vel operarii à te inducti?

Respondet, certè gravis, qua scilicet defeceris in eligendis servis, & quidem juxta modo dicta, ut major diligentia opus sit in eligendo operatio ad res majoris momenti, quàm ad minoris. Et sanè in foro externo facilius in hoc casu condemnaberis (cui standum erit post sententiam) quàm in foro interno, nam Judex facile præsumet tuam negligentiam, cum in conscientia facile re excusare poterit ignorantia, in advertentia, bona fides, qua servum illum, nihil mali futuri præsciens, vel suspicans, induxisti.

21. Tertia dispositio. *Si hoc* (ait b lex) *in loca* b l. *Locatio* *convenit, ignem ne habeto, & habuit, §. Si locum, tenebitur, etiam si fortuitus casus admisit incendium, quia non debuit ignem habere.* Et ibidem §. ultimo. *Convenerat, ne in villa urbana fennum componeret, & posuit deinde servus igne illo succendit; ait Labeo, teneri Conductorem ex locato, quia ipse causam præbuit inferendo fennum contra conductionem.*

22. Hæc ibi. Cur autem hæc? quia jam paulò antè monuimus, pacta juxta esse servanda, secus damna sequuta merito imputantur ei, qui pactum non servat.

23. His in memoriam redactis, ut, quod modo num. 10. illustrandum proposuimus, afferamus, quarimus, ad quid tenearis, si, Primo, præscripto tempore non reddas equum, v. gr. locatum, & is casu moriatur? si, Secundo, equus locatus item fuit ad tot milliaria peragenda, & tu ad alia illum ducas, unde casus in foveam præceps tuat: si, Tertiò, idem locatus fuit ad nullam sarcinam, nisi equitem portandum, & tu contra facias, unde, & pariter moriatur equus?

23. Respondeo, te teneri ad omnia damna sequuta, quia contra pactum explicitum egisti, nisi fortè in primo casu appareat, eodem modo moriturum fuisse equum, si inventus fuisset in potestate Domini: de qua tamen re suæ sunt considerationes alibi à nobis ex c. l. b. in pensæ.

25. Quando tamen rationabiliter conjicis, non esse contra voluntatem Locatoris, te ad alium usum re conductæ uti, tunc certè nec culpam, nec restitutionis onus subibis.

26. Sed quid, si mala putatione vites v. g. infæundas reddidisti pro aliquibus annis post finitum tempus tuæ conductionis? Quid si de muro domus ruinam minantem Dominum domus temporis, ut succurreret, non admonuisti? Quid si ob negligentiam, servitum induci in prædium conductum permittisti? Quid si ingruentem tempestatem contra navem conductam, cum posses, non præcavisti?

27. Respondeo, Feneris etiam ad ejusmodi damna, non quidem ex pacto explicito, quod supponimus hic non adesse, sed ex implicito, quo Locator implicitè promittit, rem locatam, ut suam custodire eo modo, quo in superioribus dictum est. Denique lege totum titulum ff. locati, & conducti, ac

Juris

Jurisperitos in eundem locum, nam innumera his similia non difficulter inuenies.

28. Si nulla culpa Conductoris res conducta pereat, sed casu, & fortuna, planum est, & leges prædictæ millies repetunt, in nullo foro teneri Conductorem, nisi aliquid justum pactum præcesserit, & nec aliud hac in re dicendum occurrit, quod ex dictis colligi non possit.

29. Sed quid in dubio? Si domus conducta incendio consumpra est, & dubitetur de incendi causa, conductor ne præsumetur fuisse in culpa incendi?

Laym. l. Respondeo, cum a Layman, nequaquam præsumi, sed Conductorem absolvendum esse, nisi Locator culpam ostendat. Ratio universalis est, quia delictum nunquam præsumitur, nisi clare probetur. Aliam rationem præstat pro incendio lege apud eundem Layman.

CAPUT II.

Explicans illud descriptionis.

Rem, vel personam aliquam, etiam se ipsam, concedit Conductor.

1. Potest etiam locari non solum res, sed etiam persona, quæ obliget suum famulatum, seu operam suam alteri. De persona commodius dicam in calce hujus tractatus separatim. Quare de re hic dumtaxat agendum.

2. Res ergo, quæ locantur, possunt esse siue mobiles, siue stabiles. Sic locatur domus prædium, equus, vestis, &c. Et quoniam nomine stabiliam veniunt etiam jura, ut si quis habeat Beneficium Ecclesiasticum, quod est Jus ad percipiendos fructus Beneficii, vel potius utitur à Modici aliqua gabella; habet enim Jus illam exigentiam 468. di. ideo etiam hæc locari possunt, pro pretio, cum omnibus expensis justo: dummodo sis memor omnia, quæ vendi possunt, posse, & locari, exceptis iis, quæ lege prohibentur.

3. Prohibentur autem Primo, locari prædium, & Ecclesia, nisi ad Triennium. Vide mox num. 7.

Secundo, prædia quæcunque conduci à Militibus, & à Curialibus vetantur.

Tertio, prædia eadem quæcunque prohibentur conduci à Clericis negotiandi causa, licet eundem possint succedere Conductori.

Quarto denique, domus vicina habitationi Magistrorum & prohibetur locari fabro, aut alii Magistro, quando eorum voces confunderentur. Circa hæc tamen notat Bonac. *liberal. Ma. urb. Ro. ma. c. 1. 1.* gister.

4. Illud quærit hic Primo potest. An si quis de stud. li. pauper obtineat facultatem à Pontifice, vel terarum. Episcopo petendi eleemosynam, possit hoc, f. Bonac. de (ut ita appellemus) Jus locare alteri pro tant. *cōr. qu. 7.* ta pensione siue diurna, siue menstrua, siue p. i. n. 2. annua?

5. Concedit Sanchez, g. quia, inquit, g. Sanc. l. 1. nullo jure id prohibetur, & pauper tunc locat Jus, quod habet, estque contractus fort. *dub. 2.*

tunæ, nam, si v. g. omnibus expensis circumstantiis, locetur facultas petendi eleemosynam in hac frequenti Civitate pro pretio decem aureorum, potest evenire, ut Conductor percipiat plus, vel, ut percipiat minus. Negat vero Delugo. *h. Ratio ejus potissima est, quia, quicquid sit, an sit justus hic contractus inter Conductorem, & Locatorem, erit injustus contra Fideles dantes eleemosynam, qui nolunt dare, nisi pauperi, non vero huic Conductori, qui pauper non est.* *h. Delugo d. 29. de Inst. n. 4.*

6. Sed certè responderi potest huic argumento, nam Fideles sic dando dant mediare ipsi pauperi. Quare prior sententia, quam docet Sanchez, approbati potest, modo nihil aliud addatur, quod injustitiam redoleat. Illud negare non potuit ibidem Delugo, non fore contra voluntatem Fidelium, quando ipse pauper petere per se ipsum nequit, ut petat alius, cui detur ex eadem eleemosyna pretium laboris.

7. Potest Secundo, quæri major explicatio in l. ult. C. vocis illius Triennium, cum Pontifex prohibet, ne prædia Ecclesiæ locentur, nisi ad *trib. in in. regium Triennium.* De qua re ego sic ratiocinor.

8. Annus in Jure duplex est: Alius Restitutus. Continuus, Alius Utilis: illum appellarem Baldus ib. Physicum, hunc vero Moralem. Continuus, & 15. *Ad. seu Physicus currit, completurque duodecim de col. 1. C. non interruptis mensibus, etiam si in iis dies locati. Rad. sint aliqui, in quibus Actor agere non va. buffus l. let, nec Reus se defendere, nec operam dare Cū Prator causæ Iudex, quos dies, merito, vocamus la. ff. de verb. signific. utiles.* *Covar.*

9. Annus autem utilis moralis constatur, completurque duodecim mensibus, qui cal. loc. mox reant legalibus impedimentis, puta, quia sint citando.

Eccc 2

ad li-

ad litigandum idonei, etiam si plures dies supra duodecim menses physice continuos sint necessarii, ad complendos duodecim menses litibus aptos.

10. Ex hac certa, & iudicia. Anni utriusque significatione manifeste colligitur, duplex esse triennium. Aliud Continuum physice, aliud Utile moraliter. Illud continet tres annos interruptiones. Hoc autem complectitur annos tres, demptis diebus inutilibus, atque adeo comprehendit aliquando quatuor, aliquando quinque, aliquando sex annos, juxta interruptionem, quam dabunt dies inutilis, ex tempore occurrentes. His habitis.

11. Dico, in extravag. citata valde probabile esse, Triennium sumi pro Triennio Utili, hoc est, includere tres annos utiles ei, qui Prædium ab Ecclesia conducit, atque adeo tres Fructificationes, quas dictum Prædium proignit. Hoc dictum explicabitur, & probabitur verbis Fillucci, a qui sic habet: Itaque, si

a Filluc. T.

3. Tr. 44.

6. 2. nu. 8.

citand.

Nar. Co.

var. Ioan.

Andream

Barbant.

Azor.

Quaran-

tam. Ita

etiam do-

cet Barb.

in Collect.

ad dictam

extravag.

nu. 6. refe-

rens Ric-

cium, Bo-

nac. alior.

fit Fundus, qui alternis annis tantum sit fertilis, poterit locari ad sex annos; si tertio quoque anno sit fertilis, poterit locari ad novennium; quod iidem Doctores diserte docent. Ratio hujus est, quia Annus in Locatione non taxatur, ex simplici decursu temporis, sed ex decursu cum proventu fructuum. Quare, ubi Fundus alternis, vel tertio quoque anno fertilis est, tunc Biennium, vel Triennium computatur pro annuo tantum spatio: atque ita Fundus, qui in sex, vel novem annos locatur, si hoc toto tempore per tantum fructus ferat, verè in tres annos locatur, nimirum utiles, & feraces. Hæc Filluc.

12. Ex quibus vides, quando Pontifex vult locationem Feudi Ecclesiastici ad Triennium tantum, & non ultra, velle triplicem Fructificationem, & consequenter, si pro ejusmodi triplici Fructificatione requirantur quatuor anni, vel quinque, vel sex, vel septem, vel plures, semper fore locationem ad Triennium. Et ita sumi locationem ad Triennium concessam à prædicta extravaganti, notant Doctores allati.

13. Sed ecce Scopulus. Ergo, si ager Ecclesiæ fructificet bis in anno, ut in quibusdam locis accidit, non poterit locari, nisi ad annum, & menses sex.

14. Respondeo, Hunc scopulum non adverterunt præcitati Doctores, ego, qui adverte, facili via declinare illum sic volo. Cum

sententia asserens, nomine Triennii, in hac extravaganti, intelligi annum continuum Physicè, qui est Annus naturalis, sit satis probabilis, illam tu sequi poteris, quando agrum Ecclesiæ, bis in anno ferentem fructus, locaturus es, & sic per tres annos naturales, illum, tuto, ex dicta probabilis sententia locabis.

15. Verum nondum omnia sunt explicata: Magna enim est cura sciendi, quid nam intelligatur nomine Fructificationis unius?

Dico, non intelligi germinationem herbarum inutilium, quæ sponte ex terra nascuntur, quia nullus hujusmodi germinationem appellat Fructificationem, cum ea, vel non colligantur, sed à bestiis communibus depascantur, vel certè (ut supponi debet) non sint illi fructus, qui à Conductore, & à Locatore fundi Domino intenduntur.

16. Merito igitur idem Filluc. b dicit Fructificationem esse editionem Fructus justis, Fructus autem justus, (ut ego interpretor) est ille, quem fundus more consuetudo excultuse mittit, ut frumentum, ordeum, vinum, &c. vel qui communiter, ut fructus expectatur à Colonis, quales sunt glandes, castaneæ, & poma silvestria, quæ etiam sine cultura, sed cum Domini proventu, à terra progignuntur.

17. Merito item Covarr. c sic habet: Extravagans Ambitiosa intelligenda est in Fundis, seu terris, quæ quolibet anno coluntur, & ex eis fructus, quolibet anno colliguntur. Alioquin, si Ecclesia ejus sint conditionis, ut ex eo quolibet Triennio unicus tantum fructus percipiatur, poterit in novem annos locari.

18. Hæc Covarruvias. Dixit autem (in fundis, & terris.) Nam si Nemora, & Arborea silvestres singulis annis suos silvestres fructus edant, Castaneas, Glandes, ligna, &c. certè ea singulis annis fructificationem propriam habere, dubitare nullus potest, quia hi sunt fructus, qui ab ejusmodi silvis expectantur à Conductore, quique locantur justo pretio à Locatore.

19. Ex prædicta doctrina voluit doctus quidam Theologus excusare quendam Abbatem Sanctæ Mariæ de Nemore in Territorio dicto Catamauro, qui superioribus annis locaverat Ecclesiæ suæ Feudum ad Quinquennium.

nium, contendebat enim, cum id legitime potuisset, quia in eo quinquennio physico vix triennium utile continebatur.

20. Hæc excusatio pro nostris. Siculis regionibus mihi difficilis visa est, quia ejusmodi feuda, saltem ut plurimum, apud nos sunt omnibus, & singulis annis fructifera, siquidem, sive frumentum, vel quid simile ferunt ex cultura, sive herbas, quæ certe non sunt communes omnibus, nec à Dominis negliguntur, sed venduntur passim, sed locari solent, sed fructibus Silvestribus Arborum comparantur: quare, qui ea conducit, colligit singulis annis proportionatos fructus, licet altero anno pauciores, altero pinguior, & qui eadem locat proportionatum item suum pretium semper acquirit.

CAPUT III.

Explicans illud descriptionis.

Ad usum, vel fructum.

1. **A**D USUM locatur v.g. Vestis, Equus, Domus, &c. Ad fructum locatur ager, grex, vinea, &c. ex quibus Conductor fructus colligere, eosque sibi consumere potest. Sibi inquam, vel cui Jus suum sublocavit. Non enim ex vi contractus prohibetur Conductor (nisi aliud explicite, vel implicite conveniatur) rem sibi locatam, sibi alteri sublocare.

Nemo Quando autem affuerit, vel non affuerit implicita hæc conventio, colligi ex circumstantiis debet. Si enim ego tibi honesto viro quædam locavi domum honestam meam, non potes illam Meretrici Sublocare, quando id in firmandis, domus mea dedecus vertit, & sic in similibus loca-

2. **U**SU consumptibilia non posse locari nisi forte ad pompam, recolo, me dixisse superius. Et ut etiam ex supra dictis colligi potest, ad conventum illum usum, præter illum, ad quem convenit, tum est cum Locatore, non posse re conductam sublocare, nisi ex rationabili præsumptione voluntatis Domini, &c.

An fructus omnes agri conducti sint Conductoris?

3. His porro, quæ satis sunt declarata, suppositis, Inquires: Fructus agri, propter quos Conductor pensionem solvit, sunt ne Locatoris, qui est Dominus Proprietarius agri sui, an Conductoris, qui est veluti Usufructuarius?

4. Respondeo. Antequam colligantur (quando vocantur à Juris-Consultis fructus pendentes) sunt Proprietarii. Ratio est, quia tunc fructus faciunt unum cum arboribus, & plantis: cum igitur hæc sub Proprietarii sint dominio, erunt ejusdem, & illi.

5. At vero, postquam sunt collecti, & separati à Prædio, sunt & Conductoris etiam si is c. Mol. d. nondum solverit pensionem. Interim tamen 497. De Dominus agri habet hypothecam in dictis Jugod. 29. fructibus, id est ipsi fructus sunt pignus, seu de Just. n. tacite subjecti pro pensione solvenda, unde 28. contra recte appellaretur fur d. ille Conductor, si Gloss. Bar. clam eos extra prædium asportaret, Locatore bos. alioq. invito. Quod autem fructus naturales sint d. L. si serpignus pensionis solvenda, aperte habetur in vus communis §.

6. Ex hac secunda parte responsionis confirmari potest decisio, quam affert Diana: f. locati. Coloni (inquit) Religiosorum tenentur solvere c. L. In re gabellam ex fructibus collectis, si eosdem de fruct. ff. In ferant de loco ad locum, aut alienent, tunc enim quib. causant bona Laicorum, & non pertinent ne indire- sis pign. vel de quidem ad Ecclesiasticos. Ita Filliucci to. 2. hypoth. rr. 16. c. 11. n. 302.

7. Hæc ille. Qui dum dicit (ne indirecte quidem) non propterea negat esse pignus pensionis solvenda; quamvis enim sint omnino Rebell. p. 2. in dominio Coloni Laici, & non in dominio Religiosorum; quia tamen ejusmodi Laicus est Conductor, non Dominus, illi fructus non amittunt subjectionem qua inficiuntur de pensionem solvenda Religiosis.

8. Ex prima autem parte responsionis confirmatur alia decisio ab eodem Diana ibidem allata: Coloni (inquit) seu Affiliatores prædiorum Ecclesiasticorum non tenentur solvere gabellam vulgo dictam: Del-Fiore: quia, quando dicti Gabelloti taxant, & præstant dictam gabellam, fructus non est separatus à solo Ecclesiastico immuni à gabella; & ideo Carolus de Grassis, de effectibus Clericatus, effectu 3.

Eccc 3. num. 99.

num. 9. sic asserit. In facti contingentia hic Patnormi fuit decisum pro Emptoribus fructuum pendentium cuiusdam Viridarii Religionis Melitenensis contra dictos Gabellatos, qui pretendebant Ius Gabella fructuum ab ipsis Emptoribus. Et hoc, quia fructus non erant separati à solo tempore Venditionis. Hæc ex Diana, qualis is, & Carolus dicerent, quia illi fructu non erant separati à solo, id est ab arboribus solo affixis, pertinebant ad Viridarium, seu ejus erant partes, atque adeo immunes à gabellis, sicuti immune erat ipsum Viridarium. a

a *Lego isē Rebel. l.c.*

211. *Quæstiuicula incidens, An à Pharmacopola locari possint Medicina?*

b *Delugo d. 29 de Inst. n. 84. Dian. p. 1. tr. de contract. ref. 39.*

1. Denique ex eo, quod usu consumptibilia, ut modo nu. 2. innui, locari non possunt, resolvitur, an justus sit ille contractus, quem asserit, & condemnat Megala apud Delugo, b quemque ego claritatis gratia sic expeditius propono: Pharmacopola locat per octo v. g. annos alteri officinam, vasa, tabulara, & item medicamenta in vasis contenta, dummodo alter reddat interim triginta aureos v. gr. pro singulis annis, decem pro officina, decem pro vasis, decem pro medicamentis: exactis autem octo annis, omnia reddat integre cum similibus medicamentis. Ut autem sciatur, quid sit restituendum, præcedit æstimatio prædictorum. Resolvitur, inquam, contra Megalam, justam iniri locationem quoad viginti aureos pro officina, & vasis; supponimus enim, per expertos pensionem illam æqualem judicari pro officina, & vasorum usu annuo. At quoad decem illos aureos pro medicamentis dico, claram esse injustitiam, nam medicamenta sunt usu ipso consumptibilia, quæ locationi subiacere non possunt, ut dictum est, & pater, quid enim locas? Respondēbis, usum medicamentorum. Legitimè respondisti. At usu ipso medicamenta destruntur; ergo si Conductor illorum usum dedisti, & ipsa medicamenta usu ipso destruenda, dedisti, & consequenter nihil apud te illorum remanet, à quo fructum pensionis exigere possis.

2. Dices. Esto, non sit locatio, erit justa venditio Medicamentorum, seu permutatio horum cum aliis medicamentis in fine designati temporis subrogandis.

Respondeo. Legitimè iterum locutus es. At, si ea medicamenta vendidisti, seu permutasti, erunt illa in dominio eementis, vel possidentis, ergo nihil horum ad te pertinebit, ex quorum fructu pensionem exigas. Solum tunc ea medicamenta, dum non destruntur, remanebunt hypothecata ad pretium venditionis, ut evenit in cæteris rebus venditis, pretio non soluto.

3. Quod si dicas, Medicamentorum te remanere Dominum, sequitur, te illa nequam vendidisse, unde & sequitur Conductorem tui uti nō posse, cum in iis dominium non possit separari ab usu. Unde & denique sequitur injuste te exacturum fore pensionem e re, cujus dominium, & usus remaneat apud te.

CAPUT IV.

Explicans illud descriptionis.

Sub certa, justaque pensione.

1. **C**irca pensionem à Conductore solvendam, quæ aliquando est in pecunia, non raro autem in fructibus ipsis, puta in tot mensuris frumenti, olei, vini, &c. videndum est, quanta, quando, & ubi solvenda?

§. I.

Quanta pensio solvenda sit?

1. **P**rofectò quanta per justam conventionem decreta est: juste autem decernitur, si iudicio experti, & omnibus consideratis, ipsa non excedat fructus speratos, deductis expensis, cæterisque subducendis, qualia sunt, Gabellæ, debita forrè aliis ex aliis titulis, &c. Hac igitur re, tanquam nimis manifesta, constituta, adhuc.

Lesio in pensione quid operetur?

2. Inquires Primo, si sive Locator, sive Conductor lædatur in pensione, daturne ipsis semper actio, qua refarciri læsio possit?

Respondeo, Diximus, cum egimus de c. Ex l. contractu Venditionis, dari e in foro exter. C. de rebus no actionem, & remedium læso ultra dimidium

dum iusti pretii, non autem læso infra dimidium ejusdem pretii. Diximus item satis communem esse doctrinam, in foro interno semper obligari lædentem refarcire læso, si vel læso fuerit ultra, si vel citra dimidium. Idem ergo dicendum erit de Conductione, & Locatione propter paritatem rationis.

3. Signatè dictum est (satis communem esse sententiam) nam, quando læso est infra dimidium, nonnulli tenent, non obligari, id, quod fuisse in superioribus agitavimus.

l. 1. in
de Con-
tra. 6. §.
l. 1. n. 3.

*Inutilitas rei locatæ, an demat de
pensione.*

4. Inquires Secundo. Si fortè res locata inutilis reddatur ad usum Conductoris, si vel ex toto, si vel ex parte, debebitne eadem pensio solvi?

l. 1. in
de Con-
tra. 6. §.
l. 1. n. 3.

5. Respondeo, esse b distinguendum. Vel enim primo, inutilis res Conductoris est propter impedimentum, quod se tenet ex parte ipsiusmet Conductoris, ut, si ipse, quia est v. g. infirmus, non potest colere agrum conductum, vel, quia fuit in carcerem conjectus, non potuit habitare in domo conductâ, unde ager, & domus Conductoris inutiles fuerunt, & in hoc casu debere à Conductore totam pensionem solvi, dubium nequaquam sit; quia tunc res conductæ veluti paratæ sunt ad servandum Conductoris, & per domum, vel agrum non stat, & c. Nam propterea, si famulum conducas, & per ipsum non ster operari, sed ex eo quod tu, impeditus ob morbum v. g. illi operas faciendas non offers, ad stipendium eidem solvendum obligaris, præscindendo ab alio pacto expresso, vel tacito, vel legitima consuetudine Regionis, quia non est defraudandus sua mercede is, qui ex se tibi servire paratus est.

6. Vel Secundo, inutilis Conductoris est res conductâ propter impedimentum, quod se teneat ex parte rei locatæ, ut, si incendio consummavit domus, alluvione ager fuit destructus, bello ingruente res derelicta, justa lite ab alio prædium fuit evictum, & in hoc casu Regula Generalis est, quando sine culpa Conductoris hæc, si vel ex toto, si vel ex parte eveniant, esse si vel totam, si vel partem pensionis diminuendam. Semper excipe (nisi, ut modo in simili dixi, aliquo iusto pacto contrarium sit conventum.) Ratio Regulæ est manifesta,

quia pro usu Conductor accepit, & pro eodem Locator rem illi tradidit: hoc igitur usu sine culpa Conductoris amoto, amovendum est onus pensionem solvendi. Immo addi debet, quando in hisce casibus adest culpa Locatoris, ipsum obligari non solum ad damna, quæ ea de causa sequuntur Conductoris, sed etiam ad omne lucrum cessans, & quidem non solum ad lucrum cessans intrinsecum, hoc est quanti plures in se alituri erant illi fructus, atque usus rei locatæ, sed etiam ad extrinsecum, id est quantum cum illis lucraturus, deductis deducendis, fuisset Conductor, si cum illis fuisset negotiatus. Ratio est, quia omnium horum causa est Locator, si ejus culpa desit Conductoris usus rei locatæ. Idem diximus in mutuo, si Mutuanti pecuniam, tempore eam non restituit. Lege Molinam, & aliosque.

c Mol. d.

493. n. 5.

Bonac. di-

spat. 3. de

contr. qu.

7 p. 3. n. 7.

6. a Less.

Filiucc.

Rem conductam relinquere ob pestem.

7. Subinquires Primo. Si propter pestem deferatur à me domus conductâ, est ne judicandum, relinquere à me, qui sum Conductor, culpa mea?

Respondeo, Si deferatur rota fere Civitas peste infecta, unde, & tu cum aliis relinquis dictam domum, non est censenda tua culpa, nam propterea pensio à te solvenda non erit. Si vero deferatur à te solum domus illa, erit subdistingendum, nam, si domus est infecta peste, sine tua causa, non debebis pensionem, si vero domus, tua culpa, vel causa contraxit contagium, & idem est, si cum libera sit contagio, illam tamen tu deferere velis, pensionem debebis. Ratio est, quia ibi non tua culpa, hic tua culpa, seu causa, domum derelinquis. Ita Delugo. Esto alii qui cum Molina absolute negent, à te deberi tunc pensionem, & esto alii cum Panormitano, & Lessio absolute affirmant, saltem ex consuetudine deberi: esto (inquam) c. Mol. ab nam allata à nobis distinctio est rationabilior, dummodo fatearis, si alicubi alia sit consuetudo legitime introducta, non esse ab ea recedendum.

Rebell. ab

ead. cir.

d. 19. de

pest. n. 29.

c. Mol. ab

eadem ci-

tatus.

f. Panorm.

et Less. ab

eadem ci-

tati.

Res conductâ, si sterile fiat.

8. Subinquires Secundo, si propter sterilitatem ager, vel molendinum v. gr. nullos,

seu

seu paucos fructus pariat, debeaturne tota, & integra pensio?

9. Respondeo Primo. Cum communiter Conductor, in his conducendis, soleat ex pacto in se periculum sterilitatis totum suscipere, sicuti suscipit totam spem abundantiae; ideo communiter tota pensio debetur.

10. Respondeo Secundo, licet ex vi contractus Conductionis hæc pericula, æque, ac spes magni lucri ex ubertate fructuum, pertineant ad Conductorem, ad quem pertinet fructus pro tempore Conductionis, sicuti similia pericula, & spes pertinent ad eum, qui agrum emit, non vero ad eum, qui illum vendidit, ut notat Lessius, a & Molina: b tamen (præscindendo à justo aliquo pacto) ob quandam æquitatem, & benignitatem Juris c introductum est, ut notabili sterilitate ex quacunque causa proveniente, remittatur, vel, juxta mensuram sterilitatis, diminuaturs pensio; id, quod per minores casus disputatum videri potest apud citatos, & apud Jurisperitos in eisdem leges. Apud quos d etiam habebis, quid intelligatur nomine magna, seu notabilis sterilitatis; An semper incumbat Conductori onus probandi sterilitatem, An, si Conductor renuntiet casibus fortuitis, intelligatur de solutis, An etiam de insolitis, & si de insolitis; An etiam de inopinatis, vel de inopinabilibus, si ve quoad sterilitatem ipsam, si ve quoad alios casus, &c.

Rem conductam relinquere Domino, qui eam possit alteri locare, an minuat de pensione.

11. Subinquires Tertio. Si impedimentum ex ipso Conductore proveniat, relinquatur autem dictus Conductor rem Domino, qui Dominus possit alteri locare, obligabiturne Conductor ad pensionem solvendam?

13. Respondeo. Obligabitur, & quidem ad totam pensionem: nec enim assentior Lessio e assenti, tunc propter libertatem, quam Conductor relinquit Domino, ut is possit eam rem alteri locare, debere aliquid minus, etiam si deinde Dominus actu non locet (nam si de facto locat, mox dicam) non assentior (inquam) quia tota pensio ex contra-

ctu debetur Domino, & sibi imputet Conductor, quod noluit re uti, nam illa libertas parum utilis est Domino, si de facto non locet, cum, contra, pensio illi certe integra debeat. Aliqui afferunt contra nos Molinam, sed, Textu Molinæ diligenter expenso, dico, immerito illum contra nos afferri, neque enim contrarium nostræ doctrinæ docet, nisi quando Conductor consentit. Ecce Molinæ verba: *Si superveniat impedimentum ex parte ejus, qui domum v. gr. conduxit, ut si eam non possit habitare, quia alio migraturus est, vel ob alium fortuitum casum se tenentem ex parte ipsius, tenetur ad pensionem integre solvendam Locatori, nisi cum eo consentiente paciscatur, ut remittat aliquid ratione potestatis, quam illi faciat locandi rem alicui alteri, ut potest juxta ea, que dixi disputat. 489. Ita habetur l. sed homines paragr. cum quidam ff. locati. Hæc Molina. Notasti illud (cum eo consentiente?)*

13. Illud tamen esto certum, si Dominus alteri locet æquali pretio suam rem, ut etiam si famulus expulsus à Domino inveniat, cui æquali pretio serviat, nihil tunc debet à primo Conductore, vel à prædicto Domino, quia tunc, ipsum Conductorem rem conductam deseruisse, vel famulum fuisse expulsam, nihil damni intulit. Si locet minoris, debet, quod deest ad æquale, certum etiam si ex dictis.

14. Sed quæres, quid si majori pretio? Locasti v. g. Petro domum centum aureis ad annum: deseruit eam Petrus: tu vero eandem locasti Francisco ad eundem annum, aureis centum & decem; ille excessus, id est decem aurei, cui debebuntur? tibi, an Petro?

15. Responder Delugo, g Petro Primo Conductori, quia, sicuti res vendita fructificat d. 1. c. 1. Domino, qui eam emit, sic res conducta pro tempore Conductionis fructificat Conductori, qui eam conduxit.

16. Sed ego circa hanc questionem duo considerabam. Primum, certum videri, tibi Domino domus deberi pretium notabilis laboris, & industria, si forte illam adhibuisti, in quaerendo alium Conductorem, ad quem quaerendum tu non obligabaris. Secundum, non videri verum, in hoc casu rem conductam fructificare primo Conductori; Conductor

a Less. l. 2. c. 24. n. 16
b Mol. d. 495. n. 4.
c L. Simeres §. Vis major.
L. Exconductor §. Si vis ff. locati l. Licet C. locari. d. Moll.
Less. ll. ce. Diam. p. 3. tr. 6. Misceel. ref. 17.
Bonac. d. 3. de contr. q. 7. p. 3. an. 13.

(Conductor enim ille eam rem renuntiat, & Locator acceptat; refumit enim domum suam: ergo fructus erunt Locatoris, qui est Dominus, vel certe, etiam si ejusmodi renuntiatio valida non esset, adhuc illi fructus tunc non essent Conductoris, quia dum rem dereliquit, videtur etiam abdicare à se, & veluti pro derelictis, habere fructus quosunque sive copiosos, sive modicos ex illa provenientes. Vidit hoc Molina, & idque non obicere insinuat. Licet Locator (ait) non teneatur locare alteri rem illam, possitque accipere integram pensionem à primo Conductore; si tamen illam locet, non facta prius transactione, & compensatione cum primo Conductore, utique tenetur deducere de prima pensione pretium, quod pro secunda locatione accipit, nisi primus Conductor, quasi pro derelicto relinquat usum illum, ac fructum illius rei toto illo tempore ad quam habet Ius, etiam ut ipse possit eam locare alteri. Haec tenet Molina.

17. Ex dictis ergo ad quaestionem propositam respondendum est, cum distinctione, num si primus Conductor non abdicat à se rem conductam, verum est excessum ipsi competere, at si abdicat, ut certe saepissime accidit, dum is rem conductam derelinquit, tunc sane excessus ille pertinet ad Locatorem, qui est Dominus, & primo occupat.

§. II.

Quando pensio solvenda?

1. Quando aliquod pactum designans tempus praecessit, vel consuetudo Regionis explicuit, solutionem fieri, sive in fine anni, sive in fine cuiusque mensis, & quidem, vel totam, vel partem, dimidium v. g. post Semestrem, & aliud dimidium post finem anni, vel quid simile, non est difficultas; tunc enim ejusmodi pacta, & legitimae consuetudines sunt servandae. At ubi nec pactum adest, nec ulla consuetudo, quando nam solutio erit peragenda?

2. Dico ex circumstantiis, & natura rei conductae id esse dignoscendum. Si enim ad annum loces, vel si ad anni dimidium, vel si ad mensem, certe in fine talis designati temporis erit solutio praestanda; id enim notat illud (ad annum, ad dimidium, ad mensem). Et ratio ultior est, quia tunc equum est, ut solvam tibi

Tamburinus de Sacramentis.

pensionem, quando jam habui totum usum rei tuae; at hunc, non nisi usque ad finem concessi temporis totum habeo. Unde propter eandem rationem, si rem naturaliter fructuosam loces, tunc videtur conventum tempus solvendi, quando colliguntur fructus. Quod si loces per quatuor, quinque, plures annos, tunc etiam in fine singulorum annorum erit facienda solutio, quia ex communi usu, & ex legibus ejusmodi una locatio plurium annorum, aequivalet pluribus annis.

3. Histanquam communibus, & certis debemus, jam habitis, mihi se offerre hac dubitatio L. pluribus. Petrus locavit Paulo domum per novem annos, qui Paulus ostendit chyrographa, quae significat, testantur ipsum solvisse pensionem per tres annos ultimos, & proximiores elapsos, tunc solvere pensiones antecedentium annorum?

Respondeo, cum Textu & Iuris, qui sic disponit. Is, qui ostendit se tribus proximis annis solvisse, retro solvisse praesumitur, nisi contrarium citantur probetur. Atque ex hoc (nisi contrarium probetur) sequitur, ut si vere solutae non fuerint obligetur Conductor solvere in conscientia, & Locator eas exigere possit, etiam se occulte compensando juxta Regulas iustae compensationis. Excipe, nisi aliqua recto antecedens pars fuerit legitime praescripta.

4. Quid si omnibus conjecturis expensis (expendant Menoch. de praesumptionibus, & Mascardus de probationibus) dubium sit, an Conductor pensionem solverit?

Respondeo, deberi à te Conductore pensionem, quia Locator est in possessione Crediti contra te. Vide tamen, quae ego alibi dixi & universaliter de eo, qui dubitat, an restitutionem exhibuerit.

§. III.

Vbi solvenda pensio?

1. DE hac re, quando solvendum aliquid contingit ex aliis capitibus, quam ex locatione, egi satis, superque l. 8. in Decal. Nunc ergo ea applicando ad locationem, breviter dico, pensionem debere solvi in eo loco, in quo conventum est, vel, si nulla facta est conventio, debere in eo loco, qui forte est de consuetudine in ea Regione, vel denique, si

b L. Scire

debemus.

L. pluribus.

ff. de verb.

signif.

c Mol. d.

497. n. 1.

Bonac. d. 3.

de contr. q.

7. p. 3. d. n.

5. à quib.

leges, &

DD.

d L. Qui.

cunq. C.

de Apochis

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

publ.

que, si nihil est cōventū, & nulla est ejusmodi consuetudo, debere solvi in eo loco, quem ipsa natura contractus locationis requirit, hæc autem requirit, ut in eo loco solvas, ubi conduxisti.

CAPUT V.

Explicans illud descriptionis.

Nulla addito injusto pacto.

1. **I**D vel indoctus quisque non ignorat. Verum, aliqua pacta, quæ dubia apparent, cognoscere, justa ne sint, an injusta, hæc enim vero perdifficile, etiam doctissimis est. Quod tamen facile, spero, reddetur, si hic nonnulla ejusmodi pacta breviter examinemus.

Primum pactum, quo res conductæ promittitur vendi.

2. Ego loco Cæsari hanc domum pro justa pensione centum aureorum singulis annis, quod si mihi quandoque trader mille aureos, quanti scilicet justè valet domus, cessabit pensio, & Cæsaris erit domus. Estne justa conventio?

a Azor. 3. p. l. 8 c. 11. q. 6. Filiucc. tr. 36 c. 5. n. 21. Respondeo, esse justam, a quia, donec solvitur totum pretium domus, est contractus Locationis, & domus est in tuo dominio. Verum, pretio soluto, jam domus venditur, fitque alterius, idest Cæsaris: id, quod ita se habet, si vè æstimes ipso initio domum, si vè non æstimes; modo, quando initio æstimas, æstimatio non facit Venditionem.

3. Explico hoc ultimum. Si æstimes domum, ut sciatur, quantum debeat Conductor, si ejus culpa domus pereat, vel deterior fiat: pari modo, si æstimas, ut videatur, quantum pretium debebit tradere Cæsar, quando domum emer, tunc æstimatio non facit venditionem. At, si æstimes, ut domus transeat in dominium alterius, quamvis pretium solvendum differatur ad annos, æstimatio facit venditionem. Ex hac ergo explicatione, responsio allata manifesta est, nam tametsi Cæsar ad suum libitum possit, vel domum reddere, & illam non emere, vel totum pretium solvere, & sibi, ut venditam applicare domum, injustè à te non agitur, dum pensionem in totum

exigis, quia, non soluto pretio, (quamvis facta æstimatione, quæ tamen non faciat venditionem) domus est tua, & pensio tibi solvitur pro tua re; eo tamen soluto, vel facta æstimatione, quæ venditionem faciat, jam tua non est amplius, sed est ementis, undè cesset tunc pensio, necesse est.

4. Quid si concedo Cæsari, ut domum meam ab ipso conductam possit, si velit aliis vendere?

Respondeo, nec est injustitia, si id rectè fiat (quicquid dicat Azor, & Filiuccius citati) nam donec Cæsar domum alteri vendat, domus est tua, in tuoque dominio persistit, unde tibi pensio merito, & justè solvitur, sed non post Venditionem, ut dictum est.

Secundum pactum, quo omnia pericula conjiciantur in Conductorem.

5. Loco tibi hoc prædium, hunc gregem, hunc equum, modo omne periculum si ve fortuitum, si ve insolitum, quandoque illud sit, tu subeas. Estne justa conventio?

Respondeo, esse justam, b si adsint duæ conditiones. Prima, ut hæc non sit venditio, hoc est illæ res remaneant in dominio locantis, unde si res accider non perire, debeant omnino eadem reddi tibi locanti, non vero pretium ipsarum. Secunda, ut dematur de pensione solvenda, quantum compensetur tantum onus. Ratio est, quia, si adest prima conditio, cum res non sint venditæ, pensionem ex rebus suis habere justè Dominus poterit. Et rursus, si adest conditio secunda, nulla erit injustitia, si quidem ex diminutione pensionis jam inducitur æquitas.

Tertium pactum, quo Grex, vel quid simile reddatur in fine Conductionis in eodem numero, & bonitate.

6. Loco tibi hos ovium greges, hos boves, hos equos, quorum usum, fructumque percipias eo pacto, ut semper debeas conservare eundem numerum, integrumque mihi reddere finito tempore designato. Interim vero pensionem rei locatæ solvas, estne justa conventio?

Respondeo, esse justam, modo servantur duæ

duæ prædictæ conditiones, idque propter easdem rationes.

7. Obijcies. In ove, quæ fortè interim morietur, primo v. gr. anno, non potest continuari locatio ad secundum, alioque consequentes annos, cum ea nihil sit. Quod si respondeatur, ovi demortuæ aliam subrogari, ad servandum numerum, non satisfit objectioni, hæc enim subrogata non erit Locatoris, quo modo igitur accipiet ex ea pretium iustæ locationis?

8. Respondeo, negando hanc subrogatam non esse Locatoris; statim enim atque moritur ovis, perit quidem quoad illam locatio, quæ non potest continuari in mortua. Verum, statim, ac subrogaturalia, cum subrogetur nomine Domini Locantis, ejus illa erit, & quoad illam incipiet nova Physicæ locatio, Locator autem semper remanet Dominus ejusdem, & quidem totius gregis, quia ascitis novis subinde animantibus, moraliter remanet idem grex, sicuti remanet idem fluvius, quamvis aqua continuo varietur.

9. Quid si locentur v. gr. quatuor boves cum pacto, ut non solum reddendi sint ejusdem numeri, verum etiam ejusdem juventutis?

Respondeo. Videtur primo aspectu injustum pactum, & sic censet Azor. *a* Sed certè, cum hoc pactum non sit, nisi præter naturam contractus locationis, & locationem non destruens, quia non fit, ut supponimus, venditio (cum dominium boum remaneat apud Locatorem) unde nec fiat contractus mutui, aut alterius generis, ex hac parte non erit conventio injusta. Si ergo ex alia parte pro tanto onere (ut etiam supponimus) omnino aliquid, iudicio experti, de pensione subducatur, re vera prædictum pactum injustitiam nequam continebit.

Quartum pactum, quo fiat contractus (à godere.)

10. Ego trado tibi mille aureos, tu locas mihi domum ea lege, ut tunc reddatur à nobis acceptum, quando alteruter velit: interim, nec tu dabis mihi ullum lucrum ex illis aureis, nec ego tibi pensionem solvam ex illa domo est ne iusta conventio, quæ vocatur in Italia contractus à godere.

Respondeo. Si ego tibi tradam rem fructiferam, domum v. gr. locabilem, tu vero mihi prædium æqualium fructuum, fore iustum pactum, non est mihi dubium: At si tu des pecuniam, quæ non est ex se fructifera, est illicitum pactum, nisi ex damno tibi emergente iustificetur, ut alibi à me dictum est satis. *b*

Quintum pactum, quo locentur cum pradio necessaria ad illud colendum.

b L. 8. in

Dec. tr. 3.

c. 7. §. 6.

nu. 16.

11. In nostris Regionibus solet locari prædium cum omnibus bobus illi necessariis, item cum toto apparatu necessario ad messem, vel vindemiam, aratris, ferramentis, dolis, torculari, &c. quæ prius æstimata, sed non vendita, debeant, locatione finita, reddi Locatori, ejusdem æstimationis, estne conventio iusta?

Respondeo. Est sane, dummodo serventur duæ illæ conditiones, quas diximus numer. 3. unde & Justitiæ probationem petere facile potes.

Sextum pactum, quo tum Conductor, tum Locator participet de periculo rei conductæ.

12. Loco tibi bovem æstimatum v. gr. viginti aureos pro tribus aureis in anno, iusta pensione, omnibus ab experto viro compensatis. Loco autem hoc pacto, ut, si post annum minuatur æstimatio bovis, vel is pereat sive casu, sive culpa tua, tu Conductor dimidium jacturæ amittas, & dimidium ego Locator. Estne iusta hæc conventio, quæ in aliquibus Italix locis usurpari solet?

13. Respondeo. Injustam esse, ait Comitolus. sed ejus pace, nec injusta est, nec, ut, aliqui perperam dicunt, usuraria. Non usuraria, quia hic nullum intercedit mutuum, cum bos non vendatur, & pretium mutuetur, sed bovis dominium remaneat apud te Locatorem, & solum ego Conductor per alium contractum assicuracionis suscipio, ex parte, periculum, si fortè bos moriatur, vel pereat. Non injusta quia supponere debemus juxta experti (ut toties diximus) iudicium, pro onere, quod Conductor suscipit, debere diminui pensionem. Sanè Delugo *c* ait, in aliquibus locis Italix in hoc casu pensionem æ-

c Delugo

d. 29. de

Iust. n. 78.

qualè oneribus esse, si pro bove æstimationis

Ffff 2

viginti

viginti aureorum detur pensio aureorum trium, idque aliquos probare ex ipsorum Rusticorum confessione, qui judicant sic bene compensari ejusmodi onus.

CAPUT VI.

Explicans illud descriptionis.

Pro duratione temporis designati.

Quamvis nimis sit manifestum, non prorogari locationem nisi pro tempore designato, ad id enim solum ad fuit legitimus consensus contrahentium; quare, eo finito, debet res reverti ad Dominum modo dicto; tamen non parva dubitationes huc pertinentes enodanda: omnino sunt, quas ad tria capita reduco. Primo, ad ipsos contrahentes. Secundo, ad successores Locatoris, vel Conductoris. Tercio, ad e mentem rem locatam.

§. I.

Contrahentes.

Inquires Primo. An, finito tempore, locationis, Conductor debeat pro æquali pretio præferri cuilibet alteri novo Conductori?

Respondeo. Quamvis alicubi aliqua persona ex privilegio id habeant, & alicubi fortasse sint propriae leges id disponetes, eodemque privilegio gaudeat quilibet Conductor prædii communis, vel Fisci, ut in Jure a debet L. Ne cui cernitur; tamen universaliter ex jure communi nequaquam Conductor præferri debet. Ita to. Ita etiam ibidem in fine legis, & alibi. b.

Inquires Secundo. Si Conductor, impleto tempore, remansit in conductione, sciente, & consentiente Domino Locatore, seu, eo, ad quem pertinet rei locatæ administratio, censetur ne prorogata condictio?

Respondeo, Textus c hanc questionem resolvit, distinguendo: si remansit in prædio rustico sive hominis privati, sive etiam Ecclesiæ, vel Reipublicæ, prorogari solum in annum, quamvis prima locatio fuerit ad annos plures, idque sub eodem pretio, & cum eisdem hypothecis, & pignoribus, non vero si locati.

At vero, si remansit in prædio Urbano, videlicet, in domo (nota hanc sic vocari apud Jurisperitos) censeri. Locationem prorogam, prout alteruter ex contrahentibus velit à Conductione recedere.

3. Excipe in utroque casu, nisi Dominus objisset, vel in amentiam incidisset, nam tunc cum nullus cōsensus, ne præsumptus quidem haberi ab eo possit, non adesset illa conditio modo dicta (scientie, & patiente Locatore). Ita Molina, & alique.

4. Si prædium rusticum non ferat fructum, 498. n. 1. nisi singulis bienniis in casu, de quo loquitur Bonac. l. 1. mur, pro biennio prorogatur locatio, ut notat Bartolus. e Quod si, contra, dictum prædium ferat fructum bis in anno, per annum intelligitur prorogatio, immò per annum intelligitur etiam in prædio Urbano, videlicet Domo, quando Domus non habet usum uniformem in fto anno, vel non solent adesse toto anni fto tempore Conductores, ut sunt Tabernæ, ad eundem Nundinas, & similes.

5. Inquires Tercio. Cum sit g certum, per se g Layman loquendo, non posse Dominum Locatorem l. 3. tr. 4. expellere à domo, vel prædio Conductorem 22. n. 9. rem; an nihilominus sint casus, in quibus commo. expellere Conductorem ante tempus possit?

6. Respondeo, esse quatuor. h Primò, si pē h Quat- sionem debitam non solvat per biennium, percurrit nec in promptu offerat pensiones nō solutas. Azor. j. d. Is tamen expulsus, nō debet pensiones post l. 3. tr. 8. expulsiōnem, quia harum carentiam ipse Loca- to. i voluntariam esse præsumitur, ut notat.

Lessius. i Secundò, si causa gravis superveniat, quia domus v. gr. necessaria sit Locatori c. 14. n. 10. ad proprium usum, eaque causa prævisa non fuerit, quando initio facta fuit locatio, sed tunc Conductor expulsus, cum in nulla sit culpa multo magis non debet, nisi pensiones pro tempore, quo rem conductam tenuit. Lege Molinam, k qui multa affert hujus necessitatis exempla, ex quibus colliges gradum necessitatis, ob quam juste Conductor rem expellere potes. Et quidem si, cum aliam non habeas, corruat domus, in qua tu habitas, vel in illam Hostes irruant, si uxorem duceas, vel dignitatem assequaris, vel filium colloces Matrimonio, unde egeas majori domo, sufficientes necessitates sunt ad expellendum Conductorem, si ea non fuerint initio prævisa. Idem Molina, loc. cit. docet concedi.

concedi Locatori jure naturæ, sed ex privilegio Juris communis, & quia jura non loquuntur, nisi de domibus, ideo advertit, non esse id ad alia prædia extendendum. Idem habet Bonac. l.c.

7. Tertiò, expellere Conductorem potest Locator, si res conductæ indigeat refectione, quæ fieri non possit, remanente in prædio Conductore. Verum, ut modo in simili dictum est, tunc Conductor non debet ratam pensionis, quæ correspondet tempori absentia, quia tunc Conductor non abest ex ipsius culpa, ut supponimus.

8. Quartò, quando Conductor damnum inferat rei conductæ, ut si porcos colat, &c. Ut item, si res conductæ abutatur contra bonos mores, ut si introducat in domum conductam Meretrices, Lenones, & similes cum decore domus, vel cum scandalo, poterit eum Locator expellere. Et Lessius a quidem merito putat, in hoc casu debere ab hoc pravo Conductore pensionem temporis sequentis ab expulsiōe usque ad tempus designatum Locationis (intellige juxta dicta b) quia secus causa, & culpa Conductoris cessaret Locatori sibi debitum lucrum pensionis, posita aliqua ex his causis, poterit Locator expellere Conductorem; sed ne anxia detur injustitia, alicubi tantum esse, ne id fiat sine auctoritate Judicis, notat ibidem Azor. e

§. II.

Successores.

1. Successor alius esse universalis potest, qualis est hæres, alius particularis qualis est Legatarius, vel is, cui quis donavit, vel vendidit rem forte locatam. Sit ergo triplex regula.

Successor universalis.

2. Prima, Successor universalis tenetur stare Locationi, vel Conductioni factæ à suo prædecessore. Lege Mānticam, & aliosque Ratio est, quia hæres universalis repræsentat personam ejus, cui in omnibus succedit. Quare debet omnia servare, ad quæ suus prædecessor se obligaverat.

3. Excipe successorem etiam universalem

in Majoratu, & item fideicommissarium quemcumque; si enim cum accipiant bona ab eo, qui instituit Majoratū, seu fideicommissum, & non ab eo, qui prædium, v.g. locavit, quique non poterat disponere de prædio, nisi pro tempore suæ vitæ, ideo non obligatur stare promissionibus Locatoris, is enim non fuit legitimus administrator, ut ita loquar, pro tempore sequenti ad suam mortem.

Successor particularis ex Donatione legatæ, &c.

4. Regula secunda habens duas partes. Prima est, Successor particularis ex Donatione, Legato, vel simili contractu gratuito, siue succedat in proprietate, siue solum in usufructu talis rei particularis, non tenetur stare locationi prædecessoris, seu Donatoris, & consequenter, nec Conductor tenetur stare ejusmodi conductioni.

5. Secunda pars regulæ est. Si tamen Conductor velit stare, & non permittatur, potest ipse Conductor agere ad interesse contra eum, qui ipsi rem locavit, vel contra ejus hæredes. Ita idem Doctores, & passim. Ratio prioris partis regulæ est, quia successor particularis non succedit in omnibus jurebus, vel debitis prædecessoris, seu Donatoris, sed in illo tantummodo bono peculiari, quod sibi datur, ergo non obligatur ad servanda jura, vel debita, quæ fuerunt contracta inter Locatorem, & Conductorem, quæ cum fuerint personalia, non fuerint translata in ejusmodi particularem successorem, qui nec legantis, nec donantis personam repræsentat. Ratio posterioris partis regulæ est, quia tunc per translationem rei conductæ in alium, Locator, vel ejus hæredes sunt Conductori causa illius interesse. Unde merito sic deciditur in c. l. Em. prorem. c. de Locato. l. Si merces. §. Qui secundum ff. locati. l. Nihil §. ult. ff. de legatis primo.

6. Quoad primam partem regulæ, excipe Primò, nisi signatè initio locationis deductum esset in pactum, ut pro tempore locationis res locata remaneret particulariter ipsi Conductori subjecta, seu hypothecata ad securitatem suæ conductionis: nam tunc invalida fuisset, seu certè invalidanda alienatio subsequens, facta à Locatore, cum fuerit contra Jus particulare Conductoris ipsi ortum ex vitalis pacti. Dictum autem est (nisi signatè, &c.) nam si res locata solum genera-

liter hypothecata fuisset in hunc ferè modum: omnia mea bona sint tibi Conductori subiecta ad securitatem tuæ Conductionis, tunc valida sine dubio fuisset sublequens alienatio, sed Conductor, juxta secundam partem regulæ, haberet Jus se defendendi contra Locatorem, seu Locatoris hæredes, volentes eum expellere, ut fusc Molina, *a* qui deinde num. 9. prosequitur quid dicendum sit in re locata à Fisco, & paulò post, in quibusnam idem Fiscus succedere soleat.

Excipe Secundò, id, quod mox excipiam §. 3. nu. 2. cum de emente.

Successor sui Administratoris.

7. Regula Tertia, quando aliquis alteri prædecessori sive defuncto, sive viventi succedit, etiam in re particulari, qui prædecessor administrationem rerum illius, qui succedit legitime habebat, quique prædecessor rem illam locaverat, debet *b* ejusmodi successor stare locationi factæ. Ratio regulæ est, quia quilibet obligatur rata habere ea, quæ facta sunt à suo legitimo Administratore, seu suo Procuratore, quamvis deinde hic moriatur, vel à munere amoveatur. Cum ergo hic Locator, de quo agimus in hac regula, fuerit legitimus Administrator, unde legitime locaverit, debet ejus successor eam locationem ratam habere.

8. Hinc Pupillus debet stare locationi factæ à Tutore, vel Curatore. Hinc ex meliori sententia, quam sequitur cum alijs Molina, *c* Uxor, mortuo Marito, debet stare locationi non solum bonorum dotalem, sed etiam Paraphernalium factæ ab eodem Marito, quia Maritus non solum est usufructuarius rerum dotalem, sed etiam est legitimus Administrator earundem rerum dotalem, & etiam, saltem, quando uxor non prohibuit, paraphernalium. At verò Maritus tunc solum obligatur stare locationi antea à dotante factæ, verbi gratia domus datæ ipsi dotem, quando Maritus eam rem in dotem accipiens, sciebat, esse locatam, quia sic tacite visus est locationi consentire: secus, *d* si nesciebat, quia tunc, cum sit successor particularis in dominio utili, recurret secunda regula jam numero 4. allata.

9. Hinc denique Prælati, Abbas, Beneficiarius debet stare locationi factæ à suis præ-

decessoribus de bonis pertinentibus ad Ecclesiam, quia horum illi prædecessores fuerunt legitimi Administratores, & hi posteriores succedunt in his bonis Ecclesiæ quasi eandem Ecclesiam representantes, ut representabant prædecessores.

10. Dixi de bonis pertinentibus ad Ecclesiam, nam de bonis, quamvis Ecclesiasticis, sed pertinentibus ad suam dignitatem, vel Beneficium, cujus fructus sui sunt, cum ea dictæ personæ administrant, ut res suas, quoad fructus, valide quidem locant pro tempore suæ vitæ, sed non pro tempore post suam mortem, unde tunc successor stare locationi non obligatur. Et nota, in his bonis pertinentibus ad eorum dignitatem, vel Beneficium, successores succedere, tanquam in Majoratu, quibus prædecessor præjudicare non potest, unde, si hic prædecessor exegit pensionem pro tempore post mortem suam, potest & successor eam nihilominus exigere.

11. Atque in hoc toto casu hujus nu. 10. Sicuti Locatoris successor potest recedere à Locatione, præter casum, quem mox §. 3. nu. 2. & 3. dicam, cum de Emente, sic Conductor potest Conductionem relinquere. Denique meminere, hæc omnia dicta semper esse præscindendo ab aliqua legitima consuetudine fortè alicubi introducta, vel iusto pacto, &c.

§. III.

Successor particularis ex Emptione.

1. **E** Mens rem ab aliquo, est ejus successor particularis. Ementis ergo rem locatam, eadem prædicta secunda regula, duas habente partes, utatur, quam modo paragr. 2. nu. 4. attulimus.

2. Unum tantum casum excipe, in quo is, qui emit, saltem ex æquitate, stare debet contractui, nec expellere potest Conductorem. Nam Colonus v. g. si, postquam agrum conduxit, illum seminavit, non debet ejusmodi Colonus expelli ab Emente memoratum agrum, donec messis colligatur, quia secus in tempestivè expelleretur, cum æquum non sit Colonum fructuum jacturam perdere.

3. Idem dic de Prælato successore bonorum Ecclesiasticorum particularium Prædecessoris, nam, si res non est integra, & Conductor operas adhibuit in agro Beneficarii colon-

a Molin. d.
490.

b Mol. Rebellio,
Mantica
Gomez. ap.
Bonac. l. c.
nu. 7.

c Molin. d.
492.

d Lege Molin. ibid.
nu. 4.

c Lege Bonac. d. 1. de contr. q. 7. nu. 1. si sit fa.

colendo, dictus successor non potest Conductorem expellere, donec annus, vel fructuum collectio finiatur, ne scilicet intempestive cum alterius damno abscondatur locatio.

4. Ex quibus colligo, idem debere dici, de omnibus similibus, vel dissimilibus successoribus, quia æquitas non patitur, ut Conductori, aliquo damno, dum bona fide in operas præcessit, assiciatur.

CAPUT VII.

Explicans illud descriptionis.

Personam aliquam, vel seipsum.

1. **H**æc pars descriptionis notat posse quempiam, vel seipsum, vel aliam personam, in quam quis Jus habet, v. gr. suum servum locare alteri promittere, si-ve universale in omnibus, ut sunt famuli, qui sub pretio se exhibent ad serviendum in quacunque Domino, si-ve in aliquo peculiari opere, ut sunt Artifices, Coloni, Scientiarum Magistri, &c. De his ergo sub communi nomine famulatus nonnulla perstringam, nec solum ea, quæ strictè pertinent ad contractum locationis de quo loquimur, sed etiam (quandoquidem adest hæc occasio) ad alia universaliter, quæ spectant ad famulos, & consequenter ad Dominos.

2. Ut autem ordinatim procedam. Primò, agam de famulis, qui juxta promissum, servant, seu servierunt. Secundò, de his qui promissionem violantes, non servant, cum possint. Tertiò, de his, qui non servant, cum non possint.

§. I.

De Famulis, qui servant, seu servierunt.

1. **I**s, qui debitum obsequium exhibent, vel exhibuerunt, debet justum stipendium, quis ignorat? Sed querenda sunt adhuc duo. Primò, quodnam est debitum obsequium? Secundò, quod est justum stipendium.

Quodnam est debitum obsequium?

2. Illud est, quod moraliter, & communiter in illo genere ab aliis exhiberi solet. Et quia illud habet latitudinem, juxta quam diligens, diligentior, diligentissimus famulus servire potest, satis erit, in gradu infimo, id est, ut famulus exhibeat diligentiam, necessario maximam, nec illam, quæ urgeat ad desidiam, idque præciso pacto majoris diligentiae, pro qua daretur majus stipendium, ut ex se patet.

3. Hinc fit Primò, ut si famulus prædictam diligentiam, saltem in infimo dicto gradu non servet, ex quo sequatur damnum aliquod Domino, fit, inquam, ut obligetur ad restitutionem damnorum, immò, propter paritatem rationis, etiam lucrorum, Domino inde cessantium. Verum hic maximè est notanda monitio alias sæpè tradita, a nimirum negligentiam, quæ in uno genere famulatus v. gr. in transferendis lignis, est levis, gravem esse transferendis vas vitreis. Locum omnino recole.

4. Fit Secundo, ut si posita prædicta diligentia, famulus alias operas exerceat, lucraturque, possit hoc lucrum sibi acquirere, & retinere, quia, quando sese abdixit Domino, ejusmodi a se potestatem non abdicavit.

Quodnam est stipendium justum?

5. Justum autem stipendium habet summum, medium, & infimum gradum, estque illud, quo communiter in foro solent operæ, famulique talis ministerii conducere, & satisfacere Dominus, si (præscindendo ab aliquo justo pacto) det infimum, ut notat Bonacina, si petat, inquam, nam si tacet, videtur infimo contentus esse, atque adeò non potest, prætextu supremi debiti, compensare sibi usque ad summum.

6. Hæc ita in genere dicta rem exactè nequaquam definiunt; adhuc enim restat scrupulus, ecquodnam sit ejusmodi justum, licet infimum stipendium, præsertim, quia nesciri vix potest in tanta varietate operarum, & ministrorum, quodnam stipendium in foro, & communiter currat. Id ergo prudens, & expertus vir faciliè explicabitur, si quatuor expendat capita, quæ jam subdo.

7. Pri-

a Lib. 8. in
Decal. Tr.

3. c. 5. §. 1. l.
nu. 5. c. 1. l.
c. 3. §. 7.

V. Depositi-
tum, &

iterum di-
cam infra

lib. 9. Tr. 7
de Societ.

c. 8. nu. 25.

b Bonac. l. c.
p. 4. nu. 3.

7. Primò. Expendat, famulos interdum condonare defectum mercedis Domino ob quatuor potissimum subinde rationes, nempe Primò, quia ab ipsis Dominis sperant favorem & gratiam, immò etiam munera in Republica, & Beneficia; hæc enim sola spes est pretio æstimabilis, tamen si deinde nihil re ipsa acquiratur.

Secundò, quia obsequium est admodum exiguum, unde remanet ipsis locus, sive ori-
andi, sive alio modo lucrandi.

Tertiò, quia dum serviunt, aliquam artem addiscunt, ut sunt servientes artificibus, Professores Medicinæ, Musicæ, & simili-
bus, quin aliquando ob sola alimenta victus, & non raro ne ob victum quidem, sed solum ob ejusmodi unum finem addiscendi famu-
lantur.

Quartò denique, quia compensatur satis, superque merces ab honore officii. Sic aliqui Officiales in Civitatibus, quos Juratos Siculi appellamus, modicissimo stipendio fruuntur, licet maximis Reipublicæ occupationibus distendantur, eo scilicet honore contenti, pro quo adipiscendo, se passim multum se expen-
disse, etiam gloriantur.

8. Secundò, expendat vir prudens nume-
rum famulari volentium, qui frequentissimus hodie solet esse; tanta enim famulorum copia valde diminuit de ipsorum mercede, quia tunc ultro se offerunt pro quocunque pretio; ultroque autem merces vilescere usque ad ter-
tiā partem, immò aliquando etiam usque ad dimidiam, doceri à nonnullis diximus ali-
bi, a & certe tunc vilius esse debere stipendi-
um, mirum non est: sicuti in cæteris rebus ve-
nialibus, quando hæc abundant, usu venire
solet.

9. Tertiò, expendat etiam necessitatem ipsorum famulorum, nam licet mera necessi-
tas servi non debeat minuire pretium sui la-
boris; neque enim, si ego habeo necessitatem vendendi frumentum, præcisè ex hoc tu in-
fra infimum pretium potes emere, nisi aliun-
de dictum pretium vilescat, tamen, quia, quando hac necessitate laborant, multi servi, non inveniuntur Domini, qui majus preti-
um præbere velint, inde fit, ut stipendium tunc communiter currens in foro, sit minus, & consequenter hoc, quamvis vilius sit ju-
stum.

10. Quartò, est etiam perpendenda, ad

Justitiam stipendii cognoscendam, ipsa libe-
ralitas Domini, qui non raro ad suæ familiæ
decus pertinere putat; si ut Magni Principes
conluverunt, plus suis famulis impertiant,
quam eorum famulatus mercatur.

Atque ex hoc ultimo solvitur illa questio,
An, si Dives Dominus det suo honorario fa-
mulo victum pro suo, & ordeum verbi gratia
pro Equo, vel aliam victus portionem, quæ is
honorarius famulus alium pro se famulum
habeat ipse vero, nec equum, nec alium alar,
possit sibi illud ordeum, & portionem illam
reservare? Posse enim puto, non solum, quia
ea non videntur dari, ut ille habeat equum,
& famulum, sed, ut possit habere, & eorum
defectus non redundat in damnum, seu de-
decus Domini, sed solum ipsius honorarii fa-
muli: quæ sunt rationes Magistrorum Sal-
manticensium approbantium hanc doctri-
nam apud Delugo, b verum etiam, quia e-
jusmodi Principes, ac divites Domini non
ad justum stipendium, ut modo dixi, sed ad
liberalem beneficentiam ea mensurant, quæ
donant.

11. Quando non stat per famulum, ut ser-
viat, sed per Dominum, qui nolit uti ejus o-
pera, an debeat debere æquale stipendium, ac
si serviret, dixi in superioribus e satis.

Famulorum expulsio.

12. Huc reducamus illam questionem.
An sit aliqua causa, ex qua justè possit Do-
minus, ante finitum conventionis tempus, ejic-
ere servum famulari volentem?

Respondeo. Præcisè nonnullis legibus,
quæ fortè alicubi vigent, de quibus Molina, c
potest dimitti prædictus servus ex causa gravi
superveniente, quæ in initio prævisa non fuit,
ut ibidem docet Molina.

13. At, quæ nam est causa nova?

Respondeo, non solum esse gravissimam,
ut, si Domini vitæ insidiaretur famulus, si fu-
raretur bona Domini, si damnum eidem af-
ferret, &c. Verum etiam, si famulatum nota-
biliter negligeret, ita ut adhiberet notabiliter
minus infra infimum gradum ordinatæ di-
ligentiæ; quem in simili ministerio solent al-
li famuli communiter adhibere.

Ratio est, quia jure naturæ, & præcisè le-
gibus positivis, vel peculiari pacto, talis vide-
tur esse intentio contrahentium, ut sicuti Do-
minus

a Lib. 8. in
Decal. c. 7.
§ 4. m. 6.

d Molina
101. q.
106.

1. de bell.
lib. 1. c.
1. q. 9.

minus dat bonum stipendium, ita bonum obsequium famulis præstare debeat, quod certe illud est, quod saltem infimum diligentia gradum attingit, modo, quo paulò ante n. 2. & 3. explicatum est. Ni ergo illum Famulus attingat, meritis Dominus stare contractui, non obligabitur.

Famulorum recessus.

14. Huc etiam reducamus quasiunculam præcedenti affinem: an scilicet famuli, quando tempus serviendi non est ex pacto determinatè definitum, possint quandoocunque velint, à famulatu recedere?

Respondco, posse absolutè, sed maximè tunc attendendum esse ad consuetudinem Regionis, qua famulus soleat, vel non soleat ad libitum à contractu recedere. Perpendendum etiam erit genus famulatus, nam aliquando ipsa res, in qua obsequium versari debet, ostendit, an ad annum, ad menses, ad dies, an etiam ad horas dumtaxat extendatur. Quibus consideratis, recedendi facultas, siue denegetur, siue concedatur a viro prudenti.

Compensatio Famulorum.

15. An Famulus, si justam mercedem illi deneger Dominus, possit, si alia via suum haberi non apparet, occultè sibi compensare?

Respondco, posse, sicuti in similibus certum est. Verum valè cavendus ille scopulus, quo famulus immeritò putet, mercedem justam non habuisse.

16. Solet autem hic maximè quæri (& molestissimam esse difficultatem Confessariis, in hac decidendâ, fatetur Rebell. a) an, quando famulus pro sua necessitate promittit operam Domino pro stipendio minori, quàm infimo, an, inquam, possit occultè sibi compensare, quod deest, usque ad justum infimum pretium: nam usque ad medium, vel summum jam diximus n. 5. non posse.

17. In hac difficultate ob duo capita regulariter non posse, judico, præter caput ductum à condonatione, quæ aliquando præsumitur, fieri à famulo, ut dictum est modo n. 7.

18. Nam Primò. Si eam necessitatem habet famulus famulandi huic Domino pro vili pretio, idè est, quia non invenit alium Do-

Tamburinus de Sacramentis.

minum pro majori pretio; ad illum enim confugeret, si facile esset, illum invenire: si ergo non est facile, sequitur, vile pretium esse commune in foro, atque adeò justum: ergo excedit non poterit à servo. Id vidit Delugo, b qui sic habet: *Quare raro credendum in hac b Delugo parte famulis obtinentibus defectum justis stipendii: Cur enim alium Dominum non querunt luss. n. 301 cum majori stipendio, vel non quasierunt, si invenire facile poterant? Si autem non poterant, non ergo fuit injustum pretium, quo majus communiter non poterant invenire.*

19. Secundò, quia dum servus dicit, se vili mercede servire, decipit Dominum, qui regulariter in tanta multitudine servorum, qui hodie serviendo victum querunt, alium, eadem immò interdum minore mercede, inveniret: ergo servus cum sit causa talis damni Domino, refarcire debet: refarciet autem non petendo stipendium illud majus, quod alias, si Dominum non decepsisset, habere justè potuisset.

20. In hoc secundo capite habeo contrarium prædictum Delugo: sed fusè, & ad evidentiam, ut mihi videtur, ejus rationes ego dissolvi per aliam occasionem, c quando de hac excusatione famulorum plurib⁹ disserui. de sacrif.

Dixi autem n. 19. (regulariter) quia, si servus, qui necessitate compulsus, se ob vilem mercedem locavit, verè invenisset majorem, non decepsisset cum effectu Dominum, quia is nunquam invenisset servientem viliori pretio, atque adeò posset servus sibi compensare ex probabili sententia, quam ibidem explicuimus.

21. Huc etiam pertinet, quando servus, vel amicus exhibet aliqua obsequia, ad quæ non tenebatur: Quæritur enim, an hic possit sibi compensationem ex bonis Domini, vel amici facere? Et quidem, si gratis fecit, certum est, non posse; d nec enim semel donata potest quis, mutata voluntate, sine consensu ejus, qui recipit, sibi resumere. At si invitus, posset si nihil aliud addatur (dicendum est, e quia labori debet æqualis merces solvi, & nemo facile præsumitur condonare, cum condonatio sit donatio, quæ non præsumitur, nisi exprimitur.

22. Dixi tamen (si nihil aliud addatur) nam maximè cavendum est, ne Dominus vel amicus rationabiliter putet, gratis à te ea obsequia præstari, & sic tua culpa deceptus, cum po-

ggg

tuisset

tuisset illa habere gratis ab alio, ipse ad nihil juxta dicta à n. 17. tenetur, & tu contra Justitiam compensationem attentes.

Famulorum stipendium, quando committitur arbitrio Domini.

23. Inquires Tertiò. Si quis, serviret remittendo se sui Domini arbitrio, quantum esse debet justum stipendium, quod Dominus obligaretur solvere?

a Bonac. l.
a. m. 10.

Respondeo, esse illud, & quod communiter aliis solvi consuevit, consideratis tamen iis omnibus, quæ modo à n. 6. ut justum stipendium taxetur, consideravimus: in hoc enim sæpè falluntur famuli, qui remittunt se arbitrio Domini, & deinde mensurant absolute famulatum, non verò ex illis capitibus, puta sive ex condonatione, sive ex eo, quod in propria necessitate justum stipendium est satis vile, sive ex eo, quod decipiunt Dominum, sive ex ipse, quam à Domino concipiunt, &c.

Stipendii famulatus descriptio.

24. Inquires Quartò. Si, per annos aliquot, famulus non petat stipendium sui famulatus, potestne Dominus illud præscribere, ita, ut non obligetur amplius solvere?

25. Respondeo, ex jure communi posse: Si enim servus, cum possit petere, non petit suum creditum, & Dominus, quia non est requisitus à servo, bona fide debitum non solvit per triginta annos, jam vi præscriptionis non obligatur amplius prædictus Dominus.

26. Dixi per triginta annos, quia hæc est communis doctrina de præscriptione debitorum, ut videri potest breviter apud Delugo. b

b Delugo

n. 7. de

Inf. n. 80.

27. Dixi rursus (de jure communi) nam in aliquibus regnis Triennium sufficere ex jure particulari, non ignoro. Consulatur ergo quilibet Regionis suæ municipalia jura, & quidem de jure Hispanico, quoad hanc præscriptionem stipendii servorum, vide fuse Thom. Hurtad. *

c Th. Hurt

tr. 8. mo-

ral. c. 2. a

n. 245.

Solutio stipendii non requisita.

28. Petrus Dominus probe novit, Paulum olim suum servum, anno v. g. superiore, sibi intersisse fideliter, non tamen habuisse sti-

pendium, & nunc, quando non est amplius ejus servus, vides, illum non petere. Inquires, an obligetur ipse Dominus non requisitus illud ei dare?

29. Respondeo, hanc quæstionem dissolvit idem Th. d. Hurtad. dicens, Dominum non teneri stipendium offerre, nec deferre famulo extra domum suam existenti, & non petenti (nam intra, semper tacite petit, seu expectat.) Ratio est, (inquit) quia dum servus sciens sibi deberi mercedem non petit (addo tamen tanquam omnino necessarium, cum possit, nec ob timorem Domini, vel quid simile retrahatur) Dominus merito cogitabit, servum velle dictum stipendium donare, seu relaxare; id quod Hurtadus confirmat ex aliis Doctoribus, qui, & in gabelis, & in legatis idem dicunt, ut scilicet, quando à Gabelariis, & à Legatariis scientibus sua credita, & petere valentibus, ea non petuntur, non sit obligatio illa offerendi.

Aucta servitiis, augendum pretium, famuli.

30. Si famulus tuæ familiæ obsequio se obligavit pretio certò, sed deinde augetur familiæ numerus, debetne augeri pretium? Idem queri potest de quocunque incremento laborum in serviendo?

Respondeo, cum necessaria distinctione: Si parum augetur de labore, non esse pretium augendum, si multum labor augeatur, etiam proportionaliter augendam mercedem. Ratio est, quia pro parvo augmento involuitur consensus implicitus, pro valde magno, non item. Idem dic in Medico, si se obligavit ad inserviendum Monasterio, Seminario, Familiæ, &c. quando pari modo augetur personarum inserviendarum, ut notat Corradus. e Notentur tamen dicta n. 27.

31. Quod si in pretio statuendo, habita est de consuetudine ratio singulorum, ut quando conventum fuit 88. denariis, pro inserviando singulis, tantum pretii, 3 p. d. l. certè, si crescat numerus personarum, debere, 14. p. l. & crescere pretium sic taxatum, dubium esse non potest.

32. Quid, si quis se conduxit certò pretio ad ædificium v. g. faciendum, & deinde apparet, notabilem auctum fuisse laborem, immodè & auctas expensas, quas sibi faber assumpsit faciendas?

Re-

bi, majori stipendio, serviat, quando clariores sunt rusticantes famuli, obligatur in conscientia, restituere Domino, quantum ipsius interest, famulum recessisse. Quare illud Dominus, ex mercede fortè nondum soluta, poterit sibi retinere.

5. Præterea servus in casu, de quo loquimur, obligatur redire ad Dominum, ut toto promisso tempore famuletur, quia ex contractu, & aliquando ex addito Juramento, se obligavit illud complere. Neque liberare se ab hoc reditu potest, etiam si omnia damna resarcire velit, quia Dominus habet Jus ad personalem illam obligationem factam à servo.

6. Quid de Domino? semel recedente culpa sua famulo, obligaturne is eum iterum recipere?

*Delugo
d. 29. de
Inst. n. 56.*

Respondeo, saltem non obligari videtur, a quando recessus ipse tanta culpa æstimatur, ut, propter æqualem, potuisset Dominus illum expellere.

§. III.

Famuli, qui non serviunt, cum non possint. Vnde Famulo agrotante.

1. **S**ervus, durante tempore statuo ad obsequium, conjicitur in Carcerem ob aliquod delictum (non ea intentione patratum, ut non serviat) vel, ob mortem sui parentis, adstringitur ad curam suarum rerum, vel in morbum incidit, quo affectus servire non potest, vel in aliqua similia impedimenta incipit, quæ impossibile illi, sive physice, sive moraliter reddunt, posse prosequi famulatum: Servus, inquam, hujusmodi sine dubio potest famulatum relinquere, & Dominus obligatur, consentire, solvendo tamen ratam mercedis debitam factis obsequiis, quia contractus, initio initus, semper censetur factus sub conditione, quod aliquid grave non obstat. Sicut enim Dominus, si conjiceretur v.g. in Carcerem, unde non indigeret servis, posset illos dimittere, ita & servus, &c.

2. Quæstiunculæ autem tres hæc solent de agrotato famulo adnecti. Primâ, an sit curandus expensis Domini.

3. Secundâ, An idem debeat accipere mercedem pro eodem tempore, quo propter infirmitatem (idem propter aliud ratio-

nabile impedimentum) non famulatur.

4. Tertiâ, An servus locatus v.g. in annum, si agrotet, seu legitime impediatur per mentem v.g. obligetur, post annum supplere hunc mensem in serviendo, & an Dominus, pro hoc mense supra dictum annum, admittere illum debeat, soluta debita ipsius mensis mercede: loquimur autem in his semper, præciso pacto, sive implicito, sive explicito, ad quod Dominus, vel Famulus se obligasset.

5. Respondeo ad Primam, negativè, b quia b debet ad illas expensas ex vi conductionis non se o. ap. Dicitur obligavit Dominus: immò nec se obligavit ad p. 1. r. de alimentis pro illo tempore, quo sibi infirmus, et uolens futurus esset servus. Quicquid affertur de his alimentis Azor. c. Excepi debere d. 3. de extrema necessitate, quando ex Charitate r. q. 7. p. 4. te debet quilibet cuilibet succurrere, admoni. n. 11. tione opus non est. c. Azor.

Respondeo ad Secundam, item negativè. Ratio est, quia, cessante fine famulatus, non quæ apparet, cur non debeat cessare, & obligatio d. Malis solvendi illius mercedem. Scio & aliquos esse, ap. Dicitur se contrarios huic nostræ, & quidem communiter sententia, sed non sunt audiendi, quia ar. c. Apud gumentum ipsorum dictum ex Textu, s. in eundem quo Imperator concedit Advocatis defunctis mercedem, etiam si non servierint, facile f. l. 1. r. solvitur: loquitur enim Imperator de Advocatis mortuis quidem, sed pro tempore, quo vivos vivebant, & quo per ipsos, dum vivebant, non cessavit stetit, quin servierint. Advocatorum enim, ut extraneorum, & Procuratorum, Medicorum, Barbitorum, &c. rum, & similibus ejus naturæ officia sunt, ut tunc satis, superque censeantur continuato servire, quando sunt prompti ad obsequium, & in occasionibus, quæ se offerunt, à serviendo non deficiunt. Non ita se habet communiter famulorum, de quibus potissime loquimur, conditio; horum enim est continuo servire, & in dies, immò, & in horas. Dixi tamen, communiter, nam, & his etiam suam debent mercedem, quando in suo serviendi modo per ipsos non stat, famulari, g. supra indicatum est. g. 1. 1. 4.

7. Ad Tertiâ, respondeo item negativè. Ratio est, quia contractus fuit additus ad illum unum annum: Quare eo elapso, elabitur obligatio, tum pro servo, tum pro Domino: Is enim non obligatur admittere servum volentem resarcire tempus subtractum, sed poterit, juxta supradicta, partem stipendii correspondentem tempori, in quo famu-

famulus non servivit, ab ipso demere, illum-
que dimittere; Sicut enim votum jejunandi
huic anno, vel huic diei addictum, anno, vel
die transacto, non amplius obligat, ita Con-

ductio, & Locatio, sive domus v. g. sive
famulatus pro hoc anno, vel die, iis exactis,
non amplius obligant.

FINIS TRACTATUS QUARTI.

TRACTATUS V. DE EMPTIONE ET VENDITIONE.

Remissivè.



E hoc argumento latè, & plu-
ribus egi in libris a Decalogi:
quare ibi dicta non sunt à me
repetenda, nisi fortè Typo-
graphus velit totam illam tra-
ctationem hic ad Lectoris
commodum transcribere, quod certè non re-
cularè.

*An Vino vendendo misceri aliquando possit
aqua.*

Ne autem inutile sit hujus Tractatus me-
miniſſe, libet ſequentem difficultatem per-
tinentem ad Venditionis, Emptionis que
argumentum, diligenter excutere.

§. Unicus.

*An Vinum aqua dilutum possit aliquando vendi
pretio vini puri?*

Dixi b alibi in hanc ſententiam. *An*
dimmiſceri aliquid poſſit rei extraordina-
ria bonitatis, & conſtatum ſic redditum æquale
cæteris, taxato pretio, vendere, ut frumentum
electum mixtum ordeo, vinum generoſum mix-
tum aqua?

Reſpondeo, Concederem id aliquando frumen-
to, vix unquam vino.

2. Hæc ibi dixi, nunc verò, re diligenter
expenta ſic ajo: Concederem id aliquando fru-

mento, nunquam vino. Ita communiter de vi-
no, Doctores. e Rationes multæ ad id aſſe-
rendum me urgent.

2. Primò. Ideo pro vino puro vendere
poſſes, ut ais, vinum aqua dilutum, taxato,
vel communi pretio, quia per aquam illud
reddis æquale vino, quod in eodem foro
venditur: tuum enim valde generoſum facis,
ex aqua, ſimile communi vino debili. At
omnino falſum eſt, vinum ſic reddi æquale,
vel ſimile vino communi: Ergo caput non
habes, unde æquali pretio vendere poſſis.

Minor adeo vera eſt, ut potius explicatio-
ne indigeat, quàm probatione. Vinum tuum
eſt conſtatum ex vino, & aqua: Vinum fori
eſt vinum ſolum. Ergo tuum non eſt reddi-
tum huic æquale, vel ſimile. Licet enim igno-
ranti miſtionem, æquale, vel ſimile appareat,
verè tamen hujusmodi non eſt; ſicuti manus
Jacob, quæ apparebant manus Eſau, verè ta-
men manus Eſau non erant. Quæadmodum
ergo, niſi ibi latuiſſet Myſterium, verè Jacob
parentem decepiſſet, ita tu decipis Ementem.

4. Atque hinc emergit ſecunda ratio du-
cta ex involuntario. Si Emptor adverteret,
in vino ad eſſe aquam, communiter nolle-
t, illud ſic emere, Emens enim vinum, ſubſtan-
tiam vini petit, non ſubſtantiam aliam. Er-
go involuntariè tuum vinum emit, ergo tu
iniquè vendis. Dico (communiter) nam eſto
aliqui de hac miſtione niſi fortè laborent, cer-
tè in tanta copia Ementium ſemper non pau-

Gggg 3 ci

c Petr. de
Ledeſ. Re-
bell. Salas,
Med. Mol.
Nav. Ro-
dr. Azor.
quos citat
Dianap. l.
iv. 8. Reſ.
51.

ci nollent sic emere. Saltem igitur hos, qui involuntarii sunt, decipis.

5. Tertiò, etiam si concedatur (quod tamen minimè concedi, dicam mox nu. 13.) te non obligari ad restitutionem, si quando das tuum vinum, quod mistum illa aqua verè tanti pretii aestimetur, quanti tu vendis: At quis te liberabit à peccato, quo per dolum, & fraudem e mentem inducis ad emendum? Si ego te fraude, vel vi, vel metu compellam ad emendum meum v. g. Equum, iusto, immò modico pretio, quo valet, nonne sum tibi injurius, & contra te pecco, dum fraudem induco, vel timorem incutio?

6. Quartò. Quia magna est disparitas inter vinum, & frumentum, illique similia, unde concedere, aliquando possumus misionem illam frumento, aqua autem infusionem nunquam vino. Disparitas autem est duplex. Prima. Quando in frumento, quod communiter venditur in foro, adest aliqua Ordei v. g. vel lolii pars illi commista, tuum autem sit sincerum, & purum, si Ordeum, vel lolium, vel quid simile ad das tuo (nam addere terram, arenam, vel quid omnino diversum, quod simile non est in frumento fori, non concedo) æquale, ac simile facis tuum illi, quod venditur communiter in foro, quod æquè mistum est Ordeo, lolioque. At non ita in vino, cui admisceatur aqua. Vinum enim fori est sola substantia vini, non ita tuum, quod à te factum est vinum, & aqua. Hinc facile concedam, posse te vino generoso admiscere vinum tenue (nisi aliud obstat) sic enim reddere illud potes æquale vino communi, non verò, aquam, quæ est peregrina substantia à vino. Dixi (nisi aliud obstat.) Nam, si ad sit lex v. g. ne vinum unius Regionis vendatur tanti, quanti venditur vinum alterius, sane tunc non posset fieri mistio illius vini cum hoc, illudque pretio hujus vendi: ut ex se patet. Sed hæc est alia quæstio, de qua alibi. Præterea, si vinum fori communiter venderetur mistum aqua, concedam, licere tibi aquam immiscere tuo generoso, & puro vino, quia sic facis tuum communi vino æquale. At vinum fori tale esse non supponitur, immò, nec præsumitur, præsertim hic Panormi, ubi adeò rigorosa lex adest, ne vino vendendo admisceatur aqua, ut pœna plebatur is œnopoia, qui in sua officina, vel parvum, aquæ vasculum habere, inveniat.

7. Secunda disparitas. In tuo vino later deceptio, quia illius Emptor aquam in eo, seu alienam substantiam nequit discernere, atque adeo est involuntarius, ut dicebam, in ea emenda: At in frumento facile potest advertere, intercurre Ordeum, vel quid simile purgamentum, idque in tanta, vel tanta quantitate, &c.

8. Quintò. Si tantus rigor in arcenda aqua à loco venditionis vini est in Republica, ut modo innuimus, tantaque vigilantia, ne fiat ejusmodi immistio, viger apud Rectores Civitatum, signum profectò est, magnum hoc esse civium damnum. Atque inde colligimus, eam misionem, quam vis aliunde prava non esset, esse tamen illicitam ex eo capite, quod non est aperienda via ad furta, & injustitias.

9. Sexta. Vinum merum usui est Consecrationi Sanctissimi Christi sanguinis: est aptum ad multa medicamenta, est ebibendum ab iis non rarò, quibus nocumentum affert aqua, quam vis modica, & cuicumque, quamvis generoso vino permista. Consule medicos.

10. Septima. Quid, si servandum sit vinum ad multos dies? sane mistum aqua accedet facile, non ita, si sit merum. Vidit hoc inconveniens Bonacina, qui ita loquitur, a Breac. ut videatur concedere, misionem prædictam, loco meo quando vinum est consumendum statim, citando. quod solet esse in venditionibus, ut loquimur, ad minutum, non verò, quando in magna quantitate, quia in minutis non est diu servandum, sicuti in quantitate notabili. Sed quæso, unde scias mensuram, quamvis parvam à paupere empram, non esse conservandam ad aliquem diem, vel usque ad Vesperas? cum tamen experiamur vinum aqua dilutum, etiam uno die, non infrequenter, accescere, vel saltem notabiliter evanescere. Vel unde scias, non parari ad medicamentum, vel ad quid simile? Est igitur, id negligere, periculosum plenum opus alex.

11. Octava. Vinum, ut habemus ex omnium Medicorum suffragio, digeritur, & convertitur in alitum, cum aqua, quia est elementum, & non corpus mistum, non convertatur in aliti substantiam, sed sit tantummodo alimenti vehiculum. Hinc ergo fit, ut qui emit vinum ebibendum, etiam statim, vinum velit purum emere, ut possit ad suum libitum, vel, ut vehiculo uti, vel præcipue, ut alimento, non verò velit emere aquam, quæ,

quæ, tamen generoso vino immista, substantiam alicui non adauget.

12. Afferam in hanc rem narratiunculam non illepidam, quam ab amico, qui præsens interfuit facta, nuper accepi. Appulit non multis ab hinc annis Panorum Civis Mediolanensis ex Comitum familia Nobilis, qui à parisi Nobilitatis viro ad prandium non paucis aliis primoribus invitatus, magna, ut fit, et culentorum copia, & generoso nostrate vino exceptus opipare fuit. Sub finem convivii, incidit sermo de vino propinato, ex qua scilicet regione procreatum est, dictumque est, ex latifundio Bachariæ prope Panorum. (An à Bacco nomen hoc duxerint majores nostri, an aliunde, nobis incertum) similiaque fere esse non pauca, quæ ex vicinis locis ad nos afferuntur vina.

Tunc advena, laudare vinum Regionum suarum, nostrum deprimere, bibi suum sine timore, vel ebrietatis, vel offensionis, amabile esse, gratum, suave. Contra, Panormitanum vellicare nimis palatum, in caput evolare protinus, sensus, ac rationem inturbare; de eo fortasse sapientium illam paræmiâ usurpari, primum vini Calicem afferre sanitatem, secundum, delirias (sed certe dicebat, non mihi.) At vero tertium, esse omnino venenam. Aderat ibi inter Ministros, convivii servientes, quidam homo, Leporum, (ut cum Catullo loquat) disertus Pater, & facetiarum. Is ita Comiti respondit: Nobis etiam, nobilissime vir, Panormi, suppetit artificium, quo, quando libuerit, generent vites nostræ vinum vino mediolanensi quàm simillimum. Immo in Cella vinaria Domini mei hujus generis copia non deest. O lepidum caput, subjunxit Comes, bonum vinum, instar Evangelici Architrictini ad finem convivii reservasti? Adduc ad nos, amabo te, vel unum Calicem ex illo. Afferam, ille respondit, si jubes, & amphoram. His dictis, recessit homo à loco, & clam in remoto cubiculo, miscet rubro vino nostrati commodam aquam, eo-que confuso plentim cyathum, viro Mediolanense vinum experenti, & expectanti, reverenter propinat. Ut vinum is delibavit. Proh dixit, quàm excellens vinum? hoc illud erat, quod ego exoptabam, quodque meritis laudibus extollo. Tunc facetus ille. Dicam, inquit, ingenuè. Locus, ac regio, unde præstantissimus hic latex adychitur, puteus est, fons

salientis aquæ est: Quoties nos vinum tenue Mediolanense simile experimus, aquam infundimus, & Mediolanense procreamus. Plausum dedere assidentes Convivæ. Sed Comes, ut erat vir cordatus perinde, ac festivus, sibi non defuit, responditque promptissimè. Heus Domini: At ego, at nostrates, at Medici omnes vinum in stomacho volumus, non aquam. Ad quæ mutire ausus est nemo.

13. Ajo ergo, Eminentem vinum, etiam ad potandum statim, vinum in stomachum trahere, velle, non aquam. Unde, si tu illi hanc intrudis, injustitiam illi facis, ac restitutioni sis obnoxius, quia plumbum pro argento, pretio argenti, hoc est, aquam ex flavio, pretio vini ex dolio, vendis.

Quid de hujusmodi Venditione vini diluti, sentiant Doctores?

14. Objicies. Delugo dixit Concederem a Delugo rarissimè vino, &c. ergo in aliquo, licet raro disp. 2.6. de calu, licebit. Rursus Lessius, b Bonacina, c Iust. à n. Diana, d citatis & aliis prædictam missionem 67. concedunt, cur ergo nos tam alieni ab illa recedimus? b Less. lib. 2. c. 21.

Respondeo, Expende, Lector, naviter hos quatuor Doctores, apud quos habentur c Bonacina ceteræ omnes aliorum fundamenta, & inde l. mox citando.

15. Delugo loco citato nu. 68. sic loquitur: Hac sententia concedens missionem prædictam non mihi displicet cum aliquibus limitationibus. Prima est, quod verè nullum damnum c Lopez, Empt. r. sequi possit: nam si vinum aqua mistum Io. la servare vellet, detrimentum pateretur, eo, quod Crux, Hocius acresceret, vel corrumpere propter mob. qui aquam admistam: Secunda, quod, quando lege bus addæ taxatum est pretium, admistio non fiat ex materia omnino peregrina, sed ex ea, quæ, seclusa Banci in industria, admisceri solet tali rei per se loquendo. singul. ca. Nam tritico in area, alia quadam semina disu 220. versa, quæ cum tritico nasci solent, miscentur, sicut, & palea, pulvis, sordæ, quæ si in eadem solum quantitate miscantur ex industria tritico puro, non extrahitur à statu, quem habet triticum lege taxatum. Vinum verò, seclusa industria, non solet esse mistum aqua: quare lex taxans pretium vini, loquitur de vino puro, quod est omne vinum ex torculari extractum. & ideo, qui habet centum amphoras vini puri, & admiscet illis duas aquas, jam vendit

vendit singulas amphoras vini puri, pretio excedente taxam, qua sola refertur ad vinum purum.

Si tamen consuetudo esset alicubi, admiscendi parum aqua vino, quando conficitur, quia id potius necessarium iudicant ad perfectionem talis vini, non esset illa mistura peregrina, nec praefer intentionem legis, quia pertinet ad ipsam confectionem talis vini.

Quando vero pretium non est lege taxatum, & mistio nullum affert nocumentum, quo res minus bona sit, quam alia pura, non video, cur mistio illa contineat aliquid contra Iustitiam. Et paulo post. Infero Primo, quando pretium non est lege taxatum, missionem, etiam materia peregrina, non nocere, nec impedire, quod commune pretium pro illa re accipiat, si verè non secundum solam apparentiam, sed in sua bonitate, & utilitate aequivalet rebus puris. Aqua vero vino mista rarissime excusare poterit Venditorem, quia licet vinum generosum sit, multum tamen patitur ob eam missionem, & ad plures affectus minus ut se esse solet.

16. Hæc Delugo, in quibus animadvertis, quam limitatè, cautèque loquatur, unde, si attentè ejus doctrina expendatur, apparebit, illud, quod rarissime concedit, esse solum, in eo casu, quem ipse idem dixerat, & nos a alibi etiam admisimus, quando necessaria est ex arte ad vini confectionem.

17. Lessius l. c. sic habet: Si res ex admistione non esset minus bona, quam ea, qua ab aliis venditur, non esset condemnandus injustitia, qui eodem pretio, venderet, quia illa fraude nullum damnum infert Emptori. Cur enim rem suam non possit ad eum statum reducere, in quo sunt res aliorum, & tunc eam vendere eodem pretio, quo alii? Eit hoc interdum in vino, tritico, & similibus speciebus, dum vino valde præstanti miscetur aliud tenue, vel aqua, aut tritico valde puro, Secale; ea tamen moderatione, ut non sint deteriora, quam, qua ab aliis passim venduntur. Et paulo post: Crediderim tamen, talem posse puniri, tanquam specierum vendendarum Adulteratorem, & Emptorum deceptorem. Tales enim missiones sunt in Republica valde odiosæ, & Auctores infames.

18. Hæc Lessius. Ubi vides Primò, eum loqui, cum quis rem suam potest reducere ad statum rei, quæ venditur in foro, & in quo sunt res aliorum. At certè aliorum vina non sunt in statu vini lymphati ergo ad lymphatum Lessii dictum non se extendit. Sed se ex-

tendere solum, poterit, quando admiscetur vinum tenue, vel illa modica aqua necessaria in confectione primordia vini, & de hac necessaria aqua ipse intelligendus est, quando dicit (Dum vino præstanti miscetur aliud tenue, vel aqua) illa enim necessaria aqua valde præstanti vino, seu musto adhiberi solum in aliquibus valde calidis, siccisque Regionibus solet, vel certè in aliis, quando suo tempore opportuna pluvia defuerunt.

19. Vides Secundò, moderationem ab illo affixam (ut non fiant deteriora) ac semper deterius sit vinum, ut probatum est. Vides Tertiò, quam severè damnet ejusmodi Venditores, dum eos vocat adulteratores, deceptores, Infames.

20. Vides Quartò, dum pronunciat, te posse puniri, ut Adulteratorem, & Deceptorem, manifestè docete, re in culpam, seu peccatum incidere (nec solum ex presumptione, quam unam indicavit Valentia mox afferendus nu. 23. sine) poena enim injustè inferretur sine culpa. Quod si paulò ante, te non condemnavit injustitiæ, unde colligere posses, te non obligari ad restitutionem, idè te non condemnavit, quia, ut ex prædictis patet, loquebatur in iis casibus, in quibus res tua, tuumque vinum deteriora ex missione non fierent, & statum bonum similem aliis, quæ communiter venduntur, haberent. Id, quod, loquendo de vino, tunc est, quando vino præstanti admiscetur vinum tenue, vel aqua illa necessaria in ejus confectione.

21. Bonacina, b eum prædictam missionem absolute concessisset, has rationes addit: Primò, quia Venditor potest res suas ad eum statum revocare, in quo res aliorum existunt. Secundò, quia nullum damnum, vel injuriam infert Emptori, cum non teneatur illi tradere res majoris perfectionis, & integritatis, quam ab aliis venduntur. Tertiò, quia æstimatio rei desumitur per ordinem ad usus humanos; cum autem res per admistionem recensitam sit adhuc aequè utilis ad usus humanos, ad quos emitur (ut suppono) sequitur, Venditorem non peccare contra Iustitiam, nec teneri ad restitutionem. Quartò, quia sicut Venditor potest minuire mensuram, quando alia ratione non potest justum pretium extorquere ab Emptore, ut ait Valentia, c ita, qui vino generoso apponit aquam, cujus appositione vinum non fit deterius eo, quod passim ab aliis venditur; nisi fortè periculum sit, ut Emptor

a Lib. 8. in
Decal. Tr.
3. c. 7. §.
11. n. 6.

per intentionem habeat illius servandi, sed vinum servare nequeat ob aqua admisionem. Et paulò post: Arcendi tamen sunt Venditores ab huiusmodi missionibus, & fallaciis, &c.

22. Hactenus Bonacina. In quo Notas Primò, primam rationem non posse applicari ad rem nostram, quia vinum per aquam à vini statu distrahitur. Secundam fallam nimis esse, damnum enim & in iuria fit ementi involuntariè. Terriam esse rem fallam, vinum enim lymphatum non est æquè utile ad usus humanos. Et ipse quidem dicit, (esse aquè utile, ut suppono) quod certè supponere non debuerat. Præterea licet venditor non teneatur tradere rem melioris conditionis, certè tenetur, non tradere deterioris.

23. Notas Secundò, non rectè applicari eam doctrinam Valentie ad casum nostrum: Aliud enim est, vendere rem demendo de mensura, & simul demendo de pretio (quod cum quibusdam conditionibus fieri possit, alibi 8. in diximus etiam nos alibi a. ex eodem Valentia.) Aliud est, vendere id, quod emens di- rectè non intendit emere, & quod caput est, vendere eodem pretio, quo venditur alia sub- stantia, &c. hoc postè. ius nunquam profectò docuit Valentia. Ecce ejus verba hic ad api- cem excerpta loc. cit. conclus. 5. non autem quarta, ut citat Bonacina. Quando rei vitium adversatur intentioni absolute, vel conditionali, siue sit occultum, siue de se manifestum, illicita est venditio, cum Venditor sciens, Emptorem vi- tium rei ignorare, tacitus rem ei vendit. Si ta- men vitium, neque absolute, neque conditionali intentioni emptoris adversatur, & Venditor justè minuat rei pretium propter illud vitium, licita est venditio, quamvis rei vitium dissimulet. (Id semper intellige cum conditionibus, ab ipso loco cit. & à me loco item citato, explicatis.) Et paulò post: Similiter, si quis v. g. nollit dare justum pretium pro tanta mensura tritici, licetè posset Venditor minuere mensuram tacitus, & dare illi tantum tritici, quantum justò emeretur pretio, quod ille vellet dare. Caterum cavendum est, ne in hac parte permittatur nimia licentia Cauponibus, & huiusmodi; nam hi serè ex cu- piditate lucri proclives sunt ad fraudes in mensu- randis rebus, ut merito possit serè semper Magi- stratus præsumere, illos inique facere, atque adeò eos punire. Hæc Valentia.

23. Neque ipse idem nobis obstat, dum paulò post, sic addit: Si quis venderet alteri vinum dilutū, quod perinde sit illi futurum usui (quia emit tantum bibendi causa) licetè poterit tacitus illud vendere pro justo pretio. Non, in- quam, obstat, nam illud pro justo pretio, si bene contextum ejus doctrinæ expendas, signifi- cat illud (demendo de pretio, juxta ac demus de mensura.) Et quidem in eo casu, quo ex ma- litia nollit Emptor dare justum pretium, ut modo ipse Valentia dixit, & ego latius ibid. b explicui.

24. Notas Terriò, quam moderatè deinde monet Bonacina, arcendos esse ejusmodi Venditores ab ejusmodi missionibus, & fallaciis.

25. Et tamen Diana, c ut ad ipsum deve- niam, sic habet: Putabam hanc sententiam con- cedentem prædictam missionem citatos Doctores duntaxat (Joan. la Crux, Lessium, Homo- bonum) Patronos habere, sed postea inveni Bo- nacinam virum doctum, etiam illud amplecti. Et probat validissimis rationibus, quas accipe. Hæc Diana, qui deinde exseribit rationes modò à nobis allatas, rejectasque; ut sanè posset quis exclamare, proli validissimas ra- tiones, quæ tam facilè infirmari potuere? Adde Primò, vix Bonacinam posse dici eam opinionem in praxi amplecti, à qua arcendos tam severè monet Venditores. Adde Secun- dò, qua veritate posse illum citari, quasi ab- solutè concedentem, si ipse disertè limitat ad eum solum casum, quo prævideatur, vinum non esse servandum? id, quod ego notavi, ejusque, quamvis limitatam concessionem numero decimo rejeci. Adde denique Terriò, si quamvis Bonacina, alii que nu. 10. citati, benignius quid indulserint, re, si nunc vi- verent, maturius considerata, futurum fortasse esse, ut in posterum idem non concede- rent.

OS) O(S)



FINIS TRACTATUS QUINTI.

Tamburinus de Sacramentis.

Hhhh

TRACTATUS

TRACTATUS VI.
DE
EMPHYTEUSI
LIVELLO
ET
FEVDO.

CAPUT I.

Quid sit Emphyteusis, & qua ratione
differat à quibusdam simili-
bus Contracti-
bus.

a L. 1. C. 1. *de Iure Emph.*

1. **I**N Jure a sic describitur Emphyteusis. *Est contractus, quo quis tradit rem suam immobilem alteri, meliorandam; quoad dominium utile, sub certa pensione reali, (id est, vel, in pecunia, vel, in fructibus, vel in alio,) solvenda Domino proprietatis, vel ejus legitimo Hæredi.*

2. Qui accipit ejusmodi dominium utile, vocatur *Emphyteuta*. Ipse contractus, quo id datur, & accipitur, appellatur *Emphyteusis*. latine, *Institutio*, seu *Implantatio*: solet enim hic contractus celebrari præcipue circa agros, in quibus debeant plantari, & inferi arbores. Ipsa pensio solvenda vocatur Græcè *Canon*, hoc est, *Regula*, quasi pensio ex certa, & fixa regula sit solvenda. In contractu hoc neces-

b *Jul. Clarus lib. 4.* Clarus. b Verum, non absolute & omnino necessario, sed solum ad vitandas lites, tenent sent. s. em- alii apud Azor. c

ph. aliig. 3. Porro ex data descriptione facile erit c Azor. p. cognoscere discrimen, quo Emphyteusis dif- 3. lib. 10. crepat Primò, à Censu Reservativo. Secundò, à Censu Consignativo. Tertiò, à Venditione. Quartò, à Locatione. Quintò, à Livello, & Feudo, cum quibus tamen in multis convenit.

q. 3. Nam Primò, à Censu Reservativo (qui est, quando ego domum v. g. tibi trado, & reservo ex illa certam pensionem, à te mihi sol-

vendam) differt in quinque. Primò enim Emphyteusis debet ex se constitui in re quidem immobili, sicuti debet Censuum, sed insuper debet esse ejus generis ut cultura, vel opera possit fieri melior, ut mox explicabitur, quam meliorationem non requirit contractus Censuum Reservativi.

Secundò, per Emphyteusim non transfertur dominium directum, seu (quod idem est,) Proprietas, hæc enim remanet in domino, sed solum dominium utile. At utrumque transfertur per Censum reservativum in Censuarium.

Tertiò, Emphyteusis non fit ad tempus brevius decennio, secus, ut mox dicemus, est Locatio; At Censuum reservativus potest, ut libet, ad tempus quodcumque fieri.

Quartò, qui rem accipit in Emphyteusim, si Canonem non solvat, amittit rem, hoc est, res, etiam cum omnibus meliorationibus ad Emphyteuta factis, redit ad Dominum, & tunc dicitur res cadere in commissum, seu caducitatem, id quod non accedit in Censum reservativo, cum in illo satis sit, omittas solvere pensiones.

Quintò, idem Emphyteuta non potest rem vendere, nisi prius admoneatur Dominum directum, (qui si velit ipse emere, erit alius præferendus, debetque expectari ejus deliberatio per duos menses) & nisi solvat certum quoddam pretium, quod Laudemium appellatur, ex eo, quod per illud Dominus laudat, seu approbat alienationem faciendam. Quod si Emphyteuta Dominum non admoneat, eique non solvat dictum pretium, pari modo cadet res in commissum, redibitque ad Dominum directum: quæ poenæ, seu obligationes non sunt in contractu Censuum reservativi.

4. Jam

4. Jam verò Secundò, à Censu consignativo; qualis est, quem nos Siculi in formam Bullæ, seu Bullarem appellamus; differt inter cetera, quia in Emphyteutam transfertur possessio totius prædii sub dicta obligatione pensionis solvendæ, at in Censu consignativo non transfertur possessio dicti prædii in aliū, sed ipse Censuarius remanet Dominus sui prædii, illudque possidet sub obligatione reddendi debitam pensionem, quam alius, qui vocatur Censualista, sua pecunia emit, eo modo, quo latè diximus in Tract. de Censibus.

5. Tertiò, à Venditione differt Emphyteusis in eo, quod per Venditionem transfertur Dominum utile, & directum in ementem, cum in Emphyteutam transferatur utile dumtaxat. Illud hic adverte, quod sicuti, qui emit, venditque perfectò Emphyteutis contractui, non potest rescilire, ita, qui accipit ad Emphyteusim; quare emphyteuta non potest dimittere rem Proprietario non consentienti.

6. Quartò, à Locatione differt, quia hoc non est, nisi ad annos pauciores decennio, cum Emphyteusis debeat esse, saltem ad decennium; & solet interdum dari ad unius vitam, vel ad vitam duorum, trium, plurium, immò & in perpetuum. Hinc si locatio esset ad Decennium, aliqui apud Bonac. a dicunt, non esse locationem, sed Emphyteusim. Aliam magis intrinsecam differentiam invenio in aliquibus Doctoribus, (quam nostrum non est, latè discutere) nam per Emphyteusim transfertur (ajunt) dominium utile, & Jus in re in Emphyteutam; at per locationem non transfertur ejusmodi utile dominium, & Jus in re, sed solum Jus ad rem, quia res non manet obligata Conductori, sed solum ipsa persona, quæ rem locavit. Ita insinuat Delugo, b sed vide Molinam, & aliosque.

In locatione item major solet pensio imponi, quàm in Emphyteusi, quia huic ex se additur onus meliorandi, de quo mox.

7. Quintò, à Livello, & Feudo, quomodo differat Emphyteusis, dicà mox cum de ipsis.

Ex dictis colligas, velim, discrimen inter bona Emphyteutica, & Allodialia, seu Allodia. Iam quoad directum pertinent pleno Jure ad possessorem, & sic appellantur, quia sunt sine Laudo, seu Laudatione, seu Landemio, quod alius præstare debeat; quod, contra, est (ut jam vidimus) in bonis Emphyteuticis.

8. Inquires. Quando dubium est, an aliquis contractus sit Emphyteuticus, an Censualis, qualisnam censendus erit?

Respondeo. Censalem docet meritò Covarr. d quia id minus aggravat possidentem, d Covarr. lib. 3. var. 3. 7. nu. 1. facit enim illum esse Dominum etiam Proprietatis, quod non faceret Emphyteusis, quæ solum constituit Dominum utilem.

Dixi Quando dubium est, nam si alibi res ex consuetudine semper dari soleat in Emphyteusim, Emphyteusis est judicanda, sed tunc non esset dubium, nam ex illa consuetudine res esset moraliter certa. e

Ex cognita natura Emphyteusis, & differentia à cæteris aliis contractibus vides, in ipsa quinque proprietates inveniri, sequentibus quinque capitibus, breviter explicandas. Prima est, quod res danda debeat esse apta meliorari. Secunda, habiles personæ debeant esse, hoc est, altera ad dandum prædium, altera ad meliorandum. Tertia, debeat solvi canon. Quarta, debeat admoneri Dominus directus, & solvi Laudemium, quando prædium fortè sit alienandum. Quinta denique, eadem onera Emphyteutica subire redeat legitimus successor. Atque hæc quidem proprietates sunt de jure communi, cæterum, si alicubi aliæ sint leges Municipales, vel legitimæ consuetudines illas observato.

CAPUT II.

Prima Proprietas Emphyteusis.

Res apta meliorari.

Res immobiles, quæ meliorari queunt, dari solum possunt ad Emphyteusim, ut domus, ager, vineæ, arborelque solo adhærentes. Hinc ea non potest institui, nec circa res mobiles, nec circa immobiles, quæ ex se per meliorationem non sint augendæ, ut sunt pecunia, census, redditus, &c.

Dixi, ex se, nam, quando deinde res sunt fortè satis melioratæ, dari etiam solent in Emphyteusim, quasi continetur præcedens contractus, & quidem dari poterunt juxta valorem meliorationum sub majori pensione, quia magis sunt fructuosæ ipsi possidenti.

Hhhh 2

CAPUT

CAPUT III.

Secunda Proprietas.

Habilitas Personarum.

1. **D**uo se offerunt hic explicanda. Primum, quis concedere, Secundum, cui concedi res potest ad Emphyteusim.

2. Quoad Primum. Omnes ii concedere possunt rem ad Emphyteusim, qui potestatem habent alienandi; per hunc enim contractum alienatur dominium utile in alium. Qui autem ii sunt, diximus in libris Decalogi.

3. Hinc colligitur, Prælatum, Rectorem, Beneficiarium Ecclesiæ non posse res Ecclesiæ concedere ad Emphyteusim ex vulgata Bulla *Ambitiosa*. Sed hic insurgit ea communis difficultas. An Prælati possint concedere ad eandem Emphyteusim, iisdemque pactis rem Ecclesiæ, quæ dari solita erat à Prædecessoribus: & breviter, posse docemus, dummodo non fuerit incorporata ipsi Ecclesiæ, & saltem æquale conditio sic nunc Ecclesiæ, atque æquale tempus, perinde erat antea; ut fusc poteris videre apud Bonacinam, b aliosque.

4. Quoad Secundum. Illis concedi potest res in Emphyteusim, qui rem meliorem reddere possunt, & ex alia parte prohibiti non sunt inire contractus, de quibus e ibidem diximus.

CAPUT IV.

Tertia Proprietas.

Solutio Canonis.

1. **T**ertia Proprietas, ut, si Emphyteuta Canonem non solvat, cadat in commissum. Et quidem usu receptum esse, ut ejusmodi Canon solvatur in fine anni, testatur Azor; d Quanti autem pretii is esse debeat, infra e dicam.

2. Nota duo. Alterum. Si Canon solvendo locato, dus est Ecclesiæ, is autem per duos annos non solvatur, cadet s res in commissum; nisi admonitus rei possessor, statim solvat. Statim dico; nam per celerem solutionem purgatur

mora. Illud autem, *Statim*, Aliqui explicant, si solutio fiat quocunque tempore, sed ante Judicalem citationem, vel si fiat post illam, at sine dilatione, quamvis ex Claro & Molina b probabilius sit, arbitrio Judicis esse judicandum, subita ne sit, an tarda solutio. Verum, si Canon solvendus sit personæ privatz, requiritur quidem ommissio solutionis per tres annos, sed per celerem solutionem non purgatur mora de rigore Juris, statim enim Emphyteuta amitteret rem, si Dominus directus se declararet, velle rem sibi applicare. Ita Julius Clarus loc. cit. aliiq: & quidem ab hoc puncto, in quo se Dominus declarat, non verò à puncto moræ, censetur Emphyteuta cecidisse in commissum, ut iidem fusc docent.

3. Alterum. Si Emphyteuta ignorantiam, vel legitimum impedimentum, cur non solverit, ostendat, non cadet in commissum. Id certe æquitas ipsa requirit, ut scilicet qui sine culpa est, nō toleret pœnā commissi. His positis,

4. Inquires adhuc Primum, tum in hoc, tum in aliis Casibus Caducitatis, an teneatur ipse Emphyteuta relinquere prædium ante sententiam Judicis?

Respondeo, & quidem, (quandoquidem universaliter id requiritur) distinguendum erit, nam si finitur tempus præfixum ad Emphyteusim, tunc de Justitia contractus, res, ante omnem sententiam, relinquenda erit in conscientia, si verò res tollenda sit ab Emphyteuta in pœnam Canonis, vel Laudemii non soluti, vel ex eo, quod ob culpam Emphyteutæ res efficitur, notabiliter deterior, requiritur Judicis sententia, quia nemo tenetur pœnas hæc tēporales subire, antequā condemnatur.

Hinc sequitur, fructus perceptos ante dictam sententiam, licet si fuerint percepti post Caducitatem, pertinere ad Emphyteutam, perceptos verò post sententiam pertinere ad Proprietarium, deductis tamen expensis, nam fructus censentur illi esse, qui, ablatis expensis, supersunt.

5. Cum dicimus non obligari Emphyteutam relinquere prædiū, nisi post sententiam, intellige, id non debere extendi ad ipsum Canonem, & Laudemium, hæc enim, cum sint solvenda ex Justitia contractus, sunt ante omnem sententiam in conscientia solvenda. Ne ignores item, Emphyteutam notabiliter rem deteriore effiando, obligari in conscientia ante omnem sententiam ad ea, quæcunque

damna, quæ fortè Proprietarius ex dicta deterioratione passurus est, ut constat ex regulis generalibus damni dati.

6. Quando autem leges & edicunt, hæredem alicujus non solventem Canonem per biennium, ob cuius negligentiam cadit in commissum, purgari sufficienter, si juret, se ignorasse rem esse Emphyteuticam intellige purgari sufficienter ipsam Caducitatem, quæ est pœna, quam nemo sine culpa subire debet, non verò purgari ipsum Canonem, qui erat per biennium solvendus, is enim semper solvi debet, cum sit ex Justitia, ut modo dictum est.

7. Si per annos elapsos ego non solvi Canones, vel Laudemium, unde sit à me incurta Caducitas, quam tamen prædecessor proprietarius non intentavit, potestne intentare successor ejus, an potius judicandum sit, non fuisse à Prædecessore condonatum?

Respondeo, diversas esse sententias, quarum ad Jurisperitos pertinet discussio: eas ergo apud eosdem b lege.

8. Inquires. Secundò, an sibi præjudicet Proprietarius, si post incurtam ab Emphyteuta Caducitatem, recipiat Canonem, ita, ut censetur Caducitas remissa?

Respondeo. Post expulsam Emphyteutam, & valde probabiliter antequam expellat, si recipiat Canones respondentes tempori antea caducitatem, non sibi præjudicat Proprietarius, quia nemo, etiam in dubio præsumitur, velle præjudicare suis juribus, quando accipit id, quod sibi debetur. At vero, si recipiat Canones respondentes tempori post Caducitatem, præsumitur sibi præjudicare, etiam si protestetur, se caducitatem non remittere.

Ratio potissima est, quia, si accipis Canonem, jam vis illum, à quo accipis, esse tuam Emphyteutam, secus peccares acceptando Canonem; ergo illum non expellis, ergo Caducitatem remittis. Protestatio autem nihil tibi favet, cum ea sit contraria facto, quod certe plus valet, quam verba. Ita Clarus, & alii. Est contrarium judicet Mangonius, & alii.

Monet autem Castropalaus, & id intelligendum esse, quando Dominus scivit, Emphyteutam à jure suo cecidisse, secus si ignoravit, nam si ignorans recipit solutionem pensionis, ne tacitè quidem renovat Emphyteuticam, quam quidem ignorantiam, cum sit ignorantia facti, & non juris, juramento Domini

ni probari sufficienter, tradit Mascardus apud eundem.

9. Inquires Tertio, an, casu, & sine culpa Emphyteutæ, pereunte re, obligetur isolvere pensionem?

Respondeo, afferendo illos versus, qui sunt apud Julium Clarum loc. cit. q. 10.

*Si perit tota, non debet Emphyteuta,
Sed si pro parte, nulla se liberat arte.*

Ratio prioris dicti est, quia res Domini Domino perit. Destructo autem subjecto, destruitur etiam necesse est id, quod in ipso fundabatur, id est, pensio. Unde etiam sequitur, Emphyteutam non obligari reedificare v. g. domum casu, & sine sua culpa destructam, quia non ipsi, sed Proprietario perit. Ratio posterioris dicti est, quia pensio non tam solvitur in compensationem fructuum, quam in recognitionem domini directi, & sicut crescit res in utilitatem Emphyteutæ, ita decrescit in ejusdem damnum. Atque ex doctrina data inferitur, in priori casu non cadere in commissum Emphyteutam, si is non solvit amplius Canonem, cadere in posteriore, & quidem non solum in partem, sed in totum, ut tenet ff. Clar. l. c. Clarus, aliique. Si pensio est magna, & pars rei, quæ remanet, sit modica, de æquitate non debet eam solvi, notat Filliucc. g. 36. n. 134.

Adderem libenter, si ita res periret, ut pars admodum parva remaneret, judicandum esse, ac si periret tota, sic enim tota perit moraliter, cum parum, quod superest, pro nihilo reputetur. Addo item nos loqui, quando pensio constituta est indivisim super totam illam rem, cujus pars perit, nam, quando est constituta, quasi super pluribus rebus, tunc sunt plures Emphytenes, & sic, pereunte una, non dicitur perire pars, sed tota ipsa una, & solum pensio illi correspondens non debetur, remanente interim pensione correspondente alteri.

10. Inquires Quarto, Emphyteuta expulsus propter Caducitatem, vel, quia finit tempus præscriptum, potestne exigere à Proprietario expensas, quibus meliorata est res?

Respondeo, quando est expulsus propter suam culpam, non posse; in pœnam enim criminia amittit, ut supra etiam innuimus.

At, quando finit tempus, dicat esse distinguenda tria, nam Primò, poterit Emphyteuta exigere à Domino dictas expensas, ipsique debebunt solvi à dicto Domino, si expensæ fuerint

H h h h 3

fuerint magni valoris, & melioramenta per illas facta remanent (finita Emphyteusi) cum utilitate Domini.

Secundò, si sint modicæ, & ordinariæ, quæ scilicet pertinent ad meliorandum, reparandumq; prædium, non erunt ipsi Emphyteutæ à Proprietario refarciendæ. Idem dic, si fuerint factæ ab Emphyteuta ob speciale pactum initum initio contractus cum Proprietario.

Legge Mol. b

a Mol. d.
463.
Concl. 1.

Tertiò, si sint superflue, quamvis magnæ, non erunt à dicto Proprietario refarciendæ.

Ratio primæ partis distinctionis est, quia, si expensæ sunt magnæ, & utiles, æquum est, ut eas non amittat Emphyteuta, nec enim aliena re ditari debet Proprietarius.

Ratio secundæ partis est, quia, si sint modicæ, vel sint ordinariæ conducentes ad uberriores fructus colligendos pertinent ad ipsum Emphyteutam, tum, quia ipse rem colit, & reparat ob utilitatem suam, tum, quia per contractum Emphyteusis, ipse, ut supra b vidimus, prædium meliorare promissit.

b Rebell.

l. c. q. 2.

Mol. d. 455

¶ 463.

Clar. l. c.

q. 4. Fil.

linc. tr. 36.

n. 152.

c Supra in

tr. de Lo-

cat. c. 8. 1.

n. 14. ¶ 15

Ratio denique tertiæ partis distinctionis est, quia, si sint superflue, non erunt utiles, quare Proprietarius illas jure poterit respicere, quia non est cogendus emere rem sibi inutilem. Hæc omnia vide latius apud Doctores disputata in l. 2. C. de Jure Emphyteutico. Vide etiam supra c in Tractatu de Locatione.

CAPUT V.

Quarta Proprietas.

Admonitio Proprietarii, & solutio Laudemii.

1. **Q**uarta Proprietas est, ut, si res sit vendenda ab Emphyteuta, duo fieri debeant. Primo, ut moneatur Dominus Proprietarius. Secundo, ut solvatur Laudemium, id est certum pretium, de cuius quantitate, jam mox n. 5. dicam. Si hæc non fiant, cadet res in commissum.

2. Venditio autem sine dicto consensu tunc inducet Caducitatem, quando est perfecta, unde per solam venditionem sine traditione, si Dominus directus consenserit, non incurritur Caducitas; nec item incurritur per venditionem servitutis in re Emphyteutica, quia

hæc non nocet, nisi Domino utili, & durat, donec res non revertitur ad Dominum directum. Per Venditionem hoc sequenti modo factam, *Vendo tibi hanc rem, salvo Jure Domini directi*, incurrit Caducitatem secuta traditione, docet d. Rebellius, quia re ipsa perfectæ venditio, cum protestatio sit contraria facto.

3. Jam vero, ut hæc magis elucescant, inquires Primo. Sicuti potest Emphyteuta rem vendere, ita nē potest donare, locare ad decennium, vel ultra, legare, tradere in solutionem, uno verbo, quocunque modo alienare?

Respondeo, posse: Intellige, quoad Jus suum utile, quo ipse potitur; debet tamen directum Dominum admonere, eidemque Laudemium dare, etiam si à Domino non petatur. Et regula generalis est, quod semper debeat solvi Laudemium, quando alienatio voluntariè fit ab Emphyteuta. Solvendum autem est (nisi alia sit alicubi contraria consuetudo, vel justum pactum) à nova Emphyteuta.

4. In quatuor autem sequentibus casibus, nec consensus Domini directi requiritur, nec solutio Laudemii. Primo, quando heres notorius, qui dicitur suus, succedit in re Emphyteutica, ut Filius Patri, &c. Secundo, quando res Emphyteutica redit ad primum Emphyteutam, dissoluto contractu, non vero per contractum novum. Tercio, quando Pater aliud non habens, dat in dotem filia rem Emphyteuticam. Quarto, quando plures habentes rem Emphyteuticam in communi, eam inter se dividunt; quorum omnium ratio est, quia in his quatuor casibus translatio est, seu reputatur, necessaria. Vide hæc minutius tractata à DD. præcitatis.

5. Inquires Secundo, quantum est pretium dicti Laudemii?

Respondeo. Ex jure f. communi est quinquagesima pars pretii rei, de qua re est Emphyteusis, at ex consuetudine esse trigessimam asserit g. Lessius, sed esse decimam ait b. Garfia. Ex qua loquendi varietate colige, esse diversam in diversis Regionibus Laudemii taxam, quæ certe servanda est.

6. Neque ab hac doctrina longè abest etiam taxa Canonis solvendi, cum enim, ut supra innui, Canon solvatur non tam in pretium, quam in recognitionem domini proprietatis.

prietatis, est multum expendenda consuetudo Regionum, solet autem, ut plurimum esse multo minor, quam sit pretium presentis utilitatis, quæ venditur in hoc contractu. Presentis utilitatis, dico, nam futura utilitas, quæ proveniet ex melioramentis ab Emphyteuta faciendis pertinet ad ipsum Emphyteutam, qui ea melioramenta faciet. Nec tamen inficior in dicti Canonis taxa definienda, debere haberi rationem non solum dictæ utilitatis veluti in genere, sed huius rei specialis, quæ inesse a prudenti viro, & experto affirmatur in hac peculiari re, quæ datur in Emphyteusim, pluri enim valet dominium utile huius prædii in perpetuum, quam ad aliquot annos: pluri, quando res, vinea v. g. recenter plantata, sine multo labore speratur esse melioranda, & uberius fructificatura, quam vinea effata, & vetus: pluri, si, ut fructus vendi possint, debeant ii cum paucis expensis ad locum vicinum deportari, quam, si ad longè distantem, &c.

7. Inquires Terrio, an possit Proprietarius Primo, non approbare alienationem, quam intendit facere Emphyteuta, seu, ut loquimur, non dare investituram novo Emphyteutæ. Secundo, an possit nolle accipere Laudemium, immo & Canonem?

Respondeo ad Primum, non posse, si res alienanda sit ad hominem aptum, & qui pensionem solvere possit, legitimèque solvere promittat. Quare tunc Proprietarius tenebitur assentiri, solumque duos menses habebit ad deliberandum, utrum ipse velit præferri, necne. Respondeo ad Secundum, nec posse, si opportuno loco, & tempore, tum Laudemium, tum Canon offeratur, & nolit liberaliter remittere. Ratio utriusque responsionis est, quia tunc Emphyteuta jure suo alienandi dominium utile; quod suum est, utitur, Laudemiumque & Canonem justè, & sine mora offert, cur ergo illi non erit acquiescendum? Lege Re-

bellum, a alio-

que.

CAPUT VI.

Quinta Proprietas.

Successio in eadem onera.

1. **Q**uod eadem habeat obligationes, successor legitimus, quas contraxit ex justo contractu prædecessor emphyteuta, nimis est manifestum, quare nihil in hoc amplius immorandum.

2. Quæres tamen, qua ratione successoribus deveniant ea, quæ prædecessores acceperunt in Emphyteusim?

Respondeo. Longa est, & propria Jurisperitorum hæc tractatio: Illa ergo ab iisdem *b Clar. de Emphyt. Bart. in Auth. in-*

3. Notant autem nonnulli *d* in Emphyteusi, & multo magis in Feudo, non succedere filias faminas, nisi expressè aliud exprimitur (Adderem ego, & nisi alicubi alia sit consuetudo) cum in contractibus nomine filiorum non veniant filiae, quicquid sit, an veniant in ultimis voluntatibus, sed certè in his, & similibus maxime perpendendæ sunt (ultra consuetudinem, quam ego modo addidi) leges municipales & propriæ.

CAPUT VII.

De Livello.

1. **L**icet communiter etiam Feudum, & Emphyteusis vocari possint Libellum, seu Livellum, seu contractus Libellarius, propriè tamen Libellum est contractus Subfeudalis, seu Subemphyteuticus, quo scilicet quis Feudum, vel Emphyteusim ab aliis accepta, alteri tradit sub justa, & quasi ad Libellam mensurata pensione (de qua mensuratione, qualis ea esse debeat, vide Silvest. *e*) Sicut enim Conductor potest rem conductam justo pretio sublocare, sic Emphyteuta rem acceptam in Emphyteusim potest alteri, ut ita dicam, subemphyteuticare.

2. Nihil ergo de hoc contractu est dicendum, quod ex aliis in superioribus colligi non possis, cum Libellum, ut dico,

verè

b Clar. de Emphyt.

Bart. in

Auth. in-

gressi n. 37

De Sacro-

sanctis Ec-

cl. Rodan.

de spol. Ec-

clesiast.

Cov. 2. va-

riar c. 18.

c Mol. d.

482. & a-

libi Az. 3

p. lib. 10. c.

10 Fillue.

Tr. 36. c. 8

d Bon. d. 3.

de contr. q.

8. p. 2. n. 34

V. Septimo

sequitur.

verè sit contractus Emphyteuticus. Quod si inquiras, à quonam debeat Laudemium solvi, quando initur ejusmodi Subemphyteusis, & cui solvi oportebit?

a Supra
p. 5. n. 3.

Respondeo, juxta supra dicta, debere Laudemium solvi à novo Emphyteuta Domino directo, eundemque Dominum directum approbare debere ejusmodi Subemphyteusis investituram, seu possessionem, eam tradendo novo Emphyteuta.

CAPUT VII.

De Feudo.

§. PRIMVS.

Summaria Cognitio Naturæ, & Divisionum Feudi.

1. **H**Æc Jurisperitorum est Germana tractatio: nam propterea solum hic nonnulla delibabo, quæ à Moralibus Theologis ignorari, turpe nimis esset. Et quidem quatuor dumtaxat seligenda erunt. Primo, Quid, & quotuplex sit Feudum. Secundo, Quæ sunt conditiones contractus Feudalis. Tertiò, Quæ obligationes Feudatarii, idest ejus, qui Feudum recipit. Quarto, Quæ causæ Fundatarium Feudo privant. Nam de aliis quæstionibus, puta Quis possidere Feudum possit, Quis in eodem succedere, Quis de litibus Feudalibus sit legitimus Judex, & de sexcentis aliis, legantur Jurisperiti passim agentes de Feudis.

§. II.

Quid, & quotuplex sit Feudum.

b Glossa
allata à
Silv. V.
Feud. ini-
tio.

1. **S**ic in universum describitur b Feudum, Est concessio rei immobilis pro Homagio. Idest pro obsequio personali, quale est associare Principem ad Bellum, convenire ad publica comitia, quod vocant Parlamentum, &c. Qui Feudum concedit vocatur Dominus, qui recipit, Vassallus seu etiam Feudatarius.

1. Porro, Genera Feudorum undecim numerantur. Primo, Proprium, & improprium.
2. Regale, non Regale.
3. Antiquum Paternum (est etiam Maternum) & Novum.

4. Nobile, Ignobile.

5. Ecclesiasticum, Sæculare.

6. Masculinum, Fæmininum.

7. Hæreditarium (quod certè debet filius computare in portionem legitimam) & non hæreditarium.

8. Reale, Personale.

9. Dividuum, non Dividuûm.

10. Ligium (idest, quo quis jurat se fidelem futurum v. g. suo supremo Principi, nullo excepto) & non Ligium (idest, quo quis jurat se fidelem v. g. suo Duci, sed iis exceptis, quæ tendunt contra Regem, vel Imperatorem, seu Supremum Principem, contra quos nullo modo se obligat Duci fidelitatem servare).

11. Francum (idest liberum ab omnibus servitiis, vel ab omnibus legibus pœnalibus Feudorum) & non francum (idest non liberum a prædictis.) Hactenus Divisiones.

§. III.

Quinque conditiones contractus Feudalis.

1. **M**onco, ut alibi sæpè in similibus monui, nos loqui de jure communi, sciimus enim, diversissimas esse leges municipales de Feudis.

Ad contractum ergo Feudi, de communi jure, requiritur Primo, ut dominium directum remaneat apud dantem, utile sit apud recipientem, in quo, ut vides, convenit cum Emphyteusi: atque inde fit, ut fructus omnes Feudi pertineant ad feudatarium: omnes, inquam, à die possessionis usque ad suam mortem, vel usque ad abdicationem Feudi, si forte illud vivens, juxta mox dicenda, relinquere contingat.

2. Secundo, ut constituatur in re immobili Agro, Oppido, Civitate.

3. Tertiò, ut Vassallus, seu Feudatarius non possit Feudum alienare sine Domini consensu sub pœna cadendi à possessione Feudi, in quo etiam convenit cum Emphyteusi: vide tamen, quæ mox dicam §. 4. n. 3.

4. Quarto, idem Feudatarius præstare debet obsequium Domino, quando illud Dominus requirit, nam in hoc maxime differt Emphyteusis à Feudo, quod Emphyteuta, etiam non requisitus, debet pensionem solvere: at obsequium, (quod certè est per-

est personale) Feudatarius non debet, nisi requisitus. Quando autem, præter obsequium personale, additur in aliquo Feudo obligatio solvendi aliquod reale, certe hoc erit solvendum sine requisitione, quia tunc concessio degenerat à puro Feudo, & participat de Emphyteusi.

§. Vassallus idem, quando incipit possidere Feudum, investiri debet à Domino directo, ipsique juramentum fidelitatis præstare: quæ autem ceremonia fiat investitura hæc per dictum juramentum? (quæ nihil aliud est, nisi immissio in possessionem Feudi) & utrum juramentum sit de substantia? vide Julium Clarum, aliosque Jurisperitos de Feudis.

6. Quæres, quid, si omnibus conjecturis expensis, dubitetur, quale sit prædium, judicandumne, esse Feudale, an Allodiale?

Respondet, Allodiale. Omnis enim res censetur libera, nisi clarè contrarium probetur, & ulterior ratio esse debet, quia prius est, rem esse sui juris, quam alieni. Ergo illud prævalere debet, ut alibi dictum est.

Et nota, ad probandum esse Feudale, non sufficere tibi, quod in aliquo loco jurisdictionem habeas, potest enim quis habere alicubi jurisdictionem, non verò Vassallos, & Feudum; quia subjectio Feudi major est, quam subjectio jurisdictionis.

§. IV.

Tres obligationes Fundatarii.

1. Prima est, ut Fundatarius, seu Vassallus præstet juramentum fidelitatis, sicuti modo indicatum est. Et quidem omnes (si plures sint Feudatarii, & non per modum Collectionis, seu communis, qui Feudum possidere debent) jurent necesse est, quia omnes fideles esse debent. Contra, si plures sunt, qui sint Domini directi, satis est, si uni præstetur juramentum, quia nemo cogitur habere plures Dominos. Clarus, & Azor II, cc. alique.

2. Secunda, ut dictus Feudatarius præstet obsequium promissum, modò jam dicto; & quia hoc solet esse obsequium personale in bello, ideo feminæ excluduntur à Feudis, nisi expressè admittantur. Tunc enim Dominus, vel remittit ejusmodi obsequium, vel concedit

Tamburinus de Sacramentis.

dit, posse exhiberi per alium, quòd certe potest, quia de re sua disponit.

3. Tertia, ut non alienet Feudum sine Domini voluntario consensu, quem tamen dare, nequaquam obligatur.

Hinc fit, ut Vassallus Feudum, nec donare, nec in Emphyteusim tradere, nec in alium transferre possit, cum tamen possit, ut diximus, Emphyteuta, cum simili quidem consensu Domini directi in alienationibus voluntariis, sed quem consensum Dominus dare teneatur.

Hinc etiam fit, ut Feudatarius non possit Feudum habitum à Rege, vel Imperatore, inter multos filios, dividere, tum, quia divisio est genus quoddam alienationis, tum multò magis, quia ita cautum est propter alias rationes in Jure.

c. Lib. 2.

4. Hic nota, posse nihilominus Feudatarius abdicare à se Feudum, seu illud Domino relinquere, cum tamen Emphyteuta non possit à se abdicare, seu relinquere Domino rem acceptam in Emphyteusim, nec Conductor rem à se conductam. Ratio discriminis est, quia Feudum datum est in utilitatem Feudatarii, quare ipse potest illa nolle frui: at Emphyteusis, & locatio est in utilitatem dantis, cui debetur supradicta melioratio sui prædii, & pensio.

Feudorum
Tit. 55. §.
Præterea.

5. Alia minora Feuda non habita ab Imperatore, & Rege, posse Filiis dividi docent Doctores, quia nemo cogitur vivere in communi & ex alia parte jura non loquuntur de his minoribus Feudis.

6. Inquires, In alienatione Feudi, dicta num. 3. sufficitne dictus voluntarius consensus Domini, an requiritur etiam consensus Agnatorum, quibus competit jus succedendi?

Respondet, requiri utrumque, quia regula generalis est, quando ex alienatione multi patiuntur injuriam, seu damnum, debere omnes alienationi consentire. Unde vides, quantum injustè agant ii, qui rem vinculatam pro posteris, vendunt, vel concedunt extraneis. Adde damnum, quod ementes patientur, quando rem legitimis successoribus compelluntur reddere. De hac re vide latius

d. Clarus
c. qu. 41.
c. Azor. 3.
p. lib. 10.
de Feud.
§. V. Can. c. 14.

Clarum, d. & Azor.
rium. c.

liii

§. V.

Causa amittendi Feudum.

2 Lib. 2.

Feudi Tit.

24. §. II.

Iud. & Tit.

28. §. Ad

hoc.

b L. Non

ideo C. de

Accusat.

C. L. Sci-

ente ff. ad

L. Pompe-

jan. de

Parricid.

c Clarus l.

c. qu. 9.

d Clarus l.

c. qu. 47.

e Silv. l. c.

V Feudum

qu. 16.

f Lib. 2. de

Feud. tit.

37.

1. AD quinque commodè reducuntur.

Prima est a gravis ingratitudo Vassalli contra Dominum directum.

Sed quænam est gravis iudicanda?

Respondeo. Ex aliquibus peculiaribus casibus, quos asserunt signatè Doctores, colligi, & similes à prudenti Iudice possunt. Si enim Feudatarius Dominum, (excepto hæresis, vel læsæ Majestatis Crimine) accusat apud Iudicem, etiam ex justa causa. Si fugæ se dat, relicto Domino periclitante in bello iusto, quem juvare, sed sine sua morte, potuisset: Si non admonet Dominum, sciens illi paratas esse insidias, Vassallus enim, id est, Feudatarius conficius dumtaxat insidia um, iudicatur b Complex. Multò magis, si ipse insidias parat, rebellisque sit suo Domino, si turpiter agat cum filia, nepri ex filio, vel sorore, vel cum uxore Domini, etiam si hæc sit vidua, ut putat Clarus, & alique, si, inquam, Feudatarius hæc committat, iudicatur esse graviter ingratus, & Feudo privandus.

2. Secunda causa est, non observasse pacta, sub quibus Feudum quis accipit. Hinc Primò, si Feudatarius, vel ejus hæres non petit à Domino investituram, seu renovationem Feudi intra annum, & unam diem, amittit Feudum, excusabitur tamen, si justa sit causa differendi, ut morbus gravis, inimicitia capitales, & similia: Immo Minorem, si intra legitimum tempus non petit, posse gaudere privilegio restitutionis in integrum, merito docent non a pauci.

Hinc Secundò, multò magis Feudo quis privabitur, si inextraneum alienet Feudum, secuta traditione, sine debito Domini consensu. Hinc Tertiò, idem erit, si Vassallus vocatus à Domino in Curiam, nolit accedere.

3. Tertia causa, sunt duo crimina, quæ fortè committat Feudatarius, alterum, si occidat suum proprium fratrem (addit Silvester a patrem, vel fratris filium) saltem, si id faciat spe hæreditatem obtinendi. Alterum, si occidat quemcunque alium, sed proditorie. f

4. In his tribus causis, & explicatis, nu. 1. & 2. & 3. debere sententiam Iudicis præcede-

re, nec obligari g Feudatarium, ante illam, g dicitur Feudum à se abdicare, quia hæc est pœna, p. b. l. 1. 1. 1. constat ex dictis.

5. Quarta denique causa est ex ipso Jure. Nam Primò, lapsu termini præscripti in investitura. Secundò, morte Feudatarii sine filiis, vel Agnatis. Tertiò, morte civili professionis in Religione incapaci, vel clericatu, quando in investitura Clericus excluditur, de qua re vide Sanchez. h Quartò, præscriptione legitima triginta annorum sicut enim Feudum eo tempore acquiritur potest per præscriptionem, ita eodem tempore amitti. In his inquam casibus perdit Feudatarius, seu definit possidere Feudum ipso Jure.

6. Inquires, quando Vassallus Feudum amittit, quisnam illum acquirit?

Respondeo, cum necessaria distinctione, adhibenda ad varias causas, ob quas amittit.

7. Primò igitur, Amittis Feudum lapsu termini? Redit Feudum ad Dominum,

8. Secundò, Amittis morte tua naturali, vel civili per professionem in Religione incapaci, non existentibus Agnatis, id est consanguineis ex suo sanguine paterno? Redit item ad Dominum.

9. Tertiò, Amittis ob Alienationem sine consensu Domini factam? Transfertur Feudum ad Agnatum strictiorem ingradu, exclusis tamen filiis à te descendentibus, quia hi magis personam tuam repræsentant, quam alii Agnati? quare filii, delictum tuum videntur repræsentare, non verò alii Agnati.

10. Quartò, Amittis ob aliquam culpam ex dictis num. 1. 2. & 3. Idem prorsus dicito, quod dictum est in præcedente casu, in quo amisisti ob Alienationem sine consensu Domini. In hac autem quarta, & in prædicta tertia causa amittendi adest acceptio, nam, quando Feudum est novum, id est, quando Feudum non obrinetur ex successione, sed caput in ipsa persona inveniri, tunc Feudum redit ad Dominum, non verò ad Agnatum strictiorem.

11. Quintò, Amittis, quia Feudum, quod accepisti à Domino abdicas à te, seu illud absolute eidem renuntias, ut certè potes, juxta dicta §. 3. numero quarto? Redit ad Dominum.

12. Sextò, Amittis præscriptione? Transfertur ad eum, qui legitime præscripsit.

13. Septi-

13. Septimò. Amittis ob ea crimina, ob quæ bona delinquentis devolvuntur ad Fiscum: Distingue diligenter; nam si tuum Feudum est ejus generis, ut illud possis transferre in quos velis, seu in extraneos sine Domini licentia ad Fiscum devolvetur, si vero sit ejus generis, ut illud alienare non possis sine licentia Domini, ad ipsum Dominum redibit. Ratio prioris dicti est, quia tunc ad Fiscum pertinent omnia bona, quæ sunt liberæ dispositionis delinquentis. Ratio posterioris dicti

est, quia Fiscus Juri alterius, atque adeò in casu nostro Juri Domini nunquam præjudicat. Prius autem dictum intelligitur, quando crimina commissa non sunt contra eundem Dominum, nam, quando sunt contra ipsum, semper ad ipsum revertetur Feudum. Quæ, & a Clar. quæ similia, ut etiam cui in ejusmodi amissione cadant melioramenta facta à Vassallo in Feudis, vide in dicto lib. 2. Feudi, & apud Clarum, b' Azor. 3. & aliosque Jurisperitos de Feudis latè tractantes, nec deferatur Azor, b & Filliucius. c

a Clar. quæ
34. 66. 84
88.
b' Azor. 3.
p. li. 10. de
Feud. c. 16.
c Filliuc.
Tr. 36. c.
10. quæ. 10.

Finis Tractatus Sexti.

TRACTATUS SEPTIMVS DE FIDEIIVSSIONE. PIGNORE, HYPOTHECA, DEPOSITO, COMMODATO, PRECARIO.

CAPUT I.

De Fideijussione.

§. I.

Quid sit Fideijussio?

1. **E**ST Contractus, quo quis in se suscipit obligationem debiti alieni, quod se obligat solvere (si non solvit, seu obligationem non implet debitor) idque in favorem Creditoris. Ita expedite describi potest fideijussio.

2. Dixi autem Primò (Contractus) nam inde fit, ut fideijubens contrahat cum Creditore, & cum Debitore. Cum priore, cui se obligat, cum posteriore, contra quem semper potest agere, si ipse Fideijussor solverit, eique Creditor, cui solutio facta est suam actionem cesserit contra Debitorem, ut certè cedere cogitur. Atque hinc fit, ut ipse Debitor obligetur restituere Fideijussori id, quod pro ipso solutum est Creditori, ut ex se patet.

tur restituere Fideijussori id, quod pro ipso solutum est Creditori, ut ex se patet.

3. Quæres hic Primò. An obligetur Debitor solvere Fideijussori etiam expensas, & damna, quæ forte passus est ob ejus fideijussorem?

Respondeo, si Debitor ex culpa non solvit, certè obligabitur, quia justum non est, ut alter damnum patiatur ex officio, quod in gratiam, vel utilitatem alterius suscipit. At si Debitor non fuit in culpa, quia verbi gratia erat impotens solvendo, tunc non obligabitur ad dicta damna, & expensas, quia tunc ejusmodi damna non imputantur ipsi Debitori, sed necessitati.

4. Quæres Secundò. Potestne sic occultè compensare Fideijussor, si solvit fideijussorem, nec alium modum habet, quo à Debitore recuperet illud, quod pro ipso solvit? Si v.g. tu fideijussisti Titio debenti centum Cajo, & compulsus à Judice fuisti, ea solvere Cajo, potes ne centū occultè tibi accipere à Titio?

liii 2

Respon-

Respondere posse, etiam si, nec Titius, nec alius expressè promiserit non obventurum tibi damnum ob susceptam fidejussionem. Ratio est, quia (nisi prorsus contrarium exprimitur, quod certè exprimitur, quando Fideiussor se obligat, ut Debitorem in solidum cum Debitore principali) semper implicite intelligitur idem Fideiussor nolle quid amittere de suo, cum donatio nunquam presumatur, nisi expressè fiat. Ita Lesius a id tanquam *Leff. lib. 2. c. 28. n. 2.* certum supponens.

5. Dixi Secundò (*suscipit obligationem debitori alieni*) nam propterea Fideiussor non obligatur, nisi ad id, quod alter debet. Esto igitur, Fideiussor posuit, se obligare sub iuramento, vel sub hypotheca, vel cum instrumento, seu scriptura publica, vel cum concessione viæ executivæ contra se, quod Juristæ vocant *Guarentigium*, quo parata habetur executio, &c. Quas obligationes fortè non habebat Debitor, tamen hæ obligationes non extenduntur ad aliud debitum, sed solum cum majori securitate ad illud dumtaxat, quod alter sive civiliter, sive naturaliter debet.

6. Hinc fit Primò, ut non solum injustè obligaretur Fideiussor, si cogereetur solvere centum, cum debitor debeat quinquaginta, sed etiam, si cogereetur solvere post annum v. gr. vel in loco distant, vel determinatè aliquid, quando Debitor debebat solvere post duos annos v. gr. in loco præsentis, hanc, vel illam rem indeterminatè, &c. quia cogereetur ad aliud, ad quod Debitor non tenebatur.

7. Fit Secundò, ut si appareat, obligationem Debitoris nullam esse, sive, quia contractus inter ipsum, & Creditorem fuit nullus, sive, quia Creditor satisfactus jam fuit, vel quid simile, nulla etiam sit fidejussio, quia hæc nullam aliam obligationem induxit, nisi illam Debitoris. Excipe semper, nisi aliter constet de voluntate fideijubentis, quia voluerit firmam facere obligationem Minoris v. gr. alias claudicantem: Sed tunc non fideijuberet, sed principalem se Debitorem constitueret, subeundo novam obligationem. Maxime enim est advertendum, aliud esse fideijubere, aliud asscurare contractum. Prius enim solum facit, ut si non solvit debitor, solvat Fideiussor. Unde, si liberatur Debitor, liberabitur, & Fideiussor. Posterius verò facit, ut etiam si liberetur ex aliquo justo capi-

te Debitor, ut, si contractus non fuit ritè confirmatus à suo superiore, vel quid simile, non tamen liberatur Asscurator, hic enim non adhibetur in subsidium, sed, ut principalis id, quod mox explicabitur clarius.

8. Dixi Tertiò (*quo se obligat solvere*) Fideiussor enim, tum in foro externo, tum interno, obligatur ad suam fidejussionem implendam, quando facta, contra Debitorem principalem, discussione (de qua mox) ab hoc haberi debitum nequivit.

9. Sed quid? obligatur nunc in foro interno ante sententiam Judicis, an possit illam expectare?

Respondere, teneri ante sententiam Judicis, docet cum Rodriquo Bonacina, quia tenetur pro principali Debitore; sed hic tenetur ante sententiam, quia est Debitor v. gr. ex contractu, ut supponimus: ergo, & Fideiussor, qui eandem subit obligationem. Verum hæc ratio me non urget, diximus enim modo, Fideiussorem, licet idem debiti objectum respiciat, non tamen eodem modo, quo Debitor ipse: posset ergo esse, ut ex minori obligatione idem debeat solvere Fideiussor, nempe, expectata sententia, quod non possit ipse Debitor. Non teneri ergo, nisi post sententiam, sentiunt aliqui apud Bonacinam loco citato.

10. Equidem id existimo dependere ab intentione Fideiussoris; nam si se intendit solum obligare in foro externo, vel solum in interno post datam sententiam, non est dubium posse, sententiam expectare: Contra, si se intendit obligare in foro interno absolute, quis item dubitet, sententiam expectare licite non posse: Difficultas ergo sola est, quando hæc non præcogitantur, sed absolute quis pro alio fideijubet.

11. Profectò dicet aliquis, cur in hoc casu non possit defendi, licitum esse, & justum, expectare sententiam? Nam ex una parte quilibet intendit, se quantum minus potest, obligare, & ex alia parte in similibus obligationibus politicis quilibet se implicite intendit obligare secundum usum receptum, & communem: at communis usus videtur invaluisse, ut nemo ex Fideiussoribus solvat fidejussionem absolute, modo dicto datam, nisi coactus à Judice.

12. Verum, quia, nec consuetudo hæc, nec

nec implicita illa intentio mihi constat, ideo de hac re prædicto modo dubitare sit satis. Victorellus a perinde se gessit, ac ego, noluit enim id decernere, sed sic habet: Fideiussorem teneri solvere debita, antequam à iudice cogatur, Alii autem, Alii negant. Vide Petrum Navar- rum de restitutione l. 3. cap. 4. num. 130 & 151.

Hæc ille,

13. Dixi Quarto (Si non implet Debitor) quæ clausula est admodum hic notanda: per hanc enim explicatur, fideiussionem esse obligationem accessoriā contractui, & in subsidium, non vero principalem, nam Fideiussor se obligat in eo solo casu, in quo principalis Debitor non solvit: quare, si quis pro alio se constituat Debitorem, cum non se obliget in defectum alterius, & accessoriè, sed æquè principaliter, non est Fideiussor, sed Debitor principalis.

14. Atque hinc fit, ut jam hodie Fideiussor etiam juratus, nec teneatur, nec cogi possit ad solvendum, nisi postquam facta est discussio in bonis Debitoris. Excipe tamen Primo, nisi ipse Fideiussor renuntiaverit huic privilegio, quod cum sit inductum in particularium hominum commodum, ipsi particulares validè poterunt renuntiare, ut certè renuntiare sapissime solent. Secundo, nisi propter aliquam rationem absentiae v. gr. Debitoris, vel claram impotentiam, vel quid simile, manifestè appareat, non posse permitti dictam discussionem. Tertio, nisi ipse Fideiussor conventus neget, esse Fideiussorem, tunc enim amittere hoc privilegium voluit b l. Si de- inter §. lex.

15. Advertit tamen Lessius. c Si Fideiussor ante dictam discussionem solverit, ratam esse solutionem, nec rem sibi solutam Creditor obligatur derelinquere. Ratio est, quia Creditor illud, quod ipsi debebatur, recipit. Præterea cum Fideiussor, ut dictum est, possit ante dictam discussionem solvere, si velit, ideo non poterit à tunc à Creditore repelli, nam dum Fideiussor id non facit ob aliquam fraudem, utiliter, & legitime gerit negotium Debitoris.

16. Ex dictis vides, quam rectè idem Lessius e dixerit: quatuor condiciones necessario intercurrere debere in fideiussione. Primam, ut hic contractus sit accessoriū supponens aliam obligationem. Secundam, ut Fideiussor non obligetur ad plus quam Debitor. Ter-

tiam, ut existente invalida obligatione Debitoris, nulla sit fideiussio. Quartam, ut Fideiussor conveniri non possit, nisi facta discussione principalis Debitoris.

17. Hactenus de fideiussione in rebus temporalibus, quæ solet esse usu communior. Cæterum ad quid teneatur, si quis fideiussor exhibere Reum, vel similem personam, lege apud Doctores. f

§. II.

Multi Fideiubentes.

1. Sed adhuc Inquires Primo. Si multi simul fideiubent, omnes ne cogi possunt ad totum?

Respondeo. Si in solidum, id est ad totum, & non ad ratam, seu ad partem suam singuli fideiusserunt, clarum est, ad totum posse cogi, nam secus, solum cogi poterunt ad suam partem, pro qua suam fidem interposuerunt.

2. Si ejusmodi Fideiussor in solidum, antequam totum solvit, conveniat cum Creditore, ut is Creditor promittat cedere ipsi Fideiussori actionem contra alios Fideiussores ad ipsorum ratam, poterit postea immo debet & Creditor, etiam post solutionem integram a dicto Fideiussore factam, cedere eidem Fideiussori eam actionem, quia ad illam acquisivit jus Fideiussor per prædictam conventionem, cui consentire omnino certe debet Creditor, idque propter privilegium, quo gaudet Fideiussor, appellatum in Jure Privilegium cedendarum actionum. g Mol. Lessius Reginaldus alique in Bonac. l. c. n. 6. & 7. alios citante.

3. At, si hac conventionem non præcedente, dictus Fideiussor totum solvit, non poterit deinde Creditor ejusmodi actionem eidem Fideiussori cedere, quia Creditor integrè satisfactus nullum Jus habet contra Fideiussores. Quare Fideiussor præmittere non negligat prædictam conventionem, nam si non præmitter, nihil aliud remedii habebit, nisi se contra Debitorem dirigere juxta dicta §. 1. num. 2.

§. III.

Prorogatio termini solutionis.

1. **I**nquires Secundo. Si Creditor prorogat Debitori terminum solutionis, remanet ne Fideijussor liber à sua fideijussione?

Respondet, cum necessaria distinctione. Si enim Fideijussor se obligavit ad annum v. g. liber remanebit, quia obligatio non se extendit ultra partium conventionem. Nota, sicuti, qui fideijussit pro capitali, non intelligitur fideijussisse pro interesse, ita qui pro uno tempore, non intelligitur pro alio. At vero, si Fideijussor se obligavit absolute nullum determinando tempus, non remanebit a liber, quia indefinita fuit obligatio. Addit Mantica, b tempus in dubio censeri appositum ad limitandam obligationem ex l. Item queritur §. Qui impleto ff. locati, & conducti.

a Azor. 3.
p. l. 11. ca.
22. du. 12.
Silv. V. Fi-
deijussor
qu. 14.
b Mant. de
tacitis, &
ambiguis
obligatio-
nibus.

§. IV.

Pretium ex Fideijussione.

1. **I**nquires Tercio. An ex obligatione, quam subit Fideijussor, possit accipere pretium, seu mercedem à Debitore, in cuius favorem fidejuberet?

Respondet. Si adsit periculum solvendi fidejussionem, certum est, posse proportionatum quid accipere, quia sic fidejuberet, est pretio æstimabile, ut ex se patet: & quamvis deinde Fideijussor nihil damni senserit potest tamen illud accipere, quia non accipit pro damno, sed pro periculo.

2. Quid autem, si nullum prorsus est periculum, nulla molestia, nulla incommoditas, ut si Fideijussori certum sit, nullum ipsi ex fidejussione damnum eventurum, poterit ne aliquid accipere?

Respondet, adhuc e posse aliquid porci. dub. 5. portionatum experti viri arbitrio mensurandum. Ratio est, quia adhuc illam obligationem, quamvis sine incommodo suscipere, est pretio æstimabile, illamque gratis assumere nemo tenetur.

§. V.

Quis possit fidejuberet.

1. **I**nquires Quarto, Quinam possunt fidejuberet?

Respondet, qui bona habent, vel eorum liberam administrationem. Hinc Pauperes, Pupilli, filii familias non habentes peculium Castrense, vel quasi Castrense, Religiosi à fidejubendi munere repelluntur.

2. Repelluntur etiam Clerici à fidejubendo pro Laicis, licet teneat fidejussio, si fidejubeant. Cap. ultimo de fidejussionibus. Immo usu jam receptum videtur, d saltem raro d Loff. 11. posse eos fidejuberet etiam Laicis, modo id faciant de suo patrimonio, vel fructibus sui beneficij sine damno Ecclesiæ, & sine periculo, p. 2. ut depauperentur.

3. Repellitur item mulier, quæ invalidè fidejuberet pro viro: validè tamen pro filiis, sed cum quibusdam solennitatibus, id est cum instrumento publico, adhibitis testibus tribus cum subscriptione. Verum ipsa eadem potest eam fidejussionem rescindere (si voluerit uti privilegio Senatus Consulto Vellejani, sed auctor sententiæ executionem) & tunc ipsa ad nihil obligabitur etiam in conscientia.

4. Exciipiuntur autem aliqui casus, in quibus mulier fidejuberet uti hoc Vellejano privilegio non valet. Primo, si pretio conducta fidejussit. Secundo, si huic privilegio renuntiavit coram Magistratu, vel cum juramento, nam cum hoc privilegium in ipsis favorem peculiarum concessum sit, renuntiare illi poterit. Tercio, si fidejussit pro dote, vel pro suo Creditore, vel pro libertate servi. Quarto, si fidejussit in fraudem. Quinto, si post annum à fidejussione pignus dedit, aut obligationem iterum suscepit. Quæ omnia pluribus tractata videntur possunt apud Doctores. f

§. VI. Quan-

CAPUT VI.

Quando Fidejussor potest agere, ut liberetur à Fidejussione?

1. **S**ane in tribus casibus, qui enumerantur à Sacro Textu à his verbis: *Eum, pro quo te Fidejussorem obligasti, si diu in Debiti obligatione cessaveris, aut dissipare bona sua cepit, seu super hoc condemnatus fuisti, jure poteris convenire, ut te à fidejussione debeat liberare.* Hæc Textus. Vide Glossam, & Textus Civiles ab illa citatos.

CAPUT II.

De Asscuratione.

1. **A**sscuration est contractus, quo quis ob pretium suscipit in se periculum rei aliena, obligando se ad illius rei compensationem ita, ut pereunte tota re, totam compenset, pereunte parte, partem. Licitus est ejusmodi contractus, quia est contractus sortis, & propter eandem rationem erit licitus, etiam, quando asscuretur vita alicujus per aliquot annos, &c.

2. Debet tamen, ut sit justus, habere quatuor conditiones. Primam, ut ad sit æqualitas inter pretium, & pericula, id, quod certe, vel lex, vel usus communis, vel vir expertus judicabit. Secundam, ut Asscuration sit libera, non extorta. Tertiam, ut Asscuration ad moneatur de periculis, quo scilicet sic videat, an velit, & quantum possit petere pro gravamine, quod subit. Quartam, ut res, quæ asscuretur, existat, & quidem cum periculo, scilicet quid asscurebitur? Adde, & quintam, ut qui asscuretur, habeat bona, quibus totius rei asscuratione compensationem facere possit, si ea tota pereat: vel partis, si solam partem asscuretur.

Qui scit rei eventum, an possit Asscurationem præstare?

3. Ex dictis conditionibus infero Primo, si quis petat asscurationem à te, certo sciens, rem, Navim v. gr. periisse, vel eam esse vacuam mercibus, invalidam esse tuam asscurationem de Navi, vel de Mercibus, at-

que adeo injustè illum accipere deinde à te compensationem, quia re ipsa nihil asscuratione potuisti. Dico, (Certo) nam si sit dubium, quod dubium tibi notum fiat, poterit procedi ad asscurationem pretii ejusmodi dubio proportionati.

4. Quares. Quid contra? Si ego sciam per Astrologiam v. gr. non fore tempestatem (sic supponamus) vel per admonitionem amicorum certam, mare tutum esse à Piratis: Breviter sim certus nullum subesse periculum, possum nè ob asscurationem Navis tantum accipere, quantum alius acciperet, qui hæc nescit?

Respondeo, posse docet Lessius: *b* Sed *b* Less. l. 2. mihi, & Bonac. *c* videtur non posse, quia sic *c. 28. nu.* nihil te vera asscuretur, & non esset contractus sortis.

c Bonac. d.

3. de cōtr.

q. 2. p. 3. n.

3. V. Sed

Qui nihil habet, an possit asscurationem?

5. Infero Secundo, si tu Asscuration nulla bona habens, nec habere sperans, quibus possis compensare rem, si forte pereat,ingas habere, & asscures, invalidam esse tuam asscurationem, & injustam, quia non est æqua conditio ex utraque parte, unde nihil potes accipere pro ejusmodi asscuratione.

Qui partem habet, an possit præstare asscurationem totius?

6. Infero Tertio, quid dicendum, si quis habens in suis bonis, vel habere sperans quinque millia v. g. tantum, asscuret Merces Navis onerata merentes decem millia, poterit nè justè pretium asscurationis accipere, & retinere, pretium, inquam, correspondens, si non decem millibus, saltem correspondens bonis, quæ jam habet, id est quinque millibus?

7. Respondet Bonac. l. c. probabilissimum esse, quod non possit, ne partem quidem accipere, sine onere restitutionis, quia contractus asscurationis ejusmodi est invalidus; fraus enim asscurationis dedit causam huic contractui, nam consensum nullo modo Mercator huic præstasset, si scivisset ejus partialem impotentiam: Ipse tamen Bonac. citans Reb. ait, se putare posse justè partem correspondentem, accipere,

pere, & retinere, quia hic Affecutor jam solvisset pro una parte, idest pro quinque millibus, pro aliis vero quinque millibus jam se exposuit periculo illas resarciendi, & de facto obligabitur restituere, si forte ad pinguiorem fortunam deveniret.

8. Equidem non video, qua ratione sit probabilis hæc posterior Bonac. & Rebell. sententia, nam semper urget ratio modo dicta ex Involuntario Mercatoris, qui certe nunquam consensum præbuisse, etiam si scivisset Mercatorem se obligare ad damna solvenda postquam ad pinguiorem fortunam deveniret; ipse enim statim volebat & quidem certam compensationem, non vero futuram, & incertam. Sanè quoad peccatum mortale ipse idem Bonac. omnino debet concedere, Affecutorem illud commississe, quandoquid in re gravi decepit Mercatorem, dum illum posuit in periculo, ut si res periisset; debuisset expectare integram compensationem, sub tanta incertitudine, post indeterminatos annos, puta, quando forte Affecutor in meliorem fortunam ineidisset. Dic ergo prædictum Affecutorem, & peccasse, & restitutionis onus subivisse.

*Affecutio pretii iusti in subhastatione
Hispanice Prometidos, an licita?*

9. In Hispania solet quidam contractus Affecutionis celebrari, quem referunt, & approbant Azor, ^a & Filliuc. ^b nam dum redditus, seu gabellæ publicæ (idem dici poterit de aliis rebus) sub hasta, voce Præconis, vendi, vel locari proponuntur, nè desint Emptores, vel Conductores, promittitur certæ pecuniæ summa alicui viro, qui pretium augeat usque ad pretium rei subhastationi expositæ iustum, cum pacto, ut si non sit alius, qui plus offerat, redditus, seu gabellæ illi detur, qui pretium iustum auxit. Vides? hic vir affecurat Magistratibus pretium iustum, & Gabellæ locationem. Magistratus vero proportionatam mercedem illi solvit. Estne ergo licita ejusmodi affecutio?

Respondeo, esse licitam, docent prædicti Azor, & Filliuc. & merito, quia Magistratus redditur securus de iusto pretio, deque locatione suæ gabellæ, & vir illi pro eo, quod promittit (quod certe onus est) mercedem iustam

accipit: Ceteri vero, qui concurrunt ad rem emendam, vel conducendam non possunt conqueri, quia ille Affecutor Jus habet (ut & alii omnes) offerendi pretium majus, & majus, &c.

CAPUT III.

De Pignore.

§. I.

Quid sit Pignus.

1. **P**ignus sicut & Depositum, & Commodatum aliquando sumuntur pro ipsa re, quæ traditur, aliquando pro contractu, sub quo datur, & in hac posteriore significatione hic de his potissimum est locutio, licet & prior significatio non raro intercurrat.

2. Pignus ergo est *Contractus, quo res alicui traditur, seu obligatur ad securitatem Crediti*. Quoniam vero aliquando pignus consignatur Creditori, ut communiter solet fieri, in rebus mobilibus; pro pecunia enim, quam tibi debeo, trado tibi vas argenteum v. gr. in pignus: aliquando vero non consignatur Creditori res, sed remanet in manu Debitoris, obligata tamen ipsi Creditori, ut communiter solet fieri in rebus immobilibus; nam pro pecunia, quam tibi debeo, obligo meum prædium tibi, illudque apud me retineo, tibi tamen realiter obligatum in securitatem tui Crediti. Ideo duo sunt genera contractus Pignoris: alterum quo res traditur Creditori: & vocatur propriè, stricteque Pignus. Alterum, quo res remanet apud Debitorem, & appellatur hypotheca, quod est verbum græcum, latine, *supposita*, quasi res supposita, seu obligata alteri. In utroque autem casu dominium rei remanet apud eum, qui Pignus dat. Unde vides, hic nos nullo modo loqui de bonis v. gr. de fundo, supra quo Census aliquis impositus est; quamvis enim tunc fundus dicatur hypothecatus Censui; non tamen illa est propriè hypotheca, de qua agimus, sed est ex probabilissima sententia Venditio partialis domini utilit illius fundi, ut diximus, cum de c. Delugo. ^c Censibus, & notat Delugo. ^c

3. Dictum autem modo est (ut communiter innotat)

^a Azor 3.
^{p. l. ii. c.}
^{21. dub. 3.}
^b Filliuc.
^{Tr. 3. ca. 1.}
^{qu. 10. n.}
^{57.}

inter solet, in rebus immobilibus) nam interdum etiam res immobilis v. gr. prædium Creditori datur, ut ipsum apud se habeat, & tunc sanè erit Pignus strictè, & propriè sumptum.

4. Ex prædicta differentia cognoscis, cur Pignus semper est res determinata, hypotheca vero possit esse de re indeterminata, & in confuso. Ratio est, quia Pignus debet dari, ut remaneat in manu Creditoris, quod rei indeterminatæ competere non potest; at in hypotheca satis est, ut res remaneat obligata credito alterius, quæ obligatio licet imponatur subinde in aliqua re determinata, & particulari, v. g. in hoc determinato prædio, quo pacto vocatur hypotheca particularis; potest tamen imponi, & non raro imponitur, in omnibus bonis futuris, præsentibus, &c. quo pacto vocatur hypotheca generalis.

5. Quando denique dicimus, posse imponi in prædictis bonis hypothecam, semper intelligimus pro illa quantitate, quæ valet, nam propterea prædium hypothecatum uni non potest alteri obligari, si prædium non est sufficiens ad utramque obligationem, ut rectè notat Azor. a

§. II.

Quis potest oppignorare, & quæ bona?

1. **I**am vero à quibus, & quæ bona possunt dari in pignus, seu hypotheca?

Respondeo, uno verbo (quod apud alios mox citandos potest pluribus, & minutim videri) ab his, qui habent bonorum liberam administrationem, quique habent bona, immo & iura, quæ possunt vendi, & alienari. Non ergo, bona Ecclesiastica: non, bona publica: non, homo liber: non bona, quæ non sunt sub tuo, vel dominio, vel libera administratione, in pignus dari, vel hypothecari possunt. Lege Valq. b aliosque. Et Bonacina c quidem concedit, posse re pignus, quod ab alio accepisti, in pignus dare (intelligo semper, præsciendò ab aliqua iusta explicita, vel tacita conventionē) quia potes alteri cedere Jus, quod tu habes in pignore. Sed adverte, id non esse, nisi pro quantitate, quæ

Tamburinus de Sacramentis.

tibi debetur, & pro tempore quo duratur Jus, nam ideo, si Dominus Pignoris tibi debitum solvat, cessare debet hæc nova oppignoratio.

§. III.

Fructus Pignoris cuius sint? Remissivè.

1. **H**is cogitis, quærimus, si fortè à meo Debitore obtinui in pignus rem fructiferam, cuius erunt ejus fructus?

Respondeo, Debitoris, quia is semper remanet Dominus pignoris, ut superius dictum est fusè. d

d. *Sutra in Tr. de mutuo, & usurac. 6.*

§. IV.

Res data in pignus propriè dictum, si varietur, §. 1. an remaneat pignus, & quomodo reddendum?

1. **S**i res oppignorata fructifera, v. gr. prædium, contingat variari, remanet ne eodem modo obligata pro Creditore, sicut antea? Idem etiam potest evenire in re non fructifera, &c.

2. Respondeo, cum hac distinctione. Potest res variari, vel in peius, vel in melius: si in peius, quia v. gr. vinca destruitur, domus corrui, Silva cæditur, remanebit oppignoratum id, quod saltem de substantia supererit, nempe solum, seu Fundus, ut etiam, quia ligna sunt pars Silvæ, remanebunt etiam, & ipsa oppignorata. Si tamen ex dictis lignis fiat aliquod artefactum v. gr. Navis, non amplius oppignorata erunt, quia videntur multum mutata per illam novam efformationem, ita disponente lege. e

3. Dixi saltem de substantia, nam, si, supererit solum aliquod de qualitate, non remanebit pignus, undè remanentibus Lignis cæ Navi ff. de Pignoratia, vel Corio ex oppignorato bonorata. ve, inclinat Molina f non remanentia ligna, & Affione. Cotium subiecta pignori. f. Mol. d.

4. Sed cur modo ligna Silvæ remanserunt oppignorata, non vero hæc ligna Navis?

Respondeo. Ratio fortasse est, quia ibi ligna sunt partes immutatae respectu Silvæ, undè rectè dicuntur esse de substantia tui pignoris, quod erat Silva. At hic ligna ex Navi destructa sunt partes, valde mutatae

Kkkk

respectu

respectu Navis, & ideo vocantur qualitates Navis, cujus substantia tota consistit in artificio. Unde, sicuti modo à citata lege (*Si convenerit*) propter novam efformationem, seu compositionem Navis, deobligata fuerunt ligna Silvæ oppignorata ab onere Pignoris: ita nunc propter difformationem, seu destructionem Navis, ligna ab onere Pignoris pari modo deobligantur.

5. Si vero in melius res oppignorata varietur, quia prædium v. gr. fuit à possessore melioratum, plantando ibi v. g. vineam vel domus amplior fuit effecta, &c. remanebit etiā ipsum augmentum pignori subiectum, quia accessorium sequitur principale.

6. Sed quid fiet deinde, quando ego Debitor solvam, quod debeo, & volo, ut reddatur mihi dictum prædium, seu dicta domus, danda mihi est sic meliorata, nec ne?

Respondeo. Vel Primo, hæc melioramenta, utique utilia, de quibus nunc loquimur, sunt facta ab ipso Creditore, vel Secundo, facta sunt à Tertio, ad quem forte prædium illud pervenit.

a Mol. d. 533. cōtra Covar. Molinam sequitur Delugo d. 32. de iust. num. 32.
7. Si fuerit hoc posterius, sentit Molina, & non teneri hunc Tertium tradere prædium, nisi prius sibi solvatur, quod expedit, & quod plus valet ratione suæ utilis meliorationis. Addit Molina, eidem Tertio dari opinionem, ut, vel faciat, quod dictum est, vel solvendo illum valorem, quo prædium, antequam illud augmentum accepisset, æstimabatur, sibi prædium retineat. At Covarr. sentit, cogi posse hunc Tertium, ut reddat prædium accipiendo pretium suarum meliorationum. Et certè hæc sententia Covarr. mihi probabilissima videtur, quia prædium, cum sit verum pignus in hoc casu, de quo loquimur, Domini est, & illi debetur.

b Supra in Tr. de Locat. c. 1. §. 1. n. 14. & 15. Mol. l. c.
8. Si fuerit illud prius, hoc est, si tuum prædium datum in pignus fuerit auctum ab ipso tuo Creditore, in cujus manu prædium erat, licet ipsi non detur optio prædicta; tamen non tenetur tibi reddere illud, nisi tu præter antiquum debitum, solvas etiam id, quod ille utiliter expendit pro melioramentis dictis eo modo, quo dictum est alibi à me universaliter. Immo poterit & sibi tandiu retinere prædium, quandiu ipsi refarciantur expensæ utiliter factæ. Ratio omnium prædictorum est, quia non est æquum, ut is, qui rem suis ex-

pensis utilem tibi fecit, defraudetur sua mercede. Deductis semper deducendis, ut semper supponi debet.

9. Sed quid, si rem auxit huiusmodi possessor, sed inutiliter? Ut, si Creditor in manu ejus fuit dictum prædium, fecisset in illo picturas, Fontes, aliaque ad ornatum superfluum, & inutilem.

Respondeo. De his non agit expresse hic Molina, sed ex ejus doctrina, & ex d. Sanc. & d. Sarr. ex his, quæ ego ibidem, & alibi dixi, colligi potest, hæc non deberi solvi ab eo, cujus est ætiam pignus; sibi enim imputet, quod in aliena re, 139. quam jam sciebat esse alienam, inutiliter sive expensarum, sive multum expenderit. Recole ne cessatio citatum locum nostrum de Locatio. Dicitur ne, nam ex doctrina ibi tradita poterunt, & debebunt multa huc pertinentia, vel explicari, vel addi.

§. V.

De rem hypothecam quidnam Turis habeat Creditor?

1. **R**espondeo, si rem tuam v. g. prædium, obligasti in securitatem alicujus debiti in favorem Creditoris, illam tamen Creditori non tradidisti, sed apud te retinisti, Creditor semper habebit Jus in eam rem, quæ onus hoc, & obligationem realem secum semper deferret, ne supra iterum dictum est. Hinc fit, ut ad quemcunque possessorem transferret, possit Creditor debitum suum ex illa exigere, quamvis ex Jure novo non possit, etiam in hypotheca expressa, agere dictus Creditor contra tertium possessorem, nisi præcedente excussione in bonis Debitoris, & Fidejussorum. Debet ergo probare Creditor rem illam fuisse Debitoris tempore contracti debiti, vel postea, & fuisse comprehensam in hypotheca, factamque esse discussionem in bonis Debitoris, & Fidejussorum. Quando autem Tertius possessor rei hypothecatae cogitur solvere, debet ei dictus Creditor cedere Jus, quod habebat contra Debitorem principalem, & Fidejussores. Ita Delugo, h. qui non notat eam doctrinam, quam nos in simili notavimus supra, i. quæ tamen erat omnino notanda, propter paritatem rationum, estque multum in praxi animadvertenda.

2. Illud 1. §. 4. n. 6.

2. Illud denique Nota, quod dictum est de discussione faciendâ in bonis Debitoris, non procedere in Fundo v. g. super quo Census aliquis impositus est; hic enim, si vendatur, vel alienetur, defert ita secum onus illud, ut non debeat prius à Venditore Census peti reditus, sed immediatè ab ipso tertio possessore. Ratio est, quia illa, ut modo num. 7. dixi, non est propriè hypotheca, de qua hic agimus, sed venditio particularis domini utilitatis illius Fundi. at vero circa bona alia, quæ hypotheca generali obligantur pro securitate ejusdem Census, erit observanda dicta Authentica, hoc est, si transeunt ad tertium possessorem, non debent hunc tertium obligare ad solvendum, nisi facta prius excussione prædicta, quia hæc alia bona non sunt vendita, sed propriè hypothecata.

§. VI.

Pignoris venditio.

1. **I**nquires Quarto. Si præfixo tempore Debitor debito non satisfacit, licet enim Creditor pignus, quod apud se retinet, vender, ut habeat, quod ipsi debetur, reditio semper excessu, si addit, ipsi Domino Pignoris?

2. Ut respondeam, scito, pignus aliud vocari Conventionale, estque illud, quod partes inter se dant, recipiuntque aliud Prætorium, aliud Judiciale, atque hæc sunt ea, quæ auctoritate Prætoris, vel Judicis dantur.

3. Iam nunc Respondeo, non esse difficultatem Primo, quod pignus Conventionale vendi possit, si inter partes conventum est, ut illud post moram solutionis vendatur, juxta ea, quæ explicuimus supra b: nec Secundo, esse difficultatem, quod vendi non possit, si, ut illud non vendatur, conventum est. Aliqui tamen in priore casu post dictam moram, requirunt, semel saltem, monendum esse Dominum Pignoris, sed non esse necessario monendum, docet Azor, & Reginal. d quia ejusmodi monitio non fuit deducta in prædicto Reginal. etiam. Alii item, (& sanè valdè probabiliter) cum iisdem Azor, & Reginal. in posteriore casu, quando præcessit pactum, nè pignus venderetur, dicunt, adhuc posse vendi, sed post monitionem, nam de ratione, & natura Pignoris est, ut vendi possit, sed assistente

Debitori, si velit, nè fraudem suspicetur.

Difficultas ergo est, quando de ejusmodi venditione faciendâ, vel non faciendâ, nihil est conventum.

4. In hoc casu leges & disponunt, ut Creditor non possit vendere Pignus conventionale, nisi præmissa uia monitione, & elapsis duobus annis à monitione. Antea igitur nulla ratione vendere poterit: Illis autem elapsis, poterit Creditor pignus propria auctoritate vendere, sed præsentè, & scientè Domino. Quod si non inveniatur, qui velit emere conveniendus est Judex, monito Domino, qui si nolit comparere, certum tempus ei assignabitur à Judice ad comparandum, quo non comparente, poterit Creditor petere à Principe, ut pignus sit ipsius Creditoris, licet cum conditione, ut, si intra alios duos annos compareat Debitor, satisfaciaturque Creditori, sibi pignus recipiat.

5. De Pignore Prætorio nihil est statutum. Remanet igitur, ut vendi possit arbitrio Iudicis.

6. De Judiciale leges statuunt, ut illud non detur in manu Creditoris, nisi post quatuor menses à lata sententia Judicis: potest tamen ab eodem Judice hoc arctari, vel produci ex justa causa; postea vero expectentur alii duo menses, post quos pignus vendi potest. sed certè auctoritate Judicis intercedente.

7. Notat autem Molina f illud biennium, f Mol. d. quod requiri modo diximus in Conventionali, posse reduci ad quatuor, vel sex menses, si Creditor recurrat ad Judicem, qui convertat pignus illud conventionale in Judiciale, hoc est, ut ipsi Creditori detur illud pignus auctoritate publica, quod jam habebat ex conventionem privata, nam sic pignus jam redditum Judiciale, hujus naturam sequatur necesse est.

Hæc statuunt leges communes. Quod si alicubi sint alia statuta, vel consuetudines, servanda ea omnino erunt in foro externo. Sed quid pro foro interno?

8. Respondeo. Ad vendendum Prætorium, vel Judiciale pignus semper auctoritate Judicis opus esse, etiam in foro interno conscientiar, mihi certum videtur, quia sicuti ea pignora ab auctoritate publica

Kkkk 2

proce-

procedunt legitime, ut supponimus; ita ab eadem dissolvi debent. At, quoad pignus conventionale, voluissim sane in aliquem Theologum incidere, qui mihi disertè explicasset, an illa lex de Pignore Conventionali, quam modo attulimus num. 4. urgeat solum in foro externo, an etiam in interno conscientia? Explico: si quis Creditor, ante omne Judicium exterius, post moram solutionis à Debitore incursum, ipsoque monito, vendat, illis duobus annis non elapsis, pignus iusto pretio, quo sibi ex integro satisfaciatur, quodque forte superest, reddat pignoris Domino, an, inquam, in conscientia (quidquid futurum timeatur in foro externo) ratus ejusmodi Creditor sit?

9. Certè putarem, (nisi me mea fallit opinio, quam nolo ratam, nisi Doctiorum accedat assensus) tutum esse. Primo, quia fortasse, seu tacite ejusmodi pactum, idest vendendi pignus modo dicto, initum esse cum Domino Pignoris semper supponitur, quo pacto supposito, posse vendi pignus, diximus num. 3. Supponitur autem fieri ejusmodi pactum, quia dum Debitor dat pignus in manum Creditoris, illius arbitrio relinquere illud videtur, si, monitus, designato tempore ipsi non satisfaciatur.

10. Secundo, quia durum, & nimis grave est Creditori, tot menses, totque annos expectare, ut suum recuperet.

11. Tertio, quia recursus ad Judicem, & tam longa expectatio vergit in damnum ipsius Debitoris, nam obligabitur ad expensas, quas facturus subinde est Creditor in ejusmodi terminis computandis, & ad plura alia damna, quæ facile idem Creditor causa Debitoris patitur, dum sibi non satisfit per duos illos annos à Domino Pignoris.

12. Quarto, quia præsumendum est, ejusmodi legem esse constitutam ad fraudes tollendas: ubi igitur fraudes verè non adsunt, ut quid tot subtilitates Juris in conscientia servandæ sint?

13. Quinto, quia possumus affirmare hac lege non invalidari, nec illicitos reddi actus factos, præter illius dispositionem, antè Iudicis sententiam; antea ergo ad nullam restitutionem obligabitur, quavis (si postea Creditor, qui vendidit pignus sine illis solennitatibus, condemnatur à Iudice) ipsius sententiæ stare omnino debeat, quia semper justæ Iudicis sen-

tentiæ, etiam in conscientia parendum est.

14. Sextò, quia Glossa hujus legis infiguratione casus ait, Creditorem videntem pignus sine dictis solennitatibus amissurum etià debitum suum. Ergo Glossa supponit, hanc esse legem pœnalem, quoad hanc partem, per quã scilicet debeat dictus Creditor amittere debitum, ergo valdè probabile erit, esse pœnalem, etiam quoad totam: lex autem pœnalis communiter, non nisi post latam sententiam conscientias ligat. Sic considerasse, sufficiat.

CAPUT IV.

Quid, & quotuplex sit Hypotheca?

1. **Q**uid sit Hypotheca, diximus per occasionem satis cap. præced. §. 1. Quotuplex putem ea sit ibidè & §. 5. indicavimus. Breviter alia est expressa, alia tacita. Hypotheca expressa est ea, quæ ex partium conventionione habetur, quarum aliam esse specialem, seu particularem, aliam generalem loco citato breviter innuimus. Tacita est illa, quæ implicite involuitur in alio contractu, & dispositione Juris. Illud igitur dumtaxat hic explicandum erit, Ecquidnam sint ejusmodi contractus, in quibus ex dicta Juris dispositione resultat Hypotheca, statim, atque illi celebrantur, per quam hypothecam bona unius sint obligata alteri ex contrahentibus:

2. Respondeo, esse novem. Primò enim invenitur tacita hypotheca in bonis Mariti, quæ tacite sunt oppignorata, seu hypothecata pro dote.

3. Secundo, in bonis Ministrorum Ecclesiæ, quæ sunt hypothecata pro mala administratione.

4. Tertio, in bonis promittentis dotem, donec illam promittens solvat.

5. Quarto, in bonis Contrahentis cum Fisco.

6. Quintò, in bonis Patris administrantis bona filii.

7. Sextò, in bonis Tutoris, & Curatoris pro administratione bonorum Pupilli, & Minoris.

8. Septimò, in fructibus Fundi locati, qui censentur hypothecati pro pensione solvenda, & pro damno fortè facto à Conductore in eodem Fundo.

9. Octa-

9. Octavo, sunt etiam hypothecata pro eadem pensione, & damnis res in Fundum (quem vocamus Prædium Rusticum) investitæ, sciente Domino, & res in domum (quod vocamus prædium Urbanum) investitæ, etiam Domino ignorante, modo ejusmodi res investitæ non sint alienæ, & modo sint ibi permanentes, nam propterea merces vendendas non intelligi hypothecatas, licet in domum sint investitæ, notat Molina. #

10. Non denique (quod est pro praxi valde notandum) tacita hypotheca invenitur in omni re, ad cuius conservationem mutatur, seu datur pecunia. Illa enim res ex ejusmodi pecuniæ auxilio conservata remanet obligata pro ea pecunia cum prælatione ante alios habentes priorem hypothecam. Lege hæc distinctius, aliaque huc pertinentia apud Molinam, & alios que.

CAPUT V.

De Deposito.

§. I.

Quid sit Depositum?

1. Depositum est Contractus, quo sola rei custodia alterius fidei committitur. Et quidem, si à Judice tibi ejusmodi custodia committatur, vocabitur Depositum Judiciale; id, quod solet fieri, quando res aliqua litigiosa datur alicui in custodiam, donec his terminetur, nam propterea vocatur etiam Sequestrum. Si inter personas privatas res agatur, Depositum appellatur Depositum Privatum, de quo nobis potissimum erit locutio.

CONTRACTUS.

Vbi de rebus apud Hospitem depositis.

2. Dictum est Primò (Contractus) quo significatur requiri consensum, tam Deponentis, quam Depositarii. Quare non eo ipso, quod domi meæ aliquid deponis, ego Depositum contractum tecum celebravi, nisi signa ostenderim, quibus Depositum acceptaverim, vel certe, nisi ex officio id in aneris habeam, tunc enim, dum illud officium exerceo, im-

plicitè rem custodire promitto. Hujus generis fere sunt Navigiorum Domini, Hospitiorumque Administratores; tacite enim Navigantium, Hospitumque res sub sua cura recipiunt: licet satis probabiliter Lessius, & hanc promissionem in his, & similibus non cognoscat, idque propter multitudinem in illa loca, quasi publica, accedentium, indeque recedentium, addens, saltem non esse communiter in usu tantam obligationem custodiendi, nisi ab hospitibus peculiatis cura suarum rerum actu illis commendetur.

R E I.

3. Dictum est Secundò (Rei) sanè communiter mobilis: non repugnat tamen posse, & immobilia deponi, ut quando vellem v. gr. prædium meum amico custodiendum tradere.

CUSTODIA.

Vbi de expensis pro Deposito factis, & de lucro acquisitione ex eodem.

1. Dictum est Tertiò (Sola rei custodia) quo significatur Primò, rem esse realiter tradendam Depositario; neque enim custodiri potest, quod reipia non recipitur. Secundò, esse statim restituendam, petente Domino. Tertiò, esse restituendam in eodem loco, in quo tradita est; quia, nisi aliud justè fuerit conventum, hæc tria significant illa verba (Sola rei custodia) significatur item, aliquam mercedem esse dandam pro labore custodiæ. Vide, quæ dixi in Tractatu de Cambiis. d. Signifi- d. Supra Tr. eatur denique, pactum, quo Depositarius non 3. de Cam- teneatur Depositum custodire, vel, quo non biis c. 3. §. 3. teneatur ex dolo, injustum esse, & invalidum, quia est contra naturam contractus Depositii: adde, esse contra bonos mores, ut notat cum aliis Barthol. & S. Faustlo. e Barthol.

2. Iisdem verbis illud item significatur, à S. Faustlo- nimirum, per Depositum non transferri do- in spec. minium in Depositarium, nec illi concedi u- Conf. d. 8. sum, committitur enim sola custodia. Quod nu. 11. si concedatur usus, jam transibit contractus in Mutuum, vel commodatum, vel locatum.

3. Præterea, ex eo, quod per Depositum non transfertur dominium in Depositarium, colligitur, justè Depositarium exigere expensas factas circa rem depositam v. gr. cir-

Kkkk 3

ca B-

ca Equum (excipe, nisi Equo usus fueris, usufructus compensetur cum expensis) eundemque Depositarius posse sibi retinere depositum, donec ipsi solvantur dictæ expensæ, ut notat

a Molin. d.
524.

Molina, a nam non teneretur suis sumptibus Depositarius alere, seu conservare rem, quæ nec ejus est, nec ab ea emolumentum recipit.

4. Hinc insuper sequitur, ut meo deposito uti nequeat Depositarius, quia res deposita ejus non est, sed mea. Sunt tamen duæ exceptiones. Primò, quando creditur, usum non displicere Domino. Secundò, quando Dominus usum concessit saltem tacite. Tacite autem concedere præsumitur, quoties deponit rem usu consumptibilem, & quæ functionem habet; si v. gr. deponit quis apud te pecuniam, vel frumentum, nec interdicat tibi ejus usum (interdicere mihi videretur, saltem tacite, si deponat apud te vinum v. gr. generosum, vel quid simile difficultè reddendum in sua bonitate, &c.) potes illis uti, quia ex natura rerum hujus generis, præsumitur Dominus, non curare, si illis utaris, eaque convertas in Mutuum; jam enim es futurus promptus illa omnino æquivalentia reddere sine mora. Ita Molina, b & Fagundez, c ita etiam Layman, d loquens de Officialibus & Magistratibus, apud quos Frumentum, & similia deponuntur.

b Molin. d.
524.

c Fagund.
in Decal.

d Layman.
l. 3. sec. 5.

tr. 4. c. 25.
nu. 4. conc.

3. alique
apud Bo-

nac. d. 3. de
contr. q. 14

p. 1. nu. 3.
c. Sivo. V.

Depositum
nu. 10.

f Fag. Lay-
man. ll. cc.

man. ll. cc.

5. Quid si Depositarius utatur ad negotiationem dicta v. g. pecunia, vel frumento apud se Depositis, retinere nē justè poterit sibi lucrum ex ea negotiatione receptum?

Respondeo. Si id faciat, invito deponente, non posse docet Silvester, e sed lucrum esse dandum ipsi Deponenti, retentis solum expensis, & æstimatione sui laboris. Sed posse, etiam si Deponens sit Communitas, Magistratus, vel privatus homo quicumque, probabilissimum fuit, quia illud lucrum est partus industriae Depositarii, & ex alia parte jam hic promptus est reddere integrè, & sine mora Depositum, statim, ac Dominus illud petierit.

A Depositario autem deberi Deponenti non solum rem ipsam depositam, sed etiam damnum lucri cessantis, si forè aliquod factum fuit eidem Deponenti nullus ignorat. Ut etiam, quando res deposita fuit ex illis, quæ functionem non recipiunt, qualis esset v. gr. vestis, deberi item, quanti valet ejusmodi usus, vel pueri sciunt.

6. At peccatne is, qui sic se gerit, Domino præsertim positive invito?

Respondeo. Ita puto, sed certè ad mensuram rationabilis involuntarii Domini, quia aliqua tandem injuria mihi fit, si mea pecunia, quamvis sine meo damno, tu velis uti, positive prohibente, unde & volente, ne illa pecunia deposita transeat in Mutuum.

Alterius fidei committitur.

Vbi, an Depositum confiscatum reddendum sit Fisco?

7. Dictum est Quarro, (Alterius fidei committitur) nam propterea, si Depositum perit culpa Depositarii, obligabitur is ad restituendum tantundem.

8. Quod autem requiritur ad hanc obligationem inducendam culpa gravis, & quando hanc intervenisse judicandum sit, alibi diximus, ubi etiam notavimus, si casu res deposita pereat sine Depositarii culpa, Dominus perire, quia, sicuti Domini est, sic Dominus perit.

9. Quamvis autem tuæ fidei commissum sit Depositum; docet nihilominus Navarrus, alique, te debere depositum Fisco reddere, si forè illud fuerit legitime confiscatum, quia publicatis bonis alicujus, Fisco competunt illa bona, quare, & deposita ubicunque inveniuntur. Verum contrarium sustinet uterque Sæ Genuinus, & expurgatus, h qui sic habet: Depositum dandum Fisco, si ei omnia bona Deponentis sunt adjudicata, ait Navarrus. Ego ei qui deposuit, restituendum crediderim, quoad formam conscientie, nisi id Iudex prohibuisset. Hæc Sæ quem citans sequitur Lessius, i addens posse etiam restitui Fisco, quia etiam ipse habet rem illam confiscatam sibi vendicandi. Vide, quæ in hanc rem alibi k dixi.

§. II.

Quis Deponens, Quis Depositarius esse possit?

1. Omnes si ratione utentes, qui rei alicujus administrationem habent, eam rem deponere apud Fidelem virum, imò & apud Infidelem, sed suo periculo, possunt. Res hæc majore non indiget explicatione. Legi

Arot.

1. Azor. a Omnes præterea (abstrahendo ab ali-
qua peculiari prohibitione) ratione utentes,
etiam Pupilli, etiam Fæminæ, etiam Clerici,
etiam Religiosi, sed hi cum licentia suorum
Superiorum, possunt esse Depositarii. Modo
notes, neque Ecclesiam, neque Monasterium
ad quidquam obligari, si Depositum (quam-
vis cum culpa Depositarii Clerici, vel Reli-
giosi) pereat, nisi, quando ipsius Ecclesiæ, vel
Monasterii nomine acceptatum fuit deposi-
tum, quia ex culpa peculiaris Religiosi non
obligatur Ecclesia, ut pluribus profecquitur
Castropalaus, b alique.

Duo selecta de Religioso Depositario.

2. Primum. Si Religiosus v. gr. Superior
legitimè, nomine Religionis, depositum sus-
cipiat, illudque expendat pro ipso Monaste-
rio, idque constet, poteritne Religio licitè, &
sine pœnarum timore, bonum stabile aliena-
re, quando alia via non suppetit, ut sic Depo-
situm Domino reddi possit?

3. Respondeo, posse, docet Castrop. c non
solum in casu proposito, sed etiam si culpabi-
liter amissum fuit, licet non in utilitatem
Monasterii impensum. Si plura velis, illum le-
ge.

4. Secundum. Si Religiosus depositum
suscipiat, Superiore non consentiente, mora-
literne contra Paupertatis Votum peccat?

Respondeo, cum ea distinctione, quam re-
ctè adhibet. Idem d ibidem; Si pecuniam, vel
aliud quidvis (inquit) à Sæculari accipias in
custodiam, excusaris à vitio proprietatis. Et
paulò pòst: Adverte tamen, supradictam deposi-
tionem non debere admitti in vim depositi, sed so-
lum in vim cuiusdam familiaris custodiæ, alias
peccaret Religiosus adversus Paupertatis votum,
depositi contractum celebrando, quia, esto contra-
ctus nullus sit, nullamque obligationem Mona-
sterio imponat: ut velle, quantum est ex se, obliga-
tionem subire, & vim Depositarii Deponenti conce-
dere, Superiore inconsulto iniquum est. Hæc ibi.
Quando ergo idem e alibi docet, Religiosum
peccare, si depositum gravis materiæ sine li-
centia acceptet, est intelligendus (ne sibi sit
contrarius,) de Deposito concedente Jus al-
teri, ut jam distinximus.

5. Eodemque modo intelligendum esse
puto Delugo, f qui cum dixisset, Religiosum

male facturum (hoc est, ut ego interpretor, in-
congruè, quando loquimur de Deposito in
vim familiaris custodiæ) recipiendo Deposi-
tum sine Prælati licentia, citavissetque Moli-
nam, g & Layman h addit: Non tamen credo, id
esse contra votum Paupertatis, si sistat in viro
deposito. Quod idem dixerat, alibi, i ubi cita-
verat Thom. k Sanchez. Noto enim illud (si h Layman
sistat) id enim est perinde, ac si dicat: Si sistat in
mero deposito familiaris custodiæ, nec transitum
faciat ad dandum Iur Deponenti.

6. Hæc absolutè: Si enim in aliqua Reli-
gione sit præceptum sub mortali, de non reci-
piendo deposito, tunc servandum id esse, nul-
lus dubitat.

§. III.

*Incrementum, & Decrementum Depositarii
cujus sit?*

1. EX dictis §. 1. duas enodabis difficulta-
tes, quarum alteram hic propono, al-
teram in paragrapho sequenti: Titius depo-
suit centum aureos apud me, eosque non pe-
tiit per annum. Interim eorum valor crevit,
vel interim idem valor decrevit: Inquiri,
cui crevit, cui decrevit? Ex una enim parte
Domino dicendum esset, res enim sicuti Do-
mino perit, si ea petat: ita eidem cresceret, de-
cresceret. Ex alia vero dicendum esset, peti-
te Depositario, quando deponuntur res,
quæ functionem accipiunt, hæc enim ex ta-
cita licentia Deponentis, fiunt, ut modò di-
ximus, Depositarii, & est perinde ac mutuum
illi datum fuisset, cujus natura est, ut per il-
lud transferatur dominium in Mutuatarium.
Ergo ipsi, utpote Domino cresceret valor, de-
cresceretque. Consultò dixi, (Res, quæ functio-
nem accipiunt) de his enim est locutio. Nam
res, quæ functionem non habent, qualis est
v. gr. Equus, Vas argenteum, &c. jam omnes
scimus, eam ad similitudinem commodati
crescere, vel decrescere ipsi Deponenti, utpote
Domino.

2. Respondeo, hic naviter expendendum
esse, An tu Depositarius res illas functio-
nem habentes, v. gr. illos centum aureos pro
Mutuo expressè, vel tacitè jam acceptaveris,
tuosve, saltem per eorum usum, effeceris,
cum obligatione reddendi tantundem: An
vero

2 *Supra in
tr. de Mut.
& Vjura
c. 1. §. 2.*

b *Bonac. l.
c. n. 4. fine.*

verò depositam dictam pecuniam, ut deposi-
tam duntaxat habueris, cuius posterioris mo-
di signum inter cætera est, si illam obigna-
tam in sacculo, vel clausam in Arca per mo-
dum massæ reposuisti. Si prius, valor tibi cre-
scet, tibi que eidem decreset, quia incremen-
tum, & decrementum est tuæ rei: & solum
debes ipsum Mutuum, ut suo a loco explicui-
mus, Mutuanti reddere. Si posteriùs, certè cre-
scet, decresetque Deponenti, quia donec De-
positum in alium contractum transeat, &
consequenter ante usum à te factum dictæ pec-
uniæ, vel certè ante acceptationem ejus pec-
uniæ in Mutuum, semper remanebit Depo-
sito cujus natura est, rem esse Domini Depo-
nentis, incrementumque, vel decrementum
ad ipsum pertinere. Ita tandem concludit Bo-
nacina, b & ita etiam dicendum de frumento
verbi gratia. Deposito in tuo horreo, si illud
crescat, &c.

§. IV.

*Præsumpta voluntas, in commutando Deposito,
quid operatur?*

1. **A**ltera difficultas sic proposita nudius-
tertius fuit. Antonius Faber lignarius
deposuit apud Titium Mercatorem, in taber-
na ejusdem Titii extra Urbem sita, mille ta-
bulas Abiegnas, quarum omnino similes in
bonitate idem Titius habebat in alia taberna
intra Civitatem. Accidit autem, ut invento
Emptore, ei Titius vendiderit mille prædictas
tabulas: sed quia Emptor iis juxta Civitatem
ad fabricam domus suæ rusticæ indiguit, Ti-
tius ei dedit Antonii tabulas, applicuitque
Antonio similes eas, quas in Civitate ipse ser-
vabat, ratus, gratam Antonio se rem sic face-
re, quem sciebat, velle suas tabulas (certè non
sine sumptibus) in Civitatem invehere. Verum
quid deinde consecutum est? Ex incendio in
Vicinia fortè excitato, pars domus Titii, ejus-
que penè tota taberna cum tabulis ibidem ab
Antonio depositis conflagravit, quæ situm-
que, non multò pòst, fuit, Titione, an Anto-
nio illæ tabulæ perierint?

2. Respondeo hunc casum valdè similem
olim accidisse, deque eo fuisse interrogatum
Molinam. Nam quidam Navarchus vhebat
in Navi suas, & alienas Amicorum arcas fac-
tæ plenæ, qui inter navigandum in quan-

dam Insulam appulsus, vendidit suas arcas;
sed, quia hæ in fundo erant Navis, unde diffi-
culter extrahi poterant, dedit Emptori illas
alienas, quæ supereminabant, animoque ap-
plicuit Amicis suas, æqualis omnino bonita-
tis, & pretii. Postea verò capta Navi à Piratis,
quæsierunt aliqui à Molina. An arcæ illæ,
quas cœperunt Piratæ, Navarcho perierint, an
Amicis? Qui respondit, c Amicis perisse.
Quæ responsio approbatur à Delugo, d sed
non à Bonacina. e Ratio potissima Molinæ
ducitur ex præsumpta, & rationabili Amico-
rum voluntate, qua Navarchus suas arcas
commutavit cum arcis ipsorum. Hac ergo
commutatione facta, arcarum sublatarum
damnum Amicis, nempe, ut illarum Domi-
nis, attribui, omni modo debuit.

3. Bonacinæ autem ideo Molinæ decisio
minus placet, quia illæ arcæ (inquit) à Piratis
captæ, erant Navarchi, non verò, ut Molina
putat, Amicorum: non enim verè permutatæ
fuerunt cum illis, quæ fuerunt venditæ, si-
quidem permutatio, ut potè contractus, mu-
tuo consensu perficitur, qui consensus, Ami-
cis absentibus, intervenire non potuit.

4. Verum hæc Bonacinæ ratio facile sol-
vitur. Negatur enim, non intercessisse consen-
sum mutuum, non quidem actualem, & ex-
plicitum, sed tacitum, seu præsumptum, qua-
lem ad similes commutationes, immò, & Do-
nationes, similesque contractus sufficientem
esse, concedunt omnes. Quod autem ejusmo-
di tacitus, seu præsumptus Amicorum con-
sensus affuerit, ratio Molinæ manifestè pro-
bat.

5. Redeo ad casum propositum de Abiegnis
tabulis, atque assero, eas Antonio perisse,
non Titio, quia per illam commutationem
ex præsumpto Antonii consensu facta, sub
Antonii dominio erant, quando conflagra-
runt.

§. V.

Multa de Deposito Remissivè.

1. **A**N res deposita nocitura Domino, v.
agr. gladius furioso, vel pecunia, illam f. l. 2. de
repetenti ad malum finem, reddenda sit, dixi
in libris Decalog. f.

2. An res aliena apud te deposita à Fure, g. l. 1. de
possit reddi Domino, colligi potest ex iis, g. l. 1. de
quæ ego ibidem g. dixi.

3. An ex deposito possit Depositarius sibi compensare id, quod ipsi à Domino rei depositæ, debetur. Ibidem. a

4. Ex qua culpa teneatur Depositarius, ad reddendum depositum, si pereat. Ibidem. b

5. An, si rem depositam Depositarius mittat ad deponentem per hominem, (ut credebatur) fidelem, & hic illam non afferat, an, inquam, ad aliquid æquivalens obligetur Depositarius? colligi potest ex ibidem di&is. c

6. An Depositarius in pari periculo suæ rei, & rei depositæ, obligetur rem alienam præferre suæ? Dixi ibid. d

7. An Deponens res suas apud aliquem, qui sit aliorum Debitor, præferatur aliis Creditoribus depositarii? videri poterit apud Lessium, & aliosque.

8. An Depositarius uti re Deposita possit, & an cum illa lucrari? dixi in libris f. De calogi.

CAPUT VI.

De Commodato.

1. Commodatum est contractus, quoad solum usum pro aliquo tempore res alicui gratis conceditur.

2. Dicitur Primò, (Contractus) quia in Commodato requiritur consensus Commodatarii, & Commodantis, in quo convenit cum aliis similibus contractibus.

3. Dicitur Secundo, (Quoad solum usum) in quo differt à mutuo, per quod transfertur dominium rei mutuatae in Mutuatarium: nam in Commodato solum transfertur usus, non dominium, immò neque possessio naturalis; nam Commodans pergit, etiam naturaliter, possidere per Commodatarium, quasi per suum Ministrum. Semper autem intellige, usum illum, quem concedit Commodans, ut notavit Sà. g. Unde peccaret contra Iustitiam, qui rem commodatam in unum usum, usurparet in alium; non peccaret autem, si suum usum alteri commodaret, nam (si aliter non expresse sit Commodans, vel ex circumstantiis aliud non colligatur de Domini voluntate) de hoc Commodatarius disponens, disponit de suo; propter eandem enim rationem Conductor, Usufructuarius, & similes possunt commodare rem conductam, &c. quamvis Domini non adsit con-

lensus, dummodo pactum aliquod non præcesserit, vel tacitus Domini dissensus non intercurrat. Lege Mol. h.

4. Per hoc etiam differt Commodatum à puro Deposito, per quod, nec usus, nec dominium transfertur.

5. Denique ex eadem particula Definitionis inferitur. Primò, expensas ordinarias pro conservanda, seu alenda re commodata v. g. equo, domo, servo, pertinere ad Commodatarium, cujus est usus, extraordinarias verò graves, ut sunt expensæ pro curando Equo, vel Servo, & pro reficiendo pariete domus collapsæ, pertinere ad Commodantem. Ratio est, quia ordinariæ cedunt in utilitatem Commodatarii, extraordinariæ verò in utilitatem Commodantis, qui est Dominus.

6. Dictum est signatè (extraordinarias graves) nam leves pertinent etiam ad Commodatarium, quia valde rationabile est, ut is, qui alienæ rei usu fruitur, consentiat in ejusmodi modicas expensas.

7. Inferitur Secundò. Si absque culpa Commodatarii pereat res commodata, non ipsi, sed commodanti perire, quia res, quoad proprietatem, commodantis est.

8. Inferitur Tertiò. Si commodas rem vitiosam v. g. Dolum vitiosum, hoc est, perforatum, peccare te; cum obligatione restituendi damna, si non admonuisti Commodatarium de vitio, quia decepisti eum, cum, pro usu, obrulisti id, quod usui aptum non erat.

9. Dicitur Tertiò (Pro aliquo tempore) in quo differt à Precario, quod, ut mox dicemus, ad nutum illud concedentis, repeti potest. Hinc commodans injustè ageret, subiretque restitutionis obligationem, si ante tempus concessum, rem commodatam, cum interesse Commodatarii, repeteret: Tempus autem hoc, vel expresse præfinitur, ut, *Commodo tibi librum ad annum, ad mensem, ad diem*: vel tacitè, ut *commodo tibi librum, ut illum legas, vel, ut illum rescribas*; tunc enim tacitè præfinitur tempus sufficiens, & quidem ad legendum brevius, ad conscribendum prolixius. Si quis commodaret dolum v. g. ad mustum servandum, tacitè plus temporis præfiniret pro volente illud servare ad usum, quàm pro volente illud vendere, postquam ebullit. Ex his disce cætera.

10. Dicitur Quartò, (*Res*) siue regulariter mobilis, siue aliquando, etiam immobilis, commodatur enim etiam domus, officina, pradium, &c.

11. Dicitur Quintò, (*Gratis*) secus esset locatio, quæ pro usu, qui conceditur, exigit stipendium, vel certè esset alius contractus innominatus. *Do, ut des; do, ut facias.*

12. Hæc sunt ferè certa, & communia. Illud aliquantulum controversum: An commodans iustè possit repetere rem suã v. g. equum commodatum pro mense, ante finitum mensem, ex eo capite, quòd illo indigeat.

13. Respondeo, cum distinctione. Nam, si indigentiam suam non prævidit, posse, certum est, quia præsumitur, nunquam intentionem commodantis fuisse, usum suæ rei alteri concedere pro tempore, & occasionibus, quibus ipse indigeret. Ita Molina & alii quæ.

294. *Less.* 14. At, si prævidit, & adhuc voluit commodare, nequaquam repetere potest, quia in hoc casu commodans cessit Juri suo, donavitque illud absolutè Commodatario pro illo tempore.

15. Si Commodatarius habuisset à Petro equum commodatum, sed, quia tu commodasti illi equum tuum, is non petiit illum à Petro, tunc te non posse ante tempus equum tuum repetere, ne in necessitate quidem, etiam non prævisa, docet Bonacina loc. citato, citans Sã, & Silvestrum. Verùm Delugo, Molina, & Lessius locis citatis asserunt, posse, quia nisi animum adeò liberalem habuisses, quo, vel expressè, vel tacitè aliud intendisses, semper præsumeris, etiam in hoc casu, te non voluisse ita privari tua re, ut in pari necessitate illam repetere nequaquam possis.

7. 16. p. u-

Multa de Commodato remissivè.

16. Denique hic agendum esset, Primò, ex qua culpa teneatur Commodatarius, si forte ejus causa res commodata perierit. Sed de hoc egimus in libris Decalogi.

17. Secundò, quid, si res perit ita in manu, & ex culpa Commodatarii, ut eodem modo perierit apud Commodantem? Sed egimus de hoc ibidem.

18. Tertiò, ad quid obligatur Commodatarius, quando est in mora solvendi suo tempore? De hoc universaliter egimus ibidem.

19. Quartò, an possim compensare, quod

mihî debes, retinendo commodatum? Egimus de hoc ibidem.

20. Quintò, An, si ad te mittam rem commodatam per hominem fidelem, & hic ad te illam non asserat, an, inquam, obliget, ad mittendum æquivalens? De hoc diximus etiam ibidem.

21. Sextò, An in periculo æquali debeam rem tuam mihî commodatam præferre rebus meis? De hoc egimus item g. ibidem.

CAPUT VII.

De Precario.

Precarium, prout sumitur in Jure Civili, est Contractus, quo quis alteri petenti, seu precanti concedit aliquod utendum, siue illud sit mobile, siue immobile, siue servitius, siue aliud, quodcumque ius, cum potestate revocandi, quodcumque ipse Dominus voluerit. Differt ergo à Commodato, quia pro hoc, siue expressè, siue tacitè præfinitur tempus utendi: at Precarium ex natura sua hoc habet, ut sit quocumque tempore revocabile. Ita ex legib. Juris communis habent passim Doctores.

2. Dixi (*In Jure Civili*) nam in Jure Canonico agitur de Precario in toto titulo de Precariis, quæ significat concessionem aliqui boni ecclesiastici pro tota vita alicujus, vel ad certum tempus, intra quod renovari solet de quinquennio in quinquennium, ne Jus Ecclesiæ in oblivionem abeat. De hac autem nobis nunc sermo non est.

3. Jam verò de nostro Precario duo satis erit pro instituto, quod nos suscepimus, adnotare. Primò, in Precario adhuc debet concedi aliquantulum temporis, judicio prudentis, definiendum, quo alter utatur re concessa, quia secus præsumeretur fraus, & dolus, dum ex una parte concederetur usufructus, & ex alia statim tolleretur.

4. Secundò. Quando nam finit Precarium? Certè finit, quodcumque concedens petierit, ut modo diximus. Sed difficultas urget, quando, antequam petat, moriatur ipse Concedens, vel is, cui Precarium concessum est. Circa quam difficultatem.

5. Ajo Primò, morte ejus, cui Precarium concessum est, ipsum Precarium finire: quare ad hæredes recipientis non transit. Precario v. g. mihî concessisti, posse per tuum pradium

dium metransire. Si ego morior, non gaudebit hac concessione meus hæres, quia concessio Precarii est personalis. *a*

6. Ajo Secundò, Morte concedentis non finiri Precarium concessum absolute, nisi hæres, seu *b* successor defuncti revocet, quia per solam mortem non fit revocatio Concessionis.

7. Ajo Tertiò, si tamen concedens sic *c* dixit: *Concedo ad meum beneplacitum*, seu: *quandiu voluero*, tunc probabiliter finiri Precarium morte Concedentis, nam cum mortuus, nec habeat placitum, nec beneplacitum, nec voluntatem, jam remaneret sine placito, & sine voluntate Precarium, quod non videtur voluisse concedens, quia concessisse videtur, donec durat ejus beneplacitum.

8. Ajo Quartò, si concessit in hunc modum: *Donec revocavero*, vel, *dum non revocavero*, non finiri Precarium morte ipsius concedentis, quia non fuit posita ejus revocatio, nec amplius à mortuo poni potest. Quare, ut tunc Precarium finem habeat, ponenda erit revocatio ab hærede defuncti.

9. Dixi num. septimo (*probabiliter*) nam alii non *d* minus probabiliter putant, sub *d* *Castrop* neutra ex his formulis, dictis num. septimo, *Tr. 3. d. 4.* & octavo finiri concessionem, seu gratiam, *p. 16. §. 5.* morte concedentis; quia, in communi loquendi modo, illa clausula (*ad beneplacitum*) æquivaleret illi (*donec revocavero*) quam doctrinam ego supra *e* libens excepi, & explicui satis.

e Supra
lib. 5. de
Pœnit. c. 4
§. 1. à n. 5.

FINIS TRACTATUS SEPTIMI.

TRACTATUS VIII.

DE

CONTRACTV SOCIETATIS.

CAPUT I.

Quid sit Contractus Societatis, ejusque
Conditiones.

Hæc Societas justè potest iniri, etiam si aliquis ex Sociis plura bona habeat, quàm alter. Primò, quia fortè poterit habere etiam, & hic, decursu temporis majora bona. Secundò, quia liberè, qui plura habet, vult communicare cum Socio minus habente.

2. Altera Societas est circa aliquam negotiationem, vel circa bona aliqua particularia. Hæc autem duplici contrahi modo potest. Primò, sic: *Contrahimus Societatem*. In quo modo non additur illud, *omnium bonorum*, nec determinatur peculiaris materia: In hac ergo ratione contrahendi; Societas non intelligitur contracta, nisi ad omnes contractus onerosos, qui etiam comprehendunt locationes propriæ operæ, non verò comprehenditur Legatum, vel Donatio, ut nec ea, quæ *g. l. Coer.* alieni ex Sociis debebantur contractu oneroso. De hac Societate agitur in Jure. *g.* Sed quib. *se-* certè hodie hæc Societatis modus non est usu *quentib.* receptus; nam nostra ætate accuratè explicari *pro Soci-*

LIII 2

solet

solet materia negotiationis, & particularia bona. Secundò igitur contrahitur Societas in prædicta particulari materia, seu negotiatione, & de hac, cum sit frequentissimo usu recepta, hic nos acturi pluribus sumus.

*a Colligi-
tur hæc
descriptio
ex li. 1. &
sequent. ff.
Pro Socio.*

3. Est ergo Societas, de qua loquimur, *a* *Contractus*, seu *conventio duorum, vel plurium habiliū suam pecuniam, operam, industriam, vel laborem pro aliqua negotiatione conferentium ad commune lucrum, utmq; ad commune damnum, si forte illud occurrat.*

Dixi *habiliū*, nam multi non possunt inire Societatem, ii nimirum Primò, qui rationis compotes non sunt. Secundò, ii, qui facultatem non habent disponendi ad suum libitum, de rebus, quæ conferant ad Societatem; cujus generis sunt Religiosi, servi, pupillus, & minor absque Curatoris, vel Tutoris licentia. Denique filii familias de bonis non Castrensibus, vel quasi, seu aliis sibi non liberis. Tertiò, Medicus cum Infirmitate, durante infirmitate. Quartò, Advocatus cum Cliente. Quintò, Curator, vel Tutor cum pupillo, jure sic disponente, quæ satis sit innuisse, & videri possunt apud Doctores, *b*

*b Ap. Bonac. d. 3. de
contract.
qu. 6. p. 2.*

4. Certum autem est, hunc Societatis contractum justè iniri posse; sicut enim quisque ex solis suis rebus lucrari potest per honestam negotiationem, ita etiam plures conjunctim.

5. Certum item est, Societatem differre à mutuo. Nam, qui mutuat, dominium suæ pecuniæ transfert in Mutuatarium: At, qui dat pecuniam Mercatori v. g. vel artifice ad Societatem, dominium pecuniæ apud se retinet (præscindendo ab aliquo peculiari pacto, vel alio modo contrahendi, de quibus infra) confert enim illam, solum ad usum negotiandi. Quamvis autem conferens sit illius pecuniæ Dominus, non potest tamen illam sibi resumere, nisi finita Societate, quia illius usum communem cum Socio ex vi hujus contractus fecit.

*c Mol. d.
411. alii
quæ.*

6. Permaximè autem est advertendum, quod modo in proxima parenthesi dixi, nimirum (Præscindendo ab aliquo peculiari pacto) si enim in eas v. g. cum Nauclero pactum, ut asportet tuum frumentum in locum, ubi pluris venditur, te conferente frumentum dictum, ipso autem conferente operam, & expensas asportationis; prima facie videtur hæc esse Societas, & tamen non semper ita est. Nam duplici modo te habere in

hoc potes. Primò, si ponas tu frumentum, ille verò operam integram asportandi, pro qua tu solvas illi mercedem, nempe sive pecuniam, sive partem aliquotam, Sextam v. g. vel Septimam luci ex frumento, quod majori pretio probabiliter venderetur, quæ pars, attentis omnibus, judicetur æqualis æstimabilitati talis operæ, seu laboris. Cæterum damna omnia, sicut, & alia omnia lucra tibi soli cedant. Ecce hæc non est Societas, sed Locatio, seu Conductio operæ, in qua Nauclerus non habebit, nisi mercedem justam suæ operæ, Centum v. g. aureos, vel sextam, vel septimam luci partem. Secundò, potes te cogere, ita, ut tu ponas frumentum, ille operam, & industriam cum promissione communis lucri, vel damni, & sic, si lucrum frumenti vendendi v. g. esset mille aureorum, tu quingentos, Nauclerus alios quingentos lucraretur; ecce quomodo hæc est vera Societas, & Nauclerus plus acquireret per hanc, quam acquisivisset per solam illam locationem suæ operæ. Hanc doctrinam iterum notabo capite nono, nu. secundo.

Conditiones iustæ Societatis.

7. Ex allata descriptione, & ex regulis generalibus pertinentibus ad Justitiam, octo conditiones debere adesse in Societatis contractu, constat. Primò, ut omnes Socii aliquid conferant. Secundò, ut negotiatio sit honesta. Tertiò, ut æqualitas servetur in omnibus, in conferendo scilicet, quod erit conferendum ab utroque Socio. Quartò, ut pecunia forte collata stet periculo Domini, id est illius, qui illam confert. Quintò, ut, pro quantitate partium collatarum, lucrum dividatur. Sextò, ut dividantur etiam damna. Septimò, ut expensæ sint item communes, seu certè æquè compensandæ. Octavò, ut non apponantur pacta injusta.

Jam singulas has conditiones suo ordine per singula capita percurramus, & illustremus: nam sic, omnibus absoluta numeris, erit præsens de Societate tractatio.

Omnes Socii aliquid confe-
rant.

1. **Q**Uia ad negotiationem simul coeunt, debent omnino aliquo tandem modo ad illam concurrere, siue pecunia, siue opera, siue industria, siue instrumenta, vel materiam præbendo, &c. Ratio est, quia, si nullo modo concurrant, unde titulum habebunt ad lucrum ex Societate contrahendum? Palliat ergo usuram, seu melius furtum manifeste committit, qui ex negotiatione aliorum partem lucri habere velit, sedente ipso domi, & nihil profus conferente. Id, præterquam, quod sæpe tangeretur in sequentibus, ita clarum est, ut majori discussione non indigeat.

Negotiatio fit honesta.

1. **H**anc conditionem, ut negotiatio in qua contrahitur Societas, & pro qua pecunia exponitur, debeat esse licita, ponunt communiter Doctores, & eamque facit asserti Textus. *b Si maleficii Societas coita sit, constat, nullam esse Societatem: generaliter enim traditur, rerum inonestarum nullam Societatem esse.* Ex hoc ergo videtur sequi, si ego numerem pecuniam Meretrici v. grat. ut illa commodam domo instruat, & vestibus ornata lucretur, nullam prorsus fore Societatem.

1. Molin. d. ta, ponunt communiter Doctores, a eamque
 412. n. 3, sic affert Textus. b Si maleficii Societas coita
 1. d. Nec ^{est} sit, constat, nullam esse Societatem; generaliter
 permittitur enim traditur, rerum inonestarum nullam So-
 cietatem esse. Ex hoc ergo videtur sequi, si ego
 Soc. Sav. numerem pecuniam Meretrici v. grat. ut illa
 1. d. commod. domo instructa, & vestibus ornata
 1. d. laetur, nullam profor fore Societatem.

2. Verum distinguendum omnino est ante factum, & post factum, ut innuit Bonacina. *De Bon. d. 3. na. c.* Si enim consideres hanc illicitæ negotiationis Societatem, antequam lucrum habuerit, socium fuerit, vel antequam turpis negotiatio fuerit facta, nulla est Societas, obliganturque socii, eam dissolvere, etiam re non integra, quia obligantur semper à peccato recedere. At verò postquam peccatum commissum est, seu turpis negotiatio est patrata, & lucrum consequitum, non videtur æquum, ut nulla sit Societas, ita ut in dicto exemplo Meretrix to-

tum lucrum sibi in foro conscientiae retineat, nihil vero det ei, qui pecuniam contulit. Dico, *In foro conscientiae*, nam in foro externo conferenti pecuniam in usum malum, non dari actionem, immò cum puniri debere, d *Leges c.*
jam scio. *tat. ff. Pro*

3. Ut allaque distinctionis aliud exemplum Socio. habeas, fac, duos, vel plures per Societatem coire, ut occidant v.g. Petrum, spe, vel promissione acquitendi centum aureos ab ejusdem Petri inimico. Hi profecto ante patratum scelus semper obligantur, iniquam hanc conspirationem deponere. At vero si, iniquitate persistente, facto ab omnibus impetu, collatoque sibi invicem auxilio, Petrum occidant cum æquali periculo, nè ipsi potius occidantur, quam Petrus, & nè à Principe æquali morte puniantur, non erit æquum, ut unus tantum acquirat centum prædictos aureos, & nihil Socii participet de luero.

4. Quod si conferas tuas pecunias cum aliquo, qui illis pecuniis utras exerceat, non est mirum, si tu nihil debeas participare de lucro, nam neque ille alius participare poterit, quia tunc totum lucrum est restituendum illis, a quibus acceptum contra Justitiam est: ut in exemplis dictis, in quibus, post patratum scelus, pecunia, ex probabili sententia, retineri potest, ut alibi edocimus, sane militat nostra doctrina.

e L. 7. in
Dec. c. 5. §.

5. Ex qua sic breviter, distinguendo, con- clude, nullam esse Societatem ante factam negotiationem inhonestam, quia est rescin- denda; post factam autem, tunc solum esse nullam, & totum ejus lucrum restituendum ei, à quo receptum fuit, quando lucrum fuit contra Justitiam commutativam receptum, non vero alias.

Uti æqualitas servetur in conferendo,

1. **P**rofecit non est æquum, ut tu v. g. con-
feras centum, & alius v. g. decem, addi-
to pacto, ut aequale deinde lucrum reportetis.
Quare, vel tunc æquales sint in æstimabilita-
te partes, quas uterque conferat, vel certe lu-
crum, quod tu recipis, sit ad ratam ejus, quod
contulisti, ut in quinta Conditione ejus, quod

LIII 3

2. Us

2. Ut autem magis explicetur hæc conditio dictam æqualitatem requirens; queritur hic. An licitum sit, inire Societatem ita, ut unus solum conferat pecuniam, alter vero solum operam, seu industriam, vel solum instrumenta, ut Equum Navigium, Molendinum; vel solum materiam, ut lapides cæmentaria, ligna, & similia ad susceptam negotiationem necessaria: & facile Respondetur, esse li-

*à S. De illa citum, a quia opera, vel illa cætera æqualem
Inst. de So- possunt habere æstimabilitatem cum pecu-
ciet. L. Si nia collata, æqualiterque ad lucrum inten-
non fuerit tum percipiendum,*

ff. de So-
cio.

3. Subinquitur; An cum alter pecuniam, centum v. g. aureos, alter operam contribuit, debeat, (ut seruetur æqualitas collationum) comparari opera ad totam pecuniam, ad centum v. g. aureos prædictos, an solum ad periculum, quo centum illi aurei possint in negotiatione deperdi? quod periculum, licet aliquando multum esse possit, aliquando tamen, valdè erit exiguum, quando scilicet negotiatio suscepta est, valdè secura, & tuta. Subinquitur, inquam, an in casu periculi exigui, cui exponuntur centum prædicti aurei, quod periculum sit, v. grat. ut tria, debeat alterius socii operæ æstimabilis esse, ut centum, an vero, ut tria dumtaxat.

b Sotus l. 6. 4. Responder Sotus, b debere operam
de Iust. q. 6 comparari ad periculum; Unde in exemplo
art. 1. allato, debere opera æstimabilitatem esse, ut
tria. Ratio est, inquit, quia ipsa pecunia ex se
est sterilis, opera vero est fructifera, paritque
lucrum, ergo, si opera comparari deberet cum
pecunia, sequeretur, quod, qui confert ope-
ram in contractu Societatis, ubi intenditur
partus, ut ita dicam, lucri, totum conferret, &
qui pecuniam conferret, conferret nihil: pro-
batur consequentia, quia cum pecunia non
sit fructifera, conferens pecuniam, nihil con-
ferret ad fructum lucri, sed totum conferret,
qui confert operam, quæ sola fructum parit.
Si igitur æqualitatem in hoc Societatis con-
tractu velimus, ut certò velle debemus, tanta
17. n. 251. sit æstimabilitas operæ unius socii, quantum
periculum pecuniæ alterius, & non quanta
d Less. l. 2. est pecunia. Hic mihi videtur esse discursus
e. 25. n. 14 clarè expositus Soti loco citato.

Nihilominus meritò Navarus cassetit, hoc
e *Val. 10. 3* esse novum inventum Soti. Cum Navaro
in *22. d. 5.* sentiunt Lessius, *d* & Valentia e debet enim
g. *24. p. 1.* haberi comparatio ad pecuniam, nec solum

ad periculum, cui exponitur pecunia. Ratio est duplex. A priori, quia quilibet potest lucrum reportare ex re sua, ergo ex pecunia suam in securissima negotiatione, & praescindendo à periculo, licet enim ex se pecunia sit sterilis, est tamen, ut substat negotiationi, multum ferax; cum ergo Socius contribuat pecunias, quæ sunt præcipuæ radices lucri (nam opera sine illis inanis est) non est defraudandus suo correspondenti lucro. A posteriori, quia id esset contra praxim omnium Mercatorum, immò Fidelium, etiam timoræ cōscientiæ; quando enim confert Socius mille aureos pro negotiatione certa, & sine periculo, adhuc accipit lucrum correspondens mille aureis, seu, ut explicabimus mox, usui mille auroorum.

6. Ad Argumentum Soci jam est responsum; negandum enim est, eum, qui confert pecuniam sine periculo, nihil conferre, confert enim ipsam pecuniam, quæ est radix luxuriæ, non ex se sola, sed, ut conjuncta cum negotiorum.

7. Non nego interim, aliquando operam aliquanto plus valere, quam pecuniam, si hæc sit parva, illa multum industriæ contineat; immò non raro valere multò plus poterit opera, quia hæc propinquius, & efficacius facit ad pariendum lucrum, cum pecunia solum sit materia; sed nihilominus ajo, plus aliquando valere posse pecuniam; quando videlicet hæc est magna summa; opera vero exigua: quæ omnia sunt à prudenti viro expendenda, ut ex his decernatur, quæ rata lucri danda sit Sociis.

8. Denique ad praxim hujus æqualitatis
servandam recurratur ad Consilium Cajeta-
ni g, quod refertur à Rodriquez ; h nimi-
rum, ut conveniantur Mercatores (Addo ego
Mercatores ejus negotiationis, super qua ini-
tur Societas) nam hi, ut potè experti, con-
sideratis omnibus æstimabunt pretium pecu-
niæ, & operæ, vel industriæ, quanti va-
leant in illa negotiatione, & quæ
rata deinde lucri singulis
sit distribuenda.

CAPUT V.

Ut pecunia collata stet periculo Domini.

Qua est Condicio Quarta.

1. **C**onditio hæc quarta duo involuit, Primò, eum, qui confert pecuniam, debere, Societate completa, totam pecuniam sibi resumere, diviso, pro rata, lucro acquisito, diviso inquam, inter ipsum, & socium, seu socios, qui operam contulerunt. Secundò, si forte pecunia pereat, totam petere ei, qui illam contulit (præciscendo ab aliquo iusto pacto, de quo mox §. tertio) hæc enim duo dicit illud, stet periculo Domini, de quibus duobus separatim jam subdo.

§. PRIMVS.

Tota pecunia, finita Societate, debet dari ei, qui illam contulit.

go finita Societate, illam totam, ut suam, reassumere, non est prohibendus: sicuti totam ipse solus amitteret, si casu periret, ut paragrafo sequenti dicemus. Adde, in praxi nullum Societatem initurum, si ad se non reditura esset tota pecunia (quod certè esset damnum Reipublicæ) nam Antonius, qui in exemplo allato contulit centum, deinde finita Societate non haberet, nisi sexaginta, nimirum quinquaginta de sua pecunia, & decem de lucro. Quod inconueniens ostendit, argumenta Adversariorum efficacia non esse.

3. Porro omnia Adversariorum argumenta reducuntur ad hoc, quod sic propono. Si non esset dividenda pecunia collata inter socios, finita Societate, non servaretur æqualitas, ergo &c. Antecedens probatur, nam alter amitteret totum, quod contulit, id est, totam suam operam, quæ v. g. æstimabatur, (ut hic supponimus,) decem aureis, & alter non amitteret, sed recuperaret totum, quod contulit, id est, totam suam pecuniam; quæ certè est inæqualitas toleranda.

4. Respondeo. Nego antecedens; cum enim pecunia à te in Societate collata debeat iterum ad te integra reverti, falsum est, centum aureos collatos valere in casu nostro, ut centum (id nota ambo te, studiose Theologe) nam in casu nostro, in ordine scilicet ad negorationem Societatis, centum aurei cum morali spe, quod ad te recursuri sint, non valent centum, est enim, ac si solum locares usum illius pecuniæ pro aliquo tempore, qui usus non valer, ut centum, sed longè minus, & fortè, ne ut decem quidem; Sicuti si tu unus ex sociis conferres navigium ad asportandas merces tibi, & sociis communes, quod navigium valet mille aureos, non judicaretis conferre mille, sed valdè minus v. g. quinquaginta; non enim confers navigium, nam non facis illud commune cum sociis, sed confers usum navigii, quod valet solum, ut quinquaginta. Ita proportionaliter in casu nostro. Nam licet conferas centum aureos expendendos in negotiis Societatis: tamen, cum illi ad te redituri sint, morali æstimatione, immò re ipsa, non valent pro Societate tanti, quanti valerent, si redituri non essent. Contra vero opera, ut decem, cum in casu nostro reditura nunquam sit, sed omnino peritura, semper, & absolute, ut decem valet. Prudens ergo vir cum æqualitatem partium collatarum expendit,

pendit, recte dicit, te (qui centum aureos confers, eisdem finita Societate integros recuperaturus) & me (qui confero operam, ut decem, omnino deperdendam) æquales partes conferre, atque adeo, finita Societate, iuste posse inter nos æqualiter dividi lucrum, vel ad ratam in aliis casibus, ubi idem vir prudens, his omnibus perpensis, iudicabit, vel te, vel me minus contulisse.

5. Dixi autem (præciscendo ab alio pacto) nam licitum est, contrahere Societatem cum pacto, ut pecunia quam confers, sit communis cum Socio, qui operam solam ponit. In qua conventionione, finita Societate, dimidia pars dictæ pecuniæ tibi dabitur, dimidia Socio; & quia sub hoc pacto pecunia, dum viget Societas, esset in dominio utriusque, quia, ex conventionione, facta est pro eo tempore communis, idem, & lucrum, a quod enascetur ex pecunia, utriusque erit utrique distribuendum, & (si illa peribit, utrique æqualiter perire debebit. Hoc autem Beneficium, quod facis Socio, communicando illi hoc pacto tuam pecuniam, debere compensari aliquo modo à Socio, manifestum est, & sanè compensaretur, si opera ejus esset magni momenti ad lucrum consequendum, tua autem pecunia esset modica, vel quid simile.

6. Inquires. Quando celebratur contractus Societatis sine expressione prædicti pacti, intelligiturne factus cum conventionione faciendi communem pecuniam cum Socio, necne?

7. Respondeo, Affertendo prius duo principia. Primum. *b* Quando contractus quilibet celebratur, censetur celebrari juxta consuetudinem loci, in quo fit, cujus Ratio est, quia, in his communibus contractibus, quilibet implicitè intendit facere, quod alii communiter faciunt. Secundum, *c* Contractus in dubio censetur celebrari cum æqualitate utriusque contrahentis, nam secus præsumeretur delictum in contrahente, quod nunquam præsumi debet, nisi clare de illo constet, omnia jura De edilisio clamant.

8. Ex his Respondeo ad quæstionem propositam. Si in loco, ubi celebratur contractus, nullum v. ad sit consuetudo, ut per illum contractum actus fiat communis pecunia cum Socio, vel non fiat, juxta illam est judicandus celebratus fuisse, si aliud expressè conventum nequaquam sit; Pater id ex primo principio, & do-

cer Silvest. d. alique. Quod si non adsit, idem jussimodi consuetudo, præsumitur, pecunia socii non esse communicata, sed remanere sub dominio conferentis. Pater id ex principio secundo, secus enim præsumeretur delictum in æqualitatis committi, supponimus enim non compensari aliunde, si enim appareret in contractu ejusmodi compensatio, jam adesset expressa conventio, & non essemus in dubio.

§. II.

Si perit sine culpa Socii pecunia, perit ei, qui eam contulit.

1. Merito. Præciscendo ab aliquo pecuniari pacto, vel consuetudine Religionis. Ratio est, quia sicuti tota Domino remanet, si remanet: ut paragraph. præced. diximus, ita, si sine culpa Socii perit, tota eidem perire necesse est. Id, quod verum est, non solum, si periat post inceptam negotiationem, verum etiam, si periat antequam negotiatio, seu opera Socii incipiat, sed post contractum Societatis initum, quia etiam tum, illa pecunia, ut ex prædictis constat, est ejus, qui illam contulit, atque adeo illi perit. Ita Toletus, & alique. Dixi (si sine culpa Socii & Toletus periat) si enim illa adsit, socium culpantem e. 42. Le fieri reum restitutionis, dicitur infra latè. per. l. i. de

2. Dices pro Mol. f. & Lessio g. contra contrarium sentientibus. Si unus Socius negotiationis causa conferret centum aureos, & alter 7. Socius alios centum, ex quibus ducentis centum posnerentur in una Navi, & in alia Navi alii centum, quarum deinde Navium una dumtaxat summat submergeretur, sanè ex centum salvis, dimidia pars, id est, quinquaginta, essent unius socii, & quinquaginta, id est, alia dimidia pars, esset alterius; Ergo pari modo in casu nostro; si perit pecunia, quam vis antequam incipiat negotiatio, dimidium pecuniæ uni, dimidium alteri perire debebit, sicuti perit in præcedenti casu.

3. Respondeo. Nego paritatem, disparitas enim est valde manifesta, si quidem, in casu Navium, illa ducenta propter communicationem talis Societatis, erant utriusque socii, & quando in unam Navim invecata fuerunt centum, non fuerunt invecata illa centum unius socii, sed utriusque ergo, & utriusque esse debent illa centum, quæ perire. Non

b Quod

habetur l.

prius §. Si

placuit ff.

De aqua.

pluvia ar-

cenda

L. Quod si

nolit §.

Qui assi-

duam ff.

De edilisio

edicto.

Vide

Nallum V.

Actus nu.

L. Lessiā

in Consul-

fo 49. n. 3.

re. Non sic in casu nostro, ubi illa pecunia collata tota est unius focii, ante ceptam negotiationem, ut supponimus, & dictum toties est, ergo tota ipsi uni pereat, necesse est.

4. Signare autem nu. 1. additum est (nisi peculiare pactum intercedat) possunt enim focii inter se convenire, ut damnum pecunie inter se sit commune, ita, ut si pecunia pereat, utrique pereat, id est, dimidia pars conferenti illam, & dimidia alteri socio. Ita Navarrus, & asserens hanc doctrinam esse communem. Et quidem hoc pactum illicitum non est, quia conjungi solet cum illo alio pacto, quod explicuimus §. preced. n. 1. hoc est, ut, si pecunia remaneat integra, dividatur cum socio, quod esse licitum. ibidem dixi, nam, positis conjunctim his duobus pactis, est æquale periculum, ut socius acquirat dimidium, vel, ut illud amittat, & solvere de suo debeat.

5. Quod si par periculum non adest, vel velis pacisci, salvam pecuniam totam tibi fore dandam, amissam vero non tibi fore totam amissam, sed socio, illicitum clare id pactum erit, nisi forte aliunde tantum onus, quod imponis socio, compenses, ut ibidem dixi. Et cum hac compensatione solum approbat id in Jure Pontifex.

§. III.

An sit modus, quo licet periculum capitalis, inmodum, & lucri, totum rejiciatur in Socium.

Ubi

De Societate cum tribus Contractibus.

1. EX vi solius contractus Societatis non licere, totum periculum in Socium rejicere, nimis clare patet ex dictis; id enim repugnat naturæ contractus Societatis, ut videmus.

2. Verum Ingeniosi Theologi fortè ab ipsius Mercatoribus, quorum res interest, admoniti, invenerunt modum rejiciendi totum periculum in unum ex focis sine injustitia. Si nimirum celebrentur tres contractus. Primus sit Societatis, ex cuius vi periculum stabit solum ex parte unius focii. Secundus sit contractus Asscurationis, quo ille Socius, qui operam suam promittit, asscuret alteri Socio

Tamburini de Sacramentis.

conferenti pecuniam, quæ est capitale, seu, quæ dicitur Sors principalis, asscuret, inquam, illam, & pro hac Asscuratione aliquod moderatum pretium, & proportionatum accipiat à Socio conferente prædictum capitale. Tertius sit alius contractus similis Asscurationi, quo videlicet idem Socius, qui operam suam promittit, asscuret alteri Socio, qui pecuniam contulit, lucrum aliquod certum, quod prudenter credetur, acquirendum esse ex tali negotiatione, & item pro hac secunda asscuratione aliquid proportionatum accipiat à Socio.

3. His tribus contractibus positis (qui possunt fieri, vel separatim, vel simul) Socius conferens pecuniam erit securus de sua sorte, & de lucro: Alius autem erit securus de pretio, quod accipit propter asscurationem, quam facit, sed subit periculum solvendi sortem, & lucrum si forte hæc pereant. Recole ea, quæ dixi cum de Cambiis, ubi eisdem tres contractus explicuimus, & addidimus, posse etiam ad majorem securitatem accipi pignus, &c.

4. Hic modus licet ab e Azor, aliisque e Azor 3. damnetur, tanquam usurarius, approbatur p. li. 9. de tamen ab aliis, qui addunt, g illum non esse contra motum Sixti V. qui incipit. *Detestabilis Avaritia*, condemnantis, ut usurarias, de Inst. l. 6. Societates, in quibus saluum expolcitur capitale, condemnavit enim dumtaxat, quando non intercurrent prædictæ asscurationes.

5. Merito autem juvat me sequi hanc posteriorem sententiam, nam sicuti hi tres contractus possunt cum tribus distinctis personis celebrari, quia honesti sunt, & iusti, ut etiam ipse idem e Azor negare non potuit ibidem, ita poterunt cum eadem, quandoquidem identitas personæ substantiam contractus non destruit.

6. Obijcies cum Soto, aliisque, qui nostræ sententiæ sunt contrarii; Is, qui per quoscunque contractus pecuniam suam ita vocans tradit, ut periculum ipsius in alterum trans-ferat, non censetur illam dare in Societatem, sed dare mutuam, ergo non potest licite ex illa acquirere lucrum; ex merito enim mutuo aliud, mul-usura est, lucrum exigere. Antecedens probatur. Primò, quia is amittit tunc domini-um illius pecuniæ, & transfert in alium. Secundò, quia potest tunc socius illa pecunia uti ad quoscunque usus voluerit, quod

M m m m

est

*Supra c.
I. nu. 4.*

est elatum signum, dominium pecuniæ in ipsum fuisse translatum, cum ergo in mutuo transferatur dominium pecuniæ mutuatae in Mutuatarium: in Societate autem non ita, ut vidimus *a supra*, consequenter fit, ut in casu trium contractuum is, qui pecuniam confert, mutuam det pecuniam, non vero in Societatem, unde lucrum inde sperare non poterit.

7. Respondeo, Negando Antecedens, ad probationem primam Respondeo, negando item Antecedens; non enim collator pecuniæ amittit dominium pecuniæ collatae, nam si cuti, si pactum assecurationis iniret cum tertio, non amitteret suæ pecuniæ dominium, ita, si iniret cum eodem socio: Et sicuti non amittit dominium Mercium, nec domus, nec prædii, si illi quis ea assecuret, & idem ea retineat, vel titulo famularus vel conductionis, & tamen si domus, vel merces casu pereant, damno ejus, qui assecuravit, pereunt, ita in casu nostro. Radicalis autem ratio hujus rei est, quia per se, & absolute, atque directe, merces illæ, ut etiam pecunia, de qua agimus, pereunt ipsi collatori, quia ipsius sunt; res enim, quando perit, Domino perit; Nihilominus veluti indirectè damno assecuratoris pereunt, quia Assecurans, pretio Assecurationis accepto, promissit illud damnum fortè proveniendum Domino refarcire. Ad secundam probationem Antecedentis Respondeo, Socium illum non posse per se uti illa pecunia ad usus, quos voluerit, sed solum ad negotiationem conventam: esto, possit per accidens, quatenus ipse se exhibet refarcire totam pecuniam, si ea fortè pereat, & refarcire item totum damnum, si fortè ex eo arbitrario suo usu damnum aliquod patiatur Dominus pecuniæ.

8. Confirmatur, nam, si Socius, qui pecuniam accepit, illamque assecuravit, nullam aliam pecuniam haberet: nisi hanc, & tamen ipse esset Debitor aliorum etiam anteriorum Creditorum, non posset hac individuali pecunia solvere illa debita, quamvis anteriora, & privilegiata, hæc enim pecunia tota Collatoris est, non Socii. Immo, si Socius illam alteri dedisset, certè Collator ageret rei vindicatione, & eam, tanquam individualiter suam, recuperaret; ergo falsum est, quod Sotus assumpsit, nempe, pecuniam illam

fuisse mutuam Socio datam. Lege Valentiam, *b aliosque.*

9. Quæres per hanc occasionem. Si Socius accipiens pecuniam ad negotiationem illam, tamen non negotietur, poterit nē justè Collator, qui prudenter processit, exigere ab ipso lucrum (quamvis illud non assecuraverit) ac si ex negotiatione illud acquisitum esset?

Respondeo, licitè & posse, non quidem tanquam lucrum immediatum suæ pecuniæ, jam enim pecunia non fuit data ad negotiationem, sed poterit exigere tanquam lucrum, quod ipsi cessavit ex infidelitate.

Dixi (qui prudenter processit) nam mera esset usura, si dares ei, quem scis, non negotiatum, tunc enim non esset vera, sed ficta Societas; in quo vereor, ne multi hac nostra aetate turpiter labantur.

Praxis pradiſſorum trium Contractuum.

10. Jam vero non gravabor facilitatis gratia hic ponere formulas Contractus, seu Chirographi, quibus, si vè implicite, si vè explicite iniatur Societas in quacunque materia per tres dictos contractus. Sunt autem hujusmodi, quas ad verbum lego apud Cælestinum, *d i Cælest.*

Expresse, inquit, sic conjungi possunt hi contractus.
Ego infraſcriptus confiteor hoc meo Chirographo, accepiſſe à Titio mille aureos, ut eos impendam legitima negotiationi, & loco lucri incerti majoris, quod illi ex hac negotiatione posset competere, promitto, me illi daturum sex, & partem quartam in centum quotannis & ejusdem summa mille aureorum periculum praſtiturum.

11. Tacite, sic. Confero tibi mille ad mercaturam, cum pacto, ut quotannis solvas quinque, vel sex, salva sorte. Vel Ego subscriptus testor, me accepiſſe mille in mercaturam cum pacto, ut solvam quotannis sex & quartam partem in centum, salva sorte.

Hæc Cælestinus in universum. Nam ceterum nos formulam, qua per hostres contractus datur pecunia ad peculiarem negotiationem Cambii, attulimus cum egimus de Cambiis.

12. Idem Cælestinus ibidem rectè deinde (quod accepit à Lessio loco citato) monet, *monet*

expédire hoc tempore consilium dare Fidelibus, ut hoc modo contrahant, quia, sic contrahere, cedit in Mercatorum commodum, & Fideles pecuniam suam negotiare volentes, ab usuris se liberant, & tamen lucrum ex sua pecunia reportant.

Quantum lucri Collator pecunia potest acquirere cum dictis tribus contrahentibus.

13. Denique ad complementum præsentis doctrinæ Inquireret timoratus, quantum lucri possit expolcere pro se, relicto reliquo ipsi socio, pro asscuracionibus dictis. Dat. v. grat. centum, potest ne pro se velle solum sex, ut est in prædictis formulis Cælestini, an etiam potest plus septem, octo, decem, &c.

Respondeo, ex Delugo, & lucrum certum, quod potest exigere, debet esse adeo moderatum, ut attento capitali, quod confert, & spe lucri, quod posset esse in tali negotiatione appareat, compensari justè periculum, quod alter socius subit circa securitatem capitalis, & certitudinis lucri, quod tibi promittit. Ratio est, quia secus non satis fit justè tanto oneri, quod socius subit asscurandi, tum capitale, tum lucrum.

14. Ex qua doctrina sequitur, aliquando posse, ex centum justè quotannis expolci sex, vel septem, aliquando decem immò aliquando etiam plus, quando nimirum prudentes Mercatores sine fraude judicant, lucrum ex suscepta tali negotiatione posse ad eum esse notabile, ut valeat Socius, & decem, & plus tradere Collatori pecuniæ, & cum ea parte lucri quæ ipsi remanet, possit judicari satisfactus de periculo, quod subit per dictas Asscuraciones. Rectè ergo b Bonac. cum supposuisset, e posse licitè expolci quinque pro centum addit. d In Societate trium contractuum e ibid. m. 3 potest plus exigi, quo negotiatio majus lucrum d ibid. n. 6 asserit.

15. Ex eadem doctrina sequitur contra, aliquando vix duo, vel tria expolci justè posse ex Centum, quando scilicet ea negotiatio, quæ suscipitur, lucrosa valde non est. Determinent igitur experti, attenta qualitate negotiationis, & similibus circumstantiis, quæ circumstantias in simili, ne dicam in eadem re, considerandas ego proposui in dicto tractatu de Cambiis.

16. Utile est etiam, ad lucrum hoc decernendum, expendere id, quod in simili expendit Valentia. f Loquens enim de Emptione f Val. 10. 3. Censuræ Realis ex re fructifera ad quinque pro in 2. 2. d. 5 centum cum pacto ex utraque parte, id est q. 2. 5. p. 2. Venditoris, & Emptoris; ut revendi, & redi- Ver. Qui mi quocunque tempore ab iisdem possit, & auferem. altero volente, omnino debeat, sic tradit, definire volens quantitatem justè pretii pro dicto Contractu. Illa est estimatio recta, quæ est prudens, & ea est prudens, quæ est utrique commoda. Ita ergo in casu nostro, si definitio tanti lucri cedat sine fucò, & fallacia in commodum utriusque Socii, prudente judicio sic decernente, definitio inquam tanti lucri, non mensurata ex necessitate alterutrius Socii, sed ex vi talis negotiationis susceptæ poterit rectè pronunciari, justè lucrum illud acquiri.

CAPUT VI.

Ut pro Quantitate partium Collatarum lucrum dividatur.

Quæ est Condicio Quinta?

1. Quoniam variis modis partes à Sociis conferri possunt, nam posset unus operam dumtaxat conferre, alter dumtaxat pecuniam, vel unus partem pecuniæ, & operam, alter vero tantummodo pecuniam, vel uterque pecuniam, & nihil operæ, quam operam ponere posset Tertius quilibet ex communi utriusque, immo, & multorum Sociorum pecunia conductus, vel contra, nemo pecuniam sed omnes operam tantummodo, ut quando plures conveniunt, ut lucra omnia ex suis exercitiis acquisita sint communia, nullum capitale conferendo, ideo tunc lucrum erit dividendum, vel in partes æquales, vel proportionales juxta majorem, vel minorem æstimabilitatē eorum, quæ contribuantur, quod est servari æqualitatem Geometricam, non vero Arithmeticam. Memores enim nos esse oportet Æsopi fabulæ. Leo, Asinus, & Vulpes, in ita Societate, egressi sunt ad venandum. Multa igitur præda capta, præcepit Leo Asino, ut eam ipsis divideret. Ille, tribus partibus factis æqualiter, ut eligerent, eos hortabatur. At Leo ex canisescens Asinum devoravit. Indè Vulpi, ut d videret.

Mmm 2

deret, mandavit. Illa vero in unam partem omnibus congestis, sibi minimum quoddam seposuit. Tum Leo ipsi. Quiste, o optimâ, dividere sic docuit? & ea: Asini (inquit) calamitas. *Affabulatio Æsopi*. Fabula significat, castigationes esse hominibus aliorum infortunia. *Affabulatio mea pro re nostra*. Divisionem in Societate juxta singulorum merita esse expediendam. Neque enim par est, utis, qui strenuam, Leonis instar, operam navat, perinde, ac imbellis quilibet, æquali præmio decoretur.

Jam vero, ut facilius in praxim deducatur, quod sic in universum dictum est, subscribamus hic quatuor peculiares casus, seu exempla in hunc modum.

2. Primum exemplum. Petrus in Societatem confert mille aureos, cujus usus prudentis Mercatoris judicio, valet aureis centum, Paulus vero confert operam valentem judicio experti item centum aureis, lucrum vero totum est viginti aureorum. Quomodo finita Societate distribuendum est?

Respondeo, Petrus extrahat primo loco suos mille, deinde accipiat decem, & alius Socius alios decem. Ratio hujus est, quia æquali contributioni, æquale lucrum jure debetur.

3. Hic adverte, a tunc pro hoc casu, tunc pro alio, lucrum ex Societate esse illud, quod remanet ablatis expensis, quæ expensæ debent primo loco ex b communi lucro solvi. Quare, si in dicto exemplo, ubi lucrum totum fuit viginti aureorum, expensæ fuissent aureorum quinque, lucrum, quod dividi tunc deberet, non essent viginti aureorum, sed dumtaxat aureorum quindecim.

4. Secundum exemplum: Petrus, & Paulus Socii æqualem pecuniam, æqualemque operam ponunt, ita ut Petrus conferat centum, centum item Paulus eum æquali utriusque industria, lucrentur autem viginti. Quomodo deinde pecunia, & lucrum sunt distribuenda?

Respondeo, extrahat Petrus centum, additis decem ex lucro, centum extrahat Paulus, additis item decem ex eodem lucro, & facta erit iusta & distributio, nam ex opera neuter aliquid potest accipere. Ratio est, quia, ut supponis, non minus pecunia, & industria unius conduxit ad lucrum, quam pecunia, & industria alterius, ergo uterque habebit iustè

æqualem pecuniam, & iustè neuter ex æquali opera aliquid acquirat.

6. Quid si occurrat negotiatio aliqua, in qua notabiliter plus conducatur opera unius, quam alterius?

Respondeo, tunc non esse mirum, si pro ejusmodi æstimabiliore opera aliquid amplius proportionatum Socius accipiat, ut sic enim censetur & plus conferre in Societatem.

6. Tertium exemplum: Petrus unus ex Sociis confert centum, Paulus vero confert partem pecuniæ v. g. quinquaginta, & operam. Si ex negotiatione pariatur lucrum viginti aureorum, quo modo pecunia, & lucrum distribuendum?

Respondeo. Petrus extrahat suos centum aureos, Paulus vero suos quinquaginta; deinde perpendatur æstimabilitas operæ, & industria dicti Pauli. Si enim hæc Pauli opera in tali negotiatione valeat, quanti valent quinquaginta redituri ad Petrum, juxta id, quot aliquanto superius explicui dividenda, dum est lucrum æqualiter, quia æquale singuli posuerunt. At, si dicta industria valet plus quam quinquaginta, dandum est Paulo aliquid plus, vel minus proportionatum, quod ejusmodi majori, vel minori operæ, seu industriae correspondeat.

7. Quartum exemplum: Petrus, & Paulus nihil pecuniæ conferendo, conveniunt, ut omnia lucra, quæ per decem annos acquirant ex sua arte navigandi (idem dic de cæteris exercitiis) fiant communia æqualiter: accidit autem, ut Petrus mille acquisiverit, & Paulus vero vix centum. Quomodo dividendum est ejusmodi lucrum?

Respondeo, æqualiter æqualitate Arithmetica, & sic singuli habebunt quingentos, & quinquaginta aureos. Ratio est clara, quia, ut supponimus, quando inita fuit Societas, æquale erat periculum, ut Petrus, vel Paulus plures haberent, vel pauciores, qui confluerent ad ipsum, navigandi causa. Fac te inivisse Societatem cum aliquo includendo, & te plus lucratum esse, quam alium, non nē lucrum æqualiter erit dividendum? Ita sanè, quia fuit contractus fortunæ, & poterat esse contrariū, ut scilicet alius plus lucraretur, quam tu. Pari igitur modo in casu nostro. Atque hanc decisionem habes apud Delugog loquentem de g. 30. & 31. simili Societate inita inter duas Curiales Romanas circa lucra ex negotiis expediendis.

8. Qua-

a Molin. d.
418. n. 7.
Bon. d. 3 de
contr. q. 6.
p. 4. nu. 3.
V. Officio
sequitur.

b Vi habetur
L. Mutui
ff. pro
Socio.

c Val. T. 3.
in 2. d. 5.
p. 24. p. 1.

8. Quæres. Petrus, antequam fluat tempus illud decem annorum, cum videat plus nunc acquirere, quam Socius, vult dissolvere Societatem, potestne licite?

Respondetur, non posse, quia contractus ille fuit, (ut supponimus,) iustus, ergo servandus pro statuto tempore est, cum nulla hic culpa intercedat Socii, qui ex se paratus est ad ponendam operam, quam promisit.

CAPUT VII.

Ut dividantur, seu, ut communia sint damna.

Quæ est conditio sexta?

1. Si nullum sit damnum in negotiatione suscepta, totam pecuniam collatam ab uno ex sociis debere, modo explicato, ad ipsum redire, diximus supra. Sed quid, si sit damnum in rebus, vel mercibus ex illa pecunia comparatis? nam, si damnum sit in ipsa pecunia, five post, five ante susceptam negotiationem, totam perire Domino jam diximus cap. 5. §. 2.

2. Ut id explicemus, duo genera damnorum hic considerari debent: aliud enim est veluti intrinsecum, eveniens in ipsa re, seu negotiatione suscepta, ut, si pereat navis, à Pyratibus capiantur merces, &c. Aliud est extrinsecum, estque illud, quod ratione quidem Societatis evenit, at non ipsis mercibus, sed sociis, vel eorum necessariis Ministris pro communi negotiatione, ut, si aliquis ex his laucietur à Latronibus, &c.

Damna intrinseca, cui ex Sociis cedant, si occurrant sine ullius culpa.

& cum opera alterius, ergo ad utrumque Socium pertinet, ergo utrumque ejus damnum sentire fas est.

4. Hinc, si res Societatis furto ablata forte sint, in utriusque socii damnum ablatas fuisse, recte docet ibidem Bonac.

5. Præscindimus autem à peculiari pacto Assurance, quo damnum conjiciatur in unum ex sociis: hoc enim, compensatis oneribus, fieri posse supra vidimus, quare tunc, si Assuratori incumbat damnum refarcire, mirum sane non est.

Damna extrinseca, cui ex Sociis cedant, si pari modo, sine ullius culpa, occurrant.

6. Jam verò, si de posterioribus damnis agamus, præmittendum est, ea, vel evenire ex Societate, tanquam ex causa proxima, vel tanquam ex occasione, seu ex causa remota.

7. Tanquam ex causa proxima eveniunt si proximè, propter ipsam negotiationem ex Societate susceptam, accidunt. Unde, si exercens Societatem, naufragium patitur, vel à Latronibus diripiatur, vel, ut defendat collatam mercaturam, vulneretur, & ad vulnus curandum, necessaria remedia, quæ communiter adhiberi solent, expendat, damna hæc dicentur evenisse ex Societate, tanquam ex causa proxima.

At, si quis exercens Societatem, in via v. g. à suo inimico vulneretur, unde multas expensas facere cogatur ad se curandum, vel b. L. Cum eandem Societatem exercet patriam, duobus, §. non sit institutus hæres à suo amico damnum Venit, & hoc accidisse dicetur ex Societate, tanquam §. Damno ex occasione, seu tanquam ex causa remota, L. Fratres, Hac distinctione posita.

8. Dico Primò, damna prioris generis, ff. de Socio, hoc est proxima, debere esse b. communia, c. Pet. de quia sicuti lucrum ex Societate est commune, Navar. ita, æquum est, ut sint communia damna ex lib. 3. de eadem Societate proximè provenientia. Inst. c. 2.

Id tamen intelligitur in bonis Societatis, non enim tenetur Antonius, v. g. qui Rodr. p. p. contulit centum aureos in Societate, cum summa c. Petro conferente suam operam, solvere 47. n. 6. damna ipsi Petro obvenientia, nisi c. cum Bon. diff. illis centum aureis collatis, seu cum parte §. de contr. eorum. Ratio est, quia damna debent refarciri ex bonis Societati subjectis; at nunc so-

M m m m 3 lum

lum illos centum aureos Antonius Societati subjecit.

9. Inquires. Ex prædictis suspensis factis in curatione vulnerati, causa Societatis detrahendum est id totum; quod is Socius (qui nunc est æger) pro se expendisset, si sanus fuisset.

Respondeo affirmativè, nam Societas non obligat, nisi ad interesse socii, quod is patitur ratione dictæ infirmitatis, ergo solum ad illud, quod nunc in infirmitate, & ejus ratione expendit, quodque sanus non expendisset, solum enim, in hoc, ipse, causa Societatis, patitur interesse.

10. Dico Secundò, damna posterioris generis, hoc est remota, non debere esse a communia, sed qui ea patitur, eadem solus sustineat. Ratio est, quia cum hæc damna non sint propriè ex Societate, non censentur socii ad illa consensisse: cedunt ergo soli ei, qui ea patitur.

11. Inquires. Qui exercens Societatem v. gr. emendi frumenta tempore æstivò, incidit in febrem, unde multa damna patiatur, debetne putare, ea esse damna prioris generis, atque adeo sibi compensanda, an posterioris?

Respondeo. Mihi videtur, regulariter hæc esse damna posterioris generis, & consequenter non esse damna communia Sociis attribuenda, quia per se hæc non veniunt ex Societate, tanquam ex causa, sed potius ex conditione personæ, & certè in præxi ita servari judico, ut scilicet socius in Societate ægrotrans, suo damno ægroter. Dixi (regulariter) nam, si fortè sit aliqua cõsuetudo, vel pactum justum in contrarium, ea sunt servanda, sicuti mox dicemus de aliis expensis, vel item in casu, quo constaret infirmitatis causam, verè fuisse negotium Societatis.

12. Hactenus de damnis sine socii culpa promanantibus, nunc de provenientibus ex culpa.

De damnis provenientibus ex culpa alicujus ex sociis.

13. Culpantem Socium debere refarcire omnia damna ex su culpa Societate occurrentia, nemo quærit, quia nemo nescit, At difficultas est dignoscere quantitatem culpæ, quæ hujusmodi restitutionis *onus imponit*.

Ad quam difficultatem enodandam, utile est, præmittere verba Legis, b quæ in hunc modum enunciant: *Prævaluit etiam culpa nomine, teneri Socium; Culpa autem non ad exactissimam diligentiam dirigenda est, sufficit enim talem diligentiam communibus rebus adhibere socium, qualem suis rebus adhibere solet, nam, qui parum diligentem socium sibi assumit, de se queri, sibi que hoc imputare debet.*

14. Hactenus Textus, ex quo questionem propositam de culpa in Societate commissam sic explico, formando hanc regulam tum pro foro interno, tum pro externo. *Quoties socius ponit diligentiam in negotiatione Societatis, quam poneret, si illud negotium ad se solum pertineret, ad nihil tenetur, si forte damnum sequatur. Quoties verò eam non adhibet, tenetur, &c.*

Ratio Regulæ est, quia nemo intendit se, suamque operam magis pro aliena re obligare (præscindendo à peculiari pacto, cui esset omnino standum) quam pro sua, &, Alter majorem diligentiam ab altero non petit, nisi quæ in rebus propriis adhiberi solet: si hæc igitur adhibeat socius, non est, unde damnari rationabiliter possit.

15. Quæ verò sit diligentia, quam quis adhibere solet in rebus propriis, est maxime hic considerandum, ut etiam nos per aliam occasionem alibi consideravimus. Non enim tu putas, debere in tuo agro v. gr. excogitando, eam diligentiam mensuram apponere, quam apponeres in tuo filio infirmo curando, & sanè illa diligentia, quæ parva judicatur in Naucloero, si navim regat plenam lignis, & paleis, magna, & gravis est, si frumento, vel auro, preciosisque mercibus onustam regat. Idem in artibus, & professionibus. Turpiter enim errabit Grammaticæ Professor, si proferat v. gr. Mater meus, at non, si merus Scriptor eodem modo scribat; Et artifex quidem in fabriciando Calice ex auro exquisitam diligentiam adhibet, ne aurumomenta, vel levissima deperdat, quam non tam exactam ponit in fabriciando vase stanneo, ne stanni particulas amittat, Ex quibus vides, non debere diligentiam socii esse eodem modo mensurandam in gravibus negotiationibus, ac in levibus, in difficilibus, ac facilibus, in raris lucrandi opportunitatibus, ac in frequentibus, &c. Cum enim ipse operam suam prudenter promi-

promiserit, eam tunc adhibebit, tum in foro conscientiae, tum in foro externo, quando, omnibus expensis, eandem pro propria re sua sine infidelitate ponet. Atque ad hanc doctrinam, reduci tandem ea, quae sive de culpa juridica lata, levi, levissima, sive de culpa Theologica mortali, vel veniali in contractibus Commodati, Locati, depositi, diximus loco citato, & rectè Delugo a loquens de quibusdam legibus condemnantibus Commodatarium, vel Conductorem de levi culpa, sic habet: *Quis unquam à Conductore equi, pretium equi patet, quando Conductor diligentiam curam adhibuit, quam diligens quisque, & prudens circa proprios equos adhibere solet? non sunt ergo usui receptae leges illae in alio sensu.*

Hæc ille, quæ ad culpam in Societate commissam aptari facile possunt.

16. Sed adhuc mordicat scrupulus. Quid enim, si quis non quidem graviter per delictum mortale, sed leviter per veniale deficiat ab hac diligentia, per ignorantiam v. gr. vel inadvertentiam b venialiter culpabilem?

17. Respondeo (salva meliore sententia, & semper, præsciendò à peculiari conventionem) de qua omnino sunt videnda ea, quæ ego alibi dixi, ubi ex nova promissione obligavi in duobus casibus ad exquisitissimam diligentiam, Respondeo, inquam, hunc non esse reum restitutionis, nam, qui adhibet diligentiam absolutè, quantam adhiberet in re propria, non obligatur ad restitutionem, ut hæcenus dictum est, sed, qui deficit leviter, non dicitur absolutè deficere de dicta absoluta diligentia, quia parum pro nihilo reputatur, ergo, &c.

18. Confirmatur, quia ibidem diximus, & confirmatur à Delugo e non esse obligationem gravem restituendi materiam gravem ex delicto venialiter tantum culpabili: at in casu, de quo hic loquimur, restitutio faciendâ, tota tandem refunditur, in delictum negligentiae, ergo, si hoc erit veniale, & non grave, non poterit parere obligationem gravem.

19. Sitke Lector. Advertisti prædictam doctrinam Delugo, unde posse confirmari dixi, nostram responsionem? Adverte nunc qua ratione alio in loco sentiat oppositum ejus, quod dixi numero decimo septimo. Ecce ejus verba: *d Prima Regula sit, si culpa*

saltem levi socii, damna evenerunt, si se computari, nec alios debere concurrere, immo, si quid ea de causa alii paterentur, ab eo resarciendum esset, cuius causa damnum id advenit.

20. Hic denique non oportet aliquid monere de ignorantia, vel de inadvertentia, quæ vinci non possunt, quando enim hæc adsunt, cum nulla adsit culpa, poenam restitutionis non consurgere, alibi latè declaravimus.

CAPUT VIII.]

Ut expensæ sint communes, vel certè compensentur.

Quæ est Conditio Septima?

1. Duplicis generis esse possunt ejusmodi expensæ (quantum pertinent ad rem de qua agimus) aliæ enim sunt expensæ, quæ sunt Societatis causa, quæ scilicet exhibentur pro negotiatione, quam socii susceperunt, ut mox magis explicabitur; aliæ sunt expensæ, quas socius, qui suam promissam operam, fortè facit, ut evitet damna, quæ imminet negotiationi. His distinctis.

2. Dico Primò, has posteriores, & quidem ordinarias, debere e fieri ab ipso socio, e Mol. d. qui operam promissam, præsciendò ab alio 48. Less. pacto, quia, qui promittit operam, debet ad l. b. 2. c. 25. habere ea, quæ adhiberet in rebus suis; at ad dub. 4. conservanda sua, expensas quisque ordinarias, & moderatas facit.

3. Dixi ordinarias, quia ad extraordinarias non præsumitur quis se obligasse, præsciendimus enim, utoties diximus, à pacto, vel consuetudine, quæ possunt intervenire. Quare de his extraordinariis idem dictum erit, quod mox dicemus de expensis prioris generis.

4. Quoad illas igitur primi generis expensas, dico, eas, nisi ex pacto inito, vel justa consuetudine illæ pertineant ad omnes socios (potest enim justum esse ejusmodi pactum, & consuetudo, quando hoc onus æquè compensetur, vel, quando iniatur Societas cum tribus illis contractibus, quos paulò superius explicuimus) dico, inquam, eas expensas prioris generis debere f esse communes sociis, patet, quia immediatè, & proximè fiunt ob negotiationem communem m. 35. sociorum.

5. Hic

3. Hic insurgit brevis quæsiuncula. An ex his expensis deducendæ sint eæ, quas fecisset pro se ille socius, qui operam promissit, si socius non fuisset, seu, si Societatem dictam non inivisset; Petrus v. gr. Societatem iniens cum Paulo, expendit ob destinatam negotiationem quindecim aureos pro suo victu, si autem non vacasset ejusmodi negotiationi, expendisset domi suæ quinque aureos, debetne Petrus deducere hos quinque aureos, & sic solum decem computare pro expensis Societatis? Semper autem, ut nimis sæpè monui, loquimur, abstrahendo à iusto pacto, vel consuetudine legitima Regionum.

6. Respondeo. Ita putant probabiliter nonnulli. *a* Verum probabilius, *b* non esse de *L. 1. n. 9. C. de iudic.*, iudico, sed omnes debere esse *Pro Socio*, communes omnibus sociis. Ratio est, tum *Angel. V.* quia Jura absolute concedunt, proficiscentem *Soc. 1. n. 1.* ad negotium Societatis posse ex communibus bonis Societatis alimenta accipere, Tum, *Navarr.* quia præscindendo à pacto in contrarium, *lib. 7. c. 2.* qui locat operam suam extra domum à *Con. n. 466.* ductore, cui servit, est merito alendus. Dico *Navarr. in* (extra domum suam.) Nam rectè advertit *sum. c. 17.* loco citato Molina, quando expensæ pro tuo *n. 283.* victu fiunt in tuo domicilio, quia nimirum *b* *Salic. ap.* negotiatio non est talis, ut à tuo loco disce-
P. Navarr. dere oporteat, eas non esse communes; cujus *Molina, &* dicti ratio alia esse non potest, nisi, quia, qui *Lessius l. c.* locat operam suam non discedens à sua do-
Bonac. de mo. mo, sibi conluevit alimenta præstare. At à *contract.* domo sua discedens, non ita, &c.
d. 3. q. 6. p. 7. Confirmatur ex Jure, *c* in quo habe-
4. n. 3. a- mus, quando quis proficiscitur ad nego-
lios citans, tia Societatis, expensas esse extrahendas
c. L. Cum ex communibus bonis Societatis. Nota,
duobus, §. quando quis proficiscitur (ait) quasi dicat,
Quidam, non verò, quando non proficiscitur, sed
L. Si Fra- domi suæ negotiationem socius exerceat.
tres, §. Si 8. His habitis, ad maiorem explicationem,
quis, ff. Inquiret quis, Quænam sint illæ expensæ,
pro Socio. quæ fiunt causa Societatis?

Respondeo, esse illas, quæ sunt necessariae vel utiles Societati; ut, si necessarium sit jumenta conducere, ad merces deferendas, domum, & servum habere, ad easdem conservandas, gabellas solvere, ac similia. Hujus etiam generis sunt expensæ, quas capite septimo diximus fieri propter damna, quæ eveniunt ex causa Societatis, non verò, quæ ex occasione.

9. Illud semel quæsitum fuit, An elemosynæ moderatè factæ intuitu Societatis, ut ea scilicet prospectum exitum habeat, sint extrahendæ à communibus bonis Societatis? Et quidem rectè respondet Petrus *d. à Navarr.* esse à communibus bonis extrahendas, *Navarr.* Ratio est, quia socius potest ex communibus bonis facere eas expensas, quæ prudenter *disposit.* putantur utiles Societati, sicuti ergo putatur utile, humano subsidio, ad negotiationem susceptam, uti; ita, immo multo magis, uti Divino.

10. Propter eandem causam, si socius advehens per mare merces à magna tempestate impeteretur, moderatèque votum elemosynæ, pro incolumitate mercium faceret, illud ex communibus bonis esse persolvendum, mihi dubium esse non potest.

11. Illud iterum fuit quæsitum. An, si faciendæ sint expensæ necessariae pro negotiatione, & non possit haberi pecunia communis ex Societate, teneaturis, qui operam promissit, illas expensas facere ex suis propriis bonis, vel saltem petere mutuas ab aliis ad illas faciendas.

Respondeo, obligari, non modo ex Charitate, ut solum contendit *Rebell. e* sed ex *c. de Rebell.* Justitia. Ratio est, quia socius, ex vi contractus Societatis, obligatur, illam diligentiam, *lib. 11. q. 7.* & operam adhibere, quam adhiberet in re sua, ut nuper latè diximus: at pro re sua ita *lib. 11. q. 7.* quis faceret, ergo, &c. non est tamen negandum, ipsum posse *f* has pecunias repetere *Fillar. d.* à Societate, cum utiliter gesserit ejusdem *lib. com.* Societatis commune negotium.

CAPUT IX.

Ut non apponantur pacta injusta.

Quæ est Condicio octava.

1. Cum ea pacta sint injusta, quæ contra naturam hujus contractus sunt, quæque inæqualitatem inter socios afferunt, ideo non alio meliori modo ea dignoscuntur, quam perpendendo, quæ hæcenus de natura hujus contractus sunt explicata; Nihilominus multum ad ejusdem rei præxim faciet, aliqua hic peculiariter pacta discutere, quæ jam ex ordine subscribo.

2. Pri-

2. Primum Pactum. Antonius confert in Societate centum aureos : Petrus operam suam, ita tamen, ut Petrus certam quantitatem, vel certam lucri partem habeat quanti scilicet aestimatur ejus opera, sive ex negotiatione pariatur lucrum, sive non, & sive pereat pecunia Antonii, sive non, estne hoc pactum justum?

Respondet, esse justum, sed certe in ejusmodi negotiatione non intervenit contractus Societatis, sed potius locati, & conducti. Nam in hoc casu Antonius conduceit operam Petri, & dat ipsi certam mercedem, sive ex lucro negotiationis, sive aliunde; qui modus contrahendi justus omnino est, quando justa merces operæ præstandæ correspondet.

3. Quid, si ita pactum iniatur? Si Societas bene succedet in lucro, longè majorem dabo tibi mercedem, si malè, longè minorem?

Respondet, adhuc justè pactum iniri; non enim sic in eo contractum Societatis, sed pari modo contractum locati, & conducti; Ego autem in hunc modum paciscor, ut ea spe diligenter sit socius in negotiationis munere exercendo; Adde, æquale esse periculum majoris, vel minoris mercedis, &c.

4. Secundum pactum. Idem Antonius celebrat contractum Societatis cum Petro, ea lege, ut ipsi Petro obveniant duæ partes lucri, & una solum damni, & una lucri, est ne id justum?

Respondet. Si hæc unius socii onera compensentur pecunia, vel re æquivalenti ab alio socio, justum erit pactum, si vero non compensentur, nimis manifestè erit injustum; quando enim compensantur, servabitur æqualitas, secus, non item.

5. Quid, si fiat pactum, ut ad unum ex sociis, v. g. Antonium, nulla damni pars pertineat, & tamen pertineat aliqua lucri pars, totum vero damnum rejiciatur in alterum, v. g. in Petrum, sed cum parte lucri, si ex negotiatione lucrum perveniat?

Respondet, cum prædicta distinctione; eadem enim hic militat ratio. Sed jam video, te advertere, hunc, & præcedentem, (quando justè compensantur onera) non esse merum contractum Societatis, sed insuper addi unum vel alterum contractum Venditionis, vel similis vendituren periculum damni, & locatur opera socii, &c. Ita Molina. *b*

Tamburinus de Sacramentis.

6. Tertium Pactum. Idem Antonius confert pecuniam cum pacto, ut solum tertia pars dictæ pecuniæ pertineat ad ipsum Antonium, & eadem sola tertia pars subfit periculo ad damnum ejusdem Antonii: at vero reliquæ duæ partes pertineant ad Petrum socium conferentem operam, ipsiusque Petri periculo amittantur, si amittentur & item tertia pars lucri ad Antonium, reliquæ vero duæ lucri partes pertineant ad Petrum; estne hæc justa conventio.

Respondet, cum memorata distinctione, ut scilicet, si compensentur onera, justa sit conventio, aliter sit prorsus injusta. Ita Molina. *c* Molin. d. na. c. quicquid in contrarium dicat Silvester. d. 417. Sicut enim Antonius, qui confert pecuniam, d. Silv. V. potest, ut superius vidimus, rejicere in socium Societas. p. totum periculum pecuniæ capitalis, tribuendo ipsi socio proportionatam mercedem tanti oneris, cur non poterit duarum partium periculum in socium rejicere, data pariter proportionata mercede.

7. Quartum pactum. Idem Antonius dat Petro, Paulo, Joanni Piscatoribus quindecim aureos, singulis nempe aureos quinque ut scilicet habeant expensas ad piscandum (idem dic de aliis exercitiis, puta excolendis agris, pascendis animalibus, nutriendis bombicibus, ad sericum extrahendum, & similibus) dat, inquam, hoc pacto, ut singuli post piscationem, & pisces venditos, dent ipsi Antonio dimidiam lucri partem, quod acquirunt, & insuper aureos omnes ab eodè Antonio ante piscationem receptos ipsi eidem reddant: totum autem periculum, quo possent deperdi aurei illi, subeant ipsi Piscatores pro sua rata? Estne justum hoc pactum?

Respondet. Esse injustum docent Rodriguez, & alii; quænam nimis dura onera (inquiunt) Piscatoribus imponuntur. Et certe injustitia est (ajunt) velle communicare in lucro, & non in iactura, & velle, ut ipsi Antonio reddatur capitale, etiam si sine culpa sociorum illud pereat. Addit Navarrus, si Piscatores ex dictis pecuniis aliquid expenderint pro sua domo, debere ipsos restituere Antonio, quia Antonius solum contulit pecuniam ad negotiationem, & consequenter ad expensas negotiationis, non vero ad expensas extra negotiationem domi factas.

8. Hæc illi, supponentes, hunc esse contractum

N n n

ctum

ctum Societatis, sed, quia verè is non est, est enim Conductionis, & Locationis operarum Piscatorum, ut ex dictis cap. 1. nu. 6. & ex dictis nu. 2. hujus capituli constat, nullo modo erit ejusmodi contractus condemnandus, si iusta, omnibus expensis, merces Piscatoribus solvatur, sive in pecunia, sive in lucro sperato, ut dictum est.

9. Illud, quod modo addidit Navarrus, approbo quidem, sed eo modo, quo ego reguli; nam dicti Piscatores, sive expendant domi, vel extra, sive non expendant, jam totum capitale debebunt reddere, ut ex pacto conventum fuit; At, si Navarrus aliud velit, ut certè velle alicui videri potest, id est, debere à socio operam conferente (quando est initus contractus Societatis) deduci expensas, quas domi is fecisset, non approbo, nisi eo modo,

a Supra c. 8. nu. 4.

10. Quintum pactum. Idem Antonius socium asciscit Petrum, additque, ne alia negotia suscipiat, justè ne sic paciscitur?

Respondeo, justè, quia sic Antonius vult Petrum expeditum esse pro suis negotiis, immò, si natura, & qualitas suscepti negotii requirit totum hominem, debet Petrus etiam si non adsit pactum, totum se illi negotio addicere, quando enim ipse promissit suam operam, totam, quæ erat necessaria illi negotio, promissit.

11. Quod si non requiratur tota, si additur ab Antonio tale onus Petro, debet certè Antonius aliquo modo compensare; secus, liber Petrus erit, & sic aliena negotia, ut ei libet, potest assumere, quia nihil hæc obstant Societati cum Antonio susceptæ, ut supponitur. Sic Medicus operam suam tibi promittit, non tamen propterea alios infirmos curandos, cum culpa suscipit, quando omnibus consulere satis potest. Quod dicimus de Socio, dic obiter de famulo; is enim, quando abest præjudicium famularus Domini, potest à alia negotia suscipere, &

lucrare, cum tamen non possit, quando præjudicium illud adest.

b Innuat. Bonac. d. 3. de contr. qu. 6. p. 1. num. 5.

CAPUT X.

De Dissolutione Societatis.

1. **S**ocietas, vel instituta fuit ad tempus determinatum, ut, si pro duobus, tribus, decem annis, immò, & pro tota vita, vel ad tempus indeterminatum, id est, sine temporis mentione: De utroque simul sic breviter habe.

2. Dissolvitur Societas Primò, mutuo consensu, seu renuntiatione. Secundò, finito tempore designato. Tertiò, finito negotio. Quartò, morte civili. Quintò, morte naturali: quæ omnia, nitidiorè stylo, sed subobscuris verbis, sic Textus complectitur: *Societas solvitur ex Personis, ex Rebus, ex Voluntate, ex Accidentibus.*

Mutuo Consensu.

3. Rectè: nam Res, per quas causas nascitur, per easdem dissolvitur; Quod si unus ex Sociis incidit in amentiam, non dissolvitur Societas, nec ejus Curator renunciare potest, nisi in casibus, in quibus socius ille, si fuisset sanus, potuisset. Quare in hoc casu continuare omnino socii debent à Societatem, & lucrum dividere cum Curatore amentis.

4. Quid, si quis ex sociis renunciaret, aliis invitis?

Respondeo. Tunc damnum, quod sortè ex tali renuntiatione subsequetur, ad ipsum solum spectabit: si vero nihilominus sequeretur lucrum, illud erit commune aliis, nam ipse, quantum est ex parte sua, jam cessit. Juri Societatis, subivitque prædictam obligationem restituendi id, quod sociorum interest, si non fuisset renunciatum ante tempus.

5. Sunt tamen quatuor casus, in quibus licet, aliis invitis, socius renunciet; Primò, si ei pacta non servantur, nam *Frangenti fides*, merito fides frangitur. Secundò, si socii sint ei injuriosi, vel damnosi, ita, ut prudentis arbitrio non sint tolerandi. Tertiò, si esset spes lucrum percipiendi ex negotiatione suscepta. Quartò, si socius debeat Reipublicæ causa abesse, nec commodè, vel aliis, vel sociis, suas committere partes possit.

Finis

Finis tempore Designato.

6. Merito. Quia ad tempus ulterius non se extendebat conventio, & obligatio, ut dividitur in Jure. *n* Semper intellige, nisi tacito, vel expresso consensu sociorum innovetur, seu continetur Societas, quia tunc novus censetur advenire Contractus.

Finis Negotio.

7. Et id etiam merito; ad illud enim duntaxat se extendebat, ut supponimus Societas Finiri etiam negotium censetur, si totum capitale, immo, si magna ejus pars casu pereat vel ita mutetur, & aptum non sit ad negotium, quale esset frumentum, si eo modo vitaretur, ut amplius humano usui non esset idoneum, Finiri etiam negotium censetur, si in agro à sociis excolendo, edificetur auctoritate publica Ecclesia. Idem dic, si socius nō potest contribuere promissam pecuniā, vel promissam operam, ut, si incidisset in paupertatem, vel in aegritudinem, vel ejus bona fuissent publicata, vel quid simile.

Morte Civili.

8. Siquis ex sociis civiliter moriatur, ceteri Societatem Jure dissolvent. Censetur autem Mors Civilis pro hac re triplex:

Primò, Cessio Bonorum.

9. Secundò, Maxima, aut media capitis diminutio, id est, vel deportatio in Insulam cum amissioneliberatis, vel solum deportatio in Insulam. Bonacina fasserit, finiri Societatem capitis diminutione, quam dicit esse exilium, unde pro eodem accipit exilium absolute acceptum, & deportationem in Insulam id, quod aliis, qui Textusg Civiles legent judicandum relinquo.

10. Tertio denique censetur capitis diminutio solemniter professio in Religione; De qua lege Molinam, i Bonacina, k aliosque ab ipso citatos.

Morte naturali.

11. Morte item Naturali unius ex sociis (etiam si multi consocii remaneant) finitur

Societas, quia conjunctim non separatim fuit conventio (nisi tamen contrarium pacto firmatum fuerit) ita communiter Doctores, & Jura. Unde sequitur, Societatem non transire ad hæredem defuncti.

12. Quid si affuerit pactum, ut ad hæredes transirent?

Respondeo, quoad Socios superstites remansuram Societatem, at non remansuram, quoad hæredem defuncti. Sed quid si pactum, ut transiret ad hæredes juramento firmatum sit?

Respondeo. Qui docent juramentum confirmare contractus, affirmant, ejusmodi pactum juratum obligare hæredem ad prosecutionem Societatem, quia hæres tenetur servare contractus defuncti. Ita Molina, n & Lessius, o At nos, qui alibi docuimus p à juramento non confirmari contractus, debemus excludere hanc obligationem, ab hærede defuncti, ut excludit Valaschus apud eundem Molinam l. c. quia juramentum partis non validat actum à Jure interdictum, & prohibitum.

CAPUT XI.

De Societate in Animalibus.

1. **S**I Primò, tradas alicui tot oves v. gr. ut statuto tempore det tibi earum pretium (Si Secundò, eidem eadem tradas, ut ipse fructum ab iis accipiat, soluto tibi pretio; Si Tertio, ut custodiat eas, data illi parte fructuum, qua dictam custodiam compenses, non celebras q contractum Societatis; nam Primus est contractus venditi; Secundus est locati; Tertius est famularus. Verum, erit contractus Societatis, si tu oves v. gr. alter vero operam, seu industriam conferat, vel, si uterque contribuatis æqualem partem industriæ, & parem numerum ovium, vel inæqualem, &c. & fructus inde percepti (id est, lana, lac, foetus) sint dividendi, sive Arithmetice, æqualiter, sive Geometricè, id est, ad proportionem ejus, quod à singulis collatum est, hic, inquam, est contractus Societatis, & de eo multa dicta sunt in precedentibus capitibus, in quibus tractatum est de Societate in universum; pro majori tamē ejus explicatione.

2. Inquires Primò. An hic modus Societatis

Quia affert Deluge d. 30. de Inst. nu. 7.

Idem.

n Molin. d. 414. nu. 6
o Less. lib. 2. c. 25. nu. 6
p Lib. 3. in Decal. c. 3. §. 6.

q Molin. d. 411. nu. 2. c. 3.

tatis Animalium sit licitus? Ego consi. no tibi mille oves, ita ut, si aliqua pereat, compleas numerum ex foetibus, tuque idem apponas operam correspondentem aestimabilitati usus consignatarum ovium, atque in fine singulorum annorum fructus predictarum ovium, (id est lac, lana, & pars remanens foetuum) dividantur inter me, & inter te?

Respondeo. Ut proponitur, non est hic contractus licitus, quia clarè non servatur aequalitas. Nam propterea prudentes, & pii negotiatores, ut effugiant injustitiam, & Animalia non stent cum periculo in manu alterius v.g. Pastoris, semper solent addere alium contractum Assecurationis, solvendo ex ipsa parte fructuum percipiendorum aliquid proportionatum ipsi Pastori assecuranti in hunc fere modum. *Consigno tibi mille oves, tu apponas industriam, & assecures mihi, te traditurum eundem numerum ovium a qualis bonitatis, nam ex fructibus percipiendis tibi compenso tantum onus, quod suscipis.* Addi etiam solet alius contractus, quo mihi assecuret Pastor aliquod lucrum, sive sex, sive decem, sive plus, minulve pro centenatio ad prudentis viri arbitrium, modo superius a satis explicato de Societate cum tribus contractibus.

a sup. c. 3.
§. 3.

3. Inquires Secundo. Cum in hoc contractu soleant initio Societatis aestimari Animalia, nec deinde controversia sit in iis reddendis, Inquires, inquam, cur tunc non dicendus sit potius contractus Venditionis, quam Societatis.

Respondeo. Quia esto, aestimatio aliquando faciat venditionem, aliquando tamen non facit, ut patet in dote, quæ potest ab uxore viro tradi, interdum per aestimationem facientem venditionem, interdum vero per aestimationem non facientem venditionem. Facit venditionem aestimatio quando res dotalis aestimatur, ut Marito tradatur, tanquam vendita eo pretio. Non facit venditionem, quando res aestimatur solum, ut sciatur valor rei dotalis, ita, ut, si pereat, & fiat deterior culpa viri; constet, ad quid teneatur vir in casu restitutionis. Quoniam igitur in casu nostro aestimantur Animalia solum, ut sciatur, quid, & quantum in fine anni sit restituendum, ideo non est contractus Venditionis, nam, si aestimatio eorundem Animalium fieret, ut illa, tanquam vendita eo pretio, traderentur Pastori, esset quidem contractus Venditionis, ac con-

sequenter non pertineret ad hunc locum, sed ad tractatum de Venditione, & Emptione.

4. Inquires Tertio. An Socius præsciendendo à contractu Assecurationis, sed in vim loci contractus Societatis, obligetur in fine anni, puta temporis designati pro Societate, restituere prædicta Animalia aestimata per aestimationem non facientem Venditionem, restituere, inquam, obligetur juxta valorem aestimationis factæ initio anni, an juxta valorem aestimationis, quæ fit in fine anni? Mille oves v. gr. valent initio anni centum aureis, at in fine anni ob magnam illorum pecuniam valebunt ducentis aureis, vel propter abundantiam valebunt minoris, v. gr. aureis quinquaginta, locius recipiens, debet ne reddere oves valentes centum aureis, an vero ducentis, vel quinquaginta?

Respondeo. Cum in mero contractu Societatis (nam nunc præsciendis ab alio pacto) supra docuerimus Animalia remanere in dominio apponentis, si in fine anni crescit, vel decrevit eorum valor, ipsi apponenti crescit, atque decrevit, unde juxta aestimationem, quæ fit in fine anni debet restituere is, qui eas recepit, & solum illa prior aestimatio inserviet, ut, si culpa recipientis, Animalia perierint, vel deteriora evaserint, compensetur illud, quod erit justè compensandum.

5. Instas. In contractu Societatis, si pecuniæ valor crescat, non crescit pro apponente illa, sed pro omnibus sociis, ergo pari modo idem dicendum erit, si crescat valor Animalium. Conferat v. gr. Petrus centum ex auro, valentia centum, & decem argenteos, si finita Societate, contingat aureos illos pluris valere, v. gr. centum, & viginti, Petrus non habebit pro suo capitali collato, nisi tot aureos, quot ascendunt ad centum, & decem argenteos, nisi alii decem erunt dividendi, utpote lucrum commune sociis, ita igitur in Animalibus.

Respondeo, pro doctrina ejus, quod assumitur, & pro responsione ad paritatem, quæ inducitur, sunt hic bene tria distinguenda, quæ tribus dictis ego, claritatis gratia, proferam.

6. Dico Primo. Si crescat valor pecuniæ collatæ ab uno ex sociis antequam ea ad merces comparandas expendatur, vel antequam admisceatur ita cum cæteris pecuniis Societatis, ut discerni nequeat, ille est Dominus hujus valoris, qui eam contulit, quia ipse habet.

bet illius dominium, & consequenter, & ipsi crescit, & decrescit, & juxta hunc valorem in fine Societatis eidem erit pecunia restituenta.

7. Dico Secundo. Si crescat idem valor, postquam comparatae sunt merces, vel postquam pecunia mista ita est cum ceteris pecuniis sociorum, ut discerni nequeat, incrementi hujus sunt Domini omnes socii, quia ipsi simul habeat dominium illarum mercium, & pecuniarum; quare ex æquo est dividenda, esto, prius propter pactum Societatis initio initum, debeat, extrahi, & reddi apponenti tanta pecunia, quantam apposuit, secundum illum valorem, quem num. præced. dictum est.

8. Dico Tertio. Hinc fieri, ut magna sit disparitas inter Animalia, & pecuniam, quando hæc, vel illa conferuntur. Animalium enim semper Dominus est is, qui ea apponit, at pecuniæ non ita: nam, ut dictum est, postquam merces comparatae sunt, & pecuniæ sunt cum ceteris admixtæ, pertinent ad totam Societatem, non est igitur mitum, si in-

lentes succedere Avo, vel Avia vide apud mox nu. 3. citandos.) Filii, inquam, volentes succedere parentibus descenditibus testatis, vel non testatis, tenentur conferre ea, quæ habuerunt ex bonis dicti Patris, vel Matris viventium, ut scilicet ex iis in communi adductis, tanquam ex uno cumulo, fiat iuxta partitionem inter ipsos Fratres, Sororesque. At vero ascendentes, ut est Pater, Mater, Avus, Avia, quando succedant Filiis, vel Nepotibus defunctis, non tenentur conferre ea, quæ habuerunt à filiis, vel nepotibus viventibus. Ratio Regulæ tunc intelligitur, cum cognoscatur radix, cur facienda sit inter prædictos fratres dicta collatio. Ea autem est, quia omnibus filiis debetur post parentum mortem æqua legitima. Quando ergo parens ante suam mortem aliquid alicui ex filiis tradit, præsumitur, (nisi aliud exprimatur, vel tacite ex conjecturis colligatur) dare illud in computum legitimæ, quam post mortem suam illis debet. Ne ergo frater plus habeat de legitima, quam alii, inde est, ut illud debeat in commune adduci, & æquè dividi. Quoniam igitur, quando filii, dant aliquid Patri, vel Matri, vel suis ascendentes, non præsumuntur dare in compensationem legitimæ, cum ascendens censetur moriturus, antequam moriatur descendens, sed dare præsumatur per meram donationem, ideo illa non sunt à Patre conferenda, quia, quæ simpliciter donantur, & liberaliter, in commune non conferuntur, nam propterea, nec ipse filius ea, quæ accipit à Patre liberaliter, & non in compensationem legitimæ obligatur ad conferendum, eo modo, quo à nobis in libris Decalogi pluribus explicatum est.

3. Nepotes, quando, vel mediata, vel immediate succedunt Avia, qui, & quatenus debent conferre habes apud Molinam aliosque. 4. Qua ratione autem dignoscatur, quæ parentes dedisse aliquid liberaliter, vel in compensationem legitimæ, adeoque conferendam, duæ sunt regulæ quas attuli in libris Decalogi, l. c. illas, & ab illis deductas illationes inde pete.

In lib. 5. Decal. e. 4. §. 2. à n. 3. d. Mol. d. 237. Ant. Gem. n. Le Taur. 39. n. 37. Tusc. To. 1. d. à concl. 416. Vasq. in opusc. de testam. c. 1. §. 2. dub. 4. Bonac. disp. 3. de comut. q. 6. p. 7. §. unic. n. 2. V. Sed modo.

CAPUT XII.

De Partitione, quam debent exhibere Fratres, mortuo Patre, quæ assimilatur divisioni, quæ fit ratione Societatis.

1. Ut in novo, statuitur, ut filii suo Patri succedere volentes, adducant ad partitionem communem, quæ acceperunt à Patre vivente, quod certe similitudinem aliquam præ se fert contractus Societatis, nam ideo hic sequentem regulam breviter habet. 2. Omnes descendentes legitimi, quibus debetur legitima (nam propterea includuntur etiam legitimati, immo etiam adoptati, non autem illegitimi, quia his legitima non debetur) sive Masculi, sive Feminae, sive sint in Patris potestate, sive jam emancipati, volentes succedere Patri, vel Matri (quoad vo-

Finis Tractatus octavi.

Nnnn 3

TRACTA-

TRACTATUS NONVS DE PROMISSIONE

CAPUT I.

Quid sit Promissio?



De ea loquimur, quando est liberalis, gratuita; si enim est onerosa, id est sub aliquo onere præstando à Promissario, jam propriè pertinebit ad contractus, siue nominatos, siue innominatos, Emptionem, Venditionem, Locationem, &c. de quibus suo dictum est loco.

2. De eadem item loquimur, ut est promissio, non vero, ut merum propositum, quod pollicitationem etiam nonnulli appellant. Propositum enim, siue consistat in actu solius intellectus, siue solius voluntatis, siue utriusque, siue etiam in vocibus externis, quibus voluntas interna significatur, de quibus

2. Turr. d. 64. de Iust. dub. 19. Suar. T. 2. de Relig. l. 1. de Voto c. 2. 3. bi in ipsius utilitatem, seu obsequium à Promittente.

4. Quid autem sit hoc superadditum, varii variè explicant, quod, quia ad speculationem pertinet, videatur apud citatos.

3. Sic autem describitur Promissio liberalis, seu gratuita, de qua præsens est disputatio. qu. T. 4. in Est affirmatio, & enunciatio (utique deliberata, 3. p. d. 6. de & spontanea) alicujus rei possibilis, & licite in futurum faciendæ ab aliquo insinuata. & absque Delugo d. luitè data alteri, & acceptata ab eo, in cuius utilitatem, seu obsequium faciendæ res est.

4. Hæc Descriptio affertur à Vasq. b. sed addita à nobis una voce. Ipse enim dicit (alteri insinuata) nos vero addimus (& alteri data)

cujus additionis ratio est, quia posset insinuari, seu ostendi propositum alicui, nec tamen inde ullam promissionis obligationem nasci. Ut, si tibi ostendam, me velle cras tuum comitem fore in via, & nil addam præterea, quod id me facturum promittam, tunc enim solum ostendo, me esse in ea voluntate, non propterea significo promissionem ullam tibi à me dari, ex vi cuius tu meum comitatum cras expectes, sed, si expectes, expectabis ex vi meæ constantiæ, qua non soleo mea proposita mutare, non vero ex vi promissionis. Et tunc sic videtur se gessisse Sanctus Petrus, ut notat Delugo, e quando enunciavit. *Etiā si oportet me mori tecum, non te negabo.* Nec enim sic aliquid Christo Domino promissit, seu vovit, sed solum ostendit, præsentem voluntatem suam. Sic etiam, qui Deo dicit, se nolle amplius peccare, non promittit, sed solum suam præsentem voluntatem ostendit. Dicimus igitur Promissionem esse enunciationem, & ostensionem voluntatis alteri, & insinuatam, & datam, nam sic non solum explicatur ostensio voluntatis, sed etiam explicatur fides, quæ datur Promissario.

5. Ut autem tota de promissione tractatio ordinatim absolvarur notentur singula prædictæ Descriptionis verba, & in modum sequentem explicentur.

Adverte autem, quia liberalis Donatio in futurum ante rei traditionem nihil aliud vult, nisi promissio donandi, ideo non pauca ex dicendis hic competere etiam ejusmodi Donationi in futurum: nam ceterum de liberali

Donatione de præsentem suus mox erit agendi locus in particulari tractatione de Donatione.

CAPUT II.

De illis verbis.

Est affirmatio, & Enunciatio.

Promissio non dicit solam affirmationem, hoc est actum, quo homo affirmet se aliquid facturum, hoc est merum propositum ore declaratum, ut jam modo dictum est, sed addere debet enunciationem factam alteri, qua scilicet idem propositum Promissario intimeretur; proprie enim enunciare est alteri rem aliquam nunciare. Actus igitur internus, etiam quo quis vult promittere, non erit promissio, qui, ut sic potius est inchoatio quædam promissionis, quam promissio. Unde ejusmodi tuum internum propositum non obligabit te ad rem sic initiative promissam adimplendam, non obligabit, inquam, ut promissio, quia

Sancti. l. 1. verè promissio non est, & ita docet Sanchez, a. 4. d. 3. & ex aliis principiis Delugo, l. quibus adde Baunium, & quicquid in oppositum inclinet Molina, d. qui propendet ad dicendum, validè. l. 2. dam esse ejusmodi promissionem ex jure naturali. T. turæ, quamvis possit ex jure positivo requiri, vocari à promittente, quandocunque is voluerit.

2. Dixi (ut promissio) nam, an tunc ad sit aliqua obligatio, ne homo videatur levis corde, & inconstans deferendo propositum prudentet conceptum, alibi explicuimus.

Promissio externa sine animo promittendi.

3. Quod si, contra, sit externa enunciatio, seu promissio solum externe prolata, alterique sub fide solum ore tenus intimata, sed sine animo, & voluntate promittendi, erit ne vera promissio, & quidem obligans, ut promissio?

4. Respondeo, me alibi fdocuisse, non esse veram promissionem, & consequenter non afferre obligationem veræ promissionis. Ratio principalior fuit, quia non est verus contractus sine animo contrahendi, ergo neque vera promissio sine animo promittendi. Solum monui, quamvis tunc non afferatur obligatio aliqua ex vi veræ promissionis; tamen

sapè afferri ob damnum, quod fortè sequitur Promissario ob deceptionem, & cætera.

5. Sed quid? Ejusmodi sola exterior promissio parit ne obligationem aliquam exequendi rem promissam, si non ex vi veræ promissionis, & propriæ, tamen ex vi promissionis improprie?

Respondeo. Certum est, quando dicis externe: *Hoc v. g. faciam eras*, te debere sentire, sicut pronuncias, secus committes mendacium contra virtutem Veracitatis. Verum id non pertinet ad promissionem; hæc enim respicit rem in futurum faciendam, sed ad conformitatem orationis cum mente, quæ tota potest adesse de præsentī, etiam si deinde rem ita enunciata non exequaris. Dum enim affirmas. Ego eras hoc præstabo, ut verum affirmes, satis est, si ejusmodi dictum sit conforme tuæ menti intendenti id exequi eras, quamvis eras deinde, mutato animo, non exequaris, neque enim ad virtutem Veracitatis pertinet, ut animum non mutet; hoc enim pertinet ad Constantiam, sed solum, ut ita loquaris, sicuti in mente habes.

6. Difficultas igitur potest esse, si consideremus eandem prædictam virtutem Fidelitatis, quæ certè respicit futurum, & ad quam pertinet observare veram promissionem; inquirere enim possumus, An, sicuti certo ad Fidelitatem pertinet, observare veram promissionem vero animo factam, sic etiam ad Fidelitatem pertineat, observare hanc fictam, solumque externam promissionem? Si v. gr. promittam sine ullo animo promittendi equum tibi eras donaturum, obligabit ne me Fidelitas ad promissionem hanc fictam adimplendam?

7. Respondeo, ex dictis num. quarto, videtur negandum, quia, ubi nulla promissio est, ut hic, nulla erit obligatio. Verum nos ibi signatè diximus nullam adesse obligationem ex vi veræ promissionis, sed nunc difficultas est, an nihilominus adsit obligatio ex vi externæ, quamvis non veræ promissionis, obligationem, inquam, quam inducat eadem virtus 8. 3.

h Delugo
8. Dico, Fidelitatis virtutem obligare d. 23. de (sub Mortali ne, an Veniali dicam g postea) *Inst. n. 11.* sic fictè promittentem ad dictam promissionem observandam. Ita *h Delugo* cum aliis. *Pont. & Ratio est, quia hanc promissionem solum Turriam.*
exter-

externam respicere, & regere debet Fidelitas. Ad Fidelitatem enim spectat, non solum ordinare hominem in veris, perfectisque promissionibus, quæ constantur ex externo, & interno actu, verum etiam, quæ solum continent externum.

Quemadmodum enim Veracitas inclinatur ad confirmanda externa verba cum animo interno, sic Fidelitas, quæ est valde affinis Veracitati, tendit ad confirmandas promissiones, etiam solum externas, cum executione in futurum ponenda; siquidem ad Fidelitatem pertinet, vetare, ne decipiatur proximus in recipiendis promissionibus: at hic deciperetur, etiam, quando promissio est solum facta exterius. Ne decipiatur, inquam, non ex vero iure, quod sit in ipso Promissario (tunc enim esset obligatio ex vera promissione) sed ex obligatione, seu debito, quod habet promittens, ne in suis dictis abroget sibi fidem, illam non servando, & ne sic impediat commercia humana, decipiendo proximum, quod totum videtur à virtute Fidelitatis esse regendum.

Obiicies: ergo eodem modo, si quis se obligaret, solum verbis externis, ad faciendum aliquid, vel solum verbis externis, voveret aliquid Deo, obligaretur ex vi Iustitiæ, vel ex Religione illa observare: quod tamen a lib. 3 in Decal. c. 12. §. 1. n. 3. agendo de Voto.

Respondetur, negando hanc consequentiam, nam, ad obligationem Iustitiæ fundandam, requiritur, ut transferatur Jus Iustitiæ in alium, quod Jus, cum sit potestas, quam quis habet disponendi, ut liber, de rebus suis, non potest transferri sine ipsius voluntate. Si igitur sine animo obligandi dicas solum verbis, te obligare, non habes animum transferendi Jus in alium, ergo non transfers Jus, & consequenter non surgit obligatio Iustitiæ. Rursus, ad Votum firmandum requiritur, ut Deus acceptet, seu acceptare existimetur, quod per Votum promittitur: at, quando tu Voto solo externo sine animo vovendi promittis, Deus videt tuum hunc actum non promittendi. Ergo non potest acceptare promissionem, quam nullam esse videt, nec potest ejus impletionem rationabiliter à te expectare. Quare Votum istud tuum nullam

afferet obligationem Voti. At in casu tuæ promissionis, quamvis solum externe homini factæ, homo, qui cor tuum non videt, merito, & rationabiliter à te fidem datam expectat, immo exposcit: ergo merito virtus Fidelitatis te in hoc dirigere debet, ut scilicet promissum, etiam tunc, serves. Hæc breviter pro curiosis dicta sufficiant: nam, ceterum l. c. latius profequitur Delugo.

CAPUT III.

De illis Verbis.

Vtique libera.

1. **I**D commune esse omnibus contractibus, quia omnes voluntarii esse debent, monitione potius indiget, quam probatione. Nam propterea contractus furiosi, amentis, ebrii, dum tamen in amentia, affectione sunt, invalidus est. Quod si Fabianus b Papa dicit, neque furiosum, neque furiosam contrahere matrimonium posse, sed, si contractum fuit, non esse separandos, intelligitur, si contractus fuit, dum non erant in affectione furoris, nam eo deinde superveniente, non propterea desinunt veri esse conjuges.

2. His jam certis suppositis, solum hic quaerimus, an semiplena deliberatio sufficiat ad inducendam obligationem promissionis, sive sub mortali, sive sub veniali?

3. Dico, nequaquam sufficere, si res promissa sit gravis, sive levis, sed semper esse necessariam deliberationem plenam, quæ est illa, quæ requiritur ad mortaliter peccandum. Ratio est, quia homo ad certam obligationem sibi inducendam, sive sub mortali, sive sub veniali, debet, ut homo, illam sibi inducere, At operans per semiplenam deliberationem non ut homo, sed ut semihomo, ut ita loquar, operatur, ergo, & cetera.

Confirmatur Primo, quia, sicuti per promissionem absolute se quis sub Fidelitate obligat ad hanc rem v. gr. donandam, ita absoluta debet esse deliberatio, qua rem illam à se abdicat.

Confirmatur Secundo, quia, sicuti ex communi sententia Legislator non potest imponere alteri legem quomodocunque obligantem, nisi perfecte deliberans, ita nec ipse homo

CAPUT IV.

De illo verbo Descriptionis.

Spontanea.

1. **H**Oc etiam est commune omnibus contractibus. Quoniam vero id potest deficere in casu nostro, quando Promissio extorquetur metu, dolo, vel ignorantia, seu errore, & car. ideo hæc sunt breviter percurrenda.

Promissio dubie libera.

7. Sed quid, si ve. è, omnibus expensis, dubitetur, an adfuerit plena deliberatio, quod quidem aliquando posset evenire in promittente, qui sit mentis sanæ, sæpius autem in amente habente lucida intervalla vel in amente circa aliquam materiam, non vero circa omnem, & in puero existenti intra confinia temporis acquirendi perfectum usum rationis, &c.

Respondet. Si certus es, quod promiseris, sed dubitas, an perfectè deliberatè promiseris, Sanchez b te obligat ad exequendum, quod promissisti, & idem esse, ait, si sic vovisti. Ratio est, inquit, quia possidet tunc promissio, de qua certus es. Verum, si sis certus, quod ore promiseris, si sis dubius, si tamen dubitas, an perfectè deliberatè promiseris, puta, an promiseris, dum esses extra perfectam deliberationem, te probabiliter non obligat.

Ca. 1. 1. d. 1. Ratio est, quia, si dubitatur de perfecta deliberatione, non est certum, adesse promissionem, de cuius essentia est, esse à plena rationis advertentia. Quare tunc prævalet dubitatio tua libertas, quæ certa est. Hanc ego sententiam alibi d. secutus sum, ubi dixi etiam, quid sentiendum de Professione Religiosa. De Matrimonio autem dixi in Tractatu f de eodem.

Religiosa. De Matrimonio autem dixi in Tractatu f de eodem.

**

Tamburinus de Sacramentis.

Promissio Violenta, Meticulosa, Fraudulenta.

2. Promissio igitur per vim, vel per metum, vel ex fraude extorta, nulla est. Unde tu sic, animo repugnante, promittens, non obligaris facere, vel dare, quod promittis, nec Promissarius exigendi Jus ullum acquirat. Ratio autem est, quia tibi sic promittenti injuria fit, unde Jus ullum, orti non potest in alio.

3. Si metus fuit levis, idem aliqui affirmant, aliqui vero negant. Cum his posterioribus ego sentio, quia, dum metus est levis, is facile à te vinci potest (secus levis non esset) si non vincis, tibi imputatur, non alteri metum inferenti. Dixi tamen alibi sententiam affirmantem esse probabilem.

4. Hinc sequitur, promissionem factam Parenti à Filio, Viro ab Uxore, Principi à Vassallo, Latroni à Viatore, propter metum gravem ibidem à nobis explicatum, sine quo facta non fuisset promissio, non inducere obligationem.

5. Quid, si Promissioni huic addatur Juramentum?

Respondet, quando, quod promittitur, potest sine peccato adimpleri, inducit obligationem, non ex vi promissionis, quam nullam esse jam vidimus, sed ex vi Reverentiæ Deo debitæ ex virtute Religionis, De qua fuse diximus alibi h. omnino videnda.

Promissio ex errore.

6. Error dupliciter potest in re nostra intervenire. Primo, in ipsa promissione. Secundo, in re promissa.

O o o

Quoad

Quoad prius, si quis promittat nesciens, quid sit promissio, vel nesciens, in promissione adesse obligationem exhibendi rem promissam, ad nihil obligatur, quia, propter dictam ignorantiam, non potest quis habere voluntatem fidem dandi, seque obligandi; Voluntas enim non fertur in incognitum.

7. Quod si promittens intendat facere, quod alii faciunt; sanè obligabitur, quia jam alii obligantur, unde sic ipse tacite obligationi consentit. Lege Bonacinam & alios citantem.

a Bonac. d.
3. de contr.
q. 12. pu. 1.
n. 9.

8. Quoad posterius, id est, quando error contingit in re promissa, sic distingue. Si quis erret Primo, circa substantiam rei promissae, seu (quod in idem recidit) circa qualitatē tantum momenti, ut redundet in ipsam rem promissam, vel Secundo, circa finem, seu causam principalem promissionis, quam appellare solemus motivam, ad nihil teneretur. Exemplum prioris: Promisi dare tibi hanc laminam auream, quam deinde invenio, esse auream. Promisi dare hoc mancipium, quod deinde invenio habere conditionem quandam magni momenti v. gr. esse meum consanguineū. Promisi dare equum hunc, quem deinde invenio, non esse meum. Exemplum posterioris. Promisi tibi centum, quia puto, te esse pauperem, unde tota causa promittendi fuit paupertas, tu vero es dives. Promitto commodare tibi equum, quia puto, te iturum ad venandum, unde tota causa promissionis fuit tua venatio, tu vero Domi sedes. Promitto mea holoserica aulæa, quia puto, te festum talis Sancti in Ecclesia celebraturum, unde tota causa, ut suppono, fuit pietas in illum Sanctum, tu vero vis ad Nuptias celebrandas illis uti. Dico, in his casibus non adesse obligationem servandi, quod promissum fuit. Ratio, quando intervenit error in substantia, est, quia non potest esse actus voluntatis me obligans, nisi circa rem, quam cognosco; voluntas enim est potentia cæca indigens ad suum actum eliciendum manu ductione Intellectus cognoscentis. Si ergo substantiam rei promissae non cognosco, ad illam tibi donandam, me obligare non potero. Ratio, quando intervenit error circa causam motivam, est, quia Promissor non intendit se obligare, nisi ex causa, qua ipse efficaciter moveatur: hac ergo totaliter cessante, cessat effectus, qui totus pendet ab illa causa.

9. Si autem error fuit, Primo, in qualitate rei promissae, quæ qualitas non sit tanta, ut error circa ipsam redundet in ipsam substantiam; vel, Secundo, fuit in causa minus principali, quam impulsivam solemus appellare, quæ scilicet non est tanti momenti apud promittentem, ut error circa ipsam faciat notabilem mutationem in ejus voluntate, valida erit, & obligans promissio.

Exemplum prioris: Promitto tibi hanc laminam, quam puto esse aurum commune, deinde invenio, illud esse aliquantulum majoris perfectionis. Promitto tibi hunc equum, quem puto esse octo v. gr. annorum, deinde invenio esse annorum septem, vel novem, &c. Exemplum posterioris. Promitto tibi centum, quia puto, te esse pauperem, deinde invenio, te esse aliquantulum minus pauperem, quam ego credideram. Promitto tibi equum, quia puto, te iturum ad tuum prædium, deinde invenio, te iturum ad prædium tui amici æquè, vel plusculum distans à tuo, &c. Dico, in his, & similibus casibus te obligari ad servandum, quod promissisti. Ratio est, quia error non est tantus, ut voluntas non fuerit mota ad promittendum, licet aliquanto difficilius, &c.

10. Scio, esse sæpissimè arduum, cognoscere, quando tantus est error, ut faciat, vel non faciat ejusmodi effectus. Verum id ego distinctè explicui satis alibi. b

11. Denique non est hic prætermittendum notabile discrimen inter dolum, & errorem. Nam, si error fuit in qualitate non redundante in substantiam, vel causam finalem, valida est promissio, ut dictum est. Verum id non est in dolo, nam si dolus, sive à Promissario proveniens, sive à quocunque tertio fuit in sola qualitate, quamvis non redundante, nec in substantiam, nec in finem, promissio semper erit invalida, & nihil obligans, ut rectè notat Turtianus. Ratio esse debet, quia in casu c. Turtianus. ejusmodi doli, Promissarius acquirere Jus expectandi promissum ex injuria, quæ promittenti fit per dolum, quod esse non posse, diximus numero secundo, quæ certè injuria non est in errore.

CAPUT V.

De illis verbis.

Alienus rei possibilis, & licita in futurum facienda.

Rem debere esse possibilem, & licitam, quia rei impossibilis nulla potest esse promissio, & ad rem illicitam, hoc est ad peccatum, nemo se obligare potest, hic potius utpote certum supponimus, quam inquirimus. Id, quod adeo verum est, ut etiam in promissione, seu contractu oneroso, si quid tibi promisi pro opere turpi, obliger rescindente ejusmodi contractum, ut fusc alibi a dictum est.

In hac autem vera, & certa doctrina, quatuor adhuc sunt quaestiones dissolvendae.

Res promissa partim possibilis, vel licita, partim non item.

2. Inquires enim Primo. Quanam obligatio nascatur, si res partim sit possibilis, vel licita, partim vero impossibilis, vel illicita. Ut si quis tibi promitteret ire Romam ad salutandam amaram tuam, & ad exigendum tua credita, quae Romae legitime habes?

3. Respondeo. Si res promissa sit dividua, & non promissa fuerit indivisibiliter per modum unius cum alia, obligabit promissio, quoad partem possibilem, vel licitam, ex regula Juris *Utile per inutile non vitiatur*. Si vero sit individua, quae scilicet separari non potest, vel quamvis separari in se possit, illam indivisibiliter, & per modum unius promissisti, non obligaberis, quia tunc totum, ut sic, impossibile, vel malum est, cum malum ex quocunque defectu sit, bonum vero ex integra causa. De his autem latè a nobis dictum est, cum egimus de Voto, ubi advertimus, nec obligare ejusmodi promissionem rei impossibilis, vel illicitae, etiam si additum fuerit juramentum, quia juramentum non est vinculum iniquitatis, & ad impossibile nemo tenetur.

4. Hinc, si promittas aureos v. g. centum, & promissio ejusmodi sit respectu tui impossibilis, vel prodiga, unde illicita, quoad omnes centum, sed possibilis, vel licita quoad

partem v. g. quoad quinquaginta, certum sit, si indivisibiliter promissisti, non valere tuam promissionem, etiam si illam juraveris, idque propter rationem modo dictam. At si divisibiliter, b valebit sanè quoad partem licitam, b Bonac. vel possibilem, quia tunc, ut diximus, maxime d. 3. de me valet illud *Utile per inutile non vitiatur. contr. q.* Quando cum expensis meis exequi coepi promissionem turpem an, si me poeniteat, possim n. 16. petere illas expensas vide, apud Vincentium Tancredi 1. 2. quaest. moral. tr. 5. qu. 6.

Promissio praescindens à Divisibilitate, & Indivisibilitate.

6. Haec sunt ex dictis clara. Sed difficultas hac in re est, An, quando quis nihil cogitando de ejusmodi divisibilitate, vel indivisibilitate promittat v. gr. summam prodigam, an, inquam, valeat tunc promissio pro parte non prodiga?

6. De hac difficultate alibi c sic dixi *Quantum* c Lib. 3. in do agitur de pecunia, regulariter promittitur Dec. c. 15. divisibiliter, quia pecunia ex se apta est dividi. Unde, si contrarium non constet, judicatur promissio facta juxta ipsius naturam, id est divisibiliter, & idem etiam docui, d si addatur juramentum promissioni prodigae. d Lib. 3. in Decal. c. 3.

7. Hoc autem, quod dixi de pecunia, dicatur de aliis rebus, quae similiter ex se dividi solent, ut, si promitteres centum boves, centum oves, praedium tot jugerum, &c. Nam divisibiliter quis praesumitur promittere ea, quae apta sunt dividi, multo magis, quae dividi communiter solent.

At vero, quando agitur de rebus, quae dividi aptae non sunt, vel certè dividi non solent, indivisibiliter (nisi contrarium expresse constet) promittuntur, adeoque integre debentur. Quis enim non videt totam vestem integram, integrum torquem, integram ovem etiam cum lana, quam ea habet, debere te donare, si hanc vestem, torquem hunc, ovem hanc absolute promissisti?

Promissio rei impeditiva majoris boni, vel rei indifferentis.

8. Inquires Secundo. An promissio facta homini, si sit impeditiva majoris boni, sit valida, & obliget?

Respondeo affirmative. Neque dicas, *Oooo 2* Votum

Votum factum Deo, quod nihil aliud est, nisi promissio; quæ Deo fit, non obligat in simili casu, ergo neque promissio facta homini. Ne id dicas, inquam, nam neganda est consequentia propter manifestam disparitatem, quam alibi attulimus, Deo enim placere non potest id, quod impedit majus bonum (quod tamen quæ ratione intelligatur ibidem explicuimus) nam propterea Deus ejusmodi Votum impediens majus bonum non acceptat, unde consequenter fit, ut nulla ab eo Voto obligatio inducatur. At homini placet, gratumque est illud, quod tu ipsi promittis, quamvis impeditivum sit majoris boni, dummodo res promissa non sit peccaminosa, vel contra Divina & Consilia. Quare non mirum est, si tu sic promittens obligaris ad rem promissam, adimplendam.

9. Arque hic duo alia discrimina discere, inter promissionem factam homini, & promissionem factam Deo, quod propriè est Votum. Nam facta Deo debet esse de re positivè licita, & bona, nec sufficit, esse indifferentem, quia Deus non acceptat, tanquam rem sibi gratam illud, quod non pertinet ad bonum salutis, & Dei cultum, ut ibidem dixi. At facta homini valet, etiam si sit indifferens, dummodo, ut dictum est, non sit peccaminosa, quia homo acceptat rem indifferentem, tanquam sibi gratam.

10. Secundo, promissio facta Deo potest ab habente ejusmodi potestatem per commutationem mutari, vel tolli per dispensationem. At facta homini, & ab ipso acceptata, nec mutari, nec tolli potest, nisi ipso, cui facta est, consentiente.

Promissio de facto alieno.

11. Inquires Tertio. Si promissi alieni factum alienum, ad quid obliget?

Respondeo. Triplici modo id esse potest. Primo, sic absolute: Promitto tibi Titio, quod Cajus ibit Romam v. g. ad tua negotia peragenda. Secundo, sic: Promitto tibi, me curaturum, ut Cajus Romam eat. Tertio, sic: Promitto, Cajum Romam iturum, quod si non eat, ego fidejubeo pro ipso.

2. Profecto in secundo casu, me obligari ad curandum Cajii profectionem, non est dubium. In tertio itè casu, me teneri ad id, quod

fidejussi, nec esse dubium potest. Dubium igitur in primo casu versatur. In quo non apparet, an promissum fuerit ipsum factum alienum, an vero procuratio, ut illud ab alio ponatur.

1. Equidem ex aliis dictis hanc regulam deducere possum. Quoties promittit quis alienum factum, interpretandum est, promissionem fuisse ad præstanda (quantum quis potest) ea, quæ ad executionem conducunt, hoc est, ad curandum ve è, & diligenter, ut fiat ab alio id, quod quis promittit. Ratio regulæ est, quia, qui factum ab aliena voluntate dependens promittit, nisi amens sit, id censetur promittere, quod à se dependet, id est curaturum, ut alter factum illud exequatur. Excipe, nisi expressè, non nisi factum alienum promiserit cum positiva exclusionem suæ procuratoris; tunc enim is, ex una parte, amentia notam incurrit, at ex alia, ad nihil tenebitur, quia illius promissio alterum arctare ad nihil potest.

14. Quid si sit dubium, an id expresserit?

Respondeo, tunc sanè ad prædictam obligationem obligabitur, quia non possumus hunc liberare, quasi melior sit conditio suæ libertatis, nam eam vincit voluntaria promissio, quæ cum sit de facto alieno, semper imbibit, ut dictum est obligationem procurandi, & quidem si adest juramentum, sub mortali, ex se. Si vero sit sine juramento, & sit mera promissio gratuita, sub ea culpa, quam mox dicemus. Atque hæc in foro conscientia: in foro autem externo, aliud est dicendum in Jure Civili, aliud in Canonico: Judex enim Ecclesiasticus, sive in materia Canonica, ut notant passim Doctores, sive (ut ego putaverim propter paritatem rationis) in quacunque materia, cujus judicium pertinet ad Judicem Ecclesiasticum, Judex, inquam, Ecclesiasticus condemnabit eum, qui absolute promittit factum alienum, ad prædictam procuratoriam, quia ad Judicem Ecclesiasticum pertinet omnem culpam, quantum potest, impedire; culpa autem est, non servare id, quod implicite involuit promissio.

15. At vero Judex Civilis ad nihil condemnabit eum, qui absolute factum alienum promittit, quia Judex Sæcularis fortasse præsumit, illum sic voluisse jocari, vel quid simile. Excipe tamen septem casus, in quibus Judex idem, quamvis non Ecclesia-

Ecclesiasticus, promittentem de facto alieno condemnat.

I. Quando quis promittit aliquid, quod à suo hærede faciendum sit.

II. Quando quis promittit aliquid in iudicio, ut quod alius ad iudicium se sit.

III. Quando promittit quis, rem pupilli incolumem ab alio esse servandam.

IV. Quando promittit quis, aliquid præstandum a suo seruo, vel filio, quos cogere potest.

V. Quando promittit quis Matrimonium alienum.

VI. Quando quis factum alienum promittens, promissionem iuramento confirmat.

VII. Quando quis alienum factum ita promittit, ut adjiciat pœnam aliquam se subiturum, si v. gr. centum aureos soliturum, si illud non fiet.

Et quidem in primis tribus casibus ex dictis Judex dictus Civilis condemnabit sic promittentes ad interesse Promissario fortè secuto. In aliis tribus saltem ad procurandum, ut factum fiat. In septimo ad solvendam ipsam pœnam. Hæc exactius tractata vide apud

Sanchez, & aliosque.

16 Sed quid, si in hoc septimo eventu Promittens diligenter curavit, ut ille alter promissum servaret; adhuc ne obligabitur ad prædictam pœnam?

Delugo d. Respondeo, probabilius esse, non obligari, idque in utroque foro, quia, qui promittit sub aliqua pœna, implicite intelligit, si culpam eâ pœna dignam committat. Neque enim promittitur solvi pœna, nisi juxta ejus naturam, quæ semper culpam debet supponere. Ita Sanchez & cum multis.

Promissio de re aliena.

17 Inquires Quartò. Quandoquidem diximus de promissione alieni facti, quid sentiendum de promissione alienæ rei? Si v. gr. promitto tibi librum, qui non est meus, ad quid teneor, cum receivero librum non esse meum?

Respondeo, esse distinguendum. Si promissisti liberaliter hunc numero librum alienum, hunc numero equum, &c. te ad nihil condemno, cum receiveris tuum non

esse, quia in Donationibus liberalibus nemo præsumitur, se obligare ad alterum tantum, quod Juristæ dicunt ad eversionem. At, si eadem liberalitate promissisti librum in genere, equum in genere, &c. certè obligaberis sub ea culpa, quam dicemus infra, asseri à promissione liberali, quia eo modo promittendi, rem, quam habere poteras, atque adeò de tuis bonis promissisti. Ita Molina. c.

18. Quid si promitto librum, quem scio, non esse meum? *c. Molin. d. 252. n. 6.*

Respondeo. Nimis est manifestum, nullam esse promissionem tuam, quia de aliena re disponere non vales. Te tamen non effugere notam Deceptoris, atque, si sic sis causa alicujus damni, te illud resarcire necessario debere, nimis etiam manifestum est.

CAPUT VI.

De illo Verbo.

Ab aliquo (& illo) Alteri.

1. Hæc verba exposcerent, ut hic enumerarentur ii, quibus promitti, & ii, qui promittere possunt, qui sanè sunt iidem, qui possunt donare, iidemque, quibus donari potest. Verum de his satis à nobis actum est in aliis locis, quæ notabo cum de Donatione capite ultimo.

2. Difficultas autem illa, quam nonnulli hic tangunt, An quid promitti possit Hæreticis, Excommunicatis, Infidelibus non baptizatis, videatur apud Turrian. d. & Delugo. d. 47. dub. 2.

3. Rursus; an Promissio facta Hæreticò: ut profitens suam sectam habitet inter Fideles, valida sit, & an licita videatur apud eundem Delugo; id, quod universaliter agitatur Verricelli f. sub ea quæstione, an possit promitti Religionis libertas? *c. Delugo d. 23. de iust. n. 127. Verric. de Mission. Tit. 14. Miscell. 194.*

CAPUT VII.

De illis verbis.

1. Promissionem liberalem esse datam alteri, significat, ut initio innui, promittentem, fidem dare Promissario, ut ipse Promissa-

O o o o 3

missarius rem ab ipso Promittente expectet. Quare, qui sic promittit, proficitur se suscepisse aliquam tandem obligationem rem promissam exequendi. De hac ergo obligatione, ecquanta nam sit in presentia discurrendum erit. Et quidem agamus prius, quando fides data est, sed nondum acceptata; postea verò, quando, & data fuit, & acceptata.

§. I.

Promissio data, sed non acceptata, quam obligationem pariat quoad obligationem ex iustitia.

1. Quamvis Promittens det fidem alteri aliquid præstandi, idque illi per signa externa manifestet, modò superius explicato, unde ex parte sua Promittens ponat totum illud, quod requiritur ad veram promissionem, seu fidei dationem; tamen, nullus sit, qui eam legitimè acceptet, multò magis, si sit aliquis, qui legitimè respuat (qui sunt hi mox §. 3. explicabimus) nullam contrahit obligationem ex iustitia, exequendi, quod promissum.

2. Siste hic tantisper; Ne enim confundas promissionem factam homini, de qua loquimur, cum promissione facta Deo; Nam hæc semper valet, & quidem coincidit cum Voto, quia Deus semper est præsens, & supponitur acceptate. Verum, an omnis promissio facta in causam piam v. gr. promissio aliquid donandi tali Ecclesiæ, tali Hospitali, pauperi tali, &c. ante acceptationem horum, valeat, quæ si semper acceptetur à Deo variæ sunt sententiæ. Molina, & Layman, quos sequitur, citatque Diana ^a affirmant, opus enim bonum semper à Deo acceptari, credendum est. Negant Baunius, Lessius, & Sanchez apud eundem Dianam, quia ex una parte ejusmodi promissio non semper est Votum, ut certum est; Si enim promitto, dare pauperi elemosynam, non statim voveo illam dare, quia non dirigo promissionem ad Deum, & ex altera parte natura promissionis est respectiva ad alium, quare ex consensu etiam alterius debet suam vim accipere. Certè utraque sententia probabilis est.

3. Jam verò, ut redeamus ad nostra, Hæc doctrina, quod semper sit necessaria acceptatio ad pariendam obligationem ex iustitia, adeò certa est, ut Doctores illam supponen-

tes solum quærant, an de jure positivo tantum, an etiam de jure naturæ requiratur hæc acceptatio ad hanc obligationem inducendam. In qua quæstione illud prius tenet Molina, b & Covarruv. c hoc postea tenet merito communis opinio, quam sequitur Sanchez, d aliique. Et ratio melior esse debet, quia, ad inducendam obligationem iustitiæ, debet Promittens transferre Jus iustitiæ in Promissarium, per quod is habeat potestatem exigendi promissum: at hoc Jus transferri in alterum, non potest, nisi hic alter illud velit recipere, atque adeò, nisi acceptet. Ni ita diceremus, sequeretur, quod si Rex mihi donaret Regnum, & ego illud acceptare nollem, invitus essem Regni Dominus.

4. Confirmatur item à posteriori, quia si Promissarius, vel Donatarius acquireret rem ante suam acceptationem v. gr. servum, sequeretur, eum sine sua voluntate, & omnino coactum debere habere curam dicti servi v. gr. si ægrotaret, vel ne delinquat, tunc potè jam in ipsius dominio constitui. Et rursus sequeretur Promittentem, donantem vè, posse exercere superioritatem in Promissarium, & Donatarium, dum illum posset cogere ad habendum, quod ipsi nolint, ut ad curam prædicti servi ægrotantis suscipiendam, &c.

5. Neque dicas, ut acquiratur Jus ad legatum, non requiritur acceptatio, immò, neque notitia legatarii de eo, sed statim, secuta morte Testatoris, res legata ad legatarium pertinet, ergo eodem modo, ut acquiratur Jus ad rem promissam. Ne id dicas, inquam, nam etiam in Legatario, vel ejus, Successore requiritur acceptatio, sed Lex propter bonum publicum disposuit, hac acceptatione posita, acquisitionem legati retrahat ad tempus mortis Testatoris, hoc est, res legata censetur acceptata, & acquisita usque à tempore dictæ mortis, ut dicitur in Tr. de Testamentis.

6. Ex dictis fit, ut Promittens possit sine iniustitia promissionem, immò, & Donationem revocare, si nondum Promissarius, seu Donatarius, sive per se, sive per alium legitimè acceptaverit: nam donec ii acceptent, non acquirunt Jus in rem, sive promissam, sive donatam. Ergo ille promittens, revocando, alterius Jus non lædit.

^a Diana p.
3. tract. 6.
q. 106.

§. II.

An eadem promissio nondum acceptata obliget ex Fidelitate.

1. **D**ictum est autem (nullam obligationem contrahit ex Justitia) nam, an contrahat aliquam ex virtute Fidelitatis controversia est apud Doctores. Vasqu. & Turrian. b nullam contrahere putant, contrahere aliquam, putat Delugo. c Huic assentior cum distinctione tamen; nam, si Promissarius nihil prorsus audivit de tua liberali promissione ipsi facta, nullam contrahes obligationem, & in hac parte convenio cum Vasqu. & Turrian. ac si Promissarius scivit tuam promissionem, licet adhuc non acceptaverit, tu contrahes obligationem (quam tamen fateor esse levem ex se, ut fatetur idem ibidem Delugo.) Ratio est, quia, ut supra vidimus, Promittens tenetur ex virtute Fidelitatis conformare suum dictum factis.

Quoniam ergo, quando nondum Promissarius tuam promissionem scivit, tu nihil ipsi dixisse adhuc censeris; ideo tunc, ne hanc quidem levem obligationem conformandi dictum factis, in favorem ipsius, seu ratione ipsius, suscepisti. At quando is scivit, licet nondum acceptaverit, jam illi promissionem enunciaisti, quare, & obligationem conformandi tuum dictum factis contraxisti. Quod si Promissarius deinde nolit acceptare, ex alio capite ab omni obligatione libereris, nempe, quia obligationem omnem tibi sic ipse remittit.

2. Nota autem, hanc obligationem, quia illa satis est levis, ut dixi, & non ab omnibus admittitur, vix in hoc Tractatu considerari solere; supponere enim semper solemus, nullam obligationem, neque ex Justitia, ut omnes fatemur, neque ex Fidelitate, ut potest satis levem, oriri ex promissione non acceptata. !

3. Quid si promissionem praedictam ante acceptationem juraveris?

Respondeo, post notitiam, licet ante acceptationem Promissarii, multo magis post acceptationem, obligaberis ex vi juramenti, atque adeo ex virtute Religionis, seu ex virtute Fidelitatis, ut conjunctae cum virtute Religionis, obligaberis enim juratam rem alteri

intimatam exequi, quia obligaberis dicta cum juramento comprobare factis; nisi forte Promissarius nolit acceptare; tunc enim satis abunde remittit, vel, nisi promissio sit de re mala, de qua infra.

4. At ante omnem notitiam Promissarii ad nihil obligaris, quamvis juraveris. Hoc enim juramentum non est factum Deo, quasi aliquid ipsi promiseris: ergo nihil illi debes, nec est factum homini, neque enim juramentum fit homini, nisi ipsi fides detur, seu, nisi ipsi dicatur id, circa, quod datur fides. Cum ergo ante notitiam Promissarii nihil illi dictum sit, nihil illi juratum fuit, atque adeo nihil illi debitum.

5. Confirmatur, quia Promissio, & Donatio, nondum tradita re, facta homini, sive absenti, sive praesenti, semper imbibit conditionem, si alter acceptet. Si ergo quis nec scivit, nec acceptavit promissionem, clare consequitur, illam non posse ullam habere vim, & consequenter nec juramentum illi adhærens, quia etiam juramentum intelligitur, si ponatur illa conditio.

6. Dixi (facta homini) si enim Deo fieret promissio ob pietatem operis, quæ promittitur, sanè erit Votum juratum, & observandum, quia Deus hujusmodi promissiones pias ipsi directas semper supponitur acceptare, ut d. Delugo d. 23. de Inst. n. 86.

§. III.

An sint casus, in quibus Promissio liberalis obliget sine acceptatione?

1. **P**lures docent, esse aliquos casus, in quibus promissio nondum acceptata obliget. Unde revocari nullo modo possit. Sed revera in his casibus, ideo revocatio locum habere non potest, quia licet primo aspectu non appareat, adest tamen dicta acceptatio. Discutramus per quatuor casus, qui hic agitari solent.

2. Primus casus est, quando promissio ita est facta ad causas pias, ut ea fuerit directa non ad ipsum locum, personamve piam, sed ad Deum, sic verbi gratia: *Promitto Deo dare pauperi aureos decem*: Hanc enim promissionem revocari non posse, etiam si ille pauper non acceptaverit, fatemur omnes. Verum id merito fatemur, nā asserimus, hic adest acceptatio.

tionem; hæc enim est promissio directè facta Deo, atque adeò est ipsissimum Votum, quod Deus acceptat, unde & inducens Voti obligationem, quæ revocari non possit. Ita Sanchez, & alii quæ.

a Sanchez. l.
1. matrim.
d. 6. à nu.
16.

3. Secundus casus, quando promissio facta est Civitati, & quidem ex quinque causis. Primò, quando facta est ad reparandam ruinam dictæ Civitatis, ortam v. gr. ex incendio. Secundò, quando facta est ob gratitudinem, quia scilicet aliquid illi promissisti ob honorem ab illa tibi collatum. Tertiò, quando facta est ob aliquod opus v. gr. ob ædificium, quod jam cœptum sit fieri. Quartò, quando facta est promissio de aliqua re Civitati & illam dedisti Municipibus. In his casibus leges allatæ à Molina b jubent, non posse revocari, quod promissum, vel, quod datum est, quamvis præcendatur ab acceptatione. Verum legatur Delugo, c qui respondet, vel in his omnibus supponi positivam acceptationem factam à præsentibus, qui promissionem audierunt, quique per has leges, quasi Procuratores facti sunt Reipublicæ, vel eas leges non jubere promissionem obligare ante acceptationem, sed postea.

b Molin. d.
263.

c Delugo
d. 23. de
Inst. à nu.
45.

d L. Inbe-
mus C. de
emancipa-
tione.

4. Tertius casus est, quando aliquid promittitur, vel datur Infanti: nam tunc Promissio, vel Donatio est irrevocabilis ex Jure. d Sed certè Lex solum loquitur de emancipatione, non verò de alijs rebus. Quod autem emancipatio data, vel promissa Infanti (quamvis eo non acceptante) sit valida, non officit datæ doctrinæ, ut mox videbis clarius paragr. seq. num. 5.

5. Quartus casus est, quando promissio facta eidem Infanti absenti, directæ est alicui præsentis; qui loco absentis acceptet, ut, si sic quis promittat. Promitto tibi præsentis dare centum Francisco Infanti. In hoc enim casu revocari non posse promissionem, docetur communiter, etiam si, non Franciscus Infans, sed tu solus acceptaveris. Verum hic adesse acceptationem factam à tertio, id est, à te, jam supponimus, à te, inquam, quasi constituto legitimo Procuratore in re utili Infantis. Quid autem requiratur universaliter ad legitime constituendum aliquem, ut is possit pro alio acceptare, dicetur

mox §. 4.

§. IV.

An ad remissionem debiti, & ad cessionem Juris necessaria sit acceptatio?

1. Per hanc occasionem. Inquires, An ad remissionem debiti requiratur etiam acceptatio eius, cui debitum remittitur? v. gr. Si ego tibi meo debitori in aureis centum, eos remittam, sive animo dumtaxat, sive verbis, sed te nondum acceptante, possum ne revocare dictam remissionem, & exigere à te debitum?

2. Respondeo, requiri acceptationem, unde in exemplo allato, te posse revocare, & cōsequenter exigere debitum. Ratio est, quia remissio debiti Donatio est, nam propterea vocari solet Condonatio, & per illam transferri debet Jus, quod habet Creditor in ipsum debitorem, id, quod sine acceptatione non fit, ut ex dictis patet.

3. Illud tamen diligenter animè est advertendum, non idem esse in cessionem, seu renunciationem juris, quæ fit, quando quis habens Jus contrariam, quam alius justè possidet, illi juri cedit. Exemplo res evadet manifesta. Sim ego v. gr. ex Testamento Titii substitutus à hæreditate, quam Cajo reliquit dictus Titius, Cajo autem noluit adire dictam hæreditatem, sed velit cedere suo juri, dico, etiam si ego nihil sciverim de hac Cessione, illamque non acceptaverim, me Dominum fieri hæreditatis, modo explicato in Tract. de Testamentis, nec illam cessionem amplius revocari posse à Cajo. Ratio est, quia ego substitutus jam fui à Titio Testatore ad habendam hæreditatem, solum intercedebat impedimentum ex eo, quod prius fuit ad hæreditatem vocatus Cajo. Remoto igitur impedimento, jam ego ex vi substitutionis hæreditatem legitime acquiram. Subsumo: sed, ut amoveatur impedimentum, neque notitia mea, nec acceptatio requiritur, sed solum voluntas illius, apud quem potestas erat tollendi, vel ponendi impedimentum; ergo, &c.

4. Atque ex hac doctrina, si rectè memineris, colligere s. olim potui, conjugem remittentem alteri conjugi culpam adulterii, Decretum non posse eam remissionem amplius revocare, quamvis alter eam nesciverit, & non acceptaverit, quia illa est mera cessio, seu

cessio.

renunciatio Juris, non vero Remissio debiti. Locum recole.

5. Ex eadem doctrina colligo in presenti, cur emancipationem Infantis fieri sine ipsius Infantis consensu, seu acceptatione, disponitur à Jure? a Ratio est, quia, ut notat Turrianus, b in emancipatione pater nihil dat de suo, sed solum cedit Patriæ potestati, quam de Jure solo positivo Pater habebat. Ea ergo potestate de licentia ejusdem Juris legitime dimissa, filius statim revertitur ad suam naturalem libertatem.

§. V.

Promissio acceptata quam obligationem in conscientia pariat.

1. Quid requiratur ad legitimam acceptationem, mox, ut dixi, diligenter explicabimus; nunc enim, ea supposita, quaerimus, an promissiones liberales (& idem est de Donatione gratuita in futurum ante traditionem; tunc enim ea Donatio non est, nisi promissio tradendi) an, inquam, ea obligationem pariant in promittente, ita, ut resiliere à Promisso non possit Promittens. Liberalis, & gratuita (dixi) nam in contractibus, & quibuscunque pactis operosis acceptationem parere obligationem Justitiæ, certum est, nec questione dignum. Abstrahimus autem à damno, quod ex promissione non servata forte consequeretur, quale esset, quando tu v. grat. ex eo, quod ego tibi promisi mutuare frumentum, & deinde non mutuavi, debuisti carius emere, quam valebar tempore promissionis; tunc enim quantitatem damni refarcire debebis; damni, inquam, intrinseci ipsi promissioni, id est, quod tu passus es, præter id, quod ipsam rem promissam non habuisti.

2. Jam veto rament Plures negent, c Plures d autem affirmant, liberalem promissionem parere obligationem gravem in re notabiliter gravi; assero tamen, id dependere ab intentione promittentis, quæ, hac in re, quadruplex esse potest.

3. Si enim Primo, is, qui promittit, voluit se obligare ex virtute Justitiæ, obligabitur graviter in re gravi, & consequenter promissionem revocare non potest. Velle enim se obligare ex virtute Justitiæ, est, velle transferre in Promissarium Jus aliquod, (quod tunc

Tamburinus de Sacramentis.

non esset quidem in re, sed ad rem promissam) & velle se constituere illi debitorem illius rei, perinde, ac si ab illo aliquid ad conferendum ipsi hoc Jus accepisset; quod enim quis pretio facere potest, potest ex mera liberalitate facere, cum quilibet de sua re disponere libere possit.

4. Si Secundo, is, qui promittit, se voluit obligare ex virtute Fidelitatis dumtaxat, obligabitur dumtaxat venialiter. Velle enim te obligari ex Fidelitate, est velle te solum dare Promissario rationabilem spem (quod leve quoddam Jus vocari potest) per quam is à te expectet prudenter rem promissam, quæ spes fundatur, non solum in ea obligatione, quam habet quilibet conformandi sua dicta cum factis, sed etiam cum fide data, ut in superioribus explicatum est.

5. Si Tertio, is, qui rem gravem promittit, voluit se obligare graviter, licet non explicet, seu non cogitet ex qua virtute; tunc obligabitur sanè graviter; idque ex virtute Justitiæ. Ratio est, quia obligatio gravis in hac re oriri non potest, nisi ex eo, quod Promittens voluit transferre Jus ad rem in Promissarium, sicuti in casu numeri tertii. Ita Delugo mox citandus.

6. Si denique Quarto, is, qui liberaliter, etiam rem gravem, promittit, non decrevit ex qua virtute, nec cogitavit, & aliquando, nec scivit, gravem, vel levem obligationem, obligabitur solum venialiter e ex virtute Fidelitatis. Ratio est, quam mox à n. 10. afferam. c Mol. d. 1. 262.

7. Primum, ex his quatuor dictis patet, Nfiate T. 2. quia, posita illa translatione Juris, graviter de cont. tr. 9. d. 29. læderetur in suo jure Promissarius, si promissum non servaretur.

8. Secundum item patet, quia deludere spem illam, non nisi leve est. sec. 7. n. 93. Del. d. 23.

9. Tertium patet etiam, quia tunc jam res reducitur ad primum actum, in quo violari diximus justitiam. de Inst. à n. 91.

10. Quartum denique, quod valdè frequens, & quotidianum esse solet, indè probatur, quia, quando homines quid promittunt liberaliter, abstrahendo, vel non advertendo ad mensuram obligationis, non solent, nec censentur (quando aliud non addunt) se obligare, nisi ad id, quod requirit natura liberalis promissionis: at hæc non requirit, nisi obligationem levem.

11. Confirmatur, quia, nec ipse Promissarius

Pppp

rius

rius in hoc quarto modo Promissionis aliquid amplius expectat, & imprudens ipse in convictu humano iudicatur, si cum eodem rigore expectaret id, quod ipsi modo dicto promittitur, cum quo solet expectari id, quod debetur ex iustitia.

12. Confirmatur iterum, quia promittens hoc quarto modo, omnibus expensis, est dubius, an graviter obligetur, an leviter, ergo sicuti in lege, quando dubium est, an illa obliget graviter, an leviter, possum ex Castropalao eligere, quod minus est, puta obligationem levem, ita hic, ubi adest quasi Lex privata, quam sibi indicit Promissor.

13. Dictum autem est in hoc quarto dicto (quando aliud non addunt.) Nam si quis addat v. g. Juramentum, vel Scripturam publicam, vel aliquod verbum significans rigorosam obligationem, ut si dicas: obligo me quantum possum, ad hoc vel illud faciendum, seu donandum, seu vendendum, &c. quæ verba non sint dicta urbanitatis gratia, si inquam, aliquod ex his addas, signum est, te voluisse ex Iustitia obligare, juxta dicta in primo, vel tertio modo.

14. Hinc ergo rectè Sà b Vix ait, quis promittentium obligari intendit, nisi juret, aut faciat Instrumentum.

15. Hinc Molina e ait, in ejusmodi gratuitis promissionibus homines, ut plurimum, nisi aliud exprimant, velle solum ex Fidelitate se obligare.

16. Hinc Lessius, d quamvis nobis aliàs contrarius, faterur multorum promissiones, qui leviter solent multa promittere, hoc modo esse intelligendas.

17. Hinc Sanchez e alias nobis etiam contrarius, admonet plurimas promissiones excusari à mortali, quia non intendunt homines se obligare præcisè, sed ex quadam benevola honestate.

18. Porro indicia, quibus discerni potest, non affuisse animum se obligandi primo, vel tertio modo ex dictis, id est sub mortali, sunt duo. Primum, si requisitus, ut promissionem juramento firmet, id recuset, non ob juramenti solam reverentiam, (quod certè non est passim etiam cum veritate adhibendū) sed ne astringatur ad promissum servandum. Secundo, si, quando promissisti, rogatus fuisses, an velles te obligare ad mortale, respondisses, te nolle. Lege Oñate, f qui latius hæc sig-

na, unde dignoscatur ejusmodi intentio percurrit.

Promissio dubia.

19. Quid si omnibus expensis sit dubium, an verba indifferentia ad significandam obligationem, vel solam urbanitatem, fuerint à te in promittendo dicta cum animo te obligandi, judicandum ne erit, adesse obligationem?

Respondeo, non esse judicandum. Ratio est, quia in liberalibus Donationibus non censetur quis, se obligare per verba, quæ in alterutram partem sumi possunt, suntque indifferentia ad significandam, vel obligationem, vel urbanitatem; tunc enim ea verba non arguunt animum se obligandi. Ita Delugo, g & Oñate. h

20. Quod si, hac occasione quæras. Quid, si verba non sint indifferentia, sed explicent obligationem rigorosam, ut, si dicam Promitto tibi hanc rem, &c. me ex nunc obligo, quantum possum, ad hoc tibi donandum, sed vere tum negativè dubius, an id ex animo me obligandi, an solum ex urbanitate sic promiserim?

21. Respondeo. Communis opinio, quam idem Delugo i sequitur cum Sanchez, k & Castropalao l docet in utroque foro esse obligationem rigorosam. Hos autem idem docuimus l. i. in Decal. m seu addidimus, quoad forum conscientiae, aliquid benignius dici posse, idque non esse improbabile. Locum n. o relege. Quæ tamen benignitas, an excipi possit in promissione, quæ imbitur in solenni professione, & consequenter in matrimonio aliis expendendum, ibidem n dedimus.

Notabilis quantitas in promissione liberali quomodo mensuranda?

22. Duo super sunt explicanda: Alterum: Diximus num. 8. & 9. Promittentem, si se velit obligare graviter, peccare mortaliter, quando res promissa est gravis & ipse non observat. Jam scire quis cupiet, equæ nam sit gravis ejusmodi res? In promissione prædicta liberali v. g. pecuniæ peccabo ne mortaliter eam promissionem in illa quantitate non servando, in qua peccarem, si illam furarer?

23. Respondeo, cum Sanc. o & Delugo p requiri quantitatem quadruplo majorem, quam requiratur in furto. Si v. g. teneas fur-

a Cast. T. 1.
tr. 3. Del.
d. 1. p. 9.
n. 1.

b Sà V.
Promissio
nu. 1.

c Molin. d.
261. n. 3.

d Less. l. c.
c. 18. dub.
n. 58.

e Sanc. l. 1.
mat. d. 5.
n. 21.

f Oñate
Lc. sec. 8.

zum quatuor Juliorum esse mortale, sanè, ut sit peccatum mortale, non servare promissionem, qua te graviter voluisti obligare, requiritur, ut non serves promissionem donandi sexdecim Julios. Ratio potissima est quia minus offendit, qui rem suam non dat, licet promissam, quam, qui alienam furto rapit, & certè, qui liberaliter promittit, non debet tam rigorosè urgeri, ut à sua munificentia exquè urgeatur, ac à delicto furti.

Lege nostrum opusculum de Sacrificio Missæ, ubi resolvo, an non servans promissum de celebranda una, vel altera Missa, graviter peccet.

Quid addat Iuramentum supra promissionem acceptam?

24. Alterum: Diximus n. 13. Iuramentum esse signum, quod quis se ex Justitia, atque adeo graviter obligaverit, si illud apposuit liberali promissioni: nunc quaerimus, an præscindendo à ratione signi talis animi se obligare volentis, iuramentum ipsam ex se hoc faciat: id est, an Iuramentum additum promissioni liberali, & non obligatoriæ graviter, eo ipso obligationem inducat sub mortali, & vinculum Justitiæ superaddat. Vinculum Justitiæ dico, nam, quod inducat obligationem sub mortali, propter vinculum Religionis, quod à Iuramento superadditur, certum est ex alibi doctis, & quia Iuramentum semper est in honorem Dei servandum. Solum ergo hic quaerimus, an superaddat vinculum Justitiæ?

Respondeo, id etiam ex ibidem dictis decisum manet. Probabile enim ibi reputavimus, nullum Justitiæ vinculum addi per Iuramentum, sed solum vinculum Religionis. Quare vera esse existimamus, quæ Caramuel sic breviter complectitur. Promissio acceptata (inquit) in te gravi, quæ aliter non obligaret, si roboretur Iuramento, obligat sub mortali, sed solum ex vi Iuramenti (hoc est ex virtute Religionis) unde Primo, poterit remitti à Promissario. Secundo, si is, qui iuravit, obtineat legitimam Iuramenti dispensationem, etiam si eam obtineat inconsulto, aut contradicente illo, cui promissio facta fuit, ad nihil obligabitur, & nec peccabit, quia tota obligatio nascebatur ex Iuramento (hoc est ex Religione) quod jam tollitur à

Vicario Christi, id est ab habente potestatem dispensandi. Hæc ille.

25. Rectè autem dixit (legitimam Iuramenti dispensationem) ut innueret, debere intervenire causam dispensandi, nam ad legitimam quamecunque dispensationem obtinendam, debere adesse causam proportionatam, est communis doctrina: quæ autem, & qualis sufficiat, nos expluimus cum de Iuramenti relaxatione tractavimus. d

d L. 3. m.

Dec. §. 3.

n. 14.

§. VI.

Quid nam requiratur ad legitimam acceptationem.

PERSONA LEGITIMA.

1. **R**equiritur Primò, ut Persona, quæ Promissionem (immò, & quamecunque Donationem) acceptat, sit legitima, id est, vel ipse Promissarius, vel alius ejus vices legitime gerens: quis autem hic sit, dicam mox separatim.

Acceptatio sive externa, sive solum interna.

2. Requiritur Secundo, ut ipsa acceptatio sit quidem, sed non necessariò sensibilis, & externa; ad formandam enim promissionem sufficit, quod sit interna dumtaxat. Si enim mihi ablenti scribas, equum mihi commodatum à te, mihi eidem te donare: & ego sine ullo actu externo, animo interno illum acceptem, acceptabo sufficienter. Idem ergo erit, si scribas mihi, aliquid te mihi promittere, & ego illud internè acceptem. Dixi (ad firmandam promissionem) nam ad hoc, ut promittens, vel Donans cognoscat promissionem suam jam esse firmam, noscere sanè debet acceptationem Promissarii, vel Donatarii, quod absque acceptatione externa esse, sine Dei revelatione, non potest.

3. Dices, Cur ipsa Promissio, vel Donatio debet esse sensibilis, immo ipsi Promissario intimata, & cognita, ut supra vidimus, acceptatio autem Promissarii nequaquam?

Respondeo. Quia per Promissionem, vel Donationem debet Dominus transfere Jus rei in Promissarium, vel Donatarium, quod

Pppp 2 sine

sine ejusdem Domini expressione fieri nequit; nequit enim alter, nisi cognoscat hanc voluntatem Domini, consentire ad acquirendum ejusmodi Jus. At Promittens, vel Donans nullum Jus acquirere debet, quare non est necesse, ut alterius acceptationem sciat.

4. Dices Secundo. Cur in aliis contractibus, vel Donationibus onerosis ad eorum irrevocabilitatem, & validitatem regulariter requiritur, ut acceptatio sciatur à Donatore, vel ab alio contrahente, non autem in casu nostro?

Respondeo, quia in aliis debet oriri obligatio in utroque contrahentium, & uterque debet acquirere Jus alterius, & transferre Jus suum alteri, si enim ego vendo tibi equum, non solum debeo transferre Jus equi in te, sed etiam debeo acquirere Jus ad pretium, quod mihi tradis, vel promittis, quæ absque eo, quod cognoscam tuum assensum, acquirere non possum: at in casu nostro promittens nihil acquirere debet, ut dictum est. Dixi (regulariter in aliis contractibus onerosis) nam esse aliquos casus, in quibus, neque in his, talis cognitio sit necessaria, indicat Delugo. ^a

^a Delu. dij.
22. delu. f.
m. 33.

Acceptatio absoluta.

5. Requiritur Tertio, ut Promissarius acceptet absolute, non conditionate; si enim conditionata esset acceptatio, deberet omnino expectari positio conditionis, ut ex se patet.

6. Hinc incidit ea quaestio, quæ à Molina nimis indistinctè proponitur, undè nec distinctè solvitur, An scilicet sufficiat ad legitimam acceptationem, si promissarius hoc modo acceptet promissionem, quam illi præsentis facis hujus libri v. g. *Accepto, si tu vis, vel si tibi placeat.*

^b Molin. d.
264. m. 5.

7. Respondeo, sufficere, quia, si ego promitto, vel dono aliquid tibi præsentis, jam volo, & mihi placet, ut acceptes, ergo jam purificata est ejusmodi conditio. Dixi (tibi præsentis) nam, si tu esses absens, & per Epistolam v. g. aliquid tibi ego promitterem, non sufficeret acceptatio hoc modo facta, quia potuit occurrere, ut ego promittens animum mutaverim, & jam non amplius valeat tua acceptatio, quia jam nolo amplius tibi do-

nare, atque adeo, nec tu valide possis acceptare.

8. Quid, si quis ita acceptet? *Accepto tuam promissionem, si tu illam servare velle, seu remitto me tua voluntati, si velle promissum stare?*

Respondeo, non sufficere, seu (melius) dico, te sic nihil agere, sic enim acceptando, relinquis promittentem sine ulla obligatione servandi promissum, ergo promissionem nullam acquiris.

Auditio Promissionis.

9. Requiritur Quarto, ut, qui acceptat, audierit promissionem, vel Donationem sibi fuisse factam, audierit, inquam, vel ab ipso Domino sive coram, sive per Epistolam legitime subscriptam, vel ab internuncio item legitimo, id est per ipsum Dominum designato; non ergo sufficit, si audierit à quocunque alio Tertio, qui fortè promissionis factæ conscius fuit, & Promissario ex se renunciavit. Ita Sade. & alii que. Ratio est, quia solus Dominus, vel ejus legitime vicem gerens potest transferre in te Jus ad rem suam, quod requiritur in valida promissione, vel Donatione, non vero quilibet Tertius siue legitima commissione ipsi data. Ergo donec Dominus per se, vel per alium hanc translationem notam legitime faciat: animum verum transferendi non habuisse, judicabitur.

10. Delugo d. putat, sententiam contrariam (quam sequitur Gregorius Lopez affertens pro se Baldum) quod nimirum sufficiat illius Tertii non missi à Domino, esse aliquando veram, id est, quando promittens loqueretur coram multis eo animo, ut sic sua promissio perveniret ad promissarium, instar Testatoris, quando loquitur coram Notario, & Testibus, ut cognitio suæ ultimæ dispositionis perveniat ad heredem viventem, immo etiam ad Successores, qui nondum nati sunt: & instar Dei, qui Mysteria Fidei revelavit Prophetis, ut ad posteros eorum cognitio pariter perveniret.

11. Equidem approbo substantiam hujus doctrinæ, sed assentiri non possum, id esse ex contraria sententia. Manifestè enim est ipsissimum, quod nos docemus, nam illi multi præsentis, qui supponuntur cognoscere pro-

138. n.
16. n.

138. n.
16. n.

138. n.
16. n.

promittentem loqui cum animo, ut promissio ad Promissarium perveniat, quales etiam sunt Notarius, Testes, & Prophetæ, designantur, & destinantur ad ferendam illam notitiam, ergo non sunt Te tui non missi.

Acceptatio promissionis vera.

12. Requiritur Quintò, ut acceptatio sit circa veram promissionem, non autem fictam. Immo, si tu promissisti serio, id est vero animo promittendi, sed ego putante fingere, vel joculari, nihilominus acceptem, non erit a sufficiens acceptatio, quia non est acceptatio vera promissionis. Ratio est, quia ego acceptare non possum, nisi id, quod cognosco, cum ergo non cognoscam, nisi fictam promissionem, fictam solum accepto, hoc est accepto nihil.

Acceptatio post mortem promittentis?

13. Requiritur Sextò, à nonnullis, ut acceptatio promissionis, seu donationis fiat, antequam promittens, vel Donans moriatur. Verum id rejicit Lessius, & meritò, potest enim fieri acceptatio, etiam post ejus mortem, sive à Promissario, sive Donatario, sive ab eorum heredibus. Ratio est, quia cum Promissio, & Donatio non revocantur, censentur etiam post mortem remanere; unde, & apta, ut acceptentur. Ita Less. b. aliique. 14. Idem Lessius, & Sanchez limitant hanc universalem doctrinam ad casum, quo sequantur Promissio, vel Donatio facta est ab ipso promittente, vel Donante, at verò quando à 3. Me. commissa, seu mandata est, ut fieret ab aliquo alio T. 1. nuncio, ajunt, non posse validè acceptari post mortem Promittentis, vel Donantis, quia mandatum datum nuntio statim spirat morte Mandantis, atque adeo cum nihil remaneat mandati, nihil post eorum mortem acceptari validè poterit à Promissario, vel Donatario.

15. Sublimitant tandem iidem, seu excipiunt à dicta limitatione, quando mandatum est ad pias causas. Primò, quia in favorem animæ judicatur mandans voluisse, ut suum mandatum datum Nuntio perseveraret. Secundò, quia cum Mandans in alia vita propensior sit ad opera pia, magis est judicandus approbare mandatum illud.

17. Ego, ut ab hac sublimitatione incipiam, illam profectò approbo propter primam rationem dictam, non verò propter secundam.

Secunda enim ratio hæc est, quia in alia vita defunctus propensior est ad opera pia. Hoc dictum absolute non placet, tum, quia fortè Defunctus est damnatus in gehenna, tum, quia, esto sit in gloria: tamen ejus approbatio nihil prodest ad rem nostram; Cum enim Defunctus amittat omne dominium rerum temporalium, ejus approbatio post mortem nihil Juris transferre poterit.

17. Limitatio autem illa, quam Lessius, aliique tradiderunt numero 14. puta, spirare mandatum datum Nuntio à Promittente, vel Donante, non ulquequaque aridet; licet enim spirare probabile sit, unde invalidè acceptari, tamen probabile etiam judico, non expirare in casu nostro promissionis, seu Donationis liberalis, quia mandatum favorabile cum sit gratia facta, non expirat morte mandantis. Ita sustinet Sà, e & in simili c. Sà V. Diana, d & ego alibi e dixi. Stet igitur sive Donatio, p. ommissio, vel Donatio facta sit ab ipso Promittente, vel Donante, sive mediante Nuntio, semper posse post ejus mortem validè acceptari, d. Vide etiã

18. Denique non posse hæredes Promittentis, seu Donantis revocare promissionem, seu Donationem à Defuncto factam, & ab ipso ante acceptationem non revocantam; manifestè sequitur ex data doctrina, Dec. tr. 4. cum Jus revocandi non transeat ad hæredes, c. 1. §. 5. & sic docent apud Merollam f. Bartol. Cl. n. 11. rus, aliique. Immo ejusmodi promissionem f. Merolla transire in Legatum omnino ex Justitia tradendum Promissario, dicitur in Tract. de c. 2. n. 89. Testam.

Acceptatio Promissarii, seu Donatarii tacentis.

19. Requiritur Septimò, ab aliquibus, ut acceptatio fiat expresse. Sed certe etiam tacitè fieri validè per silentium potest; In contractibus enim lucrantis, ut est ille, de quo loquimur, silentium regulariter arguit acceptationem; Si enim ego tibi offeram centum v. g. aureos, & tu, id à me audiens, hæc Diana p. taces, approbare, & acceptare convinceris. 8. tr. 6. ref. Ita g. Sanch. aliique, quibus adde multos citatos, & exceptos à Diana. h. finem.

Pppp 3

Ratio

Ratio est, quia in re sibi utili, & ex qua nonnisi commodum sequitur, maximè valet ea Juris Regula: *Qui tacet, consentire videtur.*

20. Dixi (*regulariter*) fateor enim posse non raro silentium oriri ex verecundia, ne offendatur, qui offert, si non acceptem, immo, aliquando ex re ipsa oblata oriri potest, ut silentium potius ostendat rem despici, quàm acceptari, ut, quando tam est vilis, vel parva, vel me indigna res promissa, ut silentium illud sit, potius exprobatio, quàm approbatio: id, quod certè ex adjunctis erit à prudenti viro colligendum.

§. VII.

Quis nam possit pro alio absente legitime acceptare, seu (quod idem nunc est, quando loquimur in conscientia) stipulari?

1. **P**remittendum est Primò, te iterum, iterumque esse monendum de eo, quod nimis sæpè monuimus, nimirum nos loqui de contractibus lucrativis, id est de Promissione, vel Donatione liberalibus, nam in contractibus onerosis, cum ex utraque parte inducatur gravamen, certum est, semper adesse debere consensum utriusque, puta *Instit. de Promittentis, & Promissarii, idque saltem §. Si quis per legitimum Procuratorem; tunc enim jam in Procuratore ipse Principalis consentit, ut b Mol. d. 264. §.*

2. Premittendum Secundò, valde pro re, de qua agimus, differre, si promissio, vel Donatio facta absenti, dirigatur presenti, & si Merolla T. dirigatur absenti. Nam, si absente v. gr. Pet. d. 1. c. 2. tro, sic dicam, *Promitto, vel dono equum Petro, à n. 866.* atque hanc promissionem, seu Donationem Sanc. l. 1. acceptet nomine Petri aliquis præsens, qui-
matrim. p. cunque ille sit (etiam si sit Tutor, vel Cura-
7. n. 12. tor absents Petri, & etiam si sit Donatio
Diana p. in causam piam, ut contra aliquos docet c
8. tr. 6. res. Sanch.) nihil operabitur ejusmodi accepta-
93. & se- tio, estque perinde, ac si nulla prorsus fuisset,
qui. multo unde eam ego potero revocare ante absents
citans. acceptionem. Ratio est; quia cum per
c Sanc. l. c. hunc modum nulla ratione contrahatur cum
n. 10. & presenti, sed solum cum absente, hujus
apud Dia- consensus est expectandus. Excipe, nisi
nam l. c. ille præsens fuisset à Petro ad hanc accep-
res. 96. tionem faciendam expressè deputatus:

valeret enim tunc acceptatio, quia tunc Petrus dicitur præsens in alio, ut in simili dixi n. 1.

3. At verò, si sic dicas, *Promitto, vel dono tibi Antonio præsenti equum pro Petro absente, & Antonius acceptet, tunc enim verò rationabilis quæstio esse potest, an valeat præsents acceptatio.* De priore igitur modo hic non est agendum, quia, ut dictum est, nihil ea operatur, ut cum multis notat Merolla: *d. d. Mol. agendum verò est de posteriore, ac decernendum, an illa acceptatio semper sit legitima, Bart. d. ut consequenter valida.*

4. Sed quæres antea, si verba, nec diri-
gantur ad absentem, nec ad præsentem, ut, si præsens, præsentem Antonio acceptante, dicas: Pro- alio qua- mitto, me daturum equum Petro, sensus ne erit: Promitto, me daturum ipsi Petro equum, an, Promitto Antonio præsenti, me daturum equum Petro absenti?

Respondeo, Merolla e ait, sensum esse Meroll. hoc secundo modo, atque adeo aliquid op-
rari ejusmodi acceptionem posse, quia citati sunt omnes leges clamant, in dubio cum sensum aliquid esse eligendum, qui faver actui, ut scilicet actus sit validus.

5. Verum Bartolus, aliique ab eodem Merolla citati, sed non recepti, censent, sensum esse primo modo, atque adeo, nec valere, nec aliquid operari, qui ea verba, dum nullo modo diriguntur ad præsentem, promissio convincitur facta solum absenti.

6. Ego Bartolum sequor, tum propter rationem jam dictam, tum quia, si omnibus expensis, res adhuc versatur in dubio, cum dubitetur, an adsit vera, & obligatoria promissio, melior est conditio Possidentis suam rem, suamque libertatem, à qua ipsum dimovere non potes, nisi certam probes affuisse acceptionem, quam certam adesse in casu dubio ostendere non vales, quia sic, casus dubius non esset.

7. Hac expedita quæstiuncula, ut regrediamur ad promissionem directam præsenti, sed factam absenti. Dico, tunc solum valere præsents acceptionem, quando præsens acceptare pro alio absente legitime potest. Ratio est manifesta, quia, si præsens non est legitimus Promissarii Procurator, nihil nomine Promissarii acquirere potest, ergo nihil operabitur, acceptando,

8. Sed ecce difficultas, Ecquando nam ita res se habebit, ut valeat acceptatio præsens pro absente? Profectò id cognoscemus, si hic afferamus Primò, eos, qui certo possunt pro absente acceptare. Secundò, eos, qui certo non possunt. Tertiò, eos, qui sub controversia.

Quinam pro alio absente potest legitime acceptare promissionem?

9. Præter illum, quem modo diximus, cui ab absente expresse mandatum est, ut loco suo promissionem acceptet. Primò, potest quilibet pro alio absente legitime, ac propterea valide acceptare, seu stipulari, quando, & quatenus sua interest ejusmodi acceptatio. Sed profectò id non tam est acceptare pro alio, quam pro se.

10. Secundò, Pater pro Filio familias, hoc est pro Filio existente sub ejus potestate.

11. Tertiò, Filius familias pro Patre.

12. Quartò, Monachus, pro Monasterio.

13. Quintò, Servus, hoc est Mancipium pro Domino. Mancipium (dixi) nam servus, qui est famulus, non ita, ut dicam mox au. 20.

14. Sextò, Tutor, ut etiam ex probabiliore sententia Curator, quia succedunt loco Patris.

15. Septimò, Quilibet pro muliere ob favorem Dotis, immo ob Donationem propter Nuptias.

16. Octavò, quilibet pro causa pia; pia enim causa eundem favorem habent, quam habet Dos. Lege a Dianam.

17. Nondò, Personæ publicæ, hoc est Magistratus, seu Juxta pro subditis; Prælati item, & Rectores pro propriis Ecclesiis, Universitatis pro singulis ex Universitate; hi enim omnes possunt promissionem, vel Donationem ipsis directam legitime acceptare pro suis, quamvis absentibus.

18. Ratio autem, quod prædicti acceptare pro aliis possunt, est, vel quia propter bonum commune, ita statutum est à Legibus, vel quia non raro dictæ acceptationes redundant in bonum præsentis, atque adeo adest acceptatio præsentis. Ejusmodi est, quando acceptat Pater pro Filio, Prælati pro Ecclesia, &c. Bonum enim filii, & Ecclesiæ est bonum Pa-

tris, & Prælati. Verùm hæc minutius tractata, atque probata lege apud Sanchez, b b Sanc. l. aliosque, & quoad pias causas Tiraquell. c 3. matrim. quo autem ad personas publicas, & Patrem, d. 7. Mo- filiumque, lege Mantica, d Molinam, rollam T. aliosque citatos.

Quinam legitime acceptare pro aliis certo non potest?

19. Si omnes extranei, qui nullum titulum habent acceptandi pro aliis, quod inde Priv. valide acceptent, jam patet ex dictis. Illis caus. pia- igitur hic numerabuntur, in quibus quam- Privi. vis appareat aliquis titulus sufficiens, tamen 114. re vera non est. d Mantica

20. Primò igitur famulus conductus ad T. 2. de ta- servendum (cum non ex toto, sed ex parte cir. con- subdatur heredi) pro ipso stipulari legitime vent. cir. nequit. 25. c. 27.

21. Secundò, Discipulus nequit pro Magistro, idque propter eandem rationem. Unde sequitur, quod nec, contra, Magister pro Discipulo.

22. Tertiò, nec filius emancipatus, id est existens sui Juris, pro Patre, quia, quando est emancipatus non est sub Patris potestate.

23. Quartò, nec idem filius, si emancipatus, si non, acceptare potest pro Matre, quia Filius non est sub potestate Matris, sed solum Patris.

24. Quintò, nec Frater pro Fratre.

25. Adverte, aliquando per accidens posse hos stipulari pro dictis, quando scilicet, ut supra dictum est, sua interest stipulatio. Nam propterea in materia Feudali, in Emphyteusi, in Usufructu, si quando prædicti sperant ad se aliquod utile proximè spectaturum, poterunt acceptare pro illis.

Pro quibusnam controversiis posse pro aliis stipulari?

26. Controversitur Primò. An Pater possit pro filio emancipato, id est pro filio sui juris, acceptare? Affirmat Sanchez. e cum e Sanc. d. Bartolo, & Baldo: Negat Merolla s. afferens d. 7. nu. 7. & ipse Baldum pro se aliosque. Utumque f Merolla probabile. lo. cit. nu.

27. Controversitur Secundò, An Mater possit pro filiis stipulari. Affirmat Sanchez. etiam si

a Sanc. l. c. a etiam si filii sint emancipati. Negat, tum pro emancipatis, tum pro non emancipatis
n. 5.
b Meroll. l. Merolla, *b* qui tamen monet id, quod modo ego universaliter dixi, posse scilicet Matrem pro filiis stipulari in materia Feudi, vel Emphyteusis, quia tunc stipulatio proximè futura est utilis Matri, ratione utilis domini. Utraque sententia probabilis pari modo est.

28. Controvertitur Tertio, An Notarius, qui videtur esse persona publica, possit stipulari, seu acceptare promissiones, & Donationes ad ipsum directas, sed absenti factas (ut semper hic loquimur.) Negat Sanchez. *c* cum multis, quos ipse citat, quibus adde Castropal. *d* Affirmat cum multis Merolla, *e* & Diana. *f* Utrumque simili modo probabile. Sequere id, quod tibi magis arriserit. Mihi arridet sententia Sanc. quia Notarius non est persona publica potestatem aliquam habens in Cives, sed solum est publica, quia fidem publicam facit de iis, quæ ipse, ut Notarius, scribit.

Illud fateor cum iisdem Sanchez. & Castropalao ibidem, Notarium stipulari posse pro absentibus, quoad ea, quæ ad Judicia pertinent, & à partibus afferuntur; id enim solum conceditur à Legibus propter bonum publicum, quod per Judicia dirigitur, non verò conceditur extra Judicium.

Hæc, quia pro foro conscientie sunt pro utraque parte probabilia, satis sit sic summam retulisse.

Ex data doctrina de Acceptatione quatuor casus deciduntur.

PRIMVS CASVS.

An semper duplici Promissioni correspondere debeat duplex acceptatio?

29. Titius promittit, vel donat, non sequuta traditione, Cajo Prædium, hac conditione, ut post ejusdem Caji mortem, prædium transeat ad Sejum. Acceptavit Cajus, sed postea Titius vult revocare illam conditionem in favorem Seji factam, idque antequam ipse Sejus acceptet, licetne potest, & valide?

g Sanc. l. l.
h Delugo
d. 23. de
Inst. n. 85, go *h* merito respondent. Ratio est, quia in hoc

casu duplex involvitur Donatio, altera facta Cajo, quæ jam est irrevocabilis, quia acceptata, Altera facta Sejo, quæ, quia nondum est acceptata, revocabilis est. Idem dic, quamvis ejusmodi Donatio jurata fuerit, quod constat ex dictis à nobis supra, & quodque etiam docet ibidem Delugo, licet neget ibidem Sanchez.

31. Quod dictum est de Promissione ante rei promissæ traditionem, potest etiam queri de Donatione, sequuta jam traditione, an scilicet, si donasti & tradidisti v. gr. equum Petro ea conditione, ut post annum tradat illum Paulo, an, inquam, antequam Paulus acceptet, possis eam Donationem Paulo factam revocare?

Et Respondeo, posse propter eandem rationem. Lege Dianam. *k*

SECUNDVS CASVS.

An acceptatio unius profit alteri, ratione connexionis rei promissæ?

32. Promitto Petro absenti centum aureos, in quibus decem promitto tibi præsentem, inquiri, si tu, qui nullum mandatum habes à Petro, ut pro illo acceptes, acceptes tuos decem, Inquiri, inquam, an possim revocare promissionem factam Petro, quod nonaginta, quos nondum ipse Petrus acceptavit?

33. Respondco, esse propter eandem rationem in primo casu dictam. Excipe, nisi tua inter sit, ut Petrus illa centum habeat, ut si v. g. eo mortuo, ad te, tuosque hæredes ea pertineant, vel, si tu ea decem habere non possis, nisi habeat Petrus, sua nonaginta, quod certe evenire possit, si promitto esse v. gr. ut ex vase argenteo promisso, & vendito à Petro, tua decem deberet tibi Petrus numerare,

TERTIVS

TERTIVS CASVS.

*Rei pluribus promissa, & ab iisdem acceptata
cui attribuenda?*

34. Si eandem rem promittas successive duobus, tribus, &c. iis legitime acceptantibus. Primo tradere eam debes, etiam si iuraveris tradere secundo, vel tertio. Ratio est, quia promissio facta secundo, vel tertio illicita est, posita promissione facta primo. Jumentum autem non est vinculum iniquitatis.

35. Non fies, si cum promiseris primo, rem, illamque ipsi non tradideris, promittas deinde secundo, & huic etiam tradideris, quamvis enim tu sic peccaveris? (ad quid obligeris, dicam inferius; a) tamen, quia per traditionem secundus rem facit suam, ipsius erit, & hic nullum valet illud vulgatum Juris. Multa facta tenent, quamvis fieri prohibeantur. Ita Azor, b. & ita nos alibi. c.

QVARTVS CASVS.

*Perente re promissa, quid debeat Promissario,
qui jam accepit?*

36. Id explicabitur planius, si sic figures hunc casum. Titius promittit Cajo unam ovem ex duabus, vel tribus, vel centum, quas habet, ad electionem ejusdem Caji. Ante electionem vero altera ex illis duabus, vel plures ex illis centum perire sine Titii culpa, Inquiro, an nihilominus Titius debeat dare ovem unam ex illis, quæ superstites sunt?

37. Respondeo. Recte inquiris (ante electionem) nam post electionem à Cajo factam, certum est, te ad nihil obligari, quia tunc, sicuti post electionem illa electa Cajo debetur, ita ipsi pereat, congruum est. Recte item notasti (sine Titii culpa.) Si enim ejus culpa perit, seu perire, debet sane superstitem dare, vel omnibus pereuntibus, pretio compensare: id enim damnificatio ex culpa Titii facta, omnino exposcit. In casu ergo proposito distinguendum est: si enim una, vel aliquot perire sine culpa Titii, idque ante electionem Caji remanente altera, vel aliis obligatur Titius ex iis, quæ superstites veniunt, tradere, etiam si illa, seu illæ, quæ perire, fuerint viliores. Ita Bonacina, d. quia non-
Tamburinus de Sacramentis.

dum facta electione, illæ oves Titio perire, & Cajo non est defraudandus de re ipsi promissa. Azor e tamen benignius loquitur, dicens, sufficere, si Titius donet valorem ejus, *pud Bonac. c. 1.* quæ sine ipsius culpa perit, & pari modo Turrianus f. dicens, sufficere, si donet aliam f. *Turr. a.* similem ei, quæ perit. Si vero omnes perire, tunc ad nihil debet obligari Titius, nec de Bonac. mirum, quia sine sua culpa deficit materia tota promissionis.

38. Quando autem tum hic, tum alibi dicimus adesse obligationem, semper intellige de illa obligatione, quam ejusmodi promissio inducit, sive ex Infidelitate, sive ex Justitia, sive ex alio capite juxta superius explicata.

CAPUT VIII.

De illis ultimis verbis descriptionis,
Promissionis (in cuius utilitatem res
facienda est.)

Hæc satis sunt explicata per occasionem in superioribus, & præsertim cap. 7. paragr. 4.

CAPUT IX.

Quando, & quatenus obligatio Promissionis, vel est nulla, vel cessat.

1. **A**bsoluta tractatione de Natura, & Conditionibus promissionis, ea duò breviter sunt indicanda, quæ in præsentis titulo proponuntur.

2. Quoad prius ergo. Regula generalis est Promissionem, & Donationem ante conditionem, esse invalidam, nullamque parere obligationem, quando, vel Primo est de re illicita, vel Secundo, quando ex ejus observatione daretur occasio peccandi, vel Tertio, quando est ex jure positivo, irritata, quæ partim dicta sunt cum egimus de Juramento, g. g. *Lib. 3. in* & Voto h. partim ex dictis, & dicendis facile *decal. c. 7.* colligi possunt. §. 2.

3. Quoad posterius. Promissionis obligatio orta, sive ex Fidelitate, sive ex Justitia, modo superius explicato, cessat. Primo, ut ibidem dictum est, remissione Promissarii. Secundo, ut etiam dictum est ibidem, cessatione finis principalis promittendi. Tertio,

Q 999

(quod,

(quod, & ibidem explicui) quando res promissa mutata est sine promittentis culpa, in illicitam, in impossibilem, in inutilem. Quarto, quando circumstantiae sunt notabiliter mutatae, quod & alibi ^a etiam explicuimus. Quinto, denique ex illis iisdem causis, ob quas revocari potest Donatio, de qua re dicam in Tract. de Donat. c. 6.

^a Lib. 3. in
De cal. c. 3.
§. 4. n. 5.

4. Interdum autem obligationem solum suspendi, quia fortè solum ad tempus res à Promissario remissa sit, vel mutata, res est per se manifesta. Ut etiam manifestum est, solum partem esse tradendam, quando res promissa est dividua, cessare autem obligationem tradendi partem ineptam, ut etiam superius indicatum est, & dicemus iterum cum de Donatione.

^b Onnate

4. Ex dictis cum Onnate, ^b aliisque col. T. 2. tr. 9. ligitur sequentia. Primum, si promissisti gladium d. 29. s. et. ei, qui deinde in amentiam incidit, non obligaris, immo, nec debes promissum servare, 155. Mol. quia illi gladius esset damni causa. Adverto, d. 272. n. si tibi ului esse debet gladius, ejus pretium 2. Less. l. 2. Domino deberi, & semper teneri te, vel ser. c. 18. d. sub. v. are illum ei in aliud tempus, vel tradere 10. Dia. illum, vel ejus pretium Curatori: nam per nap. 8. tr. amentiam is non amisit Jus ad rem sibi promissam. 6. resol. 105.

5. Secundò, si duo sibi invicem aliquid promiserunt, sive colligatae fuissent promissiones in unum contractum, qui solet esse sic: Hoc tibi liberaliter promitto, & tu pari modo hoc mihi liberaliter promittis: sive non colligatae, sic: Ego promitto hoc tibi, sed tu sine memoria istius meae promissionis aliquid promittis, Si, inquam, sic mutuo sibi, duo promiserint, si alter

non impleat, nec tenetur alter; quia haec justa causa censetur, ut, te revocante tuam promissionem, ego meam revocem: sic Molina, c. quicquid dicat Navarrus. d.

6. Tertiò, Is, qui tempore promissionis erat amicus, si ante traditionem superveniat inimicitia mortalis, non tenetur ad promissionem, quia in promissione semper imbitur, ex mente interpretativa Promittentis, carentia tantae inimicitiae, esto peccet aliquando peccato scandalii, &c.

7. Quarto, Sponsi non tenentur ad servandam promissionem Sponsalium, si res notabiliter mutantur. Sed de hac re nos fuisse in Tr. de Sponsal. diximus lib. 8. matr. tr. 3. c. 5. §. 8.

8. Quinto, Is, qui alteri promittit pecuniam, etiam in elemosynam, & deinde incidit in egestatem, non obligatur illam elargiri, &c.

9. Sexto, Si alicujus filius est in gravem infirmitatem lapsus, unde assistentis Patris indigeat, non tenetur Pater ad exequendas illas operas alteri fortè liberaliter promissas, quae ejusmodi assistentiam impediunt; siquidem, intendere Filio, est praeceptum, Promissio illa fuit voluntaria. Immo tanta posset esse aegrotantis necessitas, ut etiam

alias obligationes ex praecepto superare posset, ut suo loco in Tract. de Legibus explicari solet.

§ 10 (10)

9

FINIS TRACTATUS NONI.



TRACTATUS

TRACTATUS X. DE DONATIONE.

CAPUT I.

Quid sit Donatio?

§. I.

Explicatur Natura Donationis.

Quamvis, ut superius diximus, Promissio acceptata in multis assimiletur, conveniatque cum Donatione in futurum, item acceptata, sed ante rei traditionem; tamen differunt etiam permaxime in multis. Nam promissio intendit dare, & solum dat Jus ad rem promissam, illud tamen ex se esse leve, quantum est ex virtute Fidelitatis, diximus in Tractatu de Promissione. At Donatio etiam in futurum intendit dare, & dat rem ipsam, transfertque dominium in Donatarium pro tempore praefixo.

2. Hinc quando Bonacina, & alii docent, si dicam: *Dono tibi librum, quem habeo domi, unde nunc trado*, non transferri dominium libri in te, quia, inquiunt, ita Jus positivum disponit, transferri autem, si librum tibi trado, quando, inquā, sic docent, intelligunt, sive intelligere debent, non transferri cum effectu, seu executione, vel non transferri, nisi initiative, & non perfecte, modo jam explicato.

3. Jam verò Donatio definiri communiter solet, esse *Datio liberalis*: si enim quid detur ex obligatione, seu debito Justitiæ, jam Donatio non erit, sed vel venditio, vel Restitutio, vel quid simile. At (ut verum fatear) hæc Donationis descriptio potius est abminis explicatio, quam definitio, qui

caim, vel tenuem latinitatis nitorem attrigit, jam cognoscit, donare, nihil aliud esse, nisi liberaliter dare. Et nihilominus nobis ad praxim, semper intendentibus, artificiosior definitio non est opus. Lege illam apud Onnatem.

§. II.

Quantum obliget Donatio?

VT id distinctius cognoscatur (& faciet etiam ad majorem explicationem præcedentis doctrinæ) quatuor diligenter sunt distinguenda.

2. Primo enim, sic potes ex animo dicere: *Promitto tibi librum v. g. hunc donare.*

3. Secundo sic: *Donabo tibi librum.*

4. Tertio. *Dono tibi librum, quem demi habeo.*

5. Quarto. *Dono tibi librum, & nunc illum trado*, illumque te ipsa tu recipis.

6. His distinctis. Prima ex his Promissio simplex est.

7. Secunda est item simplex Promissio, idem enim est dicere, *donabo tibi librum*, ac *promitto, tibi librum donare*: id, quod cum nihil aliud sit, nisi Donatio in futurum, recte ab aliquibus dicitur esse promissio donandi.

8. Tertia est Donatio transferens dominium rei donatæ in Donatarium, sive, ut aliqui loquebantur §. præced. num. 1. sine ultimo effectu, sive executione requisita ab hujusmodi Donatione, sive, ut aliqui ibidem loquebantur, initiative.

Quoniam verò in hac Donatione nondum adest dicta traditio, ideo à Jurisperitis hæc vocatur Donatio, quæ non incipit à tradi-

a Onnate
T. 2. de
contr. tr.
10. d. 30.
sect. 1.

traditione, ut etiam appellatur promissio rei donata; donatur enim per illam res, & simul tacite promittitur tradi.

9. Quarta est donatio perfectissima, transferens dominium simul, & possessionem, vocaturque ab iisdem Jurisperitis Donatio, quæ incipit à traditione, quæ certè nullam promissionem in se, ne tacite quidem imbibit, cum omnia sint jam exhibita, translatio nimirum domini, & possessionis traditio in Donatarium.

10. Ex his ergo quatuor dispositionibus, Prima, & Secunda, si sint acceptata; quæ ratione pariant obligationem, siue ex Fidelitate, siue ex Justitia, dictum est superius, cum de promissione disputatum est.

11. Tertia, sit sit item acceptata, parit semper obligationem sub mortali in materia gravi; nec poterit Donans illam revocare sine iniustitia, obligaturque rei sic donata possessionem, vel statim, vel certè præfixo tempore, si præfixum fortè aliquod fuit, tradere. Ratio est manifesta, quia per hanc Donationem translatum est dominium in Donatarium, siue perfectè, siue initiativè juxta varios dicendi modos jam explicatos. Ergo Donatario sua res tradi semper debet ex Justitia, præscindendo à causis, propter quas ejusmodi Donatio revocari potest, de quibus inferius dicendum erit.

12. Quarta denique semper, pari, immo fortiori modo, parit obligationem sub mortali, non molestandi unquam Donatarium; res enim donata non solum est in dominio, sed etiam in legitima possessione Donatarii, præscindendo item à causis, ob quas possit revocari, de quibus inferius.

CAPUT II.

De divisionibus Donationum.

§. I.

Tres principales divisiones Donationum.

1. **P**rima divisio. Alia est Donatio merè gratuita, quæ scilicet, nulla præcedente obligatione, & prorsus sine ullis meritis Donatarii, exhibetur à Donatore. Alia remuneratoria, quæ scilicet sit ex aliqua obligatione, non quidem Justitiæ, sed

gratitudinis, quæ virtus tendit ad remuneranda beneficia juxta eorum mensuram; Beneficia, inquam, jam facta, non facienda, de qua re lege Dianam. *a* Ad Donationem autem remuneratorem satis esse, si Donator dicat, se donare ob merita Donatarii, nec opus esse, ut merita probentur, idem *b* docet.

2. *Secunda Divisio.* Alia est pura, id est sine ulla conditione, seu limitatione. Alia non pura, id est cum limitatione loci, tēporis, &c.

3. Subdividitur autem Donatio non pura in Donationem conditionalem; ut *Dono tibi equum, si hoc, vel illud facias*; & in Donationem in diem, ut *Dono tibi equum, non tunc statim, sed post meam mortem, post aliquot annos, &c.*

4. Et hæc quidem Donatio in diem, iterum subdividitur: Alia enim est in diem certum, qui scilicet certò erit, siue illum determinatè sciamus, quando veniet, siue ignoremus, ut *Dono tibi equum post meam mortem, vel post annos quinque*. Alia est in diem incertum, qui scilicet incertum est, an unquam adveniet, nam propterea ejusmodi Donatio tandem resolvitur in conditionatam, *e* ut, *c* Mol. *ut* *Dono tibi equum pro eo tempore, quo nupseris, si nupseris, si ad verum Romam, &c.* sentus enim est, *si* 201.

5. *Tertia Divisio.* Alia est Donatio inter vivos, estque ea, qua Donator transfert Dominium rei in Donatarium in vita ipsius Donatoris, quam certè solent aliqui Donatores facere revocabiliter, ita, ut illam possint revocare, quando velint, aliqui irrevocabiliter, *f*, *g*, *h*, ita, ut eam amplius revocare non possint. *i* Alia est Donatio causa mortis, estque ea, qua Donator transfert dominium rei donatæ in diem, quo Donatarium post mortem suam, id est ipsius per suam Donantis.

6. Ubi vides, propriè loquendo, Donationem factam, siue in sanitate, siue in Testamento, siue in periculo mortis, &c. si per eam non Donans statim transferat dominium rei, esse Clarè Donationem inter vivos, si post mortem, esse Donationem causa mortis. Lege Onnate, *d* negant aliosque, nec omittatur *e* Molina, qui rectè quid ex pereurit signa, & conjecturas, quibus dignoscatur, an Donatio sit inter vivos, an mortis causa; quando desunt verba expressa, quæ Donationem hanc, vel illam notent. Sed certè non erit inutile hic aliqua ex dictis signis summam afferre.

Signa

Signa Donationis inter vivos, causa mortis.

7. Primo, si donas quid, sed transferendo executionem ejusmodi donationis post mortem, tuam Donationem facis inter vivos, quia jam nunc donas, & solum Donationis effectum illum, seu complementum differis, quod explicuimus c. 1. n. 1.

8. Secundo, si absolute dones, nihil aliud addendo, Donationem facis inter vivos, quia donare sine addito, est, nunc donare.

9. Tertio, si absolute dones, quando es, ægrotus, etiam cum eo periculo mortis, quo vero simile erat, te ob mortis metum fuisse inducendum ad donandum, Donationem facis inter vivos, quia etiam donare nunc potes, dum es infirmus; Si ergo aliud non expressisti, inter vivos donasti. Exiipe, nisi Donator ejusmodi Donationem, quam Donatarius, nec per se, nec per legitimam personam accepit, apposuerit in Testamento, vel Codicillo; tunc enim ea Donatio induceret rationem Legati, essetque causa mortis; unde, ut mox dicitur, revocari potest.

10. Quarto, si dones cum addito, post mortem meam, vel, si ex hac infirmitate moriar, vel, si hac navigatione à vita discessero, clara est Donatio causa mortis, immò, quando in donatione facta est mortis mentio, propendendum est ad pronuntiandum, eam esse causa mortis, nisi aliud clare appareat in contrarium.

11. Quinto, si Donatio facta est coram quinque Testibus, cum solemnitate scilicet requisita à Testamento, vel Codicillo; magnum est signum, esse causa mortis: id enim persuadet solennitas propria ultimarum voluntatum, inter quas numerandam esse Donationem causa mortis, mox dicemus §. 2. num. 10.

12. Sexto, contra, si Donatio facta est coram duobus Testibus, signum habes Donationis inter vivos, etiam si executio ejus, ut dictum est nu. septimo, differatur ad finem mortis, quia id persuadet solennitas sufficiens ad Donationem inter vivos. Adde, semper pronuntiandum, ut actus valeat potius, quam pereat, at periret, seu irrita esset dicta Donatio coram tam paucis Testibus facta, nisi censeretur esse inter vivos.

Quando, omnibus expensis, adhuc dubitatur qualis sit Donatio, qualis sit censenda, dixi supra. a

Quando autem dubitatur de ipsa Dona-
tionis substantia, hoc est, an ipsa fuerit facta
alibi b dixi.

§. II.

*Explicantur magis predicta Donationum
Classes.*

Res promissa uni, alteri tradita.

1. Dico Primo, si promissisti mihi accep-
tanti equum v.g. donare & deinde (la-
ne cum culpa contra Promissarium superius
explicata) donasti alteri eundem equum, se-
cuta traditione, hic alter dominium habebit
equi, ego autem possum dumtaxat, & debeo,
habere interesse, si quod passus sum & nil
prætereā. Lege, quæ dixi cap. 7. de Promissio-
ne §. 5. num. 30.

*Prohibita Donazione, non prohibetur re-
muneratio.*

2. Dico Secundo, si à Principe prohibeatur
Donatio, ut prohibuit Clemens VIII. Reli-
giosis Donationes, & ut prohibet Jus Civile
Donationes inter Conjuges, gratuita solum
prohibita censetur, non vero remuneratoria,
quia hæc aliquantum deficit à propria Dona-
tione, quæ propria, tota, quanta, quanta est,
fundatur in liberalitate, nec citi debet ex ul-
lo debito etiam Gratiitudinis: prohibitio au-
tem alicujus rei, cum sit odiosa, restringenda
semper est ad rem maximè propriè talem. Ita
Sancez, & aliiq̃ contra nonnullos ab eo-
dem citatos. Lege etiam Delugo. d.

3. Inquires. Si ego donavi aliquid Titio
is autem ob gratitudinem aliud mihi retri-
buit, si deinde ego aliud quid eidem Titio
donavero, estne hæc secunda Donatio remu-
neratoria, an gratuita?

Respondeo. Est gratuita, quia tu sine ullo
debito donasti Secundo: Donatio enim Ti-
tius, cum non fuerit, nisi ad te remunerandum, 115.
non potuit ponere novum debitum in te, sed
extinxit suum. Quare tu Secundo, omnino
gratis donasti.

4. Quid, si Titius excessit in retribuendo?

Q q q q

Respon-

Respondeo. Tunc certe erit gratuita, & liberalis ejus Donatio secundum hunc excessum, & consequenter, secundum ejus excessum mensuram, erit remuneratoria tua secunda Donatio.

5. Subinquires. Quantus debet esse hic excessus, ut dicatur gratuita in retribuente, seu qui dici possit meritis precedentibus non aequipollere.

Respondeo. Id certa lege definiri non potest; nam, quamvis aliqui censeant, quemcunque excessum esse gratuitum, satis enim (ajunt) per æquale sit debita retributio: aliqui vero velint gratitudinem postulare, ut plus semper reddatur, quæ est sententia Aristotelis, a & Sancti Thomæ, b quod plus

a Arist. l.

8. Etic.

b S. Th. 2.

2. 106 a.

6. cui adde

Senec. l. 1.

de Benef.

c. 18.

c Sanc. l.

max cit. &

Dian. p. p.

tr. de Pau-

per. Relig.

ref. 16.

d Sanc. l. 8.

mat. d. 6.

n. 9. & l. 1.

Confil. c. 6

dub. 2. cui

adde Dian-

nam p. 8.

tr. 6. ref.

120.

e Molin. d.

181. d. 4.

& disp.

205. &

284.

esse, ut aliqui dixere, in dimidio, ut, si rece-
pisti decem, debeas retribuere decem, &
seant, tamen idem Sanc. d denique conclu-
dit, totum hoc prudentis arbitrio esse relin-
quendum, attenta præsertim qualitate Do-
nantis; plus enim solent, ac debent Principes
retribuere, quam Plebei, vel Religiosi, &c.
Quod autem Religiosis, & Religioni in sit
etiam debitum gratitudinis, ut juxta suam
vivendi rationem debeant, sed moderate, be-
nefactoribus retribuere, ipsum lumen natu-
rale manifeste dicitur.

6. Dico Tertio. Est latum discrimen inter
Donationem conditionalem, & inter Dona-
tionem in diem certum: Si enim sic dicas per
Donationem conditionatam: *Dono tibi æ-
quum, si moriar*, cum hæc conditio sit neces-
saria, verificatur, etiam nunc: Quare ex nunc
debes mihi equum tradere. Si vero sic dicas si-
ne conditione: *Dono tibi equum, quando mo-
riar*, debebo expectare tuam mortem, ut mi-
hi tradatur equus. Ita e Molina, apud quem
alia pertinentia ad has Donationes in
diem certum, vel incer-
tum invenies.

*Discrimina inter Donationes causa mortis,
& inter vivos.*

7. Dico quarto. Sunt denique discrimina
non pauca inter Donationem inter vivos &
Donationem causa mortis, quæ latè profe-
quitur Onate. Illud autem est potissimum,
nam Donatio causa mortis propriè accepta,
potest semper revocari; est enim instar Testa-
menti, vel Legati numeraturque inter ulti-
mas voluntates; At Donatio inter vivos pro-
priè item accepta, rebus immutatis (de qua
mutatione mox cap. 8.) revocari non potest.

8. Dixi (*propriè accepta*) nam, si Donatio
causa mortis sumatur pro qualibet Donatio-
ne præfenti, facta ob periculum mortis, quæ
tamen transferat, ex voluntate Donantis, do-
minium, ante ipsam mortem Donantis, jam
hæc non erit essentialiter donatio causa mor-
tis, ut patet ex ejus natura, quam explicui s. i.
num. 4. & 5. sed deciderit in Donationem in-
ter vivos. Sicut etiam, si Donatio inter vivos
ita fiat, ut addatur clausula, qua possit revo-
cari, quando voluerit Donator, atque adeo
semper ante suam mortem, jam hæc non erit
essentialiter donatio inter vivos, ut patet nem
ex ejus natura, quam explicui ibidem, sed de-
generabit in Donationem causa mortis.

9. Quod autem Donatio propria, causa
mortis, sit numeranda inter ultimas volunta-
tes, & non sit proprie contractus inter vivos,
inde probat, & merito, Onate g, quia ipsa
habet omnia signa ultimarum voluntatum; si
habet enim inquit, Primo, voluntatem de-
ambulatoriam (qua scilicet semper ante mor-
tem potest per meram voluntatem Donantis
revocari.) Secundo requirit quinque Testes.
Tertio, Insinuatione non indiget. Quarto, sit
plene inter absentes. Quinto, plures, qui con-
trahere non possunt possunt mortis causa do-
nare. Sexto, denique confirmatur morte do-
nantis, non autem antea.

10. Si Donationi causa mortis adjungatur
Juramentum, quo donans promittit, illam
non revocare, vel (quod in casu saltem nostro
idem moraliter est) quo donans promittit
cum Juramento, illam adimplere, Onate, si
docet, revocari eam propter Religionem Ju-
ramenti amplius non posse, sed tunc degenerare
à propriè dicta donatione causa mortis,
& fieri donationem inter vivos. Verum de
hoc

hoc Juramento non revocandi testamentum, & consequenter donationem causa mortis, vide, quæ nos alibi a diximus, & quæ dicemus b mox in simili.

11. De donatione causa mortis innumeri jurisperiti late disputant, innumeriq; Theologi, quorum præcipuos citatos habes præter Onare, c & Molina d apud Dianam e varias de hac dispositione facultates pereurrentem.

Donatio, non subsistente causa ipsius.

Ubi

De simili Eleemosyna, vel Legato.

12. An donatio facta ob aliquam causam, et non subsistente, sit valida?

Respondeo, necessariam esse distinctionem. Donatio enim per errorem facta, quando error cadit in substantialia, est nulla, est autem valida; quando in accidentalia, qui ibi non subsistit causa donandi, quare, nec donatio ab illa dependens, hic vero subsistit. Et ratio ulterior est, quia, non persistente causa cadente in substantialia, donans merito judicatur, nequaquam persistere in sua dispositione, at vero, non persistente causa cadente in accidentalia, quia sic levis est mutatio, in eadem dispositione merito persistere judicatur. Vide quæ in simili dixi de Promissione cap. 4. à num. 8.

13. Illud diligenter advertendum, hic, nomine substantialium intelligi omnes illas causas, quæ sunt motivæ Donationis, hoc est, quæ, si cognitæ fuissent non adesse facta non fuisset Donatio: Accidentalibus vero sunt causæ tantum impulsivæ, id est quibus cognitis non adesse, adhuc facta Donatio fuisset.

Hæc breviter innuisse sufficiat; nam multa de hoc argumento ego alibi f dixi.

14. Non subsistente paupertate, Sanctitate, infirmitate, an donatarius obligetur restituere ea, ad quæ donanda principaliter notus fuit donans ab his, causis, dixi item g alibi, ut etiam alibi de occulte defforata, si aliquid accipiat ex causa Virginitatis.

15. In dubio de animo donantis, an causa donandi fuerint motivæ, an impulsivæ? restituendum pro rata dubii puto.

CAPUT III.

Quis possit donare?

Donare ii possunt, qui legitimè sub suo dominio, vel libera administratione rem donandam habent. Dubitatur autem de aliquibus, de quibus ego alibi per alias occasiones disputavi, quorum loca, in gratiam Lectoris, indicabo infra cap. ultimo.

Alia igitur, quæ supersunt, hic in propria sede suam tractationem merito exposcunt, & ego breviter studiose propinabo.

§. PRIMVS.

Quadam Classes Personarum quid, & quantum donare possunt?

REGES, ET PRINCIPES.

1. **R**eges, & Principes donare quidem & remunerari de suis propriis bonis libere possunt. Verum de Bonis Coronæ, quæ se habent, ut bona vinculata, & ipsis data, ad bonam administrationem, & defensionem Regni non possunt profusè donare in damnum successorum, nam propterea iidem Successores possent revocare has nimis exorbitantes donationes ex prædictis bonis factas: quod minutius, multis adductis Doctoribus, habet Diana, b apud quem etiam habes donationem remuneratorem Principis non immo- 8. tr. 6. ref. deratam, cum transeat in contractum, revo- 18. lb. ref. cari non posse, eandemque multis gaudere 122. & Privilegiis. 123.

2. Illud in his dubitari solet, An, si dicti Reges, ac Principes inveniuntur ære alieno gravati, possint nihilominus donationes liberales, vel remuneratorias facere?

Respondeo, posse, sed certè limitatius. Sicut enim tunc possunt expendere ea, quæ sunt ad suum decentem statum necessaria, ita & ad has liberales, sed moderatas Donationes, quæ ad ejus decentiam sine dubio pertineant, cum non possit (ait i Delugo) Regia dignitas sine liberalitatis exercitio decenter sustineri. 23. de iust.

3. Ex qua doctrina collige idem cum proportionem sentiendum de aliis Principibus Seculari-

cularibus, immo, & proportionaliter de Ecclesiasticis, aliisque similibus; si enim eas donationes, siue mere liberales, siue remuneratorias facere possunt, quæ, omnibus à viro prudenti expensis, iudicantur pertinere ad ipsorum statum, decentiam, ita nimirum, ut viles notabiliter haberentur, ni eas facerent: quare, si moderatæ, modo dicto, sint, ut esse certe omnino debent, ad congruam eorundem sustentationem revocantur.

§. II.

Rectores Civitatum, seu Universitatum.

I non solum possunt expendere necessaria ad publicam utilitatem, ut ad conducendum Medicum, Advocatum, Magistrum Artium, ad fabricandum carcerem, ad Pontes necessarios construendos, vias accommodandas, ad procurandam annonam, &c. Verum etiam ad moderatas, juxta quantitatem Bonorum Civitatis, Donationes remuneratorias, immo ad moderatas item, & liberales, conducentes ad bonum Universitatis, qualis est elemosyna, & ad ludos, publicæ recreationis gratia, exhibendos, dummodo à necessariis, & à debitis solvendis notabile quid non adimatur. Lege Sane, *a* & Delugo. *b*

a Sane in
consil. l. 1.
c. 6. d. 8.

b Delugo
d. 23. de
Inst. m. 144

c Diana p.
8. tr. 6. ref.
16. sine.

2. Illud profecto, quod ex Bartolo assertum Diana, *c* approbare non possum, quod scilicet, si Rectores hoc anno Civitatem gubernantes, non remunerati sunt obsequium Universitati factum ab aliquo, nequeant Rectores anni sequentis remunerari, quia remuneratio (inquit Bartol.) est personalis ex parte remunerantis, Approbare, inquam, non possum, nam Rectores siue hujus, siue alterius anni non agunt nomine proprio; sed nomine Universitatis, seu Civitatis, quæ semper est, & remanet eadem persona moralis, &c.

§. III.

Parentes.

Parentes, quamvis multos habeant filios, licite ea possunt donare, quæ pertinent ad decentiam sui status. Si vero ea, quæ ad ejusmodi decentiam non pertinent, profuse donent, valide donant, quia disponunt de

re sua, sed illicitè, si notabiliter damnum faciant legitimis filiorum. Valide, inquam, donec filii revocent, nam filios posse donationes Parentum in suæ legitimæ præjudicium factas irritare per Judices post Parentum mortem, mihi certum est, & videri potest apud Rebell. *d* atque in nostro Decal. *e*

2. Quando donationem facit Pater Filio Clerico in fraudem Gabellarum, probat ibidem Diana, *f* adhuc Gabellam debere, sed deinde quæstionem irresolutam relinquit. E-*g*o sane in memoriam tibi revoco, nemini debere hanc fraudem in foro interno suffragari, nam in foro externo: cum delictum fraudis non præsumatur, evincas litem contra Gabellarios. Quod si Pater vere, & sine fallacia ex occasione quidem non solvendi Gabellam, sed ex alio decenti motivo, suum Clerico Patrimonium assignet, non mihi videatur, esse condemnandus.

3. Quid de Donatione Parris facta Filio ad ordines suscipiendos? Id hic solum quaero, nam ceterum de Donatione, quam Pater, vel Mater faciat Filio universaliter, alibi *g* dictum est.

Respondeo, Pater non solum valide potest, sed etiam obligatur dare filio, quod est necessarium ad assumendos Ordines Sacros. Intellige semper, si suppetant Patri facultates, &c. An item ad Ordines Minores, & alia minutiora erudite tractat Cutelli. *h* Data autem à Patre in Patrimonium, ut filius Ordines suscipiat, multi apud eundem Cutelli dicunt, non computari in legitimam, & venire in computationem cum aliis fratribus. Multi apud eundem negant. Utrumque probabile, id quod nos alibi satis explicuimus. *i*

4. Donatio ficta à Patre, ut item à quocunque alio ficta, filio, vel cuicunque alteri facta, hoc est, ut sequuta ordinatione, non petantur sic donata, vel, ut illa, ordinatus restituere teneatur, adhibita etiam, ut solet, Antepoca, vel, ut vocare consuevimus, Alberoano, quatenus invalida sit, & illicita, dixi supra, cum de *k* Ordine.

§. IV.

Prælati, sive Saculares, sive Regulares.

Prælati Saculares possunt, juxta prædicta, donare, quæ faciunt ad decentiam status ipsorum. Verum de his dictum est à nobis alibi.

Et hi quidem Prælati Saculares de fructibus sui Beneficii magis liberè, possunt dispo-
nere, juxta id, quod ibidem breviter explicui-
mus, quam Prælati Regulares, id est, Superio-
res Religiosorum, quia fructus omnes sunt
Religionis, non vero ipsius Regularis Præla-
ti. Quare magis moderatè se gerere ii debent
in iis donationibus, præsertim liberalibus,
quæ Religiosam paupertatem minus decent.
Qui de his distinctius quid noscere velit, le-
gat Sanch. l. aliosque.

2. Dixi (*Superiores Religiosorum*) nam de E-
piscopis assumptis à Religionibus, quæstio
est, an ii possint, quamvis illicitè, validè ta-
men donare ea, quæ supersunt ab ipsorum
congrua sustentatione. Et quidem non pau-
ci dicunt, hos semper donare prædicta, quæ
supersunt, tum illicitè, tum invalidè. Alii ve-
rò sustinent, illicitè quidem, sed validè, eo-
dem præfuso modo, quo loco citato diximus
de Episcopis non assumptis à Religionibus.
Quoniam verò utramque ex his sententiis
probabilem existimamus, satis sit sic innui-
se, Rationes enim, & Doctores pro utraque
parte videri poterunt apud Dianam & citan-
tem Vadignum, idem de Beneficiario Reli-
gioso sentientem.

§. V.

Donatio Beneficiarii spolio subditi.

AN Donatio Episcopi, & Clerici Bene-
ficiarii subditi spolio intra viginti dies
ante obitum suum facta sit invalida?

Respondeo, esse invalidam in foro externo
quia præsumitur facta in fraudem. At in fo-
ro interno & dico, esse validam, si verè fuit
Donatio inter vivos de rebus, seu de fructibus
suis, de quibus juxta supradicta dispo-
nere validè Beneficiarius poterat. Ratio est mani-
festa, quia Beneficiarius tunc habet pote-

Tamburinus de Sacramentis.

§. VI.

Novitius.

AN Donatio causa mortis facta à No-
vitio post ingressum in Novitiatum
sine licentia Episcopi sit valida.

Respondeo, esse validam, quia f. Tridenti-
num hanc licentiam requirit in Donatione
inter vivos dumtaxat.

2. An, ut Donatio remuneratoria ab eo-
dem Novitio post dictum ingressum fiat, ea-
dem licentia indigeat?

Respondeo, non indigere, quia Trideanti-
um loquitur de Donatione pura.

3. An Donatio facta ab aliquo ante in-
gressum in Novitiatum, animo ingrediendi
in Religionem sit valida sine memorata li-
centia?

Respondeo, esse validam, h. quia dictum h. idem ib.
Tridentinum loquitur solum de Donatione
Novitii, at hic Novitius nondum est.

4. Nota, si prædictus Novitius exeat à
Religione, nullam esse Donationem ante e-
jusmodi ingressum factam, resque donatas
debere redire ad Donantem, quia Donatio fa-
cta intuitu Religionis, semper imbibit con-
ditionem, Si in Religione vixero. Unde idem re-
ctè Cutelli i. excedit ad casum, quo ipse Do-
nans exeat à Religione post professionem e-
missam, quam nullam ex aliquo legitimo ca-
pite forte invenit. Si vero exeat post Profes-
sionem validam licitè per dispensationem
Papæ, verbi gratia, An recuperet prædicta bo-
na ante ingressum donata, longa est, & Ju-
risperitorum propria disputatio. Vide Cutel-
lum citatum, apud quem etiam invenies
quid de exeunte à Socie-
tate, post vota bi-
ennii.

Rrrv

§. VII. T^{ra}

§. VII.

Tutores, & Curatores.

^{1. Sane. c. 8. confil. c. 6. d. 8. Delugo d. 23. de iust. nu. 145. Molin. d. 92. fine.} 1. **T**utores, & Curatores ex Sane. & aliis que possunt solum id donare, quod ad prudentem, & decentem administrationem rerum pupilli pertinent, spectata ipsorum pupillorum facultate, & qualitate. Unde Donationes liberales profanas vix his concedo, concedo pias; Sunt enim hæc in eleemosynam, atque adeo in bonum salutis pupillorum, sed adhuc iuxta ipsorum statum.

Nec item nego remuneratorias, sed pari modo, quæ non multum excedant. Ratio horum est, quia Tutores, Curatoresque minus possunt, quam Domini suarum rerum; at Domini, si prudenter, & decenter agant, sunt certe parce profusi in rebus suis; ergo parcius profusi esse debent Tutores, & Curatores, qui Domini non sunt, sed meri bonorum pupilli Administratores.

2. Inquires. Cum remuneratoria Donatio sit illa, quæ sit supra debitum iustitiæ, quantum nam hæc importat in hoc casu Tutorum? Servivit v. gr. fideliter quis pupillo per decem annos, debentur ipsi ex stipendio pro suo labore centum aurei: at, si Tutor solum daret centum, nihil daret ex gratitudine, sed solum ex iustitia. Inquires ergo ad quantum extendi potest remuneratio?

3. Respondeo. Id certa regula definiri nequit, quia totum hoc (ait Delugo ^b) pertinet ad prudentiam Administratoris rerum pupilli, ut ex una parte non sit nimis profusus, & ex alia non sit durus, & exactus retributor obsequiorum, sed attendat ad id, quod decencia status pupilli exigit, ut cum famuli ingrati- tudinis nota afficere non possint.

CAPUT IV.

Quantum quis donare possit?

1. **P**ræscindendo à Jure Civili, quod certè prohibet, ut mox dicemus, aliquas Donationes, quilibet valide potest totum, quod habet, alteri donare, quia quilibet de rebus suis disponere, ut liber, potest. An vero licitè, vel illicitè dependet à fine,

cur donet, à damno, quod sibi, vel alteri facit, vel non facit, sic donando, &c. quæ ex dictis, & dicendis facile colligi possunt. At considerando Jæs commune, duo genera Donationum ipsum universaliter prohibet, nimirum Donationem omnium bonorum, & Donationes carentes insinuatione, de quibus jam sigillatim.

§. I.

Donatio omnium bonorum invalida est.

1. **H**anc tam amplam Donationem esse in Jure Civili prohiberi sub clausula irritante, atque adeo esse invalidam, certum est in Jure, & apud Julium & Clarum, aliosque. Ratio hujusmodi Juris fuit, quia sic Donator non posset testari, à qua impotentia testandi Jura maximè abhorrent signareque dicunt esse id contra bonos mores.

2. Dictum autem est (inter vivos) nam Donatio omnium bonorum causa mortis prohibita non est, cum ea potestatem testandi non tollat; immò, ipsam esse ultimam voluntatem nuper diximus.

3. Dictum rursus est (in jure communi) nam leges proprias quisque consulat. Dictum item est (omnium bonorum) nam, si sit non omnium, sed tamen prodiga, dixi satis ealibi.

4. Quæres. Donatio bonorum omnium estne invalida secundum totum. an solum secundum partem? Explico. Fac, te donasse omnia tua bona, ex quibus, si centum aureos tibi reservasses, jam non donasses omnia bona. Quæro igitur, an Donatio omnium, quem fecisti, sit invalida, tum, quoad hos aureos centum, tum, quoad alia bona? Idem quæri potest, si donasti omnia præsentia, & futura, an valeat etiam quoad præsentia; jam enim, si præsentia non donasses, non donasses omnia.

5. Respondeo, esse invalidam, quoad utrumque. Rationem hujus Decisionis ne aliam exspectes, nisi illam, quia nimirum, ita leges voluere, propter bonum publicum. Ita autem voluere, quia absolute totam Donationem indivisibiliter infirmant, ut parebit accuratè legenti præcitas leges.

6. Dices: At mox dicemus, Donationem factam sine solennitate Insinuationis solum infirmari, quoad partem, id est, quoad excelsum,

sum, eo modo, quo mox item explicabimus; ergo pari modo dicere debemus in Donatione omnium bonorum.

7. Respondeo. Nego consequentiam, quia in Donatione sine dicta solennitate ita clarè decreverunt leges, quod non ita decreverunt in Donatione omnium bonorum: leges enim modo num. 2. citatæ absolute, & omnino Donationem omnium bonorum infirmarunt.

8. Dices iterum cum Diana loc. cit. Ex Regula Juris: *Nil per inutile non vitiatur*. Ergo non vitiatur illa pars Donationis, quæ jam non est Donatio omnium bonorum.

Respondeo. Nego consequentiam, quia cum in casu nostro leges totam Donationem intrent, ut dictum est; neque illa pars dicta utilis est.

§. II.

Quatuor Casus, in quibus Donatio omnium bonorum valida est.

1. **P**recedentis doctrinæ sunt exceptiones, seu declarationes quatuor. Primò enim, si quis donet omnia bona præsentia, nihil aliud addendo, validè donat, quia verè non donat omnia; cum enim non donet futura, & deinceps acquirenda, poterit de his testari; Nam propterea idem docent communiter Doctores, si in Donatione omnium reservet sibi quis aliquam partem, certè non validè modicam, sed hujusmodi, ut ea reservata, censeatur ab homine prudenti non remanere Donationem bonorum moraliter omnium.

Idem etiam, quando quis sibi reservat usum fructum, vel jus aliquod, quæ simili modo non sint modici valoris; posset enim hæc Donator vendere, & de pretio testari. Non sic, si donet omnem suam hereditatem; tunc enim invalidè donaret, quia tunc de nihilo testari posset, cum sic, omnia donasset. Lege Dicam. Stillus & aliosque.

Secundò, Donatio omnium, facta causæ piæ, est valida, quia est juxta Consilium Domini. *Vade, vende omnia, & da Pauperibus.* Contra quod Jura Civilia aliquid statuere, non valent. Ita Hurtad. Layman, Vadignus, alique tum Theologi, tum Jurisperiti apud Dian. qui rejicit Caramuel contrarium.

2. Huc etiam reduci potest Renuncia-

tio omnium bonorum, quam exhibent ii, qui Religiosam eligunt vitam; id enim etiam pertinet ad animæ salutem, estque de ejusdem Domini Consilio. *Et sequere me.*

3. Tertiò, Donatio onerosa omnium bonorum valida est, quia per illam aliud accipit Donator, de quo disponere jam poterit.

4. Per similem rationem ductam ab onere, Alienationem, vel Donationem omnium bonorum factam causa Dotis Filio, vel Filia à Patre, immò & à Matre, plerique apud Marium & Cutelli putant, validam esse, quia omnes communiter concedunt, hanc non esse Donationem, sed necessitatem onerosam collocandi filios, filiasque Matrimonio, quod tamen alii apud eundem negant, nam, sic, Donatis omnibus bonis uni ex filiis ob ejus Nuptias, demeretur legitima aliis, quod efficacissimum est argumentum pro negantibus.

5. Quæres. Concesso, quod ejusmodi donatio omnium, facta causa Dotis, sit revocanda, expectandane est mors conjugis, ut Donatio revocetur, an statim poterit revocari mortuo Patre?

Respondet idem Cutelli f. dicens, sententiam asserentem expectandam esse conjugis mortem, esse fortioribus argumentis vallatam. Ipsum lege.

6. Donatio omnium bonorum inter fratres valida est ex Julio G. Claro, & Rebelho idque ob favorem servandæ agnationis, seu propriæ familiæ. Aliqui tamen id non admittunt, Lege citatos.

7. Porro, quando dicta Donatio inter fratres est reciproca, seu colligata, ut *Tibi fratri meo dono omnia bona mea, & tu mihi omnia tua*, turque quid dicendum?

Respondet, duobus modis id fieri continget. Primò, in recompensationem, ut sit sensus: *Si tu des mihi tua, ego invicem tibi dono bona mea*, & tunc valida esset Donatio perinde, ac valeret inter extraneos; hæc enim non est Donatio, sed commutatio. Secundò, non in recompensationem, sed absolute sic, *Dono liberaliter tibi fratri mea*: tu vero independenter ab hac mea Donatione dicas: *Ego tibi liberaliter dono mea*: & tunc licet inter extraneos hæc sit clarè nulla, & invalida, quia est Donatio pura ex parte utriusque (vel saltem ex parte alterius Donantis prius, in eo casu,

Riii 2

quo,

e Cutelli
T. 2. de Do-
nat. disc. 1.
Et quoad
Matrem
colligitur
ex eodem
ibidem
disc. 3. spec.
4. initio.

f Cutelli
ibid. disc. 1.
spec. 2.

g. ful. Clar.
eum Bo-
nac. l. c. p. 5
Rebell.

quem ci-
turque
Diana p. 8.
tr. 6. resol.
38. & 40.

quo; qui posterius donat, donaret ad retribuendum) tamen inter fratres, si sequaris Julium Clarum allatum numero 6. validam pronuntiabis Donationem, at invalidam, si teneas cum aliis ibidem contrariis. Sed hæc Jurisprudenti latius, de quibus non minus latè Onate Theologus, aliique ab eodem citati.

a Onate T.
2. de contr.
tr. 10. d.
30.

§. III.

Acceptans Donationem omnium bonorum, an obligetur ea restituere?

1. **I**D enim verò pertinet ad morale Theologum, de quo dico, eum, qui acceptavit ejusmodi bona, eaque possidet, non teneri illa restituere, donec à Donatione repetantur, quia ex una parte Jura non faciunt inhabilem Donatarium ad retinendum, sed solum concedunt Donatori facultatem exigendi, seu revocandi, ut habet Lessius, Rebellius, Turrianus, Filliucius, quos citat in simili, sequiturque Bonac. b & ex alia, dum Donator non repetit, cum possit, ut supponimus, cedit juri suo, & consentire censetur retentioni alterius. Ita Villalobos Rodriq. aliique apud Dianam. c

b Bonac. d.
3. de contr.
qu. 13. p. 6.
nu. 5.
c Diana p.
8. tr. 4. ref.
39.

2. Sed hic restat dubium, An statim, ac Donator privatim requirit res ipsi Donatario per prædictam Donationem omnium bonorum donatas, obligetur Donatarius restituere, an potius possit expectare sententiam Judicis?

3. Respondeo statim, nec posse expectare Judicis sententiam. Ratio est, quia Donatio ipsa est invalida, nec solum invalidanda: ergo dominium ejusmodi rerum donatarum est apud Donatorem, ipsique omnino debentur: antea verò solum retinere poterat, quia, ut dictum est, præsumebatur Donator cedere Juri suo. Ita mihi videtur esse discurrendum.

§. IV.

An Donatio omnium bonorum juramento valida sit valida?

1. **I**urisprudenti communiter docent, esse invalidam, revocarique à Donatore posse. Ratio est (inquiunt) quia ejusmodi Donatio est contra bonos mores.

2. Sed refragantur Theologi, Molina, Lessius, aliique, quos refert, sequiturque Delugo, d quibus adde Bonacinam, e & Onnatem f citantem Suar. & Vasqu. ii enim ajunt, ejusmodi Donationem, & validam esse, & non posse à Donatore revocari. Ratio est (inquiunt) quia quamvis ejusmodi Donatio prodiga sit, & consequenter non solum contra bonos mores politicos, sed etiam morales; est enim saltem peccaminosa venialiter, unde non possit confirmari Juramento, quod non est vinculum iniquitatis; tamen id, quod promittitur sub dicto Juramento, de quo loquimur, est, nolle revocare Donationem jam factam, quod licitum est (ajunt) cum nemo prohibeatur nolle, revocare Donationem, quam liberè facit.

3. Profectò tantorum virorum pace hæc doctrina, vel nimis obscura est, vel nequaquam vera. Sic ergo est planè distinguendum. Aliud est donare eum Juramento: aliud promittere item eum Juramento, se non revocaturum jam donata, ut per aliam occasionem rectè distinguit Castropal. g Juro v. gr. me nunc tibi donare equum: ecce Donationem juraram. Deinde juro, hanc Donationem jam tibi factam, me non revocaturum, etiam si adveniat casus, in quo liberè revocare possem. Ecce promissionem non revocandi, quod donatum est. Pari modo Testamentum condo, juroque, illam nunc esse meam ultimam voluntatem: At non propterea me sic privo potestate illud revocandi, seu habendi postea aliam voluntatem. Quod si Jurem, me Testamentum illud jam factum non revocaturum, tunc profectò promitto per promissionem Juramentum aliud diversum à Testamento: juro enim Testamentum factum non revocare, & hoc Juramentum, seu promissionem juratam debere omnino servari, diximus alibi, quia hæc non revocatio, nullibi, est prohibita.

4. Sic

4. Sic ergo in casu nostro, si iuro, me tibi donare omnia bona, tam Donatio, tum Juramentum huic Donationi adhaerens, invalida, per omnes communiter Doctores sunt, quia luit de re peccaminosa, saltem venialiter, de quere contra bonos mores.

Verum, si jurem, non revocare ejusmodi donationem jam factam, putaverunt modo Delugo, alique, valere juramentum, nec posse amplius saltem ex virtute Religionis revocari, quia (inquiunt) est de re, quae sine peccato servari potest, cum leges prohibeant quidem donationem omnium bonorum, sed non precipiant, ut illa revocetur, vel non revocetur: sed solum permittunt, ut possit donans revocare, si velit, quam permissionem a se per juramentum abjicere, nec peccatum est, nec contra Leges, &c.

5. Verum signatè dixi (putaverunt Delugo, alique) me enim sic philosophari juvat. Sicuti non valet juramentum de re mala, ita nec valere debet juramentum, per quod persistatur in eadem re mala; ergo, si donatio omnium bonorum, ideo non valet, quia est de re prodiga, atque adeo de re peccaminosa, eodem modo valere non debet juramentum de persistendo, seu de non revocanda ejusmodi donatione, quia est velle persistere in re prodiga, seu continuare culpam prodigalitatis: sicuti, si re injustè ejicerem in exilium, & deinde jurarem, me nolle te, cum possim, ab exilio revocare: & sicuti, si donarem legitimam mei filii extraneo, & postea jurarem, illam à dicto extraneo me revocare nolle, cum possim.

6. Est igitur res accuratè perpendenda, & sic universim (pro similibus juramentis de non revocando) distinguendum. Quoties non revocare, malum non est, toties juramentum de non revocando valet, & est observandum. Quoties vero non revocare, malum est, toties, sicuti non valet, nec observandum est juramentum de eo malo patrandò, sic non valet, nec est observandum juramentum de non revocando, quia utrobique non debet juramentum esse vinculum iniquitatis.

7. Ex hac autem certa regula fit, ut in casu, de quo loquimur, juramentum non valeat, quia persistere cum illa prodigalitate omnium bonorum, & item nolle eam revocare, cum possis, aequè malum est. At in exemplis modo allatis de non revocando Testamento, & de

non revocanda Donatione illius equi, valebit juramentum, observandumque erit, quia persistere in Testamento legitime facto, & in donatione equi, nec malum ex se est, nec prohibitum, & eodem modo, etiam res se habet in pluribus exemplis à me adductis a libi.

8. Non satisfaciunt ergo nonnulli Iurisperiti, dum sive absolute concedunt, sive absolute negant, juramentum de hisce similibus valere. Non satisfaciunt (inquam) nam ad pronunciandam dictam validitatem, vel invaliditatem, semper expendi debet, utrum juramentum cadat in rem aliquo tandem modo, sive in se, sive in ejus perseverantia, malam, an non. Si posterius, est validum, observandumque; si prius, nec validum, nec observandum.

CAPUT V.

De solennitate Donationis, id est, De ejus Insinuatione.

§. I.

Quid sit Insinuatio, & in ejus quantitatatis Donatione adhibenda

Propriam Donationis solennitas à Jure requisita est insinuatio, ut scilicet donatio debeat Judici insinuari, hoc est, manifestari. Ad quod certè satis est, si, vel ipse Donator, vel ejus Procurator, vel ipse Donatarius, ex Donatoris mandato, compareat coram Judice, qui Judex non necessario sedens pro Tribunali. (cum hic non sit actus jurisdictionis contentiosae, sed voluntariae) mandet Notario, ut eam manifestationem redigat in actis ad memoriam in futurum.

2. Hanc solennitatem, sine qua Donatio est invalida, leges invexere, ut à Judice, tanquam à persona agente pro Reipublicae bono, prodigis donationibus moderationem adhiberet. Unde rectè Onnate advertit, non posse Iudicem denegare approbationem ejusmodi Donationis, quando nulla apparet causa negandi, posse autem cum apparet, quia ad hoc instituta est Lex insinuationis, ut prudenter, & sine damno, vel boni communis, vel Tertii, vel etiam ipsius Donantis Donatio fiat.

Rrrr 3

Quantitas

Quantitas Donationis insinuanda.

3. Hæc sunt clara. Illud explicatione indiget. Nam Jura non requirunt hanc solennitatem pro quacunque modicæ rei Donatione, sed pro ea, quæ nunc post Imperatorem Constantinum & transcendat valorem quingentorum solidorum.

4. Difficultas autem tota versatur in expiscanda mensura, quæ in nostræ ætatis moneta huic summæ quingentorum solidorum correspondeat. Varii varia. Azor b ait unum solidum æquivalere nummo aureo valenti decem & septem Regalibus, seu Juliis Italicis (Julium autem continere tareum Siculum cum granis item Siculis circiter quinque alibi monui.)

5. Alii apud eundem Bonac. e aiunt, solidum æquivalere quidem nummo aureo, sed nummum aureum volunt, continere quatuordecim, aut quindecim Regales, seu Julios, quales sunt Onghari, seu Zicchini Veneti. Unde infert Bonac. ex Molina, & aliis, cum debeat hæc computatio fieri secundum tempus, quo valebant solidi, quando condita fuit hæc lex, infert, inquam, validam esse Donationem sine insinuatione, si sit valoris septingentorum aureorum.

6. Non longè abest Delugo, dicens, valorem correspondentem quingentis solidis esse in nostra pecunia, septingenta, & tredecim scuta, quæ vocantur de moneta.

7. Onnate e ait, Legem Castellæ quingentos solidos vocasse, & confirmasse, esse quingentos Maravedis de oro; vel quingentos scutos aureos singulos valoris quatuordecim Regalium.

Sed quia pro temporibus diversis (addit idem Onnate) immò & eodem tempore, in diversis locis, varius est valor monetarum, unde, variè ipsarum quantitas correspondet prædictis solidis, ideo non esse mirum, quod Julius Clarus asserat, quingentos solidos antiquos constare summam septingentorum scutorum hujus temporis, Bellarius vero dicat, efficere plusquam mille aureos, Alii autè septingentos, & quinquaginta scutos, Angelus sexcentos, Alciatus octingenta. Denique idem Onnate testatur se observasse in Pervana Provincia, ubi magna vis auri viget, soli-

doe 500. valere duobus millibus scutis.

8. Quid igitur in tanta varietate statuendum nobis? Statue juxta prudentem ejusdem Onnatæ monitionem, nimirum, meliorem computationem, hæc in re, esse non posse, nisi eam, quam in unaquaque Provincia tener, & observat praxis Tribunalium, quia praxis, & stylus Curia est optimus hujus legis interpret, eique standum, sive congruat cum quingentis solidis antiquis, sive non item. Statue item juxta similem monitionem Bonac. f. *Consulenda sunt, inquit, hæc in re statuta ejusque loci, & a Causidicis potius, quam à Theologo petenda est consultatio.*

9. Sanè Panormi quæcunque Donatio rei immobilis ejuscunque quantitas insinuari consuevit, tum, ut evitentur lites de ejusmodi quantitate, tum, quia Capitulum 61. Ferdinandi, & Constitutio Comitris Castri §. 2. de quibus mox mentionem faciam præcipit absolute, & sine limitatione donationes insinuari debere; (& quidem tum in loco, ubi eas sit, tum in loco, ubi sunt bona donata) Cum enim dicta statuta non taxent quantitatem, rectè usus subsequens explicuit quamcunque.

An Donatio non insinuata tota sit invalida?

10. Inquires Primò, si quis donet sine insinuatione rem valentem x. gr. mille solidos, estne invalida tota Donatio quoad mille, an solum, quoad id, quod excedit illos quingentos solidos, id est, quoad 500.

Respondeo. Solum quoad excessum. Quare in casu dicto valebit quoad quingentos, non vero quoad alios quingentos. Ratio hujus rei nulla alia est, nisi, quia ita expressè definitur in Jure. b

An Donatio non insinuata, sed juramento firmata sit valida, & revocari non possit, colligi potest ex supra dictis in simili.

Donata sine Insinuatione.

11. Inquires Secundò. Excessum supra quingentos solidos modo explicato mihi sine insinuatione donatum, possumne retinere in foro conscientie?

Respondeo posse, donec à Donatore recepta sit.

petatur modo, quo dixi nuper de Donatione omnium bonorum. Ipse autem semper poterit repetere, si videret, etiam si sciat, nullam in Donatione irrepsisse fraudem, vel vim, quia hanc facultatem illi Leges concedunt. Possit Donatorem cedere huic Juri, ut scilicet valeat sua Donatio sine Insinuatione saltem in foro conscientiae, significant nonnulli Doctores apud Dianam.

§. II.

Quamvis Donationes, quamvis excedentes 500. solidos non indigent Insinuatione?

1. Primò, Donatio facta causae piæ (inter piæ esse numerandam causam redimendi captivos, dubium tibi nescit) ita communiter Doctores apud Dianam.

2. Secundò, facta Principi summo, vel facta à Duce Militibus de rebus mobilibus.

3. Tertio, Donatio facta in Remunerationem.

4. Quarto, facta ob causam. Et quidem Donationem Patris, atque, ex meliore sententia, etiam Matris, factam Filio contemplatione Matrimonii ejusdem Filii, esse ob causam, diximus alibi. Quare hic consequenter dicendum Insinuationem non indigere ex vi Juris communis.

5. At nota, Donationem extranei factam alicui, etiam contemplatione Matrimonii non esse ex causa, sed prorsus liberalem, quia est voluntaria, & non procedens ex radice necessitatis, cum extraneus non obligetur curare Matrimonium alterius. Lege de hoc latè Marium Cutelli, & atque adeo certum est, semper hanc extranei Donationem esse modo supradicto insinuandam.

6. Dixi (ex vi Juris communis) nam in Jure nostri Regni Siciliae communiter nostri Doctores docent, Donationem Patris, vel Matris filiis factam, etiam ob Matrimonii causam, debere insinuari; id enim præcepit Capit. 61. Regis Ferdinandi, & novissime constitutio Comitum Castri e paragraph. secundo. Sed refragatur nihilominus idem Cutelli f. contendens dictum nostrum Jus municipale aliud intendere, non autem necessi-

tatem Insinuationis. Illum adi, si tibi est otium; monitus tamen à me, ut Insinuationem prædictam ne negligas, tum, ut lites, quantum abrumpere potes, abrumpas, tum, quia praxis nostri Regni dictum Capitulum Ferdinandi, dictamque Castri Constitutionem, ad literam, observat, ut paulò gante dig. Sup. §. 1. n. 9.

7. Quinto Donatio causa mortis.

8. Sextò, Donatio, qua uxor sua bona donat viro in dotem.

Id, quod Diana h. extendit etiam ad h. Dianæ sponsalitiarum largitatem: sed hæc ex Jure p. 8. tr. 6. communi, nam in nostro municipali Jure ref. 47. idem dic. quod dictum est modo numero sexto.

9. Septimò, Donatio bonorum, quæ Religiosus secum affert ad Monasterium, dum professionem emittit.

10. Hæ septem Donationum Classes validæ sunt sine Insinuatione, ut habent Jura Civilia, & docent communiter Doctores, quorum multi citantur à Diana loc. cit. Ratio autem Primæ est, quia Legislator Civilis non potest leges condere in detrimentum operum bonorum.

11. Ratio secundæ est, quia Donatio facta Principi, vel à prædicto Duce excipitur ab insinuatione in dicta L. Sancimus.

12. Ratio Tertiarum est, quia Remuneratoria, in rigore, non est pura Donatio, ut supra indicavimus Capit. secundo, paragr. secundo, nu. secundo. Unde Donationes reciprocar, seu colligatæ inter fratres, de quibus dixi cap. 4. paragr. secundo, numero septimo. Si fiant in recompensationem, ut ibi explicuimus, non indigent insinuatione, indigent vero, si fiant absolute, & independentes, quia illæ non sunt puræ Donationes, hæc autem sunt.

13. Huc etiam reduco Donationem, qua Filius moderatum aliquid donat Patri, ob emancipationem; ejusmodi enim Donatio remuneratoria est; Filius enim accipit à Patre Beneficium solutionis à Patria potestate. Pater autem accipit beneficium, non amplius alendi filium. Sed cur hæc Beneficia invicem non compensentur, & consequenter, quod datur, quamvis propter ipsam emancipationem, cur non dicatur pura Donatio indigens insinuatione? Sanè ita cum Pisello tenere videtur.

detur Molina citatus, sed non exceptus à Delugo. *a*

*a Delugo
d. 23. de
iust. num.
162.*

14. Ratio Quartæ est, quia non est pura Donatio ea, quæ sit ex causa, nam Donatio, g. quam alicui facis, ob obsequium, seu laborem pro te impensum, vocari non potest liberalis, seu pura.

15. Huc reduco Donationem factam ad reparandam domum, quæ ruina, vel ex igne destructa est, dummodo donata ad illum solum usum expendatur. Ratio est, quia reparatio domus causa legitima est, cum ad bonum publicum faciat, reparari domus, & ita decernitur in Jure. *b*

*b L. penul.
C. de Do-
nat.
c. l. Clar.
g. 17.*

Ratio Quintæ est, quia Donatio causa mortis, ut supra vidimus, potius est ultimæ voluntatis dispositio, quam Donatio. Esto aliquicum Julio & Claro dicant, Donationem causa mortis indigere insinuatione, quod certe etiam probabile est.

16. Ratio Sextæ, & Septimæ est, quia illæ non sunt Donationes, nam sunt quid consequens ad personam, & c.

Sed quid Primò, de remissione debiti?

Respondeo, distinguendo, nam remissio debiti juris acquisiti, si excedit prædictam summam, sub pœna nullitatis est insinuanda. At vero remissio juris acquirendi non est necessario insinuanda. Ratio est, quia illa æquivalet Donationi, non autem hæc, quæ solum est non acquisitio. Nam propterea Confessio, qua, dote non soluta, fateatur Maritus, solutam esse, indiget insinuatione, quia est remissio juris acquisiti.

17. Quid Secundò, de Donationibus pluribus facta?

Respondeo, si Donatio pluribus facta simul, eodemque tempore fiat, invalida est quoad excessum, si non insinuetur, etiam si Donator dicat, se facere diversas Donationes quia adhuc est Donatio excedens, idem dic, si ejusmodi Donatio sit diversarum rerum, ut, si quis donaret equum, prædium, vel stem, quæ quamvis singulæ non excedant, excedunt tamen simul junctæ. Relege *L. Sancimus*, ubi Legislator Donationem pluribus factam insinuationi subjectam vult, & meritò, quia sic depauperari etiam facile quis potest.

18. At verò, si successive fiat pluribus, insinuatione non indiget, quia tunc verè sunt multæ Donationes, quarum nulla, ut supponimus, excedit summam quingentorum soli-

dorum. Lege Molinam, *d* & Rebellium, & d. Molin alioque apud Dianam *f*

19. Hinc si quis donet Censum, qui uno anno non excedit quingentos solidos, excedit autem unitim cum aliis annis, si quis, inquam, donet ejusmodi Censum exigendum per multos annos, sed solum durante vita Donatarii, vel ipsius Donatoris, non indiget insinuatione, quia sic censentur multæ Donationes distinctæ; cum enim vita possit durare solum per annum, modica judicanda est Donatio, quæ sit certa, quæ autem correspondet aliis vitæ annis, cum sit incerta, non est censenda vera donatio. Contra vero, si quis donet eundem Censum exigendum à Successoribus Donatarii, & solvendum ab hæredibus Donatoris, ut etiam si quis donet eundem Censum determinando tot annos, quibus pensiones Censum excedant quingentos solidos, indiget insinuatione, quia tunc donatio præsumitur esse facta per modum annui. Ita clarè decernit dicta *Lex Sancimus §. ult.*

20. Quid Tertiò, si contra, hoc est, si multi v. gr. decem, aliquid mihi donent, quorum singulorum donatio non excedat, omnium vero excedat summam 500. solidorum?

Respondeo. Onnate *g* sic distinguit. Si ii *g* Onnate decem, communicato consilio, donent uni tibi, insinuatione opus esse, quia est una Donatio. Si vero singuli per se donent, insinuatione opus non esse, quia sic, sunt plures Donationes. Hæc Onnate, nullam rationem, nec auctoritatem ullam afferens. Non est igitur approbandus, nisi forte loquatur de Donatione facta à multis, qui constituunt unam personam moralem, ut, si Universitas, Civitas, Capitulum donaret; tunc enim esset verè una Donatio. Quod autem, si secus intelligatur, approbandus non sit, patet, quia intentio Legis est moderari effusas largitiones, hoc est. prodigaliter ex parte Donantis. At quæ effusio est, si mille v. gr. homines, communicato consilio, donent tibi singuli ex propriis bonis solidum unum?

CAPIT

CAPUT VI.

De Revocatione Donationis.

AD tres reducuntur causæ, ob quas, tum in foro conscientiarum in foro externo revocari queat donatio (multo magis promissio donandi) sive solum acceptata, sive etiam omni ex parte completa per traditionem jam exhibitam. Prima causa est ob ingratitudinem. Secunda ob prolem, postea susceptam. Tertia, ob inofficiosam Donationem. Breviter de singulis, nam quia satis plenè hæ causæ expendantur à Jurisperitis, & Theolog. ideo in his operæ pretium nobis erit, necessaria dumtaxat afferre, cætera rescare.

§. I.

Revocatio Donationis liberalis ob ingratitudinem Donatarii.

Hujusmodi ingratitudinem, quæ concedit facultatem revocandi rem donatam, & quidem etiam fructuum ex ipsa perceptorum post litis contestationem, in quinque casibus locum habere sanciunt leges.

1. Primò, quando Donatarius atrocis injurias contra Donatorem effundit; Intellige, ex meliore sententia etiam quando, licet non verbis, factis tamen atrociter est injurius, ut, si v. g. Cornua ad Donatoris postes affigat.

3. Secundò, quando manus impias infert in Donatorem.

Tertiò, quando notabile, & grave eidem detrimentum facit.

4. Quartò, quando vitæ periculum, sive per se, sive per alium eidem affert.

5. Quintò, quando Donatarius non vult implere gravamina, sub quibus Donatarius de Sacramentis.

nans rem fortè donavit. Vide tamen, quæ dicam nu. 13.

6. Nota Primò, hanc revocationem ob ingratitudinem habere locum etiam in Legato, & ut, si v. gr. Legatarius c. Mol. d. injurius atrociter esset Testatori v. gr. 112. S. a. v. cognoscendo dicti Testatoris uxorem, Legatum Bonacim. &c.

7. Nota Secundò, in prædictis committendis, debere in culpa esse Donatarium; Undè, si justè v. gr. Donatarius Donatorem homicidam accuset, si justè suum reperat, quamvis cum damno Donatoris, si justè, ut se defendat, Donatorem occidat, &c. non potest ipsi revocari Donatio, quia, ubi non adest culpa, nec adesse debet pœna.

8. Nota Tertiò, ejusmodi ingratitudinem debere coram Judice certò probari. Donec ergo quis condemnatur à Judice, poterit sibi retinere donata, nec poterit Donans ex se illa reassumere, nec si extra Judicium, sententiamque petat, poterit obligare Donatarium ad reddendum. Ita Delugo, Molina, Fagund. aliique excepti à Diana. d. Ratio est, quia d. Diana p. ad pœnam non obligatur quis, nisi post 8. tr. 6. sententiam Judicis. ref. 58.

9. Illud concederem cum Læsiò, ac Rebellio, quem sequitur, adducitque Bonacim. & eum, qui promissit rem donare, nec dum illam tradidit, posse non tradere, ac sibi retinere, si Promissarius aliquam ingrati animi notam ex prædictis contraxit, nec aliud oritur scandalum, quia certè non videtur, se voluisse obligare ad tradendam rem promissam in tantæ ingratitudinis circumstantia.

10. Dicastillus, si tamen sustinet, si f. Dicast. l. apertè constet de ingratitudine Donatarii, posse Donantem ex se reassumere rem Donatam, occultèque compensare, 157. & quia tota vis potestatis revocandi fundatur in defectu conditionis implicite appositæ in Donatione, id est, Si Donatarius ingratus non extiterit: quæ certè sententia non est improbabilis.

11. Nota Quartò, quid si ingratitudo

S s s s

æqua-

æqualis, vel gravior committatur à Donatario, præter eas quinque, quas modo numeravimus, eodem modo poterit donationem donator revocare?

Respondeo, eodem modo putant plures apud Molin. *a* quod etiam amplectitur Diana, *b* sed ipse Molin. Rebella. Turr. apud Delugo *c* id nequaquam concedunt, nam hæc potestas revocandi Donationem, cum sit ex probabiliori opinione solum de Jure positivo Legum, non verò de Jure naturæ, sitque odiosa, solum restringenda est ad expressa à legibus. Sed non ita diceret Dicastillus, qui modo fundavit totam vim ejusmodi revocationis ob ingratitudinem in apposita implicita conditione, nisi Donatarius ingratus extiterit.

12. Illud ego noto, esse tam amplam tertiam causam allatam num. 3. ut plures comprehendat ex illis, quas tu similes fortasse vocares, sed illæ verè sunt expressis, si accuratius expendantur.

13. Denique, si donans, cognita injuria, dum vixit, donationem non revocavit à donatario modis dictis ingrato, nec revocare incepit, judicari posse, factam esse remissionem à donante, quod distinctius vide apud Mol. *d*

14. Si solum fuit res promissa, & nondum tradita, posse in foro conscientie, cessante scandalo, non tradi ob æquivalentes causas ingratitudinis concedit Rebella. *e* quia præsumi potest donatorem noluisse rem quam tradere obligare rem suam in casu tantæ ingratitudinis, id, quod firmat, quæ n. 9. dicta sunt.

15. Nota Quintò, hanc potestatem revocandi non habere locum in donationibus factis Ecclesiæ, nam, quamvis ejus Prælati ingrati sit, nihil nocere poterit Donationi, quæ non ipsi, sed Deo facta est, qui certè ingratus esse non potest. *f* Quod si onus à donante donatarius ipsi Ecclesiæ impositum non adimplet, cogi poterit à legitimo Superiore, ut adimpleat, non vero ut restituat donata.

16. Denique posset hic quæri, utrum potestas revocandi donationem in dictis

casibus transeat ad hæredes? Utrum eadem potestas adsit in donatione remuneratoria? Utrum eadem adsit in donatione Beneficiorum Ecclesiasticorum? Utrum eadem adsit in Matre respectu Filii, vel in Patrono respectu liberti? Verum hæc dilucidè tractata habes apud Doctores citatos, & breviter collectos apud Delugo. *g* Vide etiam Dianam, *h* quoad donationem remuneratoriam. Quoad quamcumque autem donationem ex causa, Vide apud Marium: Cuselli. Rursus, An donator possit revocare donationem ex eo, quod donatarius non aliat donatorem jam lapsum in paupertatem? *i* & An Pareat ob causas supradictas possit revocare dotem datam Filie, dum vivit ejusdem filie Maritus, vel eo mortuo, si extent filii? sed hæc clarè habes apud eundem & Dianam.

Denique. Quid, si donatur juravit se renuntiare huic potestati revocandi ex ingratitudine? Verum ex supradictis capite quarto numer. quarto, tunc non posse revocare, colliges ex mea sententia.

§. II.

Revocatio ob filios, post Donationem susceptos.

1. Ex, quæ disponit donationem revocari ob susceptos filios loquitur quidem de libertis, sed Doctores, si live ob identitatem rationis, si live ob con-
textus variarum Legum extendunt ad nati-
alios quoscunque. Verba Legis hæc ita sunt. *m*

Si unquam libertis Patronus filios non m. l. l. habens bona omnia, vel partem aliquam quæ facultatum fuerit Donatione largitus, & postea susceperit liberos, totum ad ipsam Donatorem revertatur.

Merito quidem, quia non præsumitur velle quis, etiam si juraverit, donare rem notabilem aliis (nam excipiendæ sunt res levioris momenti) in eo casu, quo propriam sobolem nanciscatur, siue illam

illam de novo suscipiat, sive de novo cognoscat, esse suam: nam semper ejusmodi donationes imbibunt conditionem, si mihi filius non adsit. Quare tunc donatio erit in totum revocanda, si facta fuerit uni ex filiis, dicam nu. 14.

2. Adverte tamen donationem factam Ecclesiæ non revocari in totum, sed solum, quoad legitimam filii, vel filiorum. Adverte item, idem esse, quando quis juravit, non revocaturum donationem; tunc enim solum, quoad legitimam, erit revocanda, quia cum de aliis portionibus possit Pater ad libitum disponere, & sine peccato, ut hic omnino est supponendum, juramentum quoad ipsas validum est, & observandum per dicta c. 4. §. 4.

3. Verum non revocatur donatio, quando suscipiuntur filii spurii, vel non legitimi, quia dicta *L. si unquam*: semper loquitur de filiis legitimis.

4. Quid, si legitimentur per subsequens Matrimonium?

Respondeo, revocari, quia hi sunt perfectissimi legiti.

5. Quid, si legitimentur per Principis Privilegium?

Respondeo, Dicastillus negat, revocari, quia is, ait, non est perfectè legitimus. Hurtadus tamen, & meritò, docet, revocari, quia is gaudet omnibus privilegiis filii legitimi.

6. An dicta dispositio revocandi donationem ob prolem susceptam locum habeat in donatione remuneratoria?

Respondeo, a negativè, quia hæc, ut toties dictum est, non est pura donatio, de qua loquitur dicta *L. si unquam*.

7. An, quando proles præcogitata fuit, & nihilominus donatio fuit facta, ea sit revocanda?

Respondeo. Aliique *b* putant non esse revocandam, quia favor, (aiunt) hujus Legis factus est Patri, & ideo illum renuntiare poterit. Alii censent esse revocandam, quia, contra, putant, favorem hujus Legis factum esse filiis.

8. An reviviscat donatio, si filius de novo susceptus moriatur?

Respondeo, reviviscere, saltem com-

muniter, docet Delugo, quia intentio d. Delugo donatoris, semper præsumitur esse, ut d. 23. de donatio constet, si filiis, vel nepotibus *Iust. à nu.* non præjudicet. Non reviviscere tenet 180. Dicastillus, quia donatio, inquit, semel e Dicast. extincta per susceptum filium, non potest iterum vivere sine novo consensu nam l. c. donatoris. r. 61. ci-

9. Nota denique donatarium, super-venientibus donatori filiis, teneri in conscientia restituere res donatas, si à donatore etiam extra Judicium ex repetantur, quia hæc non est pœna, ut erat illa ob ingratitudinem, sed est dispositio Juris irritans omnino donationem. Si tamen donator non petat, cum possit, poterunt res donatæ retineri ex eo capite, quod tunc donator præsumitur condonare, ut modo in simili diximus, f. & docet etiam Lessius. g

10. Excipe semper ex regulis universalibus Restitutionis, nisi bona fide donatarius res acceperit, bonaque item fide non factus locupletior, consumplerit, ut notat rectè Delugo h.

Dubium indicens. An Testamentum, & Legata intelligantur revocata ob susceptam, vel de novo cognitam prolem?

11. Eo ipso revocatum intelligi Testamentum, quoad institutionem hæredis, certum est. Sed quid, quoad legata?

Respondeo Idem dicendum, ut docet, tanquam probabilius, Sanchez, i & meritò, nam, cum legata sint veluti donationes quædam, ratio, quæ probat, superveniente filio, rescindi donationem, urget, & in Legatis. Est autem in Legatis illa exceptio, ut ea legata sustinenda sint, quæ verosimiliter (id, quod ex conjecturis est colligendum) ipse Pater adhuc fecisset, natis, vel cognitis de novo filiis, Ita idem Sanc. cum pluribus, quibus add. Mol. k

12. Si supervivat Pater post natos, vel cognitos filios, & tamen Testamentum nequaquam revocet, putant aliqui, non intelligi revocatum, quia, si potuit (aiunt)

§. sss 2 & no-

& noluit, signum dat, volendi in eo perseverare. Alii tamen cum eodem Sanchez, & inquirunt, intelligi revocatum. Sed melius distinguendum cum Delugo: b Si enim adsunt conjecturæ, non revocatum expresse fuisse à Patre Testamentum, quia expectabat fortè tempus aptius revocandi, sed repente mortuus est, utique revocatum intelligitur. Si vero adsint conjecturæ prædictæ perseverantiæ, non erit revocatum.

c L. Post-
bimus
iurio ff. de
injuria
rupta.

13. Denique, si, vivente adhuc Patre, qui jam suum condiderat Testamentum, nascatur illi filius c & statim moriatur, convalescat Patris Testamentum, etiam si in illo fuisset institutus hæres quicunque extraneus, nam in Jure, quod à principio validum fuit, facilius recuperat suas vires, quam, quod fuerat invalidum de novo eas acquirit.

§. III.

Revocatio Donationis
inofficiosa.

1. **Q**uoties fit donatio (& quidem notabilis quantitatis, ut supra monui in simili, ab aliquo, qui dum donat, habet filios) nam in præcedente paragrafo locuti sumus de non habente filios, dum donat, sed habente postea) toties illa donatio, si demat de legitima filiis debita, erit, & appellabitur inofficiosa, id est, contra officium pietatis Patris, vel Matris debitum filiis, rescindique omnino debet, etiam si sit juramento firmata, quia juramentum non potest obligare aliquem in præjudicium aliorum, ut hic esset in præjudicium legitimæ filiorum.

2. Adverte autem, ejusmodi rescissionem peti non posse à filio, nisi defuncto Patre, quia legitima ei non debetur, nisi post Patris mortem.

Ex hac certa doctrina, quatuor dubitationes emergunt.

Donatio inofficiosa totane, an pars sit invalida?

3. Prima. An donatio inofficiosa facta extraneo sit invalida in totum, an solum in parte, quatenus scilicet officio legitime filiorum?

Respondeo. Si ea donatio non fuit facta animo fraudandi legitimam eorum, quibus debetur, solum invalidatur, seu revocatur, quoad partem, in quantum scilicet possit remanere dicta legitima. Erputo ad hanc revocationem (sed, ut dixi, post mortem Patris) non esse opus sententia Judicis, quia legitima semper est, post Patris mortem, debita filiis.

4. At, si ea donatio facta fuit animo fraudandi legitimam iis, quibus debetur, quod Jurisperiti dicunt, donationem esse inofficiosam re, & consilio: Aliqui apud Molinam negant, revocandam esse in totum, aliqui affirmant, at ipse Molina tandem concludit favendum esse Possessori.

Addit Delugo non esse fundamentum, cur debeat revocari in totum.

5. Ego dico Primò, certum mihi esse, revocandam quoad partem correspondentem legitimæ, & quoad partem eandem esse invalidam, & posse filium ante omnem sententiam sibi reperere, & obligari Donatarium restituere modò supra dicto in §. præcedent.

6. Dico Secundò. Si fortè judicet quis revocandam esse in totum, certum mihi esse, id non posse fieri, nisi per sententiam Judicis. Ratio est, quia hæc esset pœna illius animi defraudandi legitimam. At pœnam temporalem subire, nemo cogitur ante sententiam.

7. Objeis: Pater dum vivit, sine injuria (esto aliquando cum peccato, quando v. gr. est contra Charitatem filiis debitam) potest omnia bona sua alienare in extraneos, etiam si legitima pro filiis nulla sit remansura, nam, dum ipse Pater vivit, est Dominus rerum suarum, & legitima non debetur filiis, vel ascendentibus, nisi post Patris mortem; Ergo Donatio

natarius non obligabitur in conscientia ante sententiam, tradere legitimam prædictis filiis Defuncti, nec Filii possunt repetere ante eandem sententiam, quia ea bona non accepit Donatarius à Patre contra Justitiam.

Respondeo, Urget objectio, sed tamen dico, Esto, sit valida illa donatio, vivente Patre, at hoc mortuo, cum ea remaneat, seu evadat inofficiosa, posse filium legitimam, seu certè sua congrua alimenta ab illa donatione sibi repetere, ac debere Donatarium reddere ante omnem sententiam, quia pars illa Donationis correspondens legitimæ post mortem Patris, non est Donatarii, sed filiorum. Cujus rei ulterior ratio est similis illi rationi, quæ dicta est §. præced. num. 2. Nam, si cuti omnis donatio imbibit conditionem, si filius mihi non nascetur, ita imbibit conditionem. Si filio meo post meam mortem sua legitima, seu saltem sua alimentum non defuerint.

Donatio inofficiosa respectu Ascendentium.

9. Secunda dubitatio. An idem sit respectu Ascendentium? Si scilicet filius descenditibus carens, ita donet extraneo, ut non remanet pro Patre, vel Avo sua legitima, quæ certè ipsis debetur, moriente dicto filio, validenè donet?

Respondeo, idem esse dicendum, invalidamque esse Donationem, eo prorsus modo, quo supra de Patris Donatione respectu legitimæ filiorum. Ita Donatores omnes. *a* Et ratio nimis est in promptu, quia nimirum æquè illi debetur legitima, &c.

Donatio facta Ascendentibus, An revocanda sit, si deinde nascatur Donatori Filius?

Tertia. Titius nullos habens filios, suo Patri, vel suo Avo Donationem suorum bonorum legitimè fecit: inde ad aliquot annos nati sunt filii ipsi Titio. Quæritur, an, & quatenus hæc donatio valida sit, vel invalida?

Respondeo, Esse invalidam, idque propter rationem universaliter dictam, quia ob susceptam prolem annullatur donatio.

Urges. Estne invalida quoad legitimam tantum debitam filio jam nato, an secundum totum?

Respondeo, esse probabilius, quod sit invalida quoad totum, & consequenter, quod Ascendentes post mortem Donatoris debeant omnia bona donata restituere ante omnem sententiam filio huic nato. Ratio est, quia secundum ordinem naturalem facultates Patris descenditibus debentur, & solum in defectu Descendentium debentur Ascendentibus.

Objicis. Diximus modo, donationem factam Ecclesiæ, si postea nascatur Donatori filius, non revocari, nisi quoad nati filii legitimam, ergo pari ratione donatio facta Ascendentibus, si postea Donatori filius nascatur, non revocari debet, nisi quoad dicti filii legitimam.

Respondeo, Negando consequentiam, nam præsto est disparitas, si quidem illa est donatio facta in bonum animæ, quæ, salva legitima, sustineri censenda est à Donatore: At hæc facta Ascendentibus nulla ratione censetur à Donatore sustineri, cum (sicuti modò diximus) Ordo naturalis requirat, ut facultates Patris habeant filii, seu Descendentes, quando hi adsunt, non verò Ascendentes. Lege *b* Molin. d. 282. V. *Dubium ulterius est.*

Donatio inofficiosa facta uni ex filiis.

Quarta dubitatio. Si Pater deret uni ex filiis excessivè, cum præjudicio legitimæ aliorum filiorum, ea donatio estne inofficiosa?

Respondeo, esse inofficiosam, & revocandam, immò invalidam, atque afferre eandem obligationem restitutionis dictam numero quinto secundum illum excessum tamen, qui præjudicat dictæ legitimæ. Id satis patet ex dictis, quia sua portio legitima semper æquè filiis debetur post mortem Patris.

§§§ 3

Adde,

a Cutelli
T. 2. de Do-
nat. spec. 2
et spec. 3.

Adde, id locum etiam habere in eo ca-
su, a quo Pater causa dotis donationem
omnium honorum, vel excessivam dede-
rit uni ex filiis: erit enim etiam hæc do-
natio inofficiosa, si non remanet legiti-
ma pro aliis filiis, cum nulla causa possit
dari, quæ legitimæ favorem superet.

Illud permaximè hic est advertendum,
in quo maximè labi proclive est ei, qui
perfunctoriè quæstiones evolvit. Si enim
extraneus habuit à Titio v. gr. donatio-
nem excessivam, quam ipse extraneus
bona fide accepit, bona fide consump-
sit, nec in ullo factus est locupletior, ad
nihil in conscientia obligabitur, si Titio
deinde nascatur filius, si, si Titius,
tunc, quando donavit, filios fortè habue-
rit; ac nihil, inquam, obligabitur, ne ad
legitimam quidem dictorum filiorum.
Ratio est, quia sub prædictis circum-
stantiis ex nulla radice restitutionis ur-
getur ejusmodi extraneus, ut ex regu-
lis universalibus de Restitutione con-
stat.

At verò Filius, qui recepit à Patre vi-
vente bona, quæ, juxta alibi dicta, præ-
sumuntur pertinere ad legitimam suam,
recepit, inquam, cum præjudicio alio-
rum filiorum, debet etiam in consci-
entia computare id, quod accepit in
suam legitimam, quamvis bona fide ac-
ceperit, bonaque fide consumpserit, nec
in ullo factus sit ditior. Ratio est, quia,
quando Pater illi donavit, jam extinxit
obligationem donandi ipsi legitimam,
& jam ipse filius suam eandem legiti-
mam habuit. Ergo, quando illam con-
sumpsit, suam legitimam consump-
sit. Ergo eandem, mortuo Patre exigere
non potest, duplicatam enim haberet,
quod esset in fratrum suorum præjudici-
um.

Aliud esset, si filius bona fide occultè
quid acciperet à Patre, & bona item fide
consumeret, nec inde fieret in aliquo di-
tior; tunc enim illud non obligaretur
conferre in suam legitimam (quod certè
obligatur, si mala fide) quia, dum Pater
nihil ipsi dedit, non extinxit Jus legiti-
mæ ipsi filio debitæ, quare poterit, mor-
tuo Patre, illam exigere. Neque dicas,

hunc filium debere Patri id, quod clam
ab ipso accepit, consumpsitque unde de-
bere ipsum compensare hoc debitum
cum sua legitima post mortem Patris.
Ne id dicas, inquam, nam filius propter
bonam fidem jam dictam, & quia res ac-
cepta non extat, & in nihilo ipse factus
est ditior, nullum debitum habet, quod
debeat compensare Patri.

CAPUT VII.

Quæstiones nonnullæ de Ma-
teria Donationis.
Remissivæ?

1. **A**n Donatio possit acceptari ab e
absente? Dixi suprâ. c
2. An post mortem Dona-
toris: Ibidem. d
3. An Donatio inter vivos facta Cap-
pucinis, Minoribus, & Societati JESU
valeat, & quatenus? vide apud Sanchez, e
et aliosque. f
4. An Maritus confitens, se recepisse
hanc, vel illam quantitatem ab uxore
pro Dote, censeatur illam donare. Vide
apud Rodriq. f aliosque. g
5. An Donatarius, vel Legatarius ob-
ligetur implere Donatoris, vel Testato-
ris, si, si Vota, si, si Debita ex Justitia. Le-
ge apud Dianam. g
6. Donatio liberalis, ut etiam Testa-
mentum facta metu, nimia reverentia, in
vel importunitate per aliquos irrita sunt,
per aliquos irritanda, sicut irritandi ve-
niunt contractus onerosi. Utamque sen-
tentiam judicant aliqui h probabilem. ref. 113.
Verum ego de hac re dixi in libro Decal. g
ubi adverti, quid intelligendum sit no-
mine nimia reverentia, & importunita-
tis. Vide etiam, quæ summam dixi su-
prâ, h cum de Promissione. ibid. ref.
7. Donatio nunc facta Ecclesiæ con-
stituendæ, seu Collegio olim fundando, i
valet, revocarique non potest. Quamvis
enim nullus nunc adesset, qui acceptare
legitimè posset (nam posset fortasse Præ-
latus) tamen ex voluntate Donantis cen-
setur mis. c. 4. d
p. 2.

b Delugo
d. 24. de
Inst. n. 218
et 219.

setur facta nunc pro tunc, quando aderit
 Restor Ecclesiæ jam fundatæ, seu con-
 structæ, qui acceptare poterit. Ita colligo
 ex a Abbate. Duco autem argumentum
 ex Donantis voluntate, nam aliæ ratio-
 nes, quas pro hac validitate, adducit Dia-
 na, non videntur mihi admodum ef-
 caces. Lege ipsum.

8. Quid fiat in conscientia, si rem
 donatam famulus non afferat Donata-
 rio, & interim Donatore vivis discedat?
 Dixi in libro e Decal.

9. An peccent, & ad obligationem
 Restitutionis teneantur, qui recipiunt
 ea, quæ alter cum peccato, seu illicite do-
 nat? Dixi in libro d Decal. & universali-
 ter habet Delugo, & alique.

10. An peccet, & obligationem Re-
 stitutionis contrahat, qui impedit dona-
 tionem, si licite, si illicite alteri fa-
 ciendam? Dixi in suisdem libris Decal.

11. De donatione, quam alteri facit
 Filius familias ex bonis Patris, dixi in iis-
 dem g libris.

De donatione Religiosorum Ibi-
 dem, h

De donatione Servorum. Ibidem. i

De donatione, quam Pater, vel Mater

Filio. Ibidem. k

De donatione Uxoris de bonis Mari-
 ti. Ibidem. l

De donatione inter Uxorem, & Mari-
 tum, deque Sponsalitia largitate, dixi in
 Tractatu m de Matrimonio.

An Usurarius, An Judæus, An Cæcus
 possint donare, causa mortis, Vide apud
 Dianam, apud quem alia non pau-
 ca minutiora. Et dum ego
 tantisper quiesco, tu
 Vale.

h L. 8. in

Dec. tr. 2.

c. 4.

i Ibid. tr. 2.

c. 2. §. 1.

k L. 5. in

Dec. c. 4.

§. 2.

l L. 8. in

Dec. tr. 1.

c. 2. §. 3.

m Supra

lib. 8. de

matr. tr. 7.

de oblig.

cap. 2.

FINIS LIBRI NONI,

E T

TRACTATUS DE DONATIONE.

slt honor Deo, B. Virgini, san Croq Ve A Loy-
 slo conzaga patrono Meo:

AMICE

AMICE LECTOR.

Has sequentes Additiones ab Authore serius
aliquid transmissas, ut quando Opus jam cœ-
ptum erat, atque ideo omissas, quibus, cū
te carere nolui, ideo hic apponere vi-
sum fuit, quas ita loco suo
repone.

*Libro secundo de Baptismo, fol. 18. cap. 1. §. 5. num. 25. dele illa verba,
Sed nec credibile est in aliis. Et repone sequentia.*

Id tamen disertè S. Bernardus dicit in Epist. 340. Verum ejus sen-
tentiam sequi non possumus, & crediderim, ipsum hac nostra ætate, quan-
do res diligentius sunt disputatæ, nobis consensurum, id quod S. Doctor
innuit ipso initio prædictæ Epistolæ: sicut enim præmittit: *Breviter vobis de
proposita questione respondemus præjudicio tamen sanius sapientia.*

ET

*Folio 22. Libro eodem 2. Cap. 1. §. 8. num. 3. sine, post illud pro Baptismo
absoluto. Adde sequentia.*

Quare nec inter Baptizantem, & baptizatum oriri tunc cognatio-
nem puto cum eodem Quintanad. d. sing. 18, num. 20. licet oriri putet ex
Diacastillo Diana p. 11. tr. 8, ref. 57.

LIBER X.

DE CENSURIS.

LIBER DECIMUS,
DE
CENSURIS,
ET
IRREGULARITATE.
MONITIO AD LECTOREM.

Quoniam ea, quæ disputanda essent de Excommunicatione, Suspensione, & Interdicto, omnibus sunt obvia, & passim legi apud Doctores possunt, ego, tum ne meri exscriptoris notam incurram, tum ne meis Lectoribus, vulgaria ipsis apponendo, tædiū sim, selectas dumtaxat aliquas quæstiones, & sanè præ cæteris utiliores, de triplici hoc argumento in sequentem modum hic propono. De Irregularitate integrè agam.

TRACTATUS PRIMVS.
SELECTA
DE
EXCOMMUNICATIONE

CAPUT PRIMUM.

Divisio Excommunicationis in latam, & ferendam.

1.  COMMUNICATIO lata sententia est, quando Lex, vel Prelatus aliquid ita prohibet, ut qui secus fecerit, statim eo ipso, seu ut etiam loquimur, ipso facto, vel ipso Jure incidat in Excommunicationem; nam idcirco a in Sacro Textu dicitur Excommunicatio trahere seculam suam executionem. Excommunicatio ferenda, quam etiam appellamus commi-

natoriam, est, quando Lex, vel Superior aliquid ita prohibet, ut qui secus fecerit, non statim incidat in Excommunicationem, sed postquam constiterit eum transgressum fuisse ejusmodi Legem, vel Præceptum, & Judex, præcedente Monitione, protulerit contra ipsum sententiam Excommunicationis: Qui ergo delinquit contra priorem modum, ut Excommunicatum in utroque foro se gerat statim: quia statim, patrato delicto, in Excommunicationem incidit; qui vero contra posteriorem, non ita, quia nondum est Excommunicatus, donec Judex sententiam dictam proferat.

2. An verò sicuti Excommunicatio lata præcepto

A

præcepto

Tamburinus de Sacramentis.

a In opus-
cul. de Sa-
crific. Mis-
sa l. 3. c. 1. §.
2. n. 4.

præcepto addita signum est, eiusmodi præ-
ceptum obligare sub mortali, ita etiam, quando
additur Excommunicatio ferenda, diximus
alibi.

3. Duo hic operæ pretium est advertere Pri-
mò, quod dictum est de Excommunicatione
late sententiæ, puta, eam habere secum
suam excusationem, verum esse, etiam in
Suspensione, Interdicto, & Irregularitate:
quando in his apponuntur illæ clausulæ, ipso
facto, vel ipso iure, vel quid simile, indicans,
eiusmodi poenas non esse ferendas, sed latas;
statim enim (ut dictum est de excommunica-
tione) sine aliquo Iudicis ministerio incur-
runtur. At quando eadem dictæ clausulæ ap-
ponuntur in alijs poenis v. g. *Qui hoc delictum*
patraverit, qui non obedierit, &c. ipso facto
incidat in poenam privationis vocis activæ, &
passivæ, in poenam confiscationis bonorum, in po-
nam depositionis officii, &c. non statim eiusmo-
di poenæ incurruntur, sed requiritur manda-
tum, seu sententiæ Iudicis declarantis, commis-
sum fuisse delictum, qua declaratione prævia,
& non antea, delinquens poenis illis erit actu
subjectus.

b Th. Hurt.
p. 2 fo 57.
Vide etiam
Verric. fol.
134. n. 2.

c Bald. cit.
a Th. Hur.
lo. cit. &
Sam. de o.
lect. d. 7.
contr. 4. tr.
2.

4. Immo idem erit ex Tho. b Hurtado,
(licet e alijs negent,) etiam si addatur for-
tior clausula; sic verbi gratia. *Ne quis hoc deli-*
ctum committat sub poena privationis vocis acti-
væ, &c. ipso iure sine ulla prævia declaratione;
nam etiam tunc requiritur sententiæ declarato-
ria delicti commissi. Quod si expressè aliud
superaddatur sic: *Sine ulla prævia declaratio-*
ne delicti tunc non est mitum, statim incurri
poenam, quia in tanta expressione voluntatis
Superioris non datur aditus præsumendi, a-
liam Iudicis declarationem esse expectan-
dam.

d Sanc. l.
9. de matr.
d 30. cni
adde Sua-
rez de cens.
d 3. sect. 3.
Col. 5. de le-
gibus ca. 5.
& Sam. l. c.
in. 7. c. 8.
numeros.

5. Si quæras rationem disparitatis, cur in
his poenis requiratur dicta declaratio; non
vero in Excommunicatione, suspensione,
&c.

Responderet Sanc. d se nullam invenire, ni-
simum antiquissimum Ecclesiæ sic usurpan-
tis.

6. Adverte Secundo, difficile aliquando
esse dignoscere, an in aliqua lege Excom-
municatio, vel quælibet alia Censura sit
lata, an sit ferenda. Nam licet interdum,
quando clara sunt verba, plane discernatur,
sapiissime tamen incidimus in ambigua; de qua

re Tiraquellus a latissimè. Tunc ergo noten-
tur tres sequentes regulæ.

7. Prima regula, quando ex contextu verbo-
rum lex requirit actionem alterius, qui execu-
tioni mandet poenam, tunc poena est ferenda,
quando autem non requirit eam actionem, sed
lex immediate poenam infligit, & exequitur,
tunc poena est lata; & quia, quando ferens cen-
suram utitur præfenti, vel præterito tempore,
nullam restrictionem faciens, non requirit re-
gulariter actionem, seu ministerium alterius,
ideo regulariter erit tunc lata sententiæ; quan-
do vero utitur futuro, nullam restrictionem
faciens, quia importare facile potest al-
terius ministerium, ideo tunc erit feren-
da.

8. Secunda regula. Quoniam non sunt
certæ verborum formulæ, quibus excommu-
nicatio ferri solet, totaque sententiæ Excom-
municationis dependet ab intentione illam
ferentis, si is se declarat, vel ex alijs circum-
stantijs clarè colligatur, Excommunicatio-
nem esse latam, vel ferendam, talis omnimò
est iudicanda.

9. Dixi (clarè) nam secus nulla feretur
Excommunicatio; unde rectè Sayrus b no-
tat in his formulis. Fero in te Ecclesiasticæ
Censuræ sententiæ. Fero te mucrone Chri-
sti, vel mucrone Ecclesiastico? Indignatio-
nem Dei, vel Sancti Petri, vel nostram incurrat,
Præcipio in virtute Sanctæ Obedientiæ. Sub
interminatione maledictionis maledico te,
&c. in his, inquam, & similibus, esto peccet-
ur ab eo, qui non obedit, non tamen in-
curritur ulla excommunicatio, nec ulla cen-
sura, quia in prioribus duabus formulis non
determinatur, quæ censura, in cæteris nulla
clarè imponitur Excommunicatio, vel cen-
sura.

10. Tertia Regula. Quando res est dubia,
tunc juxta regulam decimanquintam Jus
Odia restringi, & favores convenit ampliari,
pronuntiare debemus, poenam, seu excom-
municationem esse ferendam, non vero la-
tam. Si dicat verbi gratia lex *Id ne fiat sub poena*
excommunicationis, dubitamus, an intelligen-
da sit sub poena ferenda, an sub lata, tunc er-
go restringamus, dicamusq; intelligi solum
debere de ferenda.

11. Sed adhuc via serupea est; nondum
enim expedite cognoscere ex allatis sic uni-
versa.

versaliter regulis. possum, ferenda ne sit, an lata Excommunicatio. Afferamus igitur ipsas peculiare formulas in modum sequentem: & notentur diligentissime verba, parum enim immutata ex una significatione in alteram facillime transiremus.

Certa Formula Excommunicationis lata.

12. Te Excommunico, vel excommunicamus. Sententiam Excommunicationis contra te promulgamus, seu proferimus. Excommunicationis sententia te ligo. Excommunicationis mucrone te percutio. Præcido te ab Ecclesia. Extra Ecclesiam te rejicio. Ita a Sayrus. A Sacris, humanisque te removeo; ita b Bauni. de Cen. l. 1. r. Bauni.

23. Priamus illum omni communione, nulla alia expectata sententia, aut declaratione, vel ministerio Judicis, auctoritate nostra, ex vi hujus legis, Ita c Bauni.

14. Te anathematizo, seu anathematizamus. Sayrus. d

15. Decernimus, &c. te innodantes excommunicationis vinculo. Sayrus. e

16. Præcipimus sub pœna, aut sub interminatione Excommunicationis latæ sententiæ, vel ipso facto, vel ipso jure, vel statim incurtendæ. Sayrus f. ipso facto sit extra Ecclesiam Bauni g. De illo statim vide mox nu. 143.

17. Excommunicetur, seu omni communione privetur Excommunicatione, seu per Excommunicationem latæ sententiæ. Habeatur pro Excommunicato; Sayrus. h

De formula, excommunicetur, quando nihil aliud additur vide nu. 23.

18. Excommunicationi subiaceat, vel subdatur. In Excommunicationem incidat. Excommunicationem incurrat. Sayrus. i

Sicut in ceteris alijs formulis, sic in presentibus semper fatemur k si sit aliqua alia vox, vel circumstantia, quæ ex subjecta materia restringat ad Excommunicationem ferendam. tunc non significari latam: & certe in formulis huius numeri nihil est, quod restringat.

19. Noveris, te excommunicationi subiacere. Decernimus, te Excommunicationi subiacere. Statim noveris, te esse excommunicatum. Sayrus. l

20. Maneat excommunicatus. Censeatur, vel habeatur excommunicatus, vel pro excommunicato. Sicut Excommunicatus vitetur Sayrus. a

21. Excommunicatus sit, Excommunicationis sententia sit innodatus, Excommunicatus existat. Sayrus. b

Quidquid dicat c Navarres putans (Excommunicatus sit) esse futurum Operativi modi, atque adeo continere Excommunicationem ferendam. Quidquid, inquam, dicat, Nam verbum (sum, es, est.) additum præterito præteritum significat; sicut additum futuro futurum, seu (ut loquitur Comitulus d ex Nigidio Grammatico) præterito adnexum, vel futuro trahitur ad præteritum, vel futurum. Et sanè nemo in similibus poësis, quas ex imperio infligit Superior, cordate dicet, idem esse, sit excommunicatus, atque Vinam sit excommunicatus: nam verus sensus est Imperativi modi sic: esto excommunicatus, vel, sit jam excommunicatus.

22. Anathema sit: nam licet hac formula olim, nil significaret aliud. quam execrabile, & separatam in genere, tamen e ab Ecclesia usurpatur pro peculiari Censura Excommunicationis latæ sententiæ, ut clare colligitur ex fine eiusdem Ecclesiæ violentiæ damnare separatione ab Ecclesia eos. quos sic damnat.

23. Qui hoc fecerit, excommunicatur Bonacina. f

24. Qui hoc fecerit, est, vel sit, vel erit excommunicatus. Comitulus g ob doctrinam datam modo nu. 21.

25. Noscas, te excommunicatum, Excommunicationis se mucrone noverit percussum. Scias, te excommunicatum; Te excommunicari. Doctores citati.

26. Declaramus, qui hoc fecerit, esse excommunicatum. Declara, vel denuncia, illum esse excommunicatum. Avila. h

27. Denuntiamus, dicimus, definimus, qui hoc fecerit, esse Excommunicatum. Comitulus. i

28. Prædicta formula significant Excommunicationem latam, cum monitione tamen data numero 18.

Certa Formula Excommunicationis ferenda.

29. Præcipio hoc, prohibeo illud sub pœ-

na Excommunicationis. Sub interminatione Excommunicationis, aut anathematis, sub excommunicationis interpositione, sub anathemate. Sayrus a nam in his, licet actus percipiendi sit de presenti, non tamen actus excommunicandi. *Avila, b*

Avila l. c. 30. Excommunicetis eum, qui hoc fecerit. Qui hoc fecerit, erit excommunicandus, vel Excommunicabitur. Sayrus, c

Sayrus l. c. Avila, d

Avila l. c. 31 Nota, verbum futuri temporis per aliquos, *Asi fuerit* gominatum, inducere excommunicationem late sententia. Sed negat meritò Comitoli, e quia siue unum, siue iteratum futurum, non exit à futuro, quare, si sic dicat Superior. Excommunicabitur, Irritabitur, Cessabitur electio, Irritatio non est lata, sed 34 sequens ferenda

Tiragu, l. sup. ait.

f 32 Excommunicetur, Communionem privetur, Excommunicationis vinculo innotetur. Sayrus f *Avila, g*, Imperativus enim modus (aut Comitoli citatus) ex se futurum respicit, nisi, per aliquod participium præteritum, ad aliud advocetur, ut num. 21, dictum est.

g *Sayrus l. c.* 33. Advertunt item Bonacina, n. 6. Bauni, o per hoc Imperativum Excommunicetur, vel simile, significari Excommunicationem ferendam, quando hoc Imperativum continet præceptum Iudici impositum, ut ferat excommunicationem, quo pacto locutio directa est ad ipsum Iudicem; quale est si Pontifex dicat Iudici Excommunica illum, si hoc non fecerit, seu Excommunicetur ille à te, si hoc non fecerit. At, si ipse Superior, vel Lex intendat imponere Excommunicationem, & propterea locutio dirigatur ad ipsum delinquentem, erit lata; ut, si feratur sic excommunicatio. Excommunicetis, &c. Tunc enim, cognita illa Superioris intentione, sensus est, Excommunicetis à me. Quo pacto ministerium alterius non requiritur. Si de hac intentione non constet, jam diximus num. 10. debere intelligi benigniorem partem, id est, Excommunicationem esse ferendam

DD cit. quibus ad de Felix, Castrop. cit. sed non sequitur Lesson in m. g. Prad. n. 58.

34. Qui hoc fecerit in Excommunicationem comminationem incurrat. Noverit, se in Excommunicationem incursum. Sciat, se esse Excommunicandum. Doctores citati, l

35. Licitum sit vobis, Excommunicationis sententiam contra illos promulgare Lesson in m. g. Prad. n. 58.

quit Abbas a) similitudo Excommunicationis non est Excommunicatio.

36. Sub anathemate, sub Excommunicatione prohibere curetis. Si quis prætere con temnat, cum Excommunicationi subdatis. Bauni b

37. Hac ergo, si sic pronuntietur, ferendam important Excommunicationem, non latam. siue à legem pronuntietur, siue à Iudice, ut notat *Avila* cum Sylvestro contra H. Stien sem. Applica tamen semper monitionem datam numero decimo octavo.

Dubia Formula Excommunicationis late, vel ferenda.

38. Nullus Petro communicet. Nullus ei communicet, donec satisfactione præmissa absolvatur.

Hæc dua formula continet quidem sententiam latam, quia sunt sub modo Imperativo, & locutio non dirigitur ad Iudicem, sed ad ipsum delinquentem juxta dicta numero 33. It, quod etiam ostendit illud. (donec absolvatur.) Si enim debet absolvi, jam incidit in Excommunicationem; sed apud Sayrum d dubitatur, an contineant sententiam Excommunicationis majoris Ratio dubitandi est, quia Excommunicatio major privatur Fideles communicatione hominum, & Sacrorum: at per has formulas privatur Petrus sola hominum communicatione, atque adeo videtur incurere solum Excommunicationem minorem, quæ, ut supra vidimus, est pars majoris.

39. Mihi videtur per hæc verba, nec majorem, nec minorem Excommunicationem intelligi, quia tum major, tum minor habet alios effectus præter privationem communicationis hominum, quæ sola in his verbis insigitur, & ex alia parte, cum simus in odiosis, verba non sunt extendenda Per has ergo formulas, non Excommunicatio major, vel minor, sed solum talis determinata poena privationis dictæ communicationis duntaxat insigitur ex mea sententia.

40. Habeo te pro excommunicato. Significat ferendam sententiam si à Iudice sic dicatur. At si à iure aut in Excommunicatione conditionali, quales sunt omnes, quæ dantur cum monitione Canonica, aut propter peccata futura, significabit latam; ita Sayrus e

41. Verum ego ambigo de hac doctrina; quæro enim à Sayro, cur ibidem sua numero 10. (ut 17. Sylvestro)

Abbas *ad L.* *de Reg.* *2. d. 1.* *nos retulimus paulo ante nostrum numerum 20.)* dixit. Habeatur pro Excommunicatione, esse abso-
luta Excommunicationem latam; cum idem prae-
sus sit, vel valde aequipollens cum hac formula.
Habeo te pro excommunicato. Non igitur ipsi
assensio, nam puto, utramque formulam semper
ex se significare Excommunicationem latam. Ex
se, dico, nam, si addatur aliqua monitio ante
facienda, vel quid simile requirens Iudicis mini-
sterium, tunc non est mirum, quod significet fe-
rendam, quia id Regula generalis dicta n. 7. satis
persuadet.

Comit. *Ref.* *mor. l. 6.* *p. 14.* *42. Per sequentes formulas, Qui hoc fecerit,* Excommunicationi subiacet, subdetur,
subiicitur, in Excommunicationem incur-
ret, incidet, latam Excommunicationem signi-
ficari, videtur docere Comitulus, a Ego animam
tuo, ipsum confundere illud subiacet, sub-
datur, subiicitur Excommunicationi (qua
certè sunt signa latae sententiae,) ut vidimus nu-
mero 18. cum subiacet, subdetur, subiicitur,
&c. quae cum respiciant futurum tempus,
videntur esse signa Excommunicationis ferenda.

Comit. *Ref.* *mor. l. 6.* *p. 14.* *43. Has particulas Subito, statim, confestim,*
continuo, in continenti, è vestigio, repente,
sine mora, instantanter, indilate, immédia-
te, mox; (quibus addit Bonacina, b penitus,
omnino;) cum omne temporis intervallum ex-
cludant, latam sententiam significare, ait idem
Bonacina ibidem.

Comit. *Ref.* *mor. l. 6.* *p. 14.* *44. Sed cerè id nimis confusè pronuntiavit.*
Distinctius ergo Comitulus c ex Tiraquello d
distinguendum esse monet: quando enim apparet,
sententiam, vel legem Excommunicationis per-
tinentem, illas particulas praecidere velle cunctationem pae-
nae, nec relinquere locum novae sententiae, seu mi-
nisterio Iudicis, est lata, ut, si dicat, Statim,
confestim, &c. noverit se incursum, seu
subitum Excommunicationem, qua cerè
formula, si careret illis particulis, esset Excom-
municationis ferenda ut vidimus nu. 34. Quan-
do autem ita tollit tarditatem, ut tamen relin-
quat, seu ostendat novum hominis ministerium,
est ferenda, Vt si dicat, statim, confestim,
enim Excommunicandus, noverit se statim
Excommunicandum. Nam propterea illam
formulam, Percipio sub poena Excommuni-
cationis statim incurrendae, diximus nu. 16.
denotare Excommunicationem latam: quia,
poenam Excommunicationis statim esse incur-
rendam, est de praesenti in illam incidere, nec
opus esse ullo Iudicis ministerio.

45. Removeatur, abiciatur, expellatur, pri-
vetur omni Communicatione Fidelium, Non
pauci a latam Excommunicationem putant, At,
Removeatis, expellatis, privetis cum omni
Communicatione, esse ferendam. Ratio est (in-
quiunt) quia hic requiritur ministerium ejus,
qui removeat, ibi non item

46. Sed mihi videtur, etiam ibi (nisi aliud ex
circumstantiis clarè colligatur) requiri ministe-
rium ejus, à quo quis removeatur, juxta dicta
num. 33. Immo Felinus b habet, etiam si dicat Su-
perior, statim, confestim removeatur, requiri
ministerium Iudicis, atque adeo esse Excom-
municationem ferendam; siquidem illae parti-
culae solum hic accendunt, & accelerant execu-
tionem, non faciunt. Atque ad sic sentendam
propendet tandem Tiraquellus, c si attente le-
gatur, idemque confirmant ea, quae dixi nume-
ro 33. cit.

a apud Tiraquell. l. 6.

b Felin. al-
latus à Ti-
ragu. l. 6.
n. 175.

c Tiraquell.
c. praefor-
m à nu.
171.

CAPUT II.

Metus gravis quid operetur in Excommunicatione?

§. I.

An excuset ab ejus incursum?

O MNINO hic recolendum est, Quid
sit metus gravis cadens in constan-
tem virum, Quid incussus vel non in-
cussus ad extorquendam actionem
aliquam, Quid justus, & injustus, & similia,
quae late Sanchez, d & ego collegi breviter
alibi, e.

d Sanc. lib.
4. matr. à
d. 1.

2. Quibus in memoriam revocatis, dico
metum gravem, quo scilicet timetur grave
damnum sive in vita, sive in fama, sive in
rebus, qui, modo ibidem dicto, excusat ho-
minem à peccato mortali, ob transgressionem
praecepti Ecclesiastici, quod non obligat
eum tanti mali periculo. Dico, inquam, ex-
cusare etiam ab excommunicatione, quae
ex dispositione Ecclesiae ejusmodi transgres-
sioni adnexa est. Dixi (grave damnum)
nam leve, nec à praecepto excusat, nec à
Censuris. g Quare, si quis fugiens à satelli-
tibus, à quibus timet mortem, vel mala gra-
via ingrediatur in Monasterium, v. g. Mo-
nialium, non incurrit in Excommunica-
tionem: & pari modo, si adesset Excommu-
nicatio, ne quis v. g. Clericus arma portet,

e Lib. 1. in
Decal. c. 1.
à §. 2.

f Bonacin.
de Cens. d.
1. g. 2. p. 3.
g. com-
muniter
cum DD.
ab eodem
cit. & cum
DD. cita-
tis à Lean-
dr. de Cens.
d. 9. à g. 25.

A 3.

fiis

g G. Hurt.
ap. Leand.
tr. 1. de Cēf.
d. 10. q. 29.

si is ob timorem gravem, ne à suo inimico grave damnum patiarur, illa deferat, excusabitur à peccato inobedientiae; & consequenter ab Excommunicatione, cum hæc non actioni ferendi arma, sed actioni peccaminosæ illa ferendi sit conjuncta. Quare sicut pia Mater Ecclesia tunc illum excusat ab obervantia præcepti, ita & ab incurfu in poenam. Excipe semper ex regulis generalibus contemptum, scandalum, majus aliquod bonum.

3. Quod diximus de Excommunicatione, dic etiam de aliis Censuris, idque propter eandem rationem, ut signatè cum multis docet Leander. a

a Leand.
tr. 1. de Cēf.
d. 9. q. 25.

4. Inquires, Si Excommunicatio fulminata sit contra committentes delictum jure naturali prohibitum: v. g. contra delictum homicidii: undè contra hoc delictum concurrant, & præceptum juris naturæ, & præceptum Ecclesiæ, quæ illud prohibeant sub dicta poena Excommunicationis, ego vero homicidium committam ob metum cadentem in constantem virum, præter peccatum, incurramne etiam Excommunicationem?

b Sane, dicens esse opinionem omnium l. 9. matr. d. 31. num. 6. Castrop. de Cens. d. 1. p. 8 n. 11. Gaspar Hur. de Cens. diff. 23. n. 100.

5. Respondeo, incurrere, non b pauci sustinent. Ratio eorum præcipua est, quia, quando actio aliundè jure naturæ prohibita est, si ei addatur Excommunicatio ab Ecclesia, non magis aggravantur Fideles ex ejusmodi addita poena; quam aggravabantur antea: jam enim ex præcepto naturali ab illa actioe se abstinere debent, idque sub quocunque periculo cujuscunque damni. Si igitur addita intelligitur nova poena Excommunicationis, non est, unde incurri non debeat. Confirmatur, quia sic videtur Innocentius III. c. defini-
viffe.

c C. Sacris, de iis, quæ vi.

d Avilap. 2. c. 6. c. 8. d. 5. Coninch. d. 13. de Cēf. dub. 12. Filinec. tr. 11. n. 269. alii-
que.

6. Nihilominus plures c. tenent, non incurrere, cum quibus sentire me cogit, præter rationem, ipsa eadem benignitas Ecclesiæ. Ratio autem est, quia, licet metus non tollat vim præcepti naturalis, tollit tamen vim præcepti Ecclesiastici, quia Ecclesia absolute, & universaliter non intendit, gravi periculo imminente, suis legibus Fideles, astringere. Unde Fidelis, quamvis tunc non pareat Deo, non tamen inobediens Ecclesiæ ullo modo dicendus est.

Nec aliter definivit Innocentius. Is enim solum dixit, non semper metum excusare ab incurfione in Censuram, quod certe verum est: quia, ut notat Gaspar a Hurtad. a G. Hurt. de Cens. diff. 23. n. 98.

7. Quod diximus de Censuris, dicimus, propter eandem rationem, de Irregularitate ex delicto. Quare occidens injuste aliquem ob similem timorem ab aliquo ipfi incussum, ob timorem, inquam, mortis; vel damni gravis, Irregularis non erit, ut signatè docet Leander; c. erit vero, si occidat ex metu levis mali, ut ex ejusdem Leandri, d. & communi doctrina colligitur. d. 9. q. 8. d. Leand. l.

8. Consonat prædictis Delugo e sic do. cens. Etiam si (ait) contra Reum sit plene probatum delictum, adhuc non tenetur compari citatus à Judice, quia non tenetur obire cum tanto periculo. Item potest fugere licet tē à carcere, etiam præcipiente Judice, ne fugiat, quia jus naturale, ut fugiat mortem, illi licitam reddit fugam. Hæc Delugo.

Illud (in tanto periculo) explicuerat idem Delugo ibidem num. 14. his verbis. Primo, si timetur sententia mortis. Secundo, si damnandus esset Reus ad Triremes. Terio, si confiscanda essent omnia bona. Quarto, si periclitaretur omnino in honore, & in aliis casibus similibus.

Dixi autem (similibus) nam, non ita erit in dissimilibus, si nimirum non timeatur damnum adeo grave; nam propterea ibidem num. 16 subjunxit. Addidi tamen, Reum obligari etiam sub peccato, quando damnum, quod timet, non esset tantimomenti, quia leges humane possunt obligare regulariter ad aliquod damnum subeundum.

Hæc ex Delugo, cui ea est admonitio subnectenda, ut scilicet evulgetur, ad evitandum scandalum, rationabilis timor gravis damni. Nam, si tua excusatio nesciatur; debes te gerere, ut Excommunicatum, & Excommunicationis Absolutionem obtine-

re, ne videaris auctoritatem Ecclesiæ contemnere.

§. II.

*An metus gravis damni causet ab observandis
illis, quæ alias deberet Excommuni-
catus observare.*

HIC sane opportunum sortitur locum
dubitatio illa. An sicuti metus gravis
excusat ab incurfu Excommunicationis: ita et-
iam observantia illius? Claritatis gratia figure-
mus casum.

1. Titius Sacerdos incidit in Excommuni-
cationem latae sententiae; quare, si is Sa-
cerdos celebret, etiam si per actum contriti-
onis statum gratiae acquisiverit, incurrit in
Irregularitatem, ut certum est, & suo loco
dicemus. *a* Porro accidit, ut quidam Prin-
ceps compulerit illum, metu gravi ad ce-
lebrandum; (atque, ut suppono, propter
dicta paragraphi, præced. non in contemp-
tum Ecclesiae) ipse autem ejusmodi coactus
metu celebraverit, contraxitne Irregularita-
tem?

3. Figuremus, & casum alium. Cuius ex-
communicatus vitandus cogitur per metum
gravem, & non in contemptum Ecclesiae, ut
audiat sacrum, utque communicet in Di-
vinis, Humanisque; atque illa agat, quæ ab
Ecclesia prohibentur Excommunicato, pec-
catne, & poenas contentas in ea prohibitione
contrahit?

4. Figuremus, & Tertio sic. Sejas Sa-
cerdos, & Confessarius percussit publice Cle-
ricum, suadente Diabolo; unde certo in-
currit in Excommunicationem, & est vitan-
dus, suspensus, vel amissa jurisdictione neces-
saria ad absolvendum; ipse tamen compulsus
metu gravi incusso à nescio quo, poeniten-
tem absolvit? & quærit in præsentia, an licite
& valde illum tunc absolverit, quando non
observavit id, quod excommunicatus observa-
re debebat, nescilicet impedita, vel amissa ju-
risdictione uteretur.

5. Respondeo, in duobus casibus primis
Titium, & Cajum excommunicatos, etiam
vitandos; *b* excusatos fuisse; priorem qui-
dem, ab incurrenda irregularitate, posterior-
em vero ab incurrendis his poenis, ut etiam
à peccato, quantum est ex vi excommuni-
cationis, qua erat affectus, ita plures apud
Leandrum. Ratio est ducenda ex dictis, quia

existente gravis mali periculo, Ecclesiae præ-
cepta (ipsa eadem sic volente) non urgent.

6. In tertio autem casu aliqui cum
Hurtado *a* existimant, illam Absolutionem,
non solum fuisse invalidam, sed etiam fuisse
illicitam, ex duplici capite. Primo, quia Sa-
cerdos non observavit id, quod de jure natu-
ræ est, ut nemo utatur jurisdictione, qua ca-
ret. Secundo, quia non observavit Ecclesiae
præceptum prohibentis, ne quis excommuni-
catus vitandus jurisdictionem exerceat. Sed
nos sequimur alios cum Alphonso *b* de
Leone probabilius docentes, ejusmodi Ab-
solutionem, fuisse quidem invalidam, &
illicitam, sed illicitam solum ex priore,
non autem ex posteriore capite præcepti
Ecclesiae; quia hoc non obligat in illo me-
tu; ut dictum est.

a Gass.
Har. de
Cens. diff.
23. n. 101.

b Alph. de
Leone de
Cens. resol.
2. n. 433.

*An metus infamiae excuset ab Observatione
Conjurarum.*

7. Quæres. Doctrina hæcenus allata po-
testne extendi ad casum, in quo quis timet
incurrere notabilem infamiam, seu notam,
excommunicationem observando? Si Pa-
rochus v. g. sit occulte Excommunicatus
(idem dic, si sit suspensus, Irregularis In-
terdictus.) Et, nisi celebret, timeat, ob absti-
nentiam à celebrando, infamari se notabili-
ter, suumve peccatum manifestari; potestne
celebrare sine peccato contra obedientiam
debitam Ecclesiae prohibentis Excommuni-
cato, ne sacrum sub poena Irregularitatis ce-
lebret, & sine incurfu in dictam Irregularita-
tem?

8. Respondeo, Hunc, ne peccet contra
reverentiam debitam Sacrificio, & Sum-
ptioni Eucharistiae, debere esse in statu
gratiae, saltem per contritionem, si ipsi de-
sit copia Confessarii, jam omnes scimus:
sed quoad poenas ab Ecclesia impositas.
Dico, illam doctrinam, etiam ad casum
hunc extendi, unde dictum Parochum
non peccare contra Obedientiam Eccle-
siae, neque Irregularitatem incurrere, id-
que in utroque foro. Ratio est, quia peri-
culum notabilis infamiae, seu iacturæ bonæ
famæ est periculum gravis mali, ut merito
docent plurimi cum Suariorum, & aliisque, qui-
bus addi Sæd sic docentem, Excommunica-
tus occultus potest, ad vitandam seunda-
lum,

c Suar. d. 6.
de Cens. sec.
3. nu. 13. &

d. 11. sec. 1.
n. 4. Io. Sā.
chez in sel.
d. 32. n. 2.
Pasq. cēt. 3.
q. 28. mul-
tos citans.
Vers. sr. 8.
q. mo. 28. n.
6. Auil. p. 2
c. 6. d. 8. d. 5
Lessan. V.
irregul. n.
55. & V.
Excommū.
n. 7. Bauni
in casibus
singul. f.
mibi 279.

b Sā. V. Ex-
commun.
n. 7.

lum, vel gravem iacturam, Missam audire, & celebrare, nec fiet Irregularis. Hæc Sab. Verum addenda omnino sunt duo necessaria documenta.

9. Nam Primò, præter statum gratiæ, cuius jam memini nu. octavo debet interim, adhibere omnem diligentiam moralem, qua procuret Absolutionem, vel Dispensationem.

10. Secundò Intelligat ejusmodi Censuratus tot actiones prohibitas licere ipsi tunc exercere, tot v. g. Missas celebrare, quot factis sunt, prudentis arbitrio, ad vitandam infamiam? imò intelligat, etiam ipsi incumbere curam inveniendi modum diminuendi, quantum, sine gravi incommodo potest, actiones prædictas, prætexendo v. g. morbum, peregrinationes, occupationes urgentes, &c. vel transmigrando, si potest, in locum alium, &c. Ratio est manifesta; quia solum eam licentiam ipse habet, quando urgetur periculo gravi: At gravi periculo non urgetur, qui ejusmodi temerariis, sine gravi suo incommodo potest uti.

CAPUT III.

Explicantur aliqua de Excommunicationis vitandis.

Cum multa dicant Doctores de Excommunicato Vitando, id est, nominatum denunciato, deque Publico percussore Clerici, hic aliqua pauca breviter explicanda sunt de hac materia. Sunt autem tria.

Primum, Quid requiratur ad prædictam Denuntiationem constituendam?

Secundum, An denunciatus nominatum in uno loco sit alibi vitandus?

Tertium, Quidnam præstabit certitudinem moralem, te esse Excommunicatum, vel denunciatum, vel absolutum, ut scilicet quis tibi debeat, vel non debeat communicationem denegare?

§. I.

Quid requiratur ad prædictam Denuntiationem legitime expediendam?

1. **V**T sit quis Excommunicatus, ac nominatum denunciatus, non est satis sen-

tentia Judicis, per quam aliquis Excommunicatur, nec sufficit ejusmodi Judicis sententia per quam declaratur quis commississe delictum cui est annexa Excommunicatio, sed debet insuper à Judice fieri denunciatio, seu declaratio, seu publicatio, quod is, de quo agitur, incurrit jam de facto in Excommunicationem. Quæ publicatio fit, tum, ut ab omnibus sciatur, quis ille sit, qui vitandus erit, tum, ut ipse denunciatus rubore suffundatur, & ad resipiscentiam excitetur.

2. Quando igitur ad ejusmodi Denuntiationem est deveniendum, debet præcedere monitio partis, secus, regulariter, erit injusta, & invalida, deinde debet à Judice per suum Notarium fieri de more scriptura continens nomen proprium, & cognomen Excommunicati, vel talia signa, ut de eo individuo omnibus constet, & continens etiam causam, propter quam is sit Excommunicatus, ac denique ejusmodi scriptura affigenda erit in loco publico, ut solet communiter fieri; nam tunc talis certa, individuaque persona Excommunicata, erit nominatum denunciata, atque ab omnibus vitanda. Prædictæ scripturæ, quam Cedula vocamus, non debet addi picturam, per quam appareat Excommunicatus inter Dæmones, monet Pius Quintus. Et in sententia anathematis non debet adhiberi duodecim Sacerdotes, circumstantes Judicem, tenentes in manu cereos accensos, quos in fine interram projiciant, pedibusque conculcent, declaravit Sacra Congregatio.

3. Dixi (*regulariter*) quia in criminibus, quæ ipso jure connexam habent Excommunicationem, & crimen sit notorium, non necessario debet præcedere monitionem, seu citationem, docent non ignobiles Doctores. Ego sum Auctor Judicibus, ut semper eam præmittant, tum ad tollendas lites, tum ad majorem securitatem validitatis sententiæ.

4. Eosdem etiam admoneo, ut, si Reus se Tribunali sistat, crimen fateatur, satisfactionemque offerat, omnino illum non denuntient; tunc enim eum non potuerunt ejusmodi denuntiationem, quia totum negotium Excommunicationis, ejusque denuntiationis est in medicinam contumacia Rei. Si ergo ipse illam deponit, injustè amplius vexaretur, si cuti injustè excommunicaretur de facto ille, cui intimata est Excommunicatio ferenda, si se Ex-

se Ecclesiæ humiliter submittat, & pareat, &c.

5. Denique, si excommunicatio fuit à Superiore iniuste lata in rei veritate, sed iuste secundum allegata, & probata, reique veritas sciatur ab eo, cui Superior committit, ut eam Excommunicationem denuntiet, an hic executor denuntiare valeat, legere poteris apud Doctores citatos à Leandro.

§. II.

An nominatim Denuntiatus in uno loco sit alibi vitandus?

1. **H**is breviter explicatis, illud jam nunc quaeramus, quod modo secundo loco proposuimus. An scilicet excommunicatus denuntiatus in uno loco v. g. Neapoli, sit hic Panormi, & ubique vitandus? Suppono autem solum in uno loco fuisse denuntiatum. Nam cæterum, quando Episcopus, qui aliquem Excommunicavit, denuntiavitque, requirit alios Episcopos victos v. g. ut etiam ipsi eundem denuntient (quam quidem denuntiationem facere hi Episcopi possunt in suis Diocesis sine necessitate recognoscendi processum, & Iustitiam sententiæ ab alio Episcopo data, sed illam Iustitiam supponendo, nisi forte iniustam fuisse denuntiationem illam, appareat) & ipsi Vicini Episcopi de facto illum alibi, puta in suis Diocesis denuntient, ibidem debet ipse vitari, dubium ne sit, quia jam etiam ibi denuntiatus est. Porro allatae quaestioni sequens satisfacet enarratio.

Præmittitur occasio scribendi in utramque partem circa quaestionem in titulo propositam, ubi incidit quaestiuicula de Examinatore Synodali per nomen appellativum designato.

2. Vacabat ob Parochi obitum in Diocesi Monteregaliensi animarum cura affectum Beneficium, ab Archiepiscopo DD. Joanne Tomisiglia ad Competitorum certamen de more providendum. Promulgatis ergo consuetis edictis, dies affuit, quo examen accuratissimum expediretur, ad quam expeditionem obeundam, cum ex Examinatoribus Synodalibus tres eligere juxta Trident. deberent, Archiepiscopus me, qui per eos dies

Tamburinus de Sacramentis.

Collegio Monteregaliensi, sanè immerito, præeram, tanquam unum ex Examinatoribus per nuntium admonuit, ut condito loco, id est, in Aula ædium Archiepiscopi cum cæteris duobus convenirem. Præsto affui, sed modeste dixi. Quamvis Rector Collegij Montis Regaliensis sit in Synodo Examinator Synodalis electus, tamen, quia sub nomine appellativo Rectoris, ibi nominatur, non pauci vero DD. a meritis contendunt, id illegitimè fieri, dixi (inquam) me ab eiusmodi munere examinandi esse omnino subtrahendum.

3. Confirmabam. Concilium enim Tridentinum non obscure suæ mentis esse, significat, à consensu Patrum in Synodo confedentium, non sub nomine appellativo, sed profecto sub nomine proprio Examinatores esse designandos. Quid enim, si Rector, Prior, Canonicus pro futuro tempore existentes, indocti, nec ad examinandum idonei reperiantur? Examinatores (sunt verba Tridentini) in Diocesana Synodo proponantur, qui Synodo satisfaciant, & ab ea probentur. Hæc Concilium. Nulla autem ratione satisfacere quis, & approbari legitime, idque ad tam difficile, arduumque munus, valebit, si prius ejus doctrina, morum probitas, Ecclesiæque debita fides ignoretur, ut ignoratur certe futurorum olim successorum apta conditio.

4. At cognita erit (inquies) à Prælati, vel Superioribus, qui eos in illis dignitatibus, sedibusve constituent: unde scilicet Synodus præfens documentum aptitudinis eorum accipere jam satis potest.

Audio. Sed hoc pacto si non cognoscuntur immediate à Synodo, quam immediatam eorum cognitionem requirere videtur Tridentinum. Præterea à futuris ipsis Superioribus vix aliquando habebitur doctrinæ ratio, simul, & probitatis, similitumque conditionum, quæ pro Examinatoribus requiruntur; siquidem ad gubernandum, vel Canonicatum, simileque dignitates concedendas, diversa prorsus merita considerari solent, ab ijs, quæ in Examinatoribus exigi omnino debent.

5. Confirmabam iterum, nam Gasias exploribus Rotæ decisionibus probat, designationes has sub nomine Dignitatis, posse quidem comprehendere existentes tempore Synodi in ea dignitate, quippe iam determinatè

a Garf. Castrop. & Doctoris Rotæ mox citan. quibus addo Castrop. T. 2. d. 3. de Benef. p. §. 3 n. 8. Thom. Hurt. res. sol. moral. p. 2. tr. 12. c. 1. n. 67. citans Fullinco. Massobr. Salgād. Barbofam, dicensque sic servari Romæ Diap. p. 11. tr. 6. res. 33. b. Trid. l. 6.

c Garf. asserens Doctores Rotæ p. p. de Benef. c. 2. d. n. 339.

natè cogiti; Successores tamen eorum, cum cogniti nequaquam sint, comprehendi non possent.

6. Confirmabam tertio. A Concilio Tridentino disponitur, ut singulis annis Examinatores designentur: At, si sufficit eligere Successores in officiis, ad quid tanta sollicitudo singulis designandi? Facile enim possent eligi appellativo nomine, qui jam pro futuro tempore non deficient.

7. Dicit quis, Reprehendi ne ergo de impetitia sunt, si Synodales Patres, qui Rectorem Collegii sub nomine appellativo Examinatorem renuntiaverunt? Non equidem reprehendo; quilibet enim sibi sapiat, ut velit; & tamen mihi persuadeo, Rectorem eo tempore existentem, quamvis sub nomine appellativo, fuisse à Patribus illis Synodalibus fortasse designatum, qui probe juxta prædictam Censuræ doctrinam ab ipsis cognitus erat, non vero successorem quemcunque futuro tempore exiturum. Quid, si putarunt doctrinam Petri Ledesmae fuisse universalem pro toto orbe, cum tamen ipse solum docuerit, in Regno Hispaniæ consuetudinem esse receptam sub appellativo nomine hos Examinatores designandi, cujus tamen apud ipsum sit auctoritas: at in nostro Siciliae Regno, at in Montere galensi Dicecesi, ne umbra quidem ejusmodi consuetudinis apparet, præter unius ultimæ Synodi designationem, quam sciam, de qua nunc vertitur controversia.

Tu ergo, Amplissime Præsul, ad evitandas saltem lites de illegitima Parochi electione (subjungebam) alium ex Examinatoribus non ambiguis jubeas, oro, pro tua prudentiæ sub-

stituendum.

8. Annuit: sed confestim Vigilantissimus Vir interrogavit, an saltem examini possem interesse.

Respondi, id minime prohiberi, modo nequaquam ego suffragium feram, sed trium Examinatorum ratio dumtaxat habeatur, afferique jussi Castropalaum, & Th. Hurt. (eram enim in loco Bibliothecæ Archiepiscopali contiguo) qui cum essent allati ostendi Castrop., bab-

a Petr. Ledesma in sum. 2. p. 17. 7 c. 1. consil. 7.
b Castrop. T. 2. d. 3. de Benef. p. 2. §. 4. n. 5. Th. Hurt. resol. mor. p. 2. tr. 12. c. 1. n. 104.

lurè concedere, eum, qui Examinator Synodalis non est, posse, & examini interesse, & suum suffragium ferre, sed supra trium Examinatorum numerum, Hurtad. & vero probabilius id negare, quia, si aliis à tribus sive respondere, sive satisfacere Examinandi cogerentur, fieret ipsis injuria, cum præsertim à Concilio Tridenti-

no pro forma examinis solum requirantur, ad concurrentium aptitudinem explorandam, tres Examinatores, non plures; Hos, inquam, ostendi, sed ostendi insuper à neutro ablegati meram præsentiam alterius, qui Examinator non sit & quidem merito; id enim, nec formæ examinis substantiali, nec Juri examinatorum obesse potest.

Approbato consilio, clausisque libris, advocatus est tertius Examinator, atque is post breve temporis lapsum cum accessisset, confestim de more, ipso Archiepiscopo præsentem,

9. Et jam duo Candidati tantummodo, coram, steterunt, alter altero senior, sed uterque Doctor Theologus, uterque virtutibus, ut fama erat, ac probis moribus insignis, quorum ætate junior meus olim fuerat in Theologicis auditor. Examini ergo datum est initium, & ne pluribus te, Lector, moleste distineam, adeo bene, docte, erudite, in arduis Theologiæ speculativæ, & moralis quæstionibus propositis, uterque se gessit, ut omnes, qui præsentem aderamus, neutri victoriam, sed utrique gloriam eandem concedendam esse censuerimus: iis ergo recedere tantisper jussis ab Aula, quis anteposendus alteri esset, coëptum est deliberari. Et si ve ulla hæsitacione eos, & ad amissum in doctrina, & moribus æquales esse tres Examinatores, quasi uno suffragio pronuntiaverunt. Cum autem Concilium Tridentinum præscribat, ut renuntiatis per Examinatores iis, qui idonei judicati fuerint, ex his, Episcopus cum eligat, quem cæteris magis idoneum existimaverit, ipse vero Archiepiscopus, juxta, ac consuevit Examinatores, æqualiter utrumque aptum esse judicaret, hæbat incertus, quid tandem statueret, deberet. Denique fixis per brevem morulam in cogitabundi morem humi oculis, mox, ut erat summa pietate ac Religione præditus, iisdem elevatis ad depictam in tabula opposito parieti affixam imaginem Christi Domini, Prosequamur, inquit, examen, & ex Sinensium consuetudine, aliquid Theologicum utrique conscribendum imponamus, qui quæstionem ingeniosius agitarit, illi palma esto. Nulla mora: concertantibus iterum ad nostrum confessum accitis, Video, inquit Archiepiscopus, vos pares esse in moribus, virtutibus, sapientiâ: Uno verbo dicam, condignus est uterque Benefic. o: Quoniam vero quis ex vobis dignior, non dum apparuit.

paruit, melior quæstionem Theologicam vobis proponere, ut illam quisque suo Marte separatim conferbat: nam sic, qui in scribendo præcellet, victoria decorabitur: Vestro tamen utriusque consensu id præstandum volo; nolo enim à vobis novum hoc experimentum absque vestra omnino libera voluntate repositum. Annuerunt statim animosi pugnatores, & ad Seniores ex Examinatoribus conversus Archiepiscopus: Affer, inquit, in medium Pater, moralem aliquam Theologicam quæstionem, quæ, ut horum stylus, & Doctrina enitescere facilius possit, diligenti discussione sit digna.

Ad hæc eruditus Examinator non diu moratus sic enodandam difficultatem breviter exposuit: Cum excommunicatus nominatim denuntiatus, debeat, ut nemo ignorat, à Fidei commercio repellere, illud decidi vellem: An denuntiatus in uno loco v.g. Neapoli, sit in loco alio v.g. Montis Regalis, immo, & ubique in toto Christianorum Orbe vitandus. Excepto scriptoris argumento, datum unicuique est instrumentum scribendi, calamus, pagina, atramentum, & præterea nihil, ipsidemque sua separata cubacula, quorum janua in aulam, in qua sedebamus, erant sitæ, ad semihoræ Clepsidram, concessa sunt, nobis interim per suavissimam familiaritatem de varijs rebus sermonem de more commiscuentibus. Sed jam semihora vix elapsa, conscriptam paginam quisque suam nobiles Scriptores ad Iudices attulerunt, quorum alter, quem superius ætate grandiores esse diximus, sic quæstionem evolvebat.

Opini suscitans, nominatim alibi denuntiatum esse hic vitandum, si denuntiatio hic occultè sciatur.

10. Ut proposita quæstio radicitus explicetur, duæ sunt recolendæ Sacrarum Legum dispositiones. Altera habetur in *Cap. Cum non ab homine De sententia Excommunicationis*. Publicus Excommunicatus (inquit ibi Clemens III.) vitetur publicè, occultus occultè.

a. Ve notat Altera habetur in illa Celebris Extravagante *Avila*, 2. *Ad vitanda*, per quam Concilium Constantiense, post a Clementem prædictum, concessit Fidelibus, ut ij possent communicare cum omnibus Excommunicatis quantumcunque publicis, Præter Excommunicatos no-

minatim denuntiatis, & præter publicos Clerici percussores.

11. Sanè, si hæc Extravagans non accessisset, jam juxta prædictum Clementis III. Capitulum, *Cum non ab homine* proposita quæstio enodata prorsus fuisset: dicendum enim esset, Excommunicatum alibi, atque ibidem nominatim denuntiatum, esse hic publicè vitandum, si publicè hic denuntiatio sciatur, esse autem occultè vitandum, si illa hic sciatur occultè, non verò esse hic vitandum, publicè. Sed quia, ut dictum est, accessit deinde dicta Extravagans Concilij Constant. videndum erit, an hæc derogat illud Capitulum, necne?

12. Afferro tanquam probabilius, à prædicta Extravagante illud Capitulum non fuisse derogatum, atque adeò etiam hodiè, Excommunicatum, nominatimque alibi denuntiatum, si hic publicè, denuntiatio sciatur, esse vitandum, tum publicè, tum occultè, sed, si sciatur occultè, esse vitandum occultè, non verò publicè. Ita sustinet Avila & Layman, b. Hurtadus, c. Ratio unica, & satis efficax videtur esse, quia Concilium Constant. concedendo communicationem cum alijs excommunicatis, excipiendo nominatim denuntiatos, & publicos Clericorum percussores, solum declaravit, hos esse vitandos, non autem alios. At per hanc solam declarationem non apparet, derogasse Capitulum illud Clementis III. ergo illud erit etiam hodiè ad unguem observandum.

13. Confirmatur, quia statim, ac lex legitime est promulgata, debet ab omnibus observari, si illa sciatur, ergo cum denuntiatio nominatim excommunicati sit veluti lex, per quam indicitur Fidelibus, ut ipsi cum illo non communicent, si illa sciatur, debet omnino observari. Si ergo hic illa jam sciatur, licet alibi fuerit facta, hic est observanda; neque enim, qui denuntiatur excommunicatus nominatim, denuntiatur solum pro una Dicecesi, sed pro toto orbe, quia, ubicunque quis inveniatur, secum affert, tam excommunicationem, tum nominatam denuntiationem, quam propriæ personæ confixam.

14. Hæc confirmatio probare videtur, etiam si occultè hic sciatur denuntiatio, debere denuntiatum hic vitari, etiam publicè, quia cuiusmodi denuntiatus semper secum

a. Avila
de Conf. 2.
p. 6. d. 11.
du. 12. ci
tans Vasq.

b. Layman.
li. 19. §. p. 2.
c. 4. nu. 3.

c. G. Hur.
de excom.
d. 9. n. 28.
citans eundem Vas-
quez.

B 2 fert

fert suam denuntiationem, ac Fideles semper prohibentur Excommunicatum denuntiatum vitare: & certe ita primo aspectu, & ex vi Excommunicationis videtur. Sed Pia mater Ecclesia temperavit in dicto Capit. cum non ab homine, tantum rigorem, ne scilicet publicaretur hic pro nominato Excommunicato is, qui pro tali hic publice non cognoscitur, & ideo voluit quidem publicum Excommunicatum esse publice vitandum, sed benigne addidit, occultum, occulte, dumtaxat.

15. Contra hanc meam sententiam duos habeo Doctores unanimis adversus illam, sed inter se non parum dissidentes, Comitol. & Castropol. Comitulus a enim dicit, esse obligationem ejusmodi Excommunicatum nominatum alibi denuntiatum vitandi semper, etiam publice, tum si denuntiatio sciatur publice, tum si occulte, quia, inquit, per illam publicam alibi promulgatam denuntiationem amisit Excommunicatus hujus justitiam ad suam famam. Unde non est, cur, si denuntiationem illam ego occulte sciam, non possim, debeatque illum publice vitare; quod etiam magis faver ad terrendos alios, dum vident alibi denuntiatum, ubique semper, etiam publice, à communibus commerciis excludi. Sed nos huic rationi jam modo respondimus, dum diximus, ita quidem esse ex vi Excommunicationis, & denuntiationis: & fateor, ita etiam esse ex vi justitiae ac non ex perfectione Caritatis, quam in illo Capit. Clementis III. voluit, circa hanc materiam, amplecti Pia Mater Ecclesia.

16. Castropalaus a autem, contra, putat, nullam esse obligationem hic vitandi, sive publice, sive occulte illum, qui alibi fuit publice denuntiatus, quando hic occulte scitur, sed solum, quando scitur publice. Ratio est, inquit, quia post Concilium Constantiense nemo est vitandus, si ejus excommunicatio, seu denuntiatio sciatur occulte, sed solum, quando publice scitur; Concilium enim requirit ad obligationem vitandi excommunicatum, ut publice denuntiatus sit (publice inquit) non solum respectu loci, ubi fuit publice denuntiatus, sed etiam respectu loci, ubi Fideles conveniuntur, quando cum vitare debebunt.

17. Verum nos huic rationi modo respondimus, dum diximus, Concilium Constantiense solum concessisse communicationem

cum aliis Excommunicatis, excipiendo nominatum denuntiatum, & publicos percussores, & nullam aliam licentiam addidisse.

18. Atque in his advertisti Doctorum diversa judicia? Convenimus enim omnes, si publice hic sciatur denuntiatio alibi facta ejusmodi, denuntiatum debere hic publice repellere: at si hic sciatur occulte, Comitulus contendit, absolute debere etiam, occulte, repellere, Castropalaus absolute docet, tum publice, tum occulte admitti posse. Nos vero cum Avila limitate dicimus, admitti quidem posse, imò, & debere publice, occulte autem nec debere, nec posse.

19. Hæc habui. Illustrissime Præsul, quam breviter et tempore, librorumque destitutus auxilio ex ingenio mei imbecillitate promere memoriter potui.

His cum plausu, lectis, ea, quæ junior Candidatus attulerat, alta voce legi præcepimus est.

Opinio sustinens, alibi Denuntiatum non esse hic, nec publice, nec occulte vitandum, si hic occulte tantum sciatur Denuntiatio.

20. In hac controversia, quæ mihi proposita fuit, tres sese offerunt sententiæ. Prima (quam sequitur Bonacina a cum Comitol. b) asserit, denuntiatum alibi, v. g. Neapoli, ubique, atque adeo etiam hic Panormi esse vitandum, non publice solum, verum etiam occulte ab illis, etiam paucissimis, ad quos fama moraliter certa, quamvis occulta, de illa denuntiatione pervenit Ratio hujus sententiæ est, quia per excommunicationem, addita publica denuntiatione, jam amisit excommunicatus jus suæ famæ. Ergo non est excusatio, unde legem prohibentem, ne cum denuntiatio communicem, servare non debeam. Excusatio enim esse poterat, ne illum publice, vel occulte repellendo, offenderem in famâ, ac in famâ non offendo, quia eam jam ipse amisit, ergo repellere possum, & consequenter servare legem, seu prohibitionem prædictam semper, sive publice, sive occulte, compellor.

21. Secunda sententia, quam sequitur Layman, c quamque fateor esse communio-rem, distinguit in hunc modum; Facta alibi denuntiatione publica, si hic publice ea sciatur, debet ejusmodi denuntiatum publice, & semper vitari. Si vero ea solum sciatur occulte,

a Comit. li. 1. resp. mo. qu. 36. cum Bonac. d. 2. de Cens. q. 2. p. 6 §. 2. n. 48. b Lege De hugo de luf. d. 14 n. 72.

c Castropol. de Cens. d. 2 p. 4. n. 9. & probabile putat Dian. p. 5. tr. 9. ref. 134 cum Alph. de Leone de Cens. re. col. 3. n. 148 contendens hanc esse opinionem Vas. quem cum Avila, & Hurta, pro modo citantur.

a Bonac. d. 2. de Cens. p. 6. §. 2. n. 48. b Comit. li. 1. resp. moral. q. 36.

c Laym. lib. 1. tr. 9. q. 2. p. 6 §. 2. n. 48.

cultè, debet ab iis, qui eam sciunt, occultè vitari, non publicè. Ratio huius sententiæ est, quia in *Cap. Cum non ab homine. De sententia Excommunicationis*, præcepit Pontifex, ut publicè Excommunicatus, repellatur publicè à Fidelium convictu, occultus vero, occultè. Ergo cum habeamus hanc claram Juris dispositionem, ea est omninò servanda. Neque obstat, (inquiunt huius sententiæ sectatores) Decretum Concilii Constantiensis, quod à Mart. Quinto fuit confirmatum, concedens Fidelibus communicationem cum Excommunicatis toleratis. Non obstat, (inquiunt) quia idem Decretum excipit nominatim denuntiatus, publicosque Clerici percussores: Atis, de quo loquimur, iam nominatim denuntiatus est.

Castrop.
alij. mox
notant.

22. Tertia sententia absolute docet, ejusmodi nominatim denuntiatus alibi, v.g. Neapoli, posse admitti hic ad communionem Fidelium, tum publicè tum occultè, si denuntiatio fiat occultè, & non posse, solum, quando fitur publicè. Ratio est, quia obligatio vitandi, etiam secreto, excommunicatum, non oritur post Concilium Constantiense ex Excommunicatione, sed ex illius notoria denuntiatione, ergo, si, hic non est denuntiatio notoria, sed occulta, nullum hic obligationem pariet illi excommunicatum vitandi, ac solum pariet, si sit notoria, & publica.

Hæ tres sententiæ probabilitatis metam attingunt, tum propter rationes, quibus innituntur non contemnendas, tum ob gravitatem Doctorum, à quibus defenduntur. Mihi tamen probabilior sit hæc tertia, quam Castropalaus, & alij sequuntur.

Castrop.
d. de Cif.
14. n. 9.

23. Confirmo autem sic Primò, quia hæc conformior est Concilio Constantiensi volenti, Fidelibus timoratis benignè favere.

24. Confirmo Secundo, quia in ipsis verbis Concilij sensus non obscure indicatur, Nemo (sunt verba Concilij) *repeatur abstinere à communicatione cum Excommunicato, nisi sententia seu Excommunicatio fuerit à iudice promulgata, vel denunciata specialiter, & expresse.* Cum enim illud (*Publicata*) duplicem sensum habere possit. Primò absolute, id est, nisi fuerit immediate à iudice publicata in loco tandem aliquo.

Secundo, respectivè, id est, nisi comparatione illius loci ubi exhibenda est evitatio, publicata, mediante fama, vel aliquo simili modo, in illo loco fuerit. Cum, inquam, duplex is sensus ha-

beri possit, atque uterque aptari valeat Decreti verbis; æquius erit, eligere hunc posteriorem sensum Fidelibus faventem, quibus favere principalis intentio Concilij in eo Decreto fuit. Sanè ex sententia Vasquez, a leges, quæ obscuram habent interpretationem, possunt bene, etiam ad praxim, intelligi secundum sensum, qui probabiliter attribui potest illi legi. At negari non potest, posteriorem hunc sensum attribui probabiliter posse verbis prædicti Concilij, ergo, &c.

a Vasq. de
Euch. d. 231
c. 5. n. 45.

25. Confirmo Tertiò, ex paritate cum notorio Clerici percussore, quam sic explio. Avila, b qui tamen nobis in prædictis est contrarius, probabile iudicat, percussorem Clerici notorium in una Civitate v. g. Neapoli, & in alia v. g. hic Panormi occultum, non esse hic vitandum, nec publicè, nec occultè. Et ratio est, quia ex Durando, & Paludano, quando quis est publicè Excommunicatus in uno loco, non debet censeri publicè Excommunicatus in alio. Id, quod probat Avila, Primò, quia post Constantiense, ut percussorem hunc teneat vitare, requiritur, quod sit notorius percussor, sed hic ubi occultè fitur, non est notorius percussor, ergo, &c.

b Avil. de
Cens. 2. p. c.
6. d. 11. d. 42

Secundò, quia hæc supponitur esse notorietas facti. Ergo, ubi factum, id est, percussio est occulta, non poterit dici notoria percussio, & consequenter, nec ille dici notorius percussor, atque adeo, nec vitandus. Quare, ut sit vitandus debet fama publica constare, illum percussisse Clericum, & item notoriè percussisse.

c Leand. d.
15. de Ex-
comm. q. 58.

26. Hæc ex Avila. Ex quibus sic colligo. Concilium Constantiense in percussore requirit notorietatem facti, ad obligandum Fideles, ut illum repellant; unde Avila probabile putat, percussorem alibi publicum, sed hic occultum, non esse hic, nec publicè, nec occultè repellendum, ergo valde verosimile est, ut idem Concilium, etiam in denuntiato, requirat hic publicitatem denuntiationis, ut hic sit repellendus. Probatur consequentia, quia æqualiter Concilium statuere videtur de utroque casu, cum æque velit à Fidelibus occasionem tollere scrupulorum.

27. Confirmo Quarto, inducendo alio modo paritatem eandem ductam à percussore prædicto. Nam post dictum Conci-

B 3

kum

lium non tenor vitare percussorem Clerici, nisi, quando nulla potest ejusmodi delictum tergiversatione cecitari, seu excusari, ergo valde conforme dicto Concilio erit, si idem dicamus de ejusmodi alibi denunciato, hic enim aliqua tandem ratione, seu probabilitate potest excusari. Et sane nonnulli Doctores tenent, legem etiam Pontificiam, quamvis Romæ publicatam, non obligare in aliis provinciis, vel Dioccesibus, nisi ibi illa publicetur: quæ opinio, quando in constitutionibus Pontificiis non additur clausula; *Ut publicata Roma intelligatur in omnibus locis promulgata*,

a Farin. fragr. p. 1. V. Constitutio nu. 659. Sotus. Navar. Abbas. Medina apud Castrop. To. r. tr. 3. d. 1. p. 12. n. 1. b Castrop. l. c. Azor. p. 1. li 5. c. 3. q. 3. circa medium, aliiq. multi.

c Leandr. d. 15. de Excomm. q. 56.

d C. C. n. n. ab hom. de sent. incomm.

satis probabilis ab aliquibus a existimatur; tametsi fatear à Castropal. b & ab aliis improbabilem existimari. Ab iis ergo sustinentibus, eam sententiam esse probabilem, dici poterit, in casu nostro occultum hic, quamvis alibi denuntiatum, excusari, ut non sit hic vitandus, quia ejus denuntiatio, quæ æquivalet legi, nondum est hic publicata; publicetur ergo illa per Judicis sententiam, vel immediate ab ipso, suisve Ministris, vel certe, ut dictum est, ab ipsa fama, vel alio modo, & tunc sine dubitatione, ex obligatione erit ille vitandus. Adde, posse etiam excusari ab Auctoribus supra allatis, qui sententiam nostram hanc tertiam dilate sequuntur.

28. Confirmo Quinto, quia excommunicatus quomodocunque vitandus, ubi est occultus, est innocens, ergo habet jus petendi quamcunque rem externam, & consequenter nemo tenebitur illam ei denegare, adeoque nec tenebitur etiam in occulto illum vitare. Ita Leander c alios citans.

Ad Rationes adversariorum facile Respondemus: nam ad rationem primæ sententiæ inductam à diffamatione, concedo, diffamantem hic eos, quorum famam alibi maculata est, non peccare contra justitiam, sed, tacendo interim, an tunc contra caritatem peccetur, dicimus, piè credendum esse, Concilium Constantiense voluisse adhærere perfectioni caritatis, quæ Fideles promoveret ad contegenda, quantum ex nobis fieri potest, proximorum delicta, etiam alias publica, juxta S. Pauli pronuntiatum. Caritas operit multitudinem peccatorum.

29. Ad rationem secundæ sententiæ dicentis, debere servari jus d disponens, ut publicus Excomm. publicè vitetur; occultus, occultè, jam patet ex dictis responsio

manifesta, Hujus enim legis dispositio satis probabiliter liminata, & mitigata fuit à Concilio Constantiensi; ut dictum est.

Hæc pro angustia temporis, quo propositam difficultatem ex temporaneo stylo percurrere jussus sum, minus erudite composita, boni consulere, digneris, Antistes amplissime.

Concertationis synopsis.

31. Hactenus Dissertatio Theologi junioris, & Auditoris olim mei, nam fortasse, quia mei, mihi erudi ior visa est, animoque inedit gratius. Nec tamen minus doctam censui Senioris communiori sententiæ innoxiam disputationem, (nam censo cum Leandro a utramque opinionem esse probabilem) & nisi Junioris a Leandr. d. 15. de ex urbanitas litteram diremisset, incerti adhuc, comm. q. 56. cuinam Beneficium concedendum esset, ego & Examinatorum consensus ambigeremus. Nodus ergo Fabulæ sic dissolutus est.

32. Ubi lecta est utriusque conscriptio, & nutibus, plausibusque, ut videbatur, æquè probata, antequam è loco concertationis discederent, ut iis absentibus, liberiora current suffragia, Theologus Junior, se aliquid velle in medium afferre, significavit, atque annuente Antistite, sic exorsus est.

Illustrissime Præsul, absoluto jam examine, ad quod accedere, validæ me rationes non moverunt modo, sed coegerunt, eoque à me (quod summo Deo immortales sint gratiæ) ut ex humanissima horum omnium approbatione conjicio, non infelicitè exacto, oro dominationem vestram, ut Beneficium, de quo est contentio, per familiaritatem huic meo concertatori, quem ab infantia semper sum veneratus, me meo juri, quodcunque illud sit, cedente, liberrimè concedat. Ego Junior, hic ætate Senior: Ego patrimonium aliquantulo locupletius possideo, hic aliquanto tenuius. Ego, ut cætera omittam, experientia ipso minor, longè major ipse. Vnum mihi satis erit, superque, si amplissima Dominatio vestra mei non immemor, primo vacante non dissimili Beneficio, illud præstet, quod ejusdem Dominationis vestræ prudentia, atque humanitas gerendum esse, dictaverit.

O verè nobilem animum (erat enim, & sanguinis genere Præclarus) exclamavit, his

his auditis, Archiepiscopus, & Conferatur (inquit) Parochiæ ministerium amico, sed ne tibi sola spes, quæ fallax esse consuevit, ad blandiatur, quandoquidem universi juris mei Vicarium propediem Romam legaturus sum, te nunc in ejus, muneris locum substituo, optata nostra, interim, dum ille redit, promovebit Deus, Plausum dedimus adhuc, quorquor ibi aderamus omnes; Ille ergo Beneficio auctus, hic novo munere decoratus, cum gratias bono Antifisti egissent, læti discessere, Examinatorumque confessus, felici omine, dissolutus est.

§. III.

Quid nam præstet certitudinem moralem, quod quis sit excommunicatus Vitandus, vel Denuntiatus?

1. Ex omnium sententia ad obligandos Fideles, ut excommunicatum à sua communicatione repellant, requiritur certitudo moralis, quod quis sit excommunicatus vitandus, hoc est, quod sit denuntiatus publicè, vel publicus percussor Clerici, & quod non fuerit absolutus. Hæc ergo in præsentia sunt aliquanto distinctius explicanda.

2. Dico Primo, si sit probabile, aliquem esse excommunicatum Vitandum, & item probabile non esse, posse à te illum vitari, & posse non vitari, quia potes alterutram ex his probabilitatibus amplecti. Quod si sit probabile, illum esse excommunicatum Vitandum, sed nulla probabilitas appareat, illum talem non esse, vitari certè is à te debet, quia in hac materia, hæc dicitur, & est certitudo moralis.

3. Dico tamen Secundo, ad expellendum, excommunicatum à Judicio, concludenter esse probandam excommunicationem, & denuntiationem, nec satis esse probabilem, seu verisimilem, ita enim deciditur *Cap. 1. de Except. in 6.*

4. Dico Tertio. Quid, si, facta morali diligentia (quæ omnino facienda est) remaneat negativè dubium, An, Primo, quis sit Excommunicatus. An, Secundo, sit Denuntiatus. An, Tertio, sit ab excommunicatione vitanda absolutus?

5. Respondeo, in Primo, & Secundo casu

non obligaris à illum vitare, quia possidet tua libertas. Excipit Suarez, b alique, nisi agatur de administratione, vel receptione Sacramentorum, de qua re noscitur alibi. In Tertio, obligaris, quia tunc possidet, ut supponis, excommunicatio vitanda. Absolutio autem est dubia.

6. Dico Quarto. Undenam haberi possit prædicta certitudo moralis, quod quis sit Excommunicatus, Denuntiatus nominatim?

Respondeo. Habetur Primo, à fama publica, quæ sit à viis fide dignis orta. Secundo, à Testimonio duorum, vel trium fide dignorum asserentium, hunc esse denuntiatum. Tertio, à Testimonio Parochi ostensis literis excommunicationis, & denuntiationis, secus, si is solum voce testaretur: quia uni Testi, quamvis digno non teneor credere, quamvis possim. Addo, uni Testi, licet digno, non esse fidem habendam, quando agitur de gravi alterius præjudicio.

7. Quæ dicta sunt proportionaliter applica ad certitudinem, quæ requiritur, ut Percussor publicus Clerici à te, qui ejusmodi percussioni non adfuit, vitandus sit.

8. Dico Quinto, unde nam habeatur similis certitudo, quod quis licet fuerit excommunicatus Vitandus, nunc tamen sit absolutus?

9. Respondeo, ex similibus Testimoniis, quæ jam modo indicavimus, Quare moralem certitudinem Absolutionis præstabit tibi, Primo, eadem fama publica, Secundo, idem Testimonium duorum, vel trium, imo hic sufficit Testimonium unius fide digni; jam enim dixi uni fide digno me posse fidem habere, multo magis in casu, de quo loquimur, in quo agitur de favore. Tertio, dictum ipsius excommunicati, si aliàs, spectata conditione personæ, & negotii, prudenter ipsi credi potest. Quarto, longum tempus, ipsumque, cum sit timorata conscientia, se, ut non excommunicatum gerere.

10. Dico denique sexto, Quid si certo sciam ex tua confessione Sacramentali, te esse excommunicatum? possumne tunc, vel debeo te vitare?

Respondeo: d Quamvis, si à te extra Confessionem sciam, vitandum te esse, debeam te vitare, quia tuum Testimonium facit mihi moraliter certam tuam excommunicationem; tamen, si id sciam in tua confessione,

a *Lege quæ in hanc re dixi lib. 1. in Decal. c.*

3. §. 7. V. *Conjura.*

b *Suar. L. 2. a. 20.*

Avil. apud Castropol. l. c. n. 25.

c *Lib. 1. Decal. c. 3. §.*

4. a. 20.

d *Suar.*

Avil. Bonac. Delm.

go, alique cit à Lean.

de Pan. 17.

5. d. 10. g. 12.

Confessione, nullo modo possum te vitare, neque in publico, neque in occulto, quia, ut alibi dixi, nunquam possum unius scientia habita in confessione in incommodum Poenitentis.

Quicquid ergo distinguat a Leander, qui dicit, a Leand. te posse vitare, non in publico, sed in Secreto, ibidem & licet ad id non tenearis, absolute enim dico, rursus d. de excom. nunquam te posse. m. q. 43.

Finis Tractatus Primi de Excommunicatione.

TRACTATUS SECVNDVS. SELECTA DE SUSPENSIONE.

CAPIT. I.

Modus dignoscendi, quandonam Suspendio sit Censura, quandonam mera poena?



1. **U**m Suspendio, quae nihil aliud est, nisi Censura, vel Poena Ecclesiastica, qua Clericus privatur usu potestatis ei convenientis, aut ratione Officii Clericalis, aut ratione Beneficii, quod forte Clericus habet, aut ratione utriusque, quae certe ultima privatio utriusque, id est Officii, & Beneficii, esset adaequata, & plena Suspendio: Cumque ea, ut Censura, sit illa, quae imponitur in medicinam, hoc est, ut sic Fidelis resipiscat ab inobedientia, ut autem pura poena, sit illa, quae imponitur in vindictam delicti commissi, hoc est in ejus delicti punitionem, cum inquam haec ut se habeant, operosum est, Cognoscere, viro ex his modis imponatur, & tamen id cognoscere, est omnino necessarium propter diversam doctrinam, quae a Sacris Textibus, & a Doctoribus datur pro alter-

a Suarez, de Suss. d. 25. utra.

sec. 1. n. 3.

initio.

b Suarez, ib.

d. 26. sec. 1.

n. 15.

2. Suarez a hanc Regulam tradit. Tunc Suspendio est pura Poena, & non Censura, quando imponitur ad certum tempus; Quando vero est Censura, non habet terminum praefixum. Addit b alibi, si ex materia, & si

ne legis constet, suspensionem non ferri tantum pro delicto commissio, sed, ut a Contumacia recedatur, esse Censuram; si constet ferri tantum pro delicto commissio, meram esse poenam.

3. Id ipsum Gaspar & Hurtadus distinctius sic habet. Si Suspendio feratur, vel addendo, in perpetuum, vel sine spe relaxationis, vel ad tempus limitatum, v.g. Ad biennium, Ad triennium, &c. vel donec Reus se ipsa satisfaciatur, vel donec Judex judicaverit, vel ad beneplacitum Judicis, vel simili quopiam modo independentem ab ipsa Poenitentia delinquentis, semper erit pura poena, etiam si lata sit ob contumaciam. Si vero feratur absque assignatione ulla temporis sic v.g. Nisi hoc feceris, Suspendus maneat, si hoc feceris Suspendus sis, &c. Tunc erit Censura, seu Poena Medicinalis; cujus Censurae duratio erit valde dependenter a voluntate delinquentis: remittenda enim erit, quando ipse delinquens resipiscet.

b G Hurt. de Suss. diff. 3. & diff. 11.

4. Hae doctrina Hurtadi est vera, solum illi addendum est id, quod numero secundo addidit Suarez. Saepè enim potest occurrere, ut ex circumstantiis, & ex verbis, vel ex fine legis appareat, Suspensionem, cui nullus terminus praefigitur, esse puram poenam: Si enim sic dicatur. Sit Suspendus, quia tale delictum commisit; num dubitabis hanc esse puram poenam? Sanè ejusmodi ego puto esse suspensionem illam absolute prolatam contra culpabiliter ordinatum ante legitimam aetatem, cujus supra

supra & meminimus, videtur enim constare, eam esse infligam propter peccatum commissum.

5. Ratio traditæ, & sic explicatæ Regulæ est, quia Censura, quæ est ex sui natura propriè medicina, non potest habere terminum alium, nisi, donec homo recedat à peccato, ideo enim dicitur ferri in medicinam, ut scilicet à contumacia is recedat. Hinc ergo sequitur, ut, quando Suspendio fertur ad terminum præfixum, vel in perpetuum, vel sub certa conditione, Censura esse non possit, quia tunc, quamvis delinquens se emendaverit, adhuc illa suspensio, usque ad suum terminum, vel conditionis impletionem, perseverare debet, ut nimirum delinquens poenam suo delicto taxam solvat. At, quando sub nullo termino fertur, judicandum est (nisi ex circumstantiis, ut diximus, colligatur illa ferri pro peccato commissio) ideo tempus à Lege, vel Judice non fuisse præfixum, quia voluit Judex, vel Legislator, ut ea suspensio dependet in sui perseverantia à voluntate, seu resipiscencia delinquentis, atque adeo, ut esset propriè Censura, cujus, ut potè salutaris medicina, natura est, ut statim, atque Reum sui peccati poeniteat, debeat ipsi Absolutio, quæ certè non debetur, ut diximus, meræ poenæ, quæ est ad instar vindictæ, &c.

6. Atque hinc aliam differentiam collige. Nam Suspendio, quæ est tantum poena, non requirit præviam Judicalem monitionem, quia infligitur delinquenti ob peccatum jam commissum. At Suspendio, quæ est Censura, requirit præviam monitionem Judicis, sicuti requirit excommunicatio, ut latè solet explicari in Tract. de excommunicatione.

7. Inquires: Si, omnibus circumstantiis expensis, dubia res omnino appareat, an suspensio sit Censura, an sit meræ poenæ, quid judicandum?

Respondeo, Puto, judicandum, eam esse Censuram. Quia in lege odiosa benignior interpretatio est adhibenda; at, suspensionem esse Censuram, magis subdito favet, quam esse poenam, si quidem Censura est medicina ad salutem, quæ certè gravior est, quam vindicta, & Censura dependet maximè à voluntate Rei, ut dictum est, cum poena sit necessaria. Adde, apud Doctores, & sacrum Textum, b suspensionem regulariter, & absolute numerari inter Censuras, quamvis aliquando sit mera poena. Ergo, nisi aliud explicetur, vel ex circumstantiis col-

Taq̃ utriusq̃ de Sacramento.

ligatur, semper eam merito Censuram pronunciamus.

8. His ita statutis, id, quod invenio apud Bardi, vel non intelligo, vel approbare, quamvis amicus, non possum. Docet ipse duo in Expositione a Bullæ Cruciatæ. Primum, Suspensionem, quæ oritur ex eo, quod quis promoveatur absque licentia proprii Ordinarii, posse remitti à Confessario electo per Bullam. Secundum, Suspensionem, quæ est pura poena, remitti per dictam Bullam, non posse.

9. Ex his dictis, alterum, nempe hoc posterius, ultro amplector, at, contra illud prius, sic argumentari libet. Suspendio, quæ est pura poena, remitti nequit vi Bullæ ex ipso Bardi: Sed Suspendio orta ex promotione destituta Ordinarii licentia, est pura poena: Ergo nequit per Bullam remitti, quod est contra prius dictum ejusdem Bardi. Minor autem hujus argumenti manifestè probatur ex regula dicta numero secundo, & tertio; Suspendio enim imposita ad tempus, donec iudex judicaverit, est pura poena. At Suspendio orta ex promotione sine licentia Ordinarii est imposita ad tempus, donec iudex judicaverit; Ergo est pura poena. Ecce Textum b Tridentini, quod hanc Suspensionem imposit. *Unusquisque à proprio Episcopo ordinetur. Quod si quis ab alio promoveri petat, nullatenus ea ei permittatur, nisi ejus probitas, & mores Ordinarii sui Testimonio commendentur. Si secus fiat, Ordinarius à collatione Ordinum per annum, & Ordinatus à susceptorum Ordinum executione, quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire, sit suspensus.*

CAPUT II.

Quæ culpa requiritur ad incurrendam suspensionem.

1. **U**T incurratur à persona particulari Suspendio integra afferens illos duos utroque effectus quos cap. primo num. primo declaravimus, si vè hæc, ut Censura, si vè, ut poena, si vè à jure sit lata, si vè ab homine, requiritur aliqua culpa. Ratio est, quia, si sit pura poena, supponit culpam, quæ sit punienda, si sit Censura, seu Medicina, requirit item culpam, quæ sit sananda.

2. Aliquam, dixi, nam ex probabili sententia satis est venialis, sed est æque probabile necessario requiri mortalem, ut sustinet Valqua. d. alique de qua re nos alibi & diximus.

C

AD.

a Bardi in
exposit.
Bull. Cruc.
l. 2. tra. 6.
c. 7. sec. 1. n.
5. & 11.

b Trid. sess.
23. c. 8. de
Ref.

c Henrig.
c. 27. n. 159.
Avila 3. p.
d. 3. dub. 3.
d. Valq. p. 2.
d. 153. c. 5.
Suar. d. 4.
de Cens. ser.
4. Conin. b
d. 13. dub. 3.
G. Hurr. de
Susp. diff. 7.
nu. 9.
e. Lib. 3. de
Sac. Missa
c. 1. §. 8. &

docet Gi.
Eubetum a-
lis de Cen-
disquis. 5.
g. 2. m. 5.

3. Dixi (à persona particulari) Nam, ut incur-
ratur Suspendio ab Universitate, erit distinguen-
dum. Si enim Suspendio feratur distributivè
contra singulos de Universitate, de Capitulo,
de Collegio, &c. requiritur culpa in singulis,
quia tunc est Suspendio fulminata contra perso-
nas particulares, licet multas. Si vero feratur
collectivè contra omnes, ut sunt partes, seu
membra ejusdem Communitatis, non requiri-
tur culpa in singulis, tunc enim Suspendio sic
lata afficiet omnes de Communitate, ut sunt e-
jus partes, cum ergo omnes sint partes, omnes
afficiet Suspendio; quia, quando major pars
Communitatis delinquit, judicatur delinquere
tota Communitas, quare tota erit suspenda, et-
iam minor pars, licet ea non deliquerit. Nec est
inconveniens: quod hi pauciores amittant jus
acquisitum præstandi actiones solitas exerceri
à Communitate, quia non amittunt per se, sed
per accidens, siquidem Communitas, quando
est suspenda ab aliquibus actionibus, perinde
est, ac si nulla Communitas esset in ordine ad ac-
tiones illas. Communitate ergo, quasi defici-
ente, quid mirum, si ejus partes, sive culpan-
tes, sive non culpan-tes, etiam ipsæ deficiant? Ut e-
jus partes, inquam, nam, ut sunt personæ priva-
tæ nihil tunc amittunt.

4. Inquires. Si quæ Communitas peccaverit
quidem, faciendo contra præceptum prohibens
aliquid sub pœna Suspendionis ipso facto incur-
rendæ, sed nesciverit illi peccato esse affixam
Suspendionem, illamne incurret?

5. Respondeo. Incurrere, probabiliter putat
Lezzana, quia Pontifex non utitur, inquit, in
his similibus prohibitionibus sub pœna Suspendio-
nis verbo (*presumere*) quare tunc illa Suspendio
incurri debet, tamen non adfit dolus, &
presumptio, satis enim erit, si adfit peccatum.

6. Verum probabile *b* etiam est, non incur-
re, quia est probabile ad illam incurrendam re-
quiri sententiam talis pœnæ, seu censuræ; nam,
si est pura pœna, alibi *c* dictum à nobis est, re-
quiri ejus cognitionem, ut incurratur, si vero est
censura, erit medicina, quæ etiam *d* cognosci
debet, quia, nisi medicinam cognoscam, medi-
cinam mihi applicare non possum.

7. Inquires iterum. Qui metu gravis mali ca-
dentis in vitium constantem eas actiones faciat,
quibus annexus est incursus in Suspendionem,
illamne incurret?

Respondeo, illam non incurrere, ut ex supra-
dictis *e* patet, qui locus est à te recolendus pro-
pter hoc, aliaque multa ibidem la-
tius pertractata.

Finis Tractatus Secundi de Suspendione.

TRACTATUS TERTIVS. SELECTA

DE

INTERDICTO.

CAPUT PRIMUM.

Quid servandum est hodie in Interdi-
cto locali Generali.

§. I.

Præmittitur breviter, quid sit interdictum.

INTERDICTUM Ecclesiasticum absolu-
tè, & sine limitatione latum, est regulariter

Censura, qua Fidelibus vetantur, Primo, Officia
Divina celebrare,

Secundo, aliqua Sacramenta ministrare, vel
suscipere, puta Eucharistiam (nisi in mortis ar-
ticulo) Extremam-Unionem (nisi forte in eo-
dem articulo, quando quis non potuit de pro-
ximo suscipere Sacramentum Pœnitentiæ) &
Ordinem Nam Baptismus, Confirmatio, Pœni-
tentia, & satis probabiliter Matrimonium non
vetantur, ut distinctius videre omnino debes a-
pud Doctores passim, Ter-

Tertio vetatur, Ecclesiasticam sepulturam Defunctis exhibere.

Hoc vocatur, & est Interdictum integrum: nam ceterum ipsum potest ab imponente limitari ad aliquos effectus tantum, quia hi tres effectus Interdicti non sunt ita in iure connexi, sicuti sunt effectus excommunicationis, quos dividere non potest quilibet Prælati, sed Pontifex summus dumtaxat.

2. Dictum autem est primo, (est Censura) in quo convenit cum excommunicatione & suspensione. Censura autem est poena medicinalis, quæ solum infligitur, ut quis à contumacia recedat.

3. Dictum tamen est secundo (regulariter) Nam, sicuti Suspendio potest ferri, & ut Censura & ut mera poena, in vindictam peccati commissa ita, & Interdictum. Verum, quia valde raro, ne dicam, nunquam, Interdictum imponi solet, ut mera poena, ideo addidimus illud regulariter est Censura.

4. Regula autem dignoscendi utrum Censura sit, utrum mera poena, eadem prorsus est, quæ in Suspensione, quamq; diximus in tract. præc. c. 1.

§. II.

Premittitur breviter, quod duplex sit Interdictum.

1. **T**riplex profecto est, Personale, Locale, Mixtum. Personale est illud, quo ipsa Persona prædictis prohibitionibus afficitur. Is ergo qui sic personaliter est Interdictus, feret secum impositas prohibitiones, in quemcumq; locum pervenerit, quamvis nullo Interdicto subiectum.

2. Locale est illud, quo locus aliquis prædictis prohibitionibus astringitur: hoc est, quo in ejusmodi loco vetantur Fideles illas actiones prohibitas exhibere. In hoc ergo Interdicto, personæ fidelium non immediate, ratione sui, sed mediatè, puta ratione loci, ab illis actionibus arcebuntur. Nam propterea, si Personæ egrediantur ab illo loco, poterunt libere se gerere, &c.

3. Mixtum est, quo tum Personæ, tum locus prohibentur, &c.

4. Porro subdividuntur deinde eadè Interdicta, ut Aliud sit personale generale, aliud personale speciale, seu particulare. Et rursus, aliud sit locale generale, aliud locale particulare.

5. Personale generale est, quando interdicuntur Populus (qui in hac materia comprehendit etiam habitantes in Suburbis) Universitas, Capi-

tulum, Collegium, nempe communitas quælibet, facies unum corpus morale, seu politicum.

6. Personale speciale est, quando interdicuntur hic, vel ille, etiamsi sint plures, sic, Ille, & ille, & ille, &c. vel sic, *Interdicuntur omnes, qui tale sacrilegium commiserunt*: quo pacto non interdicuntur, ut partes Communitatis, sed singuli, ut personæ particulares.

7. Locale generale est illud, quo interdicuntur locus, qui à Communitate incolitur, v.g. Provincia, Civitas, Villa, &c. Undè tunc interdicuntur omnia, & singula loca, ut partes sunt Communitatis. Comprehenduntur etià à Suburbia, Civitate interdicta, etiam alterius domus, etiam Ecclesiæ Regularium exemptorum, quia secus suo rigore frustraretur Interdictum.

8. Locale particulare est illud, quo interdicuntur locus particularis, vel loca particularia, hæc illa, & illa, &c. quæ sunt in aliqua Provincia, Civitate, Villa, &c. non quidem, ut partes Communitatis, in qua sunt, sed, ut particulares Ecclesiæ.

His in memoriam redactis, ut respondeam quæstioni in titulo hujus capituli propositæ, sequentem §. instituo.

§. III.

Quidnam mitigaverit Bonifacius VIII. in Interdicto locali generali.

1. **I**ltre antiquo concedebatur. Primo, Parochis, & Rectoribus Ecclesiarum, tempore Interdicti, semel in hebdomada Missam celebrare, pro conficienda Eucharistia, quæ asservari pro infirmis consuevit.

2. Secundo, Clericis concedebatur posse legere Horas Canonicas sine cantu, idque non à pluribus, quam tribus simul.

3. Tertio, concedebatur solum Pœnitentia, & Viaticum morituris.

4. Quarto, concedebatur, ut Clerici qui non essent specialiter Interdicti, & Interdictum generale servaverint, possent in Cæmeterio sepeliri.

Concessio prima celebrandi privatum officia.

5. At jure novo Bonifacius VIII. amplians prædicta, concedit Primo, ut tempore generalis Interdicti & localis (quare, non in locali speciali, nec in ullo Personali, ut constat ex contextu

a C. Si Civit. de sct. excom. in 6
b Trid. sess. 25. c. 12. de Refor.

c C. Permissimus de sent. excomm. C. Quod in te de Pœnitent. & remiss.

d Cap. Almamater de sent. excomm. in 6. e Lessana V. Interd.

n. 16. iun-
Honu. 22.
a G. Hurt.
de Interd.
diff. 7. n. 19

textu dicti *Cap. Alma Mater*, & ex intentione Pontificis, atque ex ipsa praxi) concedit, inquam, ut Ministri Ecclesiae (atque adeo Religiosi & non Interdicti personaliter) licite valeant, quotidie Missas, & alia Divina Officia celebrare (non autem in Oratoriis privatis, quamvis alias approbatis ad sacrificium) ac si nullum adesset Interdictum, cum sequentibus tamen conditionibus Prima, ut id fiat januis clausis. Secunda, ut submissa voce, quo scilicet audiri moraliter nequeant. Tertia, ut non pulsantur Campanae. Intellige, ad convocandum populum: nam ceterum poterunt eas pulsari ad convocandum ad Concionem, ad Salutationem Angelicam recitandam, ad diei horas designandas. Ad elevationem autem Sacrae Eucharistiae in Missa, aliqui negant, concedunt & alii, quod posterius probabilius est, quia tunc non pulsatur Campanula, ad convocandum populum, sed ad eos monendos, qui sunt in Ecclesia, de reverentia exhibenda. Quarta, ut excludantur excommunicati, & interdicti personaliter.

b Lessana
V. Interd.
diff. n. 26.
c G. Hurt.
de Interd.
diff. 7. n. 20

Hæc concessio facta solum à Bonifacio est prædictis Ecclesiae Ministris; nam ceteri omnes non solum, qui dederunt causam Interdicto (hi enim semper in iure habentur ut interdicti personaliter, ac specialiter) verum etiam illi & qui habitant in illa Civitate, seu loco interdicto quia, secus nullum ferè esset interdictum ejusmodi, si prædicti omnes possent admitti ad officia, quamvis privatim celebranda.

d C. ultim.
de verb.
signif. in 6.
e G. Hurt.
s. nu. 21.

6. Ex eo, quod Bonifacius concedit Clericis, atque adeo Religiosis modo dicto Divina Officia celebrare, colligitur Huradus, & concedi, posse eos tempore interdicti localis generalis cum iisdem conditionibus, sepeliri in Ecclesia, quod est plus quam sepeliri in Cimiterio, quod poterant jure antiquo, ut diximus num. 4.

f G. Hurt.
de Interd.
diff. 9. n. 29
Bonac. de
Interd. d. 5.
p. 5. nu. 13.

Concessio scienda celebrandi publice in quibusdam Festis.

7. Concedit Secundo, in dicto Interdicto generali locali Bonifacius, ut in diebus festis Natalis Domini, Resurrectionis, Pentecostes (& quidem ex probabilissima sententia, tum in primo, tum in sequentibus duobus, atque in Natali Domini in tribus sequentibus, quia ii certè pertinent ad eandem solennitatem) & in Festis Assumptionis Sanctissimæ Virginis, festoque Corporis Christi cum tota octava, hoc ultimum concessit Martinus V. & Eugenius IV.) conce-

dit inquam, ut Divina Officia etiam publice celebrentur, ac si Interdictum nullum locale adesset, exclusis tamen excommunicatis, sed ipsis Interdictis admissis, sub ea lege, ut qui causam Interdicti dederunt non appropinquet ad altare.

8. Nota autem hic primo, Festivitates ejusmodi incipere à primis Vesperis, ac finiri in Completorio inclusivè, ad Festum enim, etiam pertinet Completorium.

9. Nota secundo, iis, qui causam Interdicti dederunt, quia censentur Interdicti personaliter non concedi in prædictis solennitatibus Communionem, sed posse solum Missas, ac Divinis officiis interesse, hi enim remonentur ab altari.

10. Nota tertio, discrepare Doctores; an illis, qui Interdicto locali causam non dederunt, concedatur in diebus prædictis Communio, aliis negantibus, concedentibus & alius. Mihi videtur utrumque esse probabile, quia illa verba Bonifacii Interdicti, qui non dederunt causam admittantur in hæc Festis, ad participationem Divinorum, significare possunt, iis concedi Communionem; id enim videtur sonare illud Participatio Divinorum, sed, quia sonare etiam possunt Divinorum Officiorum consortium, dumtaxat exterum, ideo quam magis sententiam liberè amplecti, integrum erit tibi.

11. Non solum in his Festis, verum etiam aliis quibuscumque diebus, consueto comitatu, tempore Interdicti, deferendam esse Communionem ad infirmos, dixi in Opusculo de Comm. cap. 6. §. 7.

12. Nota quarto, dubitari à Doctoribus, an tempore prædictarum Festivitarum concedatur Interdictis sepeliri cum omnibus solennitatibus in loco sacro, perinde, ac Interdictum non adesset. Conceditur per aliquos, quia, si Bonifacius concedit principale, id est Divina Officia celebrare, concedit & accessorium, nimirum Sepulturam Ecclesiasticam, quæ accessoria est ad Officium Defunctorum. Confirmant, quia ex Sacro d. Textu. Quibus communicamus vivos, possumus communicare, & mortuis: at illis diebus communicamus vivos, ergo, & mortuis, eos sepeliendo, Negatur per aliquos, & quia nolunt Sepulturam connumerare inter Divina Officia, quæ solum tunc conceduntur. Utrumque probabile.

Concessio Tertia tradendi omnibus Sacramentum Pœnitentiæ.

13. Concedit tertio, Bonifacius, ut in memorato Interdicto locali generali possit omnibus, siquidem

sive sanè, sive malè valentibus, ministrari Sacramentum Pœnitentiæ, exceptis excommunicatis, & iis, qui dederunt causam Interdicto; cum ex jure antiquo, ut vidimus, solum concederetur id morituris.

14. Nota tamen primo, Excommunicatis, iisq; qui dederunt causam Interdicto concedi Sacramentum Pœnitentiæ in articulo mortis, sed, si delicto satisfaciunt, vel sufficientem dabant cautionem de satisfaciendo, vel si neutrum ex his possint, si jurent, quam primum satisfacturos, vel facturos quantum possunt, ut satisfactio à Delinquentibus exhibeatur.

15. Nota secundo, illum esse tempore Interdicti Confessarium, & posse licitè absolvere, qui alias habet jurisdictionem, & approbationem legitimam, sed non est Interdictus personaliter, si enim personaliter esset Interdictus, illicite se gereret, peccaretque graviter, violando Interdictum quo affigitur: Quod si esset Interdictus generaliter solum licitè posset, si causam non dedit Interdicto. Excipiendus semper est casus urgentis necessitatis, eo modo, quo in Superioribus & dictum est latè.

CAPUT II.

Quid indulserit Concilium Constantiense in Interdicto.

1. IN Tractatibus superioribus sæpe dictum est, Conciliū Constantiense, seu Martinum V. concessisse, ut cum Fidelibus quacunq; Censura legatis (nisi nominati fuerint, publicèq; denuntiati, vel publici Clericorum Percussores) possemus communicare in divinis, & humanis eo modo, quo in Tractatu de Excommunicatione explicari solet. Quoniam igitur Interdictum Censura est, quid ipsi indulgeat in hac communicatione Martinus, videndum est.

2. Et quidem, ex vi Interdicti, tres communicationes tantum prohibentur ex jure. Primo enim, Interdicti non possunt licitè a Fidelibus sepeliri in loco sacro. Secundo, Clerici non possunt licitè coram dictis Interdictis Divina Officia celebrare. Tertio, iis, quibus commissa est cura Ecclesiæ non possunt licitè permittere, ut Interdictus Divinis Officiis assistat.

3. Querimus ergo, an Martinus V. aliquid in prædictis tribus communicationum generibus

mitigaverit: & mitigasse certum est. Nam Primo, Fideles, sive Clerici, sive Laici possunt hodie sepelire in loco sacro non Interdicto eos, qui quamvis Interdicti sint, etiam personaliter, non sunt tamen nominati, ac publicè, ut Interdicti denuntiati. Immo eosdem, ut dico, non denuntiatis nominati possumus sepelire in loco sacro Interdicto, quamdiu locus non sit nominati, ac publicè denuntiatus, ut Interdictus.

4. Secundo, Clerici licitè possunt celebrare divina coram iisdem etiam personaliter Interdictis, quod si (hi se ingerant, ipsi peccabunt, non vero Clerici) possunt, inquam, nisi ii coram quibus, sint nominati, ut Interdicti, denuntiati.

5. Tertio, Illi, qui curam habent Ecclesiæ possunt admittere eosdem etiam personaliter Interdictos (Quod, si hi se ingerant ipsi peccabunt, non illi) possunt inquam, si pari modo hi admittendi non sint nominati denuntiati, ut Interdicti.

6. Porro illa hic agitari solet difficultas. An Communitate denuntiata publicè, ut Interdicta, intelligantur sic denuntiati etiam singuli de Communitate illa, ita, ut singuli, ut Interdicti nominati, sint modo jam dicto vitandi, An solum sint vitandi, ut partes, & membra illius, atque adeo solum in actionibus propriis Communitatis?

7. Respondeo, Etiam singulos putat Suarez, a quia, secus, inutilis esset hæc Denuntiatio; Si enim singuli denuntiati non includantur, nihil, vel parum referet, esse Communitatem denuntiatam.

8. Nequaquam singulos, censet Alterius, b quia, si solum Interdictetur Communitas, Interdictentur solum partes, ut partes illius, atq; adeo singuli, non, ut privaræ personæ, sed, ut ad unum corpus politicum pertinentes. Neque tunc erit inutilis Denuntiatio, quia faciet, ut tota Communitas in iis vitanda sit, quæ ipsam tangunt, quamvis non in iis, quæ tangunt particulares personas, quæ, ut sic nullo modo sunt, ut Interdictæ, denuntiatae.

9. Video sententiam Suarii esse communiorē, sed hanc Alterii esse probabiliorem, & fortasse probabiliorem, etiam video.

Atque hæc pauca satis de Interdicto, cujus rara est praxis, & de quo innumeri Doctores sunt, qui agunt.

Finis Tractatus Tertii de Interdicto.

C 3

TRAC-

a Filline.
Suar. Hen-
rig. Sayr.
Conincho.
apud Be-
nac. de In-
terd. d. 5. p. 5
nu. 10. eos
citans, ac
sequens.
b Alteri.
Navar. a-
lijsq; apud
eundem
Bonac. S. 2.
in utraque
edit. V. in-
terd. n. 3.
Simile,
quid dicat
Giba de c. 2.
fiv. diqq. 4.
q. 5. n. 8. 10.
quod de Su-
ar. Com-
munitate.

TRACTATUS QVARTVS. DE IRREGULARITATE.

CAPUT PRIMUM.

Quid sit Irregularitas?



IRREGULARITAS (quæ Censura non est, nec, in univ-
ersum, pura poena, ut patebit ex dicendis, & vi-
deri latè probatum potest apud Gibalinum *a*) est impedimentum *b* Cano-
nicum primario, & direc-
tè impediens Fideles à susce-
ptione Ordinum, secundario autem, & indirectè impediens Or-
dinatum ab ejus usu, & impediens item eosdem
à Beneficiis, Jurisdictioneque Ecclesiastica jux-
ta mox pluribus explicanda.

Hæc descriptio clarissima reddetur ex dicen-
dis; præsertim à cap. 6. ubi prædicti effectus Ir-
regularitatis separatim enodabuntur.

2. Illud dumtaxat hic non est sine explicatio-
ne præmittendum, puta, Cur tam signatè di-
ctum est (*impedimentum Canonicum*.)

Respondeo, quia certa est omnium *c* senten-
tia, Irregularitatem totam pendere, tanquam à
causa efficiente à Jure Canonico, quod fertur
à Summo Pontifice, ita, ut non possit imponi ab
ullo alio jure speciali, vel præcepto, vel senten-
tia latis ab inferioribus Papa. Vide id latius a-
pud citatos.

CAPUT II.

De Subjecto Irregularitatis.

SUBJECTUM, seu is, qui denominatur Irre-
gularis, est ille, qui, Primo, capax est Ordi-
nis, & Secundo, qui Juri est Canonico subje-
ctus. Cum enim Irregularitas sit Impedimen-
tum à Jure Canonico inductum, quo vetatur
Ordinum susceptio, eorumdemque usus, me-

moratam utramque conditionem requirit in
subjecto, cui ipsa affigi debet.

2. Hinc primo, non baptizatus, hinc secundo
femina, hinc Tertio, perpetuo amens, quia non
sunt Ordinum capaces, nec erunt capaces Irre-
gularitatis. Huc deducto Summum Pontificem,
qui non est subditus Irregularitatem imponen-
ti. Quare falsum est, quod asserit Diez, *a* Ponti-
ficem Summum fore Irregularem, si propria
manu aliquem occidat. Immo quamvis non de-
beat *b* Irregularis, saltem publicus, eligi ad sum-
mum Pontificatum; est enim eo gradu indig-
nus, si tamen eligatur, continuo liberatur ab Ir-
regularitate.

3. Hinc secundo, Episcopi, immo & Cardi-
nales subditi sunt Irregularitati, quia subditi
sunt juri & communi Canonico, à quo Irregula-
ritas imponitur, & licet ipsi, nisi exprimantur,
non intelligantur comprehensi à lege univer-
sali Suspensionis, & Interdicti, sic Jure Canoni-
co ob eorum dignitatem disponente, compre-
henduntur tamen à lege universali Excommu-
nicationis, & Irregularitatis, quia non apparet
jus excipiens ab illis. Ita alii citatis Leander, *d*

4. An, non baptizatus, si deinde baptizetur,
censendus sit liber ab irregularitate ex homici-
dio v. g. commissio ante Baptismum, commo-
dius dicemus *infra cap. 23. paragr. 1.*

CAPUT III.

Quibus verbis infligatur à Jure Irregularitas.

PRIMO, si in Jure Canonico, ejus est Ir-
regularitatem imponere, ut supra docui-
mus, sic dicatur: *Sit irregularis, Irregulari-
tatem contrahat, & c.* clarum nimis est,
tunc infligi Irregularitatem. Unum noto, in
vetustiore Jure hanc vocem Irregularitatis
non inveni, non quia usus Irregularita-
tis

a Gibal. de
irreg. c. 1.

b Sayrus de
Cens. l. 6. c.
1. n. 9. Co-
ninch. de
irreg. d. 18.
d. 1. n. 1.

c Turrian.
de Cens. l. 8.
d. 57. Aub. 1.
G. Hurt. de
irreg. diff. 1.
aliiq. pas-
sim.

d Suar. de
Cens. d. 40.
sec. 1. Co-
ninch. l. c. n.
9. & Theo-
log. An-
tiquior. in
4. d. 15. q. 3.
Art. 2.

a Diez in
prat. cri.
Cam. c. 16.
nu. 6.
b Bonac. de
Cens. d. 7.
q. 1. 2. n. 6.
Suar. d. 40.
de cens. l. 7.

c C. Quia
pericul. de
sensu. ex-
comm. in 6.

d Leandr.
de irreg. c.
1. d. 2. q. 6.

tis non fuerit, sed, quia hæc vox non usurpatur, utebantur autem alijs dicendi formulis, a æquivalentibus.

2. Si per futurum tempus sic dicatur: *Er-rit, fiet, evadet Irregularis, repellatur ab altari*, multo magis, si dicatur: *Sit Irregularis, repellatur ab Ordine, &c.*, inducitur *b* Irregularitas ipso facto. Ratio est, quia Irregularitas non pendet à futuro ministerio Judicis, unde illud futurum (fiet, erit, &c.) solum notat, deinceps te debere reputari Irregularem, non vero necessarium esse, ut præcedat Judicis sententia. Non esse ita in Censuris, diximus in Tract. de Excommunicatione cap. i.

3. Quod si, omnibus expensis, res dubia remanet, an scilicet verba significant induci, Irregularitatem, nec ne, cum hoc sit dubium juris, est judicandum, non infligi Irregularitatem, quia irregularitas debet esse expressa in iure, quæ expressio non adest, quando omnibus perpenis res est dubia. Immo, etiam si adderetur in iure, quod *talis poena sit dispensatione delenda*, adhuc per hæc sola verba non tollitur dubium, nam, ut notat Suar. *c* necessitas dispensationis potest cadere in alias poenas, quæ non sint Irregularitates.

CAPUT IV.

Quinam actus requiratur in subjecto ad Irregularitatem ex delicto incurrendam?

1. **D**ixi (ex delicto) nam ad Irregularitatem ex defectu, nequaquam facit hæc præfens questio, quia illa Irregularitas incurritur sine peccato. Ad eam autem ex delicto, requiritur *Actus externus, Opere consummatus, Deliberatus, Peccaminosus, Cognitus in ratione poenæ*. Discurte per singula.

§. PRIMUS.

Actus debet esse externus.

1. **E**cclēsia si vult nequit, *d* si vult non vult unquam punire, seu judicare de actibus merè internis, multo minus vult, eos punire Irregularitate, quæ est gravissima poena.

2. Actus tamen externus licet occultissimus capax *a* est Irregularitatis; statim

enim, ac actus in externum prodit, manifestus ex se est, iudicioque Ecclesiæ subditus.

Adde Tridentinum Sess. 24. cap. 7. de Reformatione, dicens homicidam, etiam occultum, esse ab Altari repellendum.

3. Neque obstat, quod ex dictis sequetur, hominem, si velit dispensationem Irregularitatis, debere Prælato manifestare suum delictum occultum, ut is iudicet de dispensationis causa: non obstat, inquam, quia ejusmodi manifestatio est voluntaria; potest enim Irregularis non petere dispensationem, si velit, suum impedimentum Superiori non declarare.

4. Quod si contingat, aliquem abstinere non posse ab usu Ordinis verbi gratia à celebranda Missa, nisi cum gravi infamia suum crimen divulget, jam non cogetur, ex hoc capite, desistere ab eius usu, dum periculum infamiae durat, ut docet Navar. *a* & Corduba, *b* nosque infra *c* explicabimus cum communi sententia contra Valerium, *d* alioquin, & universaliter ejusmodi dispensationes debent, ita prudenter fieri à Superiore, ut non infametur peccator occultus; monentis omnes; id enim ex regula generali de vitanda proximi infamia, pro certo supponendum semper est.

§. SECUNDUS.

Opere consummatus.

1. **H**oc est, debet actus in ea specie, sub qua prohibetur esse perfectus.

2. Hinc, qui mortem alicujus concupivit, qui eandem tentavit, qui vulnus, etiam lethale inflixit, non fit Irregularis, si inors ex vi illius actionis secuta non sit, quamvis per miraculum non sit secuta, quia poena hæc, seu onus Irregularitatis, cum odiosum sit, restringendum est ad opus integrè consummatum, quando aliter expressè non est in Jure dispositum. Ita communiter & Doctores.

§. TERTIUS.

Plenè deliberatus.

1. **I**ta profecto: non enim tam gravi oneri, seu poenæ, qualis est Irregularitas, ea

7 *Coninch. de Sacram. d. 18. duc. 2. Leand. de Irreg. multos citans tra. d. 10. q. 5. & d. 27. q. 19. contra paucos dicentes non incurri ex occulto inter quos est Miranda foris appro. à Diana p. 11. tr. 2. res. 26. sed exceptus (certè immeritè) à Bruno de Erru. Reg. Tr. 5. c. 4. prop. 1. a Navar. in man. c. 27. n. 239. b Cord. ca. su 41. n. 142. c Infrac. 14. §. 3. n. 3. breviter, & latius. Supra de excommu. nic. c. 2. d Valer. in diff. utriusque fori V. Irregul. diff. 8. e Suar. l. c. se. 3. n. 13. Farin. in frag. V. Irreg. n. 427. Vgol. de Irreg. c. 5. f Hurt. de Irreg. diff. 1. diff. 2. n. 6.*

est subiiciendus homo, nisi ob actum humanum, & perfectè voluntarium.

2. Hinc infans, dormiens, amens, seu furiosus, ebrius, &c. si occidat, vel rebaptizetur tempore carentiæ rationis, non fient Irregulares? unde, nec ulla indigent dispensatione, quando postea usum rationis resument. Porro ex hac certa doctrina duæ emergunt sequentes quæstionculæ.

a Clem.
Vnd. de Ho-
mic. Suar.
l. c.

b Gib. al.
Irreg. c. 4.
q. 2. n. 15.

PRIMA QUÆSTIO.

Dormiens, vel ebrius assuetus occidere.

3. Si quis tempore somni, vel ebrietatis, vel furoris, solitus occidere, bibat, vel comedat ea, ex quibus scit, ira affici, ut hominem in eiusmodi tempore occidat, est ne irregularis? Videtur enim non esse, quia hæc occisio, licet denominetur deliberata ab actu advertentiæ præcedente ipsam occisionem, in se ipsa tamen non est formaliter libera, quia actu fit, dum homo inops est rationis.

4. Respondeo, sub necessaria distinctione. Si is non prævidit occisionem futuram, quod esse non raro potuit, quia non erat assuetus eo tempore somni, vel ebrietatis, occidere, non erit Irregularis, etiam si per gravem culpam se v. g. inebriaverit, vel cubitum ierit cum intentione occidendi suo tempore inimicum. Manifesta est ratio, quia sic occisionis actus nulla ex parte est deliberatus, & voluntarius.

5. At, si is prævidit, quia v. g. erat assuetus eo tempore occidere, & non opposuit sufficientem diligentiam, ne occideret, claudendo v. g. januam domus, adhibitis custodibus, &c. multo magis, si data opera, ut hominem occidat, bibat, vel comedat, somno se dedat, erit Irregularis. Ratio est, quia tunc adest causa culpabilis occisionis, cui culpæ semper annectitur à Jure Irregularitas, siue ea culpa fuerit ante ipsam occisionem, unde occisio sic denominativè libera, siue culpa fuerit in ipsa occisione, unde occisio sit libera formaliter. Patet, quia, secus, non esset Irregularis, si post propinatum tuo inimico venenum, vel post inflictum vulnus, ex quibus is post dies mortuus est, tu interim, ante inimici mortem, resipueris à peccato, & involuntaria omnino actu tibi sit eiusmodi mors. Sufficit ergo, ad incur-

rendam Irregularitatem, occisionem esse denominativè liberam, nempe ex causa, antecedenter liberè data, ut communiter docent Doctores.

6. Confirmatur Primo, quia, dum Sacri Canonones homicidam voluntarium depellunt ab altari, non distinguunt de voluntario in se, & in causa. Cum igitur Voluntarium in causa sit in omni proprietate Voluntarium, non possumus trahere Canones, quasi ij loquantur solum de Voluntario in se. Inftar omnium sit Cap. de Catero. De Homicidio, quod solum Voluntarium in causa sufficere, dicit, ad incurrendam Irregularitatem.

De Catero (inquit) novèri, quod Diaconum, qui homicidio causam dedisse videtur, non ad Sacerdotium promovendus.

7. Confirmatur Secundo, quia, qui eligit medium. Canem, v. gr. Ursum. Leonem ad occidendum inimicum, vel, qui prævidet per illud medium esse inimicum occidendum, secuta occisione, sit Irregularis. At, qui se inebriat, ut occidat, ut, & qui sine eiusmodi intentione, prævidet tamen occisionem, voluntariè eligit, vel admittit se ipsum in illo amenitiæ statu tanquam medium, & instrumentum occisionis, ergo, &c.

8. P. Maternus & Prates nostræ Societatis Theologus magnæ litteraturæ in opere de Irregularitate, quod in publicam lucem morte præventus effere non potuit, exemplaria omnibus numeris absoluta in Bibliotheca nostræ Doctus Professæ, nostrique Collegii hic Panorami servantur, putat, probabilius esse (licet fateatur, præcedentem sententiam esse probabilem) quod eiusmodi assuetus occidere in ebrietate, somno, vel furore, etiam si prævidet occisionem, nec diligentiam, nec se sequetur, apposuerit, non fore irregularem, quamvis te ipsa sequatur occisio. Hanc sententiam, quam nullo Auctore citato, assert, pluribus probare contendit, probationisque summa fideliter collecta huiusmodi est. Quoties aliquis aliquid agens liberatur in Jure ab Irregularitate ob aliquam circumstantiam, toties, illa circumstantia interveniente, Irregularitas non incurritur, ut accidit in occidente ob sui defensionem cum moderamine inculpatae tutelæ, & in accusante Reum mortis cum legitima protestatione Canonica: Sed in Jure e liberatur ab Irregularitate, qui in circumstantia somni, vel ebrietatis, vel furoris aliquem occidit. Ex-

go semper, hac circumstantia interveniente, liberabitur. Subsumit: At in casibus, de quibus nostra præfens est disputatio, is, qui occidit, quamvis voluntarie in causa, occidit tamen in circumstantia somni, ebrietas, vel furoris; ergo etiam in his casibus ab Irregularitate liberabitur.

9. Profecto debilis adeo videtur mihi hæc ratio, ut non audeam ejusmodi sententiam probabilitatis nomine decorare. Falsa enim est prædicti argumenti Minor; Nam Pontifex in illa Clementina, ideo immunes ab Irregularitate pronuntiat dormientes, infantes, furiosos, (quibus adde, propter identitatem rationis, ebrios, licet hi in Textu non exprimantur) quia ii supponuntur ex nulla libertate, ne in causa quidem homicidium committere. Ratio ergo, cur prædicti liberentur ab Irregularitate, non est ipsa actualis carentia rationis dumtaxat, quam carentiam affert materialis somnus, vel ebrietas, sic enim liberaretur propinans venenum, vel lethaliter vulnerans, ut modo diximus, sed est carentia rationis cum nulla voluntate, nec antecedenti, nec præfenti occidendi. Audi Glossam citatæ Clementinæ *Furiosus* sic dicentem: Furiosus, si vè continuo furore laboret, si vè per intervalla, quamdiu furit, pati potest injuriam, sed non facere, & quod per eum fit, habetur perinde, ac si casu aliquo accidisset, sine facto personæ, unde, si damnum dat, non tenetur. *Aquila*, sed est perinde, ac si quadrupes fecisset, vel regula cecidisset, & idem dicitur de infante, &c. Nota illud (sine facto personæ) & illud (perinde, ac quadrupes, vel regula) At in casu nostro adeo factum personæ, quo antecedenter prævidit, & non cavit occisionem.

10. Confirmatur ex ipso Textu, qui sic habet: Si furiosus, aut infans, seu dormiens, hominem mutilat, vel occidat, nullam ex hoc Irregularitatem incurrit. Et idem de illo censemus, qui mortem aliter vitare non valens suum occidit, vel mutilat in vasorum.

Nota illud (ex hoc) quasi dicat, non autem ex alio capite antecedenti per quod illa causa libera actionis fuit.

Ad illud exemplum de occidente alium ob sui defensionem, dico, falsum assumi: non enim semper is liberatur ab Irregularitate, nam, si excedit limites moderaminis suæ tutelæ, & sic occidat, erit Irregularis, ut infra ex omnium sententia dicetur latius, ergo falsum est semper in circumstantia suæ defensionis, hominem

Tamburinus de Sacramento.

liberari ab Irregularitate, si aliquem occidat.

SECUNDA QUÆSTIO.

Impubes occidens, an incurrat Irregularitatem?

11. **I**n opusc. de Communione sententiam a negantem, tanquam probabiliorem amplexus sum, nec video, cur in eadem persistere non valeam, quam etiam sequuntur multi, qui universaliter docent, pueros impuberes, quamvis usu rationis pollentes, si vè septennio majores, si vè minores, nulla Censura, nullisque pœnis affici ab Ecclesia (excipiunt aliqui ex his excommunicationem ob percussione Clerici) At Irregularitas ex delicto, de qua hic agimus, pœna sine dubio est. Eandem etiam sententiam sequuntur alii, & qui signate ejusmodi pueros excludunt ab ipsamet Irregularitate.

TERTIA QUÆSTIO.

Occidens ex Metu.

12. **A**N, si quis occidat injuste aliquem coactus ab alio metu cadente in constantem virum incurrat in Irregularitatem. Dixi per aliam occasionem, supra, non incurrere, dicuntur vero, si metus est levis mali. Si quis iuste occidat simili metu coactus, dicam infra.

§. IV.

Peccaminosus.

1. **Q**uæritur, an ad incurrendam Irregularitatem ex delicto, satis sit peccatum veniale, an omnino requiratur mortale? Mortale semper esse necessarium, affirmant plerique, pauci tamen negant, dicentes, satis esse veniale.

2 Ratio horum negantium fuit, quia Ecclesia sæpe in Sacris Textibus moxnum, & afferendis judicavit, fuisse incursum Irregularitatem ex delicto ob levi culpam, quod certe signum est manifestum, ipsam de facto sic statuisse.

3. Confirmatur, nam excommunicatio minor inducitur per peccatum veniale, puta per commercium civile cum excommunicato majori, & tamen gravis est pœna, cum prohibeat Fidelem à participatione passiva Sacramento-

D

a In opusc.
de Com-
munion e.
4. §. 2. n. 13.
b S. V. c. f.
nu. 2. Fag.
præcep. Ecc.

2. l. 1. c. 3. n.

14. Sotus

cit. à Naldo

V. Annus

duodecim.

Val. T. 4. d.

7. 9. p. 4.

Castrop. T.

1. tr. 3. d. 1.

p. 24. §. 1. n.

9. lo. Sanc.

d. 26. n. 18.

Diana locis

mox citat.

c lo. Sanc. l.

c. Castrop. c.

1. tr. 3. d. 1.

p. 24. §. 2. n.

9. Diana p.

3. tr. 6. ref.

88. & p. 11.

tr. 2. ref. 16

d Supra tr.

1. de excom.

mun. c. 2.

§. 1. n. 7.

c Infra c. 15

§. 12. n. 15.

f Syl. v. V.

Ebrietas q.

2. Armilla

V. Irreg. n.

14. Cord. l.

2. q. 26.

Mul. de lu-

str. T. 4. tra

3. d. 77. à

n. 2. vocant

hanc com-

mune sens.

sed quo ju-

re, nescip-

Cast. 2. 2.

q. 64. art. 8.

& in sum.

112.

V. Irregul.
Meg. apud
Dianā p. 2.
17. 16. r. 18.
a Suar. de
Cens. d. 40.
sec. 5. à nu.
17. Avil. de
Cens. p. 7. d.
2. dub. 3.
concil. 3. &
diff. 6. sec. 1.
dub. 11. cō.
clv. 2. & 3.
Valq. p. 2.
d. 110. c. 5.
Filliuc. 17.
20. c. 3. n.
38. Bonat.
de Cens. d.
7. q. 1. p. 3.
n. 1. Conne
de Cens. d.
18. dub. 4.
n. 27. Dian
p. 2. 17. 16. r.
18. G. Hur.
de irreg. d. 1.
diff. 2. n. 8.
Castropal.
de Cens. d.
6. p. 12. §. 4.
n. 2. G. bal.
4. q. 2. n. 5.
b Glossa in
l. ensi si par
tes ff. de leg.
§. l. Divi
in Ad. l.
marg. ff. de
lure Patr.
c C. Tua
nos. De ho
mic. C. con
suebatur
eodem. C.
Si quis non
oratus. 15.
q. 1. C. Cle
ric. dist. 50.
d Al. C.
significat.
2. de homis.

rum. Ergo pari modo induci potest Irregularitas, quamvis ea item gravis poena sit.

4. Ratio affirmantium, a semper de facto requiritur culpam mortalem, est.

Primo, quia gravissima poena non infligitur nisi ob proportionatam culpam. At Irregularitas gravissima poena est, ut omnes concedunt & ut patet ex effectibus gravissimis, quos ipsa parit, quosq; nos fusè mox explicabimus.

Secundo, culpa levis, si vè ob parvitatem materiam si vè ob subreptionem, seu inadvertentiam, non est absolute, & consummate delictum; ut supra §. 2. vidimus, actum ob quem incurritur Irregularitas, debere esse perfectum, & consummatum in eo genere, quo prohibetur.

Tertio, quia constans est in iure regula, ut quoties dispositio continens poenam Irregularitatis, ita sit probabilis, ut etiam opposita probabilis sit, non incurritur (habet id, quod rectè Glossa b) Irregularitas, quia tunc expressa in iure censenda non est, At quis inficiabitur, sententiam hanc esse probabilem, positus ejus jam allatis fundamentis, & tot Doctoribus eam sequentibus, qui mordicus contendunt in iure non esse expressam Irregularitatis poenam, si solum præcedat culpa levis?

Ex his sententiis hæc posterior longè videtur esse probabilior.

5. Ad sententiæ prioris rationem facile responderetur, in casibus illorum Textuum, Pontificem collegisse pro foro externo, (in quo dispensabat) adfuisse culpam gravem, quia expressæ assumptionibus, & circumstantiis concurrentibus illa tunc colligebatur.

6. Ad confirmationem ductam ab excommunicatione Minori, multo facilius responderi potest, nam, cum hæc facile absolvi à quolibet Sacerdote simplici valeat, non exstimator, nec certè est adeo gravis, perinde est Irregularitas, quæ ex se est perpetua, privatque Ordinibus, eorumque usu, Beneficiis, &c.

7. Ex dictis, Primo, colligit Abbas, d si quispiam in sui defensionem occidendo aggressorem, moderamen excessit, eum non vitaturum Irregularitatem, si id ex proposito fecit, secus, si ita ex calore iracundiae, ut indeliberatè se cerit, Merito hæc dixit Abbas, quia in Sacro Textu nonnisi lata, ac studiola, id est peccaminosa mortaliter negligentia dicitur causa Irregularitatis.

Addit insuper idem Abbas, ad Irregularitatem pro foro conscientiae, satis quidem esse cul-

pam latam (intellige mortalem) at pro foro contentioso, requiri item dolum.

8. Colligit secundo Hurtadus a ex communi doctrina defectum plenæ advertentiae circa Jus vel circa factum, ignorantiam, & similia, quoties actum eximunt à peccato mortali, eximere quoque in conscientia ab Irregularitate ex delicto, quicquid sit de foro externo, cui sufficit culpa juridica, id est per externas probationes præsumpta.

9. Colligit Tertio Henriquez, b quando Judex, probata secundum præsumptiones culpa juridica mortali, declarat, aliquem incurrisse Irregularitatem, si Reo constet, culpam fuisse venialem, nec esse Irregularem, nec indigere dispensatione, Quare cura scandalum, gerere se possit, ut ab omni Irregularitate immunem.

10. Circa prædicta, puta, qualis culpa requiratur, ad incurrendam Irregularitatem, multa dicenda sunt *Infra cap. 15.* quæ omnino sunt legendenda.

§. V.

Ut incurrat Irregularitas ex delicto, actus debet esse cognitus in ratione malitiae, & in ratione poenae, quibus prohibetur.

1. Titius, Primo, nescit, vel non advertit, id est sine culpa, hunc actum, cui ex Ecclesiæ præscripto Irregularitas inhæret, esse peccatum. Secundo, scit quidem, esse peccatum, id est mortale contra Jus divinum, vel contra Jus naturale, nescit tamen inculpate, esse contra Ecclesiæ peculiare præceptum, Scit v. gr. hæresim, homicidium, Rebaptismum esse peccatum si vè contra Divinum, si vè contra præceptum naturale, sed ignorat, esse contra humanum Ecclesiæ præceptum. Tertio, denique, quamvis noscat, actum, quem facit, esse peccatum, & esse contra Jus Divinum, vel naturale, vel contra prohibitionem Ecclesiæ, nescit tamen sine culpa, prohibitioni huic Ecclesiæ esse annexam poenam Irregularitatis.

Quæritur ergo, an semper in prædictis tribus casibus incurrat Irregularitas, si actus ejusmodi prohibitus fiat à Titio?

2. Et quidem in primo casu Titium non incurrit, jam patet ex dictis, quia ad Irregularitatem prærequiritur culpa, &c.

3. In secundo casu, est probabile, non incurrit, sed est item probabile, d incurrit. Ratio prioris probabilitatis est, quia Ecclesiæ censetur

ponere, poenam Irregularitatis solum non obediens legi, quam, si quis nesciat, non est ei inobediens. Ratio posterioris est, quia Ecclesia movetur ab indecentia mortali ipsius actus, cui adnectitur Irregularitas. Si ergo quis indecentiam actus jam agnoscat, unde mortaliter peccet contra Legem Divinam, vel naturalem, sanè ad se trahet Irregularitatem ejusmodi actui adhærescentem.

4. Dices. Cur Ecclesia arcere per Irregularitatem voluit Ministrum Justitiæ (ut omnes infra docebimus) iuste occidentem Reos, etiam si Minister non peccet: imo etiam si nesciat hanc Ecclesiæ dispositionem, non vero in priore probabilitate voluit arcere hominem, qui alium occidit iniuste, quando is ejusdem Ecclesiæ prohibitionem ignorat.

Respondetur: Rationem putò esse hanc, quia Ministri ex officio, veluti habitualiter, deficiunt à lenitate Christi, parati ex vi sui officii ad occidendum: ut ille occidens iniuste cum ignorantia prædicta, cum non occidat ex officio non deficit habitualiter à lenitate Christi: Vide infra cap. 15. paragr. 13. num. 15. ubi quid simile dicam.

Jam de tertio casu remanet difficultas, de qua sunt sequentes sententiæ.

5. Prima a docet ab ignorante sine culpa Irregularitatem, nunquam illam incurri, una excepta, quæ est ex Homicidio voluntario.

Præcipua hujus primæ sententiæ Ratio est, quia; ut alibi b dixi, ad omnem poenam extraordinariam, qualis certe est Irregularitas, requiritur consensus in illam, qui in ignorante esse non potest, &c. recole locum.

6. Neque obstat, Irregularitatem esse non solum poenam, sed etiam impedimentum, quo, quis impeditur, ne ad altare accedat, impedimentum autem contrahi solere, etiam ab nesciente illud, ut patet in impedimentis Matrimonium dirimentibus. Non obstat inquam, quia Irregularitas est impedimentum quidem, sed non nisi adnexum peccato inobedientiæ, & tanquā poenam extraordinariam eidem peccato ab Ecclesia conjunctam, id quod non est in dictis Matrimonii impedimentis, in quibus solum habetur ratio ejus, quod de facto est, v.g. consanguinitatis, Affinitatis, &c. præscindendo ab eo, quod sit poena, vel non poena, &c.

7. Excipit tamen, hæc sententia Homicidium iniustum, qui enim hoc committit, erit Irregularis, etiam si nesciat, huic delicto Irregularitatem esse connexam.

Ratio autem hujus Exceptionis non est, ut aliqui cum Merolla a putant, quia in Irregularitate contracta ex Homicidio iniusto est imbibita Irregularitas ex defectu lenitatis, nō est, inquam, ut planius explicabimus mox à n. 14. sed est usus, & consuetudo Ecclesiæ, & sensus per tot annos Fidelium, cum, & Pontifex peculiari rigore homicidam prædictum arceat ab altari, difficultusq; illi dispenset, & Fideles, nisi expresse ejusmodi dispensationem à Pontifice obtineant, non acquiescunt.

8. Adde inconveniens, quia nimis multi cum Ecclesiæ scandalo essent immunes ab hac Irregularitate, quamvis etiam plures occiderint, siquidem per quam pauci sciunt homicidio, ex vi Juris, Irregularitatem adhærere; quod certe scandalum non est adeo notabile in Irregularitatibus ex delictis aliis.

9. Secunda sententia docet, ab eiusmodi ignorantem Irregularitatem, semper b illam incurri, nulla excepta. Ratio potior huius sententiæ est, quia Irregularitas ex delicto, non solum est poena, sed etiam est indecentia, & impedimentum Canonicum, quo, qui est affectus, non potest licite ordines suscipere, vel exercere: Impedimentum autem incurritur, etiam si illud nesciatur, ut patet in impedimento dirimente orto ex consanguinitate per copulam fornicariam, ante contractum Matrimonium. Licet enim illud constitutum fuerit in poenam delicti fornicationis cum consanguinea Sponsæ in primo, vel secundo gradu, tamen est etiam indecentia, atq; adeo impedimentum ex se perpetuum, incurriturq; etiam si Sponsus ignoraverit, illam esse consanguineam suæ Sponsæ, vel illi delicto eiusmodi poenam ab Ecclesia fuisse connexam.

Addere, nimis multos sic excusari ab Irregularitatibus ex delicto, quia nimis multi illas ignorant.

10. Tertia sententia docet c ab ignorante Irregularitatem, nunquam illam incurri, nulla prorsus excepta, Ratio est, quia non est maior ratio de una, quam de alia. Cū ergo probabile existimetur, ut probant rationes primæ sententiæ, nō incurri cæteras alias ab ignorante illas, probabile etiam erit non incurri Irregularitatem ex homicidio, quæ in illa prima sententia erat excepta; atq; adeo erit probabile, nullam incurri.

11. Adde, hanc esse poenam extraordinariam, etiam loquendo de Irregularitate ex homicidio iniusto, ergo, cum poena extraordinaria

D 2

a Merolla
T. 1. l. c. n. 5.
Sanc. l. c.

b Suar, d.
Cens. d. 4.
sa. 5. n. 9
Avila de
Cens. p. 7. d.
2. dub. 4.
10. Prop. de
Irreg. du. 2.
n. 10. G.
Hurt. de
Irreg. d. 1.
d. ff. 8. n. 18.
Bonac. de
Cens. d. 7.
q. 1. p. 2. n. 4.
c. Leandr.
tr. 2. de Ir-
reg. d. 4. q.
6. Cum a-
liis. Castr.
T. 1. tr. 4. d.
1. p. 17. n. 6.
c. clariss.
d. 6. de cef.
p. 6. n. 3. A-
lio, citans
Taner. p. 2.
tr. 5. q. mor.
2. salic post
factu post-
quam ali-
quis bona
fide sic or-
dina-

a *Lib. in
Decal. c. 2.
§. 10. n. 12.*

b *Castrop.
d. disp. 6. de
Cens. p. 6. n.
3.*

nunquam incuratur ab ignorante illam, ut eadem prima sententia docet, nos alibi a sustinui-
mus, neque hæc incurretur.

12. Ad præcipua argumenta, quæ adversus hanc tertiam sententiam afferri solent sic respondet Castropalaus. *b* Non est inconueniens, quod multi ab hac poena in foro conscientia excusentur, sicuti excusantur à censurâ, cum in eo foro adversus legem Ecclesiasticam complete non delinquant, ignorando poenam extraordinariam, sub qua lex lata est. Neque item est inconueniens, quod iudex ignorans suo facto Irregularitatem adnecti, eam contrahat, non tamen eam contrahat Homicida ignorans Irregularitatem suo delicto adnecti, quia Irregularitas iudici, non in poenam, sed ob deiciendam posita est: ac homicida, tum ob deiciendam, tum in poenam delicti (sive copulative) Irregularitas inducitur, quæ Irregularitas gravior est, & difficilior dispensationi, ac proinde non est mirum, ut cognitionem legi eam indicentia exposculet.

13. Ex his tribus sententiis prima, & secunda probabiles sunt. Tertiam ægre in praxim deducere, an autem sit probabilis, alii statuunt.

14. Sed jam superest explicare distinctus, cur numero septimo noluerim admittere contra Merollam, in Homicidio injusto esse inbibitam Irregularitatem ex defectu lenitatis, atque adeo noluerim admittere, de hac peti solere, & debere dispensationem, quando quis ignorans, homicidio esse adnexam poenam Irregularitatis, aliquem interfecit?

15. Respondeo, rationes inter cæteras, has esse posse. Primo, quia id contra praxim est, cum petentis dispensationem; tum illam concedentis, nunquam enim peti, vel concedi solet dispensatio homicidii injusti, nisi sub forma Irregularitatis ex delicto. Et patet, quia Irregularitatem ex defectu, alii à summo Pontifice, si e aliquorum sententia vera est, possunt dispensare, at hæc orta ex Homicidio injusto semper petitur, & conceditur à summo Pontifice.

16. Secundo, quia petens hanc dispensationem ab eodem ipso Pontifice, satis esset; si exponeret, se esse Irregularitatem ex defectu lenitatis quia jam Merolla dicit, in casu ignorantie hanc solam incurri, non vero illam ex delicto: quod certe nullus, satis esse concedet.

17. Tertio, quia ejusmodi ignorans saltem haberet hoc notabile commodum, ut posset petere dispensationem suæ Irregularitatis, quæ solum est ex defectu, ab aliis, quam à Pontifice,

si, ut diximus, alii hanc Irregularitatem dispensare valent.

18. Quarto, quia, si vera esset hæc Merollæ doctrina, is, qui cum scientia Irregularitatis aliquem occidit injuste, in duas Irregularitates incurreret, alteram ex delicto, alteram ex defectu, & quidem separabiles, quia, quando non adest dicta scientia, sola remanet illa ex defectu: at Doctores unam agnoscunt, licet gravio- rem, ut modo numero 12. dixit Castropalaus.

19. Quinto denique, Hodie, ut infra a videbimus, probabilissimum est, Irregularitatem ex defectu lenitatis non incurri, nisi à Ministris Justitiæ, & à Militibus in bello justo; Ergo non incurritur ab injuste occidente: si ergo is ignorans, effugit (Merollafatente) Irregularitatem ex delicto, nullo modo ex hac probabilissima sententia subjiçietur Irregularitati ex defectu lenitatis, quia is non occidit, ut Minister Justitiæ, vel, ut Miles, &c.

CAPUT V.

§. UNICUS.

Non dubia debet esse in Irregularitatem incurso.

1. RECOLE Primo, dubium vel posse esse circa factum, vel circa Jus Dubitas v.g. an occideris habes dubium facti, quamvis certus sis, occisioni de Jure annexam esse Irregularitatem. Dubitas, an amputans alicui mamillam evadas Irregularis? habes dubium Juris, licet certus sis, te mamillam alicui mutilasse.

2. RECOLE Secundo. Dubium aliud esse negativum, aliud positivum. Si enim intellectus sit omnino anceps, nullamque rationem, saltem probabilem, habeat, per quam inclinet ad aliquam partem, dicitur dubium, & quidem negativum. Si vero rationem aliquam alicujus momenti habeat, per quam assentiatur alicui parti, dicitur probabilitas, & ab aliquibus vocatur, sed certe improprie, dubium positivum. Si denique adsint rationes alicujus ponderis pro utraque parte, utraque erit probabilis, ut fuso explicuimus l. i. in Decal. c. 1. §. 1.

3. His in memoriam redactis, quæstio percellens est, An dubium negativum de Irregularitate, sive circa Jus, sive circa factum, inducat Irregularitatem, nam quid dicendum sit in dubio possi-

c *Multi a-
pud Pasg.
Cens. 3. q.
2. 10.*

positivo, seu probabiliter, mox tangam num. 17 & distinctius nu. 23.

4. Porro valde defudarunt in hac quaestione Doctores ingenia, sudorisque causam dederunt Jura, quae alicubi condemnare videntur Irregularitatis, sic dubitantem, alicubi penitus liberare; Nam Clemens III. & Innocentius I. III. & statuit in dubio unumquemque censendum esse Irregularem, quia in dubiis, aut tutior semper pars est eligenda. Bonifacius vero VIII. c. vel statuit, vel tanquam iudicatum supponit, nullam incurri Irregularitatem, quae expresso Jure non fuerit inducta, sed quando adest dubium de facto, vel de Jure, Irregularitas non est expresso Jure inducta; ergo tunc Irregularitas non incurritur.

5. Nos ergo varias, & quidem difficiles horum Pontificum reconciliationes a Doctoribus excogitatas ultro praemittentes, facilem conciliandi Pontificis viam inuenimus. Sed prius conclusionem sequentem statuamus.

6. Solum, in dubio de facto homicidii iniusti, debent se tenere Fideles Irregulares: in aliis vero quibusque dubiis, siue juris, siue facti, praeter dictum homicidium, se Irregulares tenere, nequaquam astringuntur. Quare, si dubitas in aliis materiis, an v.g. Haereticus fueris, an rebaptizari te permiseris, &c. quod est dubium de facto circa alias materias ab homicidio, non eris Irregularis.

Idem dic de dubio Juris circa materiam ejusdem homicidii, vel circa quascunque alias ab homicidio, ut ex Corollariis mox ponendis distinctius habebis, atque haec in utroque foro (Secundo Gibalinus cum aliis putat, solum procedere in foro interno.) Ratio hujus conclusionis est, quia illa sic declarata colligitur clare, ut mox videbimus ex Sacris Textibus, quos citavimus num. 4.

7. Hac conclusione praehabita, sic conciliantur praedicti Pontifices, Clemens, & Innocentius, novum jus condendo, decernunt, in dubio facti de homicidio iniusto hominem esse in utroque foro Irregularem, Bonifacius vero, qui fuit post Clementem, & Innocentium, dicit quidem, in aliis dubiis, hominem non esse irregularem, sed supponit, esse Irregularem in dubio facti de praedicto homicidio.

Cum enim ipse solum dicat, nullam Irregularitatem incurri, nisi ea sit expressa in Jure; in Jure autem non sit expressa pro aliis dubiis, sed solum per dictum Clementem & Innocen-

tium pro dubio facti homicidii iniusti, ideo clare colligitur a Bonifacio supponi Irregularitatem in dubio facti homicidii iniusti, non vero in dubiis ceteris.

8. Quod autem Clemens, & Innocentius novum jus condiderint, recte tradit Joan. a Praepositus, quia aliud antiquum jus id decernens antea non aderat. Et nota, quando ipsi dicunt in dubiis tutiorem partem esse eligendam, unde inferunt, in dubio facti homicidii debere, se hominem gerere, ut Irregularem, non definiisse in omnibus casibus in dubio debere eligi partem tutiorem, solum enim ipsi, moti ex hoc principio (quod certe non raro solum est de consilio) recte poruerunt praecipere, & definire, in materia facti homicidii, eam esse servandam.

9. Quaes hic denique. An Irregularis ex dubio facti homicidii iniusti debeat, se tenere pro tali, quoad omnes effectus Irregularitatis?

Respondeo. Certe probabile est, ut solum huic non liceat suscipere Ordines, nec Ordines exercere. Nam quoad alium illum effectum de privatione Beneficiorum, & multo magis quoad alias poenas illi delicto annexas, hunc non esse censendum Irregularem, notat Abbas, & confirmat cum Suario, & Sanchez Castropalaus.

Colligimus ex dictis, quid sentiendum in quibusdam dubiis peculiaribus?

In dubio de mutilatione.

10. Ex dictis probabile mihi fit Primo, per mutilationem quomodocunque dubiam, quavis injustam, non incurri Irregularitatem. Quare, si quis sit dubius, siue de facto, an membrum alteri mutilaverit, siue de Jure, an tali mutilationi, v.g. mamillae, annexa sit in Jure Irregularitas (de quibus inferius distincte agetur), inquam, sit dubius, nulla afficietur Irregularitate. Ratio est, quia, nec in Jure Clementis, & Innocentii, ut vidimus, nec in alio aliquo Jure fit de mutilatione dubia expressa mentio, sed solum de dubio homicidio, mutilatio autem homicidii nequaquam est.

In dubio de Consilio.

11. Probabile fit Secundo, eum, qui est quomodocunque dubius (sane post debitam diligentiam, ut alibi dictum est) de homicidio etiam iniqu-

a Io. Praep.
q. 5. de Irregul. du. 8.
n. 69.

b Abbas in
c. significasti de hom.
c. Castrop.
d. 6. de scilicet.
p. 3. n. 8.
d. Sanchez in
Discal. l. 1. c. 10.
n. 49.
Bonas. de
conf. d. 7. q. 1.
p. 5. n. 4.
Dian. p. 3.
tr. 7. r. 72.

Merolla T.
l. d. 3. num.
252. c. in
res simili.
Suar. de c. 6.
d. 40. sect. 6.
n. 1. Cast.
cum aliis
de Consil. d.
6. p. 3. n. 10.
quicquid
dicat Hen-
riq. l. 14. n.
3. n. 4.

injusto, an, inquam, illud ex suo consilio fuerit commissum, non esse irregularem. Cum enim valde differant, homicidium committere, & ad homicidium consilium dare, Irregularitas, quæ imposita est homicidæ dubio, valde probabiliter non extenditur ad dantem suum consilium, qui dans sit dubius, an per suum consilium concurrerit ad homicidium, ita docet Gibalinus, a licet contrarium ego docuerim b alibi, sed certè nunc re perpensa, utrumque esse probabile, video.

a Gibal. c.
4. de Irreg.
q. a. n. 32, ci-
sans Prop.
Sanc. Ro-
drig. Vide
etiam de
his Dian. p.
11. tr. 6. ref.
24. & 42.
b L. 1. in
Dec. c. 3. §.
7. V. Irreg.
c l. c. V. D. a-
num secu-
sum.

12. Admoneo tamen (ut loco citat. in simili dixi) difficile esse, te dubitare posse, an tuum consilium concurrerit ad dictum homicidium, cum enim ex communiter contingentibus sciamus, consilium regulariter operari, & concurrere ad effectum, ad quem datur, ideo regulariter non eris dubius, sed moraliter certus de tuo concursu ad homicidium, & consequenter de Irregularitate à te contracta.

13. Quando ergo Primo, certus sum, te occidisse inimicum, & item certus, me tibi consilium, de eo occidendo, dedisse, sed dubius sum, an tu illum occideris motus ex meo, an ex alie. no, vel ex tua voluntate.

Secundo, quando certus sum, me tibi consilium dedisse, & item te ex meo consilio per mortem tenuisse homicidium, sed dubius sum, an is verè occisus fuerit, an potius ex inflicto à te vulnere convaluerit.

Tertio, quando certus sum, me consilium tibi dedisse, teque homicidium ex meo consilio attentasse, sed dubius sum, an homo perierit ex vulnere à te inflicto, an ex alia causa. Quando, inquam, hæc ita se habent, ego ex probabili hac sententia liber sum ab Irregularitate, quia in his omnibus est dubium, an ego moraliter ad homicidium concurrerim, Præter Gibalinum citatum lege d alios.

d Th. Sanc.
l. 1. matr. d.
9. n. 2. Ioan.
Sanc. d. 4. 2.
n. 14. Me-
rolla l. 1. d. 3.
c. 3. nu. 451.
Azor. p. p. l.
2. c. 17.
Suar. de
Cens. d. 40.
señ. 3. n. 10.

In dubio de Occisione iusta.

14. Probabile sit mihi Tertio, illum, qui quomodocunque dubius est, an aliquem occiderit in casibus occisionis iustæ, quales sunt occisiones, quæ fiunt à Ministris Justitiæ, & Militibus in Bello iusto, ut infra explicabitur, non esse irregularem. Ratio est modo indicata, quia jura Clementis, & Innocentii solum condemnant absolūtè prolati, nihil de occisione iusta; hæc enim in jure non venit sub nomine homicidii, sub

quo solum venit occisio injusta. Adde prædicta jura ex contextu, & modo loquendi clare loqui de sola occisione injusta.

15. Obijcies in C. *Petitio de Homicidio* infligitur Irregularitas ei, qui dubitat in facto occisionis iustæ: ergo est falsum, quod numero præcedenti dictum est, non infligi. Hæc sunt verba Textus.

*Petitio tua continebat, quod cum inimici Dominica Crucis Castrum invassissent, exen-
tibus inde habitatoribus, tam Clericu,
quam Laicu, contra eos, ac invicem con-
fligensibus, hinc inde occisi quamplurimi
existerunt. Unde cum pro eo, quod aliquos
percuissisti, Irregularitatem minuas in-
cursisses; mandamus, quatenus, si de inter-
fectione cuiusquam in illo consilio tua
conscientia te remordet, ministerio alta-
ris abstinens reverenter, cum sit conjunctus,
in ejusmodi dubio abstinere, quam temere
celebrare.*

Notetur illud (in hujusmodi dubio.)

16. Respondeo, Fateor, Textum esse difficile. Sed, quia non est clara expressio Irregularitatis, non esse timendum. Dico enim, hic Pontificem non loqui de dubio negativo, sed de probabilitate, quam dubium positivum ab aliquibus appellari modo num. 2. vidimus: qua certè posita, incurritur Irregularitas. Quod autem de hac loquatur Pontifex, patet, Primo, quia in ejusmodi militari conflictu, in quo ipse, qui petit dispensationem, dicit, se aliquos percussisse, non est dubium, sed valde probabile, occisionem fuisse subsecutam. Secundo, quia idem significatur verbis illis Pontificis (si de interfectione cuiusquam tua conscientia te remordet.) Tertio, quia, quando Pontifex dicit (in hujusmodi dubio) significat, se loqui de dubio; quod propositum fuerat, at hæc fuit dubium positivum, ut dictum est. Hanc explicationem allati Textus me docuit P. Martinus Prates, a & illam, ut expeditiorem merito sequor, omittens aliam, quam affert Metolla, & b aliam, quam Sanchez. c quas, si lubet, apud eosdem vide.

17. Quod diximus (id est, esse te Irregularem, si probabiliter judices, te aliquem occidisse, tum in occisione iusta, tum in injusta) puto, esse certum, quando probabile est te occidisse, & b Martell. dubium negativum, te non occidisse, id est, c Sanc. d. 4. quando nullam rationem probabilem habes, in Decal. unde colligas, te non occidisse, ut fuit in casu mo.

a Prop.
buz. 49. n.
Tardi d.
om. d. 1.
7. §. 4. c.
lure Gib.
de Irreg.
4. §. 1. n.
brevite
l. 1. m. D.
13. §. 7.
Irregul.

a Marin.
Pratin
mon. de
Irreg. sup.

cit. d. 1. c.
6. §. 3. n. 21.
fina.

b Martell.
c Sanc. d. 4.
in Decal.

mo.

modo allato ex c. *petitio*. Ratio est, quia tunc prudenter apparet ratio incurfus in Irregularitatem, & non apparet evasionis ratio. Quod si probabiles rationes habes, quod occideris, & probabiles item, quod non occideris, an utramque partem possis tuto sequi, dicam mox n. 32.

In dubio de Abortu.

18. Probabile sit Quarto, Dubitantem, an foetus fuerit animatus, in cuius abortum sua opera quis cooperatus fuit, non debere se censere Irregularem, quia a cum non constet de corpore delicti, hoc est foetu animato occiso, homicidium, de quo loquuntur praedicta jura, non praesumitur adesse.

19. Verum posset aliquis, huic probabilitati se opponere. Primo quia sequeretur occidentem Monstrum, de quo dubitetur, utrum sit homo, an brutum, non fore Irregularem, cum tamen ab Ecclesia praesumatur homo, nam propterea baptizari illud, jubet sub conditione.

20. Secundo, quia Sistus Quintus damnat irregularitatis procurantes foetus ejjectionem, quam vis inanimis. Ergo multo magis, si sub dubio est foetus animatus.

21. Tertio, quia qui dubitat, de facto homicidii injusti ex supradictis est Irregularis, at hic dubitat, an commiserit, homicidium injustum.

22. Respondeo ad Primum concedendo sequelam, nam etiam ibi non apparet, homicidium esse sequutum. Prae autem Mater Ecclesia ob favorem animae fortè ibi existentem, illud sub conditione baptizari Irregularitas odium est, non favor.

23. Ad secundum. Ejusmodi Sisti constitutionem moderatam fuisse à Gregorio XIV. quis est, qui nesciat.

24. Ad Tertium. Aio, ex supradictis illum solum esse Irregularem, qui, cum certa sit hominis mors, ipse dubitat, an ad illam cooperatus sit. Recole factum, quod enarratur C. *Petitio de homicidio*, ut modo n. 15. vidimus, ibi enim dicitur (hinc inde occisi quamplurimi extiterunt.) Ecce mortem certam subsecutam (& deinde additur) undè pro eo, quod aliquos percussisti, &c. Ecce percussione. Quare dubitatur, an ab ipsa fuerit dicta mors subsecuta, at in casu nostro non est certum mortem fuisse consecutam, quia non est certum de vita hujus foetus.

Aligua ad dubiam Irregularitatem peritientia declarantur.

25. Inquires Primo. Cum certum sit, statim, atque dubium exoritur, obligari nos ad indagandam rei veritatem, qua per moralem diligentiam indagata, & non inventa, tunc demum rem esse dubiam pronuntiandum, Inquires, inquam qua ratione in negotio Irregularitatis veritatem indagabo?

26. Respondeo. Profecto rationum, & circumstantiarum momenta expendendo, & praecipue peritos consulendo. In quibus, si unus ceteris Imperitioribus antecellat, illius sententiae acquiescito, multo magis, si qui sunt alii, idem consentiant. Quod si alicubi unus tantum reperitur v.g. Medicus non imperitus, qui possit edocere, an ex tuo vulnere secuta sit mors à te vulnerati, nec alii alibi existentes consuli possint, illi uni pareas; praeterea enim tunc prudenter dubium deponis.

27. Dum praedicta indagatio fit, an possis te, ut liberum Irregularitate gerere, colligi potest ex doctrina, quam in simili tradidi lib. 1. m. Decal. c. 3. §. 7. V. Matr. n. 4.

28. Inquires in hunc modum Secundo. Celebravi cum dubio, an excommunicatione, vel simili censura innodatus id fecerim, neglecta diligentia indagandi veritatem, unde certo peccavi. Deinde Religione tactus, omni quo potui studio, veritatem inquirens, neminem inveni, qui dubium, siue adversum me, siue pro me depellere potuerit, debeone deinceps, ut Irregularem me gerere, quandoquidem celebranti cum excommunicatione Irregularitatem esse annexam; mox dicemus?

29. Respondeo. Ita probabile esse docet Suar. a quia possessio mala fide inchoata nil juvat possidentem. Sed puto probabilius, te solum peccasse, non autem te debere gerere, ut Irregularem. Ratio est, quia peccatum conamittitur quidem ab operante per malam fidem: ac Irregularitas, nisi à jure inducatur, ex nulla mala fide contrahi potest. Si ergo tu, modo dicto, celebrans dubius tunc fuisti de censura, dubia etiam fuit incurfus in Irregularitatem, atque adeo nulla, quia solum in facto homicidii injusti Irregularitas incurritur à dubitante. Et certe Suar. qui est in opposita sententia, nostram tamen approbasse in simili, loquendo de oppositis; videtur. Fateor, inquit, expositum, quia mala fide suscepti Ordines, posse etiam ex

a Suar. de
Cens. d. 40
ut §. 5. n. 19.
Salas p. 2.
tr. 8. d. unic
§. 5. n. 169.
b D. vac. de
Cens. d. 7.
q. 1. p. 5. n. 5.
Sanc. l. 1. m
Decal. c. 10
n. 46.
c Suar. d.
§. 1. de cens.
se. 4. n. 4.
cusa.

De Effectibus Irregularitatis.

cusari, quamvis ab initio mala fide sit ordinatus, deponendo scilicet illam fidem, & conformando se opinioni probabili dicenti, expositos non se debere, ut illegitimos habere, atque adeo, nec, ut expulsos ab Ordinum susceptione.

30. Inquires Tertio, sic: Dubito, an per legem Canonicam constituta sit pro hac actione Irregularitas, unde evolvo ejus juris dispositiones; nihil tamen certi reperio, judicabo ne esse constitutam?

Respondeo, Immo judicare debes, constitutam esse prorsus nullam, ex toties decantato Textu, per quem expressa debet esse in jure Irregularitas. Ex qua doctrina idem dic, si inveniis in jure aliquam dispositionem, quæ ambiguit, ac dubie Irregularitatem imponat, adhuc enim jus non est certum, & expressum. Quid si probabiliter? Id jam universaliter subdo.

31. Inquires enim sic Quarto, Habeo probabiles rationes circa jus, vel circa factum, quæ me de Irregularitate condemnant, probabiles item, quæ me liberant, cui parti adharebo securus?

32. Respondeo, cui mavis, etiam si altera sit probabilior, quia probabilitatem sequendo, semper prudenter te geris.

33. Illud universaliter alibi admonui, & nunc in Irregularitate moneo cum Cajetano, e Si enim probabilitas contra te ita validis rationibus vallatur, ut opposita, quæ alias probabilis apparebat, à sua tenui illa probabilitate deiciatur, te Irregularem pronuntiato: siquidem tanta probabilitas unius partis, quamvis non evidenter, sed probabilibus rationibus instructa, dicitur, & est certitudo moralis, quia in rebus moralibus majorem certitudinem, quam illam magnam probabilitatem, expectare non possumus cum nulla fere veritas sit tam constans, & clara in hominibus, ut aliquid contra illam asserri non possit. Et ex alia parte modica illa probabilitas, quæ alias prudentem assensum à nobis extorquere poterat, ita nunc vincitur, & opprimitur, ceu parva candela à Clarissimo Sole, ut nequeat amplius vocari, & esse proxima. seu practice probabilitas unius partis nequeat intellectus prudenter inclinari ad partem aliam, quæ apparet, tam modice veritatis,

1. Irregularitas absolute, & totaliter accepta tres effectus parit, Primo, impedit hominem à suscipiendis Ordinibus, atque hic est effectus illius primarius. Secundo, impedit ab Ordinum usu. Tertio, à Beneficiis, & Ecclesiastica Jurisdictione, ut patet ex dictis c. 1. Irregularitas non privare Clericum Privilegiis Clericorum scimus omnes, & mox a dicam distinctius, & quoad privilegium ferendi habitum Clericalem. Vide b Tancr. docentem contra Sanchez, eo non privari, si non sit bigamus,

2. Dixi (absolute, & totaliter) nam de Irregularitate impropria, & secundum quid, quæ aliquem tantum effectum gignit, vel pro tempore non perpetuo, dicitur in decursu tractationis: Ejusmodi est Irregularitas ex defectu ætatis, quæ perpetua non est, ejusmodi est illa ex defectu Sanitatis, quæ item cessat, infirmitate cessante, ejusmodi est illa, quæ aliquando supervenit Sacerdoti impediens ex parte Ordinum usum, ut, si Sacerdos fiat mancus, vel cæcus, poterit enim audire Confessiones, quamvis celebrare non possit, &c. De integra ergo Irregularitate loquendo, discurremus per prædictos tres effectus separatim.

§. PRIMUS.

Irregularitas impedit Ordinum susceptionem.

1. Qui, cum Irregularis sit, Ordines quoscunque recipit, & peccat mortaliter, sed valide ordinatur, nec est aliam Censuram, vel Irregularitatem aliam contrahit. Quod peccat graviter, etiā suscipiendo Minores, patet, quia sic operatur contra grave præceptum. Quod valide ordinetur, item patet, quia, si habeat quis ea, quæ ex Instituto Christi requiruntur ad Ordinum valorem, non potest, quoad illum valorem, impediri ab Ecclesia. Quod denique nullam aliam censuram contrahat, inde probatur, quia in nullo jure apparet, contra Irregularem Ordines susipientem fulminari censuram, vel aliam Irregularitatem.

2. Hinc sequitur, ad liberandum omnino ejusmodi Irregularem, qui Ordines cum Irregularitate suscepit, sufficere si dispensetur in ipsa unica

a Sant. l. l.
in Dec. c.
10. n. 32. &
alii passim.

b L. l. in
Decal. c. 3.
6. 3. n. 11.
c Cajet. in
summ. V.
Opinio.

a Max. 9.
1. n. 1.
b Tancr. 2.
p. 17. 3. qu.
mor. 32.

c Val. 4.
d. 7. q. 19. p.
2. Sum. 1.
2. 7.

Cens. 4. 40.
6. 2. 2. 2.
Graff. det.
L. 4. c. 27. n.
6. p. 1. Say.
de Cens. 1.
6. c. 1. n. 26.
6. c. 10. n.
38.

d Sum. 1. 1.
Avila de
Cens. 1. 7.
d. 2. dub. 6.
e Sum. 1. 1.
n. 3.
f Sum. 1. 1.
n. 2.
unica

unica Irregularitate ante ipsius Ordinum susceptionem contractam, quia per dictam susceptionem Irregularitatem aliam non incurrit.

3. Quando igitur in Sacro Textu legis, Ordinationem Irregularis esse nullam, esse irritam, & cetera. Intellige, quoad executionem, & veluti, quoad effectum, quia licet Ordines susceptos exequi, ut mox dicemus, non possit.

4. Quoad primam Tonsuram, quia hæc non est Ordo, ut communis, & vera sententia docet, quantum est ex hoc capite, validè & licetè suscipi posset ab Irregulari, quia is per Sacros Canones solum arcetur ab Ordinibus. At, quia illa est janua, & dispositio ad Ordines, & propter illam gaudet Tonsuratus Privilegiis Clericalibus, sique idoneus ad Ecclesiastica Beneficia, Ecclesiasticamque Jurisdictionem, peccabit a graviter Irregularis primam Tonsuram recipiens, quia tentat fieri ad prædicta idoneus contra Ecclesiæ voluntatem.

5. Interrogabis, Eiusmodi Irregularis tonsuratus gaudebitne privilegijs Clericorum si vè Canonis, si vè Fori?

Respondet, gavisurum; quia cum Tonsuram validè recipiat, eam enim nunquam invalidam reddidit Ecclesia (quamvis, quia non est Sacramentum, sed tota dependens ab ipsa, potuisset) cum, inquam, validè recipiat, est verus Clericus, & ex alia parte non invenitur ijs, licet contra eiusdem Ecclesiæ præceptum promotis, Clericorum privilegia esse sublata.

6. Excipe Bigamos: Clerici enim conjugati cum unica, & Virgine, quamvis gaudeant privilegio Canonis, & Fori, quia sic Bigami non sunt, at Bigami utroque b privilegio privantur.

7. Eiusmodi illicitè Tonsuratum puto itemdem, privilegio Immunitatis à Gabellis, propter eandem rationem, gauderet jam enim est persona Ecclesiastica. Quare, si ceteras conditiones habet, quæ ad hoc privilegium participandum requirunt Sacri Canones, non est, undè ijs illud denegetur.

8. Denique adverte, Irregularem non expelli e à receptione aliorum Sacramentorum, præter ordinem, nec ab ingressu, & Professione Religiosa modo in ea Religione, nec Ordinem, nec Prælaturam, nec Dignitatem sine dispensatione suscipiat.

9. Potest item Irregularis interesse Divinis

Officijs, Missam audire, Sacramenta Pœnitentiæ, & Eucharistiæ, & Sacramenta alia, præter Ordinem tuto suscipere, Ratio est, quia in prædictis ex parte recipientis nullum datur exercitium Ordinis, quod exercitium esse prohibitum Irregulari in paragrapho sequenti dicemus, & ex alio capite nulla est in Jure prohibitio his alijs actionibus, facta Irregulari.

§. II.

Irregularitas impedit usum Ordinis.

1. Irregularitas innodatus illicitè & a quidem mortaliter: exercet, si vè actus ipsius Ordinis, si vè actus, qui fieri nequeunt sine potestate Ordinis, idque, si vè per activum usum, si vè in uno, per passivum. Explico singula,

2. Per activum usum est, si Episcopus, Irregularis conferat alteri quemcunque Ordinem, etiam primam Tonsuram, Si Sacerdos Irregularis Missam celebret; si idem à peccatis absolvat; hi enim sunt Actus Ordinis.

Activus item usus est, si idem Sacerdos solemniter Benedictiones Nuptiarum, vel Baptismum, & similia exhibeat, vel, si idem Episcopus Irregularis Altaria, Tempia, Calices consecret, vel vestimenta Sacrificij benedicat; hi enim sunt actus, qui fieri nequeunt à non habente potestatem Ordinis.

3. Dixi nu. 1. (illicitè) nam valida esset collatio Ordinis, Consecratio, Benedictio, &c. Ecclesia enim non potest, & pro prima Tonsura (ut supra diximus) non vult tollere potestatem à legitimis Ministris &c. Antea cum Irregularis validè absolvat a peccatis, cum tunc requiratur Jurisdictio collata ab Ecclesia, mox ex paragrapho quarto sciri poterit.

4. Dixi item eodem num. (si vè actus, qui fieri nequeunt sine potestate Ordinis) nam alij actus, qui possunt exerceri à Laicis, quantumvis ex officio à Clericis exerceantur, possunt b licite exhiberi ab Irregulari, quia tunc Irregularis non agit, ut Clericus prohibitus per Irregularitatem, sed, ut quilibet Laicus.

5. Hinc licet irregularis baptizat non solemniter, urgente necessitate, hinc licet Missæ inservit, præstatque omnia, ad quæ deputantur Clerici in Minoribus, & propter eandem rationem horas Canonicas in Choro, solenni cantu, licet persolvit, ne tamen dicat (Dominus vobiscum) id enim proprium est Sacerdotis.

E

6. Dixi

alios citans
T. 1. de Ir-
reg. d. 3. qu.
7. Covarr.
in c. Alma
Mater p. p.
§. 2. n. 6.
G. Hur. de
Irreg. d. 1.
diff. 5. n. 19.
Io. Prap. 3.
p. 9. §. de Ir-
dub. 3. n. 13.

a C. ult.
de Tempor.
Ord. C. In-
quisit. de
Accus.

b Bonac.
de Cef. d. 7.
q. 1. p. 4. n.
5. Turr. de
Cens. d. 58.
l. 2. dub. 1.
C. p. 116.

6. Dixi num. 2. (etiam primam Tonsuram, &c.) nam Irregularis arcetur ab omni usu Ordinis; Collatio autem primæ Tonsuræ, usus Ordinis Episcopalis est.

7. Porro per usum passivum in una sola re impeditur Irregularis, quoad pertinentia ad Ordines, nempe in receptione Ordinis hoc est Ordines licite suscipere nequit, ut supra satis vidimus; is enim est præcipuus effectus Irregularitatis.

§. III

Irregularitas, an, & quatenus impedit à Beneficiis, vel acquirendu, vel retinendū, & à Jurisdictione.

HÆc adeo sunt in citatis Doctoribus distinctè disputata, ut non oporteat illa huc advocare: multo magis, quia praxes sunt rarissimæ.

CAPUT VII.

De Irregularitate ex Defectu Sanitatis.

§. PRIMUS.

Quis ille sit.

1. **S**ANITAS potest deficere, vel in corpore, vel in mente. Sit itaque duplex regula.

2. Prima. Ij morbi, qui horrorem, vel notabilem deformitatem inducunt, & multo magis; si usum ipsum Ordinis impediunt Irregularitatem afferunt; etiam ad Minores Ordines In casu dubio Episcopi erit, decernere, an eiusmodi sit morbus.

3. Dixi (etiam ad Minores) nam qui ob aliquem corporis, vel animæ defectum est ineptus ad Sacerdotium, est item Irregularis, quoad alios Ordines, etiam quoad primam Tonsuram, quia tunc est absolutè Irregularis; id, quod Jura a explicant per illa verba, *Nefiat Clericus Ad Clerum pervenire non possit, Ad Clerum Canones non admittunt, &c.*

4. Secunda regula. Si defectus mentis, id est amentia, sit perpetua, seu per modum habitus, ita, ut amens nunquam usus sit ratione, affert incapacitatem Ordinis, nec solum Irregularitatem. Si vero det intervallum rationis, certe Irregularitatem b inducit.

5. Quid si forte ita ab amentia quis convalescat (quod tamen difficile esse consuevit) ut

per diuturnam experientiam omnino sanitas comprobetur? Respondet a Suar, hunc non esse admittendum ad Ordines, quia raro præsumitur perfectè sanus, vel saltem debere accedere Prælati approbationem, ut prius ei constet de Sanitate integre recepta. Diana b alios citans ait, desiderari dispensationem. Sed cum ipse citet Suarium, quem modo nos attulimus, puto, nomine dispensationis, intelligere prædictam Approbationem, quæ certè dispensationi æquivalet.

§. SECUNDUS.

Quis dispense in prædictu?

1. **S**olus Summus Pontifex, quia in Irregularitatem ex defectu solum Sedes Apostolica facultatem habet, nisi eam alius ipse concedat.

Aliqui c putant, Episcopum dispensare in hac Irregularitate ex defectu Sanitatis cum suis ovibus posse, quoad Minores Ordines, sed oppositum propter rationem allatam esse probabilius. d

2. Neque huic doctrinæ adversantur ea, quæ diximus nuper paragrapho primo, numero primo, Quodque alij e communiter docent, pertinere ad Episcopum in casu dubio, decernere, an hic, vel ille defectus, ita sit notabilis, ut inducat Irregularitatem (Idem dicemus infra c. 8. paragr. 2. de deformitate corporis dubia.) Non adversantur, inquam, aliud enim est dispensare, aliud decernere, an sit necessaria dispensatio, nec ne: illud autem pertinere diximus ad Pontificem, hoc extendi ad Episcopos.

3. Immo addimus f pro Religiosis exemptis posse proprium Prælaturum decernere de eiusmodi notabili defectu, ut etiam de deformitate, licet fateamur Episcopo Ordinanti integrum esse, eiusmodi iudicium Prælatorum Regularium posse rejicere, vel admittere.

4. Quando defectus, ut & deformitas sub dubio superuenit Religioso jam initiato, posse item iudicium de eo fieri à suo Prælati, diximus alibi. g

CAPUT VIII.

De Irregularitate ex corporis vitio.

1. **C**OGNATA est præcedenti præsens Irregularitas; sæpè enim infirmitas de-

a C. Si quis
C. Hi qui
C. Qui par
tam di. 35

b Molina
To. 4. tr. 3.
d. 70. nu.
12. aliquæ
sommuster.

a Suar, de
Cens. d. 11.
sect. 1.

b Diana
p. 11. tr. 2.
ref. 67.

c Maiol. de
Irreg. l. 2. c.
14. n. 6. &
c. 15. n. 6.
& c. 16. nu.
12. Archi-
diac. inc. 2.
& 3. dist. 33

d Bonae.
de Cens. d.
7. q. 2. p. 2.
n. 23. Vgl.
de Irreg. c.
53. n. 2. &
c. 54. n. 3.
e Mol.
Suar. alijs
apud Dia-
nam p. 3. tr.
6. ref. 61.

f Cum
Suar. d. 51.
de Irreg.
sect. 2. nu.
16. Gibal-
c. 3. q. 2. n.
6.
g In opus-
de Sacr.
Missel. l. 1.
7. §. 6. in e-
dit. noviss.
Venet.

h In opus-
de Sacr.
Missel. l. 1.
7. §. 6. in e-
dit. noviss.
Venet.

de arbit. c.
226. sine
Avil. de
Cens. p. 7.
d. 3. d. l.

formitatem, seu corporis vitium affert. Dis-
ferunt nihilominus; Infirmus enim integritatem
membrorum regulariter supponit, Vitium
vero dicitur alicuius membri defectum.

a Sint ergo hic regulæ duæ. Tunc in homi-
ne oritur hæc Irregularitas, quando ita pars
corporis aliqua ipsi deest, vel ita reddita est de-
bilis, ut inutilis sit ad ministerium Altaris.
Rursus, tunc eadem Irregularitas oritur, quan-
do ipse ex quocunque simili corporis vitio, seu
qualitate redditus est notabiliter deformis. Ratio
utriusque regulæ est, quia à Sacrificante,
necessario, multæ membrorum actiones fieri
sine ullo defectu debent, & nihil indecens,
vel contemptibile in eo apparere, conveni-
ens est. Sed proferamus singula eiusmodi vitia,
de quibus multa habes in Decretalibus Toto
Titulo de Corpore vitiatis nonnulla item in
Titulo non Clerico agrotante, & in Decreto dist. 55.

§. I.

De Corpore vitiatis, abstrahendo à pro-
pria culpa.

COECUS.

1. Carens oculis, vel visu Irregularis nimis
a certo est.

2. Si autem alicui unus oculus, vel unius o-
culi usus desit, sic distinguitur; si desit dexter,
& notabilis defectus, seu deformitas non ap-
pareat, vel per autem sufficienter regatur, Irre-
gularis non est. Si desit sinister (quem Vulgus
oculum Canonis appellat) adest per aliquos
Doctores Irregularitas. Sed nimis rigide. Qua-
re merito per alios, si, ex quocunque capite,
legendo, vel recitando Canonem, non debeat
Sacerdos, se cum notabili deformitate conver-
tere ad illum legendum (quam certe deformati-
tatem facillimum est, evitare) Irregularitatem
ex hoc capite b ne pertimescat.

3. Qui peripliciis indiget, qui de die solum,
non verò noctu videt, Qui maculam habet in
oculo, Qui lippitudine, qui palpebrarum de-
missione, invectione, hiatu laborat. Qui, oculos
habet distortos, qui strabo est (Italice *guercio*)
non sunt e ex se Irregulares, nisi forte
nimis deformes (quod certe in prædictis de-
fectibus difficile est) spectantibus appareant.
Si tamen aliqua sit dubitatio, Episcopi erit, vel
Prælati Regularis, rem decernere, ut in simili
dictum est superius.

4. Si perfecta cæcitas superveniat Ordinato,
celebrare sanè prohibetur, quia ad sacras actio-
nes peragendas, ineptus omnino est. At, si
luscus sit, id est parum videns sed eius ratio-
nis, ut, nec indecore, nec cum periculo erran-
di Sacrificium peragere, queat, celebrare po-
terit, ascito præsertim Sacerdote, qui assistat.
Atque huic, si legere non possit, sed memoria
Missam aliquam v. g. Defunctorum, vel San-
ctissimæ Virginis recitare sciat, illam celebra-
re posse concedit rectè Maranta, a Intelligit,
si cætera rite, saltem alio Sacerdote assistente,
peragat.

S U R D U S.

5. Utraque aure omnino Surdus, Irregu-
laris est, quoad Ordines suscipiendos, quia
non potest congruenter Ordinis usum exerce-
re, cum non audiat Ministri responsionem. Ita
b Castropalaus cum alijs, dicens, id definitum
esse Canone Apostolorum septimo.

6. Scio c Henriquez sentire, non esse Irre-
gularem, quia non est simpliciter necessarium,
ut sacrificans audiat responsiones Ministri,
cum satis sit, si certo moraliter putet, cum res-
pondisse. Sed certè id minus rectè dictum est (ut
notat Suar. d) de promovendo ad Ordines,
cum tamen dictum sit rectè, si eiusmodi defe-
ctus superveniat jam promotus, ut in simili de
lusco dictum est superius; siquidem in jam pro-
moto facilius tolleramus eiusmodi defectus,
quam in promovendo, præsertim, si secreto,
& sine notabili indecentia celebretur Sacrificiū.

7. Surdaster, vel, qui una tantum aure audit,
non est Irregularis, quia sic supponitur, non
deficere ab apte celebrando.

8. Carentem utraque aure, immo altera dum-
taxat, licet is Surdus nequaquam sit, Irregu-
larem esse affirmant Navarrus, a alijque ex
illo principio, quia caret membro corporis, Sed
melius negant Coninch, f & alij, quia princi-
pium illud non admittitur in universum; mem-
bri enim carentia, quando est sine culpa, tunc
solum Irregularitatem parit, quando deformati-
tatem, vel debilitatem affert.

M U T U S.

Vel defectum patiens in ore,

8. Mutum Irregularem esse, quis in contro-
versiam vertit? Si g enim est elinguis, vel fa-
cultate caret loquendi, certe ministeria Ordinis
pronuntiare non poterit.

E 2

9. Bal-

a Maran-
tap. 4. Resp.
22.

b Castrop-
pal. de Con.
d. 6. p. 11. n.
3. Suar.

Bonac. c.
Nav. Lay.
ap. eundem
c Henric.
l. 14. c. 8. n.
4. lo. Prap.
q. 5. de Ir-
reg. dub. 14
nu. 113.

d Suar. de
Con. d. 51.
sect. 2. n. 13.
cui adde

Navar. Be-
nac. Laym.
allatos à
Castrop. l.
c. 6. Turri-
de Con. l.
9. d. 72. du.

4.
c Nav. in
summa c.
17. n. 222.

Sayr. de
Con. l. 6. c.
8. n. 17. Fill-
tr. 19. c. 6.
n. 189.

f Coninch.
l. c. n. 108.

lo. Prap. l.
c. n. 113.

Diana p. 4
tr. 2. r. 73.
g DD. ci-
tati

9. Balbus autem, seu Blesus, id est, qui in loquendo aliquantulum præpeditur, Carens dentibus, vel illorum aliquo, Male olens ore non sunt Irregulares, *a* nisi notabilis adsit deformitas, vel occasio risus, seu contemptus, &c. & in dubio, arbitretur Episcopus, ut supra.

10. Qui labium divisum turpiter gerit ad instar leporis, qui ita demissum, ut dentes enormiter appareant, Irregularis est, Verum nota illud (turpiter, enormiter.)

MANCUS.

11. Utraque vel altera manu mutilus digitis omnibus, vel pollice, & indice, ita carens, vel ita is tremulis, ut hostiam frangere, vel eandem, Calicemve tenere nequeat, multo magis si hæc patiatur in brachiis Irregularis est, *b*

12. Cui tamen adsunt digiti sine unguibus, vel digiti plures, vel inter se uniti, &c. Si id, nec ministerio noceat, nec deformitatem pariat, Irregularis *c* ne sit.

13. De carente uno, vel altero ex minoribus digitis, videat Episcopus, an deformitatem afferat, & in alterutram partem decernat. *d*

CLAUDIUS.

14. Si quis ita sit claudus, ut ad accedendum vel standum in altari, baculo non indigeat, deformisque, vel indecorus altari non sit, ab Irregularitate illum liberant jura. *e* secus condemnant.

15. At vero crure, aut pede mutilus Irregularis absque dubitatione est.

16. Sed quid, si pede, aut crure ligneo, ita sit instructus, ut deformitas nulla, vel certe modica appareat? præsertim vestium oblongarum usque ad talos auxilio?

Respondet, Sayrus f docet, hunc esse absolute Irregularem. Verum puto *g* cum aliis, perinde, ac in carente auribus num. 7. diximus, distinguendum esse. Si modicus sit defectus, tegique possit, nulla est Irregularitas pertimescenda, si magnus, vel notabilis, vitari Irregularitas nequaquam potest. Si dubius, Episcopus, seu Superior arbitretur, memor doctrinæ numero eodem datæ, hoc est, membri carentiam sine culpa non parere Irregularitatem, nisi debilitatem vel deformitatem afferat.

17. Varos Latini vocant, quibus in exteriori parte crura, pedesque flectuntur, *Valgos*,

qui Suras ambas introrsus intortas, ferunt, cuiusmodi sunt lacertarum pedes *Compertes* vero, qui genibus, plus iusto conjunctis, ambulantes. Hi ergo cum communiter deformitatem afferant, vel ad risum moveant, ab Altari removeantur, nisi Iudicio Episcopi nulla sit, vel modica, vel certe tegi possit deformitas. Certe *a* Quintilianus *Varicare*, inquit, *supra modum*, & *in stando*, *deforme est*, & *accedente motu*, *prope obsecnum*.

Deformis in Naso, vultu, gutture.

18. Naso vel illius parte carens, Irregularis ex se est, quia, quæ exigua deformitas est in cæteris membris, magis conspicua est in Naso. Si tamen, alicujus artus ope, carne, vel forma carnem imitante, indecorus non appareret, Irregularitatem effugeres. Verum tum in hoc, tum in Naso valde promisso, vel demisso valde, judicet Episcopus, an notabilis adsit deformitas.

19. Idem dic de cicatrice, vel simili existente in vultu. Idem in strumis, seu tuberibus existentibus in eodem vultu, vel gutture. de quibus lege Vgolinum, *b* & Filliucium, *c*

Deformis in variis corporis partibus.

20. Caput gerens valde ingens Pigmeo corpori adjunctum, duo habens capita, Unum in fronte fixum ferens oculum, Tres habens manus, vel pedes, Os porco simile protendens, plures habens ita digitos, ut deformis, vel ineptus ad Sacram tractandam hostiam sit. Cicatricem scordam, vel vulnus ostendens in facie. Enormiter gibbosus, Brachium alterum longissimum, alterum brevissimum habens, Gigantea, vel Pigmea statura ita longus, vel brevis, ut horrorem, risumve moveat, & similes sunt *d* Irregulares, & in dubio notabilis deformitatis sunt arbitrio Episcopi subijciendi, ut nimis sæpe dictum est.

21. Color, sive albus, sive rubeus, sive subfuscus non nocet altari. *e* solum duo sunt addenda.

22. Primo. Qui ut pulcro niteat colore faciem suam oblinat, cinis, ac barbam mentito tingit colore, non est admittendus (ait ibidem Majolus *f*) nisi post penitentiam, ad Ordines nam teste *g* Clemente, *Mentem veram vix gerit, qui caput habet adulterinum*.

a *Idem*.

b *Idem*.

c *Vgol. de*

Irreg. c. 48.

Fill. tr. 19.

c. 6. n. 132.

d *Idem*.

e *C. Si quis*

infirmus.

d. 55. c.

Nullus E.

pisc. de Cõ-

secrat. dist.

1. Castrop.

de Censur.

d. 6. p. 11.

m. 3. aliq.

f *Sayr. l. 6.*

de Conf. c.

8. n. 26.

g *Rosella*

Silvest.

Majol. ap.

eund. Say-

rum. c.

Glian. V.

Claudus.

a *Quintil.*

l. 14. c. 2.

b *Vgol. de*

Irreg. c. 48.

c. 6. n. 132.

c *Fill. tr.*

19. c. 6. n.

172.

d *DD. n.*

l. 1. c. 1.

e *Majolus*

de Irreg. l.

n. c. 21. n. 2.

Fill. tr. 19.

c. 6. n. 171.

f *Majolus.*

g *Clem. d.*

lexan. pa-

dag. l. 3. c. 3.

23. Secundo, Qui omnino niger est, puta Ætiops, an ex uno hoc capite, arcendus sit ab Ordinibus, duæ sunt sententiæ. Majolus *a* non esse arcendum, putat; esse arcendum, putat Ugolinus, *b* si promovendus sit apud gentem candidam, nisi non sit admodum niger.

24. Vera sententia est, *c* quæ docet, relinquitur quid Episcopi judicio, qui, omnibus expensis, videat, an indecorum sit, vel, an sit scandalum ejusmodi hominem initiari, juxta Populi, in quo versatur, mores. Constante autem deformitate, seu declarata ea ab Episcopo, solus summus Pontifex, vel Delegatus ab ipso dispensare poterit, ut mox universaliter dicitur *regul. c. mus.*

§. II.

De prædictis corporis vitiis propria culpa contingentibus.

1. Quæ hætenus dicta sunt, pertinent ad vitia corporis, abstrahendo à delicto illa patientis. Verum, si propria contingant culpa, alia strictior regula ex sacris Canonibus est statuenda, si enim cum nulla tua culpa desit tibi, vel debile adsit aliquod membrum, nec inde ineptus, vel deformis existas pro sacro Ministerio, non eris irregularis, ut jam diximus paragrapho præced. At vero, si tua culpa id accidat, cerè Irregularis eris juxta sequentem regulam. Quoties enim per tuam culpam abscindis partem tui corporis, toties, ipso facto, incurris in Irregularitatem, & quidem non solum, quando per illam abscissionem fieres inhabilis, vel deformis, ut, si tibi ex ira manum abscinderes, verum etiam, quando, nec inhabilis fieres, nec deformis, ut, si tibi abscinderes ex ira pedem, cujus defectum tegere omnino posses.

2. Ratio hujus Regulæ est, quia sacri Canones, in poenam delicti, quo quis audeat in se ipsum crudeliter agere, eum repellunt ab altari, sicuti repellunt eum, qui alteri membrum aliquod mutilat, quamvis talis membri carentia, nec impediat illum alterum pro altaris ministerio, nec deformem redderet, ut inferius suo loco explicabimus. Ut hæc regula magis, magisque declaratur, quinque sunt subnectendæ Notationes.

Notatio Prima. Qualis Culpa?

3. Quoniam hæc Irregularitas infligitur in

poenam delicti, supponendum est, delictum fuisse mortale; tanta enim poena, quanta est Irregularitas ex delicto, non est, nisi culpæ gravi adnectenda juxta superius dicta.

Notatio Secunda. Quæ Corporis pars.

4. Si partem, seu membrum tui corporis abscindas, imò, si partem notabilem alicujus tui membri, Irregularis eris, non vero, si, particulam carnis.

Ratio est, quia prædicta jura *a* de parte corporis, seu membri loquuntur, non de particula, de qua dici potest, *parum pro nihilo reputatur*. Hæc sunt verba Canonis.

5. Qui partem cujuslibet digiti sibi ipsi volens abscindit, hunc ad Clerum Canones non admittunt.

6. Hinc excusant communiter Doctores ab Irregularitate abscindentem, unguem, barbam, capillos; hæc enim, vel partes corporis vix sunt vel admodum parvæ, non tamen excusant, si partem digiti sibi quis abscindat, si testiculos, si virilia, si digitos pedis, quamvis nihil inde à sacri Ministerii aptitudine dematur, quia sunt notabiles membri partes.

7. Atque hinc notes, velim, per diligentem differentiam inter eum, qui abscindit à se corporis, seu membri partem, & inter eum qui eandem abscindit ab alio. Nam, ut prior incidat in Irregularitatem, satis est, si abscindat partem membri, at, ut posterior in eandem incidat, oportet abscindere non quamcunque membri partem, sed membrum fere totum, juxta ea, quæ inferius *c. 15. paragr. 16. an. 4.* clarius explicabimus.

Notatio Tertia. Quæ culpa, vel defectus Notitia?

8. Si, vel tua culpa sit occulta, & non notoria, vel occultus, vel non cognitus tui membri, seu ejus partis à te tibi abscissæ defectus, adhuc *b* eris Irregularis, quia id, quod Jura prestant, est delictum scævitiæ in seipsum, quæ semper adest, sive notoria sit, sive non ita. Et si Navarr. *c* alique notorietatem omnino requirant.

9. Illud tamen emolumentum habet hæc culpa, seu abscissio, etiam integri proprii membri, quando est occulta, ut possit Irregularitas inde proveniens dispensari ab Episcopo, quia

E 3

Triden.

a C. Qui partē dist.

ys. Nau.

Mol. Sayr.

apud Castrop. de

Cens. d. 6. p.

12. G.

Hurt. d. 2.

de Irregul.

diff. 14. v.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

a Trident.
sess. 24. c. 6.
de Ref.

tridentinum a ipsi concedit potestatem dispensandi in omnibus Irregularitatibus provenientibus ex delictis occultis, præter Irregularitatem provenientem ex delicto Homicidij voluntarij. Cum ergo mutilatio non sit homicidium, poterunt Episcopi, quando provenit ex delicto occulto, &c.

b Castrop.
l. 1. n. 6.

10. Castropalaus b ad hanc Episcopi potestatem requirit, ut tum culpa sit occulta tum ipse defectus membri, seu eius partis proveniens ab abscissione. Sed immerito requirit, utrumque esse occultum, cum satis sit, culpam occultam esse; Si enim Tridentinum absolute, & universaliter concedit Episcopis potestatem dispensandi in omnibus Irregularitatibus provenientibus ex delicto occulto, præter provenientem ab Homicidio voluntario, quamvis occulto, cur limitanda est potestas, & non satis sit, ipsum dumtaxat occultum esse delictum? Certè satis esse mihi videtur & sic absolute tenet P. c Prates in manu. de Irregul.

c F. Mar.
Prates in
manu. scr.
de Irregul.
d. 2. p. 3. c. 5.
n. 9.

Notatio quarta. De Eunuchis.

d C. Qui
partem C.
Si quis 1. 2.
C. 3. C. En
nuc. dist. 55.
e Nau. in
summa c.
27. c. 200.
f C. Siquis
p. C. Hi qui
dist. 55. C.
Siquis 3.
eadem.

11. Duo mihi de eo certa sunt, Duo sub controversia, Certum est Primo, eum, qui est Eunuchus ob abscissionem, sive Testiculorum sive Virilium à medicis ob morbum factam, vel factam ante usum rationis, vel per alterius injuriam sine consensu ipsius patientis, non esse Irregularem ut clare pronuntiant Sacri Canonēs. d Vulgi igitur ridiculus error est (ait Navarr. e) putare, opus esse, ut membrum abscissum desiccatur, vel redactum in pulverem apud se gestet is, qui ordinari; vel celebrare velit.

12. Certum est Secundo, eum, qui vel abscindit seipsum ex ira, vel ex zelo indiffero servandæ castitatis, esse Irregularem, ut item Sacri Textus manifeste edicunt his verbis. f

Si quis abscidit se ipsum, id est, Si quis amputaverit sibi virilia, non fiat Clericus, quia sui est homicida.

Et paulo post: Qui rem hanc affectant, audientque semetipsos abscindere, non debent promoveri.

Et: Hi, qui se, carnali vitio repugnare nescientes, abscindunt, ad Clerum pervenire, non possunt.

13. Idem autem esse, si non se quis absciderit, sed ob dictas rationes consenserit, seu

permiserit abscindi, notant Doctores, ob verba prædicti Textus dicentis repelli ab altari eos, qui hanc rem nempe abscissionem, affectant. Lege Gibalinum a de Eunuchismo eruditè tractantem.

a Gibal. de
Irreg. c. 3. q.
2. n. 12.

14. Quid si, nec permisi, nec consensi, sed culpabilem tamen causam dedi abscissioni, ut pro exemplo solet afferri de eo, qui adulterium commisit, vel rixam excitavit injustam, unde à Iudice, vel inimico in pœnam delicti, vel in rixantis odium fuit in virilibus abscissus?

15. Quæro insuper, Quid, si adulter, vel rixans hanc sibi futuram fore abscissionem, præviderit, quamvis non intenderit?

Respondet, etiam si præviderit, dummodo non intenderit, non erit is Irregularis quia, nullus Textus Irregularem facit eum, quicquidmodi causas, certe remotas amputationi dedit. Ita Castropal. b alijque contra Vgolinum c aliosque. Confirmo, quia illa vox Sacri Textus (qui affectant hanc rem) latinitatem, vel primis labijs degustanti, significat appetere, vel exquirere, At, qui adulterium, rixamque vult, quamvis abscissionem prævideat, illam, nec appetit, nec requirit.

b Castrop.
de Cens. d.
6. p. 12. n. 3.
citans Tol.
Garz. Co-
minch. Cast.
Hurt. Ad-
de Gibal. de
Irreg. c. 3. q.
2.

16. Jam vero controversum est Primo. An, qui ob alios fines à prædictis num. 11. se amputari permiserit, qualis est ad conservandam honoram vocem Irregularis fiat?

Respondet, de hac quæstione ego sic breviter d alibi dixi. Quæret Curiosus, an permittens testiculos sibi abscind. ad vocem conservandam, sit Irregularis?

Respondet, esse docent e multi, sed non esse, est etiam cum f Castropalao probabile. Rationem idem affert, quia inquit, hic non fecit ex indignatione, aut iusto, vel injusto timore perdendæ castitatis, prout requiritur ad Irregularitatem hanc à Sacris Canonibus. Præterea nullus Textus hanc pœnam indicens loquitur de eo, qui sibi testiculos abscindit, sed de eo, qui sibi virilia abscindi fecerit, quod diversum est.

c Vgol. Sum.
Laym.
Aquila cit.
à di. Castrop.
quib. addit
Dianamp.
4. tr. 2. res.
60.

17. Controversum est Secundo, de eo, qui non abscindit, sed mortificat, seu exsiccat testiculos, vel virilia. Verum ex inferius cap. 15. §. 19. à n. 34. dicendis colliges, hunc non fore Irregularem, quia sic, nec membrum sibi, nec ejus partem abscindit, cui uni abscissioni est inducta à Sacris Textibus hæc Irregularitas,

d L. 6. in
Dec. c. 2. §.
3. n. 5.
e Sayr. Mol.
Suar. citati
à Diana p.
10. tract.
13. res. 11.
f Castrop.
de Cens. d.
6. p. 12. n. 4.

Notatio

Notatio Quinta. De attentante sui occisionem, vel mutilationem.

18. Is, qui sibi laqueo, præcipitio, gladio, veneno mortem afferre tentavit, nec tamen attulit, Irregularis non est, quia ex Jure homicida Irregularis est, non vero homicidium tantummodo attentans.

19. Idem dic de attentante se mutilare, non tamen cum effectu mutilationis. Nam, quando Textus supra n. 12. allatus dicit esse, Irregulares, qui affectant se mutilare, loquitur de affectatione, seu consensu cum ipso effectu sequuto, ut ex contextu patet.

20. Quod, si attentatio se ipsum occidendi fuit publica, contrahet attentans infamiam: est enim hoc delictum capitale, & infame, unde ex hoc capite infamiae, de quo infra, contrahit delinquens Irregularitatem. Et sub hac publicitate intelligendus est Cornicio allatus à Diana p. 172. r. infamia Irregularem.

§. III.

Quis dispensat in prædictis.

1. Solum Papam dispensare posse, in corporis virilis defectus (quæ etiam est de corporis virilis defectus) memini, me dixisse in Tractatu de Ordine cap. sexto paragraph. primo. Ne igitur illa, quæ valde raro usu veniunt, cum molestia repetamus, illic lege.

2. Summum ergo Pontificem dispensare posse v. g. ut omnino Cæcus ordinetur, dubium ne sit. Imo memoriæ proditum est, dispensasse b cum Cæco, ut, adhibito adjutore pretio, celebraret. Fertur etiam, Pontificem dispensasse cum Ruberto Scoto cæco, ut promoveretur ad Archiepiscopatum Armacanum. Nè fidem igitur adhibeas Avilæ, c qui putat summum Pontificem non posse dispensare ad Sacerdotium cum eo, qui caret manibus, quia, inquit, is naturali & divino jure est inhabilis ad illud. Ne fidem, inquam, adhibeas; Sicut enim cum prorsus cæco, ita cum prorsus mutilo posset dispensare Pontifex ob bonum aliquod publicum, illum promovendo ad Sacerdotium, non quidem, ut actu celebraret, quia ad hoc naturaliter est ineptus, sed ut exciperet Confessiones, ut ex officio Conciones ha-

beret ad Populum, ut actus Jurisdictionis exerceret, &c.

3. Duo denique hic, vel recole, vel adverte, Primum, posse in dubio Episcopum, vel Prælatum Regularem, declarare de qualitate vitii, ut in simili supra diximus. Secundum, quando hæc Irregularitas contingit ex delicto, quo, quis se mutilavit, posse Episcopum dispensare, si delictum sit occultum eo modo, quo insinuavimus paragraph. præced. n. nono.

§. IV.

De Irregularitate ex defectu Sexus Remissivè.

DE hac Irregularitate (quæ etiam est de corporis virilis defectus) memini, me dixisse in Tractatu de Ordine cap. sexto paragraph. primo. Ne igitur illa, quæ valde raro usu veniunt, cum molestia repetamus, illic lege.

CAPUT IX.

De Irregularitate ex defectu libertatis.

§. I.

De Servitute.

a Toto Titulo de Serv. non

1. SERVUS, hoc est Mancipium, sive ex Nativitate, sive ex legitima venditione, sive ex legitima captivitate, quamdiu servitus durat, irregularis est ex SACRO & Textu sic merito definiente; id enim dignitas Ordinum requirit, idque requirit obsequium à Clerico Ecclesiæ debitum; Servi enim cum addicti sunt Dominis, atque adeo sint alterius Juris, servire Ecclesiæ non possunt. Consentiente autem Domino, poterit quidem ordinari servus, sed statim, atque ordinatur, etiam prima Tonsurâ, fit liber. b

2. Si vero servus (quamvis cum peccato) initiatur, non consentiente Domino, distinguitur. Si initiatur Minoribus, adhuc remanet servus, nec gaudet ullo privilegio, sive Canonis, sive Fori, sive Gabellarum, ut colligitur ex Cap. ex antiquis d. 54. Si vero Majoribus, subdistinguitur. Nam, si Episcopus

ordinandis & tota dist. 54. b Laym. l. 1. tr. 5. p. 5. c. 8 Suar. de Cens. d. 51. sec. 3. n. 5. Castrop de Cens. d. 6. p. 11. n. 2. Azor. p. 2. l. 2. c. 11. Avil. de Cens. p. 7. dist. 3. d. ult. Filline. tr. 19. c. 2. n. 195.

pus illum ordinans conscius est servitutis, & videt sine Domini consensu, ipsum Ordines postulare, quod est, Episcopum esse participem doli, servus ita promotus evadit liber, sed ipse Episcopus obligabitur pretium servi duplicatum, vel duos servos reddere Domino. Et quidem unum ex his pretiis erit de iustitia solvendum in recompensationem servi, unde ante omnem sententiam, Alterum, cum sit in poenam, post sententiam, & sic conciliatur Suar. *a* non requirens sententiam cum Bonac. *b* illam requirente. Si non Episcopus, sed alii consocii prædicti doli Episcopum induxerunt ad Ordines suo concedendos, ipsi ejusmodi pretium, vel servum duplicatum solvere tenebuntur. Si denique nullus fuit doli conscius, is remanebit servus, sed suspensus ab Ordine, si nondum est Sacerdos; Nec tamen poterit uxorem ducere, si Subdiaconatum, vel Diaconatum sic assumpsit; idque propter Votum Castitatis iis Sacris Ordinibus adnexum: Valde tamen probabile est, hunc non privari privilegio Canonis, ut tenet Sayrus. *c*

a Suar. de
Cens. d. 51.
sec. 3.
b Bonac. d.
7. de Cens.
q. 2. p. 4. n.
3. V. Tertio
Episcopus.

c Sayr. de
Cens. l. 6. c.
14. n. 5.

3. At, si ejusmodi servus ordinatus fuit Sacerdotio, liber quidem erit, sed remanebit cum onere solvendi Domino, vel alium servum, vel pretium ex suo peculio, vel ex suis ministeriis Sacerdote non indignis. Filliuc. loco citato ait, hunc servum, tunc, anittere suum peculium, eundemque ab hero suscipi posse pro Mysteriorum celebratione.

Sed quid, si prædictus servus nullo modo peculium, vel artem, vel alium servum habeat, unde solvat?

Respondet Gibalin. *d* Manebit liber, sed aliquo spiritali obsequio se gratum præbere studeat Domino.

d Gibalin.
de Irreg. c.
3 q. 5. n. 3.

4. Nondum omnia dissoluta sunt; Inquires enim Primò, si plures insolidum sint Domini alicujus servi, satisne est, ut is promoveatur ad Ordines ex solo consensu unius ex his Dominis?

Respondet. Ita putat. Glossa, *e* idque ob favorem, & reverentiam Ordinibus debitam, colligitque ex illis verbis Textus Nullus promoveat servum, nisi voluntas accesserit ejus, qui aliquid sibi in eo vendicat potestatis illud enim (aliquid potestatis) significare videtur quancunque diminutam potestatem ejus, cui illa particulariter com-

petit. Alia autem Glossa, *a* paulò post, dicit, debere accedere consensum omnium, quorum juri detrahitur; id enim significare videtur (aithæc Glossa) illud (qui aliquid potestatis) illud enim (qui) sumi debet collectivè, ita ut sensus sit, ut debeat consentire quicumque aliquid potestatis in servum habet.

a ibidem

5. Sic tamen conciliandæ sunt hæc duæ Glossæ. Si partialis Dominus offerat servum pro Ordinibus, erit ab Episcopo admittendus, ut liber, nam ita is Dominus tacitè se obligat satisfacere (ut certe debebit) aliis condominis: & hac ratione Ordinibus favetur, & Dominis nihil detrahitur. At, si partialis Dominus solus mere consentit, non poterit servus admitti, quia fieret contra jura condominorum; consensus enim dicti partialis Domini non ex se offerentis servum (sed ex aliorum v. g. rogatu) solum parti suæ videtur præjudicare, non parti aliorum. Glossa igitur prior de priore casu intelligi debet, posterior de posteriore.

6. Inquires Secundò. Quid de libertis, qui sunt ii, quos Dominus manumittit, hoc est liberos facit, sed reservato temporali aliquo obsequio?

Respondeo, hos propter dictam reservationem esse Irregulares, docetur communiter. At, si Dominus, qui tunc propriè appellatur Patronus, obsequia omnia remittat, vel solum spiritualia, quæ Clericum non dedecent, reservat & possit ad Ordines admitti, quia tunc censetur jam absolute liber.

b C. Nullus
de servis
ordinandis.

7. Denique nota, horum filios nulla Irregularitate affici; ingenui enim, hoc est, liberi omnino sunt, solumque debent Patrono reverentiam, ut notat Bartol. *c* Quid dicendum sit de libertis Ecclesiæ, Vide Vgol. *d*

c Bart. l.
de C. de
libert. glos.
ram lib.
d. Vgol. de
Irreg. c. 17.
§ 4.

§. II.

De Uxorato Remissum.

1. Etiam Uxorato dicitur deficere libertas ad Ordines suscipiendos; Uxoratus enim sua servitute circa Uxorem non caret: Verum nos de hac re tota diximus satis, superque in libro de Matrimonio.

c Supra l. 8.
de matr.
tr. 1. cap. 1.

§. III.

§. III.

*Quis dispensat cum servo ex defectu
libertatis?*

2. **C**ertè non nisi summus Pontifex, quando illa adest, si enim ea non daret, non adesse tunc Irregularitatem, atque adeo dispensatione opus non esse, jam modo vidimus. At vero, si Pontifex dispensaret hunc servum ad Sacerdotium, illo jam promotio sine licentia Domini, an deberet Pontifex ex Justitia pretium Servi Domini solvere, an potius intelligeretur dispensare, ut (quamvis Sacerdos) remaneat apud Dominum in obsequiis temporalibus, saltem Sacerdote non valde indignis, quæstio est ad nostram praxim, nequaquam pertinens.

CAPUT X.

De Irregularitate ex defectu bonæ famæ.

§. I.

Quid, & quotuplex sit infamia.

INFAMIA est Status lesæ dignitatis legibus, & moribus reprobatæ, sicuti bona fama est status illasæ dignitatis legibus, & moribus comprobatus. a Clarius: Infamia est diminutio, seu privatio bonæ existimationis hominum, emens ex prædicto lesæ dignitatis statu. Nomen autem, Dignitas, hic sumitur pro ea naturæ humanæ dignitate, quæ est in hominibus secundum rectam rationem viventibus. Dico (hic) alibi enim, ut, quando in jure dicitur (Infamibus porro non pteant dignitatibus) nomen dignitatis sumitur pro quibusdam officiis honorificis, de quibus *mon* Paragrapho quarto.

2. Infames ergo cujuscunque generis certò sunt irregulares: sed cum Infamia, secundum Doctores omnes, alia sit Juris, seu legalis, quæ est, quando lex disponit, aliquem esse Infamem; Alia facti, quæ est, quando abstrahendo à dispositione legum, ipsum crimen, commissum, seu malum, quod quis patrat, evulgatur, unde sit causa, ut delinquens cadat eo ipso à prædicta hominum bonæ existimatione, ideo de utraque est, & quidem separatim agendum breviter pro te nostra.

Insubstitutus de Sacramentis,

§. II.

*De Infamia Juris Irregularitatem
inducente.*

1. **E**X triplici capite Lex disponit, aliquem esse Infamem, puta ex delicto, sive proprio, sive alieno, ex poena alicui delinquenti inflicta, & ex officii alicujus vilitate.

Ex delicto proprio.

2. Non de omni delicto, sed de quibusdam leges disposuerunt, ut essent Infames ii, qui ea committunt; & id quidem duobus modis disposuit. Primò, ut essent Infames eo ipso, quo aliquis illud delictum committit. Secundò, non eo ipso, sed post sententiam de Infamia iam contracta ex eo delicto.

3. Prioris modi sunt de Jure Civili Crimina Lenocinij, sponsalia duo, vel duo matrimonia contrahentis, Locantis suam operam, qua cum bestia, mere ob pretium, pugnat, Certantis cum alio homine mere quæstus causa, (non ergo, si ut ostendat fortitudinem,) Hujusmodi etiam est Miles, vel Dux ab exercitu dimissi, vel Militiæ insignibus spoliati ob aliquod crimen ibi patratum. Item Miles prædia aliena conducentis negotiationis causa, Usurarius ex officio, & ille, qui non adimpler, cum possit, juratam promissionem. Addit Castropalaus ex jure sui Regni Crimen non adimplentis homagium, Crimen Palinodiam recantantis in Judicio, & crimen Sodomiz. Verum hæc committentes non sunt Infames ipso Jure Civili, sed solum hoc jure speciali.

4. De Jure autem Canonico Infames ipso facto sunt. Primò, omnes prædicti, qui sunt ex Jure Civili, nam Jus Canonicum habet pro Infamibus omnes illos, quos leges sæculi (ut loquitur Adrianus Papa) appellant Infames. Excipe tamen Infamiam Mulieris transeuntis ad secundas Nuptias intra annuulctus hanc enim correxerunt, & abolerunt Jura Canonica, ut & alibi à nobis dictum est latè, nam propterea illam non numeravi inter alias allatas num. præced. Secundò, Infames ipso facto sunt, committentes crimen lætæ Majestatis humanæ, vel divinæ, id est, hæresis, eorumque fautores. Terriò, Isequentes hostiliter Cardinales. Quarto, Mulierum raptores. Quintò, Duellum committentes, eorumque Patruini.

F

§. Nota

5. Nota autem, quamvis verum sit, quod diximus, ex his delictis statim incurri infamiam de Jure, tamen, quia hæc est poena, non tene-ri Delinquentem, ex se illam exequi. Quare is, licet eo ipso sit Infamis, quia tamen non dum, ut talis, est declaratus, poterit expecta-re sententiam Judicis Declarantis commissio-nem criminis, & incursionem in dictam Infamiam poenam, & interim se gerere, ut liberum ab Irregularitate, quando delictum non est no-torium, seu publicum, & nec est in proximo periculo, ut publicetur. Ita Sanchez, Layman, Thesaurus locis supra citatis. Vide etiam Gi-balinum. *a* Dixi (quando delictum non est notorium) nam, si delictum sit publicum ex alio capite delinquens erit infamis, atque adeo Irregularis, nempe ex Infamia facti, de qua mox.

a Gibalin.
de Irreg. 6.
§. 24. 4.

6. Posterioris modi Infames de Jure, hoc est, qui non eo ipso, quod committunt crimen, sunt infames, sed post sententiam Judicis con-demnatoriam, & ut notat Castrop. *b* quæ sit sententia definitiva jam transacta in rem ju-dicatam, Infames, inquam, de Jure sunt illi, qui committunt ea delicta, de quibus quilibet de populo potest accusare delinquentem, nam propterea appellari solent crimina publica, Sunt autem in Jure Civili, ij, qui committunt crimen Homicidij Adulterij, Proditionis, Fal-si, Rapinæ, Læsæ Majestatis (hoc ultimum est supra in Jure Canonico crimen inducens infamiam ipso facto, at nunc est inducens in Jure Civili infamiam post sententiam) Præterea crimen furti, injuriarum, doli mali, & cri-men iniquæ pactionis, ne de his criminibus quis accusetur.

b Castrop.
de Cens. d.
6. §. 10. n. 4.

7. In Jure autem Canonico sunt ij, qui com-mittunt crimen doli in Contractu Societatis, in Tutela, Mandato, Deposito, & Crimen, quod quis forè committat, in accusando aliquem de delicto. Hiigitur non sunt infames statim, ac committunt hæc crimina, ut erant dicti in priore modo, sed post sententiam definitivam, &c. Jura, & Doctores circa prædicta legi, & haberi poterunt apud citatos.

8. Denique hic opportunum est, ad mone-re, opinionem dicentium omnia peccata depo-sitione digna parere Irregularitatem in delin-quente, non esse veram, eamque bene rejici à Castrop. *c*
c Castrop.
l. c. n. 25.
d. Lego Fa-
rinac. q.
183. an. 61.

9. Præterea adverte, nec eo ipso esse Irregu-larem Apostatam *d* ab Ordine Sacro, vel à Re-

ligione, relicto etiam habitu, sed solum ratio-ne Infamiae post sententiam criminis condem-natoriam, vel post Notorietatem delicti, quæ ponat infamiam facti, de qua mox Idem de Clerico Ebrioso ex Jure *a* novo, idem de pec-catis, quæ arbitrio Episcopi puniendi veniunt, &c.

a Mascard.
de Probat.
qu. 112.

a Casenb.
§. 1. n. 4.
capitula de
vitiis & ho-nest. Cleri-
co.

Ex delicto alieno.

10. Ex delicto alieno solum duo genera per-sonarum invenio esse Infames, unde, & Irreg-ulares, hoc est. Primò, filios, nepotesque eo-rum qui manus violentas in Cardinalem inje-cerunt. Secundo, filios eorum, qui committunt crimen læsæ Majestatis, Lege Doctores mox citandos.

11. Quare filij, & descendentes hæretico-rum infames non sunt: *b* An vero sint Irregu-lares, dicam cum de Irregularitate ex Hæresi.

b Sanchez.
in Decal.
2. ca. 28. n.

12. Rursus filij legitimi Meretricum, Dam-natorum ad Trirames, eorumque, qui publi-cè ob poenam fuste vapulaverunt, nec Infames *c* sunt, nec Irregulares.

c Dianop.
10. tr. 11. m.
26. cum a-
lijs.

13. Denique illegitimi, hoc est, non ex le-gitimo Matrimonio nati, Irregulares quidem sunt, ut infra suo loco c. 17. paragr. 1. dicemus, sed nullo modo Infames. *d*

d Covar.
Molina, &
Castrop. l.
c. 13. addu-
cunt l. c.

Ex poena alicui inflata.

14. Ex hoc capite, vel poteris esse Infamis ex vi ipsius Juris, quando scilicet in Jure, vel in sententia contra te à Judice lata, decernitur, te condemnatum tali poena, esse Infamem: Vel poteris esse Infamis, quasi ipso facto, quan-do scilicet ad poenam notorio dedecore affec-tam condemnaris.

15. Quæ autem sint poenæ prioris modi, ipse tenor legis, seu sententiæ debet ostende-re. At, quænam sint poenæ posterioris, ostendit Regula sequens. *e* Quæcunque poena, quæ à lege, vel Judice imponitur, si propter delictum Infame imponatur, inducit Infamiam per sui executionem, atque adeo Irregularitatem, secus non item.

e Ex l. 1. in
Consuet.
in l. 1. p. 1.
f. de huius
not. infam.

16. Hæc regula planior fiet ab exemplis, quæ jam subdo. Primò, qui puniuntur per fustiga-torem non quomodocunque, sed ex sententia lata contra ipsum, vel ex Superioris mandato sic decernente propter notorium, & Infame crimen est infamis, adeoque, ut dicemus, Irreg-ularis.

gularis, Ictus ergo fustium a non irrogat infamiam Juris, nisi ex infami causa infligatur.

17. Secundo, Dammati ad Trirames cum executione, non omnes, sed solum, ut tenei Thefaurus, b ij, qui ex causa famosa, hoc est ex crimine publico commisso cum dolo ad illas damnati fuerit, sunt Infames Irregularesque, atque hi, etiamsi non praecesserit fustigatio, idque etiam (ut idem habet) transacto tempore poenae. Quamvis enim Diana e alibi indistincte putaverit, esse probabile omnes damnatos ad Trirames esse Irregulares, & esse item probabile non esse; alibi d tamen sequitur citatum Thefaurum, quem etiam sequitur Donatus, e & Campalini, f refragantibus Ruitio, g & Prates. h

18. Tertio, publice poenitentiatus ob suspicionem criminis famosi, qualis est suspectus de haeresi, sed non haereticus, non putatur a Thefauro loco citato, infamis infamia Juris, sed, si causa suspicionis sit publica, erit infamis infamia facti, de qua mox dicemus.

19. Dixi, (publice poenitentiatus) id est, per illam poenitentiam, quae publice sit infligenda a Judice sine certo, & determinato ritu, nam illa poenitentia, quae apud Canones appellatur solennis, quaeque fiebat cum certa forma, certisque caeremonijs non hodie amplius in usu.

20. Quarto, ij Milites Religiosi, qui de famoso crimine notati condemnantur ad deponendam Crucem, seu habitum suae Religionis: Ij, qui, ob toleratum uxoris adulterium, a viro penitus amicti, publico spectaculo exponuntur. Ij, qui, ob furtum, in fronte, vel humero signate innotant, ij inquam, Infames i sunt infamia Juris, atque adeo Irregulares a solo pontifice Summo dispensandi.

21. Contra, ex eodem Doctore, levis verberatio (haec enim solent castigari pueri sine infamia; & Collaris inductio non inducunt infamiam Juris, quia ex levi causa infliguntur. Ita sane, sed, si ex gravi causa, & haec sit cognita, non dubito, quin eiusmodi poenae inducant saltem infamiam facti, de qua mox.

Quinto, An Excommunicatus eo ipso sit infamis, dixi satis In Tract. de Excommunicat. cap. 1. Octavo paragrapho duodecimo. Hoc capitulum octavum non impressimus hoc est illud igitur hic habet.

1. Dico Primo, Excommunicatum vitandum esse infamem de facto, jam enim publi-

cè, donec petat absolutionem Notorius peccator est; atque adeo irregularis, ut mox paragr. 3. agentes de infamia facti dicemus.

2. Dico Secundo Excommunicatum non vitandum, si sit occultus, non a esse infamem de facto, quia sic notoria non est ejus inobedientia: at, si sit publicus, quamvis non sit iudicè nominatim denuntiatus, nec publicus percussor Clerici, jam erit notoriè peccator, inobediens, & Canonice infamis de facto, atque adeo modo jam dicto, Irregularis.

3. Dico Tertio, cum Fillucio, Excommunicationem, ut sic, non afferre, ex se infamiam; unde nec ex se Irregularitatem. Probat, quia non affert infamiam Juris ex se, nec ex se infamiam facti, ergo nullam. Non Juris; nam in jure non habetur, eam universaliter esse causam infamiae, sed solum quando constituitur ex quibusdam criminibus, quibus peculiariter connectunt Jura infamiam, qualis b est haereticis, de ejus Irregularitate dicitur infra suo loco; & qualis est etiam percussio Cardinalibus infligenda, &c. Non facti, quia sic, etiam excommunicatio occulta pareret infamiam facti, quod tamen esse non potest: infamia enim facti non emergit, nisi ex delicto notorio, ut mox dicto paragr. 3. notabimus.

Ex Officio Histriones.

22. Jura etiam volunt, ut, qui officijs quibusdam vilibus vacant, infames ipso jure sint, atque adeo Irregulares. Eiusmodi autem sunt ex omnium sententia, Primò, Histriones pretio conducti obscena representantes. Dicuntur autem ex officio, si bis, vel ter in scenam prodeant, de quibus lege Menochium, c & Ricciulli: d immo etiam si semel prodeant in scenam, quando ex e officio jam assumpto id faciunt.

Artes alia viles.

23. Lictores, Satellites, Carnifices sunt infames ex Lezzana. f Sed negat Castropalaus, g tum de his, tum de Macellarjs, & similibus, dicens nullo jure contrarium probari. Dictos lictores similesque Justitiae Ministros (mortis condemnatorum secuta) esse Irregulares ex defectu lenitatis alia est consideratio, de quibus infra suo loco.

24. Sunt ergo hi homines infamiae notae, & propterea

F 2

a Leand.
excommunicat.
d. 16. q. 10.

b L. Felicis de poenis
in 6.

c Menoch.
de Arbitr.
casu 99. n.

d Ric. in l.
de statu
Repr. l. 5. c.

e Dico. in
praxi Crimi.
n. 1. Can.

f 61. Vival
d. p. 3. Cade

laor. de Irreg.
ex Inf.
n. 19.

g Lezz. v.
Infamiam.
3. Prates l.

c d. 2. c. 4.
n. 4.

h Castrop.
de Conf. d.
6. p. 20. n. 5.

a P. Prates
l.c.d. 4. pra
lud. 2. n. 4.
fol. 220.

b Felin. in
c. cum De
putati de
Iud. ex Glos
in c. Quo
niam vetus
24. q. 1. leg
etiam Ma
iolum de
Irreg. l. 3. c.
1. n. 7.
c. Anther.
Papa in Ep.
ad Epif.
Batis.

d Suar. de
Cens. d. 48.
se. 3. fin.
Sanc. l. 7.
matr. d. 19.
nu. 14. ex
c. si quis Vi
duam 2. d.
34. contra
Henric. l.
14. de Irre
gul. c. 5. n. 4.
c. C. Te
sim. de Te
stib. c. con
stituimus
3. q. 5. c. In
fam. 6. q. 1.

f Layman
l. 1. tr. 5. p.
5. c. 4.
g Maiol.
tr. 4. de
Iust. d. 7. n.
6.

propter indignitatem, nulla ratione promoven
di, sed certe infames non sunt. Quis enim au
debit Sacris initiare eum, qui actu exercet Ma
cellariam, Cauponariam, Cloacariam, Circu
lariam, Funambulariam, vel similem? Ad
dunt his aliqui, a & merito Anatomistas, qui
manu propria incidunt Cadavera, Pollintores,
seu Vespillones (*Beccamoris*) &c.

25. Hic denique ne ignores, Parentes, qui e
iusmodi exercitationibus se immiscerent, eandem
utilitatem in filios nequaquam transfundere, si
ipsi filij ab huiusmodi abstineant, cum nullus
Textus, ut notat Felinus b contra dictos filios
habeatur. Immo præclara de hac re sententia
Antheri Papæ refertur. In *Episcoporum* (inquit c
Pontifex) negotio *prospiciam non agnosco*: Apo
stolicus Ordo hoc probat, ac tot Pontificum, & E
piscoporum numerus, qui vilius parentibus nati
dignissime Sacerdotio functi sunt.

Ducens Vixorem vilem.

26. Qui ancillam duxit in uxorem inter in
fames d numeratur, ut item, qui Meretricem
duxit, aut repudiaram, aut Saltatricem vel Scæ
nicam, quamvis Virginem, & universaliter,
qui fæminas duxit viles; Vilis enim etiam præ
scindendo ab infamia, persona illa, reputatur,
qui cum vili, tam arctum commercium con
traxit.

S. III.

De Infamia facti.

1. UT quis injure Canonico habeatur infa
mis infamia facti, atque adeo Irregularis,
sufficit quodcumque peccatum mortale, in quo
quis notorie perseveret. Tria ergo requirun
tur, & sufficiunt ad infamiam facti pariendam
peccatum quodcumque mortale, perseverantia
in illo, & Publicitas, seu publica, & quidem
certa notitia.

2. Quoad Primum, nota, id dici in mate
ria, de qua loquimur Irregularitatis, nam in
ordine ad alios effectus, ut rectè notat Lay
man, f. tantus rigor est temperatus, multo ma
gis in Jure Civili, in quo, testante Molina;
g multa peccata, non reddunt eorum patrato
res viles, & infames. Lege eundem Molinam i
bidem, qui rectè percipit aliqua capita per
quæ homo judicetur infamis infamia facti.

3. Quoad Secundum, id est, quoad perse
verantiam, nota, id intelligi, quoad peccata
ex se infamiam alias non parientia, nam, si
quis v.g. publicè sciretur semel cognovisse mu
lierem, non esset quidem infamis, quia jam non
perseverat in peccato, quod solum semel fecit.
At, si quis sciretur publicè cognovisse suam
matrem, vel illam occidisse, nonne esset infa
mis infamia facti, donec per veram pœnitent
tiam, de qua mox paragrapho quinto, numero
tertio, eiusmodi infamiam excuteret.

4. Quoad Tertium, hoc est, quoad publici
tatem, duo sunt notanda, Primum, cimen de
bere cognosci à multis, atque adeo non suffi
cere, si certò sciatur à paucis, nam hoc pasto
res diceretur occulta.

5. Secundo, notitiam debere esse certam, si
non Metaphysicè, sanè moraliter, scilicet in ju
stè gereres, si quempiam, ut infamem repellas,
solum ex levi suspitione inter homines leves
exorta.

6. Si tamen opinio de tuo peccato sit vul
gata apud viros probos, & prudentes, quan
vis non adsit certitudo, multo magis, si orta sit
hæc opinio non ex vanis, sed ex probabilibus
conjecturis, eris ab Ordinibus, ac Beneficiis
Ecclesiasticis repellendus, interim, dum te
non purgas, juxta C. Quoties, & C. Inter: de
Purgat. Canonica. Neque enim decet in Cleri
cum coaptari eum, cujus opinio gravata est.
Ita Castrop, a quod latè etiam habes apud
Sanchez, b

7. Ex hac doctrina resolui nudiùs tertius,
Clericum accusatum apud Episcopum sui Do
micij de commercio cum fæmina, & ab eo
dem citatum ad comparandum, nequaquam
ordinari potuisse ab Episcopo sui Beneficij, ut
Clericus intendebat. Ratio resolutionis fuit
prædicta doctrina, quia non præsumitur Epif
copus ille voluisse Clericum citare ad compa
rendum, nisi motus ex probabilibus rationibus,
seu conjecturis. Fatebar interim meram accu
sationem non satis esse ad hominem reddend
um infamem, quia accusatio non raro fit ab
inimicis, & non raro item sine sufficientibus
probationibus, sed in casu nostro aderat cita
tio Episcopi, qui, ut dicebam, non præsumit
tur Clericum voluisse citare sine aliqua tandem
probabilitate delicti. Addidi, saltem antè ordi
nationem oportere, eum se purgare, juxta præ
dicta, ab opinione, quæ jam erat inter prudent
es de commisso crimine. Nam propte
rea

a Castrop.
de Cens. l.
6. p. 207
b Sanchez.
de Sacra. m.
Discal. 2.
c. 21.

rea communiter a docent, accusatum, pendente
accusatione, admitti ad Ordines non posse.

§. IV.

Eff. eius Infamia.

1. **I**nfamia, sive Juris, sive facti in Jure Canonico (nam de Civili nos non agimus) hos duos effectus progignit. Primo, ut Infamis ordinari nequeat: id, quod sæpe diximus in Superioribus. Secundò, ut illi Dignitates non conferantur juxta Regulam illam *Juris Infamibus non pateant porta dignitatum*. Nomine autem dignitatis hic non intelliguntur solum Personatus, sed quæcunque Ecclesiastica Beneficia, & Officia Publica, puta Judicis, Assessoris, Advocati, &c.

2. An vero, sicuti, si conferantur Ordines Infami, valet collatio, ita valet collatio Beneficii, vel dignitatis, licet in utraque collatione certò peccetur, bipartita est Doctorum opinio, Molina b cum communi ait, esse invalidam. Castropal. e putat, in foro externo invalidam quidem esse, sed esse probabile, in foro conscientie esse validam, ac propterea ejusmodi provisum posse dignitate seu officio frui, donec à Judice collatio rescindatur. Ratio hujus probabilitatis est, quia nullus afferri potest Textus collationem hanc invalidam, nam quando dicitur (*Infamibus porta non pateant dignitatum*) satis commodus sensus esse potest, quod non pateant licite: annullatio autem actus, cum sit odiosa sine claro Textu, inducenda non est. Adde, tanquam Regulam peculiarem haberi in Tractatu de Irregularitate, quando textus potest explicari, ut significet aliquid aliud, non esse intelligendum, ut inductum Irregularitatis.

3. Hæc de Infamia contracta ante susceptas Dignitates. Sed quid, si superveniat?

Respondeo, si superveniat Infamia facti, certum est, eam non privare ipso jure possidentem suas Dignitates, vel Officia, ut est communis opinio, quia in nullo Textu habetur ejusmodi privatio. Si vero superveniat Infamia Juris, licet statim illorum privationem inducat, tamen hujusmodi infamis abdicare à se illa officia nequaquam obligatur, modo quo docet cum multis Castropal. loco citato, & nos diximus *paragraphe secundo numero quinto*.

§. V.

Quis dispense in Irregularitate contracta ex Infamia.

1. **S**i à te incurta fuit Infamia Juris, ex eo nimirum, quod subivisti sententiam, quæ condemnavit ad Infamiam, vel, quæ declaravit te commississe delictum trahens infamiam juxta paulò antè dicta, opus est tibi, etiam emendato, dispensatione Summi Pontificis ad Ordines suscipiendos, vel Ordines susceptos exercendos. Nam, si non præcessit ejusmodi sententia, te posse gerere, ut non Irregularem, atque adeo te non indigere dispensatione, si res sit occulta, diximus §. 2. nu. 5.

2. Si tamen crimina infamiam hanc trahentia sunt adulterio minora, Irregularitatem ex ea contractam posse post peractam poenitentiam dispensari ab Episcopo docet Castropalaus a cum aliis, addens, quando infamia inducta est à Jure Civili, eam posse aboleri à Principe Sæculari, qua abolita, cessabit Irregularitas, quæ in ea infamia innitebatur.

3. Si autem infamia facti laboras, illam tu b ipe tolles per emendationem delicti, utique notoriam, & quæ saltem per triennium duraverit. Gibalin. e non præscribit tempus, sed solum petit emendationem cognitam.

4. Hinc ergo, qui non fuit condemnatus per sententiam imponentem, vel declarantem infamiam (tunc enim non sufficit emendatio, sed requiritur dispensatio, ut dictum est) licet Notorius fuerit Sodomita, Concubinarus, Usurarius, &c. Si, modo dicto, emendatus est, poterit promoveri. Lege Gibalin. loc. cit.

An hæc Irregularitas ex Infamia tollatur per Baptismum, quando hic suscipitur post ipsam contractam, dicemus infra. d Interim videatur Suarez. e

CAPUT XI.

De Irregularitate ex Novitate Fidei.

§. I.

Quinam eam contrahat?

1. **N**ovi in Fide, quos græca voce *Neophyros* appellamus ii s sunt, fC. Sicut qui cum Judæorum, Saraceno d. 48. rum, vel Ethnicorum Religionem pro-

professi fuerint, de novo ad veram Christi Domini Fidem accesserunt.

2^a Hos ergo irregulares voluit Ecclesia. a Primò, ne (ut ait Sanctus b Paulus) in superbiam elati in Judicium incidant Diaboli, ex eo scilicet, quod sibi plaudere plus iusto possent, putantes Ecclesiam ipsorum Ministerio indigere. Secundo quia, ad docendum alios, est ineptus ille, qui bene edoctus non est. Tertio, quia bonis moribus debet prius assuescere, qui ad tantam Ordinum puritatem, dignitatemque est promovendus.

3. Porro ex descriptione allata Neophytitria sunt colligenda. Primò, qui Sacro Baptismi Fonte est ante usum rationis ablatus, quavis filius sit Patris Infidelis, non est reputandus e Neophytus, atque adeo, nec Irregularis, quia aliam Religionem professus non est. Ita passim Doctores. Multo ergo minus Irregularis erit filius Christiani novi; Solum enim filium Hæretici ex peculiarem Canonum constitutionem Irregulariter esse, dicemus infra, quia tunc Ecclesia vult punire delictum Patris in filio.

4. Secundo, qui à Christianis natus diu vixit inter Infideles, & Infidelium scetam non est professus, si deinde ad suos reversus ritè Baptismum suscepit, non est Neophytus, d nec Irregularis, quia de ratione Neophyti est, ut falsam Religionem ante Baptismum fuerit amplexus.

5. Tertio, si idem à Christianis natus potuit baptizari, si d noluit, quamvis deinde, urgente periculo mortis, Baptismum suscepit, Neophytus est, e & Irregularis, quia susceptio Baptismi, quando uiget necessitas, non vacat suspitione infirmæ fidei. Sed notandum, quod additur in cap. Si quis d. 57. Nisi forte postea ipsius studium, & fides probabilis fuerit, aut hominum raritas exegerit. His explicatis supersunt quæstiunculæ tres.

Quodnam tempus purgat hanc Fidei novitatem?

6. Quæstiuncula Prima. Quamdiu est expectandum, ut Adultus noviter Baptizatus judicetur purgasse novitatem, atque adeo amplius Irregulariter non esse?

Respondetur, satis esse annum, putat f Riccius, quia Miles, & Servus post annum cum veteranis adscribitur. Duos requirunt Romanus, g & Campalini, h quia circa duos annos potest quis doctrina, & Christianis moribus

sufficienter instrui. Navarrus, a & alij decennium requirunt, fortasse propter illud S. Hieronymi (debes multo tempore addiscere, quod doceas) Multum autem tempus decennio n censuratur in Jure.

7. Vera sententia est, id arbitrio Episcopi esse relinquendum. Ratio est, quia in Jure tempus certum non designatur, sed potius sic loquitur Pontifex b

Neophytus ne ordinetur. At, si non deest humilitas competens Sacerdotio, ubi causa non hæret, vitium non imputatur.

Episcopus ergo nunquam statim à Baptismo Neophytum ordinet, quia tunc certò est Irregularis, quia posito: quod quis prudenter judicetur Neophytus, Irregularitate laborat à solo Summo Pontifice, ut mox dicemus, dispensanda. Episcopo autem solum competit declarare, an hic sit Neophytus, nec ne. Verum, si post aliquod tempus judicet Episcopus, Neophytum ea præstare Fide, Humilitate, Doctrina, ut merito sit cum cæteris Veteranis adnumerandus, adnumeret, & jam tanquam Veteranum e promoveat.

An Neophytus etiam à Minoribus & prima tonsura sit rejiciendus?

8. Non esse ab his rejiciendum, putant aliqui cum Bonacina d At rejiciendum, putat Fulvius e aliqui. Ratio utriusque sententia est, quia priores non putant esse indecentiam, Neophytum his Minoribus initiari. Putant posteriores. Sed tandem utramque sententiam esse probabilem, pronuntiat Gibal. f

9. Illud certè nemo negabit, quia ad Primam Tonsuram, Minoresque Ordines minor aptitudo requiritur, quàm ad majores, facilius posse Episcopum, declarare, hunc ad illos idoneum esse, quàm ad hos, quia posita declaratione, jam Irregularis quoad Minores non erit.

Trahentes originem à Iudeis, Saracenis, Infidelibus, an aliqua macula Irregularitatis Canonica inficiantur?

10. Nulla prorsus, ut luculenter, & multis citatis, latè probat Lezz. g Nam licet in aliquibus Ecclesiis repellantur ex peculiari Summi Pontificis placito à Beneficiis, & in aliquibus Religionibus repellantur à Religione; tamen particulares hæ constitutiones non officiant prædictis

prædictis, ne possint Ordines suscipere, quia quoad Ordines nullum Jus est contra illos. Eas autem particulares constitutiones esse legitimas, latissime probat Escobar *b* in eruditissima disputatione de hoc argumento. De natis ab Hæreticis jam supra indicavi, me paulo post esse dicturum, cum de Irregularitate ex Hæresi.

§. II.

Quis dispenset in prædictis Neophytis?

1. Solus Pontifex. Quia ratione autem Episcopus possit indirectè dispensare, id est, declarare, &c. satis indicatum est in præcedentibus.

CAPUT XII.

De Irregularitate ex defectu Scientiæ.

§. I.

Quis eam contrahat?

1. **I**LLITERATORUM quatuor gradus facio. Primum, quo, quis tantum scit legere, & scribere lingua materna, nam, qui infra id, nimis est manifestum, omnino esse illiteratum.

2. Secundum, qui non solum materna, seu vulgari lingua, verum etiam Latina legere dicit, & scribere: At ad ea, quæ Latine scribit, legitur, intelligenda non pertingit.

3. Tertium, qui legit, scribit, intelligitque Latina, sed nec perfectè eadem intelligit, nec perfectè ea loquitur, intelligit tamen substantiam ejusmodi locutionis.

4. Quartum, qui hæc omnia perfectè intelligit, loquiturque, sed ad Doctoratum, sive Canonum, sive alterius facultatis, nec pervenit, nec ad illum propter ingenii hebetudinem, vel propter aliud, aspirare potest.

5. His quatuor gradibus distinctis tutam dabimus, Deo favente, de Illiteratorum Irregularitate doctrinam. Nam, quia Gibahnus *c* hos quatuor in duos tantum gradus contrahit, minus rectè, quia benignè nimis, de hac Irregularitate locutus est.

6. Porro illiteratus primo gradu, multo magis infra ipsum est omnino Irregularis, du-

rante tamen ejusmodi imperitia: & meritò, quia is non potest ea præstare, quæ pertinent ad ministeria Ordinis, quæ Latina passim scripta leguntur. Unde, tum, qui sic ordinatur, tum qui sic ordinatur peccat graviter, & insuper ipse sic ordinatus, illi cù Ordines exercebit,

7. Excipe primam Tonsuram cum Rebuffo. Nam, si quando Episcopus adverteret, puerum initiandum scientem dumtaxat legere, & scribere materna lingua, ejusmodi esse indolis, atque in iis circumstantiis, ut facillè credi possit, fore brevi aptum ad scientiam majorem, ordinare illum sine incommodo posset. Vide mox paragr. secundo n. 1.

8. Illiteratus in secundo gradu non est Irregularis, seu ineptus ad Minores Ordines, est tamen ad Majores propter rationem modo n. 6. indicatam. Confirmatur ex Textu, *b* in quo Pontifex deponit Episcopum à muneris Pontificii executione, & administratione, quia idemmet Episcopus confessus est, se nunquam Grammaticam dedicisse, & nec, vel Donatum legisse. Si ergo Episcopus à suscepto Episcopatu removeretur ob ejusmodi illiteraturam, quantò magis removebitur quis ab Ordinibus nondum susceptis?

9. Illiteratus in tertio gradu cum variam habere latitudinem possit, arbitrium erit penes Episcopum inspectu sui subditi judicare, an tantam is habeat litteraturam, quanta requiritur ad singulos Ordines; cum certum sit pro Minoribus minorem peritiam, pro Majoribus majorem exposci. Id aliquanto distinctius explicabitur mox in seq. §. ex Trident.

10. Illiteratus in quarto gradu non est Irregularis: imò ipsa praxis docuit, ad Ordines etiam Majores non requiri, nec Doctoratum, nec tantam scientiam, quanta consuevit esse in Doctore.

§. II.

Quid Tridentinum circa prædictam litteraturam explicaverit?

1. **H**æc in universum ferè dicta reddidit Tridentinum clariora, quando unicuique Ordini suum peritiæ gradum affixit, sic enim habet. *c*

Pro prima Tonsura sciat Tonsurandus legere, & scribere, & rudimenta Fidei. Notat autem hic Sanchez *d* sufficere, si sciat legere, & scribere lin-

a Rebuff. de pacif. poss. n. 27. & 29. Glossa C. præcipuum diff. 34.

b C. Quævis, de astate, & qualitate.

c Trid. sess. 23. c. 11. 13. & 14. de Ref. d. Sanc. in consil. l. 7. c. 1. dub. 45. n. 13.

re lingua vulgari: quod certè est quid amplius, quam quod diximus §. præced. n. 7. cum Rebuffo pergit Trident.

2. Pro Minoribus Latinam linguam intelligat. Et profectò in bonæ indolis pueris, quando spem præ se ferunt majoris literaturæ adipiscendæ, potest præsumi, Tridentini mentem non fuisse, eos excludere, si non rectè intelligant, quæ rectè latina legunt, Spes enim illa potest æquivalere necessariæ dispositioni. Confirmatur, quia video, ejusmodi esse præxim, Unde bene Turrecremata a cum aliis dicit, puerum, qui pro ætate didicit, ostenditque, pro tempore proficere posse, non debere appellari illiteratum. Redeo ad Tridentinum.

3. Pro Subdiaconatu (inquit) & Diaconatu literis, & iis, quæ pertinent ad eos Ordines, quos suscipit, exercendos sit instructus.

Pro Sacerdotio eas habeat literas, quibus possit docere Populum de his, quæ ad salutem sunt necessaria, sciatque administrare Sacramenta.

4. Non tamen puto oportere, ut in idoneus sit ad Confessiones excipiendas, tum, quia non omni Sacerdoti hoc munus imponitur, tum, quia, quando imponitur, nova debet ex eodem b Tridentino approbatio, novumque examen accedere. Favet ejusmodi Sacerdotibus non admodum peritis ea S. e Augustini monitio, quæ ait, non esse corrigendos ahereticois, sed pie tolerandos illos Antistes, vel alios Ecclesiasticos Ministros, qui fortè cum Barbarismis, & Solæcismis Deum invocant, vel eadem verba, quæ pronuntiant, non intelligunt, perturbateque distinguunt, modo hi sententiam intelligant. Hæc Sanctus, & Pius

d Menoch. Doctor, Licet autem hic sermo sit de jam promotis, ducere tamen hinc aliquale argumentum poterit prudens Episcopus, pro promovendis.

5. Illud etiam est indulgendum, ut, quando initandus est necessarius pro aliquo oppido, ubi sapientiorum habere Episcopo non datur, possit, (ut observat rectè Menochius d) minori prædictis periti promovendi.

6. Si hac occasione scire aveas, quæ nam literæ requirantur ad Beneficia, sive Majora, sive Minora Ecclesiastica, lege Canonistas in C. Cum in cunctis, de Elect. Castropal. Gasiam, f Trid. ses. Lotterius, Azor, in propriis Tractatibus de Beneficiis, & aliquid tangit Sanchez, & nec

Reform. omittatur Tridentinum. f

Quamvis scientia requiratur in Religioso initiando?

Quoniam Pontifex prohibet, ne Episcopi Primam Tonsuram conferant illiterato, nisi fortè Religioni nomen det, ideo colligunt aliqui Recentiores, tum pro Prima Tonsura, tum pro aliis, quibuscunque Ordinibus, atque adeo pro Sacerdotio, minorem scientiam, requiri in Religioso, quam in Sæculari. Addunt, cum Religiosus versetur sæpè cum valde doctis, facile illum ipso usu peritorem reddi posse.

Equidem scio à multis a id tanquam probabile doceri. Verum ego cum Ledesma b illis acquiescere nequaquam, propter sequentes rationes, vel nolui, vel non potui.

Primo, quia id nullo Jure, sed omnino gratis docetur, in d in Tridentino e sic præcipitur.

Regulares, nec in minore ætate, nec sine diligenti Episcopi examine ordinentur, privilegium quibuscunque, quoad hoc, penitus exclusis.

Profectò, si diligens examen eum Religiosis est habendum, quæ ratione exigua doctrina in illis erit satis? Ad exiguam doctrinam inveniendam diligenti examine non est opus.

Secundo, quia hæc nostra ætate non minus à Sæculari, quam à Religioso, ne dicam multo amplius, requirunt instrui Fideles, & æquale periculum est in utrisque, tum errandi in docendo, tum errandi in Sacris ministeriis peragendis.

Tertio, quia non loquuntur consequenter Contrarii, ipsi enim cum explicant, quid satis sit, literarum pro Religioso Sacerdote, dicunt, sufficere, ut is bene legat, & pronuntiet (utque Latine) & item, ut mediocriter Latine Setmonem intelligat. At ego affirmo, fieri non posse, ut quis hæc habeat, qui sit aptus, sive Religiosus sit, sive Sæcularis, ad Sacerdotium, ad arbitrium tamen Episcopi, cui id remissum paulo ante §. 1. n. 8. & §. 3. n. 5.

Quarto, quia Contrariorum rationes facile dilantur, nam Textus ab ipsis allatus a. 1. qui loquitur de sola Prima Tonsura, non est ad alios Ordines extendendus, siquidem homini Religionem ingredienti, qui ob ipsam ingredi sumti Ecclesiasticus, facile conceditur prima Tonsura, quæ nihil amplius facit, præter quod continuat in eodem statu Ecclesiastico: At in

a Turrec.

b Gemin.

c Illiteratos dist. 36.

Innoc. C. In

punctis de

Electioe.

b Trid. l. c.

c. 15.

c S. Aug.

velatus in

c. Sedulo

dist. 38.

d Menoch.

de Arbitr.

lib. 2. casu

425. sine

cui adde

Gloss. d. 55.

C. Trise. &

ead. Gloss.

d. 57. c. 1.

e Zanc. in

conf. l. 7. c.

1. du 45. n.

11.

f Trid. ses.

24. c. 12. de

Reform.

aliis Ordinibus ad altiore gradum ascenditur.

Ad id, quod additur. Respondeo, etiam patrem conuictum cum Doctis habere Sacerdotem Sæcularem, si suo officio non desit, vacandi semper in Ecclesijs. Preterea nullum Episcopum inuenies, qui te velit promovere ad Sacerdotium ob solam spem, quod Patrem, Fratresque germanos habeas, qui te continuo instruant. Instruunt Sacri Canones, & præcipue Tridentinum requirunt, non instruendos.

Non autem esse tam rigidus, volo, ut non approbem illa duo, quæ merito approbat

Majol. a

Alterum, aliquid circa litterarum peritiam indulgeri posse pro Regularibus, si sint Anachoretæ, & solitarij.

Alterum, si ordinandus, ut notavi §. 2. n. §. necessarius sit pro Oppido, vel Sapientiores haberi nequeunt; multo magis, si indigeat operarijs vineæ Dei in locis Infidelium, supposita solida virtute ordinandi, quia præstat Sacerdotem habere non valde doctum, quam habere nullum.

Adde, & tertium cum Gibalino, b & Vilalobos. Si Canonici, inquit, vel alij Beneficium habentes, insignes sint moribus, aut alio quopiam eximio bono præditi, facile scientiæ defectus aliquis dissimulari poterit. Hæc illi de Beneficiarijs, quæ cerè Sacerdotio in aliquo raro casu convenire, posse, non est repugnandum.

§. IV.

De Examine Ordinandorum ad cognoscendam eorum peritiam.

1. Juxta Tridentinum, e ut diximus, omnes, etiam Regulares, sunt diligenter examini subdendi. Circa quod, cum declaratione non indigeat, duo adverte dumtaxat.

Primo, si ordinandus sit aliunde notus, posse examini non subijci, ut notat rectè Sanchez. d. Immo convenientius fore, puto, si ille non examinetur, quando eius certa peritia est, ut nimirum intelligant omnes, benigne, immo, & cum decore excipi ab Ecclesia, Sapientes.

Secundo, Regulares ex vi Tridentini citati subduntur examini Episcoporum, ut probat Castropal. e non obstantibus eorum privilegijs. Tamen, quia post Tridentinum adest Privilegium Gregorij XIII. quo videntur exami

Tamò in iussu de Sacramentis.

ab examine prædicto promovendi ex Societate, omnesque fere Religiones contendunt, hoc idem Privilegium ipsis per communicationem fuisse concessum (id, quod meum, nunc decernere, non est) ideo solum Episcopis dico, eos posse acquiescere examini, seu approbationi factæ à Superioribus Religiosis promovendis, sicuti acquiescere idem Episcopus solet suis proprijs Examinatoribus. Id autem dico, quando Episcopo moraliter constet de sinceritate, & diligentia dictorum Superiorum. Quod addo, quia nimis frequenter adverti, Superiores plus æquo esse in re hac indulgentes suis Religiosis, cum tamen ipsos Religionum Prælatos respiciat Præceptum Tridentini, ut diligenter examinent promovendum.

§. V.

Quia dispenset in defectu Scientiæ?

1. Si constet, esse quempiam illiteratum sine eo gradu, quo §. 1. dictum est, statim constabit, cum esse Irregularem ita, ut nemo illum dispensare, nisi summus Pontifex, possit.

At, quia, ut in simili supra notavimus, sæpe Episcopo declarare conceditur, imperitiam non esse in eo gradu, qui constituit hominem illiteratum, atque adeo Irregularem, ideo poterit tunc Episcopus eundem ad Ordines promoveri.

CAPUT XIII.

De Irregularitate ex mala Usurpatione Baptismi.

EX aliorum Sacramentorum abusu nulla a Castrop. oritur Irregularitas, præter Baptismum, de Conf. d. & Ordinem, de quibus jam brevem traditionem aggredior. 6. p. 16. Laym. l. 1. p. 5. c. 2. Suar. d. 42. de Conf. sec. 2.

§. I.

De Baptismo male suscepto.

1. Qui Baptismum (utique validum) ab hæretico scienter extra calum necessitatis recipit, Irregularis est. 2. Dixi (scienter) nam, cum Infans (quicquid dicat Majolus) tum Adultus, qui hanc prohibitionem nescit, sicuti excusatur a culpa, sic & excusatur ab hac poena. 3. Dixi

G

3. Dixi

§. III.

Quis dispense in his.

1. **I**N his unus Summus Pontifex dispensare valet. Excipe primo, quando rebaptizans ingreditur Religionem; tunc enim ex *C. Litterarum de Apost.* possit Episcopum dispensare, docet Prates. & Excipe Secundo, quando delictum est occultum; tunc enim ex Tridentin. b dispensat etiam Episcopus, ut Joan. & Præpos. figuante notat.

CAPUT XIV.

De Irregularitate ex Ordinum abusu.

EX tribus Capitibus abusus Ordinum Irregularitatem in quibusdam circumstantiis inducit. Primò, quando i) prave suscipiuntur. Secundo, quando cum eos non habeas, eosdem tamen usurpas male.

§. I.

Quando Ordines prave suscipiuntur.

1. **T**ria hic habet. Primò, cum, qui furtive Ordines suscipit, fieri d' per aliquos Irregularem. Secundo, cum, qui extra casu iure permisso, cum sit uxotatus, Sacros Ordines, vivente uxore, suscipit, fieri Irregularem. Tertio, non fieri Irregularem sed dumtaxat suspensum, cum, qui per alia quædam similia delicta Ordines prave suscipit. Illustremus breviter singula.

2. Quoad Primum. Is proprie dicitur furtive Ordines suscipere ad effectum incurrendi, per prædictos, in Irregularitatem, qui se ordinandorum numero admiscuit; cum ad eos non fuerit ab eis, ad quos pertinebat, id est, ab Episcopo, admissus. Unde sequitur, eum etiam furtive Ordines suscipere, qui alium (supponit examini, & deinde is ad Ordinationem, loco illius, accedit.

3. Dixi autem (per aliquos) nam Doctores, ut notat Bonacina, & non conveniunt, an in hoc casu incurrat suspensio, an Irregularitas. Suar. & prædicti modo citati dicunt

3. Dixi item (extra casum necessitatis) quia pari excusaretur modo is, qui mortu v. g. proximus, Catholico Baptizante carens, ab Hæretico baptizari se sineret. Excusaretur etiam, qui metu gravi coactus, ab Hæretico Baptismum susceperet; is enim etiam putatur casus necessitatis.

4. Qui autem, cum sit adultus, Baptismum recipere differt usque ad articulum mortis, sive, quia non iudicatur fuisse constans in Fide, sive, quia præsumitur, voluisse peccare liberius, unde sit indignus Ordinatione, sive, quia est numerandus inter Neophytos, Irregularis est, ut supra vidimus c. 11. paragra. 1. n. 58.

a C. unic.
distin. 57.

5. Quæres. Qui Baptizat privatim aliquem sine necessitate, peccat sine controversia: At incurritne Irregularitatem?

Respondeo. aliqui putant, tum Laicum, tum Clericum non Sacerdotem incurtere, si sine necessitate, sive privatim, sive solenniter baptizent. Sed probabilissimum jam hodie est, Laicum nunquam incurtere, Clericum vero non Sacerdotem incurtere solum, quando solenniter baptizat sine necessitate. Ratio hujus doctrinæ est, quia in cap. 1. & 2. de Clerico non ordinato, ubi hæc Irregularitas fulminatur, solum loquitur Pontifex de Clerico non Sacerdote baptizante solenniter sine necessitate. Igitur non est extendenda ad alios, nec ad Baptismum privatim. Quare idem Clericus, si baptizet extra necessitatem privatim, repugnante Sacerdote, vel Parocho præsentem, esto peccet, Irregularitatem tamen non incurrit. Nec obstat in dicto cap. prohiberi sub Irregularitate exercitium Ordinis ei, qui non est ordinatus, non obstat, inquam, quia Baptismus non solennis, non est exercitium, seu actus ordinati, ut ordinati, sed cuiuscunque, etiam Laici. Lege Sylvestrum b aliosque.

b Silv. V.
Irreg. q. 12.
et 27. Gra
mad. 10. 5.
tr. 2. d. 2. n.
1 Suar. de
Sac. d. 31.
f. 3. G
Hurt. de
Irreg. d. 2.
diff. 2. nu. 5.
c Suar ali
iq. cit. à
Diana p. 3.
tr. 4. re. 9.
Gibal de
irreg. l. 4. q.
4. n. 12.

§. II.

Ex Rebaptismo.

1. **E**X Rebaptismo absolute facto evadit Irregularis, Primò Rebaptizans. Secundo Rebaptizatus, Tertio, is, qui ex officio ministrat dicto Rebaptizanti. Dico (absolute facto) nam ex conditionato, puta sic: Si non es baptizatus te baptizo (quamvis temere, id est sine sufficienti ratione dubitandi repetatur Baptismus) nulla inducitur Irregularitas.

dicunt cum communi, incurri Irregularitatem, Gibal. & alique ajunt, incurri solam suspensionem, fundanturque utrique Doctores in Textibus citatis, quos quilibet ad se trahit. Nobis hanc litem dirimendi otium non est. Videantur præcitati, sufficit enim scire, hanc esse dispensabilem ab Episcopo, eo modo, & auctoritate, quam dixi, cum de Ordine Cap. duodecimo, paragr. 1. & numero 34.

An prædictus furtive intrusus validè ordinetur, dixi in eodem Tractatu de Ord. c. 6. paragr. 1. n. 13.

4. Quoad Secundum. Is uxoratus, etiam solum per Matrimonium ratum, qui, præter casum in jure permittos, suscipit Ordines Sacros, Irregularis b est, idque sive sciens faciat, sive per ignorantiam crassam nesciens, ut, si mortuæ sit sua uxor, ignorare negligat; ignorantia enim crassa dolo æquiparatur, ut alibi dictum est.

5. Sed, qui nam sunt casus jure permitti? Respondendo, esse duos tantummodo. Primum, quando factum est legitimum Divortium perpetuum. Secundò, quando adest mutui consensus, &c. De quibus, deque conditionibus tunc requisitis, supra dixi distinctè satis lib. de Matrim. Tra. septimo.

6. Quoad Tertium. Per alia quædam delicta circa dictos Ordines, Irregularitas non incurritur. Quare, quicunque aliqui putant, Primò, si quis suscipit Ordines ab Episcopo non consecrato, vel non baptizato. Secundò, si ab hæretico, vel schismatico. Tertio, si simul à duobus Episcopis, quorum unus materiam exhibeat, alter formam proferat. Quarto, si, qui est de ritu Latino, recipiat Ordines ab Episcopo Græci Ritus, & vel contra.

Quintò, si quis Ordines per saltum recipiat. Sextò si eosdem suscipiat, non suscepto Confirmationis Sacramento. Septimò, si quis in Ordinum, vel Beneficij susceptione Simoniam committat. Octavò, si quis Ordinetur ab Episcopo, qui renuntiavit loco, & dignitati Episcopali. Nono, si quis Excommunicatus (nisi fortè Sacerdos, ut notat Suarius

de e) faciat eorum se Missam celebrare. Decimò, si quis iterato Ordines suscipiat. Quamvis, inquam, aliqui putent, hos incurri in Irregularitatem; tamen alij probabilius negant, esse peccat, & aliquando incurrant suspensionem, ut in Tract. de Ord. cap. penult. dictum à nobis est. Lege tamen Suarium, & aliosque,

7. Sed adhuc inquires Primò. si multi ex prædictis, ut dicitur in Tractatu citato de Ordine, incurunt suspensionem, per quam, nec possunt ascendere ad alios Ordines, nec in susceptis ministrare, cum Irregularitas eisdem effectus pariat, quid interest dicere, hos incurri Suspensionem, vel Irregularitatem.

Respondendo, interest sanè. Nam, quamvis in aliquibus hæ duæ convenient, differunt in alijs permaximè. Et sanè, ut cætera omittam, suspensus, si suspensionem violenter præter peccatum incidit in aliam poenam, nempe in Irregularitatem. At Irregularis, si violenter Irregularitatem, peccat quidem, sed aliam poenam non incurrit. Rursus, quia suspensio regulariter est Censura, non item Irregularitas, qui solum habet auctoritatem absolvendi à Censuris, non potest absolvere ab Irregularitate; poterit tamen aliquando, ut in Tract. de ipsa, à suspensione.

8. Inquiret Secundò. Excommunicatus, suspensus, Interdictus, uno verbo, ligatus aliqua Censura, si Ordines recipiat, sitne eo ipso Irregularis?

Respondendo, licet is gravissimè & peccet, puto probabilius, non fieri eo ipso Irregularem, quia irregularitas hæc ex abusu Ordinum incurritur, quando quis cum Censura ministrat, seu exercet Ordines antea susceptos, ut mox §. 3. dicemus: at hic censuratus non vult Ordinem suscipit, non vero utitur suscepto.

9. Illud etiam nota, ejusmodi administrationem, quæ te censuratum Irregularem facit, debere esse extra illam Missam, in qua initiatur Sacerdos, quamque cum Episcopo celebras, quia in hac non diceris ministrare, seu exercere Ordinem, sed ordinari administrandum.

10. Subinquires. Eritne saltem suspensus, quicum sit Excommunicatus, Ordines recipiat?

Respondendo. De hac re dixi, cum de Ordine, & ubi asserui, certum esse, incurri suspensionem, si excommunicatus ex percussione Clerici Ordines suscipiat. At, si ex alijs causis, mihi esse incertum, sed propendere ad negandum. Recole omnino locum.

§. II.

Ordinis, quem non habes usurpatio.

Si quis Clericus carens Ordine aliquo, exerceat proprium actum eius Ordinis,

G. 2. quo

Censur. sec.
3. c. 4. Gibal. de Irreg. c. 5. q. 1. an præsertim 14. Præc. in m. m. de Irreg. d. 5. c. 6. fol. 190.

a Suar. l. mox citada Diana p. 1. r. 11. r. 105 b Suar. de Censur. d. 3. se. 1. n. 57. Leand. de Ord. d. 6. qu. 17. c. 18 c Suar. de Censur. d. 4. sec. 3. m. 2

d Supra lib. 6. de Ord. c. 12 §. 1. d. m. 8.

a. 6. l. 2. de Clem. non ordinato mini-
frante.
b. Suar. l. c. Avila. p. 7. d. 9. n. 2. cū alijs.
c. Barb. in di. c. 1. Lex. V. irregul. n. 59. Castr. de Cens. d. 2. p. 18. v. 10. Gibal. fusc. & erudit. de Irreg. c. 5. g. 1. n. 25. Dianap. 11. tr. 7. res. 4. 4. Vbi quid de Diacono porrigere Euchar.

quo caret, idque serio, & ex animo, atque item culpabilitate, sine dubio contrahet Irregularitatem, ut clarè constat ex Jure. a

2. Dictum est Primo, (Clericus) nam licet communis opinio sit, etiam Laico sic delinquenti affigi ejusmodi Irregularitatem, tamen e probabilius est, affigi dumtaxat Clerico, quia de solo Clerico meminit prædictum Jus.

3. Dictum est Secundo (proprium actum Ordinis) nam tunc solum incurritur Irregularitas, non vero, quando exercetur à Clerico actus, qui proprius non est Ordinis. Hinc celebrare Missam solemniter baptizare, Confessiones audire, & absolvere à peccatis, conferre Ordines, dare Benedictiones: quæ à solis Episcopis, vel Sacerdotibus solent dari, qualis est benedictio Nuptiarum, quia, inquam, hi sunt proprii actus Ordinis Sacerdotalis, seu Episcopalis, propterea Clericus non Sacerdos eos exercens fit Irregularis. Si quis autem, cum sit sacerdos, tentat sine legitima approbatione absolvere aliquem à peccatis, vel sine licentia Parochi baptizat solenniter, vel sine eadem licentia Extremam Unctionem confert, vel, cum non sit Sacerdos, seu Diaconus, concionatur in Templo, etiam cum Stola, vel, cum sit Episcopus, ordinat subditum alienum sine Dimissorijs, vel Ordinationem celebrat in aliena Dioecesi sine licentia Ordinarii, vel, cum sit suspensus à Pontificalibus, celebrat cum Episcopali apparatu, quia hi non sunt proprii actus Ordinis, sed actus potestatis Jurisdictionalis, ideo Clericus eos actus faciens, licet peccet, Irregularitatem non incurrit.

4. Propter eandem rationem, quando aliquis actus Ordinis, quoad substantiam, exerceri potest à non habente ejusmodi Ordinem, sed exhibitum sub tali, vel tali modo est dicti Ordinis proprius, si hoc modo à Clerico fiat, fiet Irregularis, non vero, si solum fiat, quo ad meram substantiam. Non Diaconus v. g. si cæter Evangelium in Missa solemnem cum Dalmatica, Stola, & Manipulo, & non Subdiaconus cantet Epistolam in simili solenni Missa cum Tunicella, & Manipulo, evadit Irregularis (excepe nisi alicubi adesset contraria legitima consuetudo, vel legitimum privilegium) At idem, si sine memorato apparatu cantent dictum Evangelium, vel Epistolam, ille sine Stola, sine Manipulo, quamvis Sacris Vestibus sint induti,

Irregulares non fiunt, a quia cum Stola, vel Manipulo exhibetur actus proprius illorum Ordinum, non vero sine illis.

5. Denique, propter eandem rationem, exercere actus Ordinum Minorum à non habentibus illos, non est Irregularitatis causa, quia hi actus non sunt ita proprii Ordinum, ut Laicis exerceri non possint. Lege Leandr. b. Layman. c. Avilam. d.

6. Ad majorem explicationem huius, de qua agimus, Irregularitatis, ne ignores, non nullos putare, eam esse totalem, id est prohibere ascensum ad altiores Ordines, & verare usum susceptorum, sed addunt, quoad hunc usum, non vero quoad ascensum, posse dispensari ab Episcopo post biennium. Non nullos f. vero putare, esse limitatam, per quam scilicet vetetur delinquens ad altiores Ordines ascendere, sed solum ad tempus biennij, vel triennij vetetur sub pœna suspensionis usus ultimi Ordinis suscepti, v. gr. vetetur Diacono usus Diaconatus, non vero usus anterioris Ordinis id est Subdiaconatus, &c. Utraque sententia probabilis est, quia clare 2. Textus nequaquam loquitur.

§. III.

Ordinis, quem habes usurpatis prava.

1. Siquis Clericus violet Censuram, id est cum sit excommunicatus, vel suspensus, vel interdictus exerceat culpabiliter actus proprios Ordinum Majorum, quos habet, quod certe est violare Censuram, quo quis est innodatus, fit h. statim Irregularis, atque adeo incurrit effectus omnes Irregularitatis supra cap. 6. explicatos. Quod autem Clericus, quamvis ipse non interdictus, si violet interdictum locale, & similia, dicitur in Tractatu de Interdicto.

2. Dixi Primo, (Cum censura, & cat.) Neque enim ex quocunque Ordinis abusu Irregularitas incurritur, sed solum ex abusu cum violatione Censuræ, nam propterea Sacerdos celebrans in peccato mortali, sed nulla laborans Censura, peccabit quidem, sed nullam Irregularitatem incurrit.

3. Propter eandem rationem, quia Irregularitas non est Censura, Qui, cum sit Irregularis, celebrat verbi gratia, non incurrit aliam

aliam Irregularitatem, ut notat recte Suar. *a* & recte notant alij, *b* Illegitimum v. gr. vel corpore vitiatum, & cat. si celebret, cum sit Sacerdos, non incurrere in aliam Irregularitatem, quia hi defectus non sunt Censura, quam per celebrationem talis Sacerdos violat.

4. Dixi Secundo, (*Inculpabiliter*) nam si quis bona fide credens, se v. gr. fuisse à Censura absolutum, vel tunc appellasse, celebret, non fiet Irregularis, *c* etiam si deinde constet appellationem fuisse illegitimam, ut probat *d* Cartarius.

5. Idem esse, si ob vitandum scandalum, vel notabilem infamiam, celebres v. gr. cum excommunicatione, notat *e* Lezzana, & nos a libi *f* universaliter diximus.

6. Dixi Tertio, (*Actus proprios*) non enim incurritur Irregularitas, si eos actus exerceat Clericus Censuratus, quos alter Laicus exerce- re potest. Actus autem proprii Ordinum sunt idem, quos §. Præced. nu. 3. & 4. enumeravi- mus, & minutius enumerat Gibalinus, *g* quæ, si bene percipiuntur, confirmant Regulam illam universalem Suarj. *h* Excommunicatus mi- nistrans ex officio Sacramentum, sit ipso facto, Irregularis.

7. Dixi Quarto, (*Ordinum Minorum*) nam Minores exerceans non evadit Irregularis. Exci- pe, nisi forte, qui cum sit censura irritus ex eo, quod susceperit hos Minores Ordines cum Simonia, exerceat eorundem Minorum Ordinum actus; tunc enim ex constitutione *i* Sisti V. erit Irregularis.

8. Inquires Primo. Docetur in Tract. de Suspensione, & Interdicto, aliquando hæc imponi, ut Censuram, idest, ut pœnam me- dicinalem, aliquando in vindictam, idest in pœnam pœnam delicti. Inquires, inquam, an, qui violat Suspensionem, & Interdictum, ut putam pœnam, cum illam non violat, ut Cen- suram, fiat Irregularis?

9. Respondeo, *h*ic, docet Suar. *k* Non fie- ri, putat Alphonsus *l* de Leone, quia sumus in odiosis. Verum sentiendum cum Suario, quia efficaciter eius sententia probatur ex cap. 1. de re judicata ubi violans suspensionem per vnum annum inficitur (quæ certè, ut sic inficitur ut in eodem Tract. docetur est pura pœna) pronuntiatur Irregularis, & merito, quia in utraque est eadem ratio, cum utraque privet exercitio Ordinis.

10. Inquires Secundo. Qui pluries cum Cen- sura actus Ordinis exerceat, plures ne Irregu- laritates incurrat?

11. Respondeo, cum necessaria distinctione. Si eandem numero Censuram viroles, unam Irregularitatem contrahes. Quare, si excommuni- catus celebret Missas, etiam centies, unam Irregularitatem *a* contrahes, licet pluries sic celebrando, pluries pecces. At, si viroles Cen- suram diversæ rationis, plures Irregularitates, juxta pluralitatem dictarum Censurarum, con- trahes: si excommunicatus v. gr. Suspenditur, Interdictus Missam unam celebret, tres con- trahes Irregularitates distincte *b* explicandas, si forte ab illis dispensationem petas.

12. Quid, si violentur plures Censuræ eiusdem rationis? Titius verbi gratia est pluri- es excommunicatus, quia pluries percussit Clericos, & cum his excommunicationibus Missam celebravit, incurrit ne plures Irregu- laritates?

13. Respondeo. Ita videri *e* Gbalino: sed oppositum non esse improbabile, putat Ca- strop. *d* favetque Avila, *e* quos, si est otium lege.

14. Inquires Tertio, Si quis prohibitus sub excommunicatione liti sententia, ne celebret, ipse tamen celebret, unde, & peccet, & in ex- communicationem incidat, inquires, inquam, an etiam incurrat in Irregularitatem?

15. Respondeo, nequaquam *f* incurrere, quia in illa celebratione incurrat excommuni- cationem, ergo prius intelligitur iam cele- brasse, & deinde incidisse in excommuni- cationem. Non igitur celebravit cum excommuni- catione, Quod si iterum celebre, tum enim ve- ro violabit Censuram, & Irregularitatem effu- gere non poterit.

16. Inquires Quarto. Si quis irritus Cen- sura exerceat actum Ordinis, quem habet, qui actus propter aliquam rationem sit nullus, in- curret ne in Irregularitatem? Absolvat v. gr. excommunicatus hominem, qui sine debito dolore ad Confessionem accessit, unde sacri- lege, atque adeo nulliter Absolutionem rece- pit, erit ne hic Irregularis? Idem inquiri potest, si idem excommunicatus consecret in aqua v. l. in pane non triticeo, si baptizet sine aqua natu- rali, si Episcopus excommunicatus ordinet faminam, vel non Baptizatum, &c.

17. Respondeo. Distinguit Suar. *g* Si Mini- ster hic excommunicatus sciens, actum fore

1 Alph. de Leone l. 6.

de Cen. n.

5. 29 Villal.

T. 1. tr. 18.

diff. 3. n. 57.

a Suar. de

matr. l. 4.

d. 24. n.

7. Thej. l. c.

6. 11. Bonac.

d. 7 de Cef.

q. 1. n. 4.

Castrop. T.

1. r. 3. p. 16

§. 4. fine.

contra Gi-

bal. de Cef.

d. q. 5. q. 1.

5. n. 2. sec.

41.

b Lezz. V.

Irreg. n. 56.

c Gibal. l.

c. 1. n. 13

sec. 41.

d Castrop.

l. c.

e Avila

p. 7. d. 10.

duo. 8.

f Gibal. de

Irreg. c. 5. q.

2. n. 11.

invalidum, si tunc se gerat, proferat v. gr. verba extrinsecè, sed absque intentione faciendi verum actum, seu verum Sacramentum, non incurrit in Irregularitatem, quia actus procedens à ficta intentione non dicitur usus Ordinis. Si vero habeat intentionem verum actum, seu Sacramentum faciendi, sed ex defectu materiæ, vel alterius circumstantiæ Sacramentum non facit, probabilius putat in Irregularitatem incurrit, quia tunc ille serius, ac voluntarius conatus faciendi actum, abusus Ordinis est. Scio Prates, a putare etiam in hoc secundo casu non incurrit Irregularitatem, sed, quia illum sequi, saltem tutius nolo, non est necesse in re rata amplius immorari.

a Prat. in
manu. de
Irreg. d. 5. c.
4. §. 1. n. 18.
fol. 507.

18. Inquires Quinto. Si Sacerdos excommunicatus toleratus ad petitionem Fidelium non habentium v. gr. alium Sacerdotem, nisi hunc, celebret Sacrum die festo, ut si satisfaciatur præcepto, potestne licet tunc celebrare, & effugere incursum in Irregularitatem? Supponimus autem ne is peccet, se posuisse in gratia saltem per contritionem.

b Castrop.
de Cens. d.
2 p. 8 n. 4.

19. Respondeo. Castropal. b videtur concedere his verbis: Ex quo fit, si dies occurrat festivus, neque adsit alius Sacerdos, qui Missam populo faciat, posse excommunicatum (unique toleratum) celebrare, quia præsumitur Populus petere sacrificium necessarium pro præcepto audiendi Sacrum exequendo, ut bene Navarr. Filliuc, Bonacina. Hæc Castropalaus.

Inquires Sexto. Si is, cui est interdictus ingressus in Ecclesiam, celebret, incurritne in Irregularitatem?

Respondeo, Incurret, quia adhuc tunc violat Censuram, ut habes apud Suarium, & aliosque.

c Suar. de
Cens. d. 35.
se. 4. Lead.
de Interd.
d. 7. ferè per
notam.

§. IV.

Quis dispenset in prædictis ex abusu Ordinis?

1. Irregularitas contracta primo modo ex dictis §. 1. hoc est ex iuriva Ordinum susceptione, si tamen ea contrahitur, est dispensabilis ab Episcopo, si non præcessit prohibitio excommunicationis. Id quo modo se habeat, dixi in Tractatu de Ord. c. 12. à num. 34. & videri potest Thesaurus de pœnis Ecclesiasticis p. 2. V. Ordo cap. 7. præsertim §. Advertis Secundo. Quando autem erit necesse oc-

cultum, dispensari semper posse ab Episcopo sic concedente a Tridentino, jam non ignoras.

a Trid. 24. Ref.

2. Irregularitatem contractam secundo modo ex dictis in eodem §. 1. hoc est ex Ordine suscepto ab uxorato, tunc solum potest Episcopus dispensare, quando sic ordinatus ingrederetur Religionem, mortua jam uxore, vel perpetuo divortio celebrato.

3. Irregularitatem denique contractam ex usurpatione Ordinis, quem non habes, vel ex prava administratione Ordinis, quem habes, de qua dictum est §. 2. & 3. à solo Pontifice dispensatur, nisi, quando est occulta, quæ potest ab Episcopo ex dicto Tridentino.

CAPUT XV.

De Irregularitate ex occisione hominis.

§. I.

Dispositio eorum, quæ in hoc capite sunt tractanda.

1. Vt ex Ordine progrediamur, Agam hic Primo, de Homicidio casuali, præter intentionem, & quidem physicè commissio.

Secundo, de eodem casuali, sed moraliter commissio, id est octo ex mandato consilio, &c. ad aliud, quam ad homicidium.

Tertio, de physicè, & quidem injustè commissio ex intentione, id est de Homicidio voluntario.

Quarto, de eodem voluntariè commissio moraliter, per mandatum, consilium, &c. &c.

Quinto, de mutilatione, quæ etiam ipsa causa Irregularitatis est.

Sexto, de occisione iuste patrata à Ministris Iustitiæ.

Septimo, de eadem iuste patrata à Militibus in Bello.

Octavo, de eadem commissio in sui defensionem.

In re sexcentis nodis implexa lucem nobis præferat Lux æterna.

De Irregularitate ex homicidio casuali.

§. II.

§. II.

*Ex quoniam casuali homicidio incurratur
Irregularitas?*

Homicidium, quod casuale appellamus
Ex eo, quod casu, id est præter inten-
tionem occidentis fit, tribus contingere mo-
dis potest.

Primo, quando quis nolens occidere quem-
quam, nec de occasione cogitans, vel subdu-
bitans, opus tamen ponit ex quo omnino
per accidens sequitur occisio alicujus, præ-
ter suam intentionem. Solet afferri exemplum,
ut, si famulum quis ducat secum ad venan-
dum, & famulus casu decadat ab equo, mo-
riaturque.

2. Secundo, quando quis opus ponit, ex
quo non solet, nec semper, nec sæpe mors al-
terius sequi, interdum tamen sequitur, ipse au-
tem mortem nullo modo intendit, sed illam
prævidens, vel saltem de illa subdubitan-
s, non adhibet remedia, ut non sequatur, vel, si talia
remedia non ad sunt, non desistit ab opere, ut
certè nunc ex iustitia desistere deberet.
Exemplum solet afferri de eo, qui projicit
lapides, & ligna in publicam viam, nullo
signo dato, quo transeuntes sibi caveant,
cum tamen advertat, vel certè de alicujus
morte subdubitet, quamvis illam non
intendat.

3. Tertio, quando quis opus ponit, ex quo
solet sequi cecissio, caput v. gr. inimici graviter
frangit, istum gladii in pectus impingit, &c.
animo tamen illum non occidendi, sed solum
vulnerandi.

Primum, ex his dicitur Homicidium verè
casuale. Secundum, dicitur mixtum à ca-
suali, & voluntario. Tertium, verè volun-
tarium.

4. Jam de hoc Tertio verè voluntario
agemus §. 7. quando de Homicidio volunta-
rio disputabimus. De Secundo, hic est pro-
prius agendi locus, nam de primo nihil dicen-
dum erit, quia per omnes hoc a primo loco
dictum Homicidium, quod verè, & ex qua-
cunque parte est casuale, nullam parit Irregu-
laritatem; ad hanc enim, quæ est ex delicto,
incurrendam, requiritur culpa, quæ cum hic
absit, aberit, & poena Irregularitatis, nam præ-
terea plures apud Sayrum b advertunt, non af-
fici Irregularitate illum, qui, ut gravem la-

pidis ictum, quamvis joco immisum decli-
net, casu in alium incidit, eumque præcipita-
vit, vel alio modo absque ipsius dolo occidit,
quia tunc merè casualis fuit mors.

5. Porro Homicidium mixtum, de quo
in hoc paragrapho agendum erit, quodque
deinceps brevitate gratia appellabimus casua-
le (nam primum appellabimus cum add. to,
verè Casuale) vel contingit, dum positivè
quis alicui operi vacat, quod opus aliquan-
do esse posset licitum, aliquando autem il-
licitum: vel contingit, dum nihil agit, seu
dum negativè se habens, omittit aliquid age-
re, ex qua omissione mors alicujus conse-
quitur. Habe jam de omnibus his tres Re-
gulas, singulas singulis hujusmodi casibus
respondentes.

PRIMA REGULA.

Operi licito vacans.

6. Si rei licitæ vaces, v. g. si domum de-
struas, & omnem moralem diligentiam, ne
quis offendatur, apponas, clamando v. g. ut
quilibet sibi ab lapidum, lignorumque proje-
ctione caveat, offenditur tamen aliquis, ac
præter tuam intentionem moritur, nec pec-
cas, nec consequenter Irregularitatem a con-
trahis, Ratio est manifesta, quia, ut modo dixi,
ubi nulla culpa, nulla poena.

7. Contra, si simili rei licitæ vaces, mo-
ralemque diligentiam non adhibeas, unde
alicujus mors sequatur; & peccas, & Irregu-
laritatem contrahis, si tale periculum prævi-
disti, licet mortem illam non intenderis, Ra-
tio est, quia opus illud licitum, illicitum tunc
fit in materia homicidii, propter diligentiam
non adhibitam. Vides discrimen? in priore
casu periculum prævidisti, & sufficienter ca-
vististi; hic vero prævidisti, & tamen nequa-
quam cavisti.

8. Rectè ergo Pontifex b decrevit, incidisse
in Irregularitatem Presbyterum, qui puerum
intuitu doctrinæ percussit in capite, si puer ex
percussione, vel ob infirmitatem ex percussio-
ne contractam, occubuerit, quia nimirum, ut
notant hic Doctores apud Barbosa, c per-
cussio fuit excessiva, & consequenter non
fuit sufficienter cautum in modo percussio-
nis, licet alias verberare ob doctrinam sit
res licita. Nam, si percussio (dicunt idem)
fuisse

a Less. l. 2. c.

9. dub. 15. n.

103. Cast.

de lege pœ-

nali l. 2. c.

14. cons. 1.

G. Hurt. de

Irreg. d. 2.

diff. 8. n. 29

Anil. de

Cons. p. 7. d.

6. sec. 1. dñ.

1. S. V. Ir

reg. ex def.

licita n. 4.

10. Propos.

q. 5. de Ir-

reg. d. 11. n.

84.

b C. Prasb.

de Homic.

c Barbof. in

Coll. ad hoc

C. Prasby-

terum, de

Homicidio.

fuisse sine excessu, tum quoad numerum, tum quoad qualitatem istum, Præbyter nec homicida fuisse, nec Irregularis. Eodem modo debes discurre in similibus, quæ afferuntur in Sacris Canonibus.

a C. Dile- 9. Inquires. Si prævidi quidem, sed non ca-
bus de Ho- vi ex negligentia, seu inadvertentia in foro con-
mic. scientiæ, & coram Deo, solum culpabili venia-
liter, et non tunc Irregularis;

b 10. Respondeo. Non eris Irregularis, quia,
Corinc. de b ut sæpe dictum est, tanta poena, quanta judi-
Socr. d. 18. catur Irregularitas ex delicto, de qua loquimur
dub. 9. nu. (Irregularitas enim ex defectu lenitatis non in-
38. Dian. ducitur ex culpa, ut videbimus) non æquum est,
p. 4. r. 2. r. ut à levi culpa progignatur.

21. lo. Pisp. 11. Dixi (si prævidi quidem) si enim nulla
g. r. de Ir- ratione periculum prævideatur, nec subdubi-
reg. du. 10. tatio occurrat de periculo, quamvis nulla di-
n. 75. Ca- ligentia appositâ fuerit, nullum peccatum ad-
sirop. de m. ssum est, propter inculpabilem inadverten-
Cens. d. 6. tiam, & consequenter nulla Irregularitas. Unde
p. 15. §. 4. n. is esset ille casus dictus in prima Regula nu. pri-
1. alios cit. mo. Vires enim humanas superat, ut quis dili-
gentiam adhibeat ad vitandum periculum, de
quo nihil in mentem venit, ut notat rectè Me-
rolla. c. At vero, si dubium tibi sese obtulit,
vel suspicio, quamvis levis, de periculo alicu-
jus mortis afferendæ à dicta tua actione, nec ta-
men tu curasti veritatem periculi indagare, pec-
casti profecto sive mortaliter, sive venialiter
ad mensuram, ut mox dicam, negligentiam,
quam apposuisti; & quidem, si mortaliter, Irre-
gularis eris, si venialiter, non eris, ut jam di-
ctum est.

c Merolla
T. 1. d. 1. c.
2. n. 118.

Operi illicito vacans.

12. Sive opus, cui vacas, sit illicitum in qua-
cunque materia v. gr. in materia luxuriæ, furti,
&c. sive etiam in materia homicidii, hoc est, si
vacas operi, cui est annexum periculum mor-
tis, v. gr. projectioni lapidum, explosioni
bombardæ, &c. semper, pari modo, ac in præ-
cedentibus dictum est, excusaberis ab Irregu-
laritate, si non prævidisti, nec subdubitasti de
homicidio, vel, si dubitasti, sufficienter per
similem diligentiam, quam ibidem diximus,
præcavisti; Secus non excusaberis.

13. Hanc regulam non omnes admittunt:
probabilissima tamen est, & mihi certa in alia
materia quacunque, & satis probabilis in ma-
teria homicidii. Ratio est eadem, quæ dicta

est de opere licito, nam etiam hic, dum vacas
operi cuiusque illicito, Homicidium nullo
modo voluntarium est, unde, nec culpabile, &
consequenter, nec inducens Irregularitatem;
neque enim, actionem esse quomodocunque
illicitam, trahit malitiam homicidii voluntarii,
si quoad eventum homicidii, sufficienter cau-
tum sit.

14. Rectè ergo de illo, qui equos surripuit,
à quibus, dum eos fur abduceret, mulier quæ-
dam contracta est, & abortum passa, statuit
Pontifex a furti reum esse, verum, si ipsius
voluntas perniciosa non agnoscitur (quia sci-
licet, ut notat Glossa, mulierem præmonuit,
addamus nos, vel nullo modo de damno sub-
dubitavit) aliqua legali poena affici non debe-
re, Consonat Glianus, b qui bene ait, Fratrem
Franciscanum, qui equitando casu puerum
occidit, peccare quidem contra Regulam suam
Religionis, sed Irregularem non esse.

15. Contra. Rectè idem Pontifex, c cum
narrasset, quosdam Clericos redeuntes à cul-
tura vineæ lussisse hac conditione (quæ tunc e-
rat in usu) ut victor uteretur victo pro equo,
quendam autem victorem insilivisse, quasi equi-
taturum, in Diaconum victum, & sic à falce
ipsiusmet Diaconi quæ erat præcinctus, mortale
vulnus accepisse, & post octo dies ex eo vul-
nere interivisse, cum, inquam, id Pontifex nar-
rasset, rectè prohibet, ne Diaconus ascendat
ad Sacerdotium, & ne in Diaconatu ministret,
quia, ut notat d. Suar. alique, Diaconus con-
fiscus consuetudinis insilendi, dum ludebat
falce præcinctus, non sufficienter cavet peri-
culum alterius.

16. Illud tamen, quando vacas operi illicito
in materia homicidii est diligenter adverten-
dum; quando enim e tuum opus est valdè
connexum cum periculo mortis alterius, sem-
per Irregularis ex homicidio voluntario pro-
nuntiandus eris, quia præsumeris, voluisse ma-
litosè in causa illud homicidium, dum opus
connexum periculo homicidii suscepisti. Ac in
foro conscientiæ, & coram Deo, verè tu non es
Irregularis, si non prævidisti periculum, nec de
eo subdubitasti, vel, si dubitasti, sufficienter
cavisti. Quod si aliquo tandem modo de pe-
riculo suspicatus es, eris Irregularis, quia, vel
debebas sufficienter periculum cavere, vel, si
caveri non poterat, opus erat, omnino ab illa
actione desistere.

17. Atque in his eventibus, si certò scias,
a. u.

nullam in te adfuisse negligentiam gravem, seu nullam te mortalem culpam commisisse, a moto scandalo, poteris te gerere, tanquam a liberum ab Irregularitate, quia praesumptio exterior veritatem non laedit. Contra vero, si exterius iudicetur, nullam fuisse culpam, vel satis levem, tu tamen conscius sis, te graviter deliquisse, obligaberis, ut verum Irregularem te gerere. Lege circa praedicta Doctores b passim.

18. Obiicis, Si opus illicitum, cui tu vacas, Irregularitatem ex se non affert, cur Pontifex in multis Sacris Textibus est adeo sollicitus in examinando, an committens homicidium casuale, operam de deris relicita, an illicita?

19. Respondeo, Quia sic melius fit iudicium de animo occidentis, nam adversus eum qui operi illicito vacat, facilis praesumitur, seu colligitur voluntas occidendi, seu non cavendi homicidium, quam in eo, qui operi illicito vacat. Adde, eiusmodi examen non raro fieri ad augendas, vel minuendas poenas homicidij, & ad faciliorem reddendam, vel difficiliorem Irregularitatis dispensationem. Aliam responsionem affert Suar. & aliam Gasp. d. Hurt. aliam Jo. Praepositus, quos lege.

Ex praedictis duabus Regulis colligitur, quid dicendum de quibusdam casibus specialibus.

De Venatione.

20. In quacunque Venatione, sive Clericus (cui interdita est Venatio clamosa) sive Laicus, si feram volens sagitta trajicere, vel vulnerare scilicet, hominem in dumis latentem occidat, non erit Irregularis, si per invincibilem ignorantiam, ibi latere hominem, non advertat, nec suspicatus sit, & suspicatus si fuerit, caute se gessit (in hac voce, caute, significo debitas cautelas modo in praecedentibus dictas) secus Irregularis erit. Idem dic de eo qui foveam, seu laqueum aptat ad feras, & casu, in illa impingens homo moriatur.

De Nutrientibus feras.

21. Idem sub eadem distinctione dic de nutrientibus feras, puta Leones, Ursos. Canes, si quando mortem hac bruti alicui affe-

Tamburinus de Sacramentis.

rant; eris enim Irregularis, si ea non custodisti, ne nocerent, non eris, si caute te gessisti.

De Ludentibus.

22. Idem sub eadem distinctione, si lusiisti. a Sive enim ludus sit licitus, ut pilae, Trochi, & cetera, sive sit illicitus in alia materia, ut alearum Taxillorum, &c. sive illicitus in materia homicidij, qualis est hastiludium, tractatio gladiatorum, Taurorum agitatio, non eris Irregularis, secus alicuius morte, si sufficienter morti consulisti; eris, si non consulisti, & modo dicto, cautelas non adhibuisti. De bucras autem omnino ludum relinquere, si sufficienter providere, non poteris.

23. Si ad domum tuam vocares, vel admitteres ludentes, etiam ludis ordinarijs, si eos cognoveris facile deventuros ad arma, rixasque, te fore Irregularem, morte alicuius secuta, puto; quia tunc tu es cooperatus homicidio.

24. Idem sub distinctione praedicta de ludente cum muliere gravida, & universaliter cum ludente, sive jocante quomocunque cum alio. Si quis enim gravidam v. gr. excitet ad choreas agendas, vel puellae mectuloae jocans repentinum incuriat timorem, unde mors sequatur concepti foetus animati, non eris immunis ab Irregularitate, si malum suspicatus, caute te non gessisti, sed eris omnino b liber, si inculpate nihil es suspicatus, vel, si suspicatus, gessisti te caute, &c.

25. Is qui in ludo v. gr. pilae, dum adversarium propellit, ne pilam praecipiat, vel dum pilam jacit, puerum in aream profluentem, vel illac forte transeuntem interficit, Is, qui, dum cum alijs colluctatur, aliquem de more impellens, casu occidit Is qui dum nivis globos in adversarios per jocum proiciens, aliquem feriat lapide forte in globo nivis latente, occidatque, Ij, inquam, regulariter ab Irregularitate non afficientur, quia semper supponuntur nihil periculi advertisse: nam secus, afficerentur sine dubio, si debite non ca-

De Equitante.

26. Idem sub eadem distinctione dic de licite, & illicite equitante in equo intractabili, ac feroci. Lege Avilam. s.

Sayr. l. c. n. 19.

a De hoc vide Maiolum. de Irreg. l. s. c. 48. §. 3. n. 2. Vgl. de Irreg. c. 22. n. 2, concl. 34. alioque ibidem citatos.

b Henr. cit. alijs l. 14. c. 17. n. 4. quicquid sentiat Farin. l. c. 2. n. 40.

c Avila l. o.

H

De

De cadente ligna, & similibus.

27. Idem de cadente ligna, seu arborem, siue suam, siue furtivè alienam, siue contra Superioris prohibitionem: Idem de attollentibus, vel pulsantibus Campanam. Lege Clarum. Idem de projiciente ligna, lapides, tegulas, ut supra insinuatum est.

a Clarus in Praxi Crimin. V. Homic. Farin. Tit. de Homic. q. 126.

Dubium incidens de casu, quo plures incaute projiciunt lapides vel similia.

28. Si plures lapides, plures sagittæ, plura similia à pluribus projiciantur incaute, & constet prætereuntem quempiam fuisse ex illis occisum, ignoretur vero ex cuius ictu, neminem fore Irregularem, docet Auila, quia quilibet (ait) potest prudenter sibi persuadere, non fuisse suum lapidem, suam sagittam, & causam mortis.

29. Equidem id probo, si projicientes sint valde multi: at vero, si fuerint pauci, quales centè essent duo, vel tres, quilibet prudenter poterit judicare, vel saltem dubitare, suum lapidem fuisse causam homicidii; dubius autem de facto homicidio se debet tenere homicidam, atque adeo Irregularem, ut supra *b ex cap. Ad audientiam de Homicidio* dictum est.

b Supra, c. 5. n. 6. c Castrop. de Conf. d. 6. p. 15. §. 6. n. 2.

30. Immo (ut rectè notat Castropalaus *c*) quando sunt etiam valde plures, qui lapides projecerunt, si quis ex illis, propter peculiarem aliquam circumstantiam, dubitet, suum lapidis ictum fuisse causam mortis alterius, debet, propter eandem rationem dubii, si gerere, ut Irregularem, eo modo, quo dixi loco citato.

31. Nec tetamen prætereatur, nos hic loqui de projicientibus singulis pro se, nam si sit actio aliqua communis omnium, ut est in exercitu, quando omnes un. co. communique consensu projiciunt sagittas v. gr. in adversarios, dicemus infra, *d*

d Infra §. 34. n. 1.

TERTIA REGULA.

Omittens aliquid agere, unde mors alterius sequatur.

32. Vel omittis aliquid, quod ex Justitia agere debes, vel, quod ex Caritate, quæ, quia diversum jus sortiuntur, separatim sunt explicanda.

33. Quoad prius. Omittens, seu non prohibens aliquid, ad quod tenebatur quis ex Justitia, si ex ea omissione sequatur mors alterius, tantum peccat, quanta est omissionis malitia, de qua re disertè locutus sum l. 6. in Decal. cap. 3. §. 1. à nu. 8.

34. Supposita ergo gravitate peccati, sicuti ibidem cum omnibus dixi, incurri obligationem restitutionis, ita ego nunc tanquam probabilius dico, incurri Irregularitatem: licet enim Diana & alios citans dicat, non incurri, quia in jure Irregularitas videtur imposita solum cooperanti per influxum positivum ad homicidium, quæ centè sententia probabilis est, probabilius tamen est incurri, quod ego ibidem sequutus sum, quia etiam cooperatio negativa est voluntaria, estque causa moralis homicidii, Irregularitas autem adnectitur à jure homicidio injusto. Neque mirum, si in eodem jure de eiusmodi negativa cooperatione non fiat expressa mentio; sufficit enim, si in ea cooperatione inveniat tota ratio formalis malitiæ injusti Homicidii.

35. Nota autem, ut prædicta sententia Dianæ sit probabilis, debere eam intelligi, quando merè negativè se quis habet: id quod latè, & clarè explicabimus suo loco *b inferius*.

36. Quoad posterius, nempe quoad obligationem solum ex Caritate, planior est Irregularitatis excusatio; Omittens enim agere id, quod ex Caritate quis tenebatur, si ex hac omissione sequatur alterius mors, peccat quidem juxta gravitatem omissionis, ut dictum est: At vero idem in Irregularitatem non incurrit, si homicidium non intendit. Ratio est, quia hæc Irregularitas est pœna, quæ cum sit odiosa, solum intelligitur imposita propriè d. cto homicidio, quod est illud, quod est propriè injustum, & non quod solum est contra Caritatem, ut ibidem diximus.

37. Et rectè Henriquez *c* Circa Irregularitatem, inquit, homicidii oportet, illud esse contra Justitiam, & idem censendum est de Irregularitate, & de obligatione restitutionis, quæ restituitio solum debetur, quando contra Justitiam peccatur. Addidit notanter illud (si homicidium non intendit) propterea, quæ docui lib. 8. in Decal. tr. 3. c. 2. à nu. 9.

Denique de dubio homicidii casualis vide, quæ dixi in Superioribus de Homicidio dubio cap. 5.

§. III.

*De Homicidio Casuali moraliter commissio, id est
orto ex mandato, consilio, &c. datis
ad aliud, quam ad Homicidium.*

1. Si mandatum, consilium, favor, & similia dantur ad occidendum, pertinent ad homicidium voluntarium, seu directe volitum, de qua re paulo post disputabimus: nunc autem, ubi de casuali homicidio sermo est, agimus de iis casibus, quando, mors alicujus per accidens contingens, ortum habet à mandato, consilio, favore, &c. datis ad aliud, quam ad homicidium.

Duellum, unde prudenter periculum ad se occisionis alterutrius. Irregularis eris, & quidem ex homicidio casuali, si mortem non intendebas; voluntario, si illam intendisti. Ratio praedictorum est, quia in his periculum praevidisti (ut supponimus) nec tamen sufficienter illud praecavisti.

4. Hinc contra, si quid jubeas, vel mandes, unde nullum periculum mortis prudenter suspicari potes, nullam Irregularitatem incurres, ut, si scienti natam suadeas, ut naret, si fugienti hostes, jubeas sistere, prudenter ex circumstantiis putans, hostes remissuros mortem sese dediti, si navim vento percussam jubeas, potius in alium velafacere, quam juxta litus evidenti periculo in scopulos, vel in Syrtis impingendi, illam exponere. In his enim, & similibus casibus, si aliqua sequeretur mors, merè per accidens sequeretur, cum tu prudenter egeris, Irregularitatemque timere non debes.

5. Hinc denique, si consilium dedisti Joanni, v. gr. ut Furtum, vel Adulterium committeret, ex quo praevidebas ipsum capite plectendum, vel, si consilium dedisti Bertae, v. gr. ut per tectum ad adulterium committendum deambulet, unde cadens abiit in praecipitium, distinguendum ex dictis est. Nam, si sint tales circumstantiae, ut hic, & nunc illae actiones, sint conjunctae cum probabili periculo mortis, Irregularis eris, morte secuta, quia tunc peccas etiam contra Justitiam circa materiam homicidii in illo imprudenti consilio. Si secus, non eris, quia solum peccas contra alias virtutes, quod solum potuit docere Gibalinus, ad id docuit praedictos Irregulares non esse.

6. Quid autem resolves in sequentibus quatuor casibus?

Primus Casus. Antonius mandavit Caesari, ut occideret Joannem hominem satis debilem, sed evenit, ut Joannes, quamvis viribus Caesare inferior, occideret ipsum Caesarem, est ne Irregularis Antonius ex homicidio casuali commissio ex suo mandato?

7. Respondeo, Bonacina, & aliique probabiliter putant, non esse Irregularem, quia sufficienter Antonius periculum Caesaris cavet dum illum cognovit Joanne fortiorem. Confirmari potest ex mox dicendis n. 10.

Navarrus & tamen probabiliter item, aliique putant, esse Irregularem, quia

H. 2

id est

2. *Poisso*, quicquid dicant Suar. a & alii. puto cum Io. b. Praepos. aliisque, similem doctrinam posse servari hic, quae in homicidio casuali physice patrato servata est. Quare quicumque, praecipiendo, consulendo, hortando, vel alio quovis modo inducit aliam ad actum sive licitum, sive quocunque modo illicitum, qui actus cognoscitur conjugari cum periculo mortis, vel mutilationis tunc sequuta morte, vel mutilatione, erit Irregularis, quando non cavet sufficienter, ne sequeretur. At, si ejusmodi periculum amovisse prudenter censeatur, securum homicidium ipsi non imputabitur, eundemque nulla Irregularitas afficiet. Patet haec regula ex supradictis. Censendus autem est sufficienter praecavisse, si homini prudenti, & cauto, si in talibus circumstantiis, si sub tali modo agendi, actus mandetur, ut quilibet prudens judicare & possit, homicidium nullum, mutilationem nullam fore pavendam.

3. Hinc, si Ludimagister, etiam disciplinae causa, jubeat discipulum iratum, & audacem verberari, quamvis à viro cauto, & prudenti, non effugiet Irregularitatem, si audax ille discipulus aliquem occidit. Simili modo, nec effugiet, qui puerum incautum mittat ad aquam ad puteum non circumseptum, & qui praecipiat, vel det consilium homini inexperto, vel mulieri, ut per tegulas, vel loca periculosa inambulet, quamvis praedictus moneatur de periculo, proclameturque, ut caute faciant. Pari item modo, si suadeas, vel mandes, ut Petrus v. g. aliquid faciat, v. gr. ut non fugiat, ut obstitat rixanti, ut inear

a Gibal. c.

4. de Irreg.

q. 2. n. 19.

b Bonac. de

Cens. d. 7.

n. 17. Henr.

l. 14. c. 16.

n. 1. Diana

p. 2. tr. 15.

res. 17.

c Nau. Cons.

ap. Dian. l.

c. 10. Pra-

pos. l. c. Co-

ninch. de

Sacr. d. 18.

dub. 8. n. 68.

Aul. de

Cens. p. 7.

dis. 6. sec. 22.

du. 5. concl.

p. 4.

id est Antonius scire debebat, unde scivisse, vel saltem dubitasse praesumitur, in eiusmodi occasionibus solere agnum, ad se defendendum, audaciam Leonis inducere; quare sola cognitio imbecillitatis Joannis eum excusare non poterit. Excusaretur tamen in foro conscientiae, si nihil prorsus dubitasset de morte, vel, si mandavir, ut Joannes occideretur eminus seipso, vel sagitta, vel à tergo ita, ut prudenter omne periculum fuisse amotum judicaretur.

7. *Secundus Casus.* Antonius mandat Petro, ut occidat Titium Petro aequalem in viribus, vel idem suadet, ut Duellum cum eodem Titio committat. Contingit autem, ut ipse Petrus, praeter voluntatem, expectationem Antonij, occidatur, eritne Antonius Irregularis?

9. Respondeo. Prima sententia affirmat, a. *Suar.* *quimcitat.* *sequiturq.* *Castrop. d.* *6. de Conf.* *p. 15. §. 2. v.* *§. citatq. ita* *Bonacin.* *¶ Coninc.* *b. Vasq.* *quam se-* *quitur, ei-* *entq.* *Gasp.* *Hurr. de Ir-* *regul. d. 2.* *diff. 6. nu.* *22. Tur.* *de Conf. h.* *8. d. 63. dub.* *4. In. h. 17.* *16. Propos.* *q. 5. de Ir-* *regul. n. 78.* *Henr. l. 14.* *c. 16. Delu.* *go de Iust.* *d. 19. n. 40.* *n. consci-* *entia san-* *ctum foro.* *arque ab* haec non esse recedendum, si speculativè, si in praxi, docet Suarius. Loquitur autem de consilio, sed eadem certè est ratio de mandato, vel similibus. Ratio est, inquit, quia absolute loquendo, tunc vacas rei illi citæ, & ex se periculosa, quæ enim ratio periculosa tibi esse potest ad mortem, quam aequalem aggredi, vel singulari certamine cum eodem pugnare;

10. Secunda sententia b. negat, saltem in foro conscientiae, idque etiam, si probabiliter dubitaverit Antonius, Petrum Mandatarium exponi vitæ periculo. Ratio est, inquit, quia aliud est, occidere, vel mandare, ut quis occidatur, aliud exponi quempiam periculo, ut occidatur. quamvis ergo consilium, seu mandatum de occisione activa, ut ita loquamur, trahat Irregularitatem; non tamen Irregularitatem trahit consilium, vel mandatum de se exponendo ad periculum, ut occidatur, quia de hoc nullum Jus extat, ut inter ceteros notat. Jo. Præpositus modo citatus. Sanè prior sententia probabilis est, de posteriore judicet Lector.

11. *Tertius Casus.* Mandavi tibi, ut occideres Caium, tu vero occidisti per errorem Sempronium, imputabitur ne hoc homicidium tanquam casuale mihi?

12. Respondeo. Id colligetur ex dicendis mox de Irregularitate ex homicidio voluntati parag. 7. num. 29. & §. 8. num. 11.

13. Denique in quarto casu amovendus mihi fuit ab amico nimis meticuloso scrupulus,

quo timebar, ne, dum persuaderet cuidam perfectionem Iodcam ad fidem prædicandam, si hic ab Infidelibus esset occisus, ipse amicus reus esset homicidij casualis, atque adeo Irregulari a temeretur.

14. Dixi. Idem ergo multo magis timendum esset illi, qui suaderet Fideli, ut fidem custodiens, obliteret Tyranno Infideli, unde prævideri faciliè posset, Fidelem esse à Tyranno occidendum, Verum, à page à te timor iste, neque enim putandum a. est, Ecclesiam vel Irregularitatem illum multare, qui animat, a. *Crem.* *in Clem. 7.* *¶ Furius p.* *2. §. 5. n. 6.* *¶ Vg. de Ir-* *regul. d. 16. §.* *8. n. 39.* *regul. d. 16. §.* *8. n. 1.* De dubitante, an suum mandatum, &c. concurrent ad Homicidium egi superius universaliter c. 5. §. unico à n. 11.

§. IIII

De Irregularitate ex morte infirmi praeter voluntatem Medicorum, vel Assistentium.

1. **H**is universaliter expeditis, remanent tria, de quibus multæ solent dubitationes occurrere, nam propterea fuerunt hic separatim afferenda. Illa autem sunt primo, de morte occasione infirmi, de qua in hoc quarto paragr. Secundo, occasione Aduerij. Tertio, occasione subitaneæ rixæ, de quibus in paragraphis quinto, & sexto.

Medicus Physicus.

2. Medicinam duplicis generis facimus: Physicam vocamus alteram, quæ infirmis sine incisione, vel adustione remedia comparitur. Hæc sane, nec b. Laicis, nec Clericis, nec Monachis interdicta invenitur in Jore. Alteram appellamus Chirurgicam, quæ scilicet incisione utitur, & ad ustione, cujusque usus, tum Monacho, tum Clerico in Sacris prohibitus est. Hujus autem Probationis explicationem pete distinctius à Diana. d.

3. Quoad priorem ergo Affero Primo, Medicum Physicum, nec peccare, nec fieri Irregularem, si, cum sit arte peritus, infirmis vacat, deque utilibus, noxiisque morinet juxta artis Canones, præceptaque, quamvis plerisque ex dictis infirmis mors, præ-

præter ejus intentionem, accidat. Ita habetur *Cap. Tuo nos de Homicidio*, & ita Doctores a passim docent. Rationem habebis mox numero undecimo.

4. Affero Secundo, Eundem Physicum Medicum, si forte ob negligentiam, vel ob imperitiam, vel ob aliud in infirmi curatione contra quintum Decalogi præceptum mortaliter peccet, incurrere in irregularitatem, secuta infirmi morte. Patet, quia tunc Medicus causa est mortis, ut iidem b notant. Idem dic de Ministris, seu Assistentibus huic Medico, si advertant ejus imperitiam, & ipsi cooperentur. Si dubium sit, dixi supra cap. 5.

5. Inquires Primo. Si Medicus curare debeat mulierem prægnantem, incurreret ne in Irregularitatem, si pharmacum illi propinet, vel præcipiat venæ sectionem, quo pacto magnum sit periculum, ne fœtus animatus pereat, cum contra, si hæc non præcipiat, sit simile periculum, ne pereat mater? Fœtum animatum dixi, nam, si non sit animatus, jam ex alibi dictis e scimus, ejus interitum non esse Irregularitatis causam.

6. Respondeo. An, & quatenus tunc peccet Medicus, dixi satis ibidem. Nunc autem, quoad Irregularitatem, sic breviter statue: Si peccet Medicus juxta ibidem dicta contra quintum Decalogi præceptum, simul incurreret in Irregularitatem, si non peccet, Irregularitatem non incurreret. Patet id ex dictis, & confirmabitur, explicabiturque ex mox dicendis num. 20.

7. Inquires Secundo. Medicus, desperato ægrotō, concedens, dari quoslibet cibos, etiam noxios, est ne Irregularis, si inde mors, vel ejus acceleratio sequatur?

8. Respondeo affirmativè, quia tunc graviter peccat, crudelis est enim cæpietas, qua, quis citius mortem aliquem subire facit. Nihilominus (ut notat ex Galeno Gibalinus d) aliud est, si non valdè lædentia ea vehementer cupientibus exhibeantur; tunc enim non videtur, ex illis cibis timeri prudenter posse mors.

Medicus Chirurgus.

9. Monacho, vel Clerico in Sacris, ut modo dixi, vetita est Chirurgia, unde fit, ut, quia Medicina physica non est his e interdita, si quis ex ipsis physicam ex arte

exerceat, dicatur exercere opus licitum, at, si Chirurgiam, dicatur opus illicitum exercere.

10. Ex nostra autem doctrina, per quam diximus Irregularitatem nequaquam pendere ab hac prohibitione, nec ab opere illicito quocunque, sed solum ex eo, quod opus, cui quis vacat, sit causa homicidii, sequuntur ea, quæ hic dicam.

11. Affero enim Primo: Si Monachus, vel Clericus in Sacris exercens, etiam extra necessitatem, Chirurgiam, incidat, vel adurat ex arte, licet peccet contra dictam prohibitionem, quando tamen non apparet culpa homicidii, non fore a Irregularem, quamvis præter intentionem, accidat infirmi mors, vel ejus acceleratio, vel mutilatio, (quæ uno verbo appellare consuevimus Deformatem.) Ratio hujus assertionis est, quia Irregularitatem non parit mera inobedientia cujuscunque præcepti, sed actio efficiens reatum Homicidii, seu Deformatis.

Quoniam igitur in casu nostro sufficienter cautum est periculo, dum ex arte sit operatio, ideo, non peccabitur contra quintum Decalogi præceptum, nec consequenter timor aderit incurse Irregularitatis. Quicquid ergo in oppositum dicat Castropalaus, b alique apud Dianam c qui tamen alio in loco d nostram sententiam amplectitur.

12. Confirmatur, quia, quando Adustiones illæ, atque similia remedia sunt ex arte, mors non præsumitur contigisse propter applicationem medicamentorum, sed propter vulneris gravitatem, propter humores graviter peccantes, &c.

13. Affero Secundo: Si idem Monachus, vel Clericus in Sacris peccet contra artem, exercens incisionem, vel adustionem, unde sequatur alicujus mors, eum fore Irregularem. Patet ex dictis. Idem dic de Ministris, seu Assistentibus dicto Medico, si videant ejus imperitiam, & ipsi cooperentur, ut in simili dictum est num. 4. Si dubium adsit, dixi supra cap. 5. paragr. unico.

14. Dices: Si Medicus ex arte operans, secuta infirmi morte, nulla Irregularitate devincitur, cur Judex ex virtute Justitiæ Malefactorem capite damnans, ejusdem secuta morte, Irregularitatem incurrat?

15. Respondeo, præter voluntatem Pontificis ita disponentis, illa ratio appo-

a Coninch.
de Sacr. d.
18. du. 9. n.
87. 10. Pra-
pos. d. 5. de
Irreg. d. 10.
n. 86. Dia-
na l. mon-
achando.

b Castrop.
de Cens. d.
6. p. 15. §. 4.
n. 8.
c Diana p.
4. sr. 2. ref.
24.
d Diana p.
11. 17. 7. ref.
8.

sitè afferri solet, quia Iudex mortem Malefactoris, licet iuste, intendit, & vult, quæ intentio maculare videtur. lenitatem, quam Ecclesia in suis Ministris requirit. At Medicus, & similes, de quibus hic loquimur, nullo modo Infirmitatem, immo potius sanitatem, attendunt. Ita Bonac. ^a

^a Bonac. de Irreg. d. 7. q. 4. p. 6. n. 6. ^b Molin. T. 4. r. 3. d. 75. nu. 3. ^c Mol. ib. Bonac. de Irreg. d. 7. q. 4. p. 5. n. 4. alique.

16. Ex dictis solvi possunt duo casus, quos sic præposuit ^b Molina.

Primus, Quidam Sacerdos ingravescente per Civitatem peste, ac deficientibus Chirurgis, multorum Apostemata, seu Bubones, ut vocant, incidit, curavitque ea arte, ac felicitate, ut ex multis centenariis hominibus, quos vitæ, ac sanitati restituit, duo tantum obierint, fuit ne hic Irregularis?

Respondit Molina, nequaquam fuisse, quia propter epicheiam iudicandum non est, Sacros Canones tantum virtutis exemplum, bonique publici utilitatem tantam, voluisse Irregularitatem multare.

17. Sed profectio ex nostra doctrina allata asseritur ^c Molina dicto, sed clariorem rationem asserimus: Nos enim illam reddimus: quia Sacerdos ille ex arte, & cum debitis cautionibus, ac sine ullo peccato, immo cum insigni Civitatis exemplo incidit, adulescens.

18. Secundus Casus. Clericus quidam solum venam aperuit infirmo, unde eidem secuta est mors. Est ne Clericus Irregularis?

Respondet ibidem ^d Molina, nequaquam esse, quia venæ sectio non est Chirurgia, quam Canon supra citatus damnat.

19. Sed iterum ajo, me assentiri Responsioni: at rationi ideo non assentior, quia venæ sectio est vera pars artis Chirurgicæ, unde etiam Clericis est interdicta. Solida igitur ratio est, quia dum Clericus aperuit ægro venam ex arte, & omnem apposuit diligentiam, ne damnum ipsi sequeretur, non fuit causa mortis: esto per accidens ea subsequuta fuerit. Quod si non ex arte secuisset, nec periculo mortis præcavisset, eum in Irregularitatem incursum fuisse, negabit nemo.

20. Quid si Clericus, vel quilibet alius, cum non adsit homo peritus in arte, secet infirmo venam, vel medicamentum eidem porrigat, unde mors deinde sequatur, erit ne is Irregularis?

21. Respondeo. Si supponimus hæc fieri ho-

na fide, vel in necessitate, multo magis, si desperata sit salus ægri, & tua actio, vel medicamentum probabiliter salutem sint allatura, tu non peccas, unde, nec in Irregularitatem incurris, in quam certe incurreres, si imprudenter, & incaute te gereres, ut constat ex dictis.

22. Hic denique incideret celebris illa quaestio, An Sacerdos, qui non habens aliam aquam, infirmum moribundum projecit in puteum, ut illum baptizaret, an, inquam, inciderit in Irregularitatem? Verum de hoc casu ^a supra a nobis dictum est.

Aromatarij seu Pharmacopola.

23. Hi profectio, si medicamenta efficerent vendant pro bonis, unde mors alicui sequatur, Irregulares sine dubitatione fiunt, quia tunc morti jam cooperantur. Contra, non est ratio, unde Irregulares fiant, si fideliter se gerant, & Lege ^b Galinum, aliosque.

Infirmary seu assistentes agrotis.

24. Quatuor distingui hac in re eventus possunt. Primus est, quando Aulicos advenientes contra præceptum Medici, vel tunc erit aliquid ægro propinat, vel circa illum aliquid gerit, unde mors consequatur, & hic quidem, ut ex se patet, erit Irregularis ex delicto.

25. Secundus, Quando aliquid gerit circa eundem, intendendo ejus mortem accelerare, quamvis motus misericordia, ne diutius æger in agonia laboret, ut, si velis infirmum movere, ut sic citius moriatur, & tunc Irregularis eris, secuta morte, idque ex homicidio voluntario, ut merito notat ^d Henriquez, etiam si id voluerit infirmus, si quidem nec tu, nec ipse estis vitæ Domini. Ne ergo consensum præbeas Avilæ & sine fundamento putanti, illud esse homicidium voluntarium à solo Pontifice dispensabile, quod sit ex animo crudeli, non vero, quod ex commiseratione.

26. Tertius casus est, quando sive ex officio, sive ex Superioris iussu, sive ex Caritate, infirmum custodiam suscepisti, & nihil positive agendo, negativè te habes, etiam per culpabilem mortaliter negligentiam, unde ipse moriatur, & tunc peccabis quidem, sed

ex probabili sententia non evades Irregularis, licet evadas, ex probabiliore, ut dixi supra §. 2. a. n. 37. & dicemus latius §. 9.

27. Quartus casus est, quando ea quis circa infirmos bona fide gerit, quæ solent ab Infirmariis, ægrorumque Assistentibus fieri, & tunc secuta per accidens morte, non eris Irregularis (quicquid aliqui debito scrupulosiores dixerint in oppositum) Ratio est, quia bona fides, & solita officia Caritatis non debuerunt tam rigorosa pœna castigari. Adde hunc non peccare mortaliter, ut certum est, ergo non incurrit Irregularitatem ex delicto, quæ delictum mortale supponit: sed nec incurrit Irregularitatem ex defectu lenitatis, quia hanc non incurrit, nisi à Ministris Justitiæ, & in bello iusto, inuimus supra, & latè explicabimus inferius.

28. Hinc ergo, si cibi, potusque aliquid bona fide ægroto præbeas, sive tuo, sive alterius consilio, licet inconsulto Medico, si eundem ægrotum in lecto inventas, ut quietiorem situm inveniat si eundem subleves, ut cibum v. gr. capiat commodius, si ei suadeas deambulationem per cubiculum ut sese aliquantulum exhilaret, si eundem verbis aliquanto asperioribus reprehendas, ut cibum, vel portionem sumat, si hæc, inquam, vel similia circa infirmum bona fide agas, quamvis accidat, sed accidat præter tuam intentionem, mors, Irregularis non a eris. De dubio in prædictis dixi universaliter supra cap. 5. §. unico.

Non Medicus tradens potionem medicatam.

29. Si eam des, ad occidendum aliquem, vel ad abortum fetus animati faciendum, te esse Irregularem ex homicidio voluntario, nullus ignorat. At in hoc loco quaerimus, quando ad alium finem potionem ejusmodi propinas, vel medicamentum quodpiam confers, sed inde, præter intentionem tuam, alterius interitus consequitur.

30. Propinare autem potes. Primo, ad sanitatem inducendam. Secundo, ad non concipiendam prolem. Tertio, ad eandem concipiendam. Quarto, ad amorem, vel odium excitandum, quod poculum Amatorium appellare solemus.

De Primo hætenus dictum est: De cæteris hic aliquid est explicandum.

31. De Secundo igitur sic habe. Qui medicamentum dat, ad non concipiendum, seu ad fetum inanimatum ejiciendum, si sequatur inde mors illud sumentis, Irregularis per se fiet ille, qui dedit. Ratio est, quia ejusmodi medicamenta, quæ sunt causa tanti effectus, præsertim fetum ejiciendi, cum sint a persæpe admodum violenta, timeri semper debent, ne mortem afferant. Per se, inquam, unde in foro externo pronuntiaberis semper Irregularis. At, si coram Deo nihil periculi mortis prævidisti, nec ullo modo dubitasti, mors sumentis erit tibi verè, & per omnia casualis, quare, juxta superius dicta, te in foro conscientie Irregularem facere, non possem.

32. De Tertio, & quarto, hoc est de dantibus medicamentum fecunditatis, vel Amatorium, benignius loqui, concedimus; facile enim eos excusamus ab Irregularitate, quia hæc medicamenta non solent similis esse violentie. Expendendum nihilominus est genus medicamenti. Quod si periculosum est, deque periculo tu subdubitasti, Irregularem (si illud sumens moriatur) te omnino facimus, quia runc causa ejus interitus fuit: Si ne dubitasti quidem, Irregularem te doctrina hætenus explicata non faciet.

33. Prædictis non obstat Jus Civile, quod tradentes potionem abortionis, vel medicamentum amatorium morte damnat. Non obstat, inquam, quia id in Legibus Civilibus disponitur. At non semper, quod puniatur à Civilibus Legibus pœna mortis, puniatur à Jure Canonico pœna Irregularitatis. Sic puniatur morte peccatum nefandum à Jure Civili, at non puniatur Irregularitate à Jure Canonico. Lege Covarr. & aliosque qui prædictas leges afferunt.

§. V.

De Homicidio ex occasione Adulterij.

ASSERTIO Prima. Si Adulter ex circumstantiis prævidit adulteram esse à suis occidendam, nec sufficienter caute se gessit, in removendo periculo, erit, sequuta morte, Irregularis, non quidem ex adulterio, quod ex se non est causa proxima mortis, seu non est actio sufficienter directæ ad mortem inferendam, sed ex memorato

a Gibal. de Irregul. l. 5. n. 17.

b Cov. in Clem. Si furios. p. 2. initio n. 3. Gotion. 3. Gomez. variar. T. 3. c. 3. nu. 33. Carrer. in præ. Crim. de Homic. §. 1. §. 25. c. 26. n. 103. Gibal. c. 4. q. 2. de Irreg. n. 16.

rato periculo, in quod, spectatis illis circumstantiis, Adulter conjicit adulteram, quamvis volentem, quia, neque is, neque hæc Domini sunt vitæ.

2. Si vero sint eæ circumstantiæ, ut ejusmodi periculum non afficiant, Irregularis non erit. Ita Suar. ^a alique; quæ doctrina conciliat Doctores, quorum aliqui negant, aliqui affirmant ex Adulterio posse oriri Irregularitatem.

3. Quod si periculum mortis prævidisti & illam intendisti, te esse certò Irregularem diximus §. 7. nu. 17. Atque hæc monitio custodienda est etiam in sequentibus assertionibus.

4. Assertio secunda. Si committas adulterium, etiam incautè, unde Maritus advertens uxoris infidelitatem, se ipsum propter dedecus inde sibi exortum, occidat, tu Irregularis non eris. Ratio est. quia more humano prævidere quidem & timere poteras de morte Vxoris, at de morte Mariti non item. Idem dic, si Adultera, ne à Marito occidatur, Maritum occidat. Fatetur tamen, si in aliquo raro casu occasiones has prævidisses, nec sufficienter cavisses, difficile esse, te non pronuntiarì Irregularem, quia, sic, non solum remotam occasionem dedisti talium occisionum, sed vesè causam proximam, ad Irregularitatem enim contrahendam ex homicidio casuali, non est necesse, ut tu immediatè sis causa mortis, sed satis est, si à te actio fiat, ex qua prudenter timeatur mortis periculum, quod sufficienter non caveatur, ut dictum est *Supra* §. 3. nu. 2. Sic si mittas puerum ad aquam educendam à puteo, advertens ad periculum pueri, si is demergatur, eris Irregularis, ut supra diximus, quia, quamvis missio aquarum non sit ex se actio conjuncta, seu ordinata ad hominis mortem, est tamen in his circumstantiis, atque adeo ejusmodi missio erit in materia homicidij injusti.

5. Assertio tertia. Si, inter colloquendum referas adulterium mulieris coram Marito, vel coram consanguineis, unde adultera ab aliquo ex his occidatur, Irregularitatem non effugies, quia, in hac circumstantia, injusta causa est homicidij. Idem erit, si referas tuo Corrivali copulam cum femina, quam

Corrivalis petit, unde is feminam occidat. Ratio est, quia in his circumstantiis solet fieri ejusmodi occisio, & tu eam prævidisti, vel de ea dubitasti, ut supponimus. Quod si nullo modo de ea suspicatus es, vel erat eæ circumstantiæ, ut timenda prudenter non esset occisio, timere tu non debes Irregularitatem. Et sanè in foro externo Episcopus perindicia, & per ea, quæ contingere solent, iudicabit in prædictis de tuo incursu in Irregularitatem. At in foro interno tua te conscientia, adhibeo sapientum consilio, condemnabit, vel absolvet.

6. Si ducas uxorem amasiam, quam prætendebat alius corrivalis, unde is idem Corrivalis ipsam occidat, profecto, si hanc occisionem non prævidisti, certo non es Irregularis, at, si eandem prævidisti, licet eandem non intenderis, te esse Irregularem, putat P. b Prates contra Majolum, & quia in hac circumstantia causa est mortis. Sed mihi placet sententia dicti Majoli, qui hunc etiam in posteriore hoc casu liberat ab Irregularitate, & quidem nihil laborans de ejus ratione, illam ego satis validam afferò, quia sine peccato mortali contra Justitiam in materia homicidij non incurritur Irregularitas, ut supra vidimus: At, quod peccatum contra Justitiam committit is, qui amasiam legitime uxorem ducit? Imputet sibi Corrivalis, si id ipsi non placet.

7. Assertio quarta. Si Judex, legitime procedens, de delicto delato, & probato Adulteram damnet v. gr. ad inclusionem in Monasterio, Maritus autem eam interficiat, non erit Judex Irregularis, erit vero, si non legitime procedat, ut, si v. gr. adulterium, quod erat occultum patefecit. Prior pars hujus assertionis manifesta est, quia, dum Judex justum judicium profert, non peccat, immo meretur, unde illa mors nullo modo ipsi tribuitur, sed malitiæ Mariti. Posterior pars probatur, quia tunc Judex, extendendo fines officij sui, causa est homicidij. Lege Majolum, *d* & Ugolinum. Semper autem intelligo, si de periculo subdubitaverit, si circumstantiæ periculum portendebant, nec sufficienter cavet, &c.

§. VI.

De Homicidio occasione subita Rixa.

1. **R**ecole, homicidium voluntarium esse, & dici illud, quod fit sub expressa intentione occidendi, quale est illud, quo, quis sive occidit, sive occidere aliquem mandat, directè, ut cum inter vivos non amplius esse velit; atq; de hoc disputabimus latè paulo post. Homicidium autem Casuale, de quo hæcenus egimus, est illud, quod fit præter intentionem agentis, quale est illud, quod aliquis facit, non intendendo mortem, sed intendendo aliquid aliud opus, cui adnectitur per accidens mors alicujus, quam tamen ipse advertit, licet, ut dixi, non intendat;

2. Porro homicidium factum in rixa causam esse Irregularitatis non est dubium, quia jam tunc injustè, ut supponimus, occiditur homo: sed quæstio est, an illud dicatur, & sit absolute voluntarium, an casuale. Id, quod scire interest per maximè, nam ex Tridentino Irregularitas ex homicidio casuali occulto est facilioris dispensationis, quam Irregularitas ex voluntario, & propter alia, quæ dicentur inferius.

3. Quæstionis hujus decisio pender ex verbis ejusdem Tridentini. Quoniam ergo a nonnulli nomine homicidii voluntarii, cuius Irregularitatem negat Tridentinum, posse Episcopos dispensare, intelligunt solum homicidium illud, quod per insidias, vel per industriam quis committit, quodque nos Itali vocamus (Apostato Homicidium autem factum in subitanea rixa, quamvis sit voluntarium, posseque dici esse ex proposito; tamen, quia non est (Apostato) ideo non excluditur (inquiunt) à potestate quam Tridentinum concedit Episcopis, quando homicidium est occultum, ideo consequenter in hac quæstione non debet vocari homicidium absolute voluntarium, sed casuale.

4. Contra vero alii b quia putant, nomine homicidii voluntarii à Tridentino intelligi quodcunque homicidium directè volitum sive sit per insidias, sive quocunque alio modo; homicidium autem factum in subitanea rixa, ut hic supponimus, sit omnino volitum directè, licet ex subitanea passione procedens, ideo contendunt, in hac nostra quæstione illud non debere vocari casuale, sed absolute voluntarium, & negari à Tridentino Episcopis facultatem dispensandi Irregularitatem ab illo, quamvis occulto manantem.

Tamburinus de Sacramentis.

5 Ego hanc posteriorem (quæ certè est communior) sententiam eligo, quia secus videtur vis inferri verbis Tridentini, illud audi. a

Cum etiam (inquit) qui per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab aliarie vellet debeat, quia sua voluntate homicidium perpetraverit, &c. Solum Summus Pontifex dispensat, &c.

Et paulo post: Si vero homicidium non ex proposito, sed casu fuisse commissum narretur, &c. Episcopus dispensat, &c. modo tamen à nobis infra dicendo §. 17 à n. 10.

6. Notas illam rationem formalem (quia sua voluntate homicidium perpetravit) At ille, in subitanea rixa, jam sua voluntate perpetravit homicidium. Notas item illud (non ex proposito, sed casu) At, qui in subita dicta rixa directè, & ex intentione occidit hominem, non dicitur casu occidere. Casu enim occidere, est, præter intentionem, & indirectè, aliud agendo (ut supra vidimus) occidere.

Hoc jam statuto, Irregularitates ortas ex occasione sequuta in subitanea rixa, de quibus dubitari solet per sequentesfigurationes casuum, percurramus.

Supervenientia occisio.

7. Evaginato gladio rixabar cum Antonio: id advertentes aliqui mei, sive amici, sive propinqui, sive exteri, accurrerunt ad me defendendum, vel etiam expresse ad occidendum meum inimicum Antonium, ex quibus tamen unus interemptus ab Antonio, vel ab alio fuit: sumne ego Irregularis, qui nunquam hujus, sed inimici mortem intentabam?

8. Respondeo. Si aliud non addas, ab Irregularitate te immunem pronuntio, quia tu, nec intendisti, nec prævidisti hujus tui Defensoris interitum Ita Glossa. b

Dixi (si aliud non addas) nam, si concertando cum tuo adversario, conjecisses tuos amicos seu famulos in necessitatem, ut ipsi gladios educerent, cum tu illos ad hoc periculosum, ut supponi debet, opus induxeris, Irregularis eris, quia tunc causa mortis fuisti.

Provocantium, & Aggredientium occisio.

9. Convocavi amicos, sive expresse, sive tacite eos ad rixam, seu ad homicidium committendum, induccas, sed inde factum est, ut unus,

I

vel

a Trident. sess. 14. c. 7. de Reform.

b Glossa in c. Petrus prima q. 4.

vel plures ex his amicis conciderint, & mortui sint, summe ergo Irregularis, qui horum interitum nullo modo intentabam, immo ne ii occiderentur, strenue contra adversarios pugnavi?

10. Respondeo. In hoc eventu idem resolvendum erit, quod supra §. 3. a n. 6. resolvimus de eventu mortis mandatarij, nimirum esse probabile esse, & te non esse Irregularem.

11. Idem, quod dico de te principali Auctore rixæ, dic de convocatis ipsius amicis, qui mortem effugerunt: nam, propter eandem rationem probabiliter erunt, & probabiliter non erunt Irregulares. Suppono autem, nec à te, nec ab amicis prædictis illos, qui deinde occisi sunt, fuisse coniectos in necessitatem rixandi cum vitæ periculo: Si enim, ita fuisset, vos fore Irregulares ex homicidio voluntario in causa, certum esset, sicuti modo in simili diximus numero octavo.

Fortuita occisio ejus, quem occidere non intendis, &c. Quid si plures occidas?

12. De eo, qui ex errore putans occidere feram, vel hominem, alium hominem occidit, an incurrat in Irregularitatem, & alibi à me disputatum est latè. Hic ergo sequentem dumtaxat casum propono, quem ibi explicare in mentem non venit.

13. Titius, in conflictu, tanto impetu in adversarium irruit, ut non solum eo ictu illum transverberaverit, verum etiam alium hominem adversarii comitem. Inquiri, duasne Irregularitates ex duobus occisus contraxit Titius, an unam idem inquiri potest de occidente plures unica Bombardæ explosione, &c.

14. Responso communis est, duas Irregularitates incurri, cum necessaria tamen distinctione, seu explicatione. Si enim Titius duas illas occisiones prævidit, vel de eis dubitavit (ut certe regulariter contingit, si cadat aliquis ex committentibus adversarium) duplicis erit obnoxius Irregularitatis, alterius, ob homicidium voluntarium directe intentum inimici, alterius, ob homicidium casuale non intentum, sed prævisum & non sufficienter cautum. At vero, si Titius occisionem alterius nullo modo prævidit (ut facile occurrere potuit, si cecidit aliquis omni no casu illac transiens) unica tantum Irregularitati subiacet, quia secundum homicidium sicut Titio parè, & plene casuale. Id autem intel-

lige (ut supra vidimus in similibus) in foro conscientiae, nam forum externum propter actionem tam proximè annexā occisioni secundi hominis, etiam propter hanc, te secundā Irregularitati subiciet.

15. Dixi (Responso communis) nam cum hic addit unica tantum actio peccaminosa, atque adeo in sententia multorum unum tantum peccatum modo alibi explicato, posset aliquis dicere etiam unicam incurri Irregularitatem, sicuti in sententia probabili unica incurra esset excommunicationis, si illi duo simul occisi fuissent Clerici: quam probabilitatem nos ex Leandro admissimus in materia Excommunicationis. Quid autem in materia Irregularitatis, dicam a infra commodius. De dubio in prædictis iterum monoco, me locutum esse supra cap. §. unico. *a infra de c. 15. §. 10. ann. 16.*

§. VII.

De Irregularitate ex Homicidio voluntario physice parato.

Quale illud sit, & quando intelligitur effectum commissum?

Diximus §. 2. n. 4. & nu. 21. Homicidium voluntarium esse illud, quod quis committit, directe illud volendo; sive Primo, volendo illud immediatè in se, ut si ictum in pectore inimici, ut illum occidat, infligat, sive Secundo, volendo illud in causa proxima; ut, si sine expresso animo occidendi, eundè ictum in adversarii pectus conijciat, qui enim causam tam proximam mortis vult, certe, nisi sit amens, vult etiam effectum, id est, mortem, sicuti, qui vult ignem, vult etiam calorem. Scio Castropalaum, & asserere, homicidium factum ab eo, qui causam dictam proximam punit, si is præscindat à voluntate occidendi, esse homicidium casuale. Scio inquam, id, sed aio, id non occurrere, nisi in playè stulto. Quod si supponas, vere coram Deo hunc, sive per stultitiam, sive per ignorantiam, sive propter aliud, verè non advertisse ad effectum, id est, ad mortem, nec de illa ullo modo subdubitalle, illum jam dixi dicto cap. 2. num. 21. tunc coram Deo non esse, nec homicidam, nec Irregularem, quamvis in foro externo esset pronuntiandus voluntarius homicida.

22. Porro, Cum ex homicidio voluntario nasci Irregularitatem omnium gravissimam nemo sit, qui nesciat, solum hic erunt nonnulli ex-

applicanda, quæ rem magis, ac magis illustrent; id quod faciam, figurando varios casus, qui in hac materia solent a Doctoribus expendi, & in praxi frequenter occurrunt.

I. CASUS.

Plures graviter eundem successu vulnerantes.

3. Petrus heri lethifere vulneravit Paulum probabiliter mortuum ex eo vulnere post quatuor, vel quinque dies. Accidit autem, ut eundem Pauli inimicus alius supervenerit, nullo communicato consilio cum Petro, & eundem Paulum, confoderit, occideritque, estne Petrus Irregularis?

a Covarr. Irregularem enuntiat ex sequenti discursu: Ille, qui est Reus homicidii in Jure Civili, est etiam Reus Irregularitatis in Jure Canonico: At percussus aliquem vulnere lethali, ut scilicet eo percussus sit, certo mortuus, tenetur in Jure Civili reus homicidii; ergo ex Jure Canonico tenebitur, ut reus Irregularitatis Minor probatur, nam sic habet Textus: *b Lege tenore est: mali sunt, non solum, qui ita vulnerassent, ut confestim vita privarentur, sed etiam hi, quorum ex vulnere certum esset, aliquem vita exessurum.*

5. Verum omitendo sensum dictæ legis, Discursus hic admitti non debet. Patet, quia in Jure Canonico dubius de facto homicidii Irregularis est, ut toties indicavimus, nunquam vero in Jure Civili est puniendus, ut homicida. Rursus, si Judex torquendo Reum excedat torturæ modum, quo fiat, ut reus moriatur, non punitur à Jure Civili poena homicidii, punitur c Irregularitate ex delicto à Canonico. Præterea daos poculum, seu venenum sterilitatis, ut homicida punitur à Jure Civili, non autem punitur Irregularitate à Jure Canonico, ut notat Glossa, aliique. Denique, si quis letaliter aliquem vulneret, vulneratus autem per miraculum non moriatur, irregularis non erit, quia vulneratio mortem actu non intulit. erit tamen plectendus, ut homicida.

6. Nos igitur sic expeditius ad propositum casum respondeamus. Vel secundus percussor ita percussit, ut statim Paulus, qui à primo percussore vulneratus fuerat mortuus sit ex percussione secunda, & tunc dico, Petrum primū percussorem irregularem non esse, Ratio mihi ma-

nifesta est, quia tunc nullo modo mors secuta est ex vi vulneris illati ab ipso Petro. Erit igitur tunc solus secundus percussor irregularis. At vero, si non statim sit mortuus, sed ex intervallo post aliquod scilicet tempus ab accepto utroque vulnere, Dico, Petrum, ut etiam secundum percussorem, esse irregularem. Ratio item mihi est manifesta, quia tunc mors non solum sequitur ex hoc secundo vulnere, verum etiam ex primo; duo enim vulnera lethali actione communi concurrunt ad eandem mortem inferendam, vel cerè accelerandam.

7. Quod si fingas casum rarissimum, quo certus sis, mortem ex intervallo secutam à solo secundo vulnere accidisse, libens dabo, secundum tantummodo percussorem esse irregularem. Certus, inquam, sis, nam, si adsit dubium ex cujus vulnere percussus occubuerit, utique eritis irregulares, propter doctrinam toties a replicatam, quemlibet debere, ut irregularem in facto dubii homicidii se gerere.

a Ex C. Significatio a. de homic.

II. CASUS.

Plures eundem leviter vulnerantes.

8. Titius, Caius, Sempronius, sive mutuo consilio, sive separatim vulneraverunt Antonium, singuli leviter. Sed Antonius, sive ob febrem ex dictis vulneribus supervenientem, sive ex multo sanguine ex istis vulneribus, licet levibus, effuso, diem suum obiit. Omnes ne sunt irregulares?

9. Respondeo. Omnes, b quia certum est, omnes vulnerasse, & certum est ex illis vulneribus, veluti agmine facto, ex multis concausis, Antonium fuisse interemptum.

b Sum. de Cons. d. 45. se. 3. n. 9. Sayr. de Cons. l. 7. c. 4. n. 14. lo. Prop. q. 5. de Irreg. du. 8. n. 59.

III. CASUS.

Plures, qui graviter vulnerantes, qui leviter.

10. Plures aggredientes Antonium, illum vulnerant, partim graviter, partim leviter, cum appareat unum, vel alterum fuisse vulnus lethale; non apparet tamen à quo illud processit. Suntne Irregulares omnes?

11. Respondeo. Omnes pari modo esse Irregulares, quia omnes pariter sunt dubii de facto Homicidii.

12. Quid, si Titius unus ex his est certus non inflixisse lethale vulnus?

Respondeo. Si aggressio fuit ex compacto cum

cum aliis, vel eis auxilium Titius præbuit ad occidendum, erit, & ipse Titius Irregularis, si quidem audacior ex comitatu factus est ille, qui lethaliter percussit. At, si hæc abfuerint, & certus sis, te nullo modo concurrisse ad mortem, non est caput, unde dicaris Irregularis. Dico (nullo modo) nam cæterum, ut num. 6. & 7. dixi, communiter mors sequitur ex actione communi omnium vulnerum. Quare si tu aliquo tandem modo, licet leviter, vulnerasti, Irregularitatem non effugisti. Relege ibi dicta.

IV. CASUS.

Quando leve vulnus causa est, ut alter graviter feriat.

13 Ego leviter Petrum vulneravi, sed deinde graviter eundem vulneravi superveniens Titius ex eo, quod Petrus à meo vulnere debilitatus fuisset, nec potuit, nec se à Titio defendere, erone Irregularis, quandoquidem jam Titius mortuus est?

Respondeo. Si nullum commune consilium cum Titio habuisti de Petro vulnerando, nec de eodem Titio superventuro cogitasti, vel ullo modo dubitasti, Reus Irregularitatis non eris, quia omnino præter opinionem, consensumque tuum factum est homicidium. At, si communicato consilio, eris, ut patet ex dictis: ut etiam eris, si, quamvis, nec communicato consilio, nec morte directe intenta, prævidisti tamen, sed non periculum præcavisti, vel, si præcaveri non poterat, ab opere non destitisti, ut etiam ex toties dictis patet. Lege Coninch, & aliosque. Adverte, hic etiam locum habere doctrinam numero sexto, & septimo allatam, puta, an statim, an ex intervallo Petrus obierit.

2 Coninch.
de Sacr. d.
18 dub. 8.
n. 70. Sayr.
l. c. n. 15.
Farin.
Frag. p. 2.
V. Irreg. n.
454.

V. CASUS.

Quando leve vulnus supervenit aliam moris causa.

14 Ego idem, qui Petrum leviter, seu certe non lethaliter vulneravi, jam nunc certo scio, ipsum Petrum diem suum obisse ex imperitia, vel malitia Medici, vel ex ipsius Petri intemperantia (quod certe, non nisi ab experto, omnibus conjecturis expensis, definiri posse non ignoro) sumne ego Irregularis?

15 Respondeo. Tuum vulnus potuit esse non

letale, & ejus generis, ut facili negotio, nulla, vel satis modica curatione sanari potuerit. Sanè tunc ne a te habeas pro irregulari, quia sic tota causa mortis fuit à Medico, vel ab ipso infirmo. At, si dictum vulnus fuit ejus generis, ut diligenti curatione opus fuerit, ut sanaretur, ego cum aliis te habeo pro irregulari, quia quamvis periculum mortis incederit cursu temporis, vel ob aliam rationem ductam à Medico, vel infirmo, tamen regulariter tunc præsumi, seu ceteri debet, ipsum tuum vulnus simul cum prædicta alia causa, communi actione, mortem vulnerato attulisse. Dixi (regulariter) nam secus idem dic, quod modo in simili dictum est num. septimo.

VI. CASUS.

Dans, vel vendens arma, vel similia.

16 Titius vendit, vel præbet arma, Equum, Socios, Victualia Caio volenti quempiam occidere, et tunc, eo occiso, non solum Caius, verum etiam Titius irregularis?

17 Respondeo, cum necessaria distinctione. Si hæc præbeat ad finem occidendi, etiam si sine illis Caius iturus esset ad hominem illum occidendum, immo etiam si illis usus non esset, sed tamen ex illis audacior fuit, & promptior ad occisionem patranda, irregularis erit etiam Titius, quia jam est causa homicidii voluntarii. At, si præbuit, nihil maius intendens, & nihil de illa occisione sciens, nihilque suspicans, nullo modo erit irregularis, quia tunc nulla ratione ipse concurrat ad occisionem. Quid si suspicās, at non intendens? Dicam mox num. 20.

18 Ex dictis fit, ut irregularis sit etiam prædictus Titius, si solum dederit arma defensiva, Galeam, Clypeum, Loricam, nam temper ex illis fit audacior homo ad ejusmodi prava facinora, ita Bonacina b cum aliis. Hurtadus e docet, solum tunc Titium prædictum fore Irregularem, quando præbendo Caio arma, intendit homicidium alterius, secus non item: Cum enim (inquit) his possit Caius bene, vel male uti, imputabitur mors non Titio, sed uni Caio. c. G. Hurtadus non est audiendus, nam ratio ducta ab securitate, quam concepit Caius, nimis clarescit, ostendit, imputari etiam homicidium ipsi Titio securitatem præbenti.

19 Contra, ex iisdem dictis fit, ut, si arma, vel quæcunque alia data Caio nihil prorsus concurrant ad occisionem, nec animosiores illum

a Diana,
4. 1. 2. 10
Castro p. 4.
de Cens. d.
6. p. 15. b. 5.
n. 5. c. 10.
Lectum G.
Hur. Svar.
Coninch.

b Bonacina
Cens. d. 7. 4
4 p. 3. n. 10.
aliquos q.
Diana p. 4.
11. 2. 15. 11.
c. G. Hurtadus
de Irreg. d.
2. diff. 8. n.
32. cui al.
habet G.
bul. de Irreg.
reg. 4. 4. 11.
n. 2.

recd.

reddant, nec alio ullo modo Caium adjuvent, sit, inquam, ut nullum sit caput, cur debeat Titius Irregularitate puniri.

20. Prædicta illustrabit sequens casus de sciente, non tamen intendente, Petrus à me Mercatore gladiorum, scloporum, medicamentorum, vel similibus, quibus quis uti potest bene, vel male, emit gladium, vel medicamentum violentum, ut aliquem occidat, idque ego prævideo, sed non intendo, sumne Irregularis, si re ipsa sequatur occisio? (Sed non intendo) dixi, nam, si intendo, me esse Irregulari, jam ex dictis scio.

21. Respondeo. Si tu prævides, vel suspicaris, Petrum emere gladium, vel medicamentum illud ad aliquem determinatè occidendum, v.g. ad occidendum suum inimicum, vel uxorem suam deprehensam forè adulterio; non possum te excusare ab homicidio, & ab Irregularitate, quicquid excuset Hurtad, b debebas enim non vendere, ne homicidæ contra Justitiam (nec solum contra Caritatem, ut putat Hurtadus) cooperareis. At, si solù prævideas, vel suspicaris, Petrum emere gladium ad occidendum indeterminatè, ut esset, si emeret v.g. ad bellum injustum committendum, non videris tu esse causa proxima occisionis forè sequuturæ; in illa enim tanta indeterminatione occisionis potes probabiliter tibi persuadere à gladio à te vendito nullum fuisse injustè occisum. Dixi (ad bellum injustum) nam ad bellum justum, cum nullo modo tunc pecces, non eris Irregularis.

22. Si indeterminatio sit modica, ut, si prævideres, euentem à te gladium velle occidere aliquem ex suis inimicis, valde dubito de tua Irregularitate, quia videris tunc esse causa proxima; quicquid in contrarium colligatur ex Hurtado loco citato.

23. Si tu compellas Mercatorem, ut vendat gladium v.g. dicto Petro volenti occidere dictam v.g. uxorem, te esse Irregulari secuta uxoris morte, non vero Mercatorem, putat P. Prates, quia tunc totus mortalitatis concursus, seu moralis causa occisionis refunditur in te cogentem, non vero in Mercatorem coactum. Hæc doctrina sic absolutè prolata difficilis est, nisi coactio tanta sit, ut Mercator ad vitandam v.g. mortem suam, vel grave damnum cogatur vendere, tunc enim sicuti excusatur a peccato cooperationis homicidii à Petro patrando, ita & ab Irregularitate, si tanta non sit coactio,

sed sit metus levis mali, non effugiet Irregularitatem, ut dixi cap. quarto, paragr. quarto, numero duodecimo.

VII. CASUS.

Pœnitentem mortis causam dedisse.

24. Venenum propinavi meo adversario, vel illum lethaliter vulneravi, sed antequam is moreretur, valde me per contritionem pœnituit facti, immo antidota, & medicamenta diligentissime adhibui, ut mortem effugeret; mortuus est tamen; sumne Irregularis?

25. Respondeo. Utique es, quia ejusmodi pœnitentia coram Deo tuam delevit culpam, non vero abstat dispositionem Ecclesiæ volentis Homicidas ab altari repellere. Lege Suar. & aliosque.

VIII. CASUS.

Associantes Occidentem. &c.

26. Auxilium præbui, altiti, associavi eum, qui inimicum interfecit. Sumne Irregularis?

Respondeo. Si auxilium, assistentia, associatio non est causa efficax, & propinqua occisionis, non inducit Irregularitatem, si sit efficax, & propinqua, sanè inducet. Posterioris modi erit, quando homicida sine eo auxilio non occidisset, vel non tam celeriter, vel non tam audacter, vel non tam securè, nam, si nihil horum, modi erit prioris.

27. Atque hinc fit, ut, si tu adsis in rixa, qua tuus amicus rixatur cum suo adversario, sed nesciatur id à tuo dicto amico, cum tua præsentia nihil addat, ut supponimus, nihil de Irregularitatis pœna tibi timendum erit, si ille suum adversarium interficiat. Contra, b si te ostendas, unde aliquid animi addatur amico rixanti, quis tunc ab Irregularitate te liberabit?

28. Illud, quod docet Henriquez c cum aliis approbare, non valeo. Si Pater, inquit, associet Filium rixantem ad finem, ne filius periclitetur, non erit Pater Irregularis, si filius aliquem occidat, quia tunc Pater operam dat rei licitæ; id, inquam, approbare, non a valeo; dum enim Filius rixans videt præsentem Patrem, non potest ab ejus præsentia non audacior fieri, atque ad eo opera hæc Patris non fieri illicita in materia Justitiæ. Idem dic de amico, idemque de famulo cit.

lo associantibus, nisi hi essent adeo debiles, si-
ve Senes, siue Pueri, ut clare appareat, associa-
tionem esse ad obsequia non facientia ad rixam.

IX. CASUS.

Occidens unum pro altero.

a L. 8. in 27. De hoc ita *a* alibi docui. Qui dicunt
Dec. c. 4. §. homicidium unius Clerici pro alio parere ex-
3. n. 55. communicationem, dicunt, & parere Irregu-
b Ita Col- laritatem ex delicto; iam enim tunc voluit ho-
lig. ex Fra- mo occidere hominem. At, qui negant, parere
goso de Re- Excommunicationem, negant, parere Irre-
pub. Christ. gularitatem, *b* &c.

T. 2. l. 1. d. 2. Et paulo post. Sane Farinac. *c* assertit declara-
§. 1. nu. 36. tionem Cardinalium, quod mandans occidere
c Farin. in Petrum, si Mandatarius occidat Joannem, non
d. T. decla- incurrit Mandans in Irregularitatem. At certe
rat. fol. 41. par videtur ratio in Casu nostro. Utraque sen-
col. 1. fine, tentia probabilitatis fines videtur attingere.

Et assertur 30 Hæc ibi docui. Adde nunc illud: Si
a Fragofo quis cognovit, vel dubitavit, in aliquo loco
apud Dia- latere hominem quempiam, nesciens esse hunc
nam p. 9. ar. vel illum, nec sufficienter cavet, ne homo oc-
A. re. 31. si- cideretur, & tamen occidit, Irregularem cum
no. fore per omnes, notat castropalaus, *e* quia
d Castrop. tunc iam is voluit hominem occidere, & de
de Conf. d. facto occidit; non ita fuit in præcedente casu;
6. p. 15. §. 5. in eo enim occidens volebat interficere Petrum
p. 4. determinate, non vero hominem quemcun-
que. Cum ergo Petrum non interfecerit, inter-
fecerit autem prius sine ulla deliberatione
Paulum, non est mirum, si probabile esse di-
ximus, occidentem tunc excusari ab Irregula-
ritate.

§. VIII.

De Irregularitate ex Homicidio voluntario com-
misso moraliter, id est, orto ex Consilio,
mandato, &c.

c C. Sicut SI mandes, homicidium fieri, vel ad illud
dignum §. Consilium des, exhorteris, suadeas, mo-
illi ibiq. neas, consentias, uno verbo, quomodo cun-
Doctores. que moraliter coopereris, unde occisio aliqua
sequatur, eris sine dubitatione Irregularis ex
homicidio per concursum positivum à te dire-
ctè, & voluntariè commissum (de casuali enim
dictum est supra §. 3.) Ratio est expressus *d*
Textus extendens Irregularitatem ex homici-
dio ad cooperantes ad illud,

2. Hinc, si Titio affecto injuria dicas: *Vere*
leges nobilium statuerunt, imminui existima-
tionem viri ingenui, nisi ultione deleatur injuria,
Si mulieri referenti, se ex te concepisse, tu ip-
sam doceas, hoc, vel illo pharmaco solere ex-
pelli fortum animatum. Si Antonio mandan-
ti occisionem, sui adversarii, tu eum instruas
de modo, quo possit adversarius imparatus, vel
occulere, vel per insidias occidi. Hinc, inquam,
fit, ut secutus ex vi prædictorum verborum oc-
cisione, tu in Irregularitatem incidas; prædi-
ctis enim loquendi modis moralis causa homi-
cidij es.

3. Quæres Primo. Si cui v. g. Titio, consi-
lium, mandatum, consensum, &c. dem, ut Pe-
trum occidat, quia v. g. me dictus Petrus gravi
affectu injuria. Sed deinde dictus Titius affectus
simili gravi injuria ab eodem Petro, Petrum
occidat, ero etiam ego Irregularis?

4. Respondeo, non eris, si tuus consensus
nihil operatus est, eris, si concausa fuit cum
Titio, vel ad occisionem patranda, vel ad
patranda promptus, & obstinatus. Patet ex
dictis. An autem fueris concausa, ex circum-
stantijs est à prudenti colligendum. Quid si id
dubium fuerit? Respondeo. De hoc dixi *cap.*
quinto, paragr. unico.

5. Quæres Secundo. Ita Casar ex meo consi-
lio, mandato, consensu, &c. occidit Brutum, ut,
si ego occisionem non suavissem, certo suavissem
alius; Ego ne Irregularis ero?

Respondeo. Quicquid sit, quoad alio effe-
ctus, certè loquendo de Irregularitate, per hoc,
quod alius suavissem, non effugere potes Irregu-
laritatem, quia tu nunc de facto moraliter ad
occisionem concurristi. Et sicuri, si tu aliquem
physicè occideres quem etiam, te non occiden-
te, occideret alius, non vitares Irregularitatem,
ita, si moraliter occidisti.

De Irregularitate ex mandato.

6. Percurramus separatim, & in particulari
cooperationem ex mandato, & ex consilio,
quæ sunt præcipua capita positivi concursus
moralis; juxta horum doctrinam facile judiciū
feres de alijs capitibus monitionis, suasionis, ex-
hortationis, &c. Nisi etiam velimus dicere, &
fortè ita est, omnem moralem concursum ad al-
terum ex his duobus reduci. Cum enim in eo
differat mandatum à consilio, quod mandatum
datur in gratiam Mandantis, consilium vero in
gratiam eius, cui consilium præbatur, simoncas
suadeas,

suadeas, roges, consentias, &c. ut fiat homicidium tuum commodum, dicetur illud fieri ex tuo mandato, si eadem facias, ut sit homicidium, in commodum alterius, fieri illud dicetur ex tuo consilio. Scite id confirmat his verbis Bartolus. *a* Mandator dicitur ille, qui mandat delictum committi. *b* Propter se ipsum Mandantem, & ad satisfaciendum voluntati suae. Persuasor dicitur ille, qui persuadet aliquid propter ipsum, cui fit persuasio, & ideo non curat, quibus verbis utatur, si ve dicat mando, si ve quibusvisque verbis. Haec Bartolus.

1. Bart. l.
2. Sum. solam
3. Si mand.
4. no. 2.
5. de h. iur.

7. Jam vero de mandato hic loquentes, discernamus quatuor certa ab incertis item quatuor, sed praeterea ne omittas relegere, quae supra §. 3. de concussu morali ad homicidium casuale prolata sunt, multa enim ibi dicta ad ea, quae hic disputantur, maxime faciunt.

8. Certum est Primo, te fore Irregularem, etiam si Mandatarius non servet modum, quem tu praescripsisti in occisione facienda: Iussisti v. g. occidi tuum inimicum in agro, media seculi explosione, vel ex veneno, tali, vel tali die: Ille vero occidit domi, gladio, alia die. Ratio est manifesta, quia tua iussio substantiam posuit mortis.

9. Certum est Secundo, si Mandatum sufficienter revocasti, & revocatio inno. vit Mandatario, ipse autem nihilominus occidit, te non esse Irregularem, quia revocatio mandato, quod fiat Mandatarius, nihil tui consensus in ipso remanet. Idque verum censeo, etiam si fide, & solis verbis, sed tamen sufficientibus, revocasti. Quando enim eiusmodi fideio non innotescit Mandatario (ut semper hic supponendum est) ipsa verba externa satis sunt apta ad extinguendum tuum mandatum. Si revocatio tui mandati non pervenit ad Mandatarium, te fore Irregularem, ne sit dubium, quia tunc tuum mandatum remanet in Mandatario, causa est mortis alterius.

10. Certum est Tercio, te non fore Irregularem, si constet, Mandatarium ex tua iussione, nec fuisse motum ad occisionem parandam, nec factum esse animosiores, & c. curiores, &c.

11. Et dicitur sed prorsus eodem modo, ac, si tu non mandasses, occidit Pater ex b. dictis. Si non constet, sed sit dubium, dixi supra cap. 5. paragr. unico.

12. Certum est Quarto, te non fore Irregularem, si mandasti, ut occideretur Petrus, Mandatarius autem per errorem occidit Paulum, quia, in occisione Pauli, tu nullum consensum praebuisti. Ita declaratum fuisse à Sacra Congregatione notavi supra §. septimo, no. 29.

Ignorantia, quod mandatum fueris exceptum.

12. Jam incertum est Primo, an sis Irregularis, si mandavi tibi, ut homicidium committeres, sed nescio, an tu hoc meum mandatum exceperis, an non, sed respueris, occidisti enim nullo dato signo mandati excepti, vel repulsi. Quare ego nescio, an tu ex meo mandato, an ex tua voluntate hominem interfeceris.

Respondeo, te esse Irregularem, quia, dum mandasti homicidium, iam suspicatus es de illo, & tamen non sufficienter illud cavisti, dum mandatum non revocasti, ut debebas. Quare teneris de mandato, nam semper de mandato quis tenetur, quando, te integra, illud expressè, vel tacite non revocat. Ita Navarr. a & Jo. Prap. b

13. Quod si Mandatarius post multum tempus, ex nova causa, independenter à tuo mandato, occideret, vel occideret, postquam in amicitiam tu cum adversario rediisti, non est mirum, te non fore tunc Irregularem, quia per illud longum tempus, cum causa nova, vel per novam illam amicitiam à Mandatario cognitam, non praesumitur occisio facta ex tuo mandato, & per illam reconciliationem revocatum tacite censetur tuum dictum mandatum fuisse.

a Nav. in
summa c.
27. n. 21.
b Jo. Prap.
q. 5. de Ir-
reg. dub. 8.
n. 63.

Mandatarius respuens, sed postea excipiens mandatum.

14. Incertum est Secundo, An, si Mandatarius respuat tuum accipere mandatum circa tui inimici occisionem, deinde vero, te prius nesciente, mutato animo illud accipiens, tuum inimicum occidit, an, inquam, tu sis Irregularis.

15. Respondeo, si tu, audita repulsa, sufficienter mandatum revocasti, dicens v. g. Ne ergo in hoc negotio te commisceas. Ne contra Adversarium meum aliquid agas, &c. jam tu ex ejusmodi sufficiente revocatione liber eris mandati, atque adeo Irregularitatis. Si vero sufficienter non revocasti, dicens v. g. Jam te video minus animosum, inveni amicum animosiores, tunc mandati reus eris, & Irregularis, utpote, qui mandatum sufficienter, non revocaveris.

16. Si denique nihil dixisti, nec ullum dedisti signum, quo repulsa accipere visus fueris, dico, te esse Irregularem, quia ex illo tuo silentio non censetur sufficienter revocatum esse mandatum: licet enim, qui tacet, consentire videatur, unde tu tacens visus fueris consentire repulsa.

pulsæ, atque adeo illam acceptasse; non tamen propterea mandatum illud tuum extinctum fuit; perseveravit enim impressum in Mandatario, ex quo mandato occiso, ut hic supponimus, deinde consecuta est. Ita colligo ex Suarez, & aliisque.

Mandans sui mandati pœnitens.

a Suar. de
Cens. d. 4. 4.
Sec. 3. n. 9.
Maior. de
Irreg. l. 5. c.
48 § 2. n. 3.
Sayr. de
Cens. l. 7. c.
2. n. 15.

17. Incertum est Tertio de eo, quem sui mandati pœnituit. Ego v. g. iussi, occidi Petrum, sed re integra, me valde huius pœnituit iussionis, etiam facta Sacramentali Confessione tanti delicti, quia tamen admonere non potui. Mandatarium longè à me distantem, contigit ut occisio patrata ab ipso fuerit ex vi mandati. Inquiro an sim ego Irregularis?

18. Respondeo affirmativè, quia non attenditur, ut alibi dixi, ad statum gratiæ, quem fortè nunc habes, sed ad causam homicidii, quam dedisti v. g. propinando venenum, at hic, per mandatum, licet sine tua præfenti culpa non retractum, iam dedisti causam, &c. Ita communiter Doctores, b & Lessius c quidem notat, te in hoc casu incursum in excommunicationem, si fortè occisus fuit Clericus, quamvis per Pœnitentiam inveniatis in statu gratiæ, sicut etiam incurris in obligationem restitutionis, si quæ debetur ex tali homicidio.

b Suar. de
Cens. d. 4. 4.
Sec. 3. n. 3.
c Less. l. 2. c.
13. d. 3. n. 17.

d Prates in
manu. c. de
Irreg. d. 4.
c. 2. §. 1. n. 12.

e Bonac. de
Irreg. d. 7.
q. 4. p. 8. n.
15. Graff. de
eff. trib. c.
Cler. off. 6.
n. 30. Sayr.
de Cens. l. 3.
c. 2. §. n. 23.
Silv. v. ex-
comm. 6. n.
5. Salas 2. 2.
q. 20. tr. 7.
d. 6. §. 8. n.
57.
f L. 2. opusc.
de Sacrif.
Miss. r. 2. §.
4. n. 6.

19. Præter hanc Lessii doctrinam tenuit admittens, agnoscat enim in hoc casu discrimen, si quidem concedit, deberi restitutionem, & incurri Irregularitatem à te, quamvis contrito, & in statu gratiæ, ac non incurri dictam excommunicationem, quia non potest intelligere, quare ratione Ecclesia velit excommunicare, seu privare communione Sanctorum illum, qui est Dei amicus. Sicuti ergo ait non afficeris excommunicatione, si invenieris jam Beatus in Cœlis, propter illam causam, puta, quia es extra statum Viatoris; ita in præfenti casu, propter amicitiam, quam habes cum Deo, es incapax excommunicationis.

20. Verum cum aliis Doctoribus e iudico, nullum agnoscendum discrimen, dicendumque, te in prædicto casu, & obligationem restituendi, & Irregularitatem, & excommunicationem contrahere. Ratio est, quia ad terrorem aliorum, ut in simili alibi me f dixisse memini, punire, quasi invita, constringitur Mater Ecclesia, etiam amicos, ac sibi per Caritatem unitos, quando punitioni causam dederunt.

21. Ad illud, quod non potest intelligere Præter, adverto, plures esse effectus excommunicationis, ut diximus in ejus tractatione, inter quos est privatio suffragiorum Ecclesiæ, prohibitio non recipiendi, nec ministrandi Sacramenta, non communicandi in humanis, & divinis cum Fidelibus, &c. Dico igitur, quoad privationem suffragiorum Ecclesiæ, mihi videri probabilius excommunicatum contritum, de quo loquimur, dictis suffragiis privari, suffragiis, inquam, nomine Ecclesiæ factis, ut alibi a explicuimus, nam debemus hic abstrahere ab ea quæstione, in quo nam consistat Communicatio Sanctorum, de qua in Symbolo Fidei mentio fit. At etiam, ut ibidem dixi, est probabile, non privari. Quare in hoc peculiari effectu non multum repugno contra Præter. Verum quoad alios effectus excommunicationis externos, puta non recipiendi, nec ministrandi Sacramenta, non communicandi in humanis, & in divinis, non participandi sepulturam Ecclesiasticam, &c. de Cens. d. 6. n. 3. non audeo dicere, esse probabile, excommunicatum contritum his non affici, sic enim facile eluderetur vis excommunicationis, cum quilibet facile se esse contritum persuadere posset, & sic se prædictis actionibus commiscere. Lege Salas l. c.

Pertinacia Mandatarii nolentis acceptare revocationem Mandati.

22. Incertum est Quarto, de eo casu, in quo intercedit pertinacia Mandatarii. Ego v. g. mandavi Titio, ut occideret Cajum adversarium meum, sed deinde disertis verbis revocavi ejusmodi mandatum, prohibendo expresse, ne Titius Cajum interimeret; is tamen in sua pertinacia persistens: ad occisionem, me quidem sciente, sed non consentiente, processit: erone ego Irregularis?

23. Respondeo. Te Irregularem nonnulli b pronuntiant, si id sciendo non admoneras Cajum de suo periculo, cum possis, saltem per alium, quia secus ex vi tui mandati occideretur Caius. Verum puto cum aliis, e te non fore Irregularem, quia in tanta pertinacia Mandatarii, negandum est, occisionem fuisse secutam ex vi tui mandati: secuta enim est ex obstinata voluntate Mandatarii, solum remore, & accidentaliter te habente. Vide, quæ dicam mox numero 34. Quare licet in te adsit obligatio Caritatis, ut, si possis sine tuo magno periculo, Cajum admo-

a L. 2. opusc.
de Sacr.
Miss. l. c.

b Suar. de
Cens. d. 4. 5.
Sec. 4. n. 5.
Turr. l. 3.
de Cens. d.
6. n. 3.
Gaj. Bar.
de Irreg. d.
2. d. 6. n.
24. Contrit.
us apud

Dian. p. 4.
tr. 2. r. 14.
c Henr. l.
14. c. 16. n.

d Sayr. l. 7.
c. 2. n. 14.
e Sentent. eff.
commun.
Avila: 7.
d. 6. §. 2.
dub. 4. c. 10.
cl. 3. Diana

l. c. Farin.
Frag. p. 2.
v. Irreg. n.
558. c. 579.
Less. l. 2. c.
11. d. 1. n.
18. Villal.
tr. 23. d. 1.
20. n. 71.
gol. de Ir-
reg. c. 15.
§. 5.

mare perfidum hominem, & juxta leges prudentiae, & veluti in genere, ne, contra, Caius occidat Titium, vel quid simile damnum eveniat; tamen, quia ad id non obligaris ex Iustitia; jam enim mandatum sufficienter ex parte tua revocasti, sed solum, si non admoneras, pecces contra Caritatem, non eris Irregularis, ut supra de peccante solum contra Caritatem universa dicitur dictum est.

Quatuor Casus similes praedicto.

24. Praedicto casui videtur affinis ille, quo mandans revocat quidem scilicet mandatum, sed mandatarius putans Mandantem non loqui serio, & ex animo, adhuc occidit hominem ex vi mandati, quod perseverare ipse putat. Affinis etiam est ille, quo Mandatarius acceptat revocationem, sed deinde oblitus talis revocationis, hominem occidit ex vi mandati accepti ante revocationem. Affinis est, & ille, quo mandans poenitentia ductus sui mandati, non potest propter distantiam v. g. admonere Mandatarium de revocatione, potuit tamen admonere ipsum occidendum, ut sibi caveat, & tamen non admonet. Affinis, & ille, quo Mandatarius propter distractionem mentis, vel aliud, non percipit revocationem Mandantis.

25. Delugum aut sibi videri in his quatuor casibus, secuta alterius morte, incurri a Mandante obligationem restitutionis, unde colligi posset, eum sentire, incurri etiam Irregularitatem, si quidem eadem culpa contra Iustitiam in homicidio parit utrumque onus, & restitutionis, & Irregularitatis. Et quidem ita mihi videtur, quia, in omnibus his praedictis casibus, alterius occisio a tuo tandem mandato consequitur.

De Irregularitate ex consilio, seu suasionem.

26. Multa, quae in hac materia ad mandatum pertinent, pertinent ad consiliū, & quae ad hoc, ad illud: ut propterea eadem doctrina proportionaliter sit mutuo utrisque commodanda, sed adhuc sunt addenda, quae sequuntur.

Suadeo, ut alio modo, ac volebas, occidas.

27. Suadeo tibi, ut interficias Antonium alio modo, quam illo, quo intendebas. Intendebas *Tantum in de Sacramento.*

enim gladio, ego suasi, ut faceres veneno, vel contra; Reus ne sum Irregularitatis, secuta Antonii morte?

28. Respondeo, esse distinguendum; Si enim modus à te propositus facit occisionem celerio-rem, vel occidentem reddit animosiorē, non effugies Irregularitatem; Si hæc, vel similia non adsint, effugies. Ratio est, quia Irregularitas solum incurritur, quando concurrebat actio, seu suasio ad ipsam substantiam occisionis, vel ad eundem accelerationem.

29. Quare, si tibi suadeam, ut fiat occisio diverso quidem modo, quo volebas, sed, qui non afferat occisionem celerio-rem, nec te faciat audaciorē, non video, unde Irregularitas mihi oriri in dicta suppositione possit.

Hinc, si tibi quis suadeat, ut occidas eras, quem volebas omnino hodie, non incurrit Irregularitatem, quia sic potius conservat pro alio, quo tempore vitā alterius, quam aufert posito semper, quod mors crastina non inferatur animosius ex illius consilio, quā inferretur hodie.

30. Quid si suadeam, ut occidas mitiorem mortē, quā sit celerior? Volebas v. g. occidere maleficio gravia tormenta afferente per annos: ego suasi, ut gladio occideres statim: Volebas conficere paulatim singula membra, ego suasi, ut occideres unico vulnere praecordiorum, &c.

31. Respondeo, Si id motus Caritate facias, re Reum Irregularitatis facere non audeo, quia Pia Mater Ecclesia non videtur velle, tam acriter poena punire consilium de minori malo, quod, ut alibi diximus, bonum quid est, Relege locum; ubi monuimus, quamvis non possis cooperari adjuvando malefactorem ad ipsam minus malum, v. g. ad verberationē loco occisionis; posse tamen suadere, ut potius quis verberet suum inimicum, quā, ut occidat, confirmatur, qui a passim Doctores, & propter dictam rationē, asserunt, non incurrit, nec excommunicacionem, nec Irregularitatem eum, qui suadet volenti occidere Clericum, ut potius eum verberet, vel ut potius mutilet. Ita igitur in casu nostro.

32. Si vero suadeas malo fine, ut esset v. gr. quia vis, quantocius potes, turum inimicum extingui, vel occisi hæreditate potiri &c. te Irregularē facio, quia usui tibi esse non potest excusatio ducta ab intentione piæ Matris Ecclesiae jam dicta.

33. Si denique id suadeas motus sine indifferenti v. gr. ne is, qui occidit, incidat in manus Judicum, vel quid simile, non audeo te immu-

Legi Di-
an. p. 11. tr.
8. r. 42.

b. l. 5. in
Decal. c. 5.
§. 4. an. 6.

c. Suar de
Cons. d. 45
§. 3. n. 6.
3. Arula de
Cons. p. 7. d.
6. sc. 2. du.
3. incl. 1.
Sayr. de
Cons. l. 7. c.
3. n. 1. Dia.
p. 4. tr. 2.
re. 13. fine.

nem ab Irregularitate pronuntiare, quia non audeo interpretari, ad hunc etiā casum se extendere prædictam piæ Matris Ecclesiæ intentionem.

Pertinacia nolentis acceptare revocationem Consilij.

34. Suasi tibi multis usus rationibus, ut interficeres Antonium, sed deinde revocavi, omni, quo potui, conatu, hoc consilium, rationes, quibus innitebatur consilium, infirmando; Tu vero animo obfirmato retinens mente rationes quas proposueram, non mihi acquiescis, sed hominem occidis. Erone ego Irregularis?

Respondeo, id diserte explicui in a Decal. judicans, utrumque probabile, puta, te fore, teque non fore Irregularem.

Consilium de non appellando.

35. Quidam damnatus ad mortem intendebat ad Superiorem Judicem appellare: ego autem illi per meum consilium suasi, ne appellaret, unde ipse saltem citius, quam si appellasset, mortem subiit, Sumne ego Irregularis?

36. Respondeo. Te Irregularitatis damnat Henriquez, Sayr. Corneio, Gibalinus, Diana apud Leandrum. b Ipse tamen Leander distinguit: si tu ex Ministris Justitiæ es, v. gr. Judex, Capitaneus, &c. incurris Irregularitatem ex defectu lenitatis; si vero persona es privata, v. gr. Confessarius, Theologus, &c. non incurris. Ratio est, inquit, quia Ministri solum Justitiæ incidunt in Irregularitatem ex defectu lenitatis; eo modo, quo etiam nos aliquanto post explicabimus: Irregularitatem autem ex delicto solum incurritur, qui delinquant, occidendo, vel mortem accelerando, quales non sunt prædicti Confessarius, & Theologus, vel similes, qui solum consilium dare, supponuntur, non vero cogere.

37. Ego non omni ex parte assentior huic Leandri doctrinæ. Non primæ parti distinctionis: potuit enim Judex ille, vel Capitaneus persuadere omissionem appellationis non ut Judex sed ut privata persona, eo modo, quo consilium dare solet Theologus. De hoc ergo casu ita discurrendum tunc erit de Judice, vel Capitaneo, sicuti de personis privatis, Theologo, Confessario, &c. de quibus mox. Non secundæ, quia si Confessarius, & Theologus imprudenter darent consilium, delinquerent, atque adeo

accelerarent mortem injuste, unde effugere Irregularitatem non possent.

38. Dico igitur Ministrum Justitiæ, si, ut Minister prædictam omissionem appellationis, iuste persuadeat, certum est, incurere Irregularitatem ex defectu lenitatis. Verum tum dictus Minister dans consilium, ut privata persona, tum dictus Theologus, & Confessarius suadentes Appellationis omissionem, si moveantur ad suadendum ex bonis, & rationabilibus motivis quod certe occurrere posset, quando Appellatio esset frivola, & perniciofa, non incurritur Irregularitas ex delicto, quia non peccatur, nec Irregularitas ex defectu, quia, ut sic non sunt Justitiæ Ministri, nec Milites in bello: iuste, Si vero temere, & sine ratione Appellationem removeant, etiam si non cogant, peccant. Quare ergo accelerata mortis Rei, & consequenter Irregulares non sint?

Consilium mortis propter bonum publicum.

39. Consilium dedi Petro, ut se exponeret periculo mortis pro bono publico, vel privato, cui se exponere licite poterat, occisus est, & ego de mea Irregularitate ambigo.

Respondeo ne, quæso, ambigas, sed certo afeas, te non esse Irregularem propter rationem valde similem ei, quæ dicta est numero 30. ut item quid simile dictum est *paragrapho vario, num. 13.*

De dubio in prædictis remissivè.

40. De hoc locutus sum satis in Superioribus, puta *cap. 5. §. unico.*

De Irregularitate ex Ratihabitione, seu Approbatione Homicidii.

41. De hac breviter, sed quantum, sufficit, alibi b dixi, & latè habes apud Gibalinum, & alios, quo ab ipso citatos.

§. IX.

An contrahatur Irregularitas, quando quis negat quod se habet ad alterius mortem?

r. Diximus nuper, d'omitterem facere, quod d' supra §. quis debet ex Justitia, ex qua omissione sequa.

a L. 6. in
Dec. c. 4. §.
3. n. 3. & 4.
Adde non
fore doceri
cum mul-
tis à Gibal-
do Censur.
disp. 5. q. 3.
n. 26.

b Leandr.
tr. 2. d. 7. de
Irreg. q. 35.

b Gibal. de
Irreg. c. 4.
q. 2. n. 19.
b L. 6. in
Dec. c. 4. §.
3. n. 3.
c Gibal.
de Irreg. l.
4. q. 1. n. 41.

sequatur mors alicujus, fore Irregularem, omitterem vero facere, quod quis debet ex Caritate, unde similis mors sequatur, Irregularem non fore. Admonui tamen Gasp, Hurtadum, aliosq; quibus nunc adde Leandrum, a censere etiam illum, qui omittit ex Justitia, non fore Irregularem, atque addidi, & huc explicandum remisi, ut hæc sententia sit probabilis, dictam omissionem debere esse puram. Quare, quænam sit hæc puritas, hic enodandum venit.

2. Illa est omisio pura, cui nullus adjungitur actus positivus: illa autem non pura, cui positivus aliquis actus adjungitur. Exemplis res evadat clarissima.

Exempla pura omissionis.

3. Titius est Prætor Urbis, vel Custos Viarum, vel Dux exercitus, vel pretio conductus, vel ex consanguinitate obligatus, sive ex Caritate, sive ex Justitia ad defendendos suos: Verum in occasione aliqua illos nequaquam defendit, unde permittit aliquem ex his occidi. Peccat quidem graviter, sed non est Irregularis, quia hæc est mera omisio, cui non adnectitur ullus actus positivus. Idemque aliqui b dicunt esse, etiam si dolo, & scienter illa mera permissio fiat, quia id non extrahit permissionem ab esse puro negativo, cui soli nequaquam Irregularitatem adnexerunt Canonices, ut supra dixit hæc probabilis sententia.

4. Medicus, Nauclerus, Advocatus, Procurator, quamvis ipsi conducti fuerint, si nihil agendo, sive ob imperitiam, sive ob odium, perire sinant ægrotum, Navim, Clientem, non incidunt ex hac probabili sententia in Irregularitatem, licet peccent contra Justitiam. Quare Medicus, v. g. qui jam fortasse habuit, ante, pretium sui laboris suscipiendi, sive deinde curam Infirmi suscipere nolit, sive, ea suscepta, illam non exhibeat, sive urgentiore tempore deserat, unde moriatur Infirmus, peccabit quidem contra Justitiam, ut dixi, sed ex hoc peccato Irregularitatem propter ejusmodi puram omissionem, non contrahet. Ita præter citatos Valerius, & alique.

5. Judex capite damnavit tuum fratrem, sed si aliquam pecuniam offeras, is liberabitur, Grassator filium tuum inclusum apud se retinet, teque per internuntium monet, ut ei aliquot aureos mittas, secus filium occidet, Turca, vel Hostis tuum Patrem captivum interficere intendit, nisi tu illius mortem competenti pecu-

nia redimas, verum tu prædictas pecunias numerare negligis, vel omittis, non eris a (quia hæc est omisio pura) Irregularis, illorum morte secuta, etiam si supponamus ex Justitia te debere illas pecunias numerare. Dico (si supponamus) nam de hac b re alibi a me dictum est satis.

6. Inquires hic, Si Petrus tibi suadeat, ut prædictas pecunias ex Justitia debitas non numeres, erit Petrus, morte secuta, Irregularis? Idem quæri potest, si Petrus tibi suadeat, ne defendas aliquem quem defendere teneris, vel, ne tu dives des elemosynam egeno, qui præ fame perit, vel, ne tu Medicus cures Infirmum, vel, ne tu molitionem mortis alicujus reveles, &c.

7. Respondeo, non esse, putat Ugolinus, equia sicuti non es Irregularis tu, qui es principalis, & non numeras illam pecuniam, vel ad illas actiones pure negativè te habes, ita, & Petrus, qui hæc suadet. Verum non est audiendus, si suasio Petri fuit causa, ut v. g. pecunia illa non mitteretur. Ratio est, quia tunc mors illa merito tribuitur Petro dissuadenti; cum enim is non negativè se habeat (ut te habes tu, qui non mittis) sed maximè positivè per actum persuadendi, incurrit in Irregularitatem adnexam ex Sacris Canonibus actui positivo, ut modo diximus, & mox in exemplis jam ponendis clarius videbis.

8. Objicis. Mirum est, Petrum, qui se remotius habet ad mortem prædictorum, incidere in Irregularitatem, non vero te, qui immediatius.

9. Respondeo, non esse mirum, quia Petrus positivè se habet, cui actioni Sacri Canonis conjunxerunt Irregularitatem; tu vero nihil agis, cui omissioni non est ab iisdem Sacris Canonibus ulla Irregularitas adjuncta.

10. Illud tamen adverte, si Petrus id persuasit bono fine v. g. ne Judicis iusta sententia pecuniis impediretur, ne Grassatores, ad ejusmodi lucra extorquenda, assuescerent, nec hostes illa pecunia fortiores evaderent, Petrum non fore Irregularem, quia non est putandum, Ecclesiam voluisse sub tanta poena recta & rationabilia consilia prohibere, ut in simili dictum est sæpè. Nam propterea, nec Irregularem fore, puto eum, qui deterreret amicum, ne à manibus Satellitum eriperet illum, qui damnatus ducitur ad mortem, quando id faceret, ne impediretur actus Justitiæ, vel ne amicus sic incideret in aliquod propriæ vitæ periculum.

c Vgol. ib.

cui adhe-

ret Leand.

de Irreg. d.

10. q. 94.

c seq.

*Exempla omissionis non pura, id est, actus
alicuius adiuncta.*

11. Notarius, Procurator, vel quicumque alius habet scripturam, qua visa, quis a morte liberaretur, advertens autem, eam perquiri ad dictum hominem salvandum, ipse eam non solum non profert, seu non ostendit, nam sic esset ommissio pura, de qua in præcedentibus numeris dictum est, verum etiam illam occultat, vel alio transfert, ut inveniri non valeat, vel faciat, vel comburit, vel rogatus, negat, apud se illam servari, erit morte secuta, Irregularis, quia omissioni ostendendi scripturam adiungitur actus positivus illam occultandi, laacerandi, &c.

12. Testis non solum, non se sistit Judici ad testificandum in favorem alicuius, qui hoc teste destitutus capite punitus fuit; hæc enim esset pura ommissio; verum etiam rogatus dixit, se nihil scire, Irregularis erit ex delicto, quia illi omissioni adiungitur hic actus positivus.

13. Amicus destinat te nuntium, ut Petrum admoneas, ipsi insidias parari a suo inimico. Tu vero non solum non admones (hæc enim esset pura ommissio, etiam si suscepis curam admonendi, & etiam si malo animo contra Petrum ipsum non admoneas) verum etiam literas, quas idem Amicus tibi consignavit ad Petrum, in quibus de istis insidiis ipsum admonebat, apud te retinisti, nec Petro reddidisti, Irregularitatem non effugies, si Petrus occidetur, quia illa retentio actus positivus est.

14. Dices: Illa susceptio curæ admonendi, nonne etiam est actus positivus? Cur ergo ommissio illi coniuncta non parit Irregularitatem?

Respondeo, quia susceptio ejusmodi, quamvis actio positiva, nimis remore se habet ad omissionem; neque enim susceptio curæ admonendi infert ullo modo mortem, sicuti, nec infert in Medico susceptio curæ infirmi, ut modo num. 4. dictum est.

15. Consultant aliqui Petrum occidere, tu assistis, tacesque, eris Irregularis, morte Petri secuta; illa enim sacrum in iis circumstantiis non est pura ommissio, sed, quia affectu animi consultantibus, est tacitus consensus: idem resolve de assistentia amicorum, dum aliquis ex illis aliquem occidit, ipsi vero assistunt. Idemque resolvitur de Principe Ecclesiastico temporali Jurisdictione pollente, qui assistit, quamvis nihil dicat, executioni mortis, ipsa enim præsentia Principis auctoritatem dat executionibus.

16. Mulier concepit à Petro, aitque, se vel abortum foetus animati causare, id, quod audiens Petrus, taceret, unde mulier secuta voluntatis Petri, facinus cum effectu aggressæ est, fiet Irregularis Petrus propter eandem rationem numero præcedenti dictam, ut notat etiam Castropalaus.

17. Ambulat primo, quis de nocte per loca abrupta, Secundo, alius à naufraga navi ejectus jactatur in undis. Tercio, alius, per angustum pontem, flumē pertransire, tentat. Quarto, alius ad tuæ domus januam confugit, quo persequenter inimicum effugiat. Tu vero cum possis, nec faciem præfers primo, nec secundo tabulam seu funem, nec tertio comitem te addis, nec quarto januam fortè clausam aperis. Non eris Irregularis, si horum consequatur mors, quamvis ex odio ad hæc non exhibenda, motus fueris, quia hæc sunt puræ omissiones. At vero, si advertens ad eorum pericula, faciem fortè accensam extinguis, unde nocens primo, si tabulam, vel funem abreptum submoveas, unde nocens secundo, Si tabulam Pontis dissipas, unde nocens tertio; Si januam fortè apertam claudas unde nocens quarto, Irregularis eris, postquam aliquis prædictorum pereat, quia hi sunt actus positivi. Excusare nihilominus hunc quantum P. b. Prates, si januam claudat ob finem bonum, puta, ne sua domus damnum aliquod patiatur: quod certè solum intelligi debet de damno notabili, & ejus rationis, ad quod subeundum, te obligare, non præsumatur Ecclesia, juxta modo dicta num. 10.

§. X.

*De Irregularitate orta ex occisione facta
à Ministris iustitiæ, qua dicitur
ex defectu lenitatis.*

1. Occisio iusta, quantum ad nos in præsentia pertinet, vel sit à Ministris iustitiæ, vel à Militibus in bello iusto, vel ad defensionem sui. De singulis separatim; & in hoc quidem §. De Prima.

2. Conclusio certa est hæc. Iudex Pontificius inferior, qui in causa sanguinis fert sententiam iustam de morte, vel mutilatione alicuius sit (certè secuta) Irregularis ex defectu lenitatis, quæ fuit in Chulito. Percurre singulas clausulas.

J U D E X

incurrit tunc Irregularitatem ullam, quia, si iusta est condemnatio, iam permilla, immo requisita à Sacris & Canonibus est ea diminutio.

Fert sententiam iustam.

a C. No-
vim. de
verb. signif.

9. Si enim iniusta est sententia, non ex defectu lenitatis, sed ex homicidio voluntario, secuta morte, fore Iudicem Irregularem, nimis est ex dictis manifestum.

10. Sunt autem nonnulli, qui Iudicem faciunt ex defectu lenitatis Irregularem, etiam antequam is sententiam mortis ferat. Sed immerito, quia licet, dum quis est Iudex, non possit promoveri ad Ordines, quia est Curialis; potest tamen, Iudicatu relicto, sed non est Irregularis, antequam sententiam sanguinis ferat, immo, neque antequam cum effectu sequatur mors.

11. Ideo Iudex, ut, & Princeps, etiam delitescens sub Cortina, & omnes Ministri Justitiæ, etiam infimi Satellites, si assistant executioni mortis in locis suæ ditionis (nam in alienis sunt, ut supponimus, sicuti homines privati, non Ministri) Irregulares fiunt, quia ipsorum auctoritate mors inferitur. Privati autem alij, ut, & famuli mere ad obsequia Dominorum domestica addicti, etiam si cum Dominis assistant, immunes sunt ab Irregularitate, quia, ut item supponere debemus, nihil conferunt ad sententiam exequendam.

12. Quid de Clericis? Respondeo. Idem dic, si assistant, ut auctoritatem præbeant executioni, nam propter hanc rationem quidam Episcopus Reus fuit Irregularitatis, quia interfuit cuiusdam furis suspendio; assistit enim in proprio territorio, unde, ut auctoritatem affert executioni. Verum, si Clerici quicunque ut, & Religiosi assistant alio fine, siue curiositatis, siue amicitie, siue alterius causæ gratia, ne timeant Irregularitatem, immo ex mera dicta assistentia, nec peccatum. Quod si Textus e alij qui videntur strictius loqui, vel satis explicari in alium sensum possunt, vel certe legitime desueverunt. d

b C. Ex Li-
teris de Ex-
cessib. Pra-
torum.

c C. Sen-
tentia ne
Cler. vel
Monachi.
d Leg. Mo-
lin. d. l. i. ff.
ap. Dia-
nam p. 4.
tract. 2. r.
sol. 35.

De morte, vel mutilatione alicuius.

13. Cum non solum mors, verum etiam mutilatio membri alicui à Ministris Justitiæ illata afferat ipsis Irregularitatem, ideo hic etiam mutilationis expressa fit mentio. De eadem sententia

K 3

paratim

3. Quicumque (excepitur Summus Pontifex, qui, ut supra vidimus, non est Irregularitatis subiectus) Clericus, vel Laicus siue ordinarius, siue delegatus habeat potestatem, cum eadem sit ratio de omnibus, hic meritis comprehenditur.

4. Illud nihilominus discrimen est inter Clericum, & Laicum, quod Laicus solum incurrit Irregularitatem, ceterum, iuste damnans, meretur. At Clericus, etiam iuste damnans, præter Irregularitatem, quam contrahit, peccat; & quidem graviter, eo, quod graviter Clericus prohibetur, ne se ingerat in causam sanguinis.

In Causa Sanguinis.

5. Hoc est, in causa mortis, vel mutilationis membri (de qua mutilatione mox expressius dicitur) id enim ex usu loquendi significat causa sanguinis. Hinc si sententia feratur de aliquo præfocando, vel veneno, fameve, siue effusione Sanguinis occidendo, erit nihilominus causa sanguinis. Contra, si feratur de sanguinis effusione, ut de verberatione usque ad sanguinem, sed sine periculo mortis, vel mutilationis, causa sanguinis non erit.

6. Quid si Iudex aliquem iuste damnaverit erudo carceri, vel, ut eidem non porrigatur, nisi panis, & aqua, quo pacto, si statim is non obiit, certe ex eiusmodi angustijs illi (ut contingere non raro solet) accelerata est mors?

7. Respondeo. Si, consideratis Rei viribus, eidem fuerint permilla necessaria vitæ, nullam Irregularitatem timebit Iudex, quia per accidens, tunc ille morietur. At, si ea permilla non fuerint, vel carcer valde humidus fuit, unde, vel data esse, vel notabiliter accelerata iudicetur mors, erit Irregularis Iudex ex defectu lenitatis, quando ad hæc, iuste Reum damnavit, puta, ut sensim moreretur; at ex delicto, quando iniuste & cæc.

8. Confirmo, quia Carceres fetidi, humidi, subterranei prohibentur, ut notat Farin. c. & solum conceduntur, quando quis per sententiam iustam ad mortem sensum suscipiendam condemnatur.

De autem modo (notabiliter accelerata) nam ex ordinarijs carcerum Angustijs, parcoque victu diminui aliquid de viribus, & consequenter de vita, jam scimus, sed addimus, non

Farinac.
prim. 27.
n. 95. §.
Vide
etiam Me-
noch. de au-
dit. l. 1. c. a-
jus n. 2.
c. Gons.
Ver. To. 3.
c. 9. n. 6.
Ver. Quia
carcer. Le.
p. Des. Er-
in quist.
p. 9. §. 2.
m. 10.

paratim infra paragr. 6. dicam. Nunc autem quatuor sunt difficultates, ad præsens argumentum facientia, dissolvendæ.

PRIMA DIFFICULTAS.

An Iudex pluribus sententijs plures condemnans contrahat numero distinctas Irregularitates.

14. Respondeo, plures. Ratio est evidens, quia per plures actiones, puta per plures condemnationes occidit separatim plures; singulis autem occisionibus, suæ numero distinctæ Irregularitates correspondent.

15. Quod si multos Jurisdictionis actus Iudex ante sententiam exerceat contra hominem unum, tunc fateor unam ab ipso Irregularitatem contrahi, quia illi præcedentes actus unum quid faciunt cum una sententia. Nisi forte præcedentes actus tendant ad multilationem verbi gratia, & de facto fiat multilatio, & deinde alij actus consequentes tendant ad mortem, quæ ex intervallo inferatur, ut, si prius Reo manus abscindatur, & deinde ex intervallo idem Reus suspendatur; tunc enim duæ Irregularitates erunt, utpotè consequentes ad duas distinctas, etiam moraliter, actiones.

SECUNDA DIFFICULTAS.

An Iudex una sententiâ plures simul condemnans plures Irregularitates concipiat?

a Vgol. de Irreg. c. 5. § 9. n. 2.

16. Respondeo. Vgolinus a ait, tot concipere Irregularitates, quot numero homines (quamvis per unicam sententiam) morte puniunt: Sicut (ait) communis sententia docet, te per unicam sclopi explosionem pluribus excommunicationibus infici, si simul plures Clericos occidas.

b Bonac. de Cens. d. 7. q. 4. pun. 1. n. 26.

17. Bonacina b autem docet, posse probabiliter defendi, tunc fore unam numero Irregularitatem, sicuti existimatur una blasphemia, quando uno, eodemque impetu multæ proferruntur, & unicum peccatum unitate morali, quando quis unico Bombardæ ictu plures occidit.

18. Tu prudenter sic distingue: Si sit una sententia, unaque delicti causa, qua multi capite plectuntur, & item unus sit locus, unum.

que tempus, quo plectuntur, valde probabiliter una erit numero Irregularitas, quia tunc illa una sententia de pluribus occidendis, illæque omnes occisiones moralem unitatem habent, sicuti dicunt a aliqui probabile esse te incurrere unam nu. excommunicationem, si unica explosione multos Clericos occidas. At, si causa delicti sit diversa pro diversis, vel in diverso loco, vel in diverso notabiliter tempore, quamvis per unam sententiam (quia non apparet prædicta unitas) plures numero erunt Irregularitates, sicuti plures incurrat b Irregularitates, qui per intervalla nunc unum, nunc alium occidit.

19. Id, quod dictum est de Iudice, posset dici de occidente per unicam actionem plures. Si enim occidat quis plures per unicam actionem, puta per unam Bombardæ explosionem, unam contrahet Irregularitatem; plures vero, si ex intervallo notabili, juxta ea, quæ aliqui dicunt apud eundem Leandrum de simili multiplicatione Censurarum. Vide etiam supra capitulum 14. paragr. tertio à numero decimo.

TERTIA DIFFICULTAS.

An Iudex ferens sententiam, ut duæ, v. g. manus Reo amputentur, ipsæ amputatæ, duplici Irregularitate vinciatur, Quod idem queritur de abscindente physicè eidem duo membra.

20. Respondeo. Si ex intervallo notabili, duæ c Irregularitates enascuntur, si secus, una, id, quod eodem modo explicat, quo in difficultat: præced. explicatum est de similibus.

c Vgol. de Irreg. c. 5. § 9. n. 3. fin.

QUARTA DIFFICULTAS.

An Iudex proferens sententiam sanguinis contra delinquentem, incurrat Irregularitatem, quando, ad executionem mortis, requiritur sententia alterius Iudicis?

21. Respondeo, esse distinguendum. Si enim posterior Iudicis sententia utatur processu, seu probationibus, seu sententia habita à priore Iudice, quia tunc uterque incurrat in Irregularitatem; Si non utatur, liber erit prior Iudex, & solus posterior in illam cadet, quia tunc prior Iudex nullo modo concurret ad mortem. Non

b G. S. me. C. n. 1. N. Cl. r. Bonac.

Non est igitur audiendus Henriquez, ^a qui in hoc casu priorem Judicem liberat semper.

Ea (id est morte) certò sequuta.

22. Quod mors debeat esse secuta, ex dictis, ut modo nu. 10. innuit, nimis est manifestum. At illud hic valde notandum est, quod diximus (certò secuta) id quod, cur addimus, habes *supra cap. 5. §. unico nu. 33.*

De eodem Iudice, quoad Delegationem, quam altari confert de occidendo, vel mutilando.

23. Præmittendum est Primo, Principem Sæcularem, ut item Prælatus Ecclesiasticum habentes Jurisdictionem temporalem, ex quo-
cunque titulo illam habeant, posse, & Ecclesiasticum in causa sanguinis debere, illam delegare uni, Laico, vel pluribus, ut placuerit, dummodo sint apti, idque, vel ad tempus, vel in perpetuum, & vel ad universas causas, vel ad aliquas, vel etiam ad unam, vel alteram, Patent hæc ex vulgatis Textibus, vulgataque doctrina de Delegatis, & Delegatione.

24. Dixi (uni Laico, vel pluribus) nam licet Prælatus Ecclesiasticus Papa inferior Jurisdictionem spiritualem non possit delegare, nisi Clericis, at temporalem potest Laicis.

25. Dixi item (dummodo sint apti) nam Irregularis ex defectu sine dubitatione erit Prælatus, si deleget auctoritatem suam Judici, quem cognoscit imperitum, vel pravam, unde injuste quis morte puniatur, quia tunc Prælatus, gladium Jurisdictionis imperito porrigen-
s, moraliter occidere Innocentem, censendus est.

26. Quod si per occasionem hic quæras. An Princeps Sæcularis possit Clericis delegare Jurisdictionem suam temporalem, sicuti potest Laicis.

Respondeo, id prohibitum esse in Jure ^b his verbis, *Ne Clericus exerceat Jurisdictionem temporalem, vel causas agitat Criminales sub Principibus Sæcularibus, nec officia Vice Comitum, aut Praepositi Sæcularis obeat.*

27. Notat autem Primo Abbas, per hæc verba illicite acceptari à Clerico dictam Jurisdictionem, sed tamen valide, unde valeret sententia ab ipso data, etiam in causa sanguinis.

Ratio est, quia in Textu nulla clausula est irritans delegationem, neque enim per hunc Canonem Clerici incapaces ejusmodi delegationis redduntur.

28. Notat Secundo idem, si semel unam delegationem acceptaret Clericus ad causam criminalem, non peccare mortaliter, peccare si multas, quia, ait, sic; non esset exerce-
re, quod denotat frequentiam. Sed certe id non videtur verum, quia Canones graviter prohibent, ne Clerici subdantur Principibus Sæcularibus, eorum Jurisdictione utendo, quod certè fieret, etiam si semel acceptarent.

29. Nota tu denique Tertio, duplici modo posse Principem Sæcularem demandare Clerico causarum Judicia, Primo, conferendo suam Jurisdictionem temporalem ipsi Clerico, quo ejusdem constituitur Judicem à se dependentem, & hoc prorsus prohibetur à Sacris Canonibus, ut dictum est, tum pro causis in genere, tum pro causis in particulari. Secundo, nihil conferendo de sua Jurisdictione, nec constituendo Clericum Judicem à se dependentem, sed volendo, ut aliqua causa, eam examinabatur, ac judicabatur in suo Sæculari Tribunali, deferrentur in Ecclesiastico, quo pacto dicitur, forum Ecclesiasticum ampliari. Hoc autem non prohibetur, quia tunc Clericus ager ex Jurisdictione Ecclesiastica ampliata ad has, vel illas causas, non vero propriè sub Principe Sæculari. Lege Molinam ^a Si tamen tunc dictus Clericus feret sententiam sanguinis, fore Irregularem ex defectu lenitatis, secuto effectu, non est dubium, quia jam, ut Minister Justitiæ se habet.

30. His ita explicatis, redeamus propius ad nostra, & quæramus, an Episcopus v. gr. gaudeans Jurisdictione temporali, si deleget hanc suam Jurisdictionem alteri, ut delegare certe debet ex dictis num. 23. & is delegatus aliquem poena capitali puniat, fiat ipse Episcopus Irregularis? Eademque esse quæstio, si reus appellaret ad ipsam Episcopum Delegantem, & is delegaret alium Judicem, qui simili modo morte puniret Reum.

31. Respondeo, Episcopum Delegantem, in utroque casu non fore ullo modo irregularem. Nec sic definitur à Sacro ^b Textu. Et ratio definitionis fuit, quia ejusmodi personæ Ecclesiasticæ bene fungi ob Reipublicæ bonum suo officio certè debent. Ergo, quando quidem ipsæ per se sententiam sanguinis exerce-

^a Mol. To
4. trac. 3. d.
8. nu. 10.

^b C. Epif.
ne Clerici,
vel Monachi in 6.

re non possunt, secus enim essent irregulares, oportuit illis saltē concedere, ut vices suas aliis committerent. Idem Episcopus, seu quilibet ordinaria jurisdictione temporali pollens, potest propter eandem, immo maiorem rationem, concedere statutum, & ius, per quod delinquentibus debeat mors; id enim postulat eadem recta suorum subditorum gubernatio, neque id continet sententiam sanguinis, sed est lex prohibens sub poena sanguinis. Hæc lege pluribus apud Doctores. *a.*

a G. Hu. d. Hic habemus Henriquez, qui prædictam doctrinam nimis coerct, & Turrianum, qui ampliat nimis.

11. u. 42. Henriquez *b* afferendo Testimonium Nasuarii, ait, fore irregularem Prælaturam habensud 47. scilicet temporalem Jurisdictionem, si deleget 1. n. 7. Di- causam capitalem particularis, Rei alicui Lai- an. p. 4. tr. co, secuta morte, probatque ex Sacro c. Tex- 2 re. 78. 10. tu. Sed immerito; hic enim Textus Irregula- prapof. q. 5. rem Episcopum quendam pronuntiat, non quia de Irreg. du delegaverit causam mortis particularem, sed, 13. n. 99. quia auctoritatem præstitit executioni mortis illius hominis, quod est longe diversum, utpo- Clem. Sifus- te cooperatio dans auctoritatem executioni riosus p. 2. mortis, est irregularitati subiecta.

§. 5. n. 8. 33. Turrianus *d* docet, posse prædictum *b* Henr. l. 1. Prælaturam exhortari Judicem à se Delegatum, 4. c. 12. n. 6. ut is exequatur poenam capitalem. Si enim c. C. Ex lit. (inquit) Clericus potest hortari generatim, Ju- de Excess. dicem ad servandas Justitiæ leges sine timore Irregula- Pralat. ritatis, & mandatum Delegato suo dare, de servandis Justitiæ legibus circa hanc cau- d. Turr. To. sam particularem, cur non poterit mandare, ut 1. 2. 2. d. 93. poenam latam de morte Judex exequatur? hoc dub. 2. enim mandatum exequendæ poenæ jam satis involvitur in mandato illo de servanda Justitia in hac causa particulari.

34. Verum, est diligenter distinguendum; potest enim ejusmodi Prælatus generatim, & etiam speciatim exhortari de servanda Justitia in causis, & etiam in hac causa capitali, immo id etiam mandare, quia hoc concedunt Canones, cum sint ad actum ex se bonum, & remota se habentem ad occisionem. At mandare, ut Judex executionem mortis hujus Rei exequatur, si fiat auctoritative ita ut Judex exequens, ex vitalis mandati mortem Reo inferat, non potest prædictus Prælatus, quia sic ipse suâ auctoritate cooperaretur ad occisionem quæ est clara causa irregularitatis. Quod si non mandaret auctoritative, sed solum ita exhortaretur,

sicuti posset, si esset privata persona, nullam prorsus auctoritatem præbens, non erit Irregularis ex doctrina universali mox afferenda, quia tunc non agit, ut Minister Justitiæ. Sed certe difficile id in praxi est, quia verba ejusmodi prolata à Superiore, semper, saltē regulariter, accipiuntur auctoritative, nam propterea rectè aliqui ex dicto cap. ex literis de excessu Prælatorum, monent, ut Prælatus abstinat, non solum ab impellendo Judicem ad ferendam sententiam sanguinis, dum agitur de causa particulari, verum etiam ab exhortando, ut aliquem puniat (quamvis taceat designationem poenæ) quando delictum est dignum morte, quia, inquit, in utroque casu interponeret suam auctoritatem, atque adeo esset causa sententiæ sanguinis.

35. Multò minus potest Prælatus suo Delegato, vel Ministris suis dicere, ut homicidam hunc merentem suspendium suspendant, vel mutilent, quia sic auctoritatem præberet executioni mortis, vel mutilationis, incurreretque Irregularitatem ex defectu lenitatis, quæ ex occisione iusta infligitur Ministris Justitiæ. Quidquid dicat Avila, *a* qui satis immerito putat, hanc esse Irregularitatem ex homicidio injusto, immerito, inquam, quia hæc occisio iusta est.

36. Propter eandem rationem, prædictus Prælatus, si proponat præmium dandum ei, qui grassatorem hunc determinatum capiat, eo deinde capto, & ex vivis sublato, erit Irregularis, *b* non verò erit, si grassatorem, nec explicite, nec tacite designet, sed solum in genere. Ratio est quia designando dat suam auctoritatem ad occidendum, quam non censetur dare, dum in genere grassatores extirpare curat.

37. Idem dic, si Prælatus, seu Princeps jubet, seu edicat, ut siue vivus, siue mortuus ad se is grassator adducatur, immo etiam si id generatim dicat de grassatoribus: aliquo enim occiso, erit Prælatus Irregularis, quia clarè suam auctoritatem interponit. Immo in hoc casu putant Comitatus, *c* alique, ejusmodi Prælaturam, vel Principem contrahere Irregularitatem ex homicidio injusto, quia iniquum, ejusmodi præceptum, semper est injustum, & peccatum contra Justitiam, cum sit de occidendo homine inaudito, nec confessio, seu in iudicio non convicto. Dicunt (semper) dicere (regulariter) nampuro, posse occurrere calum adeo clarum, grassatoremque adeo bono publico

plico manifestè nocentem (nullo remedio interim apparente avertendi malum) ut ejusmodi præceptum valde justum censendum sit, vade Irregularitas sit ex defectu lenitatis.

38. Quæres hic denique resolutionem sequentis casus, Episcopus pollens dicta temporali Jurisdictione dat auctoritatem Clerico, ut Clericus nominet Judicem Laicum, qui condemnet Reos, vel talem Reum poena sanguinis; e sitne secuta rei morte, Irregularis prædictus Clericus?

Respondeo. Si arbitrari Clerici data fuit potestas elegendi Judicem prædictum, erit Clericus Irregularis, si verò solum Clerico commissum fuit, ut ipse renuntiaret, seu afferret Judici electionem factam ab Episcopo, Irregularis non erit. Ratio est, quia, in priori casu, ipse Clericus ex una parte cooperatur cum Judice ad deformationem, dando ei potestatem ad deformandum, & ex alia parte non excusatur ab officio temporalem Jurisdictionem habente, sicuti excusari diximus Episcopum, id, ratione ejusmodi officii, concedentibus S. Canonibus. At in posteriori casu ipse Clericus nullam potestatem dat Judici, sed solum renuntiat, seu admonet de potestate illi ab Episcopo tradita, quæ officii renuntiatio non est causa proxima sententiæ deformationis deinde secutæ. Ita Fatinae, & alique contra Vgolinum. b

commisisse homicidium, iidem Judices rem Proregi referunt, & ab eo recipiunt mandatum, ut inquirent de delicto, ac referant, quid invenerint, & præterea facultatem procedendi ex abrupto. Judices ergo cum Reum, vel ex probationibus, vel ex propria Confessione convincerint, morteque puniendum decreverint, referunt Proregi quid actum fuerit, qui sic præcipit. *Excellentia sua providet, & mandat, ut Petrus suspendatur?* quo mandato accepto, traditur Petrus Ministris suspendendus.

42. Episcopus ergo Gubernator, de quo agimus, advertens, si hoc modo uteretur, se in irregularitatem incidere, duo immutavit Primo, ut Judices in posteriore relatione post plenam probationem delicti ipsi Episcopo faciendæ, nequaquam referrent, quid ipsi de morte delinquentis statuisent. Secundo, ut ipse Episcopus alio modo subscriberet relationi Judicis, quam alii Proreges consueverint, hoc est modo sequenti: *Illustrissima Dominatio sua providet, & mandat, ut Tribunal inquirat veritatem, & provideat de iustitia. Quæ commissione habitâ Judices si decernebât, Stante commissione Illustrissima Dominationis sua Tribunal Magna Regia Curia providet, & mandat, ut Petrus suspendatur, &c.* Quæsitur ergo Episcopus, an, si dictis mutationibus uteretur irregularitatem effugeret?

43. Divisi sunt Theologi. Et quidem ex nostra Societate P. Martinus & Prates nullo modo Episcopum irregularitatem effugere, contendit; effugere contendit Pater Franciscus b Bardi. Et quidem dum latissimè ab ipsis agitatam hanc questionem lego, commendo diligentiam, admiror doctrinam, ingenium utriusque acre competitor: Sed mihi videor unica facilique rationatione questionem ex proximè dictis posse dissolvere, quâ ipsi satis plures persequuntur.

44. Formetur hoc argumentum, Prælati gaudens temporali Jurisdictione potest, immo debet, potestatem proferendi sententiam sanguinis iudici Laico committere, ut clarè habet Textus, c & nos supra signate docuimus, non potest autem ipse eam proferre sine incurfu irregularitatis, morte secuta, sed Episcopus prædictus Gubernator per memoratam formulâ, quâ ut ipse intendit, proferit ipse sententiam sanguinis, & ex vi illius, & non alterius sententiæ Petrus suspenditur, ergo Episcopus est irregularis. Ecce argumentum P. Martini.

Formetur hoc aliud: Prælati gaudens temporali Jurisdictione potest ex S. prædicto Textu

L

immo o

a D. Prates
in manu sc.
de Irreg. d.
4. c. 2 §. 3.
fol. 7.
b Bardil. c

c C. Episcopi
pi ne Cler.
vel Monachi
in 6.

1. For. G. 10
Calder. in
1. ult. Ne
Clerici, vel
Monachi
in 9. fa-
vone 10.
And. ib.
b Vgolin. l. c.
1. n. 11.

39. Id explicabit resolutio d. in da sequenti
questione. Cum Episcopus Don Petrus Corset-
tus vir doctrinæ, & virtutibus insignis non mul-
tis ab hinc annis constitutus fuerit hujus Regni
Siciliæ Gubernator, dubitari coepit, an e-
jusmodi provinciam Episcopus subire licitè
potuerit? id enim Clericis prohibetur ut modo
num. 26. vidimus. Rursus, esto, ipsi licuerit,
quâ ratione sententiam sanguinis delegare, ut
immunis esset ab irregularitate, debuerat?

40. Quoad prius resolutio fuit, licitè potu-
it ille c sive ob consuetudinē, sive ob Privilegium
sec. 1. 7. q. quo gaudet Catholicus Rex præficiendi suis
Regnis Ecclesiasticos. Sed quoad posterius
major dissentio arsit inter Theologos.

41. Ut ea melius intelligatur, notanda est
praxis procedendi in causis sanguinis in hoc Re-
gno. Postquam enim delatum est Judicibus de-
lictum aliquod morte dignum, v. g. Petrum
Tamburinum de Sacramento,

immo debet, potestatem dictam committere, non potest autem ipse sententiā proferre, *Ch.* Sed Episcopus Gubernator per memoratā formulam, qua uti ipse intendit, non proferit sententiā sanguinis, nec ex vi illius formulæ, sed alterius sententiæ, quæ datur à Tribunali, Petrus suspenditur: Ergo Episcopus non est Irregularis, Ecce argumentum Patris Bardi.

45. Quæso ergo te, studiose Lector, non ne pronuntiabis, veram esse Minorem prædicti argumenti assumptam à Bardi, falsam verbo eam, quam Prætes assumit, si perpendatur formula, qua uti intendit Episcopus Gubernator? Ita fanè. Manifestè enim per immutationē illā factam ab Episcopo, novāq; illam recusam formulam Petrus non suspenditur ex vi commissionis datæ ab Episcopo, sed ex vi sententiæ latæ à Tribunali Patet, quia, si hæc à Tribunali non feretur, nunquam suspenderetur Petrus, unde clarè apparet, illam Episcopi Gubernatoris commissionem, seu verba, nihil aliud continere, nisi delegationem Jurisdictionis datæ ab Episcopo Judicibus in causa sanguinis, quam ipse dare Judici Laico sine timore Irregularitatis potest, immo à Sacro Textu dare compellitur.

46. Quod autem Prætes narrat, Episcopum moluisse acquiescere illis, qui eum ab Irregularitate immunem faciebant, unde obtinere à Summo Pontifice voluisse facultatem sic procedendi, nihil nobis officit; Episcopum enim Religiosissimum, teneraq; conscientia virum, ad majorem animæ tranquillitatem, id fecisse, putandum est.

Exceptiones dua circa obligationem Prælati non ferendi sententiā in causa sanguinis.

PRIMA EXCEPTIO.

In causa Fidei, pro Inquisitoribus, & eorum Ministris.

2. De qua lege Emer. in Direct.

47. Sacri Inquisitores concluso processu convincente contra Hæreticum impenitentē, *Inquisit. p.* vel Relapsū pronuntiant in eum sententiā definitivam, qua judicant, illum esse Hæreticum pertinacem, tum tradunt eundem potestati Sæculari, protestantes, seu enixè deprecantes, ut, *3. p. 14. nu.* citra sanguinis effusionem, mortisque periculum, illum puniat. Judices autem Sæculares, *10. Suar. de Conf. d. 47.* nullo viso processu & sine mora, prædictum Hæreticum sibi relictum, sive Laicus is sit, sive Clericus (qui certè prius erit degradandus) *sec. 1. nu. 13.* morte plectunt. Hæc est praxis Tribunalis à Sacris Inquisitionis, in qua quaeritur, an Inquisi-

tores, secutā Hæretici deformatione, *et* ut Irregulares?

48. Et quidem non esse, omnes Doctores conveniunt, sed unde, & quare, non conveniunt omnes. Ego judico, eos concurrere ad mortem, sed à Summo Pontifice ab Irregularitate liberari, tum propter expressa privilegia Inquisitoribus de hac re concessa, tum etiam fortè tacitè eo ipso, quod ipsis Summus Pontifex præcipit, ut sic, & sic procedant in causa Fidei tam Sancta, & ad Ecclesiæ puritatem maximè faciente. Atque ex hoc, quod Inquisitoribus tot privilegia concessa sunt, quibus impeditur Irregularitas, clarum mihi sit, non esse veram doctrinam Castropalai, *a Cast. l. 1.* & Suarij *b Suar. l. 1.* dicentium, ideo Inquisitores non esse Irregulares, quia per dictas actiones si attentè considerentur, non concurrunt ad mortem; clarum, inquam, mihi sit: Si enim per illas actiones non concurrerent ullo modo ad mortem, non indigerent privilegio Pontificis ad Irregularitatem evitandā. Confirmatur manifestè, nā dum potestas Sæcularis non ex alio processu, nec ex alia sententiā, quā ipsa ferat, Hæreticum impenitentem capite plectit, tota occisionis causa moralis est processus, sententiā, & auctoritas Inquisitorum. Quæ ratione ergo incurrerent in Irregularitatem, si à Summo Pontifice per peculiaria privilegia non eximerentur ab illa?

49. Quæres. Si non adessent ejusmodi expressa privilegia, possemus ne illos liberare ab Irregularitate ex eo solo capite, quod modo indicatū est, puta quod tacitè Pontifex illos liberet, eo ipso, quod ipsis præcipit ut sic, & sic procedat *c Pet. Genu. batur. de Imm. Eccl. l. 2. §. 7. v. abbas. l. 1. nu. 12.*

50. Respond. Posse, docet Gambacurta in e simili. Is enim sermonem faciens de præcepto Greg. XIV. quo tenentur Episcopi, facinorosos non exceptos ad Ecclesiam confugientes tradere Curia Sæculari, docet, eos non incurrere in Irregularitatem, damnato ad mortem, occidit, dicto facinoroso, quia Gregorius eos ab illa expressè eximit, additque, probabile item esse eos non incurrere, etiam si Pontifex expresse non exemisset; satis enim tacitè eximit, dum sic fieri ipse jubet.

51. Confirmari id potest ex Ulgol. d. universali ter docente, eū, qui ex mandato Pontificis aliū interficit, non esse irregularem, quia iussio (inquit) Pontificis est Irregularis remissio. *d. Pignol. de Irreg. l. 1. §. 1. nu. 12. Conf. l. 1. nu. 12.*

52. Verū ego, quamvis id probabile iudicem in materia Fidei, immo, & in materia quacunq; Ecclesiastica; atque adeo in casu nostro *Quiligi. l. 1. nu. 12.*

non enim iudicandum est, poenam ab Ecclesia institutam subire debere eum, qui Ecclesiae, eoque Pastori obedit: at universaliter, ut docet Ugolinus, non mihi videtur probabile: nam sic, quando Pontifex, ut Princeps sui status præcipit suis Iudicibus, ut morte puniant delinquentes, vel suis Militibus, ut occidant hostes in bello iusto, hi Iudices, & hi Milites secuta horum delinquentium, vel hostium morte, non incurrerent in Irregularitate ex defectu lenitatis; quod certe nemo diceret. Quid si Pontifex, iniuste præciperet, ut tu innocentem interficeres? Ego sane te Irregularem faciam, ex delicto, si pareas. Dixi modo (ut Princeps) nam, si, ut Pontifex alia esset ratio, de qua dicam paragr. 14. n. 8.

53. Denique hic duo nota. Primum, mihi nequaquam placere sententiã Joan. a Præpositi assentientis, non fore Irregulares Inquisitores, si prædicta omnia rite agant, quamvis omittant protestationem num. 47. dictam; mihi, inquam non placet, quia privilegia concessa Inquisitoribus, & tacita illa Pontificis voluntas, de non incurrenda irregularitate, sunt sub forma præscriptæ protestationis; eã ergo protestatione omissa, non habentur privilegia, vel illa voluntas, sicuti non habetur ab Accusatore, quando omittit similem protestationem, ut mox §. sequenti declarabimus.

54. Secundò. Quod dictum est de ipsis Inquisitoribus, extendi propter eadem privilegia ad omnes eos, qui ex officio concurrunt, vel auctoritatem dant dictæ sententiæ laicæ ab Inquisitoribus contra hæreticos, item ad Accusatores, ad Testes, ad Satellites, ad Torquentes eos, ut veritatem dicant, & denique ad ceteros omnes, qui Inquisitores adjuvant ad munus ipsorum legitime adimplendū, dummodo hæc faciant in Tribunali Sanctæ Inquisitionis, & immediate ad executionem sententiæ de deformatione non concurrant. Lege Avilam b aliosque.

SECUNDA EXCEPTIO.

De Degradatione, quæ à Iudicibus Ecclesiasticis infligi solet.

55. Quicumque ex Prælatis, qui legitime Clericum degradans, eum Sæculari foro tradit, etiam positivè & directè eum tradendo, nullam incurreret Irregularitatem, si fortè degradatus à Iudice Sæculari morte puniatur, modo Prælatus adhibeat protestationem, seu intercessionem præceptam in Sacro Textu, quam expressam in

Pontificali facillè poteris legere, quamque habes apud Molinam, a aliosque solemnitate Degradationis explicantes. Ratio est ferè eadem, ac dicta de Inquisitoribus. Si eam protestationem nō adhibeat, idem dic, quod modo n. præcedenti de iisdem Inquisitoribus dictum est.

§. XI.

De Irregularitate ex defectu lenitatis, quæ oritur ex cooperatione ad sententiam sanguinis per Accusationem.

1. **T**extus b sic habet: *Prælati, vel Clerici quibuscumq, qui de Laicis suis Malefactoribus querelam penes Sæcularem Iudicem deponentes, & petunt emendam sibi fieri, & provideri, ne contra eos talia de carcere præsumatur protestando expresse, quod ad vindictam, seu poenā sanguinis, non intendunt, impurari non debet, quamvis de Iure debeat poena sanguinis irrogari. Si Iudex mortem illis inferat, Iustitia exigente.*

Hæc Textus, cuius tres clausulas breviter expendamus, nam ceteræ clariore explicatione non indigent.

Prælati, vel Clerici.

2. Quāquam Textus mentionem duntaxat facit de his, eadem tamen ratio est de Laicis. Illud tamen discriminis est, ut Laicus Accusator non custodiens, quæ in hoc Canone præscribitur, secutā morte Accusati, incurrat solum in Irregularitatem, at Clericus, præter Irregularitatem, incidat etiam in peccatum. Clerici enim propter suum statum curare debent, ne fiant per Irregularitatem inepti ad Ordines. An peccatū hoc sit ex se mortale, ex alibi d dictis colligi potest.

Querelam deponentes,

3. Sive denunties, sive querelam exhibeas, sive formaliter accuses, nisi in casibus in hoc Textu concessis, de quibus mox, semper eris Irregularis, secutā Deformatione Rei, quia sic moraliter influis in illam; & tunc numeraris inter Ministros Iustitiæ.

4. Hinc multò magis Custodes viarum quibus curæ est, referre Iudicibus quicquid ibi agi contingit, si referant delicta aliquorum, unde eorum aliquis deformetur, Irregulares erunt, quia hi, Ministri tunc Iustitiæ sunt.

5. Quid de homine privato, qui, cum passus sit aliquid à fure, petit à Iudice ut Malefactor

L 2

capi-

a Molin. T.
4. tr. 3. d.
49. n. 13.
aliqui, citati
à Bonac.
de Conf. d.
4. p. un. n.
21. sine

b C. Prælati
de Homi-
nic. in 6.

c Suar. de
Conf. d. 40.
se. 5. n. 8.
Sayr. de Cõ-
fess. l. 6. c.
18. n. 3.
d Lib. 3. o-
pus. de Sa-
crific. Miss.
c. 1. §. 8. d.
n. 7.

capitur, vel ipse Malefactorem detinet, ut Judici sistat, vel locū ubi later, ostendit, vel similia
 Respondeo. Hic inter accusatores est numerandus, desert enim Crimen Judici: impeditur tamen posset Irregularitas, si ab ipso fiat protestatio, de qua mox num. 34.

Squillat. de oblig.

Cler. p. 6. n.

93 Sayr. lib.

6. c. 18. n. 7.

6. Quid de illo, qui furem inveniens domi, vel videns furtum a portari, clamat, alios convocans *Ecce furem, Ecce furem, eum capite, eum capite.*

Respondeo, de hoc mox commodior erit sermo §. 13. n. 24.

7. Movit quidam Juris Canonici peritus hanc dubitationem. Clericus quidam existens in Ecclesia tradidit Episcopo Malefactorem, qui ad eandem Ecclesiam confugerat, contra quem Episcopus sententiam rite tulit, cum non gaudere immunitate, unde cum capientes Judices seculares legitimo suspendio punierunt. Dubitavit Juris Canonici professor, an Clericus inciderit in irregularitatem? Sed quidā doctus Theologus distinxit: Si Clericus ex se Malefactorem Episcopo tradidit, sciens, vel dubitans, de periculo ejus mortis, Irregularis erit, sed si, ne dubitavit quidē nullam Irregularitatem incurrit. At vero, si tradidit Episcopo, ipso Episcopo mandante, non erit Irregularis, quia, tunc egit ut Minister Episcopi. & ut unum faciens cum illo, quem Gregor. XIV. liberat ab Irregularitate, ut diximus modo §. 10. n. 52.

8. Ego, etiam si Clericus ex se tradiderit, semper excusarem ab Irregularitate, quia non tradit, ut Minister Justitiæ Secularis, puta, nec ut Satelles, nec ut Accusator, nec ut Delator, nec ut Testis, &c. At solos Ministros Justitiæ incurrit Irregularitatem hanc ex defectu lenitatis, mox latē confirmabimus. Adde traditionem hanc semper esse ex tacito mandato Episcopi, qui non vult in suis Ecclesiis Malefactores, immunitate non gaudentes.

De suis Malefactoribus, quoad malum illatum.

9. Suis (inquit Textus) Quare is, qui illum accusat, à quo in propria persona, vel propriis bonis læsus fuit, suum Malefactorem in omniū sententia accusat, unde, si Dominus, si Prælati Regularis, si Magistratus, cui ex officio incumbit curare bonum publicum, accusent cum debita protestatione eos, qui Servum, Religiosum Vassallum offenderunt, suum Malefactorem accusant, quia Servus, Religiosus Vassallus sunt respectivè de bonis Domini, Prælati, Magistratus.

ius, Addit Bonacina b idem esse, si modo dicto accuset eum, qui offendit aliquem sub tua protectione existentem.

b Bonac. loc. max. citando.

10. At comprehenduntur ne hic Mater, Pater Consanguinei, ita ut, si hi accusent eos, qui filium, filiam, consanguineos, &c. offenderunt, & contra, dicantur accusare, suos Malefactores.

a Bonac. de

Cens. d. 7.

q. 4. p. 2. n.

Reg. de Ir-

reg. c. 6.

b Coninch,

de Sac. d.

18. d. 10.

18. d. 10.

Prap. 3. p.

q. 5. de Ir-

reg. d. 73.

n. 101. Di-

ci Malefactores

aliis negant sine Irregularitate posse prædictos

accusare, Sed Coninch b cœcedit: sēper cum de-

bita protestatione. Ratio fortasse est, quia etiā

quoad bona realia malum illatū meo Consan-

guineo, propter connexionem sanguinis potest

q. 14. p. 10.

le etiam

Abb. c. de

est. n. 7. de

Testib. Re-

lin. C. Cum

dilectus. n.

9. de Accu-

d Gibal. de

Irreg. c. 44

q. 3. n. 60.

citantur

d. 47. scilicet

2. n. 12. Et

impedire licitam defensionem, & auxilium Inno-

centum. Intellige item cum debita protestatio-

ne mox explicanda, saltē pro foro externo, ut

habet idem Gibalinus ibidem.

12. Quæres. Si damnum mihi à Grassatore

v. g. illatum alio modo mihi compensare, quam

accusando, possum; possum nihilominus illum

accusare, & servatis conditionibus præscriptis,

7. contra

Aug. N. Ho-

mis. secun-

do n. 6. Et

contra Syl-

v. q. 8.

abiq.

late est à Sacris Canonibus concessus, si agatur de tuo damno, id enim non extendo ad alium; in quo agitur de damno illato alicui tertio, nam propterea modo num. 11. in casu damni alieni interposui illam parentesim (intellige, si non est alia via, &c.)

Quoad malum inferendum.

13. Scio, Petrum parare insidias suo adversario. Ego id denuntio Judici, unde Petrus convictus deforme tur, & ideo Irregularis? Scio Petrum moliri rebellionem contra Regem, Judicet id denuntio, unde Petrus morte punitur, & ideo Irregularis? & sic de similibus.

14. Respondet. Pro tota hac questione sit hæc regula. Si accusans accuset, deferat, denuntiet compulsus lege Justitiæ, vel Caritatis, ne scilicet damno illo imminenti afficiatur Proximus, liber erit ab Irregularitate. Ratio Regularis est, quia lex hæc Irregularitatis, Christi mantuetudinem referens, non potest fuisse inducta cum damno Innocentium, obligans ad non manifestandos eos, qui mala moluntur contra Proximum, & quæ obliget ad non observanda præcepta Caritatis, atque Justitiæ. Quoties ergo quis ut observet dicta præcepta, accusat, observatio præcepti facit, ut ea accusatio, sistat, & conquiescat in honestate observationis præcepti, & valde per accidens censetur, quoad ipsum, consequens deformationem.

15. Fit autem accusatio, seu denuntiatio ex obligatione præcepti, si concurrant duo. Primo ut fiat de malo, quod in futurum imminet. Secundo, ut malum sive publicæ, sive privæ personæ non possit averti, nisi accusatione, vel delatione. Quare, si potest averti alio modo, vel si potest solum per denunciationem mali impeditis in genere sine designatione personæ, tu vero illo alio modo non utaris, sed designes personas, Irregularis eris, secuta deformatione, quia tunc, citò fuerit Denuntiatio ex motivo Caritatis, non tamen ex obligatione sive ejusdem Caritatis, sive Justitiæ. Ita a Doctores.

16. Atque in prædicta delatione facta ex præcepto obligante non est necessaria protestatio, ut contra Cajetanum b rectius docet Molina, c hæc enim est remedium institutum à Sacris Canonibus ad removendam Irregularitatem, quæ alias ex delatione erat incurrenda. At ex delatione facta ex obligatione præcepti nulla unquam incurrenda est Irregularitas.

17. Ex dictis collige cum Suario, a tria discrimina inter accusantem in causa aliena, nam ad evitandam Irregularitatem accusare in propria causa quis potest. Primo, tum ob damnum sibi illatum modo supra dicto, tum ad præcavendum malum de futuro. Secundo, potest, etiam si damnum sibi illatum alia via rescire sibi posset, ut diximus n. 12. Tertio, potest in casu, quo ipsi licita est, & permessa accusatio, quamvis nequaquam obligans. At in causa aliena. Primo, non potest quis denuntiare, seu accusare, nisi de damno futuro imminente, & fortè de damno illato, quod ex Gibalino indicavimus n. 11. Secundo, non potest, si alia via obviare valeat prædicto damno inferendo, quod est dicere, non posse, nisi addit accusandi, vel denuntiandi obligatio.

His adde, in propria causa, & in casu dicti numeri vi. omnino præmittendam esse protestationem, sed in aliena hac obligante, non debetur, ut dictum modo est n. 16.

De Deferente malum leve, unde nihilominus mors accusati secuta sit.

18. Quidam non multis ab hinc annis juste accusavit suum adversarium de levi crimine, vel in causa civili, cui nullo modo aliqua deformatio debebatur. Sed adversario detructo in carcerem plures alii accusatores apparuerunt cum mulantes gravissimos criminum probationes, unde Reus capite punitus interiit. Primus accusator fuitne Irregularis, si protestationem mox dicendam omisit?

19. Respondi, nequaquam fuisse, quia causa mortis non fuit accusatio illa levis, quæ ad summum fuit causa remota, & occasio. Ita Sayr. l. c.

20. Sed quid, si ab hoc levi Accusatore mors accusati prævisa fuisset, vel de ea fuisset dubitatum?

Respondet, fore tunc ipsum levem accusatorem b Irregularem, si protestationem omisit, quia tunc prima accusatio conjuncta cum cæteris nō est levis, sed certe gravis, ut punitio orta esse præsumatur ab omnibus conjunctim, & illa prævisio facit, ut tua accusatio non sit amplius causa remota, sed proxima mortis, si enim prævidisti, debebas tibi cavere per Canon. cam protestationem.

20. Si propter improbitatem, vel malitiam mors infligeretur ei, quem accusasti de crimine levi, & prævidisti, vel dubitasti de morte, quia tunc mors oriretur conjunctim ex tua accusatione, & ex iniquitate Judicis, te Irregularem ex delicto facerem.

21. Quid, si accusatio fuit de crimine levi, tibi que leve detrimentum inferente, sed cui ex aliqua peculiari lege mors debeat? Explico, Solcat Dux Exercitus, vel Principes (utrum bene alibi diximus) ob bonum, fortasse publicum, prohibere, ne quis furtum, etiam leve faciat sub poena capitis. multis enim Militibus parvum furtum committentibus, depauperari aliquando hominem contingit. Singulis enim fumentibus unum uvæ v. gr. racemum, depilatur tota vinea. Quæri ergo potest, an si Militem de hoc levi furto sine protestatione accuses, ejus morte secuta, Irregularitatem incurras.

23. Respondeo. Sine dubitatione incurris, quia ex tua accusatione jam cum illa lege, quam supponimus te scire, oritur occisio. Et quidem, si lex est justa, eris Irregularis ex defectu lenitatis, si injusta, certe eris ex delicto, quia ad occisionem injustam cum Judice injusto cooperaris.

24. Idem dic, si idem Laico furtum leve ex bonis Titij v. g. furetur, & aliud leve ex bonis Caij, & aliud simile ex bonis Antonij, &c. Nam, si illum quilibet ex his Latronem accuset sine protestatione, undè is ob multiplicata illa furta morte plectatur, erit, propter eandem rationem Accusans Irregularis.

25. Prætes si afferit Accusatorem propter leve sibi damnum è dicto levi furto illatum, etiam si præmittat protestationem, fore Irregularitatem, quia est contra Christi lenitatem, velle te prosequi causam mortis ob tam leve damnum tibi illatum. Adde, ideo protestatione præmissa, conceditur, posse accusare, ut tollatur occasio, ne iniqui grave damnum Clericis inferant, at, quod damnum est unus uvæ botri, vel unius oboli furtum pati?

26. Verum, posita justitia legis, hæc doctrina firma non est: clare enim, & absolute Sacer Textus ab Irregularitate liberat eum, qui iuste accusat cum protestatione, quamvis deinde (Justitia tamen exigente) deformetur Reus. At, si lex prædicta est justa, iuste accusat Clericus, iusteq; condemnat Judex. Unde ergo, si præmissa rite est protestatio, subdendus sit Clericus Irregularitati?

Penes Sæcularem Iudicem?

27. Si quis Ecclesiasticus habeat Jurisdictionem sæcularem, tunc accusare de causa sanguinis apud ipsum, est, eum accusare penes Judi-

cem Sæcularem, tunc enim Ecclesiasticus Prælati, vel Judex ab illo in hac jurisdictione delegatus, Judex est Sæcularis.

28. Accusare autem apud Inquisitores hic locum non habet, quia supra vidimus ejusmodi Accusatorem eximi per Pontificis dispositionem ab Irregularitate.

29. Eteodem modo accusare quempiam apud Judicem Ecclesiasticum, ut Ecclesiasticus Judex est, hic locum non habet, quia Judex Ecclesiasticus nunquam ad poenam mutilationis, mortisve procedit.

Potunt emendari sibi fieri, & provideri, ne contra eos talia de cætero presumantur, id est, agunt civiliter, non criminaliter.

30. Ea appellatur causa criminalis, in qua examinatur, seu judicatur de crimine alicujus, ea civilis, in qua agitur solum de interesse.

Porro eadem causa criminalis dicitur agi criminaliter, si de crimine agatur in ordine ad illud puniendum, sive per poenam Delinquenti corporaliter infligendam, sive per poenam pecuniariam Filci commodo attribuendam. Dicitur vero agi civiliter, si de crimine agatur in ordine ad refectionem damni illati, puta, ut tibi læso à latrone pecunia ab ipso tibi ablata reddatur, vel etiam ad cautelam, hoc est, ne iterum latro tibi damnum, injuriamque congeminet. Vi-

de his Doctores, & 31. His præmissis, dico Primo, Agenti criminaliter non prodest protestatio ad evitandam Irregularitatem, si mors accusati ex vi talis actionis consequatur. Ratio est, quia tunc protestatio esset contraria facto; si enim petitio, seu actio tua sit ad vindictam, quo modo cohærebit cum protestatione, per quam dicis te nolle vindictam?

32. Dico Secundo, ut evitetur Irregularitas ab Accusatore, seu Denuntiatore, tria concurrere omnino debent. Primum, actionem, quamvis ex se criminalem, non debere criminaliter intentari. Secundum, debere præmitti protestationem mox explicandam, quia ipsa est de forma necessaria, ac substantiali. Tertium, ut accusatio, seu delatio non sit, nisi de iis, quæ sunt necessaria ad prædictam actionem civiliter intentam.

33. Nota, quando in quodam Textu excusatur ab Irregularitate is, qui præstendens interesse, agit criminaliter, non esse contra prædicta:

a l. i. in
Decal. c. 1.
§. 3. n. 13.

b Prætes in
manusc. de
Irreg. d. 4.
c. 4. §. 6. n.
32. fol. 302.

In hoc enim Textu illud (criminaliter) accipitur materialiter, hoc est agere, vel accusare de crimine, nam propterea additur (prætendens interesse) non ergo prætendens vindictam, quod esset agere criminaliter de formali. Itare-
 66
 67
 68
 69
 70
 71
 72
 73
 74
 75
 76
 77
 78
 79
 80
 81
 82
 83
 84
 85
 86
 87
 88
 89
 90
 91
 92
 93
 94
 95
 96
 97
 98
 99
 100
 101
 102
 103
 104
 105
 106
 107
 108
 109
 110
 111
 112
 113
 114
 115
 116
 117
 118
 119
 120
 121
 122
 123
 124
 125
 126
 127
 128
 129
 130
 131
 132
 133
 134
 135
 136
 137
 138
 139
 140
 141
 142
 143
 144
 145
 146
 147
 148
 149
 150
 151
 152
 153
 154
 155
 156
 157
 158
 159
 160
 161
 162
 163
 164
 165
 166
 167
 168
 169
 170
 171
 172
 173
 174
 175
 176
 177
 178
 179
 180
 181
 182
 183
 184
 185
 186
 187
 188
 189
 190
 191
 192
 193
 194
 195
 196
 197
 198
 199
 200
 201
 202
 203
 204
 205
 206
 207
 208
 209
 210
 211
 212
 213
 214
 215
 216
 217
 218
 219
 220
 221
 222
 223
 224
 225
 226
 227
 228
 229
 230
 231
 232
 233
 234
 235
 236
 237
 238
 239
 240
 241
 242
 243
 244
 245
 246
 247
 248
 249
 250
 251
 252
 253
 254
 255
 256
 257
 258
 259
 260
 261
 262
 263
 264
 265
 266
 267
 268
 269
 270
 271
 272
 273
 274
 275
 276
 277
 278
 279
 280
 281
 282
 283
 284
 285
 286
 287
 288
 289
 290
 291
 292
 293
 294
 295
 296
 297
 298
 299
 300
 301
 302
 303
 304
 305
 306
 307
 308
 309
 310
 311
 312
 313
 314
 315
 316
 317
 318
 319
 320
 321
 322
 323
 324
 325
 326
 327
 328
 329
 330
 331
 332
 333
 334
 335
 336
 337
 338
 339
 340
 341
 342
 343
 344
 345
 346
 347
 348
 349
 350
 351
 352
 353
 354
 355
 356
 357
 358
 359
 360
 361
 362
 363
 364
 365
 366
 367
 368
 369
 370
 371
 372
 373
 374
 375
 376
 377
 378
 379
 380
 381
 382
 383
 384
 385
 386
 387
 388
 389
 390
 391
 392
 393
 394
 395
 396
 397
 398
 399
 400
 401
 402
 403
 404
 405
 406
 407
 408
 409
 410
 411
 412
 413
 414
 415
 416
 417
 418
 419
 420
 421
 422
 423
 424
 425
 426
 427
 428
 429
 430
 431
 432
 433
 434
 435
 436
 437
 438
 439
 440
 441
 442
 443
 444
 445
 446
 447
 448
 449
 450
 451
 452
 453
 454
 455
 456
 457
 458
 459
 460
 461
 462
 463
 464
 465
 466
 467
 468
 469
 470
 471
 472
 473
 474
 475
 476
 477
 478
 479
 480
 481
 482
 483
 484
 485
 486
 487
 488
 489
 490
 491
 492
 493
 494
 495
 496
 497
 498
 499
 500
 501
 502
 503
 504
 505
 506
 507
 508
 509
 510
 511
 512
 513
 514
 515
 516
 517
 518
 519
 520
 521
 522
 523
 524
 525
 526
 527
 528
 529
 530
 531
 532
 533
 534
 535
 536
 537
 538
 539
 540
 541
 542
 543
 544
 545
 546
 547
 548
 549
 550
 551
 552
 553
 554
 555
 556
 557
 558
 559
 560
 561
 562
 563
 564
 565
 566
 567
 568
 569
 570
 571
 572

sed illud per falsos Testes probasti, vel, si Judi-
cem muneribus subornasti, vel eundem metu
compulisti; sic enim non adesset conditio Justi-
tiae, immo, sic, te fore irregularem ex homici-
dio injusto, si illud sequatur, nulli dubium esse
potest.

Prestando expresse.

34. Forma hujus protestationis, quam Canonicam appellamus, quia est à Sacris Canonibus præscripta, hæc est, tres clausulas continens.

Accusatio Primo, b vel denuntio Petrum v. gr. grassatorem de furto mihi illato, ac Secundo peto, ut damnum mihi reficiatur. Et cavetur, ne in futurum simile quid u contra me molitur. b expresse tamen Terrio, profiteor, ac dico, nolle me, ut contra ipsum Petrum vindicta sanguinis exer-

35. Si autem exhibeantur priores duæ partes dictæ protestationis, omnia tertia, nulla erit protestatio, quia in tertia maxime consistit forma ipsius.

36. Præterea est faciendâ coram eo, ad quem
defertur delictum, seu delatum jam fuit, id est,
vel in ipso primo limine querelæ, vel antequam
processus fuerit absolutus, vel saltem antequâ
sententia fuerit lata, quia sic potest semper im-
pediri, quantum est ex parte Accusatoris, Rei
deformatio. At post sententiam, licet ante ejus
executionem, inutiliter fieret, quia executio im-
pediri non potest post latam sententiam. Lege
et Avila, alioque.

37. Quoniam vero à jure non requiritur, ut hæc protestatio fiat cum scriptura, satis erit, si solis verbis proferatur, licet ad majorem probationem, consulendum semper sit, ut fiat in scriptis, coram Textibus, in foro judicatio.

38. Denique non est necesse, ut fiat ex vero animo liberandi Reum à deformitate, Licet ergo vel Primo scias, videasq. crimen, quod defers, esse grave, unde certò mors Reo sit inferenda, vel secundo, tu illam maxime expotes; & ficto animo externe protesteris, non evades, morte secuta, irregularis: quicquid in hoc secundo aliqui d. contradicant, quia satis tu servas, quod Canon præcipit, præcipit autem dumtaxat, ut tu demonstres velle Christi lenitatem, &c. & ita sufficit Coninch: alique.

In iustitia exigente.
39. Ex hac clausula advertis, tibi nihil suffragari protestationem, si verum crimen detulisti,

5. XII.

*De Irregularitate, quam incurunt Testes
in Iudicio ratione cooperationis ad
occisionem iustam.*

T Estis quicunque iuste testificans, seu ap-
probans, coram Iudice Laico in causa
sanguinis, sit irregularis ex defectu lenitatis. Ra-
tio est, quia cooperatur ad deformationem, ad
quam damnatus quis non potest, nisi causa per
Testes probeatur, nam propterea Testes sunt
Ministri, seu sunt assumpti, ut Ministri Iustitiæ.
Excipe, nisi quis testificetur ex obligatione
præccepti.

2. Dixi (quicumque) id est sive Laicus, sive Clericus (quicquid dicat Farinac. a) alique excludentes Totum Laicum ab hac Irregularitate (nam Lex Canonica de Irregularitate considerat actionem testificandi, illamque irregularitati subiecit; at actio hac eadem est in Laico, atque in Clerico. Ita b Covarr. aliique. Solum nota Clericos peccaturos sic testificando, id enim his est prohibitum, ut fuisse tradit Avila) et probatque, id quod non est in Laico, addens, Episcopum non posse dare licentiam Clerico testificandi in causa sanguinis contra Reum, sed solum in favorem.

3 Nota. Si tales fuerunt multi, omnes incur-
rent in irregularitate, morte testificati secuta,
quia ex omnium testimonio concluditur veri-
tas totius Iudicii.

4. Dixi (scilicet approbans) non solum enim Testis examinatus, sive juratus, sive non, sed etiam quicumque sua auctoritate approbat, ut Reus torqueatur, &c. Hic comprehenditur, hi enim sunt, ut Ministri Justitiae, iisque Judex utitur, ad condemnandum Reum.

5. Dixi (iuste) si enim iniuste testificaris, unde quis accedat deformari, te fieri irregularem ex homicidio iniusto voluntario patet ex supradictis.

6. Dixi (coram Iudice Laico) nam, si sis Te-
stis coram Ecclesiastico, qui nunquam
pro-

a Farinas.
g. Crim. 61
n. 66. alia
que ab ipso
citari.
b Covarr.
in Clem. 5.
furios. p. 2.
g. 5. n. 54
Suar. de
Cens. d. 47
sect. 3. n. 2.
c A villa de
Irreg. d. 5.
se. 1. dub. 13.
concl. 1.

procedit ad deformationem, vel coram Inquirentore, à quo per privilegia jam ablatam esse irregularitatem, non multo antea diximus, hic non comprehenderis.

7. Dixi (in causa sanguinis) quia in causis mere civilibus, ut item in causis, in quibus non est infligenda deformatio, potest Testis quis esse sine metu irregularitatis *a* nam, si deinde Judex ex hujus testificatione procedat, vel propter imperitiam, vel propter iniquitatem ad deformandum Reum, ipsi Judici imputabitur deformatio, non tibi, quando tu nullo modo prævdisti, nam, si prævdisti, nec sufficeret cavisti, te esse irregularem ex delicto supra diximus §. præced. num. 21.

8. Dixi denique (excipe, nisi quis testificetur ex obligatione, &c.) nam tunc propter similes rationes, quas in simili diximus de Accusatore, *a* dicendum est, non incurri Irregularitatem.

a Sup. §. 11.

n. 14. *c.* 15.

b Navar.

conf. 18. de

Homic. V.

gol. de Irreg.

6. 7. n. 9. u.

c Covar.

cc. n. 4. V.

gol. de Irreg.

6. 6. §. 9. n.

3. Bonac. de

Conf. d. 7.

q. 4. p. 3. m.

8.

d Farin.

q. crim. 61.

n. 77. Felin.

C. Cum de

cetero n. 2.

alique.

10.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20.

21.

22.

23.

24.

25.

26.

27.

28.

29.

30.

31.

32.

33.

34.

35.

36.

37.

38.

39.

40.

41.

42.

43.

44.

45.

46.

47.

48.

49.

50.

51.

52.

53.

54.

55.

56.

57.

58.

59.

60.

61.

62.

63.

64.

65.

66.

67.

68.

69.

70.

71.

72.

73.

74.

75.

76.

77.

78.

79.

80.

81.

82.

83.

84.

85.

86.

87.

88.

89.

90.

91.

92.

93.

94.

95.

96.

97.

98.

99.

100.

101.

102.

103.

104.

105.

106.

107.

108.

109.

110.

111.

112.

113.

114.

115.

116.

117.

118.

119.

120.

121.

122.

123.

124.

125.

126.

127.

128.

129.

130.

131.

132.

133.

134.

135.

136.

137.

138.

139.

140.

141.

142.

143.

144.

145.

146.

147.

148.

149.

150.

151.

152.

153.

154.

155.

156.

157.

158.

159.

160.

161.

162.

163.

164.

165.

166.

167.

168.

169.

170.

171.

172.

173.

174.

175.

176.

177.

178.

179.

180.

181.

182.

183.

184.

185.

186.

187.

188.

189.

190.

191.

192.

193.

194.

195.

196.

197.

198.

199.

200.

201.

202.

203.

204.

205.

206.

207.

208.

209.

210.

211.

212.

213.

214.

215.

216.

217.

218.

219.

220.

221.

222.

223.

224.

225.

226.

227.

228.

229.

230.

231.

232.

233.

234.

235.

236.

237.

238.

239.

240.

241.

242.

243.

244.

245.

246.

247.

248.

249.

250.

251.

erunt causæ deformationis, atque adeo Irregulares; si causa cadent, erunt fortasse Infames ratione calumniæ. Lege Maiolum. ^a

^a Maiol.
^b de Irreg.
17. n. 4. &
^c

§. XIII.

De Irregularitate, quæ oritur in alijs Iustitia Ministris.

1. Præter Judices, Accusatores, & Testes, de quibus hætenus dictum est, incurrunt etiam irregularitatem hanc (morte Rei, vel mutilatione secuta) Procuratores Advocati, Consiliarii seu Assessores (intellige ex officio, idque in causa criminali, nam de alijs, qui concurrunt non ex officio, dicemus paragr. sequenti) incurrunt item Notarii, seu scribæ, Commissarii, Solicitatores, qui Judicem, ad dandam iustam sententiam deformationis ex officio, adjuvant. Iustam, dico, si enim ad injustam, eos fore Irregulares ex delicto, jam sæpè diximus in similibus.

2. Pari modo incurrunt Satellites, Carnifices, cæterique, qui executionem deformitatis exhibent, vel ei executioni auctoritative assistunt, ne impediatur executio. Quorum omnium ratio est, quia hi ad deformationem concurrunt, tanquam Ministri Iustitiæ.

3. Huc etiam convoco eos, qui occidunt banditos proscriptos, seu foriudicatos, de quibus occidendis, facultatem legitime, ac iuste dedit Princeps, quia tunc quilibet de populo, constituitur Minister Reipublicæ. Cartatius ^b autem notat, eam occisionem non posse licite fieri à Clericis, quia hi non valent constitui Ministri Iustitiæ à Principe: quare, si ipsi proscriptum occidunt, erunt, ait, Irregulares ex homicidio injusto, quia non occidunt ex legitima facultate. Verum id resolvetur melius paulo inferius hoc eodem c. 15. §. 14. n. 7.

4. Milites occidentes hostes in bello iusto hic comprehenduntur, quia tunc ipsi constituti sunt Ministri contra hostes à Principe, sed de illis separatim erit post pauca disputandum.

An contrahatur Irregularitas ex defectu lenitatis ab illis, qui cum non sint Ministri Iustitiæ cooperantur iuste ad deformationem alicuius.

5. Theologus v. gr. vel Jurisperitus legum civilium, vel Sacrorum Canonum, qui non, ut

Advocatus in ea causa (de hoc enim jam dixi) vel Confessarius, vel Parochus, uno verbo, omnis ille, qui non est Minister Iustitiæ, hoc est non habet ex officio adjuvare Judicem ad sententiam sanguinis ferendam, nec cooperari ex officio ad executionem dictæ sententiæ, inquam, Reo occiso vel mutilato, incurrunt ne irregularitatem, si sine peccato cooperantur ad illam!

6. Si id ab antiquioribus scisciteris, tot distinctionibus te distinebunt, ut potius scrupulos ingerant, animumque opprimant quam illum per claram doctrinam elevent: Si à non indoctis recentioribus, ijsque pluribus, idem inquires, uno, vel altero verbo te expedient, negabunt enim hos esse irregulares, quia solis Ministris Iustitiæ, vel Militibus in bello iusto hæc Irregularitas ponitur.

7. Sed ecce, insurgent, statim antiquioris doctrinæ tenaciores. Sacrorumque Canonum rigidiores Interpretes, & cum Martino ^a Prates ^a P. Prates exclamabunt, hanc esse sententiam, nec totam, nec probabilem, nec iure, nec ratione fundatam, immo omnino absurdam, & falsam. At at, bona verba, quæso, temperate vos ab ita, & qua ratione Recentiores hanc doctrinam fulciant, sedatis præcordijs, accipite.

^a P. Prates
^{tes} *manusc.*
de Irreg. d.
4. c. 10. n. 25.
5. junctio.

Probatur prædicta Recentiorum sententia.

8. Sententia, quam probandam suscipimus, hæc est: Irregularitatem ex defectu lenitatis solum subeunt ijs, qui ad deformationem, vel eius accelerationem iusse, ut Ministri Iustitiæ, concurrunt, quales sunt ea genera personarum, quæ diximus num. 1. 2. 3. & 4.

Cæteri, qui ad Ministros non pertinent, Irregularitatem non contrahunt, si sine peccato concurrant, nam, si cum peccato, dicam *mox*, n. 19.

9. Probatio autem potissima, qua hæc sententia persuadetur, illa, est satis efficax, in hunc modum efformata: Irregularitas ex vulgari omnium doctrina solum incurritur, quando ea expressa est in iure; At Irregularitas ex defectu lenitatis solum est expressa in iure contra Ministros Iustitiæ, non vero contra non Ministros; ergo ab illis dumtaxat, non autem ab his contrahitur.

10. Adversarij Minorem huius argumenti opposito modo efformant sic; At Irregularitas ex defectu lenitatis est expressa in iure contra omnes, siue Ministros, siue non Ministros, Atque præ-

M sua

sua sententia sic concludunt. Ergo ab omnibus sive Ministris, sive non Ministris contrahitur.

Possent afferre omnes Textus, in quibus fundantur Adversarij in hac sua Minore firman- da, sed mea brevis id reuult, cum potissimum quilibet possit, si attente eos legat, cognoscere, nunquam in illis expresse contineri, quod ipsi volunt. Adde, satis debere cuique sufficere auctoritatem Doctissimi Patris Vasquez apud Turrianum, a & Gasp. Hurtadum b dicentis, in Jure non inueniri, pro non Ministris, impositam esse ejusmodi Irregularita- tem.

a Turri. de
Cens. l. 9. d.
66. pub. 3.
b G. Hurt.
de Irreg. de
2 diff. 11. n.
14.

c Abb. in
C. Sentent.
ne Clerici
vel Monachi.

d C. Sent.
ne Cler. vel
Monachi.

11. Mihi autem Sacros Canones evolventi solum quædam definitio Clem. IV. & quidam Canon. Innoc. III. videtur utrunque contra nos asserri posse, quæ propterea hic subscribo, & solvo. Figura autem casum cum Abbate, c & alijs, in hunc modum: Princeps quidam cum accepisset litteras à suo Ministro, in quibus monebatur, ut talem hominem facinorosum in tali loco latentem capi juberet, & capite puni- si, dedit legendas suo Clerico. Is paruit, legitque unde homo ille morte mulctatus est: estne Cle- ricus irregularis?

Respondet Abbas, esse, idque, quia sic de- finitur, inquit, Clem. IV. quia posita definitio- ne, jam apparet, incurrir Irregularitatem hanc, etiam à non Ministro Justitiæ, Clericus, enim ille Justitiæ Minister non erat.

Eadem definitio confirmari potest ex verbis Canonis Innoc. d. III. in quibus expresse pro- hibetur, ne quis Clericus litteras scribat, vel dic- tet pro vindicta sanguinis destinandas.

12. Vefum hæc facile solvuntur, nam Primo de definitione prædicta Clem. IV. non constat. Proferatur eius authentica, & manus fortasse dabimus, Secundo, ea concessa, Clemens for- tasse voluit sequi opinionem eæ ætate commu- nem Canonistarum. Tertio, quæ tibi affirma- vit illum Clericum non fuisse Ministrum Princi- pis in omnibus obsequijs, atque etiam in Cri- minalibus expediendis, scribendis, legen- dis?

13. Ad confirmationem. Respondeo, in eo, Textu, ut in alijs, prohiberi, ne Clerici sint ex officio Ministri Principum in rebus pertinenti- bus ad sententiam sanguinis, & merito, tum propter periculum, ne secuta executione sen- tentiæ, sint Irregulares, quia tunc ad de- formationem concurrerent, ut Ministri Ju-

stitiæ, tum, ne commisceantur negotijs sæcu- laribus.

Verba Textus hæc sunt.

Sententiam sanguinis nullus Clericus dicat, aut proferat, sed nec sanguinis vindictam exercent, aut, ubi exercetur, interfuit.

Et paulo post. Nec quisquam Clericus litteras dicat, aut scribat pro vindicta sanguinis de- destinandas, unde in curijs Principum hæc se- licitudo non Clericis, sed Laicis commuta- tur.

Vides, Textus non clare loqui de quacun- que cooperatione, sed de illa, quæ est ex officio. Certè ea verba (exerceat, in Curia Principum hæc sollicitudo, &c.) clare dictam officium osten- dunt.

14. Stet igitur, hanc sententiam, quæ non multis abhinc annis nova aliquibus visa est, jam nunc esse, ad modum probabilem, tum propter rationem dictam, tum propter auctoritatem tot Doctorum insignium, quæ eam hodie, ut probabilem prædicant, tum, quia innumeros scrupulos à Fidelium conscientijs amovet, quos quidem scrupulos à Sanctissimis piæ Ecclesiæ legibus foveri, credendum non est.

15. Doctores autem eam sequentes plus quam triginta numerat, & citat Diana, a Pa- trem Vasquez omnium ante signatum, Turria- num: Delugo, b G. Hurtadum, c Lezzanum, Bassæum, Bannium, Cælestinum, Macha- dum, Setram, Clarinum, Antonellum, Vericel, Joan. Pontium, Brunum, Constantinum à Ca- stro, Guazzinum, Dicastrillum, Carpentem, Escobar, Castropal. d Valentiam, Pellizzariu, Martinon, Remigium, ipsumque Dianam, qui- bus adde novissime Leandrum. e

16. Seiscitabitur Curiosus rationem conve- nientiæ, unde Legislator statuit solos Ministros Justitiæ esse dictæ Irregularitati subijciendos, non vero alios?

Respondeo. Mihi illa venit in mentem, quia Legislator judicavit cooperationem ad ne- cem, quamvis justam, sed ex officio, minus habere lenitatis, cum, veluti ex habitu, ad occisiones illas parandas sit ex dicto officio paratus semper, unde, etiam si semel parrave- rit, ab altari tamen eum esse removendum censuit, quia parravic ex habitu. At coope- rantem sine peccato, & quidem non ex of- ficio, cum non cooperetur ex habitu, idem Legislator judicavit, non esse alienum à Chri- sti lenitate, unde, nec eum esse Irregularem.

Co.

Corollaria, quæ ex prædicta sententia colliguntur ad praxim.

17. Hinc ergo Primo, illi, qui vendunt (ait Gasp. a Hurtad.) aut donant ligna ad vivos comburendos, vel gladios, & fustes, aliaque instrumenta ad interficiendos delinquentes, Faber lignarius, qui furcam erigit, Famuli non ministri Justitiæ, qui à Notario Ministro Justitiæ dicta a de punitione deformitatis scribunt; Illi, qui vendunt, vel donant arma Militibus ad Bellum justum, Servi non Ministri Justitiæ, qui adducunt equum Domino, qui est Justitiæ Minister, ituro ad locum supplicij, ut ibi auctoritatem tribuat Delinquentis occisioni. Illi, qui sive voce sive punitione instigant jumentum, quo interficiendus vehitur, quamvis hi videant, advertantque, inde mortem Delinquenti notabiliter accelerant, Confessarii, & quicumque alij dantes consilium poenitenti, Judici, aut cuilibet alteri officiali publico, etiam immediato executori, nempe Carnifici, ut occidant, vel cito occidant aliquem delinquentem, etiam hunc, vel hunc in particulari, etiam si Confessarius neget Judici, vel Carnifici Absolutionem peccatorum, nisi concurrant ad dictam sententiam mortis justè dandam delinquenti, Illi, qui privatim, sed non juridice petunt à Judice, ut justè occidat aliquem delinquentem, Hi, inquam, omnes non incurrunt in Irregularitatem, quia cum incurrant sine peccato, ut supponimus, non incurrunt, ut Ministri Justitiæ.

18. Quæres hac occasione, Quando quis prædictas, vel similes actiones cum peccato exercet v. gr. cum odio mortali contra Reum, cui procurat mortem, vel eius accelerationem, justè tamen dandam (nam si injustè, scimus tunc incurrere, deformitate secuta, Irregularitatem ex delicto) eritne Irregularis?

19. Respondeo. Colligo ex b Turriano (& sic supponit Prates) e hunc fore Irregularem, & quidem ex delicto, Rationem hujus dicti puto ego, esse illam, quia omnis concursus ad occisionem, vel ad eius accelerationem à privato exhibitus, etiam in prædictis occisionibus ex se justus, est, ut à privata persona procedens omnino injustus, quia injustitiæ actus est procurare occisionem alicujus sine causa.

20. Quare, quando instigas v. gr. jumen-

tum, quo vehitur Reus, ut citius is moriatur, si quidem id facias ob causam, puta ob misericordiam, ne Reus diutius angatur, vel certè id facias nullo malo sine mortis, non eris Irregularis, nec ex defectu lenitatis, quia non es Minister Justitiæ, nec ex delicto, quia non peccas. Si vero idem facias mortis ex odio, Irregularis eris ex delicto, quia id injustè facis; Es enim per actum externum injurius vitæ alterius, dum, cum sine malo, externè instigas verbi gratia jumentum, licet odium sit merè internum.

21. Neque dicas: Cur ergo Judex, vel quicumque Minister Justitiæ (ut nos docuimus in Superioribus) non evadit Irregularis ex delicto, si Reum merentem mortem condemnet, occidatque ex odio? Ne id dicas, inquam; clara enim est disparitas, nam Judex, alijque Ministri Justitiæ cum ex obligatione officij hæc faciant, non injustè faciunt, nec contra Justitiam peccant, licet peccent contra Caritatem ex dicto odio interno. Tu vero privatus, cum non ex officio illa facias, & cum ex alia parte ex actiones non afficiantur bonitate Misericordiæ, vel alterius boni, seu, cum saltem non sint indifferentes; remanent in se peccaminosæ, & contra Justitiam.

Sed redeamus ad Corollaria.

22. Hinc Secundo, Confessarius (ait rectè Corneio apud Dianam a) inducens poenitentem juridicè interrogatum, ad faciendum delictum dignum morte si quando, tamen est casus, in quo dictus Poenitens obligetur, de quo b alibi dictum est) & ille, qui persuadet Reo jam ad mortem damnato, ut acquiescat justæ sententiæ, nec velit injustè appellare, & ille Privatus, c qui Carnifici Reum suspendenti dicat: *En iste adhuc vivit*: ex qua occasione Carnifex redit ad Reum suffocandum: Hi, inquam, non sunt Irregulares, quia hæc non agunt, ut Ministri Justitiæ, nec (ut semper hic supponimus cum peccato.

23. Hinc Tertio, Ille (ait Verricelli d qui extra judicium privatum sollicitat Cognatos, vel Procuratores causæ, ut petant, fore iudicationem, aut poenam sanguinis justè infligendam, non est Irregularis. Et ille Cardinalis (ait e Diana) qui direxit causam criminalem tanquam privatus, consilium dedit, reaptavitque scripturam factam à Fisco &c. non incurrit, secuta Rei morte, Irregularitatem, quia, &

M 2

ille,

a Diana
p. 4. r. 2.
ref. 99.

b In nostro
Dical. lib.
3. c. 4. §. 2.

c Diana
ibidem.

d Verric.
rr. 1. q. mor.
19. contra
Comit. Bo-
nac. & a-
lios.
e Dian. p.
11. r. 2. ref.
63.

Ille, & hic Cardinalis hæc fecerunt extrajudicialiter, & tanquam personæ privatae, nec illam scripturam Cardinalis nomine proprio scripsit, nec ullum Advocati munus exereuit in iudicio.

a Tur. l. c. 24. Hinc Quarto, (ait Turrianus **a**) si quis sine peccato dicat Reo, *Pergamus citius, vel Ascende citius scalas* non incurrit Irregularitatem, idque propter dictam rationem. Idem colligit ex eodem Turriano Diana de eo, qui dicit Reo: *Suppone caput, ad excipiendum ictum*, unde citius supponit, & de eo, qui orat Carnificem, ut aliquid aptet, quo sic citius Reus moriatur (tale iudicarem, si ores, ut Carnifex aptet pulverem sulphureum in pectore Rei, qui est vivus comburendus) & de eo, qui dat consilium capiendi viam breviorē ad locum supplicij, vel excitando Ministros, dicat horam esse tardam, vel populum nimis detineri.

b Gibal. de Irreg. c. 4. q. 13. n. 61. 25. Hinc quinto. Qui detegit Malefactorem (ait Gibalinus **b**) vel clamat, ad esselatronem, ut is comprehendatur, vocando v. gr. famulos, vicinos, custodes in auxilium, ut capiant furem, non est Irregularis, si fur resistens occidatur, vel à Iudice morte damnetur. Adde, non esse præsumendum Ecclesiam velle fovere latronum, & similia insolentias, quæ certe foverentur, si propter timorem Irregularitatis non possent homines clamare, vel detegere eiusmodi delinquentes, Ne tamen hæc sint, ut ab Accusatore, &c.

Et paulo post, hoc est num. 81. Qui clamore (ait) excitat vicinos in furem, qui capitur, & Iudici traditur, ab eoque occiditur, non fit Irregularis, quia ipsemet, ut diximus, potuit eum furem capere, & Iudici tradere.

Excipe, nisi, quando sic manifestans esset Accusator, vel Testis necessarius ad cognitionem causæ, vel alio modo id faceret, ut constitutus adhæc, vel similia, Minister Justitiæ, ut ex supradictis constet.

c G. Hurt. l. c. n. 43. 26. Hinc Sexto. Medicus (ait supra citatus **c** Hurtadus) aut Chirurgus, si juxta artem curet, mutilare, quamvis ex ea mutilatione, aliave curatione, præter intentionem, eveniat mors, non fiet Irregularis, quia Irregularitas lata est pro Justitiæ Ministris non pro Medicis, idque etiam si eiusmodi Medicus sit Clericus in Sacris, quibus, ut supra nos vidimus, vetitum est Chirurgiam exercere. Fiet tamen Irregularis ex delicto, si cum culpa mortali ex

imperitia, vel negligentia, ut ibidem diximus, occidat, mutiletve.

27. Quod dictum est de Medico, dic de Ministrante infirmis, qui si eos veritat ex latere ad laeas, vel transferat de lecto ad lectum, vel erigat, vel ipsidem cibum porrigat, licet ex his actionibus mors, præter intentionem, sequatur, eæque fiant cum cautela, quæ à prudentibus adhiberi solet, non incurrit Irregularitatem, quia prædicti, Justitiæ Ministri nequaquam sunt.

Deciduntur ex prædicta doctrina Casus aliqui peculiari.

Detegens casu Delinquentem.

28. Colloquebatur (ut refert **a** Navarrus) **a** Nav. quidam de Muliere interfecta, cujus delicti **Con. 13. de** Auctor ignorabatur: aderat Religiosus, qui **Homie. lib. 5.** nihil aliud cogitans, interrogavit, an illa mulier esset ea, quam ipse viderat ante tres dies exeuntem cum suo viro extra Urbem? Admiranda sane humani ingenij sagacitas. Hæc merita interrogatio delata est à quodam exstantibus ad Iudicem, qui inquirerens de eo viroprehendit, illum fuisse interfectorem, & non multo post extremo supplicio eundem adjudicavit.

29. His relatis, quærit Navarr. An Religiosus ille fuerit Irregularis? Respondetque **b** Navar. **l. c. cui subscribitur** nequaquam, quia remotissimè se habuit interrogatio illa ad condemnationem. Rectè, sed addere poterat allatam doctrinam, quia hic Religiosus, Minister non erat Justitiæ. **Mol. T. 4. r. 4. d. 74. n. 2.**

Detegens signum, unde cognitus fuit Delinquens.

30. Satellites deprehenderunt hominem de nocte ferentem occultè sub pallio vas argenteum, suspicatique sunt, illud fuisse furto ablatum, unde mane de die illud exposuere palam in foro, ut, comparente fortè Domino, suumque esse probante, convinceretur fur, poenamque deformationis, nempe manus dexteræ amputationem, juxta illius loci leges, subiret. Porro apparuit Dominus, clarissimisque Testibus ostendit vas esse suum, convictusque tur poenam luit. Est ne Dominus, qui nullam protestationem præmisit, Irregularis? Quid etiam de Testibus, qui fuerunt ij Aurifices, qui vas construxerant?

31. Respon-

31. Respondeo, ex dictis §. 11. & 12. clarè sequitur Dominum, si accusaverit, tum Testes esse Irregulares. At aliqua apparet difficultas est. An, si Dominus non accusaverit, sed solum dixerit sine protestatione, *Hoc vas est meum*, & Aurifices dixerint: *Hoc vas nos construximus pro hoc Domino*, inciderint in Irregularitatem? Et nihilominus ex ibidem dictis colligi potest non esse Irregulares, Ratio est, quia dicta Domini, & Aurificum, non sunt propriè Testimonium contra Reum; Ii enim, qui aliquod indicium manifestant extra Judicium, sed quo Iudex deinde utitur ad inquirendum de Reo, ejusque delicto, vocantur quidem aliquando Testes, sed valde improprie; Testis enim propriè est ille, qui intra judicium de aliqua re testificatur, & in Criminalibus quidem semper in præsentia Judicis, ut ex Authentica habet Glossa, 6

nec accusavit, nec querelam deposuit, nec ullam denuntiationem fecit contra Reum. Quare Pontifex Summus merito ipsum pronuntiavit liberum ab Irregularitate.

35. Atque hæc quoad Irregularitatem ex defectu lenitatis, quam prædictus Scholasticus exemptione illorum signorum poterat timere propter securam mutilationem virilium, & oculorum effusionem illius latronis. Nam quoad Irregularitatem ex delicto ob mortem, quam latro sibi consecravit ex occasione sumpta a poena mutilationis, quam Sarelites ei inflixerunt, manifestum nimis est, scholarem illam non incurrisse; ejus enim mortis causam valde remota ipsam fuisse, vel puer videt.

Episcopus tradens Ministris iustitia corpus
occisi.

36. Occiditur Petrus, ejusque cadaver in Ecclesia, vel simili loco Ecclesiastico sepelitur. Iudex autem, ut procedat, ad inquirendum de delicti Auctore, vel ad processum contra aliquem melius confirmandum, vel, ut constet de corpore delicti; petit, ut ejusmodi cadaver exhumetur, inficiaturque. Potest ne Episcopus sine metu Irregularitatis licentiam ad id concedere?

37. Respondeo. Possē, ajunt a nonnulli, ad-
dunt aliqui b debere. Sed profecto, si peti-
tur cadaver, ut consist de corpore delicti, vel
ad inquitendum contra personam indetermin-
natam, quis scilicet delicti Auctor fuerit, omnes
consentiunt possē Episcopum licentiam con-
cedere, quia id solum esset quid reit otum ad
sententiam forē mortis consecuturam. Ad
difficultas vertitur, an possit, quando cadaver
requiritur, ut confirmetur suspicio, vel comple-
atur probatio contra aliquam personam pec-
cuiarem. Sunt v.g. indicia contra Titum,
petitur verō corpus Petri interempti, ut vi-
deatur, an vulnus datum conveniat cum gla-
dio, quem Ministri invenerunt sanguine af-
persum apud delinquentem, vel quid simile.
Et nihilominus quamvis antiquiores putave-
rint, tunc non possē Episcopum licentiam con-
cedere, ne concurrat proximē ad processum
sententię sanguinis contra personam determi-
natam; tamen ex prædicta doctrina, quod Ir-
regularitas ex defectu lenitatis non incurritur.

a Venerus
in exam.
Epif. l. 9 c
30 nu. 26.
Bonac de
contr. d.
5. q. 21. p. 3.
n. 11 Lau-
oritus Var.
T. 1. tit. 2.
c. 12 n. 57.
Dianap 4.
tr. 2. ref 95.
alios citans
b Lauor.
l. c.

M 3

См. 10.

tur, nisi à Ministris Justitiæ, sequitur, posse sine Irregularitatis timore, quia totum, quod facit Episcopus, etiam positivè concedendo licentiam, non facit, ut Minister Justitiæ, puta, nec ut Judex, nec ut Accusator, nec ut Testis in judicio criminali; &c.

2 Congr.
Ep. 22. No-
uemb. 1619
apud Ga-
ventum in
man. a Epi.
V. Sepult. in
Addit. n. 7.

38. Est tamen notanda monitio Congregationis Cardinalium super negotia Episcoporum, quæ apud Gavantum sic habet. Non debet Episcopus dare licentiam exhumandi corpus ad hoc, ut Laici sumant indicia in Criminalibus.

Episcopus tradens copiam renuntiationis Clericatus.

39. Titius renuntiavit coram Episcopo Clericatum (idem esset, si Episcopus aliquem verbaliter degradasset) & deinde graviter deliquit, unde à Judice Sæculari comprehensus est. Nunc petit idem Judex ab Episcopo, vel ejus Ministris copiam ejusmodi renuntiationis, vel degradationis, ut scilicet certus de non Clericatu Titii illum illegitimè morti adjudicet: potest ne Episcopus, vel ejus Ministri eam copiam tradere?

40. Respondeo. Diana loc. cit. postquam vilus est affirmasse, quod possit, addit: sed tu cogita. Ego verò cogitarem, si prædictam hæcenus doctrinam nescirem, vel eam importabilem judicarem. Nunc verò, cum videam Episcopum, vel ejus Ministros tradendo copiam talis renuntiationis, vel depositionis, non fungi munere Ministri Justitiæ Sæcularis, nec Accusatoris, nec Testis in judicio, censeo, probabile esse, quod possint. Non ita esset, si traderent eidem Curie Sæculari processum sortè ab ipso Episcopo factum de homicidio commissio à Clerico; illum enim processum cum fecerit Episcopus, ut Minister etiam ipse Justitiæ, si deinde occideretur delinquens, concurrente, quamvis solum ex parte; ejusmodi processu, nequaquam ab ipso Irregularitas evitaretur.

Judex Ecclesiasticus dans Laico Epistolas quasdam, &c.

41. Judex Ecclesiasticus potest ne sine incursu Irregularitatis dare Judici Laico quasdam Epistolas, inventas apud Reum, quibus idem Judex Ecclesiasticus probaverat dictum Reum commisisse homicidium proditorè, atque adeo immunitate nequaquam gaudere?

Respondeo, non posse. Ratio principalior est, quia Ecclesiasticus dare utiliter non potest has Epistolas, nisi etiam det processum, seu partem processus, quo appareat, eas Epistolas inventas esse apud Reum; at omnes Doctores clamant, processum Judici Laico non posse dari ab Ecclesiastico, ut supra §. 10. n. 21. vidimus. Lege Tancredi, qui latè hoc prosequitur, sed hujus nostræ solidæ rationis non meminit.

2. Tancred.
2. q. 1. mor.
tr. 5. q. 1. C.
sequenti.

§. XIV.

De Irregularitate contrahenda à Militibus in Bello

I. Si injustum sit Bellum, omnes pugnantes,

Simmo omnes cooperantes, quales sunt conducentes Milites, custodientes Sarcinas, animantes exhortantes, afferentes cibos (jurant enim hi omnes ad occisiones, etiam si ipsi immediate arma non tractent) esse Irregulares, vel uno dumtaxat occiso, patet ex supradictis. Nihilominus Doctores non ita rigide loquentes de aliquibus ex his, vide apud Dianam a Diana.
2. At verò, si Bellum sit justum, distinguendum est, an ejusmodi Bellum sit aggressivum, seu offensivum, an merè defensivum.

Et quidem in hoc posteriore nullus, nec Laicus, nec Clericus est Irregularis, etiam si aliquem propriâ manu occidat, quia, defendere Patriam, est de jure naturæ, & jus Ecclesiasticum in illa necessitate non obligat, cum id, vel sit, vel reducat ad defensionem propriam; quando tamen non exceduntur limites necessariæ defensionis, quod mox §. seq. latius explicabimus.

3. In priore autem Belli justigenere, nempe offensivo, pugnantes propriâ manu, si aliquem occidant, mulientve, sunt Irregulares ex defectu lenitatis, quia tunc occidunt, ut Ministri publici exercentes justam vindictam contra hostes. At, si propriâ manu non occidant, licet hortentur, vel etiam pugnent, aliove modo cooperentur ad hostium occisionem, Irregularitatem non incurrunt. Ratio est, quia Sacri & Canones non conjunxerunt Irregularitatem ex defectu lenitatis in Militibus, nisi illis, qui manu suâ occidunt, vel vindictam Deformationis per se exquirunt.

4. Illi item, sive Laici, sive Clerici, qui ob honestam causam Bello assistunt v.g. ad componendam pacem, ad Confessiones excipiendas, ad

b. Extr. 1. C.
2. dist. 11.
Lage. 1. 2. 2.
consequenter.

c. S. T. Ca-
strop. Loj-
ma. Comu.

Nam. a. 1. 1.
quæ citantur.

Obsequ. 1. 2.
nam. a. 1. 1.

consequenter.

de irreg. 1. 1.
Dian. 1. 1. 1.

tr. 8. n. 42.
d. C. Partib.
de Homic.

ad Infirmos curandos, &c. non incurrunt Irregularitatem, quia tanta pietas boni illius operis non est puniendi Irregularitate, immo propter eandem rationem locum hæc habent, etiam in Bello iniusto, quamvis inde Militum animus, ut notat Hurtadus, augeatur.

3. In prædictis unum est addendum de Clericis. Recole enim, ipsi esse prohibitum in Jure propria manu pugnare (intellige ex dictis, in Bello non merè defensivo) & quidem sub ea prohibitione comprehendere, etiam si sine Ducis exercitus, & illi præsent, rectè cum multis notat Digna.

6. Dico igitur Primo, si Clerici in dicto Bello iusto aggressivo neminem immediate deformant, nulla eos Irregularitate innodari. Nam non ex delicto, quia Clericis non est prohibitum hortari in Bello iusto; Neque ex defectu lenitatis, quia hanc solum contrahunt Ministri Justitiæ, quales non esse Clericos, jam dixi.

7. Dico Secundo, probabile esse, eosdem fore Irregulares ex delicto, si propria manu pugnantes aliquem deformant. Ratio est, quia cum ipsi tunc non sint Ministri Justitiæ, iniuste deformant. Id paulo ante in simili me dixisse, memini. Verum cum Castropalao addo, esse probabilius, hos peccare quidem, non obediendo Sacerdotibus, qui verant Clericis pugnare propria manu, ac non esse Irregulares ex delicto, sed solum ex defectu lenitatis. Ratio est, quia etiam ipsi tunc occidunt, ut Ministri Justitiæ, hoc est, ut Ministri Principis dantis valde formidibus pugnantes auctoritatem, ut iuste occidant, esto Clericus peccet acceptando talem auctoritatem.

8. Dico denique Tertio, mihi satis esse probabile, si Pontifex det tibi, etiam Clerico, facultatem, ut occidas in Bello iusto aggressivo, implicite tollere ac incursum in Irregularitatem, ut notat ibidem Castropalao, cum tunc Pontifex agat, ut Pontifex, & Ecclesiæ Caput. Id, quod & nos innuimus paragrapho decimo, numero 22.

§. XV.

De Irregularitate, qua oritur ex propria Defensione excedente terminos, &c.

Quando quis aliquem deformat ad suam suarumque rerum notabilis momenti

defensionem cum moderamine inculpatæ tutelæ, id est nihil facies supra id, quod morali modo necessarium est ad ejusmodi defensionem, non evadit Irregularis; sicut nec esset excommunicatus, si ob similem defensionem percuteret Clericum. Hæc veritas, quamvis olim in dubium verteretur, nunc clavis verbis habetur in Jure.

Si furiosus (inquit Textus) aut infans, seu dormiens hominem mutilat, vel occidat nullam ex hoc Irregularitatem incurrat. Et idem de illo censumus, qui mortem alteri vitare non valens, suum occidit, vel mutilat inuasorem.

2. Quare qui, ut propriam, vel etiam alterius innocentis vitam, vel membra servet, vel ut grave vulnus sibi, vel eidem innocenti infligendum caveat, quique ut propria, vel proximi bona magni momenti, vel honorem, & famam tueatur, alium occidit cum moderamine inculpatæ tutelæ, hoc est, alio remedio uti non valens, non est Irregularis.

3. Quando tamen quis excedit limites suæ defensionis, ut, si potens se defendere alio modo, verbigratia verberando, vel mutilando, occidit nihilominus. Is Irregularis erit ex delicto, quia deformat iniuste, ut ex prædictis patet. Erit autem hoc homicidium caluale, quia se defendens non intendit directe alium occidere, sed se defendere. Hæc & alia minutiora facili inveniunt apud Doctores; et tres casus ad hæc illustranda non sunt à me prætermittendi.

Parochus suos excitans ad Bellum iustum.

4. Quidam Parochus, quæ verbis, quæ aris campani pulato signo, incitavit suos Parochianos, ut se defenderent ab incurusione quorundam hominum, qui oppidum devastare intendebant, ex quibus oppidum multos occiderant. Estne Parochus Irregularis?

5. Respondeo Delugo dasset, seu supponit, Parochum incidisse in Irregularitatem. Lezana negat. Ego ex dictis manifeste colligo, non incidisse. Primo, quia ad defensionem innocentis Patriæ pugnatum fuit. Secundo, quia Parochus neminem propria manu occidit, &c.

Sacerdos alium occidens ad propellendam injuriam.

6. Ugo linus hic lepide quærit de quodam Sacerdote, qui occidit hominem, à quo, arrepta

a. C. Si furiosus. Clericus. de Homicidio.

b. Leges Gal. balin. de Irreg. c. 4. q. 3. an. 10. c. 18.

c. G. Hur. l. c. d. ff. 10. Gidal. l. c. q. 2. Delug. c. 1. Lex. l. mox citan. aliquo ab iisdem citati.

d. Delugo l. 2. Resp. mor. du. 9. c. Lex. conj. 23.

f. V. gol. c. 29. §. 2. n. 3. Barba

Barba, trahebatur, & illum à se aliter extricare non poterat, nisi eundem occidendo; Respondetque hunc Sacerdotem esse Irregularem, quia non agebatur de vita.

*Irreg. c. 4.
q. 3. nu. 15.*

Verum Gibalin. a negat ejusmodi Irregularitatem, & merito, quia gravissima erat ea injuria, ad quam averrendam licet potuit Sacerdos ille injuriantem occidere.

Occidens sibi insidias parantem.

ibidem

7. Idem Gibalin. b duo mihi difficilia intrepide, & sine distinctione affirmat. Primo, eum, qui sibi insidias parantem avertit, occiditque, nec peccare, quia se defendit, nec consequenter esse Irregularem. Secundo, eum, qui injustum invasorem fugientem in continente sequitur, occiditque, v. g. post alapam impactam, nec peccare propter eandem rationem, nec Irregulariter fieri. Hæc, inquam, duo sic absolute dicta mihi apparent difficilia. Nam ego lib. 6. in Decal. c. 1. §. 1. n. 15. pro priore ex prædictis casibus, ne tunc peccaretur, requisivi, ut proximè, & in procinctu pararet quis alium occidere, & §. 3. num. 3. pro posteriore casu dixi, id non esse in praxi recipiendum, Relege locum.

Ut effugiam periculum vite, evitare aliquando possum Irregularitatem.

*c. Delug. de
Inst. d. 8. se.
6. n. 86.*

8. Breviter propono casum, quem proponit Delugo c. Veneno infecit Petrus ficus comedendas à suo inimico, Verum casu advenit amicus, & comedit, Petro vidente, eoque ne suum crimen proderet, tacente. Estne Petrus hujus amici injustus homicida, atque adeo Irregularis?

ad idem ibi.

9. Respondet Delugo d non esse, quia ex una parte hujus amici mors præter Petri intentionem prius evenit, & ex alia, Petrus non fuit injusta causa mortis amici, quia cum tanto suo periculo manifestandi suum delictum, non tenebatur illum monere de Veneno.

Vir occidens uxorem inventam cum adultero, &c.

*c. In Tract.
de excom.
Si quis
judicantis.*

10. Huc reduci id potest: pertinere enim videtur ad defensionem honoris proprii. Equidè de hac re quoad Excommunicationem, si tunc in fragranti crimine occidatur Clericus adulter, agitur alibi, nunc vero loquendo de Irregularitate, puto, propter similes rationes, quæ

ibidem dicuntur, esse probabile non incurrere Irregularitatem, de quo argumento plura habes apud Dianam. a

*a Diana p.
11. tr. 6.
res. 28.*

§. XVI.

De Irregularitate, qua oritur ex mutilatione.

1. Non solum, qui occidit hominem, vel numeretiam, qui ejus membrum aliquod mutilat, (ut sæpè in Superioribus per occasionem insinuat) in pœnam Irregularitatis incurrat, ejus prius species, est ea, quæ incurritur ex homicidio, ita ut sicuti ex homicidio injusto, sive voluntario, sive casuali incurritur Irregularitas ex delicto, sic ex injusta simili mutilatione. Et sicuti ex homicidio justo incurritur à Ministris Justitiæ Irregularitas ex defectu lenitatis, ita ex eadem simili justa mutilatione. Quare omnes modos, varietatesque, quas supra haberi diximus ab Irregularitate ex morte secuta, dic pari modo, haberi ex mutilatione, nam propterea sæpissimè utrumque comprehendimus sub uno nomine *Deformationis*.

2. Unum tamen, vel alterum discrimen esse inter Irregularitatem ex Homicidio, & Mutilatione mox apparebit §. 17. num. 25.

Porro illæ duæ quæstiones propriæ sunt hujus loci. Primo, quid intelligatur nomine membri, cujus mutilatio Irregularitatem inducit, Secundo, quid nomine mutilationis.

3. Adverte autem, aliud esse loqui, Primo, de eo cui ob mutilationem membrum aliquod deest. Secundo, aliud de eo, qui sibi ipse membrum amputat. Tercio, aliud de eo, qui alteri membrum mutilat. De Primo, & Secundo egimus supra capite octavo, paragrapho primo, & secundo, hic autem solum de tertio agendum est. Relege locum, ubi maximè advertendum dixi, non valere argumentationem ex uno istorum ad aliud, ut ibidem explicui.

4. Cujus membri mutilatio alteri facta Irregularitatem pariat?

b. S. Paul.

4. Membrum est corporis animati pars, non quæcunque, sed illa, quæ proprium, ac distinctum munus gerit in corpore, juxta illud ad b. Rom. Omnia membra non eundem actum habent, & juxta doctrinam Aristot. c. dicentis, operationem

*ad Rom. 12.
c. Aristot. de part. anim. l. 1. c. 15.*

in corpore esse propter membra, id est ex membris. Hinc recte ait Bartolus, a statutum contra amputantem membrum non urgere contra amputantem digitum, & habentem plures solito digitos non dici, habere solito plura membra.

5. Membrum igitur est, quod ex se in corpore est instrumentum propriæ, ac distinctæ operationis. Partes autem membri sunt eæ, quæ ad dictam operationem coadiuvant, quales sunt digiti coadiuvantes ad operationem manus. Lege Covarr. baliosque.

6. Hinc Capilli, Barba, Ungues, cum solum sint ad ornamentum, atque operationem, vel nullam habeant, vel certè tenuem, membra sine dubitatione non sunt. Contra, Oculi, Nares, Manus, Pedes, &c. quia distincti pollent operationibus, certo, & ex omnium sententia sunt membra. At vero Dentes, Gena, Crura, seu Tibiæ, & Brachia ut distincta ab Ore, à Pedibus, à Manibus, cum non videantur habere proprium actum, sed coadiuvare, incertum est apud Doctores, an membra distincta sint.

7. Mihi hac in re certa sunt duo, tria aliquibus incerta videntur, quæ tamen mihi non videntur incerta.

Certum mihi est Primo, Oculos, Nares, Aures, Linguam, Manum, Membrum genitale, Pedes esse propriè membra, atque Irregularitatem parere in illo, qui aliquod ex his alteri abscindit. Ratio est, quia hæc, extra controversiam, actum, seu operationem distinctam habent.

8. Certum mihi Secundo, Capillos, Barbam, Digitos, Dentes, Labia, Nervos, Testes, Palpebras, Supercilia, non esse membra distincta, atque adeo, neque Irregularitatem inducentia in amputante aliquod ex illis. Ratio est, quia hæc, vel solum sunt ad hominis ornatum, vel ad actum coadiuvant, vel insunt in corpore ad munia quædam communia, & secundaria. Cum Testes dixi, non intelligo utroque, sed alterutrum, nam uno dumtaxat efficiente, non tollitur generandi usus, tollitur, efficiente utroque.

9. Nonnulli inter hæc numerant brachium, & Crus, seu Tibiam, ut separata à Manibus, vel Pedibus, unde dicunt, non fore Irregularem eum, qui alteri non habenti Manus, vel Pedes abscinderet brachium, vel crus. Verum ego de hac doctrina valde ambigo, dubitationisque rationem mox aperiam à numero vigesimo primo.

Tamburinus de Sacramentis.

10. Dices. Qui dentem alteri excutit, vel labia tundit, vel capillos evellit, vel faciei cutem excoriat, vel similia facit, quamvis membrum non mutilet, tamen illum non raro reddit adeo deformem, ut reddat simul Irregularitatem ex notabili deformitate: ergo etiam & ipse, qui Irregularitatem in altero parit, erit Irregularis ex illo principio, quod aliqui tenent. Ac cum semper esse Irregularem, qui alium Irregularem reddit.

11. Respondeo. Negando consequentiam; falsum enim est, eos omnes fieri Irregulares, qui alios Irregulares faciunt; nam, qui filium spurium generat, & qui Judex condemnat Reum de infamia, & qui veneficio v. g. mentem sani hominis insanam reddit, non sunt Irregulares, cum tamen Irregularem reddant filium, Reum, hominem illum.

12. Porro incertum est Primo. An mulieris mamilla sit membrum? Diana, alique negant, quia propriam, & distinctam operationem illa non habet. Suarez & cum aliis, & cum eodem Diana salibi, tanquam probabilis affirmat, eamque mutilantem ab alia repellit. Ego cum Suarior sentio, quia & Arist. g. & Hurtados, h. & communiter alii docent, in mamillis feminarum sanguinem converti in lac: quare actum proprium distinctum ab aliis membris habent. De mamilla autem Mulieris loquimur, nam mamillam hominis distincta operatione carere, videmus omnes.

13. Incertum est secundo, an Auricula sit membrum? Auriculam dico, hoc est cartilagineum aurium externum; nam auris, id est totum organum audiendi esse membrum, nullus negat.

14. Controversiam rem hanc reddidit Glanvius, qui docuit, eam non esse à numero membrorum repellendam, siquidem illa præparat, seu fovet sonos, vocesque, illasque veluti colligit, ut melius audiantur: quod est munus peculiarare.

15. Confirmat Primo, ex h. Speculatore, qui quæstioni quærenti, An abscissio Auriculæ Malchi facta in hortu à S. Petro fuerit causa Irregularitatis in Petro? Respondet, non fuisse, quia tunc non erat inducta Irregularitas; Inteligit ergo Speculator, Auriculam esse membrum, nam secus respondisset, non fuisse S. Petrum Irregularem, quia membrum non amputavit.

16. Confirmat Secundo, quia Antonius qui-

dam in sum. Conf. V. Auric. k. Speculator Tit. de Di-

a Silv. V.

Homie. 2.

q. 3. Maiol.

de Irreg. l. 1.

c. 2. n. 10. &

l. 5. c. 50.

n. 5.

b Nav. in

summa c.

27. n. 207.

Sayr. de

Conf. l. 6.

c. 15. nu. 7.

Avila de

Conf. p. 7.

d. 3. dub. 3.

ver. finem.

c. De hoc

ult. vide

mox n. 35.

d Diana p.

p. 17. r. 1.

20. Covar.

l. c. n. 7. Sal-

sed. prax.

crim. 109.

Avila de

Conf. p. 7.

d. 5. c. 1.

dub. 1.

c. Suar. de

Conf. d. 4. 4.

16. n. 9.

Sayr. de

Conf. l. 6. c.

15. n. 18.

Farina c.

in fragm.

V. Irreg. n.

507. & V.

Clericum n.

373.

f. Dian. b. 4.

11. 2. ref. 6.

g. Arist. de

Gener. ani-

mal. l. 4. c. 8.

h. Galen. de

usu partu l.

8. c. 22. & l.

de sper. sub

int.

Glan. in

quidam Anachoreta præcidit sibi Auriculam, ne ab Ægyptiis advocaretur ad Episcopatum. Sentiit ergo Antonius, Auriculam esse membrum, quandoquidem ejus abscissio debebat illum ab Episcopatu retrahere.

17. Confirmat Tertio, quia, secus, qui alteri Nasum abscinderet, non esset Irregularis, quod nemo concedet. At ita se habet Nasus ad odores excipiendos, atque ad odorandum, sicuti Auricula ad audiendum.

18. Verum rogo te, studiose Lector, ne rem hanc incertam dicas in posterum. Probabilissimum enim est, Auriculam, sicut & Nasum, non esse membra, sed membrorum partes (Nasum dico, non Nares, id est totum organum olfaciendi, hoc enim esse membrum distinctæ operationis, jam dictum est modo) Ratio hujus probabilitatis est, quia Auricula, & Nasus coadjuvant ad audiendum, atque olfaciendum secundario dumtaxat, & minus principaliter, cum sine his audire possis, & olfacere: Ex quo solvitur Giani ratio principalis.

19. Ad confirmationem primam, quicquid Speculator respondere potuisset, satis ipsi fuit, per suam responsionem abscindere radicem, totius quæstionis, dicendo, tunc nondum fuisse poenam Irregularitatis inductam.

Ad confirmationem secundam, sicuti Anachoreta ille erravit, sanè bona fide (nisi ad peculiarem Sancti Spiritus impulsu confugas) amputando sibi Auriculam, cujus ipse, ut cæterarum corporis partium, Dominus non erat, sic erravisset, si putavisset id, quod Gilius contendit. Fateor autem Anachoretam, si Canones sciebat, sique tunc prodierant, rectè potuisse putare, se Irregularem fieri, sibi Auriculam abscindendo: ad Irregularitatem, enim incurrendam, satis est per Sacros Canones, si sibi quis partem membri abscindat, qualis est Auricula, cum tamen, si alteri abscindat, debeat abscissio esse membri, non membri partis, ut modo dictum est num. 4.

20. Ad confirmationem tertiam jam ex dictis patet.

a Fill. tr. 19. c. 9. n. 136. Suar. de Cens. d. 44. Incertum est Tertio, An alteri amputans partem membri sit ab Irregularitate semper immunis.

ib. 2. n. 9. Turr. de Cens. l. 9. disp. 67. dub. 2. 21. Respondeo, quandoquidem multi nimis multa hic congerunt, ego hanc brevem regulam ex variis Doctorum dictis colligo. Quando tanta, & tam notabilis est mutila-

tio partis membri, ut ratione dictæ mutilationis id, quod remanet, non possit absolute dici illud membrum, seu quando id, quod remanet, habere physicè, & absolute non potest usum, ad quem ejusmodi membrum institutum est à natura (ut si cui v. g. omnes quinque digiti à manu amputentur) toties ejusmodi amputatio dicitur, & erit amputatio membri afficiens Irregularitatem in amputante, secus, non item. Ratio regulæ est, quia amputatio tantæ partis est vera, & absoluta amputatio membri, cum amputetur id, quod principaliter facit ad usum membri, cui similis non est amputatio Auriculæ, vel Nasi, de qua modo n. 18. dictum est.

Hinc mihi difficile fuit numero nono assentiri iis, qui dicebant amputantem brachium, vel crus illi, qui manu, vel pede cætebat, non esse Irregularem, difficile, inquam, fuit. Cum enim brachium, & crus sint magna pars membri inservientis ad eorum membrorum usum, qua ratione, qui illud alteri amputet, Irregularis non erit?

22. Idem propter eandem rationem dico de amputante manum ei, qui omnibus caret digitis, & de eo, qui à carente pedum digitis, ipsum pedem fecerit.

23. Quid de eo, qui alterius pollicem, & indicem detruocat?

Respondeo, idem dici debere, quia manus sic amputata sit notabiliter, ne dicam ex toto, inepta ad munus suum exercendum, quicquid in oppositum sentiat a Gilius; nam propterea idem dico, tum de eo, qui tres digitos minores simul cum parte manus ipsius correspondente alteri abscindit, jam enim hoc pacto fit manus inepta ad res tractandas, tum de eo, qui omnes ferè dentes alteri excutit, &c.

Quid veniat nomine Mutilationis?

24. Quod illa mutilatio, quæ tollit membrum, inducat Irregularitatem certi juris est, ut ex dictis liquet, & nulla quæstione dignum. At illud dignum est, ut inquiratur, an sola debilitatio membri quæ illud fiat ineptum ad operationes proprias, membro tamen non abscisso, faciat te, qui illud debilitasti, Irregularem, quasi ex mutilatione æquivalente?

25. Aliqui absolute affirmant, te Irregularem facere, quia, inquiunt, paria sunt aliquid

non n. 1. aliquid

non esse, atque inutile esse; ergo pari poena est plectendus, qui facit, ut non sit membrum, atque, qui facit, ut sit inutile.

Suarez a vero distinguit: Vel ita debilitasti alterius membrum, ut, licet ineptum remaneat ad operationes proprias, juvat tamen in corpore, vel ita, ut omnino aridum a te sit redditum, & nihil prorsus juvet. Si priore modo debilitasti, non es Irregularis, quia verè non abscidisti membrum: Si autem modo posteriore, Irregularis es, quia moraliter, & æquivalenter tanta arefactio privans vita membrum illud, est moralis amputatio.

26. Sed nec illi placent, nec Suarj licet ingeniosè excogitata distinctio. Ato enim absolute, in utroque, & in quolibet alio simili casu, quo non separetur physicè membrum à corpore, hanc Irregularitatem non induci. Ratio est, quia, ut toties docuimus, Irregularitas non est inducenda, nisi adsit expressum jus: at jus nullibi morale, vel æquivalentem abscissionem Irregularitati subijcit, sed physicam abscissionem, detractionem, amputationem, &c.

27. Scio aliquando idem reputari in Jure b Civilis uxorem non habere Maritum, & illum inutilem habere, & in Canonico eodem reputari de Præbato inutili Ecclesiæ, ac de nullo, sed hæc disponuntur, quoad aliquos effectus ex Juris fictione, quæ non potest procedere, quoad Irregularitatem, quæ expressa debet esse in jure, & pro qua Jura nunquam aliquid simile finxerunt. Et quidem signatè dixi (quoad aliquos effectus) nam cæterum, nec uxor potest propter virum inutilem matrimonium inire cum alio, quia nimirum durat vinculum, neque Episcopo inutili datur successor, sed solum à coadjutor, &c. ut videas, non in omnibus paria reputari, non esse, & inutile esse.

28. Dices: In Jure e Canonico dicitur causa esse Irregularitatis mutilatio, & detractionio: ne igitur altera ex his vocibus sit superflua, illud (detractionio) significabit debilitationem, quasi æquivalentem detractionem.

29. Confirmatur, quia in eodem Jure f mutilatio ræmbri, & sanguinis effusio idem censentur in ordine ad incurrandam excommunicationem à percutiente Clericum, non ob aliud, nisi, quia hæc duo sibi invicem æquivalent, Ergo idem in casu nostro, &c.

30. Respondeo, non esse novum in jure ob

majorem explicationem duas poni voces synonymas, idemque significantes. Adde Primo, nimis longè petitam esse hanc significationem, ut detractionio significet debilitationem.

Adde Secundo, in odiosis non posse à propria significatione vocis ad impropriadem deflecti. Adde Tertio, Codices emendatos allati Textus habere (mutilare, & occidere).

31. Ad confirmationem nego causalem. Ratio enim illius incursum in excommunicationem est, quia sive mutilatio, sive sanguinis effusio semper supponuntur fieri per percussionem, cui ex Jure annexa est excommunicationis.

32. Dices Secundo. Qui aridum reddit alteri membrum v.g. manum, illum Irregularem reddidit, ergo, & ipse Irregularis est.

Respondeo. Huic objectioni satis responderi potest ex dictis modo n. 12.

33. Ex his sequitur eum, qui manum, pedes, vel aliud membrum arefacit totaliter, vel auditum, visumque, immo mentem, rationisque discursum alteri tollit, si membrum non amputet, licet, ut certum est, gravissimè peccet, non tamen Irregularitatem contrahit, quia sic, neque occidit, neque mutilat.

34. Sequitur item, eum, qui sibi debilem vel aridum omnino reddit membrum, si illud non abscindat, vel, sic, se deformem, ineptumque ad Ecclesiastica munera non faciat, non fore Irregularem, quia nec membrum, nec partem membri sibi abscindit. Quam doctrinam hic decernendam remisi supra cap. 7 §. 2. n. 17.

35. Sed jam superest curiosa quæstiuncula pertinetis quidem ad præcedentia, sed huc commodius transmissa. Inquiri enim, an si quis ab altero abscindat membrum inutile v.g. manum aridam, incurrat in Irregularitatem annexam mutilationi?

36. Respondeo. Suarez sua utitur distinctione, aitque si membrum, quantumvis omnino inutile, vivat tamen eum, qui illud ab se abscindit, fieri Irregularem, quia verè mutilat corporis humani membrum, si autem non vivat, sed est omnino aridum, & siccum, Irregulari non fieri, quia tunc, perinde esset, ac si is membrum abscinderet à cadavere.

37. Equidem tanti viri doctrinam venor, sed ei, acquiescere non possum; ejusmodi enim amputatorem semper fore Irregularem, puto, quia semper membrum humanum, seu hominis detruncat, cui detruncationi Sacri

Canones Irregularitatem addixerunt, nihil distinguentes. Nec verum est, perinde esse membrum arefactum ab homine vivo recidere, ac recidere à cadavere, qui est homo mortuus: membrum enim, quamvis arefactum, aliquid facit ad integritatem hominis vivi, & quamvis nihil faceret, certe mutilum absolute vocare non potes illum, qui membrum, licet arefactum habet.

38. Qui plura membra alicui mutilat, an plures incurrat Irregularitates? supra dixi §. 10. & n. 14.

Qui item dubitat, se mutilasse, an Irregularitatem se censere debeat? dixi item supra cap. 5. §. 10. n. 10.

§. XVII.

Quis dispense in Irregularitate ex Homicidio.

1. Diversi Juris est dispensatio Irregularitatis ex defectu lenitatis, quæ ex dictis incurritur à Ministris Justitiæ, & à Militibus in Bello offensivo justo. & dispensatio ex homicidio injusto casuali, & dispensatio ex homicidio injusto, & denique dispensatio Irregularitatis ex mutilatione. Separatim igitur de singulis est dicendum.

2. Cum autem hic loquamur de dispensatione, ejus natura semper requirit causam, adverte. quoties nos dictum sumus, hunc, vel illum posse dispensare, semper intelligendum esse cum causa proportionata ad gravitatem Irregularitatis, juxta ea, quæ dicuntur in Tractatu de Dispensatione. Hanc monitionem hic apposui, propter frequentes dispensationes quæ circa Irregularitatem ex Homicidio expediti solent, ceterum in omnibus dispensationibus prædictis, & in posterum dicendis, eam esse apponendam, diserte pronuntio.

Quis possit dispensare in Irregularitate ex defectu lenitatis?

3. Summum Pontificem posse, nimis est manifestum. Quid Primo, de Episcopo?

4. Decem & octo Doctores enumerat, licet eos non sequatur, a Pasqualibus docentes, posse Episcopum dispensare in Irregularitate ex defectu lenitatis. Ducunt autem hi proba-

a Pasq. q. mor. cont. 3. q. 226.

tionem allatæ doctrinæ à concessione Episcopis data à Tridentino, a concessioneque esse datam, ita deducunt.

5. Datur Episcopis facultas dispensandi in omni Irregularitate, præter illam, quæ est ex Homicidio injusto voluntario: sed Irregularitas ex defectu lenitatis non est ex Homicidio injusto voluntario, ergo de illa datur facultas Episcopis.

6. Vides, fundamento, quam apparenter solidum, ii Doctores innuntiant? Quod tamen, etiam indiligenter, expensum mihi, tibi, aliisque levissimum apparebit. Falsa enim omnino est dicti Argumenti Major; Siquidem Tridentinum non dicit Episcopis dari facultatem dispensandi in omni Irregularitate, præter illam, quæ est ex homicidio injusto voluntario, sed dicit, dari facultatem dispensandi in omni Irregularitate proveniente ex delicto occulto. At Irregularitas ex defectu lenitatis nequaquam est ex delicto. Profer, Amice, Tridentini verba.

Licet Episcopi in Irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto provenientibus excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & cetera, quæ est deducta ad forum contentiosum dispensare.

Cum igitur Tridentinum solum disponat de Irregularitate ex delicto, relinquit Irregularitatem ex occisione justa dispositioni antiquorum Canonum, quæ soli Pontifici, ut omnes scimus, reservatur, ut nobiscum sentiant viginti tres Doctores citati ab eodem Pasqualigo, quibus adde ipsum b Pasqualigum, aliosque.

7. Neque mirum, si ejusmodi potestate fruatur, tum Commissarius Cruciatæ, tum in ordine ad suos, Prælati Regularium, pro his enim aliqui putant (an probabiliter, dicetur alibi) adesse Pontificis concessionem, quæ non est pro Episcopis.

8. Dicit Diana & ex Lessio, d per Epicheiam concedi id etiam Episcopis; sed Respondeo, te nimis gratis fingere hanc Epicheiam universalem circa concessionem ejusmodi dispensationis, quæ res universaliter non admodum est necessaria. Epicheia autem solum in necessariis quibusdam casibus insolitis locum habet. Nec auctoritatem Lessii obtendas; is enim id non dicit in libris de Justitiâ a se editis, sed in posthumis quibusdam commentariis, certe non magnæ auctoritatis mihi, & aliis.

Quia du. 6. n. 11.

*Quis possit dispensare in Irregularitate ex
Homicidio injusto casuali?*

9. Maxime recolendum est, quod nam sit homicidium casuale, quod merè voluntarium, nam casuale sit non ex directâ voluntate occidendi, sed aliud intendendo, quale etiam supra diximus, esse homicidium factum in sui defensionem, excedendo limites debitos; tunc enim non intendit quis alium occidere, sed se defendere. Voluntarium autem fit ex directâ voluntate occidendi, quale non ex probabiliori sententia diximus *paragrapho 6. numero 5.* non solum esse homicidium ex insidiis, & alias præconsultatum, sed etiam factum in iuxta subitanea, quamvis illud fieri in eo tantum calore intendatur. Id, inquam, maxime recolendum est, ut bene intelligatur, quantum se extendere ea potest, quæ sola est ad dispensandam Irregularitatem ex homicidio casuali, non autem ex homicidio voluntario.

Yo. Iam vero potestatem dispensandi in Irregularitate ex homicidio casuali occulto, & non deducto ad forum contentiosum, præter Pontificem, de cuius potestate dubitare, esset in meritis cæcutire, inveniri apud Episcopos respectu suorum ovium, est æcertum ex Tridendo *sess. 24. c. 6. de Ref.*

At vero dispensationem ex eodem homicidio casuali publico non esse apud dictos Episcopos, nisi ipsi se committatur à Pontifice, disponit idem Tridentinum sess. 24. r. de Ref. Eius verba hæc sunt: Si quis propter homicidium casuale, vel causa defectionis incidit in irregularitatem, cuius iure quodammodo Dispensatio ad omnes Ordines, Beneficia & Dignitates debetur, ipsius causa committatur loci Ordinariæ, aut, ex causa, Metropolitano, qui, non nisi causa cognita, & probata precibus, ac narratis, nec aliter, dispensare possit. At si irregularitas contraxisset propter homicidium voluntarium, carebit perpetua sse dispensatione, &c.) Nota illud (causa cognita & probata, &c.) id enim significat, Concilium hic loqui de homicidio casuali publico.

Non est igitur credendum & Marchino abso-
lutè concedenti posse Episcopum dispensare
irregularitatem ex homicidio casuali publico,
seu notorio, ut merito cum alijs non credit
Leander.

ii. Illud tamen hic habet ex Henriquez, in hac Irregularitate ex homicidio casuali, quamvis publico, & deducto ad forum contentio-

sum, posse ab Episcopo dispensari ad Minores Ordines, & ad simplex Beneficium; Cum enim de his directè non agat Tridentinum, servandum est Jus commune, quod hæc Episcopis concedit. An quoad eodem Minores idem dicere possimus in Irregularitate ex homicidio voluntario, dicam mox numero vigesimo secundo.

*Quin possit dispensare in Irregularitate ex
Homicidio voluntario.*

12. Falsum, & nulla ratione firmum judican-
dum cum communi sententia est contra Abba-
tem, Irregularitatem ex homicidio voluntario
esse inductam Jure Divino. Quare in illa pos-
se dispensare Summum Pontificem, indubita-
tum est.

Quod si in aliquibus Textibus hæc dicitur
indispelabilis, ideo dicitur, quia difficillimè ob-
tinetur, & cum quibusdam oneribus, v. g. ut dis-
pensatus abstinere ab altari per triennium, ut
non celebraret in loco delicti, ut ingrediatur in
Ordinem aliquem Religiosum, &c.

Lege Pyrrhum a Corradum, & Marcum b a Pyrrh.
Leonem, qui referunt, explicantesque formu-
las petendæ hujusmodi dispensationis sive im-
mediatè à Summo Pontifice, sive, quando ho-
micidium esse occultum, per Pœnitentiariam,
sive per Datariam, quando est publicum.

13. Circa illam conditionem, quam solet Pontifex apponere, ne Dispensatus celebret in loco delicti, dubitatum nudius tertius fuit, an excludatur Suburbia. Occidisti v. g. hominem Panormi, obtines dispensationem celebrandi, sed non in Loco delicti, potesne celebrare in Ecclesia v. g. Capuocinorum, vel S. Therese, vel S. Antonini, quæ sunt licet extra muros Civitatis?

14. Respondeo cum Diana, b posse; siqui- b Diana
deinamodis suis suburbia non veniant sub nomi- p. 4. r. 4.
ne Civitatis; esto veniant in favoribus, idibi- re 123.
nem lege latius disputatum, & limitatum quo-
ad Interdicta.

15. Vides autem in hac responsione à Diana supponi, idem esse (in loco delicti) atque (in Civitate), ubi commissum est delictum. Quoniam vero in rigore non idem est, Locus, ac Civitas, ideo rursus dubitatum fuit, An prohibitus celebrare in loco delicti excludat alia loca ejusdem Civitatis? Occidisti verb. gr. hominem in Vicinia Domus Profes-

sa, vel in Parochia Sancti Nicolai, &c. potes
ne celebrare in Templo Parochiae Sancti An-
tonij sito in eadem Civitate, sed non in eo-
dem vico, quo in loco, commissum fuit deli-
ctum?

a Pyrh.
Conrad. l.
5. de Dis-
pens. c. 1. n.
15.

16 Respondeo, Pyrrhus & Conradus vide-
tur favere sententiae affirmanti, sic enim habet:
*In Dispensatione hac imponitur aliquando, ut
Orator in loco commissi delicti, & quandoque
(quod idem est) in Ecclesia loci, ubi commissum est
delictum, nunquam celebret. Quod si fuerint duae
Ecclesiae aequae viciniores loco delicti, intelligitur de
utraque, ut declaravit Clemens. VIII. Haec Pyrr-
hus. Ubi vides ipsum putare idem esse (in loco
delicti) atque (in Ecclesia loci, ubi commissum
est delictum) unde quis argumentari sic pos-
set: Si prohibitio sit, ne Orator celebret in Ec-
clesia loci delicti, potest in alia Ecclesia remo-
tiore; Ergo, si prohibitio sit, ne celebret in lo-
co delicti, poterit in alia Ecclesia remotiore,
quam vis existente in eadem Civitate.*

17. Sed profecto mihi id non probatur; am-
plius enim quid est in loco, quam in Eccle-
sia, & puto nomine loci intelligi, in hac materia
dispensationis Irregularitatis ex homicidio to-
tam Civitatem. Esto enim, in Jure Civili rele-
gatus ab aliquo loco non intelligatur relega-
tus a tota Civitate; tamen in nostra materia Ir-
regularitatis clare apparet, Pontificem nolle, ut
Dispensatus celebret in loco, ubi cum aliorum
scandalo facile sciatur, homicidam celebrare;
facile autem, & sciretur, & videretur a Civi-
bus, qui modo in unam eiusdem Civitatis Ec-
clesiam, modo, in aliam confluere, ad audien-
dum Sacrum, solent.

DE EPISCOPO.

18. Certè Episcopus nihil potest circa dis-
pensationem Irregularitatis ex homicidio vo-
luntario injusto, sive publicum sit, sive occultum,
quia absolute omnem Irregularitatem
ex homicidio injusto voluntario promanantem
excipit Tridentinum, quale etiam est homi-
cidium in subita rixa, ut diximus num. 9.

19. Sunt aliqui, qui dicunt homicidium
injustum voluntarium, si sit occultum, vel
non inducere Irregularitatem ullam, vel si in-
ducat, eam esse dispensabilem ab Episcopo.

20. Utrumque dictum est nimis falsum, nam
quoad prius, omnes Canones edicunt, omnes-
que Doctores dicunt absolute oriri Irregulari-

tatem ex homicidio injusto voluntario: At
non ne homicidium occultum, homicidium
est? Verum de hoc dixi universaliter supra
cap. 5. §. unico.

21. Quoad posterius: Cum Concilium Tri-
dentinum diserte, & absolute dicat, Episco-
pum non posse dispensare in Irregularitate ex
homicidio voluntario, nec distinguat, de no-
to, vel ignoto, de occulto, vel publico, qua
veritate poteris affirmare solum publicum à
Concilio Episcopo denegari?

22. Sed potestne Episcopus Irregularem
hunc ex homicidio voluntario dispensare, sal-
tem ad receptionem Minorum Ordinum, & ad
usum jam antea receptorum, & ad Beneficium
simplex? Dico Irregularem hunc, nam de Ir-
regulari ex homicidio casuali jam diximus pau-
lo antea num. 12.

23. Respondeo, non a posse. Ratio est, quia
Tridentinum b licet videatur initio limitare
potestatem Episcopi dispensandi in hac Irre-
gularitate ad Sacros Ordines, deinde tamen
addit: *Omni Ordine, ac Beneficio, & Officio
Ecclesiastico perpetuo careat*: quae certe locutio
omnium ordinum, etiam Minorum usum, &
receptionem, & omnium Beneficiorum acqui-
sitionem, etiam simplicium comprehendit.
Non est tamen improbabile mentem Triden-
tini fuisse, ut Episcopus possit usum Minorum
Ordinum antea receptorum huic Irregulari
concedere, non vero receptionem aliorum.
Beneficiorum autem simplicium acquisitio-
nem, ideo concedere Irregulari huic non po-
test Episcopus, quia Tridentinum sub eadem
clausula confecti prohibet Irregulari Benefi-
cium curatum, ac simplex. Quoniam ergo cer-
tum est Episcopum non posse dispensare ad
Curatum, nec ergo ad simplex poterit. Lege
Henrici. c. alioque, nec omittas Gasiam,
d qui notat Pensionem, licet Ecclesiasticam,
cum non sit propriè Beneficium, homicidam
hunc ab illius receptione nequaquam excludit
id, quod nos etiam diximus supra cap. 6. §. 3. nu.
decimo.

Qui possit dispensare in Irregularitate ex
Mutilatione.

24. Quod possit Summus Pontifex nimis
est manifestum. An possint Praelati Regula-
rium, vel Commissarius Cruciae infra uni-
versaliter, & ferè remissive.

25. Quoad

23. Quoad Episcopos ergo hic est brevis sermo, & Afferro, eos posse dispensare in Irregularitate ex mutilatione occulta, quia id ipsis conceditur à Tridentino d. 14. sess. 24. c. 6. dum enim Tridentinum concedit Episcopis, ut possint in omnibus Irregularitatibus ex delicto occulto provenientibus dispensare, excepta Irregularitate ex homicidio voluntario, cum mutilatio non sit homicidium, clare sequitur, Irregularitatem ex mutilatione occulta non esse exceptam, & ita tenet communissima sententia, a sive mutilatio sit facta alteri, sive ut dixi c. 1. §. 2. sibi ipsi.

26. Obstat tamen Sanchez, b quia in mutilatione, inquit, ex delicto adest etiam defectus lenitatis, qui ab Episcopis non dispensatur, cum ipsis solum sit concessa potestas dispensandi ex ea parte, qua mutilatio est delictum, non vero qua deficit à significatione lenitatis Christi.

27. Sed facile Respondeo, nam Tridentinum, dum concedit Episcopis potestatem dispensandi Irregularitatem contractam ex delicto, concedit etiam potestatem dispensandi Irregularitatem ex defectu lenitatis, quæ imbibitur in ipso delicto; si qua tamen illa ibi imbibita sit, quod supra c. negandum esse, ex probabili sententia diximus, dum docuimus, Irregularitatem ex defectu lenitatis, a solum contrahi à Ministris Iustitiæ. Ratio autem, quod id etiam concedat, c. 1. quia Tridentinum absolute concedit potestatem dispensandi Irregularitatem ex Mutilatione, ut deduximus num. 25. ergo cur tu lenitate illam velis? Et quidem, si esset hæc potestas limitanda Episcopo, non posset ipse absolute dispensare in Irregularitate ex homicidio casuali occulto, quia in illo semper esset imbibita Irregularitas ex defectu lenitatis, & tamen omnes concedimus ex vi huius loci Tridentini eos posse. Adde novum esse cognoscere duas Irregularitates ex eodem actu provenientes, a ut supra contra Merollam pluribus expendimus.

28. Irregularitatem ex voluntaria mutilatione publica non potest Episcopus dispensare, quia id ipsi non conceditur à Tridentino. Solum in casuali publica posse, non mihi videtur improbabile, licet apud neminem legerim, eam illis tamen limitationibus, quas poscit idem Tridentinum sess. 14. c. 7. Nam quamvis ibi Tridentinum loquatur de Irregularitate ex

homicidio casuali publico, tamen idem videtur esse de Irregularitate ex mutilatione publica casuali.

Si sit publicus ipse defectus membri mutilati, sed delictum fuerit occultum, posse ab Episcopo dispensari diximus cap. 1. de v. §. 3. num. 24.

Monitio pro Imperatore Dispensationis Irregularitatu ex Homicidio.

29. Adverte, Lector, nequaquam valere, a sed esse subrepticium dispensationem Irregularitatis pro secundo homicidio commisso, nisi facta sit mentio de dispensatione data pro primo. Rationem huius doctrinæ habuisti à me b supra satis.

Quid si quem occidi, erat Sacerdos, vel Religiosus, vel Pater, &c.

Respondeo, de his, cum pertineant ad tractationem de Dispensationibus satis sit, si inuam, te eavideri posse apud Pyrrhum & Conradum, qui rectè advertit, in petitione Dispensationis Irregularitatis ex homicidio omnes ipsius homicidij qualitates esse prorsus exprimendas.

§. XVIII.

Quid possit Commissarius Cruciatæ quoad Dispensationem irregularitatu prædicta, immo, & aliarum.

Et Remissivè, quid possit ipsa Bulla, & Prælati Regularis.

1. Commissario Cruciatæ his verbis conceditur potestas dispensandi Irregularitates quasdam in Bulla, apud Ludovicum d. 1. de Cruce. Et, qui Commissarius deputatur, datur Cruciatæ, facultas dispensandi, & componendi super Irregularitate cum his, qui quibusvis Consensu Ecclesiasticum legati, Missas, & alia Divina Officia, non tamen in contemptum Clavium, celebrant, seu alijs se illi immiscuerunt.

2. Et super alia qualibet Irregularitate (præter quam ratione homicidij voluntarij, ac Simonia, vel Apostasia à fide, aut Hæresis, vel propter malam Ordinum susceptionem, contractam) cum retentione Beneficiorum, & fructuum in eis perceptorum, & Infamia, ac Inhabilitate exinde provenientia, abolitione, & executionis Ordinis non male susceptorum restitutione. Hactenus Bulla, cujus

a AVA
alios citant
p. 2. d. 6.
sess. 5. dub.
3.
b Supr. l.
8. r. 2. de
matr. c. 8.
§. 2.
c Pyrrh.
Conrad. l. 6.
§ de Disp.
pens. c. 1.

ius minutiorem explicationem. Lege apud Bardi, & aliosque ab eodem citatos.

3. Quid autem possit Confessarius electus ab eo, qui Bullam Cruciatam accipit, diximus latè in *b* Superioribus.

4. Denique quoad Religiosos, vel loquimur de Prælati, & Confessariis Regularibus comparatione Sæcularium; & Ajo, saltem pro praxi, tenendum esse, nullam eos habere potestatem in dispensanda Irregularitate quacunque, quicquid aliqui dicant e apud Dianam, quos ipse merito non sequitur: esto idem Diana d d *Dian. p.* alibi concedere illis aliquid videatur, & esto *11. Tr. 4. R. 3.* multa benigniora concedat, immo pluribus *Dian. p. 11.* contendat. Bruno.

tr. 2. R. 26. Vel loquimur de iisdem Prælati in ordine ad suos Subditos, & Ajo, quemlibet ex his sua debere Privilegia consulere, eorumque limitationes, si adsint, quæ videre possunt apud Castropal. f aliosque.

CAPUT XVI.

De Irregularitate ex Bigamia.

§. I.

Pramittitur quid, & quotuplex sit Bigamia.

36. Contr. 11. I. I dicuntur g propriè Bigami, qui cum *q. 9. Dian.* sint baptizati, duo, vel plura valida matrimonia successivè contraxerunt, & consummarunt (in quo consistat, Matrimonium esse consummatum *h* alibi diximus.) Neque ergo sola sponsalia, vel sola Matrimonia tantummodo rata propriam Bigamiam constituunt, tunc enim propriè ea constituitur, quando quis dividit carnem suam in plures: Cujus rei ratio alia non est, nisi, quia congruum visum fuit Ecclesiæ, ut sicut ipsa Ecclesia unica Sponsa est Christi, ita ejusdem Ministri non dividerent carnem suam in plures uxores, si autem dividerent, essent Irregulares Irregularitate, quam Sacri & Canones vocant ex defectu Sacramenti, id est ex defectu significationis, seu hujus determinatæ rei Sacræ, id est unicæ conjunctionis Sacræ, seu Spiritualis Christi cum Ecclesia.

Potro in universum Bigamia in tres distinguitur Classes. In veram, quæ est, quam nuncto præcedere diximus. In Interpretati-

vam, quæ est illa, quæ afficitur, qui Matrimonium contrahit, consummatque cum vidua, vel cum violata ab alio, vel cognoscit suam uxorem, quæ cum aliquo adulteraverit. In similitudinariam, quæ est, quando quis post solenne Castitatis votum in aliqua Religione contrahit Matrimonium cum quacunque, etiam virgine.

§. II.

Bigami sunt Irregulares.

I. Bigamos ergo sive verè, sive interpretativè, sive similitudinariè ab Ordinibus recipiendis esse repellendos, atque adeo Irregulares esse, nimis est in Jure manifestum.

Et quidem potest quis propter Bigamiam affici pluribus Irregularitatibus specie diversis, ut si sit Bigamus ex vera, si ex Interpretativa, si ex similitudinaria, &c. atque has esse omnino speciatim explicandas, si fortè earum dispensationem petas, certum sit, ut universaliter aliquanto inferius *b* admonebo. Adverte tamen, si quis una Bigamix specie laboret, sed ex multis actibus solum numero distinctis, contraxerit v. g. tres, quatuor plures Nuptias, adverte, inquam, hunc unam dumtaxat Irregularitatem incurrisse; Sicuti unam contraxit Affinitatem cum Maria v. g. ille, qui cum ejus Sorore multas, repetitasque copulas habuit. Lege Sanchez, aliosque citatos à e Diana, cui certè multum Sapientium schola debet ob varietatem sententiarum, quas erudite in lucem eduxit, à Theologis expendendas.

2. Manifestum item est, eosdem Bigamos privari usu Ordinum receptorum.

3. Manifestum est denique, eosdem, post incursum Bigamiam, nullum posse acquirere Beneficium Ecclesiasticum.

4. Quæres: Ordinatus, cui superveniat Bigamia, gaudetne privilegio fori, & Canonis?

Respondeo, sub necessaria distinctione. Ordinatus in Sacris nullum Clericale privilegium amittit, ut rectè notat Sayrus: *d* at Ordinatus in Minoribus utroque prædicto privilegio privatur, immò iisdem Ordinatis in Minoribus, si ipsi evadant Bigami, sub excommunicatione ferèda prohibetur delatio habitus, & Tonsuræ Clericalis, Clericahs, inquam, nam, si quis Bigamus fiat Religiosus cõversus, poterit ferre habitum, immò, & Tonsuram Religionis, ac superpellicem.

pellicum, si in ea Religione conversi illa ferre solent, tunc enim non defert, ut Clericus, sed, ut Monachus, uti etiam, qui illū percipit, in excommunicationem incidit, non quia percipiat, Clericum, sed, quia Monachum, Plus aliquid addit Sanchez, sed non omittatur Tancredi. b

§. III.

Quis dispense in Irregularitate ex Bigamia?

Minus rectè non nemo putavit, posse quidem Summum Pontificem in reliquis generibus Bigamiae dispensare, non tamen in vera.

Minus, inquam, rectè, si quidem in omnibus potest, quia omnes humano, seu Ecclesiastico Jure sunt introductæ. Legatur S. c. Thomas, & Valent. d.

2. De Episcopo autem habet tria. Primò, Is non potest dispensare cum verè, vel interpretativè Bigamis (excipe, quod dicānu. quin- to) ad Ordines Sacros suscipiendos, nec ad eosdem exercendos, potest tamen cum Bigamis si similitudinariè (semper intellige ex rationabili causa, & in Ordine ad oves suas) Ratio est, quia hoc posterius conceditur Episcopis in e. Jure, non vero illud prius.

3. Non ergo sequi possum prædictum Valentem, d. 86. lentiam putantem, posse Episcopum cum Bigamis veris, vel interpretativis dispensare quoad usum Sacrorum Ordinum, non possum, inquam, quia refragantur Jura, præsertim Cap. 49. de Testor. distinct. 34.

4. Secundò. Idem tamen Episcopus potest dispensare cum Bigamis cuiuscunque generis, ad receptionem Ordinum Minorum, & ad eorum usum. Ita colligo ex dicto cap. Testor. 14. tr. 2. r. & habetur à Sanchez salijque. Scio autem ab aliquibus putari probabilius, non posse, quoad receptionem, & concedi dumtaxat, quoad usum, Sed profectò satis est, sententiam: non de Cens. d. stram esse probabilem.

5. Tertiò. Idem Episcopus potest cum suis Bigamis dispensare in omni Irregularitate, quæ proveniat ex delicto occulto. Ita colligitur ex universali Decreto Tridentini h. per quod conceditur Episcopis potestas dispensandi in omni Irregularitate, quæ provenit ex delicto occulto, præter homicidium voluntarium.

Tamburinus de Sacramentis.

CAPUT XVII.

De Irregularitate ex defectu Natalium.

§. I.

Illegitimi sunt Irregulares,

Illi hoc defectu Natalium laborant, qui sunt illegitimi. Horum autem duplex est Classis, quantum ad nos pertinet; Alij enim sunt nati ex Parentibus, inter quos potest legitimum intercedere Matrimonium, puta, utrisque solutis, atque hi appellantur filij naturales. Alij vero, qui vocantur Spurij, sunt ij inter quorum Parentes non potest Matrimonium legitimum intercedere, quales sunt illi, qui laborant aliquo impedimento Matrimonium dirimente.

2. Ad hanc posteriorem Classem spectant nati ex conjugibus, quorum alter, vel uterque post consummatum Matrimonium de consensu alterius emisit solenne Votum castitatis in Religione, vel de pari consensu Ordinem Sacrum suscepit. Votum (dixi) solenne, nam, si uterque vel alteruter emisit simplex Castitatis Votum, eorum filius legitimus est. Non est autem inutile notare, hos filios ex prædictis conjugibus, sive Profellis, sive Ordinatis in Sacris, solum esse illegitimos quoad Irregularitatem, de qua nobis est sermo, id est, esse impeditos ad suscipiendos, exercendosq; Ordines, atque ad acquirenda Ecclesiastica Beneficia, non vero in Ordine ad successiones in bonis temporalibus. Hæc constant ex Jure, a C. Ex lit. de filiis.

3. Porro omnes illegitimos, sive naturales, sive spurios esse in Jure Irregulares, atque adeo arcendos ab Ordinibus, eorumq; usu, atq; à Beneficijs, ac Jurisdictione Ecclesiastica, nisi sit tritum. Rationes congruentiæ fuerunt tres: Ordinis reverentia, Paterni criminis detestatio, & ut ab imitando Patre filij detererentur.

Illegitimitas ignota.

4. Si quis autem illegitimus ignarus impedimenti bona fide Ordines suscipiat, licet ob ignorantiam inculpabilem non peccet, illos suscipiendo; tenebitur tamen, ut primum de impedimento advertit, tum à susceptorum exercitio, tum ab alijs Ordinibus suscipiendis abstineret.

a C. Ex lit. de filiis

Præb. lege

Sanc. l. 9.

matr. d. 38

de Giba-

lin c. 3. q. 1.

b C. Quan-

do. d. 24. c. 1.

de filiis

Præb. Lega

Glossam in

c. 3. de filiis

Præb. et.

2 Argum. C
Nisi cum
pridem, De
Renuntio-
ne.

stinere, donec dispensationem legitimè obtineat. Pia tamen Ecclesia illud voluit, ut a huic dispensatio non negaretur.

Quod si cognoscens suum impedimentum suscipiat dictos Ordines mala fide, peccabit mortaliter, & parimodo abstinere à susceptis, & suscipiendis multo magis obligabitur.

5. Quæres, Is Illegitimus sive suscipiens Ordines, sive jam susceptis utens mala fide, præter peccatum, incidit ne in aliam Irregularitatem, quasi proveniente ex violatione suæ Irregularitatis, per quam prohibebatur ab Ordinibus suscipiendis, & exercendis?

b Avil. de

Censur. p. 7

d. 3. dub. 11.

sonsl. 2.

Sayr. de Cef

l. 6. c. 10. n.

30. Bonac.

de Cens.

d. 7. q. 2. p. 3

n. 12.

6. Respondeo, nō incurere b aliam Irregularitatem (quicquid aliqui satis pauci asserant in oppositum) quia Irregularitas non est censura, ex cuius censuræ violatione oriri possit alia Irregularitas, ut supra iterum me dixisse, memini.

Quare merito ex Rebuffo docent l. cc. Sayrus, & Bonacina, illegitimo, qui celebravit v. g. dispensationē suæ illegitimitatis, satis, esse ne in posterum peccet, ut dispensetur solum in dicta illegitimitate, vel per subsequens Matrimonium inter suum Patrem, Matremque eodem, quo mox dicemus, evadat legitimus; nec enim opus habet Dispensatione circa Irregularitatem ortam ex tali celebratione, cum per dictam celebrationem nullam contraxerit Irregularitatem.

Illegitimitas probabilis.

7. Qui ita habet probabiles rationes, immò, & probabiliore, se esse illegitimum, ut tamen habeat similes rationes probabiles, se esse legitimum ex doctrina universali alibi data, poterit sequi probabiles has rationes sibi faventes, nec se, ut Irregularem reputare, nisi forrè tanta sit probabilitas contraria, ut obscuret probabilitatem legitimatatis, juxta dicta capite quinto, paragrapho Unico, numero decimotertio.

Illegitimitas dubia.

8. Qui se illegitimum esse, negativè dubitat, debere adhibere diligentiam moralem ad indagandam veritatem, antequam suscipiat, vel exerceat Ordines, ex doctrina communi scimus omnes, & ante adhibitam eiusmodi diligentiam debere se, ut Irregularem tenere, omnes

item scimus, qui enim non vult de veritate cognoscere, ex dolo se agere, nimis clare demonstrat.

9. Solum igitur quæstio esse potest, Primò an dum quærit sine fraude veritatem, possit exercere suos Ordines, quos forrè habet, quasi utens illis, quos bona fide, ut supponimus, suscepit, & nunc possidet.

Secundò, Quid post adhibitas diligentias morales, per quas non potuit suam dubitationem expellere: poteritne, ut legitimus, atque adeo Irregularitate carentem se gerere?

10. Ad hoc posterius Respondeo, affirmativè, quia, ut supra vidimus, solum in facto Homicidij debet quis in dubio se Irregularem tenere, non vero in alijs materijs. Vide, quæ dixi lib. primo in Decalog. capite tertio, paragrapho septimo V. Legitimus.

11. Ad illud prius b communis opinio tenet, se, dum de veritate quærit, debere, ut illegitimum, atque adeo, ut Irregularem tenere, quia posset occurrere, quod inveniat, se verè illegitimum, atque adeo Irregularitate effectum, celebrare. Verum ego legentibus considerandam offero doctrinam Caramuelis, e quam alibi d. artuli, dicentis; conjugēs bona fide tales, superveniente dubio de impedimento dirimente, interim, dum veritatem exquirunt, non privari facultate petendi, & reddendi debitum, quia non sunt privandi facultate, quam bona fide possident, donec moraliter certò constet de impedimento. Videat ergo Lector, an id etiam in casu nostro affirmare possimus, quod idem cogitandum indicavi supra universaliter cap. 5. §. 1. n. 27.

§. II.

Qua ratione dubitatio de Illegitimo Natali removeatur.

1. Qui natus est ex conjugata, præsumitur legitimus, nisi contrarium clare appareat; siquidem possidet tunc, esse filium ex Matrimonio; is enim in Jure filius est, quem Nuptiæ demonstrant, & in dubijs, ut notant Menochius, falsique, semper præsumitur id, quod honestum est.

2. Rursus natus ex conjugata, cuius Matrimonium sit invalidum ob aliquod impedimentum, sed tamen, vel uterque vel etiam solus unus ex conjugibus injerit bona fide

Matri-

Matrimonium, natus, inquam, ex tali conjugata filius, est legitimus, a quia ob bonam fidem, saltem unius ex Parentibus, Ecclesia, quasi venerando faciem illam externam Matrimonij, noluit filios ex eo natos reputare Illegitimos.

3. Idque verum est etiam, pendente lite de validitate Matrimonij, & dum Parentes, præcepto Judicis, essent interim separati, & etiam si postea illud Matrimonium declaratur fuisse invalidum. Ita b Jura, & Doctores. c Ant tamen, sicuti hic reputatur filius legitimus, si Parens reputandus sit legitimus Parens, ita, ut v. g. ejusmodi filio succedat, &c. negat Sanc. l. c. quem lege.

4. His tanquam certis præhabitis, tria sunt ad Natalium veritatem expiscandam diligenter expendenda. Primò, Rumor, seu Fama. Secundò, Testimonium Parentum. Tertiò, Tempus Nativitatis filij.

Rumor, seu Fama.

Ubi

De Expositis, Remissivè.

5. Si, cum sis filius conjugatæ, adsit Fama contra tua Natalia, legitimum te pronuntio, nisi aliud addatur. Ratio est, quia Rumor, & Fama nihil probant contra justum possessorem, nisi alijs adminiculis adjuvantur. At tu nunc possides, esse filium ex Nuptijs, atque adeo esse legitimum. Si vero ignorentur tui Parentes, vel ex his alter, vel sis expositus, tunc majorem vim contrate habebit Fama; sed tamen sola non tollit omnino dubium contra te, donec aliæ fortiores superveniant conjecturæ.

De Expositis, si quid scire amplius cupis, Lege librum primum nostri Decalogi cap. 3. §. 7. P. Legitimus.

Testimonium Parentum.

6. Non teneris fidem habere d. Matri asserenti, te esse illegitimum, etiam si mortis proximaret, immò, neque teneris habere fidem utrique Parenti, si idem asserant (quicquid dicant f. Suar. & Filliuc. g.) nisi asserantur aliæ conjecturæ, probationesque, quales essent, si Mater probaret, vel tu scires, eam continuo veritatem esse cum adultero, & Matrem gra-

viter odio habuisse, vel, si Pater ostendat, tempore quo tu filius conceptus fuisti, se longè à Patria abfuisse, vel similia. Ratio datæ doctrinæ est, quia cū his adminiculis certa moraliter rediditur tui Natalis macula, at sine his semper prævalet possessio legitimi Matrimonij, atque adeo tua pura Nativitas.

7. Matrem eo tempore, quo concepit, admisisse præter suum virum, etiam hominem alium, vel filium facie, colore, corporis gestu esse valde similem adultero, & ejusmodi judicia, quæ falsa esse possunt, non faciunt moralem de tua illegitimitate certitudinem. Vide hæc latius disputata apud Doct. a

8. Quid autem erit in sequenti casu? Ego clarè cognosco, inter meum Patrem, Matremque intercedere impedimentum dirimens, at ignoro, an bona fide contraxerint; si id enim scirem, jam essem legitimus, ut modo dictum est. At, quia hæc ignoro, & via nulla datur veritatem expiscandi, inquiri, an me legitimum esse putare possim?

9. Respondeo, a posse, quia nemo debet præsumere delictum ab alio fuisse commissum, idemque, ut probabilius puto, si unus tantum fateatur de mala fide contraxisse; sufficit enim tibi præsumere bonam fidem in altero.

10. Sed quid, si uterque malam fidem fateatur?

Respondeo, te debere illegitimum reputare, quia nunc ex una parte possides impedimentum, atque adeo non est casus modo numero quinto dictus, quando certum erat, te esse filium ex legitimis Nuptijs, & ex alia parte, bona, vel mala fides est difficilis probationis, nec aliunde sciri potest, nisi ab oporantium dicto: Si ergo ipsi Parentes id dicunt, ipsis in hoc erit credendum. Ita philosophatur Prates loco citato numero duodecimo.

Tempus Nativitatis filij.

11. Si mulier filium pariat decimo, vel undecimo; post viri mortem, mense, præsumitur filius legitimus, immò, & talis viri filius, si nequeat supponi, illum ex novis Nuptijs legitimis esse, vel ex aliqua illicita copula fuisse natum, Ratio est, quia ex Aristotele etæo illo tempore mulieres uterum gerere, contingit.

12. Similitatione, si Meretrix nupsit, & filium pariat septimo à Nuptijs mense, natus reputatur, in favorem Matrimonij, legitimus, nisi

git. allatū
contra nos
à Suar.

moz. citan
do.

f. Suar. de

Conf. d. 50

se. 4. n. 7

g. Fill. tr. 19

c. 144. C. n.

145.

a Castrop.

T. 2. d. 4. p.

1. Sanc. in

Conf. l. 4. c.

3. d. 1. c. 2.

Santarellus

li. 1. Variar

à q. 20.

Verric. Tr.

3. qu. mor.

45. c. tr. 8.

qu. mor. 30

in nos. De

cal. lib. 1. c.

3. §. 7. V. R.

lius.

b. Suar. l. 6.

se. 4. n. 10.

Avila de

Conf. p. 7. d.

3. du. 10. B.

nac. de Cef.

d. 7. q. 3. p. 3

nu. 4.

c. Aristot.

de Nat. a-

nima.

lium l. 7. c.

4. Hippocr.

lib. de septi-

mo, c. octo

mestri par-

tu Valle. 2

epid. sec. 3.

com. 2. 5. Me

roll. T. 1. d. 3

c. 3. nu. 376

nisi

nisi clara probatio sit in oppositum, quia ex Medicis, & experientia, etiam septem menses apti sunt, ad integrum partum efficiendum.

§. III.

Qua ratione cessat illegitimitas, & consequenter hac Irregularitas.

1. **C**essat Primò, per subsequens Matrimonium legitime contractum inter Parentes. Secundò, An per professionem in aliqua Religione? Tertio, An ex confessione Principis potentis legitimare? De singulis separatim.

a Sixtus V.
postquam
anno 1595.
b Ex C. Tã-
ta Qui filii
sini legit.

De legitimatione per subsequens Matrimonium.

c ex l. c. ã
quis C. de
natural li-
beris. Co-
uarr. de
Spons. p. 1.
e. 8. §. 2. a
n. 21 Maiol
tr. 2. d. 172.
e passim
Doctores
citati à
Barb. in
Colloc. ad
dist. C.
Tanta.
c Azarp. 2.
l. 10. c. 4. n.
5. Sayr. de
Cons. l. 6. c.
puram.

10. n. 19. 3. Hæc doctrina certa est, quando, inter tuam Nativitatem, & eorum Matrimonium, nullum aliud Matrimonium intercessit. Sed quid, si inter venerint alie Nuptie? Eadem v. g. Berta, ex illicita familiaritate cum eodem Antonio, suscepit Filium nomine Casarem, postea nupsit Petro, quo Petro mortuo, nupsit per secundas legitimas Nuptias prædicto Antonio, evadit ne legitimus Casar?

11. 22. Co- 4. Respondeo, evadere e legitimum, quia jam Matrimonium hoc legitimum est, atque in nullo impeditur à Nuptiis illis interjectis. Et nota, tum pro hoc, tum pro Antecedenti casu, satis esse, si Matrimonium subsecutum sit,

tantummodo ratum, quamvis nondum sit consummatum.

5. Petes. Si dictus Casar Beneficium Ecclesiasticum, & Ordines accipiat antequam Berta, & Antonius Matrimonio copulentur, & valide, & licite Beneficium retinere poterit, subsecuto inter dictos suos Parentes Matrimonio, & licite poterit Ordinum usum exhibere?

6. Respondeo. Dividenda est petitiō. Nam, quoad Beneficium, si, qui sustinent, Irregularitatem invalide recipere Beneficia, consequenter docere debent, invalide, & illicite ipsum ea retinere, etiam subsecuto Matrimonio. Ratio est, quia actus semel invalidus per solam remotionem impedimenti, vel per supervenientem habilitatem non validatur. Cum ergo hi teneant, invalide ab illegitimo, hoc est, ab Irregulari acceptum fuisse Beneficium, consequenter tenere debent, non posse revalidari per supervenientem habilitatem legitimam, quam quis acquirit à subsequente Matrimonio.

At, quia nos putamus supra a validam esse, quamvis illicitam ejusmodi receptionem, ideo consequenter hic concedimus, à superveniente Matrimonio illam corroborari, ita, ut licite incipiat possidere Beneficium. Retentio enim Beneficii in nostra sententia erat illicita solum ob impedimentum Irregularitatis; hæc ergo sublata, non remanebit illicita. De fructibus Beneficii antea perceptis, lege citatos.

7. Quoad Ordines, Dico, posse b prædictum Casarem eos, quamvis Saeros (quicquid alii sentiant) licite exercere, subsecuto inter ejus Parentes Matrimonio, & ad alios ascendere. Ratio est eadem, quia ejusmodi actus solum erant illiciti ob impedimentum Irregularitatis, quo per illegitimitatem Casar laborabat, à qua jam nunc est perfecte liberatus.

Hæc non admodum sunt controversa. Illa duo controversantur inter Doctores difficultius, Alterum in Matrimonio putativo, Alterum in filio spurio.

An fiat legitima proles ex Matrimonio putativo?

8. Si v. g. Berta, & Antonius dirimenti impedimento affecti, copularentur Matrimonio sine dispensatione, idque bona fide, utpote ejusmodi impedimentum inculpate nescien-

tes, dubitatur, an hoc Matrimonium solum putatum legitimum sit idoneum, ad reddendum legitimum Cæsarem eorum Filium susceptum ante dictum Matrimonium? Ratio affirmandi esse potest, quia, ut supra vidimus, propter bonam fidem Parentum, proles, quæ subsequitur Matrimonium bona fide susceptum, legitima est; ergo etiam videtur legitima esse proles, quæ antecessit. Et quidem propter dictam rationem, ita sustinet Basilus. *a. Basil. p. 8. le matr. l. 1. d. 1. n. 13. iureque Janac. de Conf. d. 7. q. 2. p. 6. n. 6. i. addunt.*

9. Respondeo. Et prius moneo, duplici modo prædictum casum evenire potuisse. Primo, si Berta, & Antonius erant habiles ad Matrimonium inter se celebrandum, quando conceptus, vel natus est filius, sed deinde supervenit impedimentum, propter copulam v. g. quam habuit Antonius cum Sorore Bertæ, ex qua dictus Antonius, dictaque Berta facti sunt inhabiles, ad Nuptias inter se celebrandas; celebrarunt tamen cum inculpabili utriusque, vel alterutrius ignorantia, quæ in hoc casu Cæsar filius non fuit spurius, sed naturalis. Secundo, evenire potuit, si Berta, & Antonius erant inhabiles ad dictum Matrimonium eodem dicto tempore, quo natus, vel conceptus est Cæsar, quia v. g. erant consanguinei infra quartum gradum, & id inculpate nescientes, Matrimonium in facie Ecclesiæ contraxerunt, atque in hoc casu filius susceptus fuit vere spurius.

10. Hoc monito. Dico, tum in priore, tum multo magis in posterore casu Cæsarem filium nequaquam esse evadere legitimum. Ratio est, quia hæc prerogativa reddendi legitimum filium, datur Matrimonio *Tanta est* (ait Textus *et*) *vis Matrimonii*. At prædictum Matrimonium putativum. Matrimonium non est. Rationi dubitandi facile occurrat: Nam, quod Matrimonium bona fide putativum legitime filios post ejusmodi Matrimonium susceptos, expressè habetur in Textu, sed non est expressum, quod simile Matrimonium bona fide putativum legitime filios susceptos ante dictum Matrimonium, & multo minus filios vere spurios, ex quibus est in secundo casu Cæsar.

An aliquando spurius legitimetur per subsequens Matrimonium?

11. Casum figuremus claritatis gratia. Berta, & Antonius consanguinei per illicitam copu-

lam suscipiunt Cæsarem filium spurium, deinde dispensationem obtinent, unde legitimum ineunt Matrimonium. Quæro, an Cæsar fiat legitimus? Figura eundem casum hoc alio modo. Berta uxor Petri, & Antonius maritus Ca harinæ per copulam adulterinam suscipiunt eundem Cæsarem Filium utriusque spurium. Postea mortui Petri, & Catharinæ, unde remanentibus Berta, & Antonio solutis, celebrant iidem inter se secundas Nuptias, & inquirunt à me, an Cæsar legitimitatem acquirat?

12. Aliqui absolute negant, alii concedunt: sed nisi distinguas, vel errabis, vel solidam tuam dictam rationem asserere non poteris. Maxime enim sunt distinguenda duo tempora; vel enim prædictus Cæsar in utraque figuratione casus, & fuit conceptus; & fuit natus eo tempore, quo inter Bertam, & Antonium intercedere nequebat legitimum Matrimonium, vel quamvis fuerit conceptus dicto tempore inhabili, natus est tamen tempore, quo jam fuit sive per dispensationem, sive per mortem Petri, & Catharinæ ablatum impedimentum.

13. Hac distinctione præhabita. Dico Primo, in priore dictæ distinctionis casu Cæsarem non fieri legitimum. Ratio est, quia, dum conceptus fuit, & natus ex Parentibus actu inhabilibus ad Matrimonium, jam contraxit labem damnati sanguinis, nec ullum privilegium illam maculam purgandi unquam à Judice concessum est.

14. Dico Secundo, In posteriore ejusdem distinctionis casu, Cæsarem fieri legitimum. Ita Molina, & alii. Ratio est, quia adest privilegium, seu Jus, quod concedit per subsequens Matrimonium proli legitimitatem, quando proles, vel concipitur, vel nascitur tempore, quo Parentes erant habiles ad legitimas Nuptias. Sed jam nunc Cæsar, si non conceptus est, tamen est natus dicto habili tempore, ergo, &c.

15. Favet dictæ doctrinæ Imperator, qui sic habet;

Cum dubitatur, utrum oporteat conceptus, an partus respici tempus, sancimus, ut non tempus conceptus, sed partus conspiciatur propter filiorum utilitatem. Si vero contigerit tales aliquas circumstantias Casuum excogitari, in quibus est utilius conceptionis efficitur tempus, illud valore magis præcipimus, quod utilius sit nascenti.

O 3

Audisti?

Audisti? Certè in nostro casu utilius est Cæsari inspectio temporis sui partus, quam conceptionis.

^a Pontius. 16. Verum ^a Pontius, qui nostram, & Molinæ sententiam impugnat, affert duos Textus contra nos, alterum ex Jure Civili, quod certè attente consideranti nullo modo agit de casu nostro, alterum ex Jure Canonico, quem, quia indiget aliqua explicatione, rescribo.

^b Si autem vir (ait Sacer ^b Textus) vivente uxore sua, aliam cognoverit, & ex ea prolem susceperit, licet post mortem uxoris eandem duxerit, nihilominus spurius erit filius.

Hunc Textum pro se stare dicit Pontius, sed immerito, nam hic loquitur Pontifex de casu prioris partis nostræ distinctionis duntaxat, quando scilicet filius, & conceptus, & natus fuit tempore illo inhabili. Patet, id enim clarè significant illa Sacri Textus verba (*ex ea prolem susceperit*) suscipere enim prolem, si grammaticè loqui, & intelligere, ut oportet, velimus, non est conceptam solum prolem habere, sed insuper natam. Iuvat hic Latinitatis te non esse ignarum, & Nizolium id e adnotantem relegere.

^c Nizolius. 17. Adhuc restat casus prædictis affinis. Quid enim, si impedimentum cesset medio tempore? Enodemus planius: Berta ex Antonio consanguineo concepit per incestum: mox antequam Berta pareret, facti iidem sunt habiles ad legitimum Matrimonium per consuetam dispensationem: Verum, ante ipsum pariendi tempus, ortum est novum inter eosdem impedimentum dirimens, puta, quia Antonius cognovit Catharinam Sororem Bertæ, quo impedimento nondum per Dispensationem ablatum, natus ad Lucem est Filius, Inquiritur ergo, an hic filius acquirat legitimitatem, si, obtemperanti item dispensatione, hujus secundi impedimenti, validum inest matrimonium Bertæ, & Antonius?

^d Pont. l. 11. matr. ca. 3 §. 2. 18. Respondeo. Acquirere mihi videtur, & Pontio; ^d quamvis enim id expressè non legatur in Jure; ex illo tamen colligitur: videtur enim idem privilegium, quod conceditur filio eligendi tempus, sive suæ conceptionis, sive sui Natalis, ut sic habeat, quod sibi utilius est, viderur, inquam, eidem concedi etiam privilegium eligendi medium tempus, quo gestatur in utero: Sed prædictus filius Bertæ, & Antonii medio illo tempore, quo portabatur in utero fuit filius, Parentum habiliū ad legiti-

mum Matrimonium; ergo hoc eligere poterit filius, ut gaudeat privilegio sibi utili acquirendi legitimum Natalem ex subsequenti legitimo Matrimonio inter Parentes suos inito.

Idem colligitur ex Jure ^a Civili.

^a Quocumque tempore (ait Imperator) contigerit, Matrem esse liberam, sive Conceptionis, sive Nativitatis, sive uteri tempore, proles nascitur libera.

19. Quoniam ergo (ut ibidem habet Oenotomus ^b in Jure non minus curæ habetur de favore Matrimonii, quam libertatis; ideo parimodo, si medio illo tempore fuerunt Berta, & Antonius apti ad Matrimonium, filius acquisivit, esse filium naturalem, atque adeo per subsequens Matrimonium acquireret, esse legitimum.

§. IV.

De legitimo per Professionem Religiosam.

1. Tanquam fundamentum eorum, quæ sunt dicenda, præ oculis hic habere Textum, in quo Professioni Religiosæ in Religionis favorem, & ut ad illam Fideles allicerentur, hoc privilegium purificandi Natalia conceditur: quod licet à Sixto Quinto sublatum fuerit, fuit tamen à Gregorio XIV. restitutum, qui Sixti Constitutionem ad terminos Juris communis postea reduxit.

^c Filii Præbiterorum (ait ^c Textus) & ceteri ex fornicatione nati ad Sacros Ordines, ne promoveantur, nisi, aut Monachi fiant, vel in Congregatione Canonica regulariter viventes. Præbationem vero nullatenus habeant.

Hæc Textus, cujus singulæ clausulæ sunt expendendæ:

^d Filii Præbiterorum, & ceteri ex fornicatione nati.

Ignoro igitur cur aliqui dixerint, solum filios naturales, non vero spurios hoc privilegio gaudere. Ignoro, inquam, nam filii Præbiterorum spurii sunt. Omnes igitur & participes privilegii pronuntia, sive sint spurii ex Præbiteris, sive ex adulteris, sive incestuosus, &c. Jam enim hi sunt nati ex fornicatione, quæ transcendit per cæteras luxuriæ species, & tunc id convincit communis ratio pro omnibus, & favor Religionis prædictus.

Neque hilum te dimoveat sola expressio Præbiterorum, id enim factum est ob magnam odium,

odium, quo Ecclesia peccantes Ministros suos merito prolequitur.

3. Ignoro rursus, cur aliqui affirmant, ex vi huius privilegii tolli per professionem Religiosam omnium Irregularitatum species, excepta ea, quæ oritur ex Bigamia, & ex homicidio voluntario: ignoro, inquam, nam manifestè solum loquitur Textus *b* de eiusmodi filiis parientibus defectum Natalium; de aliis ne verbum quidem. Vide tamen quæ dicam *cap. 23. num. 7.*

Ad Sacros Ordines ne promoveantur, nisi, aut Monachi fiant: &c.

4. Ex hac clausula affirmant nonnulli, e illegitimum posse quidem post professionem Religiosam ad Sacros Ordines promoveri, at, si forte in sæculo fuit sine dispensatione promotus (utique cum peccato) non posse exercere Ordinum dictorum actus sine dispensatione Pontificia, quia verba Textus concedunt quidem Monachis, posse promoveri, non vero eodem in sæculo jam promotos posse Ordinum actus exercere.

5. Verum rejicienda est hæc d limitatio, quia id conceditur per professionem illegitimus, quod eisdem, seclusa hac concessione, denegabatur: at denegabatur, tum promoveri, tum promotum posse ministrare. Et quidem, dum Textus, solum excipit, ne ius Prælatuæ conferatur, tacitè concedit omnia alia, cum exceptio fumer regulam in contrarium.

Nisi aut Monachi fiant, vel in Congregatione Canonica regulariter viventes.

6. Quoniam Monachus, seu Religiosus quis dici potest. Primò, per ingressum in Religionem per modum educationis, ut loquitur Roderiquez *e* quo quis antequam incipiat annum Novitiatus, animo ingrediendi commoratur in Monasterio. Secundò, per ingressum in ipsum annum Novitiatus. Tertiò, per ingressum in ipsam Religionem per professionem solennem, & potest addi. Quarto, per ingressum in Societatem Jesu post biennium Novitiatus, nuncupatis votis simplicibus, quæ licet non sint solennia; constituunt tamen ex peculiari Jure Societatis verum Religiosum. Quoniam, inquam, his quatuor modis potest quis dici Religiosus, inquirendum est hic, an per hos omnes ingressus acquirat illegitimus

dictum Canonis Beneficiam puta impuri natalis purgationem.

7. Dico Primò. Non acquirit per primum, immò, nec per secundum ingressum: quicquid dicat Roderiquez citatus, putans acquirere per utrumque. Ratio nostra evidens est, quia in hac Decretali, de cuius vi loquimur, & quam explicamus, conceditur hoc privilegium illis, qui fiunt Monachi: at per educationem, vel ingressum in Novitiatum nemo verè Monachus efficitur, sed per illa probatur, ut fiat Monachus. Et quando dicitur (vel in Congregatione canonica viventes) satis explicatur ex aliis iuribus, locutionem esse de perpetuo ibi degentibus. Non rectè igitur Summator præsentis Decretalis sic eam inscripsit (*Illegitimus non ordinatur, nisi, ut Religiosus fiat*) sed melius sic inscripsit Abbas (*Illegitimus non potest ordinari, nisi Religiosus fiat.*)

8. Dico Secundo. Acquirat illegitimus hoc natalium Beneficiam per tertium, & per quartum ingressum. Per tertium certa res est, quia professioni solenni conceditur hoc privilegium. De quarto faciliè probatur, quia Greg. XIII definit eos, qui post biennium emittunt Vota, quamvis simplicia, in Societate, esse veros Religiosos. Unde gaudent prorsus omnibus privilegiis, quibus alii Professi gaudent.

An legitimatio per Professionem acquiratur ipso facto?

9. His adnectendæ sunt duæ celebres questiones. Prima, An Professio Religiosa concedat ipso facto hoc privilegium, an insuper, præter ipsam professionem, requiratur ministerium Superiorum, quasi applicantium suis Professis hanc legitimationem, ita, ut, donec accedat ejusmodi concessio, non possit dictus Professus Ordinibus initiari?

10. Respondeo. Bonæ veniæ P. Martini & Prates, sentio cum Sanchez, de ipso facto per dictam professionem, & per dicta vota biennii hoc privilegium concedi. Ratio mihi manifesta ducitur ex ipsis verbis allatæ Decretalis; Non promoveantur (inquit) nisi Monachi fiant. Ergo, si fiant Monachi, promoveri possunt. Cur ergo tu addis, expectandam esse aliam licentiam à tuis Superioribus concedendam?

11. Dices cum Prates. Summi Pontifices, tum aliquibus Religionibus, tum Societati & concesserunt peculiare privilegium,

a Suar. de Consur. d. 50. §. 5. à nu. 12. San. l. 1. in Decal. c. 5. n. 12 Cast. T. 3. Tr. 16. d. 2. p. 8. nu. 11. Gibal. de Irreg. c. 6. d. 3. nu. 5.

b Greg. XIII. Ascendente Domino, & probans Sanchez. l. c. n. 13. & Castrop. lo. cit. n. 11.

c Prat. in manu sc. de Irreg. d. 2. p. 2. c. 8. n. 10. f. 143.

latè id. sed inefficaciter probans.

d Sanc. lo. cit. nu. 6.

e Prates l. c. nu. 12.

f Sixtus IV. Prædic. & Min.

g Eug. 4. Congr. S.

h Iustina ap. Roderiq.

T. 1. q. Reg. 13. art. 6.

g Paulus III. licet ut Debit.

cessionem unius non inferre concessionem alterius. Ultraque ergo sententia mihi videtur non improbanda.

Prælationem verò nullatenus habent.

Sixti Quinri edito contra illegitimos Religiosos, qui deinde fuit reductus ad terminos Juris communis à Gregorio XIV. ut supra dictum est, expresse conceditur Monialibus Illegitimis, ut creari Abbatissæ possint.

23. Confirmatur Secundò, quia testatur Sellus, & decisum fuisse in una Cordubensi anno 1581. Illegitimam esse posse Abbatissam sine Pontificis Summi dispensatione.

26. Nihilominus judico cum b aliis non posse. Ratio est, quia in Monialibus militant eadem rationes, id est, timor imitationis incontinentiæ Parentum, & esse indecorum, & periculosum, præfici illegitimam, quæ rationes militant in viris; quando autem eadem prorsus est ratio, etiam in odiis, par esse, eandem fieri resolutionem fuisse, probat Decius. Ex quibus patet ad argumentum prioris sententiæ.

27. Ad primam confirmationem clara est responsio. Cum enim ea Sixti V. constitutio sit jam reducta ad terminos Juris communis. In Jure autem communi repellantur feminae Illegitimæ à Prælaturis, propter identitatem rationis eum viris, ut jam dictum est, sequitur nunc, illegitimas Moniales non posse ad Abbatissæ munus assumi. Adde evidens signum esse in Jure repelli illegitimas ab hoc munere, quando quidem, ut illæ possent admitti, necesse fuit, ut Sixtus expresse id per illam suam constitutionem tunc declararet.

28. Ad secundam confirmationem, Respondeo, nihil inferri contra datam doctrinam. Decisio enim illa solum dicit, posse sine dispensatione Pontificis, sed non negat adhibendam esse dispensationem Prælatorum.

29. Hanc responsionem melius intelliges, si recolas, Religiosos, ut modo nu. 12. dictum est, habere privilegium, ut eorum Generales, & Provinciales possint dispensare suos Professos Illegitimos ad Prælaturas. Idem ergo Privilegium habent Moniales, ut nimirum, si sint exemptæ, à suis Provincialibus, vel Generalibus, si vero sint non exemptæ, à suis Episcopis in hoc dispensari possint; Est enim communis doctrina, legem statuentem de Maribus extendi ad feminas, quando materia, de qua agitur, æquè pertinet ad utrosque. Hoc posito, iam clarè intelligis, cur decisum fuit, Illegitimam posse esse Abbatissam sine dispensatione Summi Pontificis; potest enim esse ex vi privilegij (non quidem ex vi Juris communis) sine dicti summi Pontificis immediata,

P

sed

21. Perplacet mihi consideratio Castropalaï & docentis, solam Prælationem negari Illegitimis ascitis in Religionem. Quare quæcunque alia officia, etiam Beneficia, nec simplicia solum, quod plures sponte concedunt, verum etiam curata, quæ Prælationem secum non asferunt, concedi illis sine alia dispensatione possunt. Ratio est, quia solam Prælationem Sacer Textus excludit. Addit tamen Castropalaus b duo. Primum, in praxi sequendam esse communem sententiam excludentem prædictos à Beneficio curam animarum habente. Secundò, ex hac legitimatione procedente à Professione Religiosa, illegitimum non fieri aptum, ad succedendum bonis paternis, quia nullibi id conceditur, adducitque Suarium, Covarr. Sanchez contra nonnullos, quos iidem

22. Nomine autem Prælationis (utique e Gibalin. sive extra, sive intra Religionem, quia nihil distat. c. stinguat Textus) veniunt illa omnia officia, quæ adnexum habent Jurisdictionis usum in subditos. Eiusmodi funguntur Abbas, Prior, Guardianus, Præpositus, Provincialis, Generalis. Quare prædictus Illegitimus, qui professionem emisit, poterit esse Procurator. Prædictus alicujus Monasterij, Minister, & dicitur, Magister purus Novitiorum, immò, & habere quodcunque munus, cui cura, & jurisdictio competeat vi delegationis. Lege citatos. Non potest tamen esse Vicarius Generalis Episcopi, quia Vicariatus est dignitas habens ordinariâ jurisdictionem, ut ex Rodriquez, Sanchez, & Barbosa notat Gibal. d.

23. At, quid de munere Abbatissæ, seu Priorissæ, quod certe est munus Prælationis in Jure, e ut notat Bartolus, f & Decius g. Respondeo. Putant nonnulli, b illegitimam Monialero posse sine dispensatione eligi in Abbatissam, seu Priorissam. Ratio est (inquiunt) quia in Jure prohibente Prælaturas Illegitimis Religiosis nunquam fit mentio feminarum. At (sicuti habetur in eodem i Jure) ad illas odia (quales esset hoc) non extenduntur, nisi de iis expressa mentio fiat, ergo, &c.

24. Confirmatur Primò, quia in mota Tamburinus de Sacramentis.

a Sellus in selec. Can. c. 29. m.

24.

b Barb. in

Coll. ad

cap. 1. de

filiis Præb.

Sayr. de

Consl. 6. c.

11. n. 3. sine

Sanchar.

Varior. 6.

40. n. 7.

Sanc. in

Decal. l. 5.

c. 5. n. 19.

Vbi quid de

non Virg.

Bigama.

Castrop. T.

3. tr. 16. d.

2. p. 8. n. 12.

c Rodr. To.

1. g. Reg.

13. ar. 6. c.

23.

sed semper cum suorum Prælatorum dispensatione.

§. V.

De legitimo per rescriptum Principis.

Legitimitas concessa à Principe differt à dispensatione ab eodem concessa: hæc enim, à relictâ illegitimitate, habilem pronuntiat hominem ad aliquem effectum, ad quem antea erat inhabilis; ut si illegitimo concedat Pontifex, ut possit ordinari. At legitimitas tollit omnino inhabilitatem, unde, si est absolute, seu totalis, concedit omnes effectus, qui legitimo solent convenire. Dixi (si est absoluta, &c.) nam potest Princeps aliquem legitimare, sed velle, ut non omnes effectus conveniant sic legitimo, sicuti fecit Pontifex legitimando Professum in Religione; qui tamen noluit, ut effectus acquirendi Prælaturas illi legitimationi conduceretur. Et jura Civilia, quamvis naturalem filium legitimant per subsequens Matrimonium, tamen Sixtus Quintus noluit, ut haberetur effectus acquirendi dignitatem Cardinalitiam, ut supra indicavimus. Merito ergo absolutam legitimationem, ut distinctam à Dispensatione sic Tuscus

b Tuscus 7.
Legitimat.
concl. 215.

Est donum Principis, quod, extincto impedimento illegitimitatis, restituit quempiam primariis Natalibus ac si ab ipsa sui conceptione fuisset legitimus.

2. Quoniam vero legitimitas, cum sit favor Principis tollens impedimentum, est ample interpretanda, Dispensatio autem, quia remanente impedimento, restringit leges affigentes multos effectus tali impedimento, est strictè interpretanda, ideo valde diligenter sunt verba Principis perpendenda, ex quibus colligatur, an rescriptum contineat legitimationem totalem, an legitimationem restrictam, an Dispensationem.

3. Et quidem, si Princeps absolute dicat: *Legitimo te ad omnia*; & nihil addat, quod restringat, manifestè est totalis legitimitas. Si vero verba Principis prius significant legitimationem, & deinde addant restrictionem, erit legitimitas quidem, sed non totalis, ut, si Princeps dicat: *Legitimum te pronuntio, dummodo ad talem dignitatem non assumaris*. Vel: *legitimo te, sed talem effectum legitimationis non habens,*

At, si verba ejusdem Principis in eadem oratione dent legitimationem, & simul restrictionem, tunc erit dispensatio, ut si dicat: *Legitimo te ad Beneficia, & dignitates, non autem ad Beneficia curata. Legitimo te ad Ordines tantummodo Minores, &c.* Sed hæc minutius, lege apud a Sanc. aliosque.

4. Illud denique hic advertere diligenter, sed videndum latius apud citatos, cum Princeps sit alius Sæcularis, qualis est pro hac re nostra Rex v.g. alius Ecclesiasticus, qualis est summus Pontifex, adverte, inquam, legitimationem, etiam absolutam concessam ab altero ex his Principibus non tollere omnes effectus illegitimationis, sed eos tantum, ad quos se extendit ejus Principis auctoritas: neque enim legitimatus à Rege poterit Ordines suscipere, quia Rex non est supra Jus Canonicum, nec legitimatus à Pontifice potest succedere in bonis, vel officiis temporalibus, extra loca ipsi Pontifici temporali Jurisdictione subiecta.

§. VI.

De Dispensatione Illegitimi.

1. Remanente, ut modo diximus, illegitimitate, potest Princeps dispensare illegitimum, ut non obstante tali impedimento, aliquem vel aliquos actus exercere possit, à quibus per Illegitimationem erat arcendus.

2. Dispensatio autem, quamvis sit Beneficium Principis; est tamen, ut modo item innuimus, stricti Juris, & b odiosa, hoc est, strictè debet intelligi; Principis enim Beneficium tunc latissime interpretandum est, quando continet præjudicium solius concedentis, concediturque præter Jus, non verò, quando conceditur contra Jus, qualis est dispensatio, de qua nos loquimur, quæ conceditur relaxando jura lata contra Illegitimos, quos ipsa jura Irregulares constituunt.

3. Labor igitur noster in hoc paragi, erit, ut videamus, qua restrictione, vel ampliatione (quando verba non sunt clara) intelligenda sunt ejusmodi dispensationes circa Irregularitatem, de qua noster est sermo. Nec id melius effici posse video, quam subdendo sequentia, quæ ex data doctrina colliguntur; & adverte, hæc omnia usui esse, non solum pro dispensatione Irregularitatis ortæ ex Illegitimo Natali, verum etiam ex quocunque alio capite; hic

tamen

tamen signatè ponuntur, quia frequentius pro hoc capite peti, & concedi ejusmodi dispensationes solent.

Signa Dispensationis ampla, vel stricta.

conferri possidenti Titulum Beneficii; habens enim Patrimonium, vel Pensionem, solum ex dispensatione Episcopi potest, ex eodem Concilio, promoveri.

14. An dispensatus ad Beneficium majus possit legitimè suscipere Beneficium minus? v. g. Dispensatus ad Episcopatum possit suscipere Dignitatem Cathedralis Ecclesie, vel Dispensatus ad Archiepiscopatum possit suscipere Episcopatum, discrepant Doctores. Negant Sanchez, & alii. Concedunt multi apud eundem Sanchez, quos sequitur latè Prates. Id vide latius apud dictum Sanchez, & apud Merol. d.

15. Sed adhuc Quæres Primo, an Dispensatus ad Beneficium intelligatur dispensatus ad pensionem?

Respondeo. Nobis, qui sustinemus probabile esse, Irregularem posse acquirere puram pensionem, etiam Ecclesiasticam facilis est hujus quæstionis solutio. Dicimus enim superfluum nobis esse quærere, an Dispensatus ad Beneficium intelligatur dispensatus ad puram pensionem, Nos enim negamus ad acquirendam pensionem opus esse dispensatione. In sententia eorum, qui id non admittunt, is quærat, cui otium est id quærendi.

16. Quæres Secundo. Si Orator, id est, is, qui petit dispensationem, possit absolute dispensari sibi in defectu Natalium, & Pontifex absolute respondeat: (Dispensamus) quomodo interpretanda est ejusmodi dispensatio?

Respondeo. De rigore Juris strictè, atque adeo ad unicum tantum actum, seu effectum, puta ad solum Ordines Minores propter rationem modo nu. 2. dictam. At de stylo Curie, large, atque adeo ad omnes effectus, quos Pontifex potest. Ratio est, quia Pontifex nunquam solet dispensare sic absolute (Dispensamus) nisi, quando vult habilem reddere Oratorem ad omnes effectus, à quibus Irregularis arcebat. Et sub hac distinctione interpretandi sunt Suar. f. & alii, dum dicunt, Dispensationem absolute datam concedere omnes effectus.

§. VII.

Quid exponere debeat Illegitimus, quando petit dispensationem.

Vbi

De illa clausula (Dummodo incontinentia Paterna imitator non sit.)

Quamvis, spectato Jure, aliqua posset tacere Orator, seu postulans Dispensationem.

P 2

a Trident.
sess. 21.
Ref. cap. 2.

b Sanc. l. c.
n. 32. Sayr.
de Consil.
6. c. 11. nu.
22. 29. 30.
c Prat. in
manu. c. de
Irreg. d. 2.
p. c. 10. n. 19.
d Merolla
lo. cit. n.
66.
e Supra e.
6. §. 3. n. 100.

f Suar. de
Censur. d.
41. §. 3. n. 3.
Sanchez
l. c. nu. 8.
Castrop. l.
c. p. 10. n. 3.
Meroll. l. c.
nu. 47.

penfationem Natalium, fpectato tamen ftvlo Curiz, qui certe ne in multas ambiguitates, & fcrupulos involvaris, eft obfervandus, feito, hanc Difpenfationem non fubfiftere firmiter, nifi exprimatuf defectus, fuper quo difpenfari debet, omnesque illius qualitates, quibus moveri Pontifex poteft, ad gratiam concedendam, negandamve. Quare exprimendum eft, an Parentes fuerint foluti, an conjugati, an Voto folenni Caftratis adftricti, an per Adulterium, vel Sacrilegium ex utraque parte patratum, an per inceffum ex affinitate, vel confanguinitate, & quo gradu. Ra. Corradus, alique.

2 Pyr. Corradus in praxi diff. 1.3 c. 1. Samuel. de e. loc. citrov. 22. fo. m. h. 400. Leñd. de Irreg. d. 4. q. 61. & 62.

2. Addit ibidem Corradus, id etiam effe custodiendum ab iis, qui petunt difpenfationem à fuis Superioribus Regularibus, quando hi gaudent privilegio legitimandi fuos. Sed Leander loc. cit. qua ft. 84. probabile iudicat, tunc qualitatem illegitimationis, non neceffario explicandam, quia Superiores Regulares femper intendunt tollere abfolutè hanc Irregularitatem ex quacunque tandem caufa proveniret. Certè id probabile effe, inficiari nolo.

3. Huc per occafionem reducamus explanationem illius claufulæ, quæ folet apponi in refcripto huius difpenfationis, fcilicet (*Dum modo incontinentia Paterna imitator non fit.*) Nec profectò alia explicatio requiritur, nifi, ut videamus, an conditionem importet, ita, ut, fi ea non fervetur, nulla fit difpenfatio.

b Mandos. de Signat. Gratia fup. defectu natal. Vide etiam Lotter. de re Benef. T. 1. l. 2. q. 48. n. 137. Præf. l. c.

4. Refpondeo, Mandosius b dicit, non inducere conditionem; fi enim effeet conditio, infinitæ (inquit) difpenfationes nullæ redderentur. P. e Prætes cenfer, incontinentia, fi fit notoria, difpenfationem fub dicta claufula, fore nullam, nihilque Oratori favere, quia notoria incontinentia maximè eft deteftabilis Ecclefiz, at fore validam, ait, atque Oratori favere, fi fit occulta.

§. VIII.

Quis Difpenfare poteft in Irregularitate ex defectu Natalium?

1. De Summo Pontifice non eft dubium. De Prælati Regularibus, & de Commiffario Bullæ Cruciatæ d inno fupra. Nunc ergo folum eft de Epifcopis agendum.

2. Dico Primo, nec Epifcopum, & confequenter nec Capitulum, Sede Vacante, nec Vicarium Generalem, &c. poffe difpenfare illegitimum ad Ordines Sacros, nec ad Beneficia Sacros Ordines requirantia, Palet id ex univer-

fali doctrina, qua inferior non poteft difpenfare in lege Superioris, &c.

3. Dico Secundo, poffe tamen Epifcopum ad primam Tonfuram, & ad Ordines Minores difpenfare cum quocunque illegitimo fuz Diocelfis etiam ex copula damnata, ut item ad illa Beneficia fimplicia, quæ non requirunt in accipiente, nifi primam Tonfuram, vel dictos Ordines. Ratio eft, quia id concedit ipfis Jus commune, ut communiter notatur à Doctonibus, b Immo fi adftrahat Beneficium fimplex requirens Ordinem Sacrum ex Inftituto ipfius Epifcopi, & non ex Jure communi, fanè, quia Epifcopus poterit tunc fuo ftatuto ex caufa difpenfare, poterit item ex caufa admittere illegitimum ad tale Beneficium.

a C. de f. l. 1. Fr. in 6. b Suar. de Conf. d. 92. f. 5. n. 1. Sayr. de Conf. l. 6. n. 1. Lotter. de Benef. T. 1. l. 2. q. 41. Garg. de Penf. q. 17. alique.

4. Hic, quia fæpe id non advertunt Epifcopi, illud moneo, quod alibi univerfaliter dictum eft, nempe ad difpenfationem expediendam circa difpofita à Jure debere multo magis ad effe causam rationabilem, fecus irritam effe, nec folum illicitam; ad ea enim, quæ funt Juris communis, non habet Epifcopus abfolutam poteftatem, &c.

5. Dixi (fuz Diocelfis) ut notarem, fuo famliari triennali, fi is fuerit alterius Diocelfis, non poffe Epifcopum hanc difpenfationem conferrefunt enim duo privilegia, Admittere illegitimum ad Ordines, & Difpenfare eundem in Natalibus. Quare, quàmvis Epifcopus illud poffit, non poteft hoc, quia poteftas difpenfandi, non extenditur ad diverfa, quæ feparata fubfiftere poffunt, & à feparatis non fuppiliatio.

6. Non nego tamen, poffe Epifcopum huius Diocelfis, admittere ad Beneficium fimplex cum, qui à fuo Epifcopo fuit difpenfatus ad Ordines Minores, ijsque fuit ritè initiatus, quia tunc impedimentum illegitimi fanguinis jam ritè ablutum à fuo Epifcopo, quoad hunc effeatum, fuit.

c Ita effe. gitor ex C. ad Auditi. r. de Decimis, d. 1. l. 2. q. 48. n. 137. Præf. l. c.

7. Ex dictis fequitur, poffe & Epifcopum d Bark. de difpenfare illegitimum ad Canonicatum Ecclefiz Collegiatæ, etiam Insignis, non requirentem Ordinem Sacrum, & ad dimidias portiones, & ad inferiora Beneficia Ecclefiz Cathedralis, etiam fi his accefforiè fit adjuncta quæ Curie animarum cura: hæc enim funt Beneficia ex fe fimplicia.

8. Contra, fequitur, non poffe Epifcopum difpenfare prædictum ad Canonicatum Ecclefiz Cathedralis, quia Tridentinum e his Canonicatibus adnexuit Ordinem Sacrum. Cum R. form. ergo

§ 2. n. 1. d. Trid. de 24. c. 12. de R. form.

CAPUT XVIII.

De Irregularitate ex Hæresi.

§. I.

Quinam ratione Hæresis, Irregularitate
afficiantur.

HÆRESIS formalis publicæ, ut item
Apostasiæ, quæ dictam hæresim in-
volvat siue hæ sint commissæ à Cle-
rico, siue à Laico, adnecti in Jure

Irregularitatem, nullus ignorat. Tunc vero
est hæresis formalis, quando quis voluntariè
negat aliquem Fidei articulum, tunc publica
quando crimen est notorium, vel per eviden-
tiam facti, vel per Judicis sententiam, vel per
propriam Confessionem in Judicio.

2. Per hæresim autem occultam, quamvis
externam, admodum probabile est, nullam
Irregularitatem incurri (nam per solam inter-
nam nullam incurri, certum est ex alibi univer-
saliter supradictis.) Ratio dictæ probabilitatis
est, quia Jura semper loquuntur de publica, &
ex alia parte, ut ad satisfactionem, sæpè monuimus
Irregularitas non incurritur, nisi in casibus Ju-
re expressis. Ita Doctores non pauci contra
Sanctærellum baholque. c. Qui Doctores ad-
vertunt, ipsi hæresi adnexam esse suam Irregu-
laritatem, etiam præcise ab Infamia, li-
cet Gibalino, d. aliisque ab ipso citatis placeat,
non esse adnexam, nisi ratione Infamiæ, quod
non credo.

3. Nota, hanc Irregularitatem, in quam la-
bitur hæreticus, esse ex se perpetuam, ac du-
rare, etiam post penitentiam, & etiam post di-
ctæ hæresis abjuracionem. Solum ex quodam
Textu colligit Hurtadus loco mox citando
Clericum conversum ab heresi, licet non possit
ascendere ad alios Ordines, posse tamè sine dis-
pensatione suscepiis uti. Sed id negat Castrop. e.

4. Aliqui ex prædictis Doctorebus dicunt,
hanc Irregularitatem incurri à Fautoribus, &
Receptoribus Hæreticorum. Sed Gasp. f. d. Gibalinus;
Hurtadus difficile judicat, hos esse prohibitos
ordinari; Jura enim solum videntur eos red-
dere inhabiles ad Beneficia, & Officia publica,
quorum nomine non venit Ordo, ut ipse ibi
demonstrat, si quæ Bullæ in contrarium affe-
rantur, eas non esse in usu, idem affirmat ex
Avila. Id centè probabile est, quod etiam se-
quitur idem Gibalinus loc. cit. quæst. 4. num. 11.
5. Inquires Primo, An qui, sine interno er-

ergo Episcopus, non possit dispensare illegiti-
mum ad Ordines Sacros, nec poterit ad eiu-
modi Canoniceatum. Immo puto a (quicquid
b alij communiter dicant) etiam ante Trident.
& nunc, ubi Tridentinum non esset receptum,
non posse. Ratio est, quia eiusmodi Canonice-
atus longe præstant Beneficiis simplicibus, ac-
ceduntque proximè ad Dignitatem; nam pro-
pterea hi Canonici sunt de Consilio, Episcopi,
admittuntur ad eiusdè osculum, vocantur ab
eodem fratres, eligebantur in Judices, Conser-
vatores per privilegia Mendicantium, iisdem
committuntur rescripta Pontificia, &c.

9. Super sunt duæ difficultates. Altera, an cū
illegitimo promotus ad Ordinem Sacrum bona
fide, possit Episcopus dispensare, ad illum exer-
cendum, & ad ulteriores suscipiendos?

10. Respondeo Quamvis Navarrus, alijque
concedant tamen ipsi ego, & Suarez d. acquies-
cere non possumus, quia bona fides æquè in
hoc, atque mala, non tollit impedimentum il-
legitimi Natalis. Quæ ratione ego potest In-
ferre Papa illi dispensare? Contrariam tamen,
hoc est, Navarrus opinionem non improbabilem
esse, pronuntiat Diana, cui tunc ego suffragar-
bor, quando aliquamvis viam significaverit,
unde, ad probabilitatem hanc inveniendam,
penetrare valeam.

11. Dices Ecclesia hunc ligatum bona fide
Sacris Ordinibus non præsumitur, nolle ad-
mittere ad ceteros?

Respondeo, id nihil aliud probat, nisi facili-
tatem obtinendæ dispensationis à Summo Œ-
cumenico, non vero concessionem potestatis dis-
pensandi in Episcopo, nisi forte ex universali
doctrina, quando, necessitate urgente, aditus
ad Pontificem haberi non possit. Sed in re, de
qua agimus, quando nam tanta necessitas?

12. Altera difficultas, An Episcopus post
Tridentinum possit dispensare ad Sacros Ordines,
&c. hominem ex occultâ copula illegiti-
mum.

Respondeo. Ita putant nonnulli, quia Tri-
dentinum concedit Episcopis posse dispensare
in omnibus Irregularitatibus ex delicto occulto:
sed jam dicta Irregularitas est ex delicto
occulto Parentum, ergo, &c.

13. Verum hic discursus firmus nullo modo
est, siquidem ex contextu Tridentini il-
lud (ex delicto occulto) intelli-
gitur de delicto proprio,
non alieno.

rore intellectus, externè, & publicè hæresim profert, incidat in Irregularitatem?

Respondeo, Fillucius, & alijque tenent, non incidere, quia vere, ut sic, non est hæreticus, Incidere, sustinet Sanctarellus cum communi, quia hic secundum forum externum, secundū quod judicat Ecclesia, Hæreticus est.

6. Mihi verior sit Filluccijs sententia; neq; enim odiosa sunt extendenda, sed potius restringenda, nam propterea suspectum de hæresi hac Irregularitate nequaquam puniri, merito docet b Coninck, quia, neq; hic est verè hæreticus, ut supponimus, quāvis sit de illa suspectus.

7. Ex dictis fit, ut nec Primo, purus schismaticus, qui est ille, qm nullam habet ad mixtam hæresim, nec Secundo, Simoniaci & quavis in Jure aliquando comparentur, propter Simoniam enormitatem, hæreticis, & quāvis sint suspensi, & excommunicati, nec Tertio, Sortilegi, Vacinatores, Magi ineuntes pactum cum Dæmone, illumque colentes, invocantes, consulentes, nisi admixtum habeant errorem intellectus, atque adeo, nisi hæresi inficiantur, fit, inquam, ut hi, & similes non sint Irregulares, quia non sunt hæretici, quicquid dicat de ultimis, Maiolus. d

8. Sed quid, si prædicti de hæresi suspecti cogantur à Sacris Inquisitoribus adiurare de vehementi, eruntne tunc Irregulares?

Respondeo. Ita putat, e Azor. Verum Suarez, & alijque merito negant. Ratio est, quia ex una parte Irregularitas est quidem imposita hæreticis, sed non abjurantibus illam, & ex alia, si quam Infamiam ex suspicata hæresi aliquis contraxit, jam illam purgavit per abjuratorem, sicuti purgantur suspiciones aliorum delictorum per purgationem Canonicam.

9. Confirmat Primo Garzias, quia ita resolutum fuit in Rota.

Confirmat Secundo, quia cum Prælati quidam abjurasset de vehementi, & postero die Missam sine alia dispensatione celebrasset, approbata fuit (inquit) eiusmodi actio à Summo Pontifice, & à tota Romana Curia commendata.

10. Ego puto, hæc rectè dicta, esse considerata dumtaxat suspicione hæresis, eiusque abjuratorem; ceterum si præter hæc adsit infamia, sive facti, sive juris in eo delicto, ratione cuius aliquis abjuret, evitari non potest Irregularitas Infamiae juxta dicta cap. 10. § 2. præsertim nu. 18.

Obiter item hic scito, adesse Decretum Urbani VIII. 1626. reddens inhabiles ad omnes gradus, & officia suæ Religionis Regulares Pœnitentiatos à Sacra Inquisitione, etiam si tempus Pœnitentiæ expleverint, exceptis tamen Pœnitentijs salutarijs. Vide id apud a Lezzanam eiusmodi pœnitentias explicantem

Descendentes ab Hæreticis, ad Irregulares?

11. Non solum ille, qui in formalem hæresim, modo dicto, incidit, est Irregularis, verum etiam eius descendentes, ut fert communis opinio. b Descendentium autem nomine intelliguntur hic filij, etiam illegitimi, & filiorum filij usque ad secundam tantum generationem, quando Pater fuit Hæreticus, nam, quando Mater, intelliguntur solum filij. Adest tamen in hac communi sententia, quinquplex exceptio, nam Primo, non comprehenduntur descendentes ab hæreticis, contra quos non processit probatio hæresis. Secundo, nec descendentes ab hæreticis emendatis, & iam cum Ecclesia reconciliatis. Tertio, non comprehenduntur filij nati post commissum delictum hæresis à Patre. Quarto, nec, qui nascuntur à Patre Hæretico in ijs regionibus, ubi crimen hæresis Infamiam non affert, ut in Anglia, & multis Germaniæ partibus. Quinto, nec filius, qui Patrem Hæreticū Inquisitoribus denuntiavit.

12. Præterea communis opinio (de qua tamen Toletus e dubitat, quia Textus non sunt clari) docet, etiam descendentes modo dicto à Fautoribus, & Receptoribus Hæreticorum infici eadem Irregularitate. Sed certe negandū, prædictos descendentes esse Irregulares, quoad suscipiendos, exercendosque Ordines, solum enim sunt Irregulares, quoad Officia, & Beneficia Ecclesiastica (& quidem eum prædictis quinque exceptionibus) sicuti quoad hæc, solum sunt Irregulares ipsi Fautores, & Receptores, ut diximus numero quarto. Ratio est, quia iuxta loquentia de prædictis descendentes solum eos remouent ab Officijs, & Beneficijs: At Ordo, nec Officium est, nec Beneficium, Ita G. d. Huit. & Gibalinus. e

13. Denique hic per occasionem nota, doceri ab Avila, ex quorundam Doctorum praxi, Constitutiones Pij IV. cum extensione Gregorij XIII. prohibentium descendentes Hæreticorum, Judæorum, & Saracenorum, ne suscipiant Ordines, non esse uti receptas,

a Filluc. tr. 20 n. 230.
b Coninck. Sanchez a. li. ap. Diana l. 1. c. re. 47. §. 48.
Castrop. l. c. §. Theaur. V. Hæresis c. 1.
c Suar. de Relig. l. 1. tr. 3. lib. 4. c. 56 n. 18.
e Azor. 22. L. 1. §. 1. 2. c. 35. nu. 136. fine.
d Maiol. de Irreg. l. 1. c. 45.
e Azor. a. p. u. d. Dian. p. 4. tr. 2. res. 47.
f Suar. Sanc. Sanchez. Sa. Vilalobos. Garzias ap. eundem Dian. nam.

a Lezz. p. 4. c. 13. n. 39.

b Apud Doct. min. citand.

c Tol. l. 1. c. 23 n. 3.

d G. Huit. de Irregul. d. 2. diff. 3. n. 9.
e Gibal. de Irreg. c. 3. §. 4. n. 11.

f Avila qui citat, sequitur, G. Huit. l. c.

§. II.

Quis dispenses Irregularitatem ex Hæresi.

1. **D**E summo Pontifice non est dubium. De Prælati Regularium, & Commissario Cruciatæ dixi breviter supra cap. 13. §. 18. Hic ergo solum debet esse sermo de Episcopis, Episcopaliq[ue] Jurisdictione fungentibus.

2. Ex suppositione sententiæ aliquorum dicentium, oriri Irregularitatem ex hæresi occulta, Dico, esse valde probabile, eam posse ab Episcopo dispensari. Cum enim Tridentinum concedat Episcopis, eos dispensare posse in omnibus Irregularitatibus ex delicto occulto provenientibus, & ex probabili sententia, quam alibi diximus, supponamus, hanc potestatem non esse ab ipsis ablatam à Bulla Ccenæ, sequitur posse eos dispensare, etiam in hac Irregularitate ex hæresi occulta.

3. Dico Secundo. Episcopum non posse dispensare in Irregularitate orta ex delicto hæresis publico, vel deducto ad forum contentiosum, id, quod constat ex dicto Trid. sess. 24. c. 6. de Reform.

4. Solum hic non erit inutile scire, aliquos docere Episcopum posse ad usum aliorum Ordinum, præter usus Sacerdotii, dispensare eum (utique reconciliatum) qui Ordines suscepit ante lapsum in hæresim: quod certe improbabile non est. Et hic per hanc occasionem adverte, Pium V. prohibuisse, ne Inquisitores ipsi dispensarent Præbyteros conversos ab Hæresi ad Missam celebrandam: de quo vide latius apud Santarellum.

CAPUT XIX.

§. I.

De Irregularitate orta ex administratione Officii temporalis, & obligatione ad ratiocinia.

1. **A**FFINIS est hæc Irregularitatis causa ei, quæ aliquanto superius dicta est, à defectu libertatis, per utramque enim est quis alteri obligatus.

Qui ergo sunt adstricti ad administrationem rerum temporalium alterius, & ad reddendam de ea rationem, sive quoad actiones, quas tempore administrationis exhibuerunt, sine quo ad bona, quæ tunc administraverunt, sunt Irregulares, dum ea obligatio perseverat; sic enim obligati, sunt minus apti ad functiones Sacras ac divina officia.

2. Sub nomine autem horum administratorum, quos uno nomine, Curiales appellant Sacri Canones, comprehenditur quilibet administrator rerum publicarum, puta Thesaurarius, Depositarius publicus, Advocatus, Actor, Executor, Magistratus, quos Juratos nos appellamus, Judex, Capitaneus, Prætor, Satelles, Solicitator, Procurator, Commissarius, Nuntius publicus. Comprehenditur etiam, ut notat Suarez, Procurator personæ privatz, quicquid neget Toletus, immò, & Feudatarius, qui obligatur obsequia personalia Domino Feudi exhibere, Dux, Miles, Arcis Præfectus, Tutor, & Curator. Excipiuntur tamen Administratores Episcoporum, & rerum Ecclesiasticarum, quamvis temporalium, immò, & Tutores Pauperum, seu Misericordiarum personarum, atque adeo Viduarum, Pupillorumque valde indigentium, seu alio adjutore carentium: hæc enim cum sint opera pietatis, Clericalem statum nequaquam dedecent, immò in praxi videntur, aliquibus in locis, nullum Tutorem expelli ab Ordine: unde colligo, hac in re multum valere consuetudinem, & morem Ecclesiarum. Excipiuntur item saltem ex consuetudine, & tacita Pontificis concessione Consilarii Regij tractantes res civiles dumtaxat. Hæc fusius tractata habes apud Suarium, Gasp. Hurt. Layman, Castrop. citatos, aliosque.

3. Quoniam vero hæc, quæ diximus, tria involunt. Primo, officij administrationem. Secundo, obligationem ad reddendam rationem. Tertio, post redditam rationem, obligationem ad solvendam summam aliquam pecuniæ, vel ad luendam aliam poenam ipsi inflatam: ideo non ignores, Irregularitatem hanc oriri ex sola officij administratione, & item (ex mea, aliorumque sententia contra Toletum) b ex sola obligatione an ratiocinia, quod solet evenire, quando, deposito officio, non dum patri in Ratiocinijs satisfactum est, & multo magis ex utraque. At ex obligatione ad solvendam poenam post redditam iam rationem, distinguendum est.

4. Si post redditam rationem, nullo interveniente dolo, remaneat quis adstrictus æri alieno, vel poenæ non infamæ, probabilius est, non esse prohibendum ab Ordine, quia Jura de hac re (quæ cum sint odiosa, sunt restringenda) loquuntur de obligato ad ratiocinia, non vero de obligato ad solvenda debita ex datis jam ratiocinijs, sicuti, nec loquuntur de debitis

a Suar. d. 54 de Conf. 6. 3. n. 19. G. Hur. d. 2. de Irregul. diff. 18. Castrop. de Conf. d. 6. p. 13. n. 7.

b Tolet. ap. G. Hur. l. c.

c Suar. loc. cit. n. 23. Castrop. l. c. n. 11. G. Hur. l. c. Dianna p. 4. tr. 2. ref. 98.

cx

ex aliis contractibus, nam propterea, si ex contractu v.g. mutui, vel emptionis, vel depositi, & similibus nullam administrationem alterius continente, quamcumque summam alteri debeas, Irregularis ex hoc capite non eris.

At, si remaneat astrictus ex dolo, vel certè, si probabiliter timeatur, ne moveatur lis de dicto dolo, erit ex capite Infamiae, vel probabilis periculi, ne succumbendo liti, Infamis erit, inquam, arcendus ab Ordine, donec lis finitur?

Debet tamen definiri tempus ad litem terminandam, ne Adversarius nimis in longum eam trahat, ut rectè notat Sayrus, *a Sayr. de Cens. l. 6. c. 14. n. 8.* 5. Inquires: Si quis, dum est in officio publico, ordinetur (sanè cum peccato gravi, quia prohibitio de re gravi est) licetene poterit Sacras functiones peragere, & in officio persistere.

b Sayr. l. c. Toller lib. 1. c. 3. 6. Respondeo. Nequaquam; cum enim hic, durante officio, vel obligatione ad ratiociniam, sit Irregularitate irreversibilis, liber non eris, ut possit accedere ad altare: quicquid dicat Bonacina inducens quemdam Textum, qui, si

c Bonac. de Cens. d. 7. q. 2. p. 4. n. 3. V. Tertio in obligat. d Sayr. l. c. Vgol. de Irreg. c. 58. §. 1. n. 9. 7. Quid si administratio, vel obligatio ad ratiociniam superveniant jam legitime ordinato, inferetne Irregularitatem?

Respondeo. Non inferet, quia jura semper loquuntur de eo, qui Ordinem non habet, prohibentque, ne quis ordinari possit: At nihil loquuntur de jam ordinato. Ita Vgol. & alii.

e Vgol. de Irreg. l. c. n. 3. Innoc. c. unic. de obligat. ad ratiocin. 8. *Quomodo cessat hac Irregularitas.* Effabit sine dubio, si dispensetur quis à potente hanc dispensationem concedere, de quo, mox. Verum alio item modo, quasi ex natura sua, cessabit, si Primò, officium deponatur. Secundò, si reddatur ratiocinium, vel saltem praestetur pignus, seu fidejussio, qua quis administrationis rationem se redditurum, promittat, vel in causa mortis liti ratiocinii causam assumit. Tertio si quis bonis cedat, co-

f C. Odoard. de Solutio Suar. d. 51. de Cens. se. 5. n. 26. modo, quo non reddatur Infamis, quod certum est in Clerico confugiente ad remedium Capitis f Odoardi, ob quod non incurritur Infamia, neque mendicitas.

§. III.

Quis Dispensat in Irregularitate ex officio, vel obligatione ad ratiociniam?

1. Non nisi summus Pontifex, dum durat Officium, vel dicta obligatio, iis enim non durantibus, iam cessare Irregularitatem, diximus modo. Episcopum non posse, certum sit, quia hæc potestas nulli ipsi concessa est.

CAPUT XX.

De Irregularitate orta ex Paupertate.

§. I.

1. **T**AMETSI Paupertas propriam Irregularitatem nequaquam pariat, quia tamen hominem non solenniter in Religionem Professum impedit ab Ordinibus, præsertim Majoribus, ideo de ea hic nonnulla sunt afferenda. Nonnulla, inquam, plura enim de eâ diximus, cum de Patrimonio Ordinandi locuti sumus. Hic igitur notanda sunt tantummodo quatuor.

2. Primò, Pauper in hac materia ille dicitur, qui congrua sustentatione caret. Quare, si quis locuplete gaudens Patrimonio, ita tamen ere alieno gravatur, ut eo pro Creditoribus subdito, ipsi non remaneat, quo honestè vivat, pauper est, nec ad Ordines admittendus: at, si a Suar. de Conf. d. 15. §. 2. n. 25. condonationem à Creditoribus habeat, vel commoda sustentatione servata, reliquis bonis cedat, modo non inducente, pro consuetudine regionis, infamiam, seu notabile dedecus, ad Ordines admitti utique potest, ut dixi 200.

Cap. præced. §. 1.

3. Si quis, modo dicto pauper, ordinetur, peccare mortaliter diximus cum de Ordine: at si jam (esto cum peccato) iniciatus fuit, Inquires Primo, an liceat, durante paupertate, Ordinem exerceat, Missam v.g. celebrando. Secundò an incurrat celebrando aliquam poenam?

4. Respondeo. Ad primum, puto illicitè mortaliter celebrare. Sicut enim, qui ante statem scienter promoveri se sinat, peccat celebrando, nondum adveniente perfecta ætate, quia ut alibi supra diximus, Irregularitas, quæ prohibet hominem promoveri, prohibet, & sic promotus ante dispensationem susceptum Ordinem exerceat; ita in casu, de quo agimus. Neque dicas, si promotus cum Patrimonio illud amittat, non prohiberi Missam celebrare, ergo,

ergo, nec debere prohiberi prædictum non habentem Patrimonium: ne id dicas, inquam, nam, præterquam, quod, si illicitè amittat, saltem ab Episcopo est arcendus ab altari, donec sufficienti Patrimonio fulciatur; certè est manifesta disparitas; ille enim initiatus fuit, existens in paupertate, atque adeo cum impropria Irregularitate; hic vero fuit initiatus cum sufficienti Patrimonio, atque adeo non cum Irregularitate.

5. Ad Secundum. Non invenio aliam poenam in Jure communi.

§. II.

Quis dispensat in Irregularitate orta ex Paupertate?

1. Certum est Primo, Pontificem dispensare posse, ut pauper promoveatur.
2. Certum est Secundo, Non posse Episcopum, propter rationem toties dictam, quia Inferior Papa non potest dispensare in legibus Juris communis.
3. Certum est Tertio, Tunc solum posse Episcopum, admittere Pauperem ad Sacros Ordines, quando de Beneficio, vel alimentis illi provideat. Sed hoc non est dispensare in Paupertate, sed Paupertatem tollere.

CAPUT XXI.

De Irregularitate orta ex defectu ætatis. Remissivè.

Et quinam in illâ dispenset?

1. **D**E hac latè diximus in Tract. de Ordine cap. 6. §. ibidemque cap. 12. n. 16. addidimus, cum, qui ante requisitam ætatem se initiare per-

- 1 Corporis Infirmitas.
 - 2 Mentis Alienatio.
 - 3 Vitium Corporis.
 - 4 Sexus Fœmineus.
 - 5 Servitus.
 - 6 Infamia.
 - 7 Novitas in Fide.
 - 8 Defectus Scientiæ.
 - 9 Prava Baptismi susceptio.
- Tamburinus de Sacramentis.*

mittit, incidere in suspensionem, unde, si ante dictæ suspensionis dispensationem Ordinibus utatur, incidere in Irregularitatem, ut habuisti in Superioribus, cum de Irregularitate ex Violatione Censuræ c. 14. §. 3.

2. Remanet igitur hic, tanquam in suo loco, indicare, quo modo tollatur ejusmodi ætatis defectus.

3. Breviter, amovetur duobus modis. Primò, ipso temporis decursu; adveniente enim definita ætate, jam evolat Irregularitas ex ætate procedens. Adverte prædictam suspensionem contractam ab eo, qui ante ætatem se initiari permittit, & prædictam Irregularitatem, quam fortè contraxit exercendo Ordines cum suspensione, nunquam tolli, nisi per legitimam dispensationem, ut rectè notat Valentia, a & Sayr. b

4. Secundò, amovetur per dispensationem, non nisi à Pontifice concedendam, tum, si quis promoveri ad Ordines velit, tum, si velit in iis ministrare ante ætatem requisitam; Cum enim Regula c Generalis alias dicta sit, ut illa Irregularitas, quæ susceptionem Ordinum impedit, eadem impediat usum eorundem, debet etiam ad ministrandum ante ætatem, tibi, quamvis Ordinatio, accedere dispensatio potestis eam concedere, qui unus est Pontifex, cum Episcopis nihil circa hoc concessum habeatur in Jure.

a Val. T. 4. d. 19. p. 7. §.

2. b Sayr. de Cens. l. 6. c. 12. n. 12.

c Sayr. ibid. n. 7. Ca-

stropal. de Cens. d. 6. p. 11. n. 2. ali-

que.

CAPUT XXII.

Summa Prædictorum.

1. **E**NODATIS jam omnibus Capitibus, unde oritur Irregularitas, operæ pretium est, ea hic uno intuitu collecta referre, eo prorsus Ordine, quo in præcedentibus à me sunt explicata, Sunt autem decem & octo.

- 10 Mala Ordinis usurpatio.
- 11 Homicidium.
- 12 Mutilatio.
- 13 Bigamia.
- 14 Natalium defectus.
- 15 Hæresis.
- 16 Obstrictum esse ratiociniis.
- 17 Paupertas.
- 18 Ætas Puerilis.

Q

s. Que

2. Quæ his quatuor versibus, rumpendum accommodatis colligare voluimus sanè, sed ad memorie commodum.

1	2	3	4	5
Infirmus.	Demens.	Vitiatus.	Fæmina.	Servus.
6	7	8	9	
Infamis.	Novus.	Ignorans.	Baptismate peccans.	
10	11	12	13	14
Ordineve.	Occidens.	Mutilans.	Bigamusq;	Nothusq;
15	16	17	18	
Hæresis.	Obstrictus.	Pauper.	Puer, exulat Aris.	

a Saar, de
Censu, d.
44. §. 3. m.
2. Tol. l. c.

CAPUT XXIII.

De cessatione Irregularitatis.

IN præcedentibus locuti sumus sæpè de ejusmodi cessatione, sed in particulari prout sese obtulit occasio, deinceps aliqua peculiaria capita, ex quibus Irregularitas cessare possit, sunt expendenda.

Et sanè de quatuor solet esse tractatio, ex Baptismo, & ingressu in Religionem, ex Cessatione causæ, ex Dispensatione. Nam de quinto, puta, ex assumptione ad Summum Pontificatum, dixi in Superioribus.

§ I.

Ex Baptismo.

a Supra c.

2. nu. 2.

b Gibalin.

de Irreg. c. 6

q. 2. n. 6.

Arila, &

Henric. ab

eodem cita

ti

c Gloss. in

C. Siquis

omnem pri

ma qu 7.

C. de in

do d. 26.

Gibal. l. c.

maiolus de

Irreg. l. c.

1. n. 8. Reg.

33.

Ito Primo, Irregularitatem ortam ex puro defectu, & sine culpa (excipiam modo hu. quarto ortam ex defectu lenitatis) non tolli à Baptismo. Quare Bigamus, Illegitimus, Deformatus corpore, &c. etiam post Baptismum Irregularis est, quia Baptismus solum culpam, & deformitates ex illa pendentes diluit. An aliqua Bigamia, quæ oritur ex delicto deleri per Baptismum possit, vide Gibalinum b aliosque.

2. Aio Secundo, Irregularitatem, quæ ortum ducit à delicto, aboleri à Baptismo, nec illam solum, quæ immediatè à delicto est, Irregularitatem, v. g. ex homicidio injusto, sed etiam, quæ mediatè, qualis est ea, quæ oritur ab Infamia commissi delicti. Hæc est melior opinio, quam tradit Glossa, & confirmatque Gibalinus, aliique. Sicut enim delictum, ita, & ejus Infamia Baptismo deletur,

quia, eripsum, tum peccatum deletur, tum ejus poena. Aliam viam idem confirmandi innotuit a cum aliis, fortasse expeditorem; ait enim non Baptizatum aliquod committentem delictum v. gr. occidens alium injustè, non incurtere Irregularitatem, quia Jus Ecclesiasticum non ligat eos, qui extra Ecclesiam sunt.

3. Aio Tertio, Irregularitatem ex defectu lenitatis auferri b à Baptismo, quicquid neget Hurtadus c cum Vgolino, Ratio est, quia cum per Baptismum homo constituatur nova creatura, merito Ecclesia deposuit, ut ille expurgaret horrorem, qui ex sanguinis effusione in occisore concipiebatur. Ne igitur argumenteris sic: Per Baptismum non tollitur Irregularitas Bigamiae, quæ est ex defectu significationis Sacramenti, ergo neque Irregularitas ex defectu lenitatis, quæ est ex defectu significationis lenitatis, quæ fuit in Christo: ne inquam, sic argumenteris; in iis enim, quæ sunt ex voluntate Legislatoris hic modus argumentandi non valet. Aliam magis cruditam solutionem tradit Glossa d quam si lubet apud ipsam lege.

4. Contrahens tamen Irregularitatem, immò & quodlibet impedimentum, in susceptione ipsa Baptismi, non juvatur ab ipso Baptismate, quia non debet ab Ecclesia expectare favorem, qui contra Ecclesie leges agit. Quare, si quis extra necessitatem Baptizaretur scienter ab hæretico, non evitaret Canonicum impedimentum Irregularitatis, quod in ea susceptione contrahit. Lege citatos.

5. Quid denique dices ad sequentem casum? Petrus nondum baptizatus propinavit Cajo venenum, deinde Sacro Baptismate initus lotus est. Sed accidit, ut, post susceptum ab ipso Petro Baptismum, Cajo, ex assumpto veneno, moreretur: erit ne Petrus tunc Irregularis?

6. Respon-

6 Respondeo. Erit utique, quia occisio tunc parit Irregularitatem, quando homo moritur, sed in casu proposito Cajus mortuus est, quando Petrus ob Baptismum susceptum jam erat subditus Ecclesiae; ergo, &c.

§. II.

Ex Professione solenni Religiosa.

1. **P**er hanc Professionem, nullam de Jure Irregularitatem deleri, tenendum est, præter eam, quæ est ex defectu Natalium eo modo, quo suo dictum est loco.

2. De consuetudine, quisque videat: quid in sua Religione sit legitime introductum? In qua re duo sunt explorata. Alterum, Religionis ingressum reddere facilem Irregularitatis dispensationem, Alterum, dictam legitimam consuetudinem, si qua in Religione est, esse servandam. De qua sic habet a Suarez. Ubi fuerit talis consuetudo (loquimur autem de consuetudine, qua, quis liber intelligatur ab omni Irregularitate) retinenda est, quia licet per se sola non valeat dare Jurisdictionem; est tamen sufficiens signum potestatis concessæ, etiam si fortasse tunc de expresso privilegio non constet. Hæc Suarez.

§. III.

Ex Cessatione Causæ.

1. **D**ixi sparsim de hac in Superioribus. Nunc breviter hæc habere compendiosius. Non est hic quæstio de Irregularitatibus omnibus, an eæ cessent, cessantibus causis, sed de aliquibus, quæ actu pendent à sua causa. Irregularitates ergo ex Bigamia, homicidio, Hæresi, illegitimo Natali, & similes hic locum non habent; hæc enim semel contractæ à suis causis amplius dependent, unde ex se sunt perpetuæ, nisi accedat legitima dispensatio. At Irregularitates ex defectu ætatis, scientiæ, libertatis, sanitatis, & similibus, cum pendeant ab actuali dicto defectu, eo amoto, statim cessant, & ipsæ. Lege Suar. Sayrum, aliosque citatos.

2. Quid, si cesset lex Irregularitatis? Explico. Est certa lex in Ecclesia; ut, qui occidit aliquem injuste, sit Irregularis. Fac ergo summum Pontificem hodie statuere, ut non sit Irregularis ille, qui hominem injuste occidit, Inquiri, an si-

cuti non futurus sum Irregularis, si in posterum occidam aliquem, sic liberer ab Irregularitate, quam contraxi ex homicidio, quod commisi, priusquam hæc nova lex constitueretur?

3. Respondeo, Esse id ex verbis legis definiendum, si enim lex hæc loquatur in futurum, ut scilicet in posterum non incuratur ex occisione Irregularitas, non cessabit Irregularitas antea contracta. Sicuti, si Pontifex nunc statueret, ne amplius contraheretur excommunicatio à percussione Clericos, non propterea non remaneret excommunicatus, qui ante hanc abrogationem Clericum percussit.

4. Si vero lex loquatur, etiam de præterito, in hunc ferè modum. *Definitio, ut Irregularitates ex occisione contractæ non habeant amplius vigorem*, cessabit Irregularitas antea contracta, seu melius Pontifex dispensare tunc censebitur contractam Irregularitatem.

5. Si denique dubia sint verba legis, num ea se extendant ad abrogandas antecedentes Irregularitates, tunc (salvo meliori judicio) putò, eas cessare. Hujus dicti, in quo est difficultas, ratio esse posset, quia, in hoc casu, benignior legis interpretatio debet eligi: agitur enim de abrogatione legis poenalis, qua lege poenali ablata, restituitur homo primævis juribus, ut non reputetur indignus altari. Posita autem hac benigna, & probabili interpretatione, jam non est amplius dubia lex. Aliquid in hanc rem invemes, si legas a Suarium, Bonacinam, & Filliuc.

§. IV.

Ex Dispensatione.

1. **D**e hac per occasionem plura, ferè quæ scitu sunt necessaria, dixi in præcedentibus, quibus, ut aliquid hic agamus, adde duo.

2. Primum. Si quis Irregularis assumatur ad summum Pontificatum, statim in eo cessat omnis Irregularitas Juris humani: ejusmodi enim assumptio est æquipollens Dispensatio. Similis etiam Dispensatio æquipollens, seu implicita esset, si Pontifex, sciendo, te esse Irregularem in circumstantia, in qua judicetur Pontifex tuæ Irregularitatis memor; te invitaret ad Missam celebrandam, &c.

3. Secundum. Ecquibusnam verbis expediet dispensator ipsum actum Dispensandi?

Q 2

Respon-

a Suar. de
Cens. d. 41.
se. 1. n. 7.
b Bonac. de
Cens. d. 7.
q. 5. pun. 1.
a n. 2.
c Filliuc. tr.
20. c. 10.

Respondeo, nullam præscribi formam verborum: certum est tamen, saltem, ut de Dispensatione constet, aliqua esse verba externa proferenda, illam quomocunque significantia.

4. Formulas, quibus solet Pontifex dispensare habes latè apud a Corradum. Formulas autem quibus Delegatus commissam sibi Dispensationem expedire possit, ponit Glianus b in sequentem modum:

a Pyrr. Corrad de pra-xi Dispens. per totum.
b Glian. in summa
Cens. V. Irreg. n. 22.

Auctoritate mihi à (N.) tradita dispenso te cum super Irregularitate, quam contraxisti ob tales, vel tales causas (castunc exprimet) & habilem reddo, & te restituo executioni Ordinum, & officiorum tuorum. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Si dispensandus nullum habeat Ordinem, sic dicat Dispensans:

Habilem te reddo, ad omnes Ordines suscipiendos, &c.

5. Quod si necesse sit titulum Beneficii restituere, & fructus male perceptos, juxta suo locum dicta restituere, sic addat:

Et restituo tibi Titulum, seu Titulos Beneficii, seu Beneficiorum, & condono fructus male perceptos. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

6. Tertium. Qui pluribus Irregularitatibus aggravatur, plures v. g. occidit juxta supra dicta capite decimo quinto, paragrapho decimo à numero decimo quarto. Vel cum diversis Censuris Ordinem exercuit juxta dicta cap. 14. §. 3. à n. 8. Vel est pluries Bigamus juxta dicta cap. 16. §. 2. n. 1. debetne Pontifici exponere, se tot, talibusque Irregularitatibus infici, an satis sit, absolute dicere, se esse irregularem?

Respondeo. Quamquam non ignoro, hoc posterius ab aliquibus affirmari, tamen tibi Auctor sum, ut singulas, earumque qualitates exprimas distinctè, secus te semper scrupulis, & perplexitatibus divexatum plorabis. Lege de

tota hac questione Dianam, & ad quam etiam facit, quod ego in Superioribus dixi cap. 17 §.

4. n. 16.

2 Dian. p.

17. 6. 2.

44.

Atque hic mearum lucubrationum finis esto. In quibus (cum a S. Hieron. Damasc. S. Hieronymo a loquor) *seminus perite, aut parum caute aliquid positum est, emendari cupio à te*, BEATISSIME PAPA, qui Petri Sedem tenes, & Fidem. Loquar item cum S. b Hilario. de Trinit. Sacrosanctæ Matris Ecclesiæ Virginali Iudicio, quæ scripsi, & scribam, cuncta subijcio.

F I N I S.

Laus Deo, Beatissimæ Virgini, ac Beato
Aloysio Patrono meo.

ADDI.

R. P.

THOMÆ TAMBVRINI
SOCIETATIS JESV.

ADDITIONES

A D

OPERA MORALIA:

CONFESSIONEM , COMMVNIONEM,

Missæ Sacrificium, & decem Decalogi Libros.

*Quæ in ultimis editionibus sunt sparsim seorsimque ab Authore divulgata,
& hic in unum collecta.*

Juxta Exemplar impressum
PANORMI , Apud Andream Colicchia M. DC. LXII.

^{Imp.}
Abbas Gelofus V. G.

^{Imp.}
Dominici F. P.

TYPOGRAPHUS
LECTORI
S.



ON multis ab hinc annis prodire Moralia Opera à R. P.
THOMÆ TAMBURINO S. I. composita: quæ, quia admo-
dum Doctis placere, statim in variis locis ad litterariæ Reip.
non vulgare emolumentum recusa sunt. Quoniam vero
idem Author Additiones nonnullas valde utiles immo per-
necessarias sparsim in prædictis Operibus subinde dissemina-
vit, typisque mandavit, ego operæ pretium bono publico fa-
cturum existimaui, si illas in unum collectas Lectoribus traderem, locis, in qui-
bus inferendæ sunt diligenter notatis, ut scilicet illi, qui antiquiores editiones
habent, & Typographi, qui forte prædicta Opera reimprimere velint, non
fraudentur ampliatiōe, quâ propediem, ut audio, novissima gaudebit editio.
Collegi ergo eas naviter, ipsique Authori recognoscendas obtuli, qui non ap-
probavit modo, verum etiam mihi, præ sua humanitate, de suscepto labore
gratias egit. Boni hæc consule, Lector, & Vale.

Q3

ADDL

A D D I T I O N E S

A D O P V S C V L V M P R I M V M

M E T H O D I C O N F E S S I O N I S .

A D L I B R V M P R I M V M .

Ipso initio in Intentione , & Divisione operis n.
2. post illa verba. *partes complectetur.*

Adde.

Addito libro quinto de sigillo Confessionis
(quem sub titulo Appendicis ad Librum
quartum olim evulgavimus.)

Cap. 2. §. 4. n. 5. post illa verba; *presenti Confessione constituere*, Adde.

Et quidem post hæc scripta, immo, & in
prioribus editionibus impressa, inveni a Leand.
dum Theologum sanè perdoctum, qui citans
Horradum, & Candidum, absolute docet,
sufficere ad validam efficiendam Confessionem,
eum etiam dolorem, qui per quodcunque
temporis longi spatium præcedit Confessionem:
modo ubi semel est habitus, nec expresse,
nec implicite retractus fuerit.

Ibidem §. 5. n. 7. post illud *facere censetur.*

Adde.

Lege b Januarius, qui docet, eum qui peccata
alias rite Confessa, & absoluta confitetur,
non tē. eri iterum elicere actum doloris, si
prior dolor habitualiter, vel virtualiter perseveret;
nec teneri eliceri actum doloris eum, qui
confitetur peccatum oblitum in prima Confessione,
si de illo cum aliis sub motivo generali
dolorem habuit, (semper intellige, si ejusmodi
dolor modo dicto perseveret) quæ doctrina
confirmat, quæ mox dicentur n. 9. & quæ modo
dicta sunt §. 4.

A D D I T I O N E S A D L I B R V M S E C U N D U M

Methodi Confessionis.

Cap. 1. §. 3. n. 11. fine post illa verba *ut patet major.* Adde.

In præcedentibus notant aliqui recte, in
mortis articulo debere de prædictis haberi
actum contritionis, vel saltem præcessisse confessionem
sacramentalem. Ratio est: quia si co-

ram Deo tunc Fidelis sit in mortali, dicat Caritas
erga se ipsum, ut ponatur in gratia, vel indirecte
per Confessionem, vel directe per actum Contritionis.

Ibidem n. 12. fine, post illud, *de Confessione vero facta non constat.* Adde.

Si certus sis, te peccasse, sed dubius, an illud
peccatum fueris confessus, dicetur mox §. sequenti
fine.

Ibidem n. 14. fine, post illud, *pro delicto dubio,*
Adde.

Hanc sententiam novissime amplectitur a Januarius.
Januarius, merito addens, solum in articulo
mortis obligari ex caritate sibi debita, in casu,
quo post illud dubium, vel non elicit contritionem,
vel non sumpsit aliud Sacramentum. Intelligo
(Sacramentum Confessionis) in quo certiores sumus
absolvi indirecte peccata oblita, & bona fide non
confessa.

Ibidem n. 17. fine, post illa verba *ita nec ausim*
ego Adde.

Sed jam post hæc à me in prædictum modum
scripta, immò in prioribus impressionibus edita,
invenio à doctis, & prudentibus Theologis hanc
posteriolem sententiam fuisse probabilitatis munere
donatam, Nam eam novissime amplectitur b P. Hieronymus Ferrantinus & b Hier.
insuper inter ceteras probationes adducit Judicium,
quod Doctissimi Patres tres Collegii & C. Romani
Soc. Jesu pro hac sententia, re mature perpen-
sa, protulerunt. Cum enim (inquit) ex Provincia
Austria Propositiones aliquæ missæ essent Romam,
ad nostrum admodum R. P. Generalem, ipsius
jussu examandas à Patribus Revisoribus, quorum
munus est, libros diligenter expendere, antequam
imprimantur, tale Judicium, quod mox sub-
jiciam, tulerunt unanimes circa nonam petitionem
factam.

Nona

Nona petitio hæc erat. *Peccata dubia sine* *positivè, sine negativè tantum dubia sint, confi-* *teri non tenemur.*

Respondendum ita, De peccatis dubijs positivè non est dubium permitti posse, cum sit opinio Communis Doctorum. De peccatis dubijs negativè, circa quod est major difficultas, judicavimus olim non debere permitti secundum nostras regulas, cum vix reperitur unus Scriptor, qui illam aperte tueretur.

Nunc vero cum jam aperte, & ex professo in suis scriptis tueantur præter Egidium Coninch. de Sac. pæn. d. 7. dub. 8. Petrus Marchant. in trib. Sac. tr. 4. tit. 6. Caramuel in Theol. Mor. lib. 3. d. 4. nu. 1478. Iosephus de Ianuario Resol. mor. To. 1. resol. 20. per totam. P. 10. Martinon. s. 3. d. 50. sec. 8. n. 91. & alij multi Scriptores illam judicent probabilem, censemus posse jam in scholis Societatis permitti. Hactenus Ferrantinus. Vide a Dianam qui exseribit verba aliquorum ex his Scriptoribus, & alibi, ubi citat Bossiū, Me tamen juvat à mea sententia non recedere pro qua initio huius n. 17. dixi.

Ibidem n. 18. sine, post illud, *Hæc Merolla sic* *adde.*

Illud hic facit, an Confessarius teneatur de omnibus peccatis, quæ audit in Confessione judicare, an sint mortalia, an venialia? Respondet huic questioni sic Silvester. e Non tenetur Sacerdos de singulis auditis determinare, utrum sint venialia, an mortalia, quando non sunt clara, secundum Archid. ut de his de quibus sunt opiniones, vel pœnitens nescit exprimere mentem suam circa assensum, vel moram peccati; tenetur autem determinare, de claris. Hæc Silvester, qui ibidem etiam illud notat, ne Sacerdos (ubi pœnitens est dubius de aliquo) ne, inquam, asserat illud esse mortale, si non est certus. Sed circa hoc, oportet omnino videre, quod dicam lib. 3. c. 4.

Eodem cap. 3. §. 4. nu. 21. sine, post illud, *Confessori pateat.* Adde.

Illud (plus, minusve) importare dimidium supra quantitatem expressam v. g. centum plus, minus, importare centum & quinquaginta puta, d. Vericelli sed non est audiendus.

Ibidem n. 25. sine post illud, *ut in casu nostro* *adde.*

Hanc sententiam explicatam à nu. 24. probat a Thomas Hurtadus, & nimis excedit in eius censura. Verum, si optas hanc nostram sententiam pluribus confirmatam lege P. Hic-

ronimum a Ferrantino nostræ Soc. qui in opere nuper impresso asserit, inter cetera Reservationem Patrum. Romani Collegij datam Provinciæ Austriæ, in prædictæ sententiæ confirmationem: ea autem pro curiosis, hæc est.

Quoad secundam partem, quod scilicet peccata qua aliquando sub dubio confessi sumus, postmodum vero certia nobis sunt, confiteri non tenemur. Censemus, posse permitti, cum non careat solidis fundamentis, & illam in suis libris defendant Leander de Sacram. l. 1. tr. 5. d. 5. q. 27. Marcus Vidalin. in arca de pœnit. q. 5. an. 31. Martinus de Ioseph. t. 1. l. 1. c. 8. de pensu. 9. Caramuel. libro. 2. d. 4. & Martinus Bresserus de Confess. lib. 4. cap. 18. cum alijs judicent illam probabilem.

Hactenus Patres ex Ferrantino, cui gratias ex animo ago, quod hoc loco citans meum primum Opusculum Methodi Confessionis, Aureum illud appellaverit. Tam Alchemica (fas ita loqui) fuit eius urbanitas, ut meum plumbum potuerit in aurum artificiosa humanitate convertere. Dignus interim ipse, ut potiore jure non jam a ferro, sed pretiosum sibi ducat nomen ab Auro.

Ibid. n. 28. sine post illud. *Nisi in peccata certa.* Adde.

Sic etiam dubia Hæresis non subiacet reservationi ex Merolla, & Thoma Del bene apud eundem Vericelli Tr. 8. quæst. mor. 34. Sic dubium yotum Castitatis perpetuæ non subiacet reservationi ex Sanc. & Pôno apud eundem Verr. sic Dubia Censura non obligat ad vitandum Fideles, ex Diana apud eundem: sic filius expositus, quia est dubium, an sit illegitimus; legitimus tamen reputatur ex eodem Verr. innumeros, citante, & necessariam limitationem ponente n. 6.

Ibid. n. 29. sine post illud. *serupulis essent obnoxia,* adde.

Hic ita disputatis, Inquireret quis. An certus se commississe mortale, dubius vero, num illud fuerit confessus, an, inquam, obligetur ad illud iterum Confitendum. Respondeo tribus dictis. Dico primo, scrupulosum non obligari. Dico Secundo non scrupulosum nec item obligari, si diuturnum tempus intercessit inter eius Confessionem, quam bona fide, morali præcedente examine, solebat exhibere, & inter dubitationem, quæ nunc illi suboritur. Dico 3. Hunc non scrupulosum obligari ad illud Confitendum, si parvum tempus intercessit.

Ratio

a Hier. For. de scanda. lo & corr. d. 1. q. 78. nu. 15.

a Dian. p. 12. tr. 12. r. 2. b Dian. ib. tr. 16. ref. 79.

c Silvester v. Sacerd. pæn.

v. r. r. 7. q. moral. 8.

lib. Hurt. n. 2. mor. 1. dub. 8.

Ratio primi dicti est eadem quam Dixi Cap. præcedente n. 16.

Ratio Secundi est, quia Moraliter [sunt verba Jo: Præpositi] a impossibile est post diuturnum tempus positive recordari omnium, quæ quis confessus est, ac proinde omnis intolerabile esset, si nunc obligaretur confiteri ea, de quibus dubitat, num sit aliquando confessus.

Ratio tertij dicti est, quia ex una parte præceptum certo obligans ad confitenda peccata, certum est, & est in possessione obligandi, & ex alia, non adest excusatio ducta ex scrupulis, vel ex temporis elapsi diuturnitate, vel ex alio capite, quod hic certe non apparet, ergo &c. At aliquis posset contrarium concludere ex eo, quod in dubio melior sit conditio libertatis, quæ non est restringenda ab obligatione dubia confitendi, quæ superveniat. Respondeo. Certe fateamur, primo fuisse libertatem expeditam, sed deinde à certo peccato commisso jam fuit eiusmodi libertas certo ligata ad obligationem confitendi; superveniens ergo dubitatio, an peccatum fuerit confessum non invenit libertatem expeditam, quam debeat relinquere in suo statu, sed invenit jam ligatam ab obligatione confitendi, ergo ligatam relinquere debet. Vim huius rationis clarius intelliges, si ea legeris, quæ nos dicemus cum de Conscientia dubia lib. I. in dec. c. 3. præsertim toto §. 6. & 7.

Eodem cap. 1. §. 8. n. 57. versus finem, post illud. Doctorem sententiam. Adde.

A nobis [ne erretur] explicata l. 1. in Decal. c. 1. §. 5.

Eodem c. 1. §. 9. n. 59. fine, post illud. Fideles nequaquam possimus, Adde.

Lege Leandrum, b qui item docet, de eo, qui unico actu voluntatis vult ad decem v. g. mulieres eiusdem conditionis accedere, aut ad eandem vult accedere pluries; satis est enim si dicat, Vult accedere pluries ad solutam seu solutas, seu ad Conjugatas, sine necessitate exprimendi numerum objectorum talis unicæ volitionis. Quandam necessariam explicationem habes n. 61.

Ibidem n. 61. fine post illa verba, quod defa-cto commisit. Adde.

Propter eandem rationem modo n. 59. allatam dicit Leander, illum, de quo ibi est sermo, debere dicere. Vult pluries accedere; nam si

diceret Vult accedere, non explicaret suum peccatum &c.

Ibidem n. 65. fine, post illud, quam à quo abstulisti, Adde.

Contra sententiam à nu. 59. allatam objicit in hunc fere modum Diana. a Ex hoc principio videtur inferri, Religioso habenti rem cū Religiosa, sufficere, sic in Confessione se accusare. Commisi fornicationem sacrilegam, sine necessitate explicandi, votum esse, tum ex parte viri, tum ex parte feminae: & tamen, sicuti omnes docemus, à viro uxorato peccante cum femina alteri nupta debere explicari matrimonium utriusque, nec satis esse dicere, Adulterium commisi, ita in casu Religiosi peccantis cum Religiosa, pari modo, omnes docemus, debere utriusque votum explicari. Quod autem ex Doctrina data sequeretur, non adesse necessitatem utriusque votum, & utriusque matrimonium explicandi, patet, quia eiusmodi peccata sunt unus numero actus, eo modo, quo est unus actus, velle per unam volitionem occidere plures, vel uno ictu reipsa multos occidere &c.

Respondeo, negando, esse eodem modo. Affirmo enim, imò doceo, in dictis adulterio, & Sacrilegio debere utriusque Matrimonium, & Votum declarari, sed nego in casibus, de quibus hætenus habitus est sermo. Intereunt enim certa disparitas. Nam eiusmodi Adulter duo facit [præter peccatum contra Castitatem] & injurius est sue uxori, & cooperatur cum stuprata illa ad hoc, ut ipsa sit injuria suo Conjugi. Nec dissimili modo se habet ille Religiosus, nā & violat suum votum, & item cooperatur cum religiosa suum votum pariter frangente, & licet sit per unicum actum illas malitias completentem, unde ex hoc capite non videatur necessaria maior explicatio, tamen non ita est; quia, ex se violare, & cooperari ad Violationem faciendam ab aliis, si non sunt malitiæ diversæ specie morali, certe diversissimæ sunt, quoad conceptionem hominum, hoc est, ut Cognita una, non statim cognoscatur, seu intelligatur alia. Nam inde fit, ut nisi Pœnitens se magis explicet, dicatq; utriusque Matrimonium, & votum, non fateatur suum peccatum, sed aliud, ut in simili diximus num. 61. Confessarius enim, dum solum audit, Adulterium commisi, Votum fregi, ex vi horum verborum adulterium tuum, & fractionem voti tui intelligit; non vero cooperationem ad adul-

adulterium, vel fractionem alterius. Non sic in casu nostræ doctrinæ: dicendo enim v. g. Volui unico actu occidere, vel occidi multos ejusdem generis v. g. Sæculares, ex vi horum verborum explico satis superque meum peccatum ejusque specificam malitiam, quam ego commisi.

Ibidem §. 10. n. 67. fine post illud, inimicum occidere, Adde. Præparavi media ad illum occidendum.

Eodem c. 1. §. 15. n. 93. fine, post illa verba atq; adeo non gravis, Adde.

Tria exempla hic non nemo aponit quæ si probarentur à doctis, Fidelibus valde faverent. Primo si Rusticus sciat esse peccatum, jurare falsum in materia jocosa, sed nunquam dubitavit, mortale ne an veniale. 2. si quis ita generice dicat Potius volo peccare, quam mori. 3. si quis ita cupiat, volo furari illum librum, nec cogitat, quanti ille liber valeat. Hi enim tres (inquit) peccant venialiter, quia non apprehendunt obiectum esse grave.

Eodem c. 1. §. 16. fine, post illud, dicemus infra cap. 3. §. 2. n. 20. Adde.

De Multiplicatione Censurarum ratione plurium preceptorum.

Petes: Quid de multiplicatione Censurarum ex diversitate præcipientium sub censura? Prohibent v. g. Summus Pontifex, & Episcopus eundem actum v. g. Incestum sub excommunicatione latæ sententiæ, duplicem ne excommunicationem utramque constituendam incurrit, qui committit incestum?

Respondet sub necessaria distinctione b. Una incurritur excommunicatio (idem dic in aliis censuris poenisque) si superiores sunt inæqualis potestatis, Summus Pontifex v. g. & Episcopus, qui non intendat condere novum jus, sed alterius confirmare. Una item, si idem Superior, v. g. Summus Pontifex eandem excommunicationem bis, ter, pluries repeteret. Una item si sint Superiores ejusdem seu æqualis in eadem communitate potestatis, v. g. Episcopus præcessor, & Episcopus successor, etiam si novum jus constituere profiterentur. Ratio horum, est, quia in his casibus una, eademque censura firmatur, seu repetitur.

At verò, si Superiores sint inæqualis potestatis v. g. Summus Pontifex, & Episcopus, censuramque alicui actui adnectant, & novum jus

condere, ex verbis legis, colligatur, plures censuræ incurruntur, utique omnes Confessor propalanda, etiam si illi Superiores moverentur uno eodemque motivo. Ratio est, quia tunc subditus delinquens contumax est contra plures potestates, illis non obediendo, cui inobedientiæ suæ quælibet excommunicatio est adnexa.

De multiplicatione Reservationum ejusdem peccati.

Quid si plures Superiores reservent idem peccatum? Id enim hac occasione scire operæ pretium erit, ut possit nimirum cognosci, cuius nam Superioris licentia requiratur ad illud absolvendum. Respondeo non ab simili distinctione. Si enim Superiores inæqualis potestatis novum jus non condant, vel, si idem Superior pluries repetat reservationem illam, vel, si ex Superiorum æqualis potestatis quilibet, hoc est Successor, & Prædecessor reservat idem peccatum, etiam condendo novum Jus, una est reservatio, quæ restringitur jurisdictioni Confessarii, nec est caput, unde reservatio duplex appareat: unde sequitur, quod quolibet ex his Superioribus reservationem auferente, jam casus non remaneat reservatus.

At si Superiores sint inæqualis potestatis volentes condere suam quisque, atque adeo novam reservationem (id quod pari modo ex verbis legis colligi debet, ut quando unus independentem ab alio reservat id peccatum) plures erunt reservationes, Ratio est, quia tunc jurisdictioni Confessarii restringitur, & veluti ligatur à duabus potestatibus legitimis, ut supponimus, quæ scilicet restringere legitime possunt: nam propterea uterque ex his Superioribus suam restrictionem auferre debet, secus altero non auferente, altera reservatio, seu ligamen insolutum remaneat, necesse est.

Illud item hic consequenter de prædictis diversis reservationibus universaliter scire oportet. Nam si inferior, Episcopus v. g. concederet, se posse absolvere à suis reservatis, tolleretur restrictio facta ab Episcopo, sed adhuc remaneret illa facta ab Summo Pontifice, ut ex se constat, Sed quid, si contra, summus nimirum Pontifex idem concederet? Resp. tunc esse diligenter distinguendum. Si enim Summus Pontifex sic v. g. tibi sacerdoti concedat Doctrinam absolvendi omnes casus, quos

R

ego

ego absolvere possum, tollitur quæcumque reservatio Episcopi, quia Summus Pontifex omnes casus potest absolvere.

Si vero, secundo, sic concedat, Do tibi facultatem absolviendi casus reservatos Pontifici Summo, hoc est casus, quos hic sibi reservavit. Puto, esse subdistingendum. Nam, si est idem casus V. G. Incestum eundem reservavit sibi Summus Pontifex, & eundem Incestum reservavit Episcopus novum suscondendo, tollitur omnis reservatio, & à te potest absolvi. Ratio est, quia, si Summus Pontifex tibi concedit talem incestum te posse absolvere, nequit Episcopus, qui est inferior, restringere eam iurisdictionem, quam tibi Summus Pontifex ample concedit. At si sint diversi casus, V. G. Summus Pontifex reservat sibi incestum, at Episcopus reservat Adulterium, tunc censeo te non posse absolvere ab Adulterio, sine Episcopi facultate. Ratio est in promptu. In hoc enim secundo modo concessionis Summus Pontifex tibi non concedit nisi casus, quos ipse Summus Pontifex sibi reservavit; at hoc adulterium non est Pontifici reservatum ergo illud nequaquam tibi concedit.

Quod si Papa concedat sequenti Tertio modo. Concedo tibi, ut possis, absolvere omnes casus Pontificios, dubium erit, an concessio sit primo, an secundo modo ex dictis. Quid ergo erit statuendum?

Respondeo salva meliore sententia, statuendum, esse concessionem esse amplam, & instar primi modo, atque adeo tolli omnem reservationem. Ratio est quia, hoc est Privilegium quod in nullius præjudicium vergit estque animabus favorabile, & est de concessione potestatis, quare ample erit interpretandum.

Ex hac Doctrina sequitur, quod, quando per Bullam concessit Pontifex Mendicantibus, ut absolverent ab omnibus casibus Pontificiis, concessit etiam ut possent ab ijs, quos sibi forte Episcopi reservant. Nam eiusmodi ampla concessio facit sensum primo modo dictum, nisi tamen fuerint à Clemente, VIII. & ab Urbano item VIII. restricti, de qua re non est hic disputandi locus.

Cap. 7. §. 1. n. 4. versus finem post illud, *Hæc Mariadus, sane probabiliter* Adde.

a Verri-
cel, tr. 4. q.
mo, 6. n. 2.

Cum quo sentiunt alij, & notat non nemo idem esse in tactibus ex se honestis V. G. osculo more patrio, sed inhonesto tantum ex malo affectu.

Eodem cap. 7. §. 5. num. 35. sine post illud, suis Ecclesiæ violata. Adde.

Idem universaliter docet Aseanius *a* Tamburinus his verbis. Ecclesia, & cæmeteria occulte polluta, quamdiu pollutio later, non indigent reconciliatione: at quando incipit publicari, & manifestari violatio, tunc est necesse, ut Ecclesia reconcilietur. Ut Abbas, Navar. alij, *a Ast. Tamb. l. 2. de iur. Abb. d. 22. q. n. 8.*

Ibidem num. 38. sine post illud Summi Dei notabili injuria. Adde.

Turpiter concupiscere Mulierem, dum quis recitat officium, non esse mortalem irreverentiam, unde nec necessario speciatim confessario aperiendam iudicat contra Silvium, Diana, *b Diana* quem lege; nam inde & ex modo à me dictis poteris statuere quid si illam concupiscas, dum Sacrum facis; Quid dum consecras, & consumis sacrificium? Quid, dum fers sacram hostiam ad infirmos? Quid, dum ministras alteri eandem Eucharistiam? quid, dum quilibet actu communicat, vel immediate post, hoc est dum sacras species in se habet, & similia? nam in his casibus, in quibus advertis gravem, & quidem peculiarem irreverentiam Summi Dei, erit mortale Sacrilegium in propria specie, secus non item. *b Diana p. 6. tr. 7. r. 36.*

Eodem cap. 7. §. 7. n. 48. Fine post illud possit contendit. Adde sequentia.

Dices, Afferimus hic num. 48. ex probabilissima plurium sententia turpem conjunctionem cum consanguineis non asserere diversitatem specificam necessario in Confessione explicandam, ut diversam ab alia conjunctione strictioris consanguinei, quia licet gravius sit contra unum gradum V. G. contra primum cum matre, quam contra alium V. G. cum consobrino delinquere, tamen magis, & minus speciem incestus diversam non constituit. Ergo idem asserere debuimus supra lib. hoc. 2. cap. 7. §. 1. & 2. in injurijs illatis contra consanguineos vel affines, atque adeo dicendum fuit, injuriam illatam Patri, ut Fratri ut esse diversæ speciei ab injurijs contritis contra ceteros minus propinquos, quia pariter magis, & minus in debito quod consanguinei contrahunt, non se convitiandi non asserunt diversitatem specificam.

Respondeo. Certe urget non improbabili ter paritas, unde probabiliter consequitur, tum in hac materia de incestu, tum in illa materia de Injuria contra consanguineos, vel affines instillata, non esse necessario explicandam cuiusmodi diversitatem sed sufficere si dicatur, Ego mihi *conjugios contumeliosi affici.* *Eodem*

a Dic. de pen. d. 17. c. 3. 8.

b Diana sing. ca. 335. 10. Sancti in sel. d. n. 23.

c Quæd. Penit. d. 23. sec. 1. n. 10.

d Dic. de pen. d. 6. dub. 7. 61. de etiam dub. 17. n. 37.

Eodem c. 7. §. num. 50. versus medium, dele illud.

At cum Matrigna ejusdem Baptizata.

Eodem cap. 7. §. 10. num. 66. post illud. Ut dicitur est cap. 1. §. 10. n. 69. Adde.

De hoc vide vindicationem meam lib. 7. in Decal. c. 7. §. 1. n. 5. vel in calce operis.

Ibidem post illud Dixi cap. 6. §. 1. n. 7. Adde.

De se lapsus pollucens, an statim absolvens, dicitur unversim inferius, cum de Recidivo lib. 3. c. 3. §. 4.

Cap. 8. §. 2. n. 5. post illa verba Ut ejus pecuniam. Adde.

Vel vestem etiam existentem extra Ecclesiam, quia latus est, ut sit Ecclesiae propria; nam sic dicitur, auferri à Domino Ecclesiae, atque adeo à loco sacro. Ità Colligitur ab Autoribus in margine citatis.

Cap. 10. §. 1. num. 3. sine post illud. Directe absolvantur. Adde.

a Dica. still. de pen. d. 6. d. 17. n. 3. 8.
Lege a Dica. stillum, qui quamvis doceat, quando peccata in necessitate praedicta absolventur, absolui directe, tamen notat, debere Semper speciatim deinde clauibus subdi.

Ibidem n. 7. sine post illud. Ab eodem absolui. Adde.

b Dica. in sing. cas. 33. n. 16. Sances in sol. d. 4. 4. n. 33.
Addit Baucius b ex lo. Sances, quamvis eveniat, pluries, infirmum confessum fuisse peccata sua, nihilominus, sanum fore consilium, iterum atque iterum illum absolvere, praestitis solis doloris signis.

Ibidem n. 17. sine post illud. Sub conditione absolui. Adde.

petes iterum hac occasione, an non solum in casu necessitatis sed extra illam, atque adeo per se loquendo, confessio peccati venialis in genere (idem videtur dicendum de peccatis mortalibus alias rite absolutis) possit esse materia sufficiens, valide, & licite Sacramenti penitentiae, Sic nimirum. Confiteor omnia mea peccata venialia; nihil addendo praeterea, quamvis qui sic confitetur, possit certa venialia confiteri.

c Suar de Penit. d. 23. sc. 1. n. 10.
Respondeo, e Sua. es ait, speculative fortasse posse, Sed in praxi non ita, propter incertitudinem materiae. Verum a Dica. stillus ait, probabile esse, posse, etiam si recorderetur quis certorum venialium. Ratio est, inquit, quia eo ipso, quod probabile sit, eam esse materiam sufficientem; & ex alio capite non esse materiam necessariam, non video cur non possit quis licite eam adhibere tantum. In Sacramentis enim, quae nullo modo sunt de necessitate sa-

d Dica. still. de pen. d. 6. dub. 9. n. 761. vi. de etiam dub. 17. n. 307.
luta (quale est de solis venialibus) in tali casu non videtur ita necessarium adhibere materiam omnino certam, ut obligetur quis sub culpa maxime mortali: Nam ad hoc, ut quis prudenter operetur, satis est, quod adhibeat materiam probabilem: Haec autem est valde probabilis. Adde, quod si hoc speculative probabile est etiam erit practice. Tunc enim tantum in re morali dicitur aliquid speculative quidem verum, sed non practice, quando id, quod in speculatione consideratur, non potest exhiberi in praxi quin al. qua contingat variatio: quando vero omnino invariatur potest reduci ad praxiam ea ratione, quae consideratur in speculatione, si speculative verum est, practice quoque verum censei debet. Qua propter cum confessio venialis in genere possit in praxi exhiberi eo modo, quo speculative censetur sufficiens, erit etiam practice censenda talis. haec Dica. stillus.

Petes denique hac eadem occasione Tertio An Primò absolvendus sit ille, qui solum fateatur in genere, se post ultimam confessionem peccasse mortaliter, sed non recordari, quae specie peccati? Secundo quid si sit spes, ut post adhibitam iteratam diligentiam illius recorderetur? Respondeo ad primum, esse absolvendum supponimus autem adhibitum fuisse sufficiens moraliter examen, quod quale sit dicam lib. 3. cap. 9. §. 3. secus certum esset, debere expectari, ut illud praemittatur. Ratio responsionis est, quia tunc confessio est integra formaliter. Neque vero is poenitens, si alio peccato forte non aggravetur, cogendus est, afferre aliud speciale peccatum alias ab ipso commissum & per confessionem remissum, quia sic illum obligares ad bis confitenda peccata, ad quod nemo tenetur. Absolvatur ergo, quia jam affert materiam sufficientem, quale est peccatum in genere, quare valida erit absolutio, & ex alia parte erit licita, quia, ut dixi, confessio tunc formaliter integra est.

Ad secundum Respondeo, a supposito sufficienti examine, non obligare Poenitentem ad iteratum examen ex necessitate, (esto ex consilio, si non sit scrupulosus) Ratio responsionis est, quia homo non tenetur, ut inferius l. citato dicemus, nisi ad examen morale, quod ab hoc poenitente adhibitum jam fuisse, supponimus.

Ibidem num. 35. Versus initium post illa verba, scribere peccata neminem tamen. Adde,

R. 2

Etiam

a *Dicaſtill*
tr. 8. de pœ.
d. 6. du. 14.
n. 244. Etiam ſi ſit lubricæ memoriæ, ut notat *a* *Dicaſtill* l. citato, obligati, &c.
Eodem cap. 10. §. 2. n. 39. fine poſt illud, *iudicium Confessariorum.* Adde.
In re graviſſime pertinente ad Confessionem.

ADDITIONES AD LIBRUM III. Methodi Confessionis.

Lib. 3. cap. 2. num. 7. poſt illa verba: *debere repeti, certum eſt,* Adde.

b *Ferr. d. 1.* non ſequitur *b* *Ferrantinus.*
Eodem cap. 2. n. 10. poſt illa verba, *non eſt de ſcandalo*
q. 79. à n. tunc neceſſario repetenda confeſſio. Adde.
14. Cum ſatis ſit prædicta confuſa notitia.
Eodem cap. 2. num. 10. poſt illa verba, *fatis ſuperque eſt.* Adde.

Ex Dictis vides, quando ſecunda Confeſſio ſit coram eodem Confeſſario (de hoc enim caſu ſemper hic locuti ſumus, nam ſi coram alio jam dictum n. 7.) ſive Confeſſio fuerit perpetram exhibita ex defectu doloris, ſive ex defectu examinis, ſive quia facta eſt coram non Iudice, ſive quia aliquod peccatum ſacrilegè tacitum eſt, ſemper debere ita ſaltem in genere eam repeti, ut aliqua cognitio in confuſo peccatorum redeat in memoriam Confeſſarii.

c *Gran. 3. p.* An autem Granadi & Dianæ, ferrantini, & ex
de Sac. con- parte Merceri opinio dicentium, quando Con-
tr. 7. tr. 9. feſſio invalida reiteranda eſt cum eodem Sa-
d. 12. nu. 3. cerdote, tunc ſufficere pœnitentem ſe accuſare
Dian. p. 5. generatim de peccatis ipſi Sacerdoti Confeſſis
tr. 14. q. 51. & ſacrilegè admiſſo in illa invalida Confeſſio-
Ferrant. de ne, de qua alijs fortè commiſſis poſtea, nam
ſcand. d. p. tunc Sacerdos (*ajunt hi*) validè, & licitè ab-
qu. 79. ſolvere, quamvis neque in confuſo peccatorum
Merc. ſolū neque pœnitentiæ impoſitæ nullatenus recor-
quoad va- detur, ſed reco. detur ſolum, illum ſibi fuiſſe
liditatem confeſſum. An ipſam, hæc opinio ſaltem ex
q. 3. p. de tantorum Doctorum auctoritate ſit probabilis,
ſacra q. 9. nobis otium non eſt perſequi, cum præſertim,
art. 1. apud pro praxi, eam, quæ hætenus explicata ſenten-
Dian. p. 4. tia eſt, ſuſcipiendam eſſe, omnino, velimus.

tr. 4. ref. *Cap. 3. §. 3. n. 6.* in Margine, *adde ſic.*
203. Multa ad rem Cavamuel in Reg. S. Bened. à
n. 10. 16. & Io. Sanchez, in ſel. d. 21. n. 9. & d.
10. n. 8.

Eodem 3. §. 4. n. 11. ipſo initio, & ſcandalo,
d. Io. Sanc. Adde.

in ſel. d. 10. Qualis certè eſt, qui ſe ipſum ſæpius polluit
n. 9. ſine occasione extrinſecus aſſumpta, ut notat
Io. d. Sanchez,

Ibidem, & eodem n. 11. fine poſt illud. *Emen-*
dationis, ſecus, non item. Adde.

An pœnitens vel ex ſe, vel interrogatus ob-
ligetur fateri, ſe eſſe recidivum, diximus l. 2.
cap. 10. §. 2. n. 38.

An Recidivo Novitio nolenti à Religione
egredi, poſſit Confeſſarius negare abſolutio-
nem, vide apud De Lugo lib. 1. Reſp. mor.
d. 28.

Cap. eodem 3. §. 5. num. 12. fine poſt illud, *qui*
ad has anguſtias redigetur; Adde.

Diximus de Concubinario: quid de Mere-
trice habitante in lupanari?

Reſpondet Bauci, & quatuor concurrenti-
bus, poſſe abſolvi, quæ quatuor afferuntur à
Navarro *b* loquente de eo, qui eſt in occasione
proxima. Primo, ut adſit juſta cauſa permanen-
di in illo loco, puta, quia hic, & nunc alium lo-
cum ubi habitet, non habet: Verum debet o-
mini conſtitu quætere modum abeundi ex illo
loco. Secundo, ut adſit vera pœnitudo pec-
catorum. Tertiò propositum de cetero illa
non committendi. Quarto, peculiare verumque
propositum, quo, Deo adjuvante, firmiter ſta-
tuat, non peccaturam in illa occasione. Notat
tamen ibidem Navarrus, non eſſe opus, crede-
re nunquam in poſterum ſe peccaturam. Id
quod nos univerſim notavimus lib. 1. cap. 1.
§. 3. num. 9. Notat inſuper ibidem Bauci, hanc
mulierem debere deponere habitum meretri-
cium, & non ſumere Euchariftiam, ubi eſt co-
gnita, ut Meretrix, & ejus emendatio eſt ſecre-
ta, ſed in alia Eccleſia longè à domo ſua, ne
præbeat ſcandalum, &c. Adderem ego, vel
aliquo prudenti modo publicetur à Parocho,
vel ab alio, Meretricis emendatio, &c.

Cap. 4. n. 3. verſus initium, poſt illud *dam-*
num enaſceretur. Adde.

Excipe, niſi prævideas majora peccata ipſum
pœnitentem ex tali notitia commiſſurum; lege
& Tancred.

Ibidem num. eodem 3. verſus finem, poſt il-
lud, *in majus damnum alium conſiciat.* Adde.

Idem eſſe dicendum, quando quis eſt in oc-
caſione proxima, & non ſperatur emendatio,
docet d. Pelizzarius.

Ibidem num. 5. fine poſt illa verba, *videtur*
aperienda. Adde.

Sed contra hoc ultimum, quæſo te, ſi præ-
vides pœnitentem non reſtituturum, quam-
vis item adverſitas, id eſſe in damnum pu-
blicum, cur tu ſis obligandus ad admo-
nita-

pendum, quandoquidem praevidetur, adhuc, tua
accidente monitione, illum non fore restitutu-
rum, atque adeo non fore amovendum dam-
num publicum? Certe frustra erit talis monitio
imo nocens ipsi admonito, bono autem publi-
co nequaquam favens.

Cap. 3. post §. 2. addendus est totus §. 3. sequens.

§. III.

Quanam dispositio requiratur in Confessore, dum
absolutionem impendit.

Hic ubi de dispositione poenitentis, ante-
quam absolvendus est, disputavimus,
commodum locum habet, & dispositio requi-
sit in Confessario, antequam absolutionem
conferat. Eum autem debere esse in statu
gratiae, quando administrat Sacramentum
Poenitentiae testata res est, quia reverentia tan-
to ministerio debita requiritur, ut illud (sicut &
cetera Sacramenta, sicut & a Ministro, qui sit ad
ea conferenda ex officio institutus) ministrari in
peccato mortali sine mortali non possit. Quare
b peccati sibi confiteus Confessarius, ante, vel se-
cūterat, vel attritus conficatur, quam ad hoc
Sacramentum ministrandum accedat. Dixi sub
disiunctione (vel) quia solum ante susceptio-
nem Eucharistiae adest praeceptum positivum
praemittendi Confessionem, nam ad cetera Sa-
cramenta suscipienda, vel ministranda sufficit,
quocumque modo, atque adeo per solam con-
tritionem, in amicitiam pristinam Domini re-
dire.

Potest tamen contingere ut in peccato mor-
tali, sine novo peccato administratur hoc Sa-
cramentum a Confessario inadvertenter, & ali-
quando etiam cum advertentia. Prius contingit
cum quis bona fide putans, se contritionis ac-
tum elievisse, sed verè coram Deo non elievit.
Posterior, quando gravis aliqua necessitas boni
spiritualis proximi id requirit: nam si Confes-
sarius luce gratiae destitutus vocetur ad audiē-
dam Confessionem mox morituri (idem, si vo-
cetur ad baptizandum) nec possit ab illis tem-
porum angustiis pressus sine magna difficulta-
te, se recolligere, ad eliciendum actum contri-
tionis, quo gratiae nitorem recuperet, poterit
illi ministrare sine peccato Sacramentum. Ra-
tio est, quia defectus contritionis in eo casu non
imputatur malitiae Confessarii, sed tribuitur
necessitati proximi, & sic, ea necessitate con-

stante, à peccatis quae opprimunt Confessarium
nulla injuria irrogabitur Sacramento, praeter-
tim Sacramento ei, quod ad delenda ejusdem
generis peccata à Christo Domino institutum
est.

At enim vero quandonam urget ejusmodi
obligatio status gratiae in Confessario, dum au-
dit poenitentis peccata, dum poenitentiam ei
tamquam iudex taxat, an solum eo temporis
momento, quo absolutio conferenda est?

Respondeo. Licet nonnulli censcant, & a. Af. Dia.
dum audit, & dum poenam taxat, & dum absol-
vit, probabilissimum tamen est, solum b dum
absolvit. Ratio est, quia audens Confessionem
& poenitentiam imponens, licet incipiat confi-
tere Sacramentum, non tamen illud simplici-
ter, & absolute conficere censetur, donec for-
mam absolutionis adhibeat, ut patet, si audita
Confessione, & iuncta poenitentia, à benefi-
cio impendendae absolutionis abstineat. Ergo
donec absolvat, non potest dici, quod simplici-
ter & absolute irreverenter tractet Sacramen-
tum, quia donec absolvat Sacramentum non
conficit.

Dices. Hinc sequeretur eum, qui incipit mi-
nistrare per Ablutionem Sacramentum Baptis-
mi, vel per Unctiones Sacramentum Extremae
Unctionis non peccaturum, si antequam pro-
ferat formam se conterat. Respondeo. Fac, ul-
tro hunc peccaturum, id enim querendum
otium non est, assero, adesse in casu nostro di-
sparitatem. Nam cum materia, & forma Bap-
tismi, & extremae Unctionis instituta sint simul
exhibenda, judicatur moraliter quis male tra-
ctare Sacramentum, dum ponit materiam cui
ex sui institutione tam proxime adhibenda est
forma, cum per positionem materiae tam vi-
cina ipsi formae, censetur confici absolute
Sacramentum. At in Sacramento Poenitentiae,
quod est institutum per modum iudicii, in
quo frequentissime, etiam per dies plures
distat positio materiae, & impositio Poe-
nitentiae, à forma, quae est sententia ab-
solutionis, moraliter non censetur per po-
sitionem illarum (quae ex sui institutione
remote ab absolutione se habere possunt) con-
fici Sacramentum Poenitentiae atque adeo
nec ab illo Confessario peccatore irreveren-
ter tractari. Haec disparitas solvit, difficul-
tatem, quam urget Delugo e contra ratio-
nem numero praecedente allatam quam
sine hac nostra explicatione satis se june dictam

a mps d à Doctoribus a fuisse, non possum non animad-
Dian. loc. c. vertere.

Petes, quid si idem Sacerdos audiens Confessionem & taxans poenitentiam cum proposito se conterendi, ante, quam absolvat (hoc enim proposito firmare se debet, si advertat ad indignum animæ suæ, statum) non valens deinde vincere difficultates, quæ sese menti offerunt, contritionem tam brevi tempore, quo sæpissimè poenitens absolutionem expectat, concipere nequeat, condemnatus ne erit de culpa mortali, Si sic affectus absolvat? Respondeo sub distinctione. Nam vel hic Sacerdos bona fide, expertus fortè alias facilitatem se conterendi, differt actum contritionis ad illas temporis angustias, vel mala fide, temere & imprudenter; si hoc posterius certè peccavit mortaliter, saltem quando periculo absolvendi in mortali sese exposuit, quia tunc ipsi, pravitati quæ suæ tribuitur contritionis defectus. Si illud prius, est iterum distinguendum. Si enim sine ullo timore molestæ poenitentis, aliquid forte simulans Confessarius, potest differtre absolutionem, id facere obligabitur, secus sine hæsitacione absolvere potest. Ratio prioris partis distinctionis est, quia, posita nulla poenitentis repugnantia, sic requirit reverentia Sacramenti. Ratio posterioris est, tum quia poenitens habet jus ad Absolutionem, quare si Confessarius eum absolvere refugiat, gravem injuriam irrogabit, cogendo illum ad dilationem sufferendam: tum quia odiosa absque dubitatione redderetur Confessio, si poenitens adverteret, sese nulla sua causa sine absolutione dimitti, absolviatur ergo, & cætera. Sicut enim necessitas ægri graviter periclitantis excusavit similem Confessarium modo numero 12. ita ab hac necessitate juris poenitentis, & à necessitate, qua omnes urgemur procurandi, ne molestia evadat Confessio, quod est publicum Religionis bonum, excusari eundem probabile est.

Immo simile quid in Priore casu, quando Sacerdos mala fide contritionem ad tempus immediate ante absolutionem remisit, dicendum in aliquo casu esse, paritas rationis ostendit: Nam, etiamsi, forte, immediate ante conferendam absolutionem à temeritate respiciat ejusmodi Sacerdos, velique, non tamen possit, in illa brevi mo-

rule, se conterere, non peccabit, dum absolvi existens in mortali, excusante, nimirum prædicta necessitate juris poenitentis, prædictoque onere Confessarii non reddendi odiosam Confessionem, licet sine dubio peccaverit, quando fide prava, ad absolvendum in peccato, sese perperam exposuit. Nisi sic doceamus, peccaret tunc Sacerdos, tum absolvendo, quia absolveret in mortali, cum non absolvendo, quia negaret jus poenitentis, id quod esset pati perplexitatem, quam omnes Doctores nunquam concedendam esse, fatentur.

Cap. 6. n. 2. sine post illa verba: *ex desuetudine jam non obligare.* Adde.

Periculum, & articulum sic explicat a Dicastulus. Pro eodem reputatur Periculum & Articulus, quando mortis periculum est propinquum & verum in fieri, non vero quando fere certum est, mortem diutius esse differendam, quo tempore potest occurrere opportunitas habentis facultatem legitime Absolvendi. *Et paulo post numero 411.* tunc approbat, posse absolvi damnatos in Triremibus, ut in articulo mortis, quando debent periculosum mare transire; aut non est sacerdos, aut haberi à tali damnato de facili non potest. Concludit denique in hunc modum. Plura sunt alia pericula, quæ arbitrio prudentis potius, quam certa regula designari poterunt. Ut cum quis in morbum periculosum incidit qui majore ex parte mortem solet afferre, aut iter agere incipit expositum prædonibus occidere solentibus, vel aggreditur curationem alicujus morbi, quæ periculosa esse soleat. Hæc ille. Unde non judico in articulo seu periculo hoc eum esse, qui tertiana simplici laborat, quia hæc non solet majore ex parte mortem afferre. Aliqui b morbum periculosum judicant dolorem lateris, quod Medicis melius decernendum relinquo.

Ibidem num. 3. post illa verba, *de stando mandatu Ecclesie.* Adde.

Quod Pellizzarius, & Diana d. Judicant, non esse ex necessitate sub mortali, quando absolutio datur in foro occulto conscientie.

Ibidem eodem n. 3. post illud, *sed non sub præstato juramento.* Adde.

Legendus est Pellizzarius, qui docet, quando Absolutio est in foro Conscientie, & poenitens non potest satisfacere, non esse im-

ponenda.

ponendum tale Juramentum de satisfaciendo, sed sufficit firmum propositum, ut in ceteris obligationibus.

Ibidem num. eodem in 3. post illud, imponendum esse, Adde.

Bordonus a putat, obligationem adesse solum, quando quis absolvitur ab excommunicatione deducta ad forum contentiosum.

Cap. eodem 7. §. 3. n. 7. post illud, rite approbato dele illa verba.

Probabiliter satis est, si fuerit approbatus semel à quocumque Ordinario & nihil reponat.

Ibidem num. eodem 7. post illud, sed non tertio per tertiam. Adde sequentia.

Probabiliter b autem satis est, si is electus per Bullam fuerit approbatus semel à quocumque ordinario sive originis, sive Domicilij, sive beneficii, nec injiciendus est scrupulus p. Fa-
gundes e dicentis, opinionem non requirentem novam approbationem. Si ejusmodi electus Domicilium mutet, non esse tutam, esse enim tutam pluribus probat idem Valerius & signato notat, num. 18. versu, & observa, sed omnino est legenda quædam seu declaratio seu limitatio, quam ego affero in Tract. de Bulla Cruciatæ cap. 11. n. 3. & seq.

Ibidem num. 8. ipso initio num. 1. dele illa verba, idque propter rationem mox dicendam §. seq. c. Fagundes, 2. num. 11. & loco illorum repono sequentia. Idque Ecl. p. 1. 7. propter rationem quam affert Sanchez (est cum s. Fillucio alij contrarij) quamque approbat Bauci scitās Bonacina g. & Alphonsus de Leone. b Ratio autem est, quia est verum hos occultos esse casus Papales, & solum ex Delegatione concessos Episcopis, & in rigore non esse casus, quos sibi Episcopi reservant, seu non esse casus Episcopis reservados, ut re-
ste notat Suarez, tamen sive ex usu, sive ex lata interpretatione, statim ac illi conceduntur Episcopis in perpetuum, conceduntur illis, tam quam ordinariis, atque adeo possunt dici esse illis reservati, & consequenter, toties, quoties absolvibiles per Bullam; quæ est ratio allata à prædicto Sanchez l. c. Hinc ibidem Bauci sic consequenter concludit. Qui habet ab Episcopo facultatem Generalem absolvendi à Casibus, & Censuris ipsi reservatis, intelligitur etiam ipsi concessus casus Abortus animati, & propter paritatem rationis percussio levius Claret, & ita esse usus receptum. Hæc ille: & quidem propter eandem rationem, quia nimirum hi casus concessi sunt in perpetuum Episcopis.

Eodem cap. 7. §. 4. n. 12. post illud, excommunicatos autem, dele illa verba.

Sive nominatim, sive, & nihil reponere.

Ibidem eodem n. 12. fine, post illa verba, carent ceteris, ut supponimus. Adde.

Utrum autem pro excommunicatis nominatim sint hi per sua privilegia Delegati à Pontifice, sicuti Electus per Bullam Cruciatæ, non est hic querendi locus: nam propterea, modo initio hujus numeri, excommunicatos nominatim excepti,

Cap. 8. §. 4. num. 6. fine post illud, quantum potuit, Adde.

Si poenitens redeat ad Confessionem, te in hac debere illum monere de defectu prioris puto, quia non adest ille rubor: & ita ob aliam rationem minus universalem notat de Lugo, l. c. n. 77.

Cap. 9. §. 1. hu. 4. fine post illud, diximus supra hoc libro cap. 4. Adde.

Hactenus declarata doctrina, quandam moderationem adhibet Delugo, a Merito, nam ait, non obligari Confessarium sequi opinionem poenitentis, quando opinio se tenet ex parte Confessarii, ut si sit probabile, ipsum posse, & non posse negare Absolutionem: id quod ego iterum notavi cum Sanc. b quando egi de Poenit. lib. 5. cap. 5. §. 4. n. 39.

Eodem cap. 9. §. 3. n. 11. fine, post illud, Hæc ex illo. Adde.

Sedabit Confessarii speculativi conscientiam Doctrina Th. e Sanchez, ex qua colligitur (& quidem ex eodem, puto, principio, quod examen debet esse morale, & humanum, non vero Metaphysicum) ex qua, inquam, colligitur, non obligari Confessarium ad interrogandos poenitentes de extraordinariis quibusdam eventibus, qui in eorum peccatis alias mutant speciem, & si ipsi poenitentes adverterent, explicare sine dubio deberent. Verba Sanchez sunt ejusmodi, Ex his infero, consistentem situm extraordinarium in Concubitu, sive dato legitimo vase, non esse necessario interrogandum de effusione seminis, si extra vas e venerit, necne, vel expertus ne sit illius periculum, quia hac non frequenter, sed rarisime accidunt. Hæc Sanchez.

ADDITIONES AD LIBRUM IV. Methodi Confessionis.

Lib. 4. cap. 1. §. 3. fine post illa verba, Hæc præcedenter Delugo, sic Adde.

Dens-

Denique sic etiam docet Afcianus Tamberinus, (quem singulariter diligo propter ejus eruditionem, & eximiam doctrinam, nec solum propter commune cognomen, & fortasse etiam propter eandem à Majoribus longè ductam familiam.) Is enim sic habet. *Cum quantitas, inquit, & qualitas Pœnitentia prudentia Confessarii arbitrio relinquatur. c. Mensuram. c. Deus. De Pœnitentia & Remissione, &c. Tempora 26. quæstione 7. in hujusmodi quantitate, & qualitate Pœnitentia injungenda, inspicere Confessor debet gravitatem & levitatem peccatorum & qualitatem personæ pœnitentis. An videlicet sit robustus, vel debilis, juvenis, vel senis; an forte sit magnam recusaturus, vel, licet acceptus, eam non impleturus, & alia ejusmodi. Inspectenda est potissimum magnitudo contritionis: tanta enim esse posset, ut ea sola pœnitentiam remitteret, iuxta Glossam, &c.*

ADDITIONES AD LIBRUM V.
feu Appendicem Methodi Confessionis.

Lib. 5. cap. 4. num. 10. fine post illud, Christus Dominus instituit, Adde.

Hæc disputandi gratia sint hætenus dicta: nam ego sequor libentius priorem sententiam affirmantem, quia sigillo favet magis.

Cap. 6. §. 1. num. 5. fine post illud, apud laudatos, Adde.

Legito item Th. Hurtadum, à quo in multis, ut patet ex dictis, dissentio.

Cap. eodem 6. §. 2. num. 9. fine post illud, quam obrem hæc prohiberet, Adde.

Inquires. Potest ne Prælati ex notitia habitæ in Confessione motus, magis advertere, ut notatis aliis extra Confessionem sese offerentibus signis, sufficienter instructus, aliquam ex dictis actionibus præstet?

Respondeo. Quidquid videatur concedere Th. Hurtadus, est ex dictis diligenter distinguendum. Nam si hæc actiones à Prælato præstandæ, tangerent ipsum specialem pœnitentem v.g. ei Prælati suffragium denegabit, &c. nullo modo potest: quia sic odiosa fieret Confessio: nam Prælati hanc novam advertentiam inciperet adhibere ex vi Confessionis: quod nullatenus licet. At si actiones illæ non tangerent pœnitentem, modo jam explicato, poterit sane, quia tunc agitur de actionibus tertii generis, quas licere, concessimus. Quare si forte Prælati ex vi Confessionis Pœnitentis, addita sua naturali sagacitate, notet aliquod aliud signum, non poterit cognitis ex hujus signi vi uti contra Pœnitentem: solum tunc poterit, quando signum, est ejusmodi, ut etiam sine prædicta relatione ad Confessionem Pœnitentis, ex se solo, sufficit & moveat ad inquirendum.

FINIS ADDITIONUM.

& Methodum Confessionis,

ADDITIONES

AD OPUSCULUM SECUNDUM DE COMMUNIONE.

P. THOMAE TAMBRINI.

In libro unico de Communione, cap. p. §. 8. n. 62. versus finem post illa verba: Ex vi argumenti dicendum esset, Adde.

a Hier. Fer. d. p. de secund. recta qn. 30. Et ita probabile esse, docet novissime Ferratinus, à adducto etiam pro se P. Cornejo: poterat item adducere Reginaldum, & Præpositum quos, eos reprobans, adducit Diana loco mox citando.

Ibidem n. eodem 62. fine post illud. Vbi aduertimus, materialiter. Addantur sequentia,

Add, eam opinionem fuisse expunctam à Indice Expurgatorio Hispanico à Cornejo: I. mo per edictam particulare reprobata, ut refert Carpenfis apud Dianam, b Quis igitur contra hanc censuram ire securus velit?

Cap.

Cap. eodemp. §. 9. num. 64. fine post illud *Prædicti scrupulosi*. Adde.

Dixi (ex posteriore sententia) nam in priore docente dubia peccata non esse sub obligatione confitenda; hæc præiens quæstio locum non habet, si enim ea non essent absolute confitenda, nec essent confitenda ante Communio-

iam tunc hæc fragmenta ex alieno sacrificio sumere, considerandum relinquo.

Semper autem loquimur de fragmento, si-
ve parvo, si-ve magno, nunquam enim potest à non jejuno sumi, nec hostia grandis, nec parti-
cula integra (addo nec integræ moraliter æ-
quivalens) quia dicta licentia solum concedi-
tur pro reliquijs Sacrificij, &c.

Cap. 4. §. 1. nu. 4. circa medium, post illud *Pia Mater Ecclesia*. Adde.

Semi fatuis, aliquando, non semper, ne ex
frequentia concipiant irreverentiam, ut notat
Januarius.

Ibidem versus fine post illud, semper bonus a Januarius.
habitus. Adde. p. 1. Re. 17.

Bauci b ait, amentibus ab Infantia non esse
dandam Eucharistiam, quia judicandi sunt per-
inde, atque Infantes, Rectè. Ita enim docetur
communiter; Verum ibid. addit. c ijs, qui
post usum rationis in amentiam inciderunt,
Eucharistiam dandam esse, dumtaxat in mortis
articulo; citatque Conc. Aurasican. & Car-
thag. quod refertur c. 26. q. 6. c. 7. Sed in
hoc textu, in quo est quidem sermo de Sumpt.
Euchar. solum sic habetur de ore nostra, *Amen-*
tibus etiam, quæcumque pietati sunt, conferen-
da sunt: quare illud, (dumtaxat in articulo
mortis) vel de suo addidit Bauci, vel sumpsit
ex Glossa ibidem marginali, id quod, ut vidi-
sti, non approbat valde piè Villalobos.

Cap. 5. §. 6. num. 10. fine post illud. *Eodem*
die communicare. Adde.

Post hæc scripta, & impressa legi, præter
Hurtadum jam citatum, sententiam Pelliz-
rij, d Quintanaduennans, Dicastilli, aliorum-
que, quæ docet, posse, ac debere. Verum o-
mnibus accurate perpensis distinguendum es-
se, ne locum errori demus, sic censeo. Vel
mane quis communicavit bene valens, & de-
inde incidit in morbum periculosum: Ita ut
credatur, non porrecturus vitam ad diem se-
quentem, & hunc iterum posse eodem illo die,
imo debere communicare, probabile erit ex
auctoritate tot Doctorum; nec aliud ipsos vel-
le, si eorum verba, & rationes perpendantur,
existimo. Vel mane quis, dum laboraret, peri-
culoso morbo, pro quo, si illud periculum ad-
vertebatur, poterat ei dari viaticum, ipse ta-
men communicavit ex devotione, & hunc
non posse iterum eodem die communicare, si
recrudescat tunc morbus, ob quem iudicetur
eodem die moriturus, constanter affirmo, &

d Pellizz.
Quintan.
Dicastillo
Martin. de
S. Joseph
Leandr.
Ludov. à
S. Io. ap.
Diana p.
10. tr. 11.
ref. 40.

a Vide Pell.
11.1. Man.
Reg. tr. 5. c.
§. 2. 105.
Ricciol.

Cap. 2. §. 6. num. 28. fine post illud *Campa-*
napulsum. Adde.
Consulto dixi (per *Horologium median no-*
tem signans) Nam communia apud nos Italos
Horologia, eiusmodi nequaquam sunt: solent
enim per tonitruum notare diei noctisque tempus,
fere semihora post exactum Solis evolutis cur-
sum. Unde sit, ut hæc à nobis in re nostra, &
in notatione meridiei sit detrahenda, si V. G. in
nocte, vel die æquinoctij Horologium Itali-
cum det signum sex horarum, media nox, vel
meridies vere in nostris Regionibus erit hora I-
talica quinta cum dimidia: Unde ea nocte non
poterit amplius frangi jejuniū, commun. caturo
de sequenti. Id ipsum sive notavit, sive obser-
vari mandavit Missale Romanum editum ab
Innocentio X. anno 1647. Instructione pro hac
re, & similibus posita initio eiusdem Missalis,
ut metitose adverterit Gavantius. (b Monet
idem Theodosius quod Horologia Italiae so-
nant Horæ tardius, quam indicent Horologia
Solaria, quandoque per quadrantem Horæ,
quandoque per dimidiam horam, & ideo detra-
henda erit illa quantitas horæ) aliqua huc per-
tinentia colliges ex dictis à nobis lib. In Decal-
cap. 5. §. 5. ubi de Jejunio Ecclesiastico.

b Gavanti
in Rubr.
Missal. p. 5.
in hanc Ta-
bul. meri-
dij, & me-
dia noctis.

Cap. eodemp. 2. §. 8. num. 40. post illud. *Tu*
considera. Adde.

Quæ à num. 35. hætenus dicta sunt, sic in
compendium redige.

Vel sermo est de fragmento tui Sacrificij, si-
ve magno, si-ve parvo, à te invento post assump-
tam ablutionem, & hoc sumere licite potes.
Primo statim, Secundo etiam finita Missa (licet
multis Sacras particulas porrexeris) dum es in
altari, Tertio, etiam probabiliter in Sacristia,
antequam vestibus spoliaris.

Vel sermo est de eodem fragmento ex alie-
no sacrificio, & hoc potes ex probabili opinio-
ne, Primo, eodem modo, statim, Secundo
eodem modo, finita Missa, etiam post multos
communicatos, dum es in Altari. At Tertio,
non potes in Sacristia, quamvis nondum spo-
liatus sacris vestibus fueris, An vero possis et-

de hoc casu ego sum loquutus in hoc nu. 10. loquutus enim sum de eo ægroto, qui communicavit mane, & deinde apparuit periculum. Ratio utriusque partis distinctionis est, quia in priore casu ex probabili sententia non est satisfactum præcepto communicandi in periculo mortis; ille enim in periculo non erat, quando communicavit. At in posteriore casu satisfactum est, quia jam erat in periculo, quamvis non putaretur esse, vel quamvis cum ea intentione non communicaverit: sicuti si mane dies festi audis Sacrum, licet nescias illum esse diem festivum, satisfacis præcepto, quia tunc rem præceptam jam implevisti, neque Missam aliam teneris audire post scientiam festi, ut alibi docuimus. Ecclesia enim præcipit auditionem Missæ simpliciter, non

intentionem Satisfaciendi præcepto.

Ex dictis colligo, me facilius concedere iteratam in eodem die communionem illi, qui ex febris, V. G. in periculum vitæ incidit: nam vulneratus, si communicavit ante acceptum vulnus, non communicavit tempore periculi; sed febricitans cum habeat in se luem febris ex communiter contingētibus præsumere debeo, communicasse tempore, quo aderat periculum, quamvis nobis ignotum, & solum valde peritus Medicus posset testificari, vere novum morbum accessisse, qui periculum illud adduxerit, qui certe casus, rarissimus erit.

FINIS ADDITIONUM.

ad Opusculum de Communione.

ADDITIONES

AD OPUSCULUM DE SACRIFICIO MISSÆ.

P. THOMAE TAMBURINI.

Lib. p. cap. p. 9. 6. n. 2. sine post illud in manibus Sacerdotum consecratur. Adde.

Quod hætenus dictum à me est, impugnat Diana. Is enim cum retulisset mea jam dicta verba, incipiendo ab illo [adde, & adesse] sic habet. Hanc distinctionem in ordine ad reverentiam debitam Eucharistiæ, nullus est, qui non videat, esse metaphysicam; sicque ex illa sequeretur, neque Patenam, neque Corporale esse consecrandum, vel benedicendum, quia in ipsis per accidens Corpus Christi consecratur. Nam, ut vult Tamburinus, Corpus Christi per se consecratur in manibus Sacerdotis. Sed hoc dicere est absurdum. Ergo &c. Hæc Diana, qui in tribus placere non potest.

Primo, quia omittit argumentum, cui ego vere innitor, nempe ductum à non requisitis à Jure.

Secundo, quia, quam ego Congruentiam appello, ipse ita versat, ac si velim, illam esse convincentem rationem.

Tertio, quia hanc eandem Congruentiam inædè impugnat, quod sequeretur Patenam, &

Corporale non esse consecranda, vel benedicenda

Sed quæso te, dividatur dictum, ne deatur ansa labendi, Aliud enim est, loqui de Patena, aliud de Corporali; aliud, de Consecratione, aliud de Benedictione. Nam primo quidem noster hic sermo est de Consecratione, non de Benedictione: sic enim proposui initio hujus num. 2. (neque dicas Calix est consecrandus, ergo & Pyxis) Cur ergo à Consecratione, amice lector, transis ad Benedictionem? Deinde, aliud est, decernere de Patena, aliud de Corporali. Aio enim, Corporale esse benedicendum, ut dixi hoc eodem lib. 1. cap. 5. §. 3. & Item Pyxidem esse ex congruitate benedicendam, ut dixi modo nu. 1. quam solam benedictionem ipsis sufficere iura censuerunt.

Ajo item, Patenam non indigere consecratione ex eo capite, quod in illa per se Christi Corpus consecratur; sed ex alio capite, seu congruentia, quæ sufficiens visa est Ecclesiæ, eamque explicuit in oratione, quam Episcopus recitat in consecratione à Patenæ. (Oremus, inquit, Fra-

Calix.

eres Charissimi, ut divinae Gratiae benedictio co-
secret, & Sanctificet hanc Patenam, ad confrin-
gendum in ea Corpus Domini nostri Jesu Chri-
sti, qui Crucis passionem sustinuit pro no-
strum omnium salute) Haec oratio. Quo-
tiam igitur in Corporali, & Pyxide, neque
consecratur, neque per se confringitur Corpus
Christi; Idcirco iudicavit Ecclesia, satis ipsis esse
benedictionem, eamque ex congruitate du-
cta ex contactu eiusdem Christi Domini no-
stri. At voluit in Patena, & Calice consecra-
tionem; quia in ipsis, qua confringitur Chri-
sti Corpus, qua confluit Christi Sanguis. E-
go autem in hoc num. 2. solum memini de
Consecratione sanguinis, quia solum propo-
situm fuit augmentum de Calice, non de Pa-
tena. Denique illud etiam hic observa, quod si
Ecclesia non iudicat, esse quid Metaphysicum,
requirere consecrationem in Patena, quia in
ipsa confringendum est Corpus Christi, nec
iudicandum, quid Metaphysicum esse, requi-
rere Consecrationem Calicis, quia in ipso
Christi Sacratissimus Sanguis est conficiendus.

Cap. 3 §. 2. num. 7. fine, post illud, *A suis
Generalibus non fuerit* Adde.

De his vide nonnulla peculiaria pro nostris
ex Societate, praesertim pro Rectoribus Semi-
nariarum apud Delugo. *b*

Cap. 4. §. 3. n. 13. post illud *non verabuntur.*
Adde.

b Delugo
lib. 4. resp.
m. dub. 39
c Delugo
lib. 1. resp.
m. dub. 3.
Lege Io. Delugo, *c* qui negat Provin-
cialem Societatis posse dare facultatem cele-
brandi in nostra Aula V. G. ubi fieret Praesepe
Domini, nocte Sacri eiusdem Natalis, nisi Au-
la pro semper deputetur ad Sacra; hanc enim
deputationem requirit Privilegium Provincia-
li concessum.

Ibidem nu. 14. *requiritur licentia.* Adde.

Ex illo (*per se ipsos*) enascitur difficultas.
Quid enim? ergo non per alium? Respondeo
de hac difficultate diserte agit Delugo. *d* con-
cluditque non posse Provinciale committere
d Delugo
m. dub. 54.
Reclori V. G. ut ipse Rector approbet depu-
tetque; posse tamen Reclori committere, ut ipse
iudicet de decetia loci, quo iudicio à Provin-
ciali accepto, etiam eo remote agente, poterit
idem Provincialis absens per litteras approbare.

Eodem cap. 4. §. 4. nu. 17. Post illa Verba *de-
e Diam. p. sinere seu finire necesse est.* Adde.

Ita tunc post haec scripta Diana, *e*
9. tr. 1. resol.
17. contra
Zellizar.
Cap. 5. §. 1. n. 15. fine, post illud *nequaquam
violari.* Adde.

Haec scripsi in prioribus Editionibus, sed in-
venio nunc contrarium fuisse declaratum à Sa-
cra Congr. & Rituum, quae vult Aram, subreptis
Reliquijs, etiam si fracta non fuerit, debere ite-
rum consecrari.

Eodem cap. 5. §. 6. num. 3. fine, post illud *si ne
scrupulo reddi.* Adde.

Denique Silvester merito docet, non esse sim-
pliciter necessarium, quod ante Altare sit orna-
tum pannis, seu pallio, nam aliqui, inquit, non
utuntur hoc pallio, vel propter praestantiam la-
pidis, vel propter paupertatem. Adderem ego,
ne tamen sit irreverenter deformis, Pari modo
non esse sub mortali necessarium pulvinar, id est
Cussum, Cereum, campanulam pro tempo-
re, quo elevatur Hostia, secluso contemptu, (&
quando haec haberi commode nequeunt, ne
sub veniali quidem) advertit Persicus *b*

Cap. 6. §. 2. num. 6. fine post illa verba, *de
tam rigoroso praecepto.* Adde.

Contra docet Verricelli, *c* sed mihi eius
rationes efficaces nequaquam videntur.

Ibidem §. 3. num. 1. versus medium post illa
verba *exspectanda nequaquam est.* Adde.

Atque id intelligi etiam in diebus non festi-
vis, si adsint, qui sacro velint interesse, recte pro-
bat contra Nunnum Delugo: *d*

Cap. 7. §. 6. n. 3. fine post illud *Persona condi-
tionibus.* Adde.

Legatur omnino Suarez, *e*, qui pro ijs, qui
jam Ordinem susceperunt, de quibus loqui-
mur, ait, requiri quidem iudicium Episcopi, sed
id non esse dispensationem, sed declarationem
tantum; declarationem intellige authenticam,
scilicet à Superiore dimanantem; nam propte-
rea ego censeo, non sufficere, si fiat à Doctore
privato. Posse tamen fieri à Provinciali pro suis
subditis Regularibus, nudius tertius pro quodā
Patre Cappuccino Interrogatus putavi, quia fa-
tis illa pro subditis, est authentica declaratio.

ADDITIONES AD LIBRUM II. de Sacrificio Missae.

Lib. 2. cap. 1. §. 3. num. 20. fine. Post illud. *Sa-
cerdos post assumptum Calicem.* Adde.

Quid si quis consuevit consecrare particulas
collocatas extra aram, & extra Corporale, sed
sufficienter sibi praesentes, putans, ex invincibi-
li ignorantia id rite fieri?

Respondeo, tunc eas futuras consecratas, quia
etiam si advertisset, consecrasset; ut supponis, (&
quidē valide consecrasset, quia sunt sufficienter

a Apud
Barbos. in
sum. Decis.
Apost. V.
Celebrans
num. 2.

b Persic.
lib. 1. de
Offi. Sacer.
ca. 8. dub.
8. nu. 77.
c Verricel-
li Tr. 8. qu.
mo. 30.

d Delug. l.
1. resp. mor.
d. 12.
e Suarez.
de Cons. d.
31. q. 1. n.
5. & 7.

præfentes) unde is Sacerdos per accidens ratione suæ ignorantie, & consuetudinis, nec habet, nec præsumitur habere aliam voluntatem, idest voluntatem non consecrandi in illo situ, qui vere est indebitus, jam enim ipse putat, esse debitum arque adeo rite se, ac sine peccato consecrare, quare ipsi non obstat præsumptio à Suario, & à nobis dicta *num. 13. & num. 16.*

Cap. 7. §. 4. n. 2. ipso initio, post illa verba. *Rayman hac est.* Si excommunicatus toleratus. Corrige (si excommunicatus non toleratus.)

Eodem Cap. 7. §. 5. num. 2. fine post illud. *Ecclesia non precepit.* Adde.

Post hæc scripta volui recolere modum reconciliandi Ecclesiam violatam, quando non dum est consecrata, quem præferbit Rituale Rom. Pauli V. nec illum intueni adeo brevem, ut modo dictum est ex Delugo: quare puto, ante Canonem inceptum absolute posse Missam omitti, cum prolixitas talis reconciliationis sufficientem causam det omittendi, sicuti dat Ecclesie consecratae propter non valde dissimilem prolixitatem.

Cap. 8. §. 8. nu. 3. fine dele illa Verba *ex his similia, quæ facile occurrere possunt ex torso colligere poterit,* & reponere sequentia.

Dian. p. 12. ref. 10.

Diana referens a quæ hætenus in ultimo casu, in prima editione scripsi, sic habet. (Hæc opinio mihi non placet, nec enim Ecclesie Rubricæ præcipiunt turbationem Fidelium, sed reverentiam, quam ipsæ debent divinisissimo Sacramento. Ideo puto, in tali casu, lotionem, barbam esse purgandam & aquam reponendam in Piscinam.) Hætenus Diana. Sed lector, vel mediocriter advertens judicet, an idem sit dicere, quod Ecclesia præcipiat turbationem Fidelium quod à me dici refert Diana, & dicere.

Melius est vitare turbationem Fidelium, quam Rubricarum apicem ejusmodi cautelæ præcipientem observare, quod ego hoc in loco didici. Dum autem apicem dico, satis ostendo per epistulam, vel per rationabilem interpretationem, casum, in quo adest Fidelium turbatio, esse à Rubricis exceptum. Illud ex Diana loci, approbo: Nam si cadat sanctissimus Christi sanguis in ipsius Sacerdotis barbam, licet abradenda non sit (quicquid non nemo doceat) tamen repetita tertio lotionem esse lavandam, lotionemque in Sacramentum immittendam puto. Immo si in barbam ejusdem celebrantis cadat fragmentum, vel Hostia consecrata, pa-

Barthol. ab Angel. apud Dian. l. cit.

rimo modo judico barbam esse lavandam, ac lotionem in sacram piscinam proiciendam.

Dices. At cur non lavasti barbam illius viri communicaturi, hic autem lavas barbam celebrantis?

Respondeo. Merito id facio, quia in illotimbeatur rationabiliter turbatio, at hic in Sacerdote, qui sacra mysteria probe novit & spectat, non timetur. Unde idem facerem, si secularis ille esset tam probata virtutis vel esset in privato sacello &c. quia tunc credibile est, nullam, vel satis modicam turbationem fore.

Quid si Sanctissimum Christi Corpus cadat in manus Sacerdotis, Monialis, Sæcularis? Respondeo. Licet Pellizzarius, a loquens de manibus Monialis, neget tunc necessitatem lavandi, quia hoc, inquit, nec valde onerosum, tamen ajo, à prædictis lavandas sibi ipsi manus esse, & lotionem in sacramentum effundendam. Ratio est quia nullum, vel satis modicum id onus existimandum erit; nec enim manuum lotio turbationem affert, sicuti afferre barbæ lotionem, modo putavimus. Doctrinam autem Suarii, b quam idem Pellizzarius affert ibidem, dicentis ea, quæ in Missali proponuntur sub titulo de defectibus, solum esse instructiones quasdam doctrinales, non vero speciales constitutiones inducentes, novam obligationem, & instructiones quidem datas juxta doctrinam probabilem, non tamen magis obligare quam res ipsas, aut doctrinam, in quæ fundantur. Doctrinam, inquam, hanc Suarii approbo, & laudo, sed affirmo, in casu nostro de manibus, reverentiam ipsam sic exposcere, cum ex alia parte turbatio nulla, nec aliud inconveniens, ut dictum est, timeatur. Hæc satis, nam ex his similia, quæ facile occurrere in dies solent, ea, tu ipse decernere poteris.

Cap. 9. §. 3. initio post illud, *Sequens Privilegium.* Adde.

Quod nihilominus aliqui affirmant, e non fuisse merum oraculum, sed illi accessisse signaturam Pontificis.

Ibidem n. 4. fine post illud. *Nerevocatur.* Adde.

Lege Delugo d qui satis strictè hoc privilegium interpretatur & Dianam e qui fere omnino rejicit. Quo autem rationum pondere, saltem loquendo de officio, pro quo adfunt illa universaliter verba. *Qui dicit officium per se solus*

Baldellus olim Romæ Præceptor in Theologia, ad gicis meus, qui intelligit hoc Privilegium de toto officio,

a Felice. de mon. c. 10. §. 3. subsc. l. 24. l. 49. r. 13. Regl. 49.

b Suar. disp. 15. de Euch. §. 1.

c Apud Delug. in Resp. l. 4. da. 17. & Delugo lib. 3. r. 17.

d Dub. 17. e Dian. 10. r. 12. Resp. 1.

f Nicol. Baldellus. 2. lib. 3. de adorat. ad §. 5. n. 16.

Officio & solum admittere illud renuit ex eo capite, quod putet, esse ex vivæ vocis oraculo, quod tamen fuisse cum signatura Pontificis ex aliquorum sententia, jam vidimus num. 1. Nostram prædictam opinionem sequitur, & pluribus probat Sanctior apud eundem Dianam

capit, reformare. Quando autem (ajunt hi) Sacra Congregatio prohibuit reductionem Missarum, non prohibuit eam fieri ex vi explicatæ compensationis, sed ex vi dispensationis, quam facere, solum pertinere vult ad Pontificem.

Respondeo, hæc argumenta ostendere quidem debere fieri ejusmodi reductionem, sed non ostendunt, quisnam debeat eam expedire? At potuit S. Congregatio propter bonum commune, & ne detur ansa particularibus personis, vel Ecclesiis, perperam illam reductionem expediendi ad se illam avocare, ut re ipsa clarissimis verbis avocavit, id, quod modo n. 2. vidisti. Ad Confirmationem. Respondeo, concessio antecedente, Neganda est propter eandem rationem. Consequentia, neque potest dici, solum vetari à Sacra Congregatione ne id fiat in vim dispensationis, non verò vetari, ne fiat in vim justæ compensationis. Non inquam, hoc dici potest, quia S. Congregatio, ut patet ex ipsius Decreti lectione, non intendit titulum duntaxat, unde fiat, sed ne ipsa materialis reductio ab alio, quam à Summo Pontifice fiat.

Eam tamen, sed tamen præscindendo à præsentis Decreto, novissimè exceptam video à Thoma Hurtado, a

Eodem cap. 1. §. 3. num. 25. sine post illud, vide infra cap. 2. §. 1. Adde.

Denique si omnibus expensis, res adhuc remanet dubia, possessio videtur esse pro fundatore, atque à Deo illi deberi tum Præsentiam, tum Applicationem. Lege Alphonsum de Leone b Itaque etiam late sustinet Tho. Hurtadus e docens, quando nihil exprimit petens, Missam semper præsumi (nisi contrarium constet) utrumque petere.

Eodem cap. 1. §. 3. num. 53. ipso initio, post illud. Nec timendum decretum. Adde. (Concurrentibus tamen conditionibus num. 66. dicendis.)

Eodem cap. 1. §. 3. num. 65. sine post illud patitur ut supponimus. Adde.

Dixi de facto vendidit, nam si famulus præstint aliqua obsequia gratis, animoque liberali vel ex charitate, vel ex pietate, non potest deinde mutare voluntatem, unde nec petere ex Justitia, nec sibi facere poterit compensationem, d Ratio est, quia tunc legitime Dominus possidet illum famulatum, jam sibi liberaliter exhibitu, seu donatu, ergo de jure ab illo justè nequaquam potest.

S. 3. Eodem

ADDITIONES AD LIBRUM III. de Sacrificio Missæ.

Lib. 3. cap. 1. §. 2. num. 2. sine post illud Episcopus posset. Adde.

Quando ex voluntate fundatorum, vel dantium elemosynam pro Missis ea elemosyna data est ad cultum Ecclesiæ, vel Dei, nunquam posse Episcopum reducere, quia jam de illis non potest amplius disponere donans, putat Vericelli contra Leonem, & Castrum. Verum ego hos sequor, non Vericellum. Nam quando in limine fundationis ipse fundator voluit, ut id posset Episcopus, Ecclesiæ judicatur acceptasse juxta eam fundatoris dispositionem. Non igitur nunc disponit donans, quia supponitur mortuus, sed tunc, quando testatus est, & cujus voluntatem accepit Ecclesiæ, &c.

Responsionem S. Congregationis numero præced. allatam absolute, & sine ulla interpretatione amplectitur Diana, aliis, meque etiam citato. Lege item Januarius, qui docet, Gubernatores Ecclesiæ non posse reformare Missas ex eo, quod hæreditas facta sit difficilis exactionis, & fere decocta.

Nota illud (ferè) nam si sit omnino decocta, & sine culpa Ecclesiæ perierit, ad nihil Ecclesiæ obligari, dicemus infra §. 3. n. 89.

Dices. Sicuri se habet totum ad totum, sic pars ad partem, sed Sacerdos, seu Ecclesiæ potest totum onus Missarum negligere, si totus census sine sua causâ perierit, ut inferius dicemus §. 3. num. 89. citato. Ergo idem Sacerdos, vel Ecclesiæ poterit partem oneris negligere, si pars census sui perpetui oneris sine sua culpa perierit. Ita discursunt contra nos Bordonus, c & Aversa citati, sed non excepti à Diana, qui addit, idem probabile putari à Francisco Delugo. Confirmant, quia quilibet potest ad justitiam reducere contractum; si igitur census deficit ex parte, quilibet poterit onus censui additum juxta partem, quam per-

a Hurt p. 2. mor. tr. 8. num. 369.

b Alph. de Leon. de off. Cappel. q. 8. sec. 8. c Hurt. p. p. ref. mor. tr. 2. c. 4. n. 135.

d Bonac. de Contr. d. 3. de loc. & cond. q. 7. p. 4. n. 2.

Eodem cap. 1 § 7. num. 2. fine post illud. Etiam ad nos dirigi. Adde.

*2 Verricell.
Tr. 8. qu.
mor. 45.*

Notandum est autem illud *onera perpetua*, nam propterea rectè non nemo advertit, Capellaniam amovibilem non includi in hac prohibitione.

Cap. 2. §. 1. num. 5. fine post illud. Quotidie celebrare solent. Adde.

Ad quos reduco eos, qui obligantur ex Legato.

Cap. 5. §. 1. num. 3. fine, post illud, quod certè rarissimum est. Adde.

Nec dari vacationem accipientibus Eleemosynas manuales, vel legata annua ex ibidem dictis patet.

FINIS ADDITIONUM.
Trium Opusculorum.

ADDITIONES

AD LIBRUM I. DECALOGI.

Ipsa initio in intentione, ac Divisione operis. Illud, *Id quod quam sit operosum*. Sic clarius corrige.

Id autem, quod digerendum sulcipio, quam sit operosum.

Lib. 1. cap. 1. §. 3. num. 9. fine. Post illud, Oeconomus Sacrifica &c. Adde.

Quando aliquid parvum datur pro eo consequendo.

Cap. eodem §. 3. n. 25. fine. Post illud. Reprehensibile. Adde.

Facit ad hæc Sanchez, qui excommunicationem forte latam adversus consumantes matrimonium, non præmissis benedictionibus, ait minime ligare; quia Excommunicatio ferri non potest, nisi ubi adest materia imponendi præceptum obligans ad mortale, quæ materia non apparet in ea consummatione, nisi forte aliquando diu in aliqua Diocesi folerent differri ejusmodi benedictiones, nam tunc posset sub excommunicatione præcipi, ut intra tempus commodum, verbi gratia, intra semestrem, adhiberentur. Hæc ex illo. Ubi vides invalidæ excommunicationem ferri circa rem, quæ non est apta, ut de ipsa imponatur præceptum grave; At certe materia, cujus finis, modo dicto est levis, gravis esse moraliter non potest, &c.

Cap. 2. §. 6. n. 9. post illud sequi tuto potes. Adde.

Nisi forte (ut dicam cap. 3. §. 3. n. 12, & n. 20. in

aliquibus ex illis obster possessio.

Cap. eodem 2 § 9. n. 7. fine post illud, vel divino imperatum. Adde.

Vel contra ejusmodi jus redundare, ut ex se patet,

Cap. 3 § 3. nu. 6. dele illud, ut ille sit adeo doctus, &c sic reponet.

Ut, ille rem ferro tractans, sit adeo doctus.

Cap. eodem 3. §. 4. num. 7. initio post illud, si de facto alter possideat. Adde.

Vel quod dixi num. 4.

Cap. eodem 3. §. 4. eodem. n. 7. fine, post illud, velu amplecti. Adde.

Cum limitationibus dictis n. 4. lege Merolam To. p. d. 3. c. 4. n. 182.

Ibid. n. 2. 4. fine post illud. Laborantem. Adde.

Non obligari tamen, quando actio se tenet ex parte Ministri, puta Confessarii, notat Delugo. a & ego dixi lib. 3. Meth. Confessionis cap. 9 §. 1. n. 4. in Addit. & iterum dicam cum Joanne Sanchez, quando agam de Pœnitentia, lib. 5. c. 5. §. 4. n. 39.

Cap. eodem 3. §. 5. num. 1. fine post illud, à iustitia discere. Adde.

Abstrahimus ab eo, quod exactor acceptando officium, promissit tacite sequi opinionem probabilem faventem Regi, juxta dicta §. 3. n. 20.

Cap. eodem 3. paragrapho 7. V. Confessio Sacramentalis post illud. V. casus & consueva referenda. Adde.

Illud

Illud hic habe, Posita ea sententia, quæ docet in mortis articulo non posse quemlibet Sacerdotem absolvere moribundum à reservatis sed debere, si tempus permittat, expectari Confessarium habentem jurisdictionem ad illa, cuius tamen contrarium ego sum sequutus, tamquam probabilissimum, lib. 3. Meth. Conf. c. 7. §. 1. posita tamen, ut dico, ea sententia, Inquires quid faciendum, si sit dubium, an infirmus sit superviviturus, donec ille Confessarius jurisdictionem habens advocetur? Respondeo. Absolvatur, et etiam in illa sententia, quia ne subeat infirmus periculum damnationis, ita certo vel Ecclesiam, judicandum omnino est.

Cap. 3. eodem §. 7. V. Depositorum n. 1. Initio, Illud si ve ex contra etu si vs. sic scribe.

Sive ex contractu mediate, immediate ex culpa, si ve.

Cap. 3. eodem §. 7. V. Gabella. post illud, quia bonu fundamentu inniuntur. Adde.

Et Januarius quidem p. res. 51. citans Lessum aliosque contra Suar. docet, non teneri quempiam ad Gabellas, non solum quando dubie, sed nec quando opinabiliter solum sunt iustæ, cuius doctrinæ fides sit apud ejus Auditores.

Cap. eodem §. 7. V. Irregularitas n. 2. sine post illud in supradictu Canonibus. Adde.

Dixi in proxima parenthesi (fœmineus est judicandus) Verum Naldus balique non pauciputant, in dubio fœtum censendum esse masculinum & ita servari in sacra Pœnitentia. Nihilominus esse, quoad forum internum, censendum fœmineum; adhuc mihi, improbabile non est, dum loquimur de Irregularitate, nam ceterum Pœnitentia tutori, & certe probabili sententiæ contrariæ se conformat. Id autem hæ rationes inter ceteras probare possent. Primo, quia, ut innuimus, minus gravari debet delinquens, & in dubio semper est favendum Reo. Sane Castropalus c. Quoties (ait) duæ præsumptiones concurrunt in uno actu, illa prævalere debet, pro qua est honestas, & excludenda præsumptio delictum committens. Dic, tu, & excludenda præsumptio majus delictum committens. Secundo, quia prius est, fœtum esse inanimatum, quam animatum; ergo donec mihi elare ostendas; illud habere animam, pronuntiabo esse sine illa, quia prævalet possessio prioris status. Tercio, si percutas quem-

piam, de quo dubitatur, an sit Clericus, non Clericus est reputandus; quia prius est hominem esse non Clericum, quam Clericum, & similia multa hæcenus habuisti, & paulo post habebis. Cur igitur non idem in casu nostro?

Olim sic item argumentabar. Ex frequentiori eventu est in re dubia, judicandum, at frequentius est quod fœminæ nascantur, quam mares; ergo &c. Sic, inquam, olim: sed numeratis deinde infantibus, qui nati per aliquot annos sunt in hac Parochia sita in Cathedrali Ecclesia hic Panormi, in qua habitant fere duodecim millia Capitulorum, hoc argumento amplius non sum usus; Nam cum ex libris Baptizatorum à me diligenter visis collegissem numerum marium, & fœminarum, qui in toto decursu trium annorum sacro fonte lavati sunt, inveni, quindecim amplius fuisse Mares, quam fœminas, qui parvus excessus certam parere præsumptionem non potest, quæ potius iudicemus, masculinum esse fœtum, quam fœmininum, vel contra.

Et, ut obiter, miretis Divinam Providentiam, quæ ex una parte facit, ut vincat vis naturæ ad perfectum semper intendens, plures mares procreando & ex alia, fere æquales producat mares, fœminasque ad sobolem propagandam, legitimo non cum multis, sed cum singulis uxoribus contracto matrimonio; ut id, inquam, obiter miretis, eos distinctum, & annuatim à me numeratos hæc lege.

Anno Domini 1649 à primo Sept. usque ad primum Septembris consequentis nati sunt.

Mares -- 251. fœminæ -- 253.

Anno 1651 à primo Septemb. usque ad primum Sept. sequentis.

Mares -- 286. fœminæ -- 292.

Anno 1651 à primo Septemb. usque ad primum Septemb. sequentis.

Mares -- 283. fœminæ -- 260.

Cap. eodem §. 7. V. Leges, & præcepta num. 10. sine, post illud, Hora Canonica n. 2. Adde.

Si dubium sit, an lex sit iusta, non obligor illi parere, quia lex debet esse certa & iusta, & v. suse nec sufficit esse iustam opinabiliter, vel dubie; neque enim mea libertas certa cedere debet legi dubiæ. Illud addit Januarius, dubitantem de materia iustæ legis, si cognoscit, Superiorem indoctum, non posse obedire cæco modo, sed teneri ad examinandam legem, secus si cognoscit dictum, Adde, & non malum.

Cap.

i. lege Ca-
strop. 10. 1.
n. 1. d. 4. p.
12. §. 10.

b. Nald. V.
Abortiva
Filiuccius
ait cum de
abortiva.

Delegat.
ref. 1. m.
1. 1.

i. Castrop.
T. 1. d. 3. de
leg. 2. §. 1.
11.

probat ta-
nuar. 1. p.
ref. 44.
b. Januar.
ref. 46.]

Cap. eod. 3. § 7. V. Matrimonium. n. 5. sine. post illud, Dispensationem poterunt. Adde.

6. Quid si dubitetur, an affuerit verus consensus in conjugibus, vel an fuerit praesens Parochus, an intercesserit metus, vel quid simile, unde ambigatur, an sit validum matrimonium?

Respondeo. Judicem debere in foro externo judicare pro validitate matrimonii, & compellere conjuges ad simul cohabitandum, certum est apud Doctores. a Excipe, quando dubium provenit ex impedimento impotentiae, de quo sunt suae Regulae videndae apud Sanchez. b

a Sanchez. l. i. matr. d. 18. n. 5.

b Idem l. 7. matr. ad

97.

c Henrig. l. 1. de matr. c. 13. n. 4. & c. 11. n. 5.

d Sanchez. l. i. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

e Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

f Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

g Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

h Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

i Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

k Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

l Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

m Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

n Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

o Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

p Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

q Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

r Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

s Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

t Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

u Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

v Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

w Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

x Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

y Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

z Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

aa Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

ab Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

ac Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

ad Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

ae Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

af Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

ag Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

ah Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

ai Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

aj Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

ak Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

al Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

am Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

an Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

ao Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

ap Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

aq Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

ar Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

as Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

at Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

au Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

av Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

aw Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

ax Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

ay Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

az Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

ba Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

bb Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

bc Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

bd Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

be Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

bf Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

bg Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

bh Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

bi Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

bj Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

bk Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

bl Idem l. 1. de matr. d. 18. n. 6. cum Covarr. & Menoc. ap. eundem quibus add. Pontium l. 2. matr. c. 9. n. 16.

Non idem, docet Henriquez, e quia nemo in dubio obligatur in conscientia subire certum onus, quale profecto summum est in Matrimonio, quia in dubio melior est conditio possidentis; cum ergo conjuges certo suam possideant libertatem, matrimonium autem non sit certum, sed dubium, praevaleret libertas, sicuti eadem praevaleret in dubio voto. Id quod nos etiam dicemus inferius V. Votum.

Verum Sanchez d. cum communi sententia idem asserendum esse, docet in utroque foro, atque adeo in dicto dubio validum fore etiam in conscientia matrimonium, quia utrumque forum, externum & internum idem judicant, ubi externum non innuitur falsae praesumptioni.

Ad illud de voto respondet, adesse disparitatem; nam quod votum (utique simplex) quando est dubium non obligat votentem, inde est, quia in hoc voto non adest traditio, & sic non est possessio ex parte alterius; quasi dicat, quia in matrimonio, & in voto solenni dubiis adest traditio, per quam alter, id est, vel matrimonium, vel unus ex conjugibus, vel Religio sunt in possessione, ideo ejusmodi matrimonium, & votum valida sunt, vel certe ut valida sunt censenda.

Equidem idem hic assero, quod mox repetam V. Professio Religiosa, nimirum, me nolle à tam communi tantorum Doctorum opinione discedere, ut etiam me non discedere ostendunt ea, quae modo n. 3. dixi; tamen in confirmationem sententiae Henriquez haec consideranda propono. Primo in casu matrimonii dubii, cui, quo ad forum conscientiae (nam in foro externo semper debet Judex judicare juxta communem sententiam modo n. 6. dictam propter

rationem, quam superius attuli hoc eodem cap. 3. §. 4. n. 4.) cur, inquam, praevalere contra dubium non debeat id quod firmum, & certum est, puta, libertas conjugum? Secundo, cur non dicamus, nihil ob stare huic libertati traditionem, quam innuit Sanchez? nam de ipsa traditione dubitatur; quare traditio atque adeo possessio matrimonii, vel etiam professionis solennis non est certa, cum de ipsis dubitetur an habeant sua essentialia, id est an adsit consensus, solennitas substantialis, praesentia Parochi, &c.

Negandum est igitur Sancio in matrimonio, & in voto solenni dubiis, de quibus est praesens controversia, adesse traditionem, per quam alter sit in pacifica possessione, quae praevalere possit certae libertati eius, qui solum est in possessione dubia.

10. Jam vero illud certum judicat Sanchez ibidem aliique si stante eo matrimonio dubio, conjux certo contrahat aliud matrimonium cum alia, praevalere debere posterius hoc matrimonium. Ratio est (inquit Sanchez) quia hoc est certum, illud prius dubium.

11. Sed oro te, doctissime Sanchez. Si à posteriore matrimonio certo in hoc casu vincitur matrimonium prius dubium, cur à libertate conjugum certa illud idem matrimonium vincit in praecedente casu non poterit? Rursus si in priore matrimonio adest in tua doctrina certa traditio, & certa possessio, cur tam certa possessio sit à consequenti posteriore matrimonio (quod certe valde dubium esse debet, cum superveniat priori forte valido; imo, per te, ratione traditionis, prorsus ut valido putando) cur, inquam, sit tam facile vincenda; Sed hactenus sic dubitare sufficit.

12. Denique (ut id etiam hac occasione proferam) si prius matrimonium in suis essentialibus sit probabiliter certum, & posterius forte contractum, existente priore, sit item probabiliter, imo probabilius certum, praevalere debet prius matrimonium.

Ratio est ducenda ex superius dictis. Si enim prius est probabiliter certum, est in possessione moraliter certa; unde à nemine dimoveri potest, donec manifeste ipsius probabilitas infringatur, & matrimonium posterius, stante dicta probabilitate prioris, semper erit in suis essentialibus incertum, & consequenter certitudine morali invalidum.

Cap. 3. eodem §. 7. V. Resistentia n. 1. ibi in pri-

priori casu, praesertim si non solum, de illud. Praesertim.

Cap. 3. eodem §. 7. v. votum num. 15. fine, post illud, De ipsa essentia obligationis. Adde.

Et quia quando (licet certo quid voveris) dubitas, seu non recordaris, an gratiam, verbi gratia sanitatem, ad quam impetrandam, votum direxisti, obtinueris nec ne, dubium cadit super conditionem, an scilicet illa fuerit adimpleta, ideo, propter eandem rationem praevalet, tua libertas, nec voti reus eris. Colligitur id ex Sanchez libro 4. sum. cap. 25. num. 9. & cap. 16. num. 3.

Ibidem num. 23. post illud. Ergo praevalet libertas. Adde.

Quando est dubium, qualis sit finis voti, malus ne an bonus, an indifferens, utrum valeat votum, dicitur commodius lib. 3. cap. 15 §. 2. a num. 10.

ADDITIONES AD LIBRUM I I.
Decalogi.

Lib. 2. cap. 1 §. 7 num. 5. ibi. Lectionem prohibetur sub censura. Corrige, Lectionem non prohibetur sub censura.

Eodem lib. 2. cap. 1 §. 7. num. 20. fine. Adde sic.

An autem ibidem Urbanus restrinxerit Episcopis extra Hispaniam, immo, & Inquisitoribus omnibus potestatem dandi licentiam legendi libros veritos non haereticos, qua eos, perinde ac Inquisitores, fuit, modo dixi num. 19. viri docti considerent. Verba Urbani VIII. l. c. numero 3. sine haec sunt. Neque de cetero similes licentiae, nisi à Congregatione Sancti Officii, dum singulis hebdomada coram nobis habetur, vel ab alio per nos etiam in eadem Congregatione specialiter disputanda, concedantur. Considerent autem Docti, num haec Urbani clausula (ne concedantur) auferat potestatem; non enim dicit: Ne possint concedere, sed ne concedantur.

Cap. 5 §. 1. n. 4. circa medium, post illa verba, à die usus illius concessa dispensationis. Adde.

Squillante a putat, hunc dispensatum non de obligari ab officio recitando nisi post contrarium matrimonium. Sanchez vero l. c. ait, de obligari ante contractum matrimonium, sed dimisso jam habitu, quia tunc utitur dispensatione, quod mihi videtur probabilius, quia tunc assumit alium statum.

Eodem c. 5 §. 1. n. 15. fine, post illud, Clericum ad officium non obligari. Adde.

Eiusmodi autem Superior debet esse vel Generalis, vel iuxta cuiuscumque Religionis consuetudines, saltem Provincialis, quia res est multum extraordinaria: accedere item debet consensus Conventus, in quo haec mutatio facienda est, ut notat ibidem Sanchez, & alique.

Eodem cap. 5 §. 3. n. 3. fine post illud. cum de Missa. Adde.

Sicuti etiam, ne incidat in poenas v. g. in excommunicationem forte fulminatam contra non facientes illud opus, jam enim fecit, licet sine intentione. b

Eodem cap. 5 §. 4. n. 14. fine, post illa verba, internam attentionem adhibere.

Confirmatur ex Bauci in selectis qu. 37. Petes. 17. qui citans Sanchez in Consil. lib. 7. c. 2. dub. 16 ait, non obligari servientem Choro recitare illam partem, quam pulsatur organo, quia (inquit) Ecclesia sumit illam partem pulsationis Chori pro oratione.

Cap. 6 §. 2. num. 13. post illud, Cessaret Conventio. Adde.

Ex dictis colligere poteris, non solum tertium aliquem, sed ipsum etiam Magum posse, immo, & debere, siue destruere signum, siue positive ponere signum contrarium pacto, quo scilicet posito, (sed sine novo maleficio) desinit nocere Daemon. Sicut enim (ait Lessius c) Maleficus, qui Diabolum invocatur verbis, vel scriptis, ut noceat cupiam, tenetur cessare ab ista invocatione, non solum quia superstitiosa, sed etiam quia noxia; ita quoque tenetur signa posita, quibus illicitur ad nocendum, tollere, si aliter nocumentum impediri nequit.

Dixi (sed sine novo maleficio) nam propterea illa signa contraria, quae forte debent poni, solum possunt esse, vel bona, vel indifferentia. Veneficium v. g. sit huiusmodi. Si Venefica te tangat, tu morbo inficeris & paulatim tabescas, at si illam tu percutias, impeditur morbus, Dico, te posse percutere, quia repercussio est res indifferens, nec enim repercussio est novum maleficium.

Id etiam clare docet Sanchez. d Tandem, inquit, licet etiam signum positivum contrarium apponere, dummodo sit ex se licitum, aut indifferens ad pactum illud cum Daemone initum, rescindendum. v. gr. si Daemon esset pactus cum maleficio, se nociturum, nisi maleficiatus postea se signet Cruce, aut laver corpus, licebit huic se signare, aut lavare, non in-

a Ascan.
Tambur.
de lur.
Abb. 10. 2.
d. 10. q. 13.
num. 4.

b Castrop.
de orat. d. 2.
p. 3. Sanchez.
l. 1. in De-
cal. cap. 13.
n. 6.

c Less. l. 2.
c. 4. n. 43.

d Sanchez. l. 2.
sum. cap.
4. n. 25.

a Sano l. 2.
sum. cap. 4.
n. 25.

entione sanandi positive eo medio, aut opera Dæmonis, sed solo animo tollendi signi, & pacti nocendi dissolvendi. Hæc Sanchez a citans Suarium Lessium, Sylvestrum, Delrio.

Obijciens primo Lessius l.c. num. 48. docet, posse tolli, vel poni dicta signa ad hoc, ut cesset nocere Dæmon, non vero docet, posse, ad hoc ut Dæmon positivè det sanitatem: at in exemplo à nobis allato, potuit evenire ut illa percussio fuerit signum non solum ne Dæmon prosequeretur nocere, sed etiam, ut positive afficeret sanitatem, ergo illam ego ponere non possum, directe enim tunc vellem sanitatem à Dæmone positive illam conferente.

b Castrop.
20.3. tr. 17.
d. 11. n. 8.

Respondeo, Huic objectioni sic diserte satisfaciunt Castrop. Negari non potest, (inquit) posse Maleficum destructionem illius signi ad unum finem dirigere (intelligitur ad delinendum nocere) & non ad alium (intellige, & non ad sanitatem positive conferendam) concedo igitur (sic habet n. 10.) nemini licitum esse uti signis à Dæmone datis eo fine, ut Dæmon excitetur ad fidem servandam, vel sanitatem concedendam. At bene poterit illis signis uti, ut tollatur Dæmonis incentivum, quod habebat ad nocendum. Quod autem Dæmon, destructo signo, non solum cesset nocere, sed etiam concedat salutem, per accidens est intentioni destruentis signum, non enim destruens signum illam sanitatem consequi, destructioe præstendit. Hæc Castrop. quæ est ipsissima doctrina Sanchez modo jam allata.

Obsecundo. Esto illa positio signi contrarij sit tantum, ut, eo signo posito, Dæmon desinat nocere. At potest evenire, ut ea positio signi non sit solum pacti prioris destructio, sed sit novum pactum, ob quod Dæmon nocere desinat, ergo tunc esset novum maleficium.

Respondeo. Novum pactum non potest initi nisi ex nova consensione duorum, atque adeo nisi destruens signum consentiat. At ipse nullatenus consentit, solum enim intendit prioris pacti dissolutionem, & nihil præterea. Adde primo, non consuevisse Dæmonem, pro nova pauciscenda conventionem, rem bonam, imo nec regulariter rem ex se indifferentem adhibere, semper enim aliquid vani saltem admiscet.

Adde secundo. Cum mihi non constet, hoc esse novum pactum (pactum enim non destrui-
tur novo pacto, sed solum recedendo ab ipso)

cum non constet, inquam, hoc esse novum pactum, ad summum dubia res erit, quare querendum restaret, quid in dubio hoc faciendum esset? Id quod jam subdo.

Inquires enim. Licebitne ponere ejusmodi contrarium signum, quando omnibus expensis dubium est, an talis signi positio sit maleficium, atque adeo novum pactum? Lavare enim se, ex Sanchez citato, vel percutere, ex Lessio cit. clare non sunt Maleficia. Sed quid si sit v. gr. lavare se cum aqua benedicta, vel dicendo quædam verba, de quibus dubitetur, an sint vana, unde dubitetur, an illa lotio, vel percussio sit novum maleficium?

Respondeo Lessius l.c. num. 46. inclinat, licere, sed cum protestatione non consentiendi pactui forte novo. Similiter, inquit, non licet, si res sit dubia, non enim licitum est, uti remedio superstitioso, aut de quo dubium est, an contineat tacitam Dæmonis invocationem, hoc enim est se exponere manifesto periculo superstitionis, nisi forte id fiat cum expressa voluntatis contrariæ protestatione. Hæc Lessius.

Verum absolute nunquam licere, docet Sanchez loco citato, his verbis. Addit Lessius, si dubium sit, an id signum sit superstitiosum, non licere, nisi forte præmissa contrariæ voluntatis protestatione. Sed nec hoc modo audeo id approbare. Hæc Sanchez damtaxat, ubi vides nullam hic ab ipso rationem afferri, unde illud non approbet. Afferit tamen Castrop. a qui huic sententiæ Sanchez adhæret, & sic habet. Bene advertit Sanchez, si dubium sit, an medium, quod assumitur superstitiosum, aut illicitum sit (quoniamque dubium deponas) tenon posse illo uti, quantumcumque protesteris nolle ullam cum Dæmone Societatem habere, quia hæc protestatio non vincit dubium, neque purgat malitiam, quæ in illo esse potest. Hæc nus ille.

Ego in praxi sententiam Lessii libens amplecter. Et ratio esse possit, quia semper in eo dubio est caput, unde dubium deponere facile queam, qua depositione habita, concedit ipse Castropalaus. Nam quando est dubium, an hæc res, quæ adhibenda est, sit superstitio nec ne, judicandum practice est, non esse superstitio-
nem, quia pravius est, rem esse indifferentem, imo, & bonam ex se, & deinde est, seu super-
venit, esse malam ex pacto cum Dæmone, ergo donec ostendas, supervenisse pactum, semper possidebit indifferentia, vel bonitas. Cum
ergo

ergo nemo possit, vel debeat deijci à sua possessione per superveniens dubium, ut latè diximus libro I. capite 3. per totum, prævalebit in casu nostro negatio superstitionis, atque adeo deponetur dubium.

Dixi (amplecterer) nam absolute tunc amplectar, quando eam tu, re maturius expensa, sapiens lector, excipies.

ADDITIONES AD LIBRUM III.
Decalogi.

Cap. 17. § 2 n. 3. Illa verba. *An malus finis ad-
ductus, sic corrige.*

An malus finis, vel indifferens.
Ibidem dele ista verba, *Quoties finis, &c.* usque
ad *Votum est irritum, &c.* sic reponat.

Quoties finis, sive moraliter, sive etiam venialiter malus, sive solum indifferens ita adiungitur à vovente materiæ promissæ, ut vere sit finis ipsius promissæ materiæ (id quod fit, quando vovens intendit per illam rem, quam promissit, obtinere aliquod malum, vel solum indifferens) toties ultra peccatum, quod forte invenitur in illa materia, votum est irritum.

Ibidem num. 5. sine. Post illa verba, *mala sunt
Deoque ingrata, Adde.*

Hæc ex Sanchez, sed Castropalaus mihi hic magis placet, ait enim, etiam in præcedenti casu non esse validum votum, quia neque in illo est votum de re bona. Jejunium enim, ut relatum ad habenda prædicta imbibit usum mediorum ad illa; at, ut sic, malum quid est.

Sed adhuc unus est casus, in quo est validum ejusmodi votum, quando scilicet fit, non quidem ad habendos illos effectus ex illis mediis, verum illis effectibus jam habitis fiat propter gratitudinem ad agendas gratias Deo de illo filio, incolumitate, lucro. Tunc enim ex una parte hæc non sunt mala ex se, & ex alia non intenduntur haberi (jam enim sunt habita) illo pravo medio, à quo in casu præcedente inficiebantur.

Ibidem num. 9. sine. post illa verba, *valere
consequo.* Adde sequentia.

Quando dubitatur de Bonitate finis Voti.

DEnique illud est hic explicatu molestum, quid sentiendum, quando dubium est, qualis nam sit finis ipse principalis, bonus,

ne, malus, an indifferens. Ut huic difficultati faciam satis, recole, finem in voto esse posse duplici modo. Primo, si quid, executione rei promissæ, obtineri intendatur, verbi gratia, per Jejunium intendit quis obtinere, vel victoriam à tentatione prava, vel vindictam inimici, vel indifferentem corporis recreationem. Secundo, si quid non sit finis rei promissæ, sed ipsius voventis, quod alii dicunt, esse finem ipsius voti, ut si quis promittat eleemosynam, non quidem, ut acquirat mediante illa, vanagloriam (hoc enim modo esset finis rei promissæ) sed ut exerceat quidem actum misericordiae, at illo actu intendit vane laudari à circumstantibus. Vides? Hic finis est ipsius voventis, ipsumque afficit, non vero inficit actum eleemosynæ, qui etiam tunc est actus bonus, solum comitanter ex illo vanagloria captari intenditur.

11. Jam vero communis doctrina est, in primo casu esse invalidum votum, si finis est malus, vel indifferens, quia tunc res promissa affecta illo fine, mala est, vel indifferens, unde materia voti esse non potest.

Contra, validum est in secundo casu, quia res promissa bona est, esto ille comitans affectus sit malus malitia, vel veniali, vel mortali, juxta affectum ipsius voventis.

12. Non est igitur in hoc difficultas, ubi supponimus, esse nos certos de hujusmodi finibus, sed implicata difficultas est, quando dubitamus, Ut ergo clare procedatur, distingue diligenter tria.

Vel enim primo agi potest, quando finis principalis est unicus, & certo malus, vel certo indifferens; dubitatur autem, an hic afficiat rem promissam, an vero ipsum voventem.

Vel secundo, quando finis idem principalis, pari modo, in se unicus certo afficit rem promissam, sed dubium est, an in se sit malus, vel indifferens, an potius sit bonus. Dico (afficit rem promissam) nam si afficit solum voventem, etiam si finis sit certo malus, nec solum dubie malus, vel dubie indifferens, jam diximus num. 11. validum esse votum.

Vel tertio, quando duo sunt fines, à quibus moveri principaliter vovens potuit, alter certo bonus, alter certo malus, vel certo indifferens, sed dubitatur, à quonam ipse motus ad vovendum fuerit, ab hoc, an ab illo. Petrus verb. grat. certo vovit Visitationem Lauretanæ Virginis, sed dubitat motus ne principaliter fuerit à pietate erga Sanctissimam Virginem, an

à meracuriositate, velan abimpudico amore
puellæ inibi habitantis.

a Sanchez.
l. 1.
c. n. 28.

b Cum
Tancredi
in q. mor.
11. 3. d. 4.
q. 24

c Sanchez.
ib.
c. 6. n. 24.

13. His distinctis. Dico primo, Sanchez a do-
cere in primo casu valere votum, atque adeo
obligare, quia certus sumus de voto, incerti de fi-
ne. Sed mihi videtur esse etiam probabile, ne-
quaquam valere. b Ratio est, quia in eo du-
bio, an finis ille cadat in rem promissam,
an potius in ipsum voventem, seu votum,
jam dubitatur, an votum habeat bonitatem,
quæ est de essentia voti, atque adeo, an ad-
sit votum. At ad illud, quod dubitandum sit vo-
tum, non obligor, quia tunc prævalet mea certa
libertas contra votum dubium.

14. Dico secundo cum eodem Sanchez, e in
secundo casu non valere votum promissæ, & con-
sequenter dubitatur an bona sit, an mala? At o-
perari cum hoc dubio, malum est.

Sed quid si in hoc secundo casu dubitetur,
an bona sit, an indifferens? Respondeo ad-
huc non valere, quia in casu hoc dubitatur,
an Deus votum hoc acceptaverit, dubitatur e-
nim, an id habuerit essentiam voti, quæ est, esse
de re bona.

15. Dico tertio, neque esse validum votum in
tertio casu, idque satis probabiliter, esto aliqui
probabiliter etiam asserant, esse validum.

Ratio nostræ probabilis est eadem quam
modo attulimus; Si enim omnibus diligenter
expensis (ut certè à te semper supponimus. hic
& in præcedentibus esse expendenda) manet
dubium, an motus fueris ad voventem ex hoc
bono, vel illo fine non bono, semper remanet
dubitatio de constituto essentiali ipsius voti;
ergo votum erit dubium, ergo non obligans,
cum prævaleat certa libertas.

Dices in hoc tertio casu sumus certi de vo-
to, sed incerti, qualisnam finis fuerit adhibitus,
ergo prævalet votum. Ita sentire videtur San-
chez d. Respondeo. Nego, nos certos esse de
voto, quamvis per verba illud exterius fuerit
explicatum: cum enim dubitemus, an ejusmodi
promissio habeat bonitatem finis, de voti es-
sentia, atque de ejus certitudine dubitamus;
prævalet ergo certa nostra libertas: nam verba,
illa solum materialiter se habent.

Replicas. Nemo præsumitur commisisse de-
lictum, ergo quando est dubium an voveris v.
g. Peregrinationem Lauretanam ex fine visen-
di Amicam; vel visendi Sanctissimam Virgi-
nem, præsumeris vovisse ex posteriore hoc fi-

ne, nam secus, peccasses, dum voluisses illam
peregrinationem instituere, ut turpem amorē
foveres. Ita quis poterit ex illis Sanchez verbis
ibi. (ut minus delictum præsumitur) argumen-
tari.

Respondeo, nos loqui, quando, omni præ-
sumptione considerata, & omnibus expensis cir-
cumstantiis adhuc remanet res dubia, tunc enim
dico, in foro conscientie votum esse æstimand-
um invalidum, quia non adest certo essentia
voti. Esto igitur in foro externo me uigere
possis ad votum propter dictam, vel quascum-
que alias præsumptiones, at in interno, cum ve-
re nesciam qualiter finis, unde & nesciam an
commiserim delictum nec ne, sum in eodem
foro dubius de essentia voti: ergo, illud exe-
quendi nequaquam Reus.

Cap. eodem 15. §. 4. n. 3. fine. Post illud. Nec Dio-
grata. Adde.

Votum non ludendi, ne fiat iactura rei familia-
ris, valet a ex Sanchez & merito, quia actus vir-
tutis est, nolle prodigere rem familiarem.

Ibidem §. 4. num. 4. fine. Post illud, quod est de 17. n. 29.
consilio. Adde.

Idem est; (ait Bonacina) si sub conditione
sic voveas; si quam ducam, ducam meretricem,
vel pauperem; Ratio est, quia, quandoquidem
coelibatum non servas, melius est, majorisque
charitatis opus, illi, per tuum matrimonium,
auxilium impendere.

Cap. 16. §. 1. n. 1. versus initium post illud, non
vero diver. jam. Adde.

An sint mutata circumstantia in eo, qui vo-
vit castitatem, vel Religionem, si multos, vel a-
liquos annos vixit uxoratus, disputat amicissi-
mus Tancredus, b an nimis benigne, qui legit,
expendat.

Ibid. n. 3. post illud breviter insinuasse. Adde.

An cesset votum ingrediendi Religionem in
eo, qui ingressus est Novitium, & Religio illi
non placuit, tam bene, & clarè docet Sanchez, c
ut superfluum omnino iudicem hic doctrinam
illam exhibere.

Ibidem post paucas lineas post illud, sequen-
tu casus intelligitur. Adde.

4. Sed antea non est omittendum, notare, in-
terdum cessare votum, per illius satisfactionem
etiam si voti immemor fueris, vel etiam si satis-
facere voto nolueris, id quod breviter sic habet
Delugo: d

Si ex voto debeas dare v. g. hoc mense aliquā
eleemosynam, & immemor voti eam dedisti,
satis-

fatisfecisti proculdubio, sicuti si cum voto audienti M. Nam, voti immemor eam audisti, ut docet Sanch. & qui notat idem esse, licet haberes intentionem non satisfaciendi voto per illud opus, nisi forte novo voto te voluisses obligare ad illud opus iterum faciendum. Hæc Delugo.

Quod si quæras hujus doctrinæ rationem? ea est, quia jam nunc est communis sententia, quod qui ex lege debet facere aliquod opus. V. G. Die Dominico interesse sacro, si ille interest immemor legis, immo etiam memor, & nolens per illam Missam satisfacere præcepto, adhuc præcepto satisfacit: quia jam ponitur ab illo id, quod lex præcipit, nec enim lex præcipit, & obligat ad ponendū opus cū intentione satisfaciendi legi, sed solum adponendū illud opus; Unde sequitur quod si hic intra tempus habile mutet intentionem, seu advertat, jam se fatisfecisse, non peccet, non audiendo aliud Sacrum. Ergo idem merito dicimus de voto, quæ est lex privata obligans ex vi Religionis, non vero ex vi iustitiæ.

Quod ultimum addo, quia in obligationibus ex iustitia, est quæstio inter DD. an quando quis aliquid ex iustitia debet, extinguat debitum, si illud solvit immemor eius obligationis, vel si solvit animo donandi: & quidem negat extinguere b. Delugo, concedit Baldelli, quem refert, & sequitur Diana, dat cum nos loquamur de obligatione, quæ non pertinet ad iustitiam, jure dicimus hanc nostram, communem esse sententiam. Redeamus nunc ad promissam casus solutionem.

Eodem cap. 16. §. 4. num. 48. sine post illa verba. per alios id commiserit. Adde.

Hanc facultatem, ut etiam dispensandi ad petendum debitum ex superveniente affinitate esse etiam per Bullam notat Thomas Hurtados tr. 12. n. 1193.

Ibidem num. 49. Post illa verba, Sanchez Casp. Pallizar, sic Adde.

Lege Acanium Tamburinum, qui affert Catalogum votorum, quæ possunt dispensare Mendicantes, quem in lectorum gratiam breviter contractum hic subdo.

Mendicantes, & qui eum ipsis communicant Privilegiis, possunt in votis Papæ reservatis dispensare, quoties in iisdem possunt Episcopiratione alicujus circumstantiæ, unde vere deficiant à rigorosa reservatione. Possunt ergo dispensare.

I. Voto disjunctivo, cujus altera tamen pars reservata est.

II. Voto Castitatis non perpetuo, sed temporali; At, ad centum annos, judicatur perpetuum.

III. Voto, quo alter conjux absque alterius licentia, vel absque illa, promisit, se non petiturum debitum.

IV. Voto non reservato, in quod Pontifex votum reservatum commutavit.

V. Voto Virginitatis servandæ si fuit solum pro prima vice &c.

VI. Voto, in quo votens intendit, se solum ad culpam venialem obligare.

VII. Voto de nunquam contrahendo matrimonio.

VIII. Voto non fornicandi, vel non tangendi mulierem.

IX. Voto castitatis emissio ex metu, licet levi, incusso ad votum emittendum.

X. Voto castitatis, ubi dubitatur, an sit validum.

XI. Voto assumendi Ordines Sacros.

XII. Voto expresso promittendi Castitatem.

XIII. Votis diversis ad Castitatem pertinentibus, separatim emissis, &c.

XIV. Voto ingrediendi Religionem non approbatam.

XV. Voto paupertatis, vel obedientiæ in seculo, aut in Religione non approbata.

XVI. Voto ingrediendi Religionem militarem, excepta Hierosolyma; hæc enim est vera Religio, de alijs controvertitur.

XVII. Voto arctioris Religionis, ut commutetur in votum laxioris.

XVIII. Qualitatibus peregrinandi, ut si pederet voti, commutetur in equestrem.

XIX. Voto Religionis non perpetuæ V. G. ad duos, vel tres annos: ad centum judicatur perpetuum.

XX. Voto, quo quis promisit perseveraturum, & professurum in Religione. Votum enim Religionis reservatum est illud, quo quis velit legitime ingredi Novitiatum, & ibi sine fraude experiri, secus ex justa causa egredi.

XXI. Executioni in differendo ingressum in Religionem, vel alijs reservatis, dummodo non impediat totaliter, vel æquivalenter ingressum.

XXII. Votis trium Peregrinationum reservatarum non in eorum locorum devotionem, sed ad alium finem emissis. Ad finem devotio-

nis præsumitur, si de fine alio expresse non cogitur.

XXIII. Voto non petendi dispensationem ab alio quam à Summo Pontifice.

XXIV. Voto reservato pœnali, & vere conditionali ob conditionem de futuro. Sed ex Afsanio Tamburino loco cit. nondum impleta conditione, at ex me, alijsque ut supra num. 32. vidimus, etiam postea impletam.

Hæc ex Afsanio Tamburino, qui ibidem qu. 9. addit, eum, qui obtinuit à Pontifice voti dispensationem exequendam ab ordinario, voti, inquam, cui valeat Prælati inferior, vel Religiosus dispensare, posse huic gratiæ Pontificis renuntiare, & illam habere à Prælato hujusmodi, vel Religioso. Quod si Pontifex noluit dispensare, non poterit alius inferior, nisi nova superveniente causa ex Sanch. lib. 8. de matr. d. 14. nu. 5.

Cap. 17. §. 2. num. 15. fine. Post illud. Hæc ex Fagundes. Adde.

a Delugo
d. 29. de
juss. n. 93.
b Sanch. l.
4. in Decal.
c. 51. n. 14.
Cui adde a Delugo. Votum (ait) non dat jus ijs, in quorum favorem vota emissa sunt, quando promissio non ipsi, sed soli Deo fit; quo casu, etiam si ipsi præsentibus essent, & acceptarent, nullum jus acquirerent, & ipsi inuitis, posset dispensatione, vel communiione tolli illud votum, ut faceret Sanchez. b

ADDITIONES AD LIBRUM IV. Decalogi.

Cap. 2. §. 2. num. 14. fine post illud, *Dubitandi vario.* Adde.

Confessio mortalium Sacerdotalis à te faciendâ

15. **D**ixi, à te, nam si, ut fiat à moribundo confessio, tu Sacerdos omittas Sacrum, si tempus aliud non suppetit, te excusari à Sacro, non est dubium ex dictis n. 8. sicuti nec est dubium, te obligari, si tempus suppetat.

16. Dixi rursus (mortaliter) nam cum confessio venialium, quo etiam reducuntur mortalia, alias absoluta non sit de præcepto, Missæ autem auditio de præcepto sit, non poterit relinquere Sacrum & festivo, ut illa confitearis.

17. De mortalibus igitur alias non absolutis est questio. Et quidem Suarez c neque confessionem hanc, neque concionem putat, esse excusationem aptam ad omittendum Sacrum Aliam quando occurrit moralis necessitas, ut

quando nunc habetur Confessoris copia, & non habebitur postea, sive quia Confessarius discedet, sive quia pater, vel maritus noluut ut filia, vel uxor redeat ad Ecclesiam.

18. Sed certe, sicuti Suario assentior de concione (quidquid dicat Angelus a) quia hæc non est admodum necessaria, ita ab eodem discendo, de confessione mortalium in illa necessitate, non quidem unius, vel alterius diei, sed aliquorum, juxta ea, quæ à me alibi b dicta sunt in eo casu, quo quis gravatur peccatis reservatis, nec habet Confessarium potentem ea absolvere.

Ratio nostræ doctrinæ, quam merito sequitur Bauci, c est, Primo, quia licet per contritionem deleri possit peccatum; id tamen medium est difficile, & ex altera parte diu permanere in inimicitia Dei, valde est periculosum, cum, qui à Dæmone possidetur, facile in alia peccata prolabatur, juxta vulgatum illud S. Gregorij, *Peccatum, quod per penitentiam non deluitur, mor suo pondere ad aliud trahit.* Secundo, quia DD. pro necessitatibus valde hæc inferioribus excusant à Missæ auditione, ut hæcenus vidimus, ergo non est hæc, de qua nunc loquimur, improbanda. Tertio, ex charitate excusavimus n. 8. puellam ab auditione Sacri, ne adolescens illam videns, peccet, & non excusabimus, ut illa ipsa se peccatum excutiat, divinamque sibi amicitiam recuperare diu nequaquam differat?

Cap. 3. §. 3. num. 7. fine post illud. *Sine necessitate te conferas.* Adde.

De his duobus dictis fusc Diana p. 10. tr. 14. res. 11. ad meam sententiam. Loquitur autem ipse de ludente pila, an sic decessus obligetur jejunare. Scio Januarium p. p. res. 53. & 54. dicere, se ludo defatigantem, vel pharmacum sine necessitate sumentem in die Jejunij non peccare, non jejunando, etiam si ad finem non jejunandi ea suscipiat; scio, inquam, id, sed certe eius rationes ad libram expensæ probabiles nequaquam apparent.

Cap. 3. §. 1. num. 17. paulo post ab initio, post illud. Hæc illa, Adde.

In eadem valde propendet Merolla tom. 2. d. 4. cap. 3. nu. 467. qui tamen sic concludit. Hæc omnia dicta sunt, non omnino affirmando, sed potius dubitando.

Eod. cap. 3. §. 1. num. 17. fine post illud, *Omni no convincentes.* Adde.

Lege item Januarium p. p. res. 57. contententem solvere argumenta contraria adducta à Merolla.

a Angel.

ap. Suar. l.

c. 3.

c Ca. 1.

Merla

comm. §. 6.

n. 24.

c Baucii

singul. c. 19

la, atque affirmantem, licite nos infantibus, & infidelibus jubere posse opera servilia die festivo, cujus rationes in eo fundantur, quod ille labor, ut est ab infideli, vel infante, peccaminosus non est, ergo illum ipsi injungere, mihi non est prohibitum.

Eodem cap. 3. §. 2. num. 5. post illud de quo mox suo loco. Adde.

Diximus n. 3. de ornandis Templis, sed quid de iisdem ab ornatu spoliandis? & hoc abstra- hendo ab alia necessitate, ut esset notabilis obligatio statim reddendi ornamenta, carentia eorum, qui possent id efficere die sequenti non festivo &c.

Puto, in hoc casu non posse duai excusationem à cultu sacro, sicuti diximus in casu, quo idem Templum ornetur. Ratio est, quia, ornare ad sacrum cultum aliquo tandem modo propinque pertinet, ut ibidem vidimus. At ornatum auferre, non ita, cum potius id dirigatur ad eos ornatus asserandos, quod sacrum quid non est.

Cap. 5. §. 3. num. 2. sine post illud Ita in casu nostro &c. Adde. sequentia.

His in prima editione evulgatis, volens quidam in eis per familiaris id in praxim deducere, panis uncias ad lancem octo, in aquam infudit, elixavitque, Coctione autem facta, bilancem iterum admovit, comperitque augmentum valde excedens, hoc est, usque ad triginta fere uncias, pulcem illam ascendisse. Bonam ergo partem ejus cum sumplisset, seque illa fere ad satiетatem refectum esse, sensit, siue noluit, siue non valuit ad id, quod reliquum erat comedendum, procedere, dicebatque deinde amicis, *jentarene hoc est, an plane cenare? Certo Fillinius, & qui cum sequitur Pasqualigus, a dum illam sententiam proferebant, rem experti non erant.* Hæc ille. Quare ejusmodi opinionem vocare probabilem nequaquam audeo. Non quia putem, aquam illam augmenti causam in aliquo commutari per ignem, sed quia non potuit consuetudo, unde totum jentaculi jus habetur, introducere, ut tantum pulcem pro jentaculo absumeres, quanta fere sufficit, si non ad plene nutriendum, certe ad plene satiandum. Introducere vero potuit, biscoctum, panemque in aquam, vel vinum, dum adute reficis, in fusa (id, quod parvam mutationem affert) comedere.

Huc, quando agimus de quantitate jenta-

culi reduci potest quantitas, quæ in die jejuni sumpta, judicanda sit parva materia? Hanc igitur, vel esse unam, vel alteram unciam ex nonnullorum sententia dixi: nunc confirmo ex mea quia tam parva quantitas cibi Quadragesimalis (nam de carne mox) non nocet notabiliter jejuniis.

Addit. Bauci, a & Henriquez b unum ovum, a Bauci in aut parum orizæ cum lacte, vel frustum ca- select. qu. sei esse parvam materiam, affirmantque tum, 247. propter hanc parvitatem, tum propter pauper- b Henrig. tatem, posse concedi ostium mendicantibus, l. 2. c. 13. m. quando alia ij. non habent, ut ea comedant in 9. die venito. Hæc ex Bauci. Verum Henriquez propter paupertatem ea concedit, non propter parvitatem. Id autem probabile est, quia aliud non habenti parum obsonij videtur esse prædicta quantitas talis cibi, at propter parvitatem, nec unum ovum posse concedi, ex mox dicendis nu. 3. colligitur. Verba autem Henriquez hæc sunt. *Et habet enim paupertas multa Privilegia, & unum ovum, aut parum orizæ cum lacte, vel frustum casei est in his parva materia.* Nota illud in his.

Sed quid de parvitate in esu carnis? Respondeo. Cum hæc sit majoris nutrimenti, quam leviores cibi Quadragesimales, & pro illa adsit aliud præceptum de ea non comedenda tempore jejuniij, parva ejus quantitas judicatur ab Alphonso de Leone, e quam sumere solent c Alph. de enqui, ac Pinterneæ ad prægustandos cibos Leon. & (qui certe ne venialiter quidem peccant, Dian. cit. quando ob necessitatem famulatus, & sui à Pasqua- muneris id præstant.) Pasqualigus d autem, lig. mox quem refert, nec refellit a Bauci, ait, in esu car- citando, nium dimidiam circiter unciam esse parvitatem materiae. d Pasqu. de jejuniis de

Quoniam igitur volui ego expendere, quanti ponderis esset ovum unum, atque inveni, illud e Bauci in medioctis magnitudinis, & deducto cortice, sing. cas. tum aqua coctum, seu elixum, tum crudum, 287. vers. tum sartagine frictum, duarum unciarum Petes duo pondus attingit, ideo sit, ut quarta pars ovi, decimo. vel æqualis illi carnis portio sit in hac re nostra materiae parvitas judicanda.

ADDITIONES AD SECUNDAM PARTEM Decalogi.

AD LIBRUM QUINTVM.

Cap. 1. §. 4. num. 13. sine. Post illa verba. *Velle concedere.* Adde.

Quæ-

Quæres. Volenti rapere bona mea, possum ne licite persuadere, ad mea servanda, ut rapiat ab alio.

Respondeo. Sanchez de hac quæstione docet duo. Primum, id minime licere, quia non licet alteri damnum inferre, illudque consulere, ut meis rebus consulam, adhuc enim consulerem peccatum. Secundum. licere tamen, si furi persuadere, nulla nominata persona, si furari vis, me relinque, multi alij sunt, à quibus furari possis. Tunc enim nullius malum consulitur, sed proprium avertitur. Hæc Sanchez.

Equidem hoc posterius dictum, quod cum tanta generalitate approbat, approbo & ego, quia cum dicas multi alij sunt à quibus potes furari, non consulis, ut furetur.

Sed difficultas est in dicto priore, an scilicet liceat sic dicere, nullum tamen determinando, Relinque me, & fureris ab alio. (non dicis, nunc, potes furari, ut modo dicebas: sed, fureris) Quid si, aliquem determinando, sic? Relinque me, sed fureris à Petro.

Respondeo. Sanchez l. c. nu. præcedente, videtur inclinare, quod liceat, quando nulla persona determinatur. Sed ipse profecto id nequaquam docet, solum enim ibi ait, licere sic dicere, Me inopem relinque & fureris ab aliquo divite. Id quod nos etiam modo concessimus, quia sic minus malum consulitur.

Puto ergo ex dictis, licitum non esse æquale, vel majus persuadere, siue designando personam, siue in genere loquendo, quia tunc semper persuaderes peccatum, nec adesset excusatio derivationis à majori delicto, sed licitum esse persuadere minus modo supra explicato, quia siue personam determines, siue nequaquam, locum habet dicta excusatio. Quando autem dicimus (ab alio determinato, vel indeterminato) semper intellige, ut si possis avertere latronem, solum, indeterminatè loquendo, certe non liceat determinate signare personam, ut ex se constat.

Cap. 3. §. 1. num. 6. fine post illud. Quando aliunde alij possunt. Adde.

2 Apud Baldi. l. 1. sect. 9. 2.

Immo Doctores a non ignobiles docent, filium, etiam spurium, si nascatur post donationem, bonorum à Patre factam à donatario legitime petere alimenta. Donatario, inquam, nam si bona Patris ad alios pervenerint ex contractu oneroso, id non posse, ijdē notant. Ibidē n. 7. fine post illud, ut fuisse Doctores. Adde.

Cum autem dicimus Patrem non posse de-

negare alimenta filio, intellige, si filius (quicumque ille sit, etiam si is sit legitimus a ex Bonacina) indiget: quando enim non indiget, non obligatur Pater. Id quod etiam docet Molina, Sanchez locis cit. quibus adde Delugo de just. d. 24. à num. 121.

Denique Spurius hæres constitutus à Patre sub conditione si legitimetur à Principe, potest petere hæreditatem, & eam interim possidere, donec impetretur facultas, ut ex Sanch. notat Delugo lib. 3. respon. moral. d. 35. num. 5.

Cap. 3. §. 3. n. 4. fine post illud. uxorem expelli. Adde.

Huc facit sequens dubitatio. Vxor, ex consensu viri, vitam agit extra eius consortium, seque suis laboribus alit; accidit autem, ut vit aliquando ad illam accedat, copulamque exigar, qua habita; denuo recedit, nec illam accedit, nec illam curat alere, an possit ita uxor, debitum huic viro negare? Respondet Bauci in Select. qu. 60. doctiori iudicio se submittere, quia resolutionem hanc se non invenisse, dicit in alio auctore, Respondet, inquam, si uxor est pauper & vir habet unde se, & illam alar, posse negare, donec respiciat vir, alarque uxorem. Ratio est; quia sævitia est causa Divortij: at, quæ major sævitia, quam uxorem non alere cum possit; Neque in hac denegatione requiritur, ait, sententia Judicis, nos enim loquimur in conscientia, foro, pro quo sufficit authoritas propria, ubi factum est verum, & non sequitur scandalum, ut hic certe non sequitur, quia ex communi consensu facta est separatio.

Hæc ex Bauci, unde dici etiam posset non injuste ob uxore negari debitum viro, etiam simul cohabitanti, si eam indigentem vir non alar, cum possit. Hæc enim par est sævitia, ne dicam major.

Insuper contra Sanchez modo citatum dici posset, Plus esse, non alere, cum possis, quam non cohabitare. non alere enim est sævitia, non vero, solum non cohabitare.

Denique posset etiam dici, uxorem posse dictum virum nolentem ipsam alere, domo ejicere, sicuti potest, si ipsi valde sævum se præbeat. (vitato ex aliquo prætexu scandalo si quod est) Non potest enim negari, & durissimum esse inopi uxori, & causam esse discordiarum, ipsam fame contabescere, & præsentem videre maritum potentem, sed nolentem ipsi alimenta præbere. Quæ omnia merito sapientiori iudicio submittantur.

Cap.

Cap. 4. § 2. num. 3. post illud *Donatione pater-
terna*. Adde.

Hoc autem querimus, quando filius velit
succedere Patri. Nam si contentus donatis, suc-
cedere hæres nolit, nihil conferre tenetur. So-
lum tunc, si nimis habuit à Patre vivente, pos-
sent alij filij, hoc est, ipsius fratres, agere con-
tra eiusmodi donationem, ut pote inofficiosam
& ipse obligaretur ijs. Legum nam saltem dare,
de qua re agitur in t. de Donatione. Interim le-
ge Delugo d. 2. 4. de just. n. 197. & Bonac. d. 3. de
contr. q. 6. p. 7. § unico.

Abide n. 4. fine, post illud. *Erit deducenda*. Adde

Quando autem dat liberaliter; cum sponte
dat, videtur dare de suo (cum suo enim quilibet
quemlibet gratificari potest) unde deducenda
non erit, semper intellige, dummodo donatio
non sit eiusmodi, ut præjudicet Legitimæ fi-
liorum aliorum; hæc enim semper filiis debet-
ur; quare si Legitimæ præjudicet, esset eius-
modi donatio, ut modo dixi, tamquam inoffi-
ciosa revocanda.

Dixi (præter alimenta) hæc enim, quam-
vis necessario dentur, tamen videntur expensa
ob bonum ipsius Patris, cui incumbit filium
suum alere, ut pote partem suæ substantiæ. Hæc
autem alimenta largiora potest uni potius,
quam alteri donare Pater (sed sine fraude, qua
Pater velit alios filios depauperare) quia dum
in terminis alimentorum sistat, non est tam ri-
gorose agendum cum Patre suorum bonorum
Domino.

ADDITIONES AD LIBRUM VI.

Decalogi.

Cap. 1. § 3. num. 13. post illa verba, *aliter u-
niversaliter videmus*. Adde.

Sed semper ex prædictis Privilegijs, in foro
conscientiæ tantum.

Eodem cap. 1. § 4. num. 3. fine, post illud *per-
missam crudelitatem*. Adde.

Qui Clericum cum uxore, matre, vel foro-
re, vel propria filia turpiter inventum occidit,
peccat, sed non incidit in excommunicationem.
Cap. si verop. quia iustum dolorem compescere,
difficillimum esse, ait Glossa ibid. V. Turpiter

2 Layman
lib. 1. tr. 5.
p. 2. § 5. n. 8.
& apud
Dian. p. 9.
tr. 4. ref. 2.
b Baucii in
sol. qu. 48.
Puz. 6

Idque recte notat a Layman. at certe is erit Ir-
regularis ex delicto, qui iniuste occidit.
Cap. 2. § 4. n. 8. fine; post illud. *est Provin-
cialis*. Adde.

Notat autem b Bauci, satis esse, si quis habeat
ab Episcopo facultatem absolvendi ab omni
calu, & censura tali Episcopo reservatis, nec

esse necesse Episcopum dare facultatem ad ab-
ortum specialiter absolvendum, ut ego memi-
ni, me notasse lib. 3. meth. Confess. cap. 7. n. 8.

Cap. 3. § 1. num. 11. fine, post illud, *de homicidio*. Adde.

Et recte Henriquez a dicit, circa irregula-
ritatem ex delicto Homicidij voluntarij, cul- a Henrig;
pam debere esse contra iustitiam; idemque cen- de irreg. c.
sendum esse de irregularitate ex dicto delicto; 3. num. 4.
ac de obligatione restitutionis debite ex delicto in gloss. litt.

Eodem cap. 3. § 2. num. 4. velus initium X.
post illud. *Sanguinis effundatur*. Adde.

Legi etiam potest Villaut, b qui probat, hoc
Sacrilgium non subdi excommunicationi la- b Villaut.
tæ, sed ferenda, (quæ ferri non debet si Homi- decis. 29 a
cida dignam peraget poenitentiam, nu. 38.

Cap. 4. § 1. n. 5. fine. post illud. *videtur pro-
babitor*. Adde.

Dixi condemnationis utique ad mortem, nam
alicujus damni V. G. incarcerationis, vereor, ne
tua actio ex dicto num. 4. sit alquando moralis
caussa: Ipsa enim collocatio cadaveris ante al-
terius domum, est talis, ut ex illa, ut plurimum
sequatur incarceratio inhabitantis in domo, &
sic inducet obligationem restitutionis damno-
rum ex incarceratione sequentium.

Eodem cap. 4. § 3. num. 8. post illud. *in omnia
jura defuncti*. Adde.

Aliqua contra prædicta habet Thomas Hur- c Th Hur
tadus. b Illud est favorabile, non obligari quem ead. p. 2.
piam ad satisfactionem pro Homicidio, nisi pe- tr. 8. ca. 2.
tatur, & nisi petatur intra viginti annos, præ Res. mor. 15
scribi actionem, ita, ut non valeat amplius peti.
Excipe in utroq; quando ideo non petitur quia
nō potest, vel quia adest timor aliquis, & similia.

ADDITIONES AD LIBRUM VII,

Decalogi.

Lib. 7. cap. 2. § 1. num. 8. fine, post illa verba.
fuit Ecclesia violata. Adde.

Idem docet Ascanius Tamburinus d his ver- d Asc.
bis. Ecclesia, & cœmeteria occulte polluta, quā Tamb. de
do pollutio later, non indigent reconciliatione, jure Abbac
at quando incipit publicari violatio, necesse d. 2. q. 11.
est, ut Ecclesia reconcilietur. n. 8.

Cap. 3. § 5. num. 23. fine, post illud, *michi du-
bium non est*. Adde.

Hic insurgit nova quæstio. An possit quis
negare debitum propter scetorem oris sui con-
jugis, hæc enim magna incommoditas est.

Respondeo, non posse, Primo, si scetor non
est magnus. Secundo, si aliquibus remedijs, pu-

ta odore apud se, vel conjugem assumpto, vel iterata ablutione vincilla maleolentia possit. Tertio, si aliquo tempore malus odor, cessante foras infirmitate, deferbeat. Posse autem, si foetor est notabiliter gravis, nec ullo modo, vel tempore vinci queat, immo tunc, etiam in separationem tori fieri posse, docet Bau-
 ci. *a de quo casu in terminis à nullo Doctore fuisse disputatum, ibidem affirmat.*

a Baucci in singul. casu.

Ratio allatae doctrinae esse potest; quia in prioribus tribus casibus difficultas non esse tanta, supponitur, quae possit vincere obligationem debiti, quam contrahunt conjuges ex contractu matrimonij. Ac in ultimo casu, cum supponatur magna difficultas, non praesumuntur conjuges ullam matrimonij cum tanta difficultate (quae moralis impossibilitas vocatur a Theologis) promississe.

b Sanchez. l. 9. matr. d. 24. n. 21. circa fin.

Confirmatur, quia docet Sanchez, *b* non teneri sanum conjugem reddere debitum conjugij, qui incidit in lepram, etiam secluso periculo contagij, quando accessus est satis difficilis, ac moraliter impossibilis ex nausea talis morbi; affertque Cardinalem dicentem, non compelli conjugem ad debitum reddendum, quando ob lepram nimis horror insurgit. Sed eadem nauseamilitat in casu, de quo loquimur. Ergo. Quando foetor fuit cognitus ante initum matrimonium, mox dicam.

Quid si conjux maleolens patiatur morale periculum incontinentiae? Respondeo, nec tunc in ultimo casu praedicto obligari conjugem alterum, ad reddendum. Ratio est, quia lex charitatis non obligat eum tanto incommodo proprio, saltem quando necessitas spiritalis proximi non est extrema, nec gravis, quemadmodum non est haec, cum conjux maleolens suis stimulis impuris, possit alijs remedijs occurrere. lege numer. sequentem.

Ibidem num. 24. post illud in utroque conjugum. Adde.

Uxor semper enitens foetus mortuos, an possit reddere, & petere, & possit quod possit (ut certe potest) an teneatur reddere, d. sette habes apud Sanchez. l. b. 7. de matr. d. 102. n. 8.

Ibidem num. 24. sine, post illud. confulere potest conjux. Adde.

Quando lepra praecessit matrimonium, & à te sano cognita fuit, tunc ex Sanchez. ibidem debes reddere, quia ejusmodi periculo longi morbi consensum legitime praebuisti, & commune est omnibus passionibus, ut si dete-

gatur vitium rei, ita obliget contractus, sicuti si vitium abesset; Idem igitur erit in praecedenti casu de oris foetore, si illius consensu fuisti, nisi sit tantus, sive foetor, sive horror ex lepra, ut physice te inhabilem reddat ad copulam, ut ibidem notavit Sanchez.

Ibid. n. 53. sine, post illud, carnis asserat rebellionem Adde.

Iam vero, quamvis haec proprie pertineant ad solutos, sunt tamen, fundamenta universalis, & per diligentem in hoc argumento notanda. Nunc ad rem nostram proprius accedamus, formemusque hanc regulam pro conjugatis. nam pro Sponsis diximus n. 16. pro Solutis autem sufficit, quod haecenus, dictum est à n. 48.

Cap. 4. §. 2. num. 4. Ipsum primum verbum dicti numeri Alterum dele & reponere sic. Secunda pena.

Ibidem in fine dicti n. 4. post illud, transire. Adde.

Sed occurrit ad huc advertendum Tertium. An scilicet, si sit incestus in aliquo loco casus reservatus, intelligatur ejusmodi esse ille, quo seminante viro, non seminat femina, vel haec seminante, ille nequaquam.

Respondeo. Communiter ab auctoribus *a* creditur esse reservatus, quia jam copula videtur consummata. Sed Vericellii *b* putat, non esse censendum reservatum, quia reservatio, (nisi expresse contrarium exprimat) semper intelligitur de completo scelere, at dictum scelus est quidem completa seminatio ex parte illius, qui seminat, non vero completus incestus, quia non concurrunt utriusque seminis commixtio, unde oritur affinitas. Haec ille. Sed certe non video quomodo ille non sit completus incestus ex parte feminantis, qui irreverenter per suam completam seminationem se gerit cum consanguinea, vel affine, cur igitur non erit reservatus, si reservatus est incestus absolute, Ille aliter qui non seminat, ideo non committit casum reservatum, quia, ex parte sua non est completus incestus. Et licet adde in ipso cooperatio cum incestu completo alterius, supponimus tamen esse reservatum incestum, non vero cooperationem ad illum. Quid si sit dubium, an ille alter seminauerit? Respondeo multo magis erit reservatus ut ex se pater, immo idem Vericellii in hoc nobiscum sentit ex eo principio; quia praesumptio semper est, quod uterque seminauerit, sicuti

autem externus, & internus non discrepant, nisi quando contraria veritas certa est, non vero quando est dubia ex Menochio, a Molina, b Sanchez. c

Cap. 5. §. 3. n. 4. fine, post illud. *sangemus. c. 6. §. 2. n. 9.* Adde.

Quid si quis vi violavit, sed nunc non habet unde resarciat, nec alio modo possit resarcire, nisi eam ducendo, obligabitur ne illam ducere? Respondeo, ad id obligari per se docet Delugo, d quem vide.

Eodem cap. 5. §. 3. n. 4. 6. post illud. *ex, hoc capite violatorem.* Adde.

Et Bossius e quidem nunquam hanc excusationem esse legitimam, pluribus probare contendit. Si tamen in raro casu deceptionis.

ADDITIONES AD LIBRUM VIII.
Decalogi.

IN TRACTATU PRIMO NIHIL AD-
DITVM EST.

IN TRACTATU II.

Tr. 2. c. 9. §. 2. dele illa verba sparsim posita in dicto §. 2. *Substituuntur, condemnantur, creduntur, excusantur,* & repono.

Sufficiunt, Vtuntur, Condemnantur, Creduntur, Excusantur.

IN TRACTATU III.

Tr. 3. cap. 5. §. 1. num. 12. fine, post illa verba *aliquid accipere.* Adde.

Et universaliter damnum alteri in ferens sine mortali ad restitutionem non teneri, notat

Januarius. f

Ibidem cap. 5. §. 2. num. 5. post illud. *distinctis explicabimus.* Adde.

Lege Molinam. g lege item Delugo. h qui bene notat, has differentias parum conferre ad conscientiae forum, in cuius explicatione nostra solum defudat industria.

Ibidem c. 6. §. 2. n. 6. versus finem, post illud. *Cum res ipsa traditur.* Adde.

Atque ex dictis vides, regulariter contractus innominatos solere esse pacta nuda, ut notat recte Delugo. i

Ibidem c. 7. §. 7. n. 27. fine, post illud. *quod alij communiter faciunt.* Adde.

Idiotæ satis est, habere animum faciendi, quod alij probi, & docti faciunt, ut notant aliqui & recte k

Ibidem. c. 7. §. 11. n. 1. post illud. *ne in obolo quidem decipere* Adde,

Dixi (Communiter,) nam novissime Jo Ex-cobar Corro in tractatibus selectissimis. i de utroque foro ar. 5. in cates artic. n. 36. sic habet Constantiter asserimus, hanc propositionem probabilem esse, Leges civiles & Pontificiæ, quæ sustinent contractus emptionis, & Venditionis, locationis, & conductionis, & similes (idest similes emptioni &c. non vero alios v. gr. Dotis, solutionis legati, census &c. etiam si in pretio, mercedeque, intellige vulgari, non legitimo, hic enim legitimus, ut superius vidimus, ne in obolo quidem præteriri potest) etiam si, inquam interveniat læsio infra, vel supra justum pretium, dummodo dimidium non excedat, justæ sunt, & acceptæ prout debent, nempe efficiente omni dolo, fraude, & falsa asseveratione, etiam procedunt in foro conscientiæ, & venditor pro maiori, & emptor pro minori iusti pretij, cum his conditionibus tutus manet in utroque foro, modo noscat contrahens pretium: id quod dicitur pro pueris, mulieribus, rusticis, si forte vel ob levitatem, vel ob inscitiam involuntarie agant &c. Hæc ex illo, qui prædictam doctrinam fusissime probat duodecim argumentis. quorum præcipua sunt, tum quia leges, tum civiles, tum Pontificiæ ita positive disponunt, nec solum permissive, tum quia Princeps potest transferre dominium rerum in alterum, tum quia conventiones, & pacta sine fraude inita servari in conscientia debent. &c.

Ibid. cap. 7. §. 11. n. 3. post illud. *Et deinde alteri donat, vel contra.* Adde.

Quando quis obligat operam suam singulis. V. G. eunti Romam, ut hic tuas litteras ferat, an possit alterum tantum accipere à me, si eodem unico labore meas ferat, lege apud Lessium affirmantem, quia, inquit, an mea, an tua, an alterius causa eat, non minuit æstimationem operæ respectu singulorum. Sic si medicus uno eodemque suffitu, seu balneo tres infirmos curare posset, tria integra stipendia juste perciperet. Parique modo Equum, qui redire debet Romam ita tibi possem ad eundem locum locare, ac si pro te tantum redeat, quæ sunt exempla eiusdem Lessij,

Dixi (in solidum) nam si obligatio fieret singulis pro sua parte, alia esset ratio. V. G. Ordinarius ferens litteras, non potest recipere integrum stipendium à singulis, quia in Nuntio Ordinario, contribuere quilibet ex sua parte, & non integre intendit, ad con-

Y 2

stituen-

a Lessius
l. 2. c. 24.
dub. 5. n.
28.

stituendum scilicet unum integrum salarium.

Pari modo quia una Peregrinatio V. G. vel una Missa, vel unica oratio uni promissa pro illo uno tantum valeat, non potes alteri eandem promittere. Vide eundem Lessium.

An idem sit dicendum de Commissariis, aliisque Ministris, qui uno die expediunt negotia multorum, multorumque ipsorum stipendia accipiunt, vide apud eundem Lessium

a *Less. ibid.* a qui concedit, quando aliud Magistratus, seu Princeps non taxaverit, & aqua utilitas habetur à negotiantibus. Lessium sequitur b Bauci.

b Bauci in *sing. cas.* *Ibidem cap. 7. § 11. n. 44. fine, post illud. Pre-*

73 *et cas.* *tium pro re erepta Adde.* Quod si nullus damnum sensit ex tua hac expensione bona fide facta, & ex illatu locupletior nequaquam es redditus, ad nihil te obligat merito Delugo.

c *Delug. d.* *Ibidem cap. 8. § 3. n. 10. fine, post illud, quod*

28. *de iust.* *non est in alijs contractibus Adde.*

nn 6. Illud recte notat Pasqualigus, creditorem acceptantem solutionem partis debiti censerit, liberare debitorem à mora, sibi enim, eam partem acceptando, præiudicat nam, dum partem acceptat, videtur implicite poenam moræ, & quodcumque interesse ratione moræ habitum remittere.

Ibidem cap. 8. § 5. n. 19. ipso initio dicti numeri, post illud. Pesse concedi Adde.

Si vera esset doctrina numeri secundi haec tenus expensa.

IN TRACTATU IV.

Tr. 4. cap. 1. § 1. num. 2. post illa verba, qui finis erat pauperias Adde.

Cui autem sint restituenda, alijsne pauperibus veris, an ipsi Domino, qui illam est largitus, vide late apud Meroll. a Et Sotus quidem, quem sequitur Diana, eputat, Domino, qui dedit, Medina, & Navarrus, pauperibus.

d Meroll.

Tr. 1. d. 1.

ca 2. à nu.

256.

e Dian. p. 8.

17 6. ref.

109.

f Pasqual.

cin. 4. qu.

792.

Ibidem num. 3. fine, post illa verba Eleemosyna notabilis quantitatis. Adde.

In hoc denique puncto Pasqualigus facit, hanc accipientem eleemosynam, prætextu paupertatis, nec in magnis, nec in parvis eleemosynis teneri ad restitutionem (peccare ubi est gravitas materiæ, non credo, negari posse, nec à Pasqualigo, nec ab alijs.) Ratio est, inquit, quia finis Principalis semper adest, nempe amor pietatis, & Dei. Multo magis, quia ju-

ris consulti, quos apud eundem autorem videre poteris, docent facta per errorem non retractari, quod subest causa pietatis, Sed certe nostra sententia saltem tutior est, & consulenda.

Ibidem cap. 1. § 3. num. 14. Initio post illa verba. applicantur Esse. Adde.

An ante sententiam, vel post illam, tu consideras, ubi videris Petrum à Navarra, lib. 4. de rest. cap. 2. n. 8. & L. si vacantia de bonis vacantibus lib. 10. vel live per leges.

Ibidem num. 28. fine post illud in ijs fuerit dictior. Adde.

Si inviniantur appropriata per Bullam Compositionis, idem esse tenendum, & consulendum, sed probabilitate non care, quod possint retineri, saltem donec accedat Iudicis sententia, docet Castropalaus: aliud benignus dicam in Tractatu de Bulla Cruciatæ c. 18. à n. 9.

Ibidem n. 31. fine post illud. fore hic resolvendum Adde.

Quod si teneas, hæc deberi pauperibus, sicut debentur (quando nescitur Dominus) habitata ex delicto, jam potes confugere ad Bullæ compositionem, ut colligitur ex dictis n. 14.

Ibidem cap. 1. § 5. n. 2. verus finem numeri, illud. si ad si. proportionata causa. Corrige, si ab si proportionata causa.

Ibidem cap. 1. § 9. num. 5. fine, post illud. bona fide acquisitum. Adde.

Vide Dianam par. 5. tr. 14. ref. 57. & ex Calestino, & Delugo. d. 21. de iust. num. 12.

Ibidem num. 6. fine, post illud, Vide ipsum latius. Adde.

Hæc duo proxime dicta sic approbat S. b. Qui falso testimonio scienter convicit alium in sua vita periculum, tenetur etiam cum sua vita periculo eum liberare, quod si sine culpa fecit, debet retractare, si possit sine magno suo periculo.

Ibidem num. 10. initio, post illud subit vicem perfectæ solutionis Adde.

Et hanc sententiam in ordicus tuetur, & probare contendit Thomas Hurtad. p. 2. mor. tr. 8. cap. 4. ref. 35. n. 433.

Ibidem cap. 2. § 1. n. 2. fine, post illud, & pœna ordinarij homicidij. Adde.

Dixi modo (quam similitudinem cognoscebat Petrus) nam secus excusabitur mandans adeoque non erit Irregularis, ut decrevit Sacra Congregatio apud Dianam, c. & ego dixi in Superioribus.

ADDI-

ADDITIONES AD LIBRUM IX.
Decalogi.

Lib. 9. capite secundo paragrapho 1. numero 7. fine, post illud, Consideravit pluribus Sanchez. Adde.

Et quo ad Jus Hispanicum, ut etiam, quoad multa, quæ in toto hoc §. sunt à nobis disputata, vide Th. Hurtaum ^a, nec omittatur Castropalaus, ^b qui confirmat, quod ego modo dixi, nullam scilicet esse legem, quæ irritet translationem dominij munerum Judici donatorum, additque, irritationem actus, & translationem dominij, nunquam esse inducendam, nisi legibus fuerit manifestissime expressa.

Ibidem cap. 3 § 6. n. 1 illud, Dixi (per se) non lethaliter peccabis. Corrige.

versus finem, post illa Verba, *quasi necessario consequuntur. Adde.*

Idem videtur dicendum de quodam, quem valde delectabat odor (an foetor?) spermatis quamvis, ut dicebat, ad aliud pravam obiectum nullatenus animum intenderet. Idem, inquam, videtur. Illa enim delectatio de re tam proxime obiecto periculoso conjuncta, si serio à non uxorato suscipiatur, vel signum est affectus pravi, vel certe grave periculum affert in turpem affectum incidendi.

Ibidem capite tertio, numero sexto, versus finem, post illud, Hac Hurtaum, sane probabiliter. Adde.

Idem esse in tactibus ex se honestis, verbi gratia, osculo more patriæ, sed inhoneste tantum ex pravo affectu colligitur ex dictis.

ADDITIONES AD LIBRUM X.
Decalogi.

Libro decimo, capite primo, numero octavo.

FINIS ADDITIONVM DECALOGI.

sit honor Deo, B. Virgini, sanctoq. V. A. Loys Gonzagæ patrono Meo.



Sequitur Amice Lector, quod notandum ratus, Index Capitum & Paragraphorum de Sacramentis, cui insertus quoque est, post casus reservatos Index similiter Capitum & paragraphorum de Bulla Cruciatæ, de ejusdem vero Indice Rerum notavimus alibiante Indicem Rerum de Sacramentis.

INDEX CAPITUM, ET PARAGRAPHORVM.

DE SACRAMENTIS. LIBER PRIMUS. DE SACRAMENTIS IN GENERE.

D e Materia, & forma Sacramen- torum. Caput I. folio 1.	
Materia, & forma Sacramenti simul esse debent. §. 1. ib.	
Non debent immutari. §. 2. 3	
Forma non debet reiterari super eandem materiam parag. 3.	4
De Ministro Sacramentorum. Caput II.	5
De Ministri legitima intentione conficiendi Sacramentum. parag. 1.	ibid.
De eiusdem probitate. parag. 2.	6
Praxis de prædicta probitate. parag. 3.	7
De suscipientibus Sacramenta. Cap. III.	8
Voluntas suscipiendi Sacramentum, §. 1.	ib.
Dispositio necessaria. parag. 2.	9
An liceat petere Sacramenta à peccatore, vel Excommunicato. parag. 3.	12
An liceat indigno illa ministrare. parag. 4.	ib.

LIBER *II.

De Baptismo.

D e materia, & forma Baptismi, Cap. I.	12
De materia remota. parag. 1.	ibid.
Materia remota, quoad licitum usum. §. 2.	13
Materia proxima, quæ est ablutio. §. 3.	ib.
Materia proxima, quoad licitum usum. para- grapho 4.	15
Forma. parag. 5.	16
Regulæ tres de Baptismo sub cōditione. §. 6. 20	

Explicatur, quænam sit moralis certitudo de suscepto Baptismo. parag. 7.	21
Quid observandum, si quando repetendus sit Baptismus. parag. 8.	22
De Ministro Baptismi, Cap. II.	22
Quisnam sit extra casum necessitatis? §. 1.	ib.
Quis in casu necessitatis? parag. 2.	23
De obligationibus Ministri Bapt. extra necessi- tatem. parag. 3.	24
De subiecto Baptismi, Cap. III.	25
De Baptismo Infantium, qui nascuntur à Fide- libus. parag. 1.	ib.
De Baptismo Infantium, qui nascuntur ab Infi- delibus. parag. 2.	26
De Baptismo Adultorum. parag. 3.	28
De Cognatione spirituali, quæ oritur ex Bap- tismo. Cap. IV.	29
Proponuntur explicanda. parag. 1.	ibid.
Quæ persona esse Patrinus possit? §. 2.	29
Quænam Baptismi administratio dictam Cog- nationem pariat? parag. 3.	32
Quænam actio, quæque intentio requiritur ad hanc Cognationem? parag. 4.	ibid.
Pœnæ male, vel bis baptizantis. Cap. V.	34

LIBER III.

De Sacramento Confirmationis.

D e materia, & forma Confirmationis. Ca- put I.	34
Materia remota. §. 1. ib.	Pro-

INDEX CAPITUM ET PARAGRAPHORUM.

Proxima; parag. 2	35	In quonam resideat Ordinaria, parag. 2	57
Forma, parag. 3	36	Explicantur distinctius prædicta, parag. 3	58
De Ministro Confirmationis, Cap. II.	37	De Delegatione hujus Jurisdictionis, quæ à Summo Pontifice fieri solet, parag. 4	60
Quis ille sit, parag. 1	ib.	De eadem delegatione, quæ fit à Prælati inferioribus, parag. 5	ibid.
De obligationibus Ministri, deque solennitatibus ab ipso servandis, parag. 2	37	De acquisitione hujus Jurisdictionis ex Ratione habitatione, parag. 6	61
De subjecto Confirmationis, Cap. III.	38	De eadem acquisitione ex Errorè communi, parag. 7	63
De Infantibus.	ibid.	Ex opinione probabili, parag. 8	66
De Amentibus, parag. 1	39	Ex subdelegatione, parag. 9	67
De proximè morituris parag. 2	ib.	De prædictæ delegationis duratione, parag. 10.	68
De Adultis, parag. 3	ib.	De approbatione Confessariis necessaria, Cap. V.	71
De Patris Confirmationis, Cap. IV.	40	Quid ea sit, parag. 1	ibid.
De Pœnitentia iterum confirmantis, Cap. V.	41	Explicatur prima Clausula Trident. requirentis dictam Approbationem. Nullus etiam Regularis, &c. parag. 2	ibid.

LIBER IV.

De Sacramento Eucharistiæ.

DE materia, & forma Eucharistiæ. Cap. I. 42		Explicatur secunda Clausula. Nisi, aut Parochiale Beneficium obtineat. parag. 3	77
Materia sanctissimi Corporis, §. 1	ib.	Explicatur tertia Clausula. Aut ab Episcopo per Examen parag. 4	78
Materia sanctissimi Sanguinis, parag. 2	44	Explicatur quarta Clausula. Quæ gratis detur. parag. 5	86
De Consecratione. Cap. II.	45	Explicatur quinta Clausula. Quibuscumque Privilegiis non obstantibus. parag. 6	ibid.
Forma Consecrationis.	ibid.	De aliis conditionibus requisitis in Ministro Confessionis, Cap. VI.	87
De intentione requisita ad Cōsecrat. Cap. III. 48		De scientia, parag. 1	ib.
De dispositione requisita in suscipiente Eucharistiam, Cap. IV.	48	De aliis requisitis, in eodem parag. 2	89
De Præcepto Communionis, Cap. V.	49		
An in periculo mortis liceat aliquando communicare sub speciebus S.S. Sanguinis? parag. 1.	ibid.		
An possit concedi dispensatio de non communicando in Paschate? parag. 2	50		

LIBER V.

De Pœnitentiæ Sacramento.

DE materia, & forma hujus Sacramenti, Caput I.	52	Quid sit casuum reservatio? Cap. I.	90
De Præcepto suscipiendi hoc Sacramentum. Cap. II.	53	Quis possit casus, & sub qua limitatione reservare? Cap. II.	91
An obligemur semper confiteri per voces. parag. 1	ib.	Quinam subiaceant casibus reservatis? Caput III.	92
De Præcepto dato Medicis circa Confessionem, & Communionem ægrotantium, parag. 2	55	De peccatis, quæ sive non possunt, sive non possunt reservari. Cap. IV.	94
De potestate Ordinis, quoad absolvendum. Cap. III.	ib.	De peccatis Summo Pontifici reservatis. Caput V.	96
De jurisdictione necessaria ad absolvendum. Caput IV.	56	Præmittitur notabile discrimen inter reservata Pontifici, & Episcopis. parag. 1	ibid.
Quid ea sit? parag. 1	ibid.	Peccata, seu excommunicationes Summo Pontifici reservata, parag. 2	98
		De peccatis Episcopo reservatis. Cap. VI.	ib.

TRACTATUS.

De casibus reservatis.

Quid sit casuum reservatio? Cap. I.	90
Quis possit casus, & sub qua limitatione reservare? Cap. II.	91
Quinam subiaceant casibus reservatis? Caput III.	92
De peccatis, quæ sive non possunt, sive non possunt reservari. Cap. IV.	94
De peccatis Summo Pontifici reservatis. Caput V.	96
Præmittitur notabile discrimen inter reservata Pontifici, & Episcopis. parag. 1	ibid.
Peccata, seu excommunicationes Summo Pontifici reservata, parag. 2	98
De peccatis Episcopo reservatis. Cap. VI.	ib.

INDEX CAPITUM ET PARAGRAPHORUM.

An in iure sint aliqui casus reservati Episcopo?	parag. 1	ibid.
Quos casus sibi reservare potest Episcopus?	parag. 2	99
Peccata hodie reservata Archiepiscopo Panormitano, parag. 3		100
De peccatis reservatis pro Religiosis, Cap. VII		108.
Quibus casibus reservatis in universum subiacent Religiosi? parag. 1		ib.
Explicatio Decreti Clementis VIII. de casibus reservatis Regularium, parag. 2.		109
De casibus reservatis Societatis Jesu, parag. 3.		115.
De Absolutione à reservatis ex Jure Ordinario	Caput VIII.	121
Quis possit absolvere à reservatis ex Jure Ordinario? parag. 1.		122
An Ordinarii obligentur hanc potestatem delegare? parag. 2.		123
De eadem Absolutione Jure Delegationis, Caput IX.		124
Quis possit Jure Delegationis absolvere à reservatis? parag. 1.		ib.
An valide absolvantur commissi in confidentiam licentiae concedendae? parag. 2.		127
De reservatis post licentiam Absolutionis commissis parag. 3.		128
An reservata oblita post Confessionem validam remaneant reservata? parag. 4.		129
An enarrata in confessione invalida remaneant reservata? Quid de oblitis in eadem §. 5. fol.		130
An cum quis absolvitur remaneat absolutus ab excommunicationibus oblitis? parag. 6.		131
Reservata qua ratione possit quis fateri soli superiori, vel Inferiori Delegato? paragrapho 7. ibid.		
De Absolutione reservatorum Jure delegationis in particulari, Caput X.		132
De obligatione concessi Episcopis à Tridentino circa casus, seu excommunicationes reservatas, & occultas, parag. unic.		ibid.
De Delegatione facta Regularibus ad absolvendos casus, & excommunicationes reservatas, Caput XI.		134
Praelatorum Regularium potestas ad suos subditos absolvendos, parag. 1.		ibid.
Praelatorum, & Confessoriorum Regularium potestas ad absolvendum Saeulares, parag. 2		140.
De Delegatione, seu potestate simplicis Sacer-		

dotis in casu necessitatis ad absolvendum.	Cap. XII.	ibid.
In articulo, seu periculo mortis, parag. 1.		ibid.
In impedimento perpetuo, vel longi temporis, parag. 2.		144
In necessitate alia urgenti, parag. 3.		146
Tres conditiones, requisitae, ut quis ab excommunicationibus reservatis absolvatur per inferiorem in dictis casibus reservatis, paragraph. 4.		148
De Delegatione concessa per Bullam Cruciatæ et c. reservata, Caput XIII.		152
Explicantur Clausulae dictae concessionis, ibid. & sequentib.		

TRACTATUS.

De Bulla cruciatæ:

Praemittuntur aliqua de natura Privilegiorum Bullæ, Cap. I.		158
Quid & quotuplex sit Privilegium, parag. 1.		ibid.
Privilegia Bullæ Cruciatæ cujus sunt generis	parag. 2.	159
Ample ne an strictè sint Privilegia Bullæ interpretanda, parag. 3.		159
Dispositio tractandorum, Cap. II.		160

CLAUSULA PRIMA.

Bulla Cruciatæ secunda, & tertia omittuntur, utpote ad nos non pertinentia.		ib.
---	--	-----

CLAUSULA QUARTA.

Explicatur prædicta Clausula quarta, quo ad priores ejus partes, Cap. III.		161
Explicatur illud. <i>A Christi Fidelibus</i> , parag. 1.		ibid.
Illud. <i>Consistentibus, & declinantibus in hoc Regnum</i> , parag. 2.		162
Illud. <i>Ex bonis sibi à Deo collatis liberaliter contulerit</i> , parag. 3.		163.
An ex bonis furtivis vel usurariis dari eleemosyna possit pro Bulla, parag. 4.		163
An ex pecunia habita ex turpi lucro, parag. 5.		164.
An ex bonis creditis, vel ab alio datis, parag. 6.		ibid.
Quædam de eleemosyna potrigenda ab insignibus		

INDEX CAPITUM ET PARAGRAPHORUM.

inibus personis; & quædam de porrigenda à Pau-
peribus. parag. 7. 165
Explicatur posterior pars Clausulæ quartæ superius
positæ, hoc est illud. *Anno durante.* Caput IV.
167
Quando nam incipit Annus Privilegiorum Bullæ pa-
rag. 1. ibid.
Quandiu durat annus Bullæ, parag. 1. 168
Quando in uno loco tardius, in alio citius fiat pro-
mulgatio Bullæ, parag. 3. 169
An finito anno in aliquo faveat Bulla, §. 4. 170

CLAUSULA V.

Primum Bullæ Privilegium, quod est circa tempus
Interdicti. Cap. V. 172
Præmittitur Summaria explicatio Interdicti, parag. 1.
ibid.
Favor primus Bullæ, tempore Interdicti *posse Missas*
& divina Officia celebrari ex parag. 2. 173
Quid concedat Bulla quoad celebrationem Missæ
in Oratoriis privatis extratempus Interdicti, pa-
rag. 3. 174
An per Bullam possit quis erigere Oratorium priva-
tum, in quo celebretur sine alia Pontificis licen-
tiâ parag. 4. ib.
An commissarius Cruciatæ possit prædictum perfe-
re constitutum Oratorium concedere? parag. 5.
ibid.
Quid possit concedere Commissarius circa celebra-
tionem Missæ, quoad horam celebrandi, parag. 6.
176.

CLAUSULA VI.

Favor secundus Bullæ, tempore Interdicti, *posse reci-
pere Sacramenta.* Cap. VI. 176

CLAUSULA VII.

Favor tertius Bullæ, tempore Interdicti, *posse Eccle-
siasticis sepeliri.* Cap. VII. 177

CLAUSULA VIII.

Secundum Privilegium circa cibos vetitos. Caput
VIII. 177
Posse carnibus vesci de consilio utriusque Medici. pa-
rag. 1. 178
Posse temporibus Jejuniorum totius anni, etiam
quadragesimalium, vesci lactiniis, parag. 2. 179
Quæ de lactiniis, parag. 3. 180

Excipiuntur Patriarchæ &c. ab indulto lactiniis
parag. 4. ib.
De privilegio edendi lactinia concessio ab Urbano
Octavo aliquibus ex prædictis exceptis, parag. 5.
183.

CLAUSULA IX.

Tertium Privilegium, de quibusdam Indulgentiis, &
participatione bonorum operum. Cap. IX. 185
Quænam Indulgentiæ hic concedantur? §. 1. ib.
Quænam communicatio operum, parag. 2. 186
Sub quibus conditionibus, parag. 3. 187

CLAUSULA X.

Quartum Privilegium. De Indulgentiis Stationum,
quas concedit Bulla. Cap. X. 188
Explicatur illud. *Quinque Ecclesias, vel altaria visi-
ta verint.* parag. 1. ibid.
Illud. *Devotè visita verint.* parag. 2. 190
An pluries hæ Indulgentiæ acquiri possint, parag. 3.
ibid.
An applicari possint pro Defunctis? §. 4. ibid.

CLAUSULA XI.

Quintum Privilegium. Circa Absolutionem à refer-
vatis. Cap. XI. 191
Explicatur illud. *Ex approbatis ab Ordinario,* parag. 1.
ibid.
Illud. *A reservatis Episcopo toties, quoties, & à refer-
vatis Papæ semel, &c.* parag. 2. 194
Illud. *In mortu articulo.* parag. 3. ib.
Illud. *Excepta Hæresi,* parag. 4. ib.
An toties quoties ab oculis Pontificis? parag. 5.
195.
Illud. *Ab omnibus censuris,* parag. 6. ib.
Illud. *Satisfacta parte.* parag. 7. 196
Illud. *In foro interno.* parag. 8. 198
Tres Notationes ad prædicta facientes, §. 9. 199
De sexto Privilegio, hoc est, de Indulgentia, quæ in
hac clausula undecima conceditur semel in vita,
& semel in morte. Cap. XII. 200
Semel in vita, parag. 1. ib.
Semel in morte, parag. 2. 201

CLAUSULA XII.

Septimum Privilegium. Commutatio Votorum,
Cap. XIII. 203
De commutatione Votorum præter excepta, parag.
primo. ibid.
Explicatur

2

INDEX CAPITUM ET PARAGRAPHORUM.

Explicantur vota excepta, parag. 2	207
Vota, de quibus est aliqua maior controversia an per Bullam commutari queant: parag. 3	208

CLAUSULA XIII.

De suspensione Indulgentiarum, Cap. XIV.	212
Quamnam gratia suspendatur quoad seculares, parag. 1.	ib.
Quoad Religiosos, parag. 2.	213

CLAUSULA XIV.

De receptione, & retentione Bullarum, Cap. XV.	214
Bulla debet esse scripta, impressa &c. §. 1.	ib.
An requiratur nomen scriptum, parag. 2.	215
Sufficitne receptio sine Acceptatione, vel Acceptatio sine Receptione, parag. 3.	ib.
Explicatur illud (retinere) parag. 4.	217
Duo discrimina inter Bullam communem, & Bullam Compositionis, quo ad eam retentionem, & nominis inscriptionem, parag. 5.	ib.
Concessio Gregorii XIII. per quam bis Bulla recipi potest, Cap. XVI.	220
De secunda eadem Bulla, quae eodem anno recipi potest §. unicuique.	ibid.
Bulla pro Defunctis Cap. XVII.	221
Explicatur illud, per medium suffragii, parag. 1.	ibid.
Conditiones requisitae pro Bulla Defunctorum, parag. 2.	221
De Bulla Compositionis, Cap. XVIII.	223
Explicatur caput illud primum se componendi, hoc est, super illis habitis, & super male ablatis, &c. parag. 1.	224
Illud secundum caput. Super mediocritate Legatorum, parag. 2.	226
Illud tertium caput. At super illis legatis ex parag. 3.	ibid.
Illud quartum caput. Et super fructibus debitae exemptionis horarum, &c. parag. 4.	227
Illud, si facta diligentia non invenitur creditor, parag. 5.	229
Explicatur quantitas, de qua quis componi valeat parag. 6.	230
Conditiones requisitae pro recipienda hac Bulla, parag. 7.	231

LIBER VI. fol. 232.

De extrema Unctione.

Materia, & forma Extremae Unctionis, Caput I. 233.

Materia remota, parag. 1	ib.
Proxima, parag. 2	234
Forma, parag. 3	ibid.
Modus, seu sollemnitas administrandi Extremam Unctionem, parag. 4	235
De subiecto huius Sacramenti, Cap. II.	236
Viator, parag. 1.	ibid.
Baptizatus, parag. 2	ibid.
Ufus rationis compos, parag. 3	ib.
In gratia existens, seu esse putans, parag. 4	ib.
Infirmus, parag. 5	238
Quando reiterari potest Extrema Unctio: parag. 6.	239.
De Ministro huius Sacramenti, Cap. III.	240
Minister est Sacerdos, parag. 1.	ib.
Sub qua obligatione: parag. 2	ibid.
Religiosi, an sint Ministri huius Sacramenti: parag. 3	ibid.
De Adjutore Ministrantis hoc Sacramentum: paragraph. 4.	241
Quo tempore ministrari potest Extrema Unctio: Caput IV.	ibid.

LIBER VII.

De Ordine

Quid sit Ordo, & quod duplex: Cap. I. parag. 1. folio 242	ib.
An omnes Ordines sint Sacramentum, parag. 2	ib.
De Materia, forma, & Officiis Tonsurae, & Minorum Cap. II.	243
Prima Tonsura, parag. 1	ibid.
Officiarius, parag. 2	ib.
Lectoratus, parag. 3	244
Exorcistatus, parag. 4	ib.
Acolythatus, parag. 5	ib.
Aliquot quaestiones de initiis Tonsurae, & Minoribus, parag. 6	ib.
De Subdiaconatu, Cap. III.	247
Quid sit, quae ejus materia, forma, Officium, parag. 1.	ibid.
Quaestiones aliquot circa materiam Subdiaconatus, parag. 2	ibid.
Quaestiones aliquot circa obligationem Subdiaconi, parag. 3	249
Castitas, Recitatio Horarum, sufficiens Patrimonium, parag. 4. 5.	ibid. & seq.
De Diaconatu, Caput IV.	250
Quid ille sit, quae Materia, Forma, Officium: parag. 1.	ibid.

Quæstiones aliquot circa materiam Diaconatus, paragrapho 2.	253
De Sacerdotio. Caput V.	ibid.
Quid sit, quæ materia, Forma, Officium? §. 1. ibid.	ibid.
Quæstiones aliquot circa Sacerdotium. parag. 2.	254
De Subiecto Ordinis. Caput VI.	256
Quoad valorem. parag. 1.	ibid.
Quoad licitam receptionem. parag. 2.	257
De Titulo Ordinandorum. parag. 3.	258
Quæstiones aliquot circa prædictos titulos. §. 4.	259
De Ministro Ordinis. Cap. VII.	263
Quoad valorem. parag. 1.	ibid.
Quoad licitum utrum. parag. 2.	ibid.
De litteris Dimissorijs, & Commendatitijs. Cap. 8.	268
Quando, & qua ratione dantur? parag. 1.	ibid.
Quis eas concedere potest? parag. 2.	ibid.
De Duratione prædictarum litterarum. parag. 3.	270
De examine Ordinandorum. Cap. IX.	ibid.
De temporibus Ordinationum. Caput X.	271
De Interstitijs. Caput XI.	273
Quid sint, & qua ratione servanda? parag. 1.	ibid.
De eorum dispensatione. parag. 2.	274
De Pœnis male conferentis, vel recipientis Ordines. Caput XII.	276
De prædictis pœnis in particulari. parag. 1.	ibid.
Concilium circa suspensionem quandam ratione Ordinum. parag. 2.	279

LIBER OCTAVUS.

De Sacramento Matrimonij.

TRACTATUS I.

De Impedimentis eiusdem.

Quid, & quotuplex sit impedimentum Matrimonij? Caput Primum.	283
Impedimentum Primum, id est Error. Caput II.	284
Quid illud sit? parag. 1.	ibid.
Deciduntur duo casus Tabianæ, & Hostiensis circa errorem Personæ. parag. 2.	287
Impedimentum Secundum. Conditio. Caput III.	288
In quo consistat parag. 1.	ibid.
Servitus diminuta quid operetur? parag. 2.	290
Servitus, vel libertas putata. parag. 3.	ibid.
Servitus cessans per ipsum Matrimonium. paragrapho 4.	291
Obligatio servitutem occultantis. parag. 5.	ibid.
Impedimentum Tertium. Vetus solenne Castitas. Caput IV.	292

Impedimentum Quartum. Cognatio. Cap. V.	ibid.
Cognatio naturalis. parag. 1.	ibid.
Cognatio spiritualis. parag. 2.	296
Cognatio legalis. parag. 3.	297
Impedimentum Quintum. Caput VI.	298
Primum Crimen. Conspiratio cum occisione conjugis sine Adulterio. parag. 1.	ibid.
Secundum. Adulterium cum occisione sine conspiratione. parag. 2.	299
Tertium. Adulterium cum promissione Matrimonij. parag. 3.	300
Quartum. Adulterium cum Matrimonio attentato. parag. 4.	301
Quo iure introductum est Impedimentum Criminalis? parag. 5.	ibid.
Impedimentum VI. Cultus disparitas. Cap. VII.	302
Impedimentum Septimum. Vis. Cap. VIII.	ibid.
Impedimentum Octavum Ordo. Cap. IX.	ibid.
Impedimentum Nonum. Ligamen. Cap. X.	303
Impedimentum X. Publica honestas. Cap. XI.	304
Quid illud sit? parag. 1.	ibid.
Publica honestas ex Sponsalibus. parag. 2.	305
Publica honestas ex Matrimonio Rato. parag. 3.	306
Impedimentum. Undecimum. Affinitas. Cap. duodecimum.	307
Quid sit, & quatenus extendatur. parag. 1.	ibid.
Quo iure inductum est hoc impedimentum? §. 2.	309
Affinitas superveniens Matrimonio. parag. 3.	ibid.
Qualis copula Affinitatem pariat? parag. 4.	310
Impedimentum Duodecimum. Impotentia. Caput Decimum Tertium.	311
Quid, & quotuplex sit? parag. 1.	ibid.
Impotentia absolute perpetua. parag. 2.	312
Impotentia respectiva. parag. 3.	317
Quomodo ferendum sit iudicium de impotentia respectiva dubia. parag. 4.	ibid.
Impotentia superveniens Matrimonio. parag. 5.	319
Impedimentum X. Tertium. raptus. Cap. XIV.	320
Impedimentum Decimum Quartum. Absentia Parochi, & Testium. Cap. XV.	ibid.
De Impedimentis solum impedientibus. Caput Decimum Sextum.	ibid.
Quæstiones aliquot de dictis impedimentis. Caput XVII.	321
Quanam specie peccati peccat, qui cum impedimento copulam habet, vel Matrimonium init. §. 1.	ibid.
An metu coactus Matrimonium valide contrahat, & licitè? parag. 2.	322
Quid si quis putet impedimentum adesse, cum non adsit? parag. 3.	324
Quam pœnam incurrit contrahens Matrimonium cum impedimento? parag. 4.	ibid.

INDEX CAPITUM ET PARAGRAPHORUM. TRACTATUS II.

De Dispensatione Impedimentorum.

Quid sit Dispensatio? Caput. I.	324
De potestate dispensandi Cap. II.	325
De hac Potestate in Summo Pontifice. Caput III.	Ibid.
De eadem in Episcopo Caput IV.	326
In impedientibus tantum paragr. 1.	Ibid.
In Dirimentibus. paragr. 2.	Ibid.
An propter bonam fidem possit quid Episcopus in dirimentibus? paragr. 3.	327
An in necessitate? paragr. 4.	Ibid.
An alij à Pontifice, vel Episcopo possint aliquid in impedimenti matrimonij? Cap. V.	331
Quis possit dispensare ad petendum debicum, si superveniat Conjugibus Affinitas ex Copula illicita? Caput VI.	336
De causis dispensandi in impedimentis. Caput Septimum.	Ibid.
Præmittuntur aliqua de his causis. paragr. 1. Ibid.	Ibid.
De causis in particulari. paragr. 2.	337
Quandonom dispensatio est subreptitia, atque adeo invalida? Caput VIII.	340
Taciturnitas veri, quandonom vitiat Dispensationem? Caput IX.	341
An, quando tacetur repulsa alias data? paragr. 1. Ibid.	Ibid.
An, quando tacetur Dispensatio alias concessa? paragr. 2.	342
An, quando tacetur, plura subesse impedimenta? paragr. 3.	343
An, quando tacetur Matrimonium fuisse contractum cum impedimento? paragr. 4.	345
An, quando tacetur qualitates extinsecæ? paragr. 5.	346
An quando tacentur individuales gradus? paragr. 6.	Ibid.
An, quando tacetur gradus proximior? § 7.	347
An, quando tacetur copula incestuosa? paragr. 8.	348
Expressio falsi; quandonom vitiat Dispensationem? Caput X.	349
An, quando proponitur unum impedimentum pro alio? paragr. 1.	Ibid.
An, quando falso exprimitur gradus conjunctionis? paragr. 2.	350
An, quando exponitur unica causa, eaque falsa? paragr. 3.	Ibid.
An, quando aliqua ex expositis est falsa? paragr. 4.	351

An, quando petuntur duæ Dispensationes, altera cum vera, altera cum falsa causa? paragr. quinto.	Ibid.
An, quando erratum est in nomine supplicantium? paragr. 6.	352
An, quando erratum est in nomine Diocesis? paragr. 7.	Ibid.
Quid faciendum in dubio de Dispensatione? Caput Undecimum.	353
Explicantur Clausulæ Rescripti Dispensationis pro foro externo. Caput XII.	354
Prima Clausula. Persona Executoris. paragr. primo.	Ibid.
Secunda Clausula. Supplicantium narratio. paragr. 2.	356
Tertia Clausula. Mandatum inquirendi veritatem. paragr. 3.	357
Quarta Clausula. Pœnitentia salutaris. § 4.	358
Quinta Clausula. Aliquæ causæ in genere. paragr. 5.	Ibid.
Sexta Clausula. Prohibetur munerum acceptio. paragr. 6.	359
In 7. Clausula ponitur, non obstantibus &c. paragr. 7.	Ibid.
Explicantur Clausulæ Rescripti pro foro interno. Caput Decimum Tertium.	359
Prima Clausula. Committitur Confessario executorio. paragr. 1.	Ibid.
Secunda. Eidem committitur veritatis indagatio. paragr. 2.	360
Tertia. Pœnitentiæ impositio. paragr. 3.	Ibid.
Quarta. Solum in occultis. paragr. 4.	361
Quinta. Revalidatio Matrimonij. paragr. 5.	Ibid.
Sexta. Solum pro foro interno. paragr. 6.	Ibid.
Septima: ut Cacerentur literæ paragr. 7.	364
De Duratione Dispensationis, & potestatis dispensandi. Caput XIV.	Ibid.
An valeat Dispensatio, vel Potestas dispensandi, si non acceptetur? paragr. 1.	Ibid.
An cesset ex renuntiatione, vel non usu? paragr. pho secundo.	363
An ex revocatione? paragr. 3.	364
An morte Delegantis? paragr. 4.	365
An valeat Dispensatio ante datas litteras Concessionis? paragr. 5.	367
An cesset potestas dispensandi morte delegati paragr. 6.	368

TRACTATUS III. De Sponsalibus.

De natura Sponsalium. Cap. I.	369
Quid sint, quamque promissionem continent. paragr. pho decimo.	Ibid.

An sponsalia voluntate Spondentium venialem, obligationem, vel nullam continere possint? paragr. 1.	371
An obligationem poenae? paragr. 2.	ibid.
Quid sint sponsalia ficta, quamque obligationem inducant. paragr. 4.	373
De quibusdam conditionibus requisitis in sponsali- bus Caput. Secundum.	375
Voluntaria esse illa debent. paragr. 1.	ibid.
Non extorta metu. paragr. 2.	376
Signo certo expressa. paragr. 3.	378
Non necessario alijs manifesta. paragr. 4.	380
Absoluta sponsalia & non conditionata. paragr. 5.	381
Quis possit sponsalia contrahere? Cap. III.	ibid.
Etas, quondam irritat sponsalia? paragr. primo.	ibid.
Impedimenta, an irritent sponsalia? paragr. se- cundo.	383
De quibusdam pactis, quae solent apponi in spon- salijs. Caput IV.	384
De dissolutione sponsalium. Cap. V.	385
Prima causa. Mutuus consensus. paragr. 1.	ibid.
Secunda. Religionis ingressus. Paragr. 2.	387
Tertia. Ordo Sacer. paragr. 3.	389
Quarta. Votum simplex Castitatis, seu Coelibatus. paragr. 4.	ibid.
Quinta. Matrimonium, vel Sponsalia cum alio, seu alia contraxisse. paragr. 5.	390
Sexta. Alterius, vel utriusque fornicatio. paragr. sexto.	394
Septima. Impedimentum superveniens. paragr. septimo.	395
Octava. Mutatio notabilis superveniens. paragra- pho octavo.	397
Undecim causae existentes ante sponsalia, sed postea cognitae. paragr. nono.	398
An laborans aliquo occulto defectu possit, eo tacito, ad Matrimonium procedere? paragr. 10.	400

TRACTATUS IV.

De Consensu per verba de praesenti.

De Natura Matrimonij. Caput. I.	400
Quid propriè veniat nomine Matrimonij. pa- ragrapho 1.	ibid.
Quotuplex sit matrimonium. paragr. 2.	401
De Consensu requisito ad Matrimonium. Caput Se- cundum.	ibid.
Qualis consensus? paragr. 1.	ibid.
An sufficiat consensus, quando non cognoscitur im- pedimentum? paragr. 2.	402

Circa quod obiectum versari debet? paragr. 3.	403
De Consensu externo ad Matrimonium. Caput Ter- tium.	404
Per quae signa, &c.	405
De consensu dato absenti. Caput IV.	407
Per Procuratorem. paragr. 1.	ibid.
Per Epistolam. paragr. 2.	409
De consensu conditionato. Caput V.	410
Quid, & quotuplex sit conditio? paragr. 1.	ibid.
Sub conditione praesenti, vel praeterita. paragr. 2.	411
Sub conditione de futuro necessario. paragr. 3.	ibid.
Sub conditione de futuro contingente non turpi. pa- ragrapho quarto.	412
Sub conditione de futuro impossibili physice. par- grapho quinto.	415
Sub conditione turpi de futuro, quamvis non con- traria contractui Matrimonij paragr. 6.	417
Sub conditione, quae inest contractui matrimonij paragr. septimo.	418
Sub conditione contraria contractui matrimonij. paragr. octavo.	ibid.
Sub conditione positiva, vel negativa. paragr. 9.	419
Monitio ad Parochos. paragr. 10.	ibid.
De Consensu Matrimonij coactio. Cap. VI.	420
De consensu ex errore, &c. paragr. 1.	ibid.
De consensu ex metu. paragr. 2.	ibid.
De peccato, & obligatione incutientis metum ad Matrimonium. paragr. 3.	422
De ratificatione Matrimonij, quando illud validum non fuit. Caput VII.	ibid.
Ratificatio matrimonij invalidi ex fido, vel meti- culoso consensu. paragr. 1.	423
Ratificatio matrimonij invalidi ex aliquo impedi- mento. paragr. 2.	425
An matrimonium coram Parocho, & Testibus inva- lide celebratum, sit coram iisdem renovandum? paragr. 3.	426
An matrimonium invalidum ex metu ratificetur per copulam simili metu extortam? paragr. 4.	428

TRACTATUS V.

De Matrimonio, ut est Sacra- mentum.

Institutio huius Sacramenti, eiusdemque forma, & materia. Cap. I.	429
Minister eiusdem. Caput II.	430
Matrimonium inter absentes, an sit Sacramentum? Caput Tertium.	430
Matrimonium Infidelium, an sit Sacramentum? Caput Quartum.	431

INDEX CAPITUM ET PARAGRAPHORUM DE SACRAMENTIS

De Indissolubilitate matrimonij. Cap. V.	ibid.
An Matrimonium Infidelium ante conversionem in-	
nitum sit indissolubile? parag. 1.	431
An, quando utrique conjuges convertuntur ad fi-	
dem? parag. 2.	ibid.
An quando alter? parag. 3.	432
De Indissolubilitate Matrimonij Rati Fidelium. Ca-	
put Sextum.	435
An hoc Matrimonium Ratum, sit auctoritate Ponti-	
fificis dissolubile? parag. 1.	ibid.
An per Professionem solemnem? parag. 2.	436
De Bimestri concessio Sponsis ad deliberandum de	
Religione assumenda, parag. 3.	438
Matrimonium Fidelium consummatum indissolubi-	
le est. Caput VII.	440

TRACTATUS VI.

De Solennitatibus Contractus
Matrimonij.

Quenam sint eiusmodi solennitates? Cap. I.	441
De Præsentia Parochi, & Testium. Caput II.	ibid.
Qua ratione hanc inducere potuit Concilium? pa-	
ragrapho 1.	ibid.
Explicatur eiusmodi præsentia. parag. 2.	442
Qualis debeat esse præsentia Parochi, & Testium?	
parag. 3.	444
Præter assensum quemnam ritum debeat obser-	
vare Parochus? parag. 4.	448
Quis Parochus? parag. 5.	467
Qui Testes? parag. 6.	471
De Denuntiationibus. Caput. III.	ibid.
Quanta sit earum obligatio parag. 1.	ibid.
Praxis earum. parag. 2.	473
De benedictionibus, seu Vellationibus Matrimonij.	
Caput Quartum.	475
Sub qua obligatione? parag. 1.	ibid.
Secundæ Nuptiæ, an sint benedicendæ? parag. 2.	476
Quis eas benedicat? parag. 3.	ibid.
Quo tempore? parag. 4.	ibid.
De Traditione Sponsæ in domum Sponsi. §. 5.	477

FINIS INDICIS CAPITUM, ET PARAGRAPHORUM
De Sacramentis.

slt honor Deo, B. Virgini, sanctoq. V. A. Loyslo
gonzagæ patrono Meo.

H Abes hic Benevole Lector, ne erres, Indicem rerum Bullæ Cruciatæ, Sacramentorum indicia-
rendum; verum serius acceptum, ne cum diu paginæ ignarus quæres, primum ante
rerum de Sacramentis indicem posuimus.

Index Reli

TRACTATUS VII.

De obligationibus ex Matrimonio
conferentibus.

Ubi

De Divortio.

De obligationibus conjugis necessariis. Caput	
Primum.	478
Prima obligatio. Cohabitatio. parag. 1.	ibid.
Secunda, & Tertia. Præstatio alimentorum, & Edu-	
catio filiorum. parag. 2.	480
Quarta. Correctio mutua. parag. 3.	ibid.
Quinta. Debiti conjugalis redditio parag. 4.	481
De obligationibus voluntariis. Cap. II.	ibid.
Donationes liberales inter conjuges. §. 1.	ibid.
Sponsalitia largitas pura, parag. 2.	485
Non pura. parag. 3.	489
De Divortio. Caput III.	490
Quid sit, & quando illud sit licitum? parag. 1.	ibid.
Divortium ex causa Adulterij carnalis. §. 2.	491
Casus quinque, in quibus non est licitum Divortium	
quamvis adsit Adulterium. parag. 3.	492
An possit Innocens Adulterium non repellere? pa-	
rag. 4.	494
Quæ nam Adulterij certitudo requiritur ad Di-	
vortium? parag. 5.	ibid.
An auctoritate propria possit fieri Divortium? pa-	
rag. 6.	495
Causæ celebrandi Divortium ad tempus. §. 7.	496
De effectibus Divortij ex Adulterio. §. 8.	498
De effectibus Divortij ex Hæresi. parag. 9.	500
De effectibus Divortij ex sollicitatione ad pecca-	
dum, vel ex lævitia. parag. 10.	ibid.
An conjuges post consummatum Matrimonium va-	
leant ex communi consensu mutationem statu	
assumere Caput IV.	502
Quoad professionem Religiosam. parag. 1.	ibid.
Quoad Ordines Sacros. parag. 2.	504
Quoad Votum simplex Castitatis. parag. 3.	506

INDEX

RERVM, QUÆ IN TRACTATV,

de Bulla Cruciatæ continentur.

A

Absolui quis potest per Bullam à reservatis Episcopo toties quoties; sed à reservatis Pontifici publicis semel in vita, & semel in morte: iterumque ab iisdem, si primam Bullam sumpserit, non vero tertio si tertiam (excepta hæretici) Clausula 11. cap. 11. n. 1. 191
 Absolui nemo potest per Bullam ab hæresi formali externa, licet occulta, secus si non sit formalis, ut merum foris legum, merum maleficium, mera superstitio &c. ibid. §. 4. n. 2. 194. & 195
 Neque ab obligatione denunciandi Aliquod crimen Inquisitori. ibid. n. 2. 195
 Absolui an possit quis per Bullam ab occultis Pontificis, etiam in Cœnâ Domini toties, quoties cap. 11. §. 1. n. 1. & seq. 195
 An à suspensione, excommunicatione, Interdicto personali &c. siue hæc censuræ sint occultæ, siue publicæ siue à iure siue ab homine, siue ad forum contentiosum deductæ, siue non, ibid. §. 6. n. 1. 195
 Non potest ab excommunicatione contracta ab hæretici. ibid.
 Absolui non debet excommunicatus nominatim, sed erit ad suum Prælatum remittendus, ibid. n. 4. 196
 Excipe quando Iudex vel longe distat, vel iniuste agn. vel rigore se gerendo, negat absolutionem. ibid. n. 3. 195
 Absolui non potest per Bullam Cessatio à Divinis, nec Interdictum, siue generale, siue speciale locale, nec personale generale. ibid. n. 5. 196
 Nec Irregularitas contracta ex indecentia, qualis esset ex bigamia. ibidem.
 An Irregularitas, quæ incurritur in peccatum alicuius delicti. Item, an contracta ex homicidio, vel mutilatione. ibid. n. 6.
 Absolui quis non potest per Bullam à Censuris, nisi satisfacta parte læta cap. 11. §. 7. per totum. 196
 Pars læta non dicitur Fiscus vel Notarius, cui debetur pena pecuniaria. ibid. n. 2.

Nec Religioni, sed Religioso particulari læso debet satisfieri. n. 6. 196
 Absolui quis potest virtute Bullæ etiam in eius confidentiam peccaret cap. 11. §. 9. n. 1. 199
 Absolutio à reservatis potest in articulo mortis conferri ab electo ex vi Bullæ, etiam, præsentis proprio ægrotantis Parocho cap. 11. §. 5. n. 2. 194
 Absolutio ab excommunicatione deducta ad forum contentiosum, pendente lite, illicitè concedetur, cap. 11. §. 6. n. 2. 195
 Excipe casum, qui habetur in nu. 3. seq. 195
 Absolutio habita ex vi Bullæ ab excommunicatione non prodest, nisi pro foro interno. cap. 11. §. 8. n. 1. & seq. 198
 Absolutio ab excommunicatione, etiam ex vi Bullæ, potest valide conferri extra confessionem peccatorum; nec est necesse, ut absolvendus confiteatur sua peccata, nisi absolutio sit adnexa Sacramento penitentiae ibid. §. 9. n. 3. & 4. 199. & seq. An licite? ibidem.
 Absolutio ab excommunicatione requirit in homine absolvendo propositum non reincidendi in eandem. ibid. n. 3. ibid.
 Absolutionis formula ab excommunicatione, & reservatis posita in Summario Bullæ non est de substantia; sed satis est formula ordinaria cum intentione absolventi juxta facultatem Bullæ. ibid. n. 2. 199
 Absolutus semel per Bullam à reservatis Pontifici publicis nequit in vita per eandem Bullam iterum absolui ab alio novo, nec simili, nec specie diverso peccato. cap. 11. §. 2. n. 1. & seq. 194
 An sententia quod possit, sit probabilis? ibidem.
 Absolutus ab excommunicatione, si postea cum possit, non servat promissionem de satisfaciendo parti heet peccet, non tamen reincidit in illam excommunicationem. cap. 11. §. 7. n. 6. 197
 Absolutus pro foro interno à Censuris ex vi Bullæ, quomodo se debeat gerere, quo ad actiones externas. cap. 11. §. 8. n. 4. & seq. 198 Potest iudex contra eum procedere in foro externo. ibid. n. 9. 199

Absolutus per Bullam à Censuris pro foro interno etiam si dicat, & probet ijs, qui sciunt excommunicationem, se esse absolutum per Bullam, adhuc peccat coram eisdem publice, & indifferenter se gerendo: secus si caute, & coram paucis ex iisdem ibid. n. 6. 198

Et quid si excommunicatio sit aliquibus nota sed non deducta fuit in forum contentiosum? ibid. n. 7. 199

Absolutus ab excommunicatione reservata à Confessario electo per Bullam, est liber ab onere se presentandi Superiori, cap. 11. §. 3. n. 3. 194

Acceptatio Bullæ necessaria est nec sufficit sola eius sumptio, seu receptio; sicut nec acceptatio sine sumptione seu receptione, licet pro ea elemosynam largitus sis, & Bullarum distributor eam tibi applicet, ac suæ domi servet, cap. 15. §. 3. n. 2. 215

Egrotus in periculo mortis non valens adire Superiorem pro absolutione reſervatorum non tenetur Bullam accipere; se potest à simplici Sacerdote ab illis absolui, cap. 15. §. 1. n. 2. 215

Altaris nomine venit locus ille, aut mensa firma, seu lapidea, seu lignea super qua fit sacrificium, non autem Altaria in plateis, vel congregationibus ubi non sunt Sacrificia cap. 10. §. 1. n. 1. 188

Altare in Oratorio ex Pontificis licentia concessio in domo privata, venit nomine Altaris in Bulla requirente visitationem Altarium pro lucrandis Indulgentiis. ibi. n. 2. De Altaris visitatione, vide plura verbo visitatio.

Altare privilegiatum an intelligatur suspensum à Commissario Cruciatæ in publicatione? cap. 14. §. 1. n. 11. & seq. 213

Amentes an, & quibus Privilegijs Bullæ gaudeant, si quis illam pro ipſis sumat? cap. 3. §. 1. num. 10. & seq. 162

Anima defuncti in Purgatorio existens, pro cuius liberatione accipitur Bulla Defunctorum liberatur à Deo, quando Bulla à ſumente applicatur. cap. 17 §. 2. num. 7. 222

Annus Privilegiorum Bullæ incipit ab hora promulgationis factæ in ea Civitate ubi ſumitur Bulla, non autem factæ in alia etiam eiusdem Diocesis, quamvis hæc sit Metropolis. cap. 4. §. 1. n. 1. & ſequentib. 167. & ſeq.

Annus naturalis quisnam sit, & quisnam Ecclesiasticus? cap. 4. §. 2. n. 1. 168

Annus quo durant Privilegia Bullæ, an debeat esse naturalis, vel Ecclesiasticus? ibid. n. 2. 168

Supposita ſententia, quod Privilegia Bullæ durent per annum Ecclesiasticum, idest à die promulgationis usque ad novam aliam promulgationem;

ſi tamen non ſequatur nova promulgatio, tunc durant per annum naturalem, ibid. num. 4. 168

Annus Bullæ incipit ab hora, promulgationis factæ in ea Civitate, in qua accipitur Bulla, & ſupposita ſententia prædicta, durat usque ad novam promulgationem factam in eademmet Civitate, etiam si, ſumpta Bulla, accedas ad aliam, ubi vel tardior, vel citior fiat nova promulgatio. ibid. §. 1. n. 1. & ſeq. 169

B

Beneficiarius vel Pensionarius potest per Bullam se componere super fructibus ab ipſo debitis ex omiſſione Horarum Canonicarum. cap. 18. §. 4. n. 1. 217

Item super fructibus male perceptis, ex reſtitutione ecclesiasticis, vel quia Beneficium Canonicæ, aut cum titulo non habuit, vel quia aliunde non debebat ex iure facere fructus ſuos. ibid.

Beneficiarius ultra duos reales, quos debet erogare pro qualibet Bulla compositionis ſumenda, debet etiam pro qualibet dare alios duos reales Ecclesiæ, ubi est beneficium, pro quo fit compositio. ibid. num. 2. 217

Beneficiarius non potest se componere super fructibus, quos percepit non reſidens ultra tempus à Tridentino permiſſum. ibid. num. 5. ibid.

Quid super fructibus perceptis ex Beneficio incompatilibus? n. 6. ibid.

Quid si horas Canonicas, ad quas tenebatur non omiſit, sed voluntarie diſtractus recitavit, in opinatione docente, ſtantibus voluntariis diſtractionibus, non ſatis fieri obligationi? ibid. n. 10. 218

Quid si officium hodie omittit, cras vero illud ſuppleat, recitando Officium duplicatum? ibidem num. 11.

Beneficium Principis licet aliquando confundatur cum Privilegio, differt tamen ab illo, & quomodo? cap. 1 §. 1. n. 1. 163

Latissime est interpretandum, quando non est in præiudicium tertij. ibid. §. 3. n. 1. 169

Bona illicite habita, seu retenta dicuntur, quæ (ſicut ſine peccato) propter bonam fidem, vel ob ſolū contractum, vel ob aliud habita olim fuerunt, ſuo tamen tempore vero Domino reſtitui non ſunt. cap. 18. §. 2. n. 1. 214

Bona caſu inventa, ſive animata, ſive inanimata, vel item bona naufragantium, si poſt debitam diligentiam inveniri Dominus nequit, poſſe ſibi ab inventore aſſervari cum intentione ea Domino 164

reddendi, si is comparuerit, probabilissimum est
ibid. n. 14. 225

Et tunc nemini tenetur in conscientia inuentor ea
restituere in hac opinione. ibid. n. 15.

Comparante tamen Domino restitui ei debent,
nec super ipsis prodest præscriptio. ibid. n. 16. & 17.
Bulla Cruciatæ quid sit, & quare ita vocetur. cap. 1. §.
1. n. 2. & 3. 259

Valide sumitur à Fidei baptizato, etiam ab exter-
no, qui non descendit in Civitatem, ubi promul-
gatur; sed solum declinari ad portum, seu alium
similem sinum ejusdem civitatis, unde misit a-
micum, ad eam sumendam, quamvis postea illinc
discedat cap. 3. §. 2. num. 2. 162 & seq.

Et quid si ex mari vicino extra portum, seu sinum
ibid. n. 3. 163

Prodest etiam eis, qui Græco ritu vivunt. ibid. n.
4. ibid.

Joculiter recipitur, etiam cum ordinaria eleemo-
syna ab aliquo, qui ipsam Bullam furatus sit à De-
positario seu Distributore Bullarum, cap. 3. §. 4.
n. 6. 164

Ei si per eam absolutus bona fide fueris à reserva-
tis, tenens postea re detecta ab iisdem reservatis
absolutionem à legitimo Confessario petere ibid.
n. 7.

Valide sumitur credita, & non numerata pecunia,
si habeatur animus, eam tradendi & frui quis
eius Privilegijs, etiam pro tempore quo pecu-
niam adhuc non tradit, secus vero, si sumitur sine
eo animo cap. 3. §. 6. n. 1. 164

Quid si quis initio habeat animum non tradendi,
& post sex menses animum mutet, vel è contra?
ibid.

Quid si bona fide promissisti eleemosynam, & po-
stea evadis inculpabiliter impotens, ad eam solven-
dam? ibid. n. 2.

Sumpta ab amico suis pecunijs pro me an valeat
mihi, si ego eam acceptem? ibid. n. 3. 165

An in aliquo proficit finito anno? cap. 4. §. 4. num.
1. 170

Bulla communis non est necessaria Prælato, vel Sa-
cerdoti ad hoc ut sumat Bullam læticiniorum,
cap. 8. §. 5. n. 4. 183

Bulla communis, ut proficit, debet necessario, & reci-
pi, & acceptari, & simul retineri impressa, aut scri-
pta, ac sigillo nomineque Commissarii Generalis
firmata c. 15. §. 1. n. 1. 214

Non prodest, si solum recipiatur, seu sumatur, sed
debet etiam necessario acceptari, nec è contra suf-
ficit acceptatio sine sumptione, etiam si pro ea e-
leemosynam fueris elargitus & distributor Bul-
larum eam tibi applicet, ac domi servet c. 15. §. 2.
n. 1. 215

Multoties si solam intentionem accipiendi ha-
bueris ibid. n. 2.

Postquam actu recepta fuit, nequit retineri, seu
conservari apud Distributorem seu Thesaura-
rium sub poena excommunicationis ibid. n. 4. 216

Potest sumi pro te ab alio existente in eadem Ci-
vitate, si ad te illam ferat, vel te de acceptione mo-
neat, tuque acceptes, ibid. n. 7. 216

Imo, & in diversis Civitate, sed in eodem Regno,
ubi promulgatur Bulla, si admonitus de Bullæ re-
ceptione pro te facta, eam acceptasti, & amicus,
seu procurator pro te eleemosynam dedit, tuom-
que nomen in illa inscripsit, & pro te servet. ibid.
n. 8.

Quid si tu existens in Regno Siciliae V. G. ubi Bul-
la promulgatur, sumas Bullam pro Cajo existente
in Hispania, proderit ne Cajo, postquam is acce-
pavit, sed non distributor? ibid. n. 9.

Non prodest, si alius in Regno, ubi Bulla promul-
gatur, sumat Bullam pro te existente in alio Re-
gno, ubi non promulgatur, etiam si tu esses nati-
vus illius Regni, ubi Bulla solet promulgari. ibid.
n. 10. 216

Non prodest mihi, antequam sim admonitus de ac-
ceptione pro me facta ab amico, seu cōanguineo,
sive in eadem, sive in diversa ejusdem Regni Ci-
vitate existamus, etiam si illi id ego commiserim, &
sciam eum esse diligentissimum in exequendis
meis negotiis, vel quolibet anno solitum esse ea-
dem die Bullam pro me sumere ibid. n. 11. 217

A me sumpta pro Cajo, cujus nomen in ea inscri-
psi, si Cajo non acceptet, an possit cum fructu vel
à me, vel ab ipso alteri applicari, qui det eleemo-
synam & c. de leg. Caij nomine, alterius nomen
inscribi? ibid. n. 12. 217

Ut proficit, non est necesse, ut eam quis secum ferat,
vel manu tangat, quando vult aliquo ejus Privi-
legio uti, sed satis est eam domi suæ retinere, quā-
vis in alia Civitate, imo apud amicum etiam ab-
sentem. c. 15. §. 4. n. 2. 219

Non autem apud Thesaurarium, vel Distributo-
rem. ibid.

Si amittatur inculpabiliter potest adhuc qui ami-
sit, eius privilegijs uti, secus si consulto amittatur,
proiciatur, vel laceretur. ibid. n. 4. 219

Bulla communis potest tum à privatis, tum ab insigni-
bus personis, quando libuerit bis sumi, data utra-
que vice eleemosyna taxata; Et secunda Bul-
la prodest, ut iterum Indulgentiam plenariam in
vita, & iterum in morte habeas, licet per primam
Y ac-

Lambertinus de Sacramentis.

acquisieris. Rursus ut iterum possis absolui à reservatis. Tertio, poteris iterum eodem anno accipere Bullam pro Defunctis cap. 16 §. unico. 220
 Bullam habens potest in privato Oratorio ad Divinum cultum deputato, & designato &c. celebrare vel celebrari facere Missas, cap. 5 §. 5. 174
 Bullas duas si acceperim, unam à me sumptam, V. G. Panormi alteram pro me Syracusis à meo Procuratore, an possim unam ex his alteri tertio acceptanti cum fructu applicare, qui mihi elemosynam à me datam refarciat. c. 15 §. 3. n. 19. 218
 Bulla laiciorum pro Prælati, & Sacerdotibus secularibus non prodest extra Regnum. cap. 8 §. 5. n. 4. 183
 Bulla pro defunctis potest quoque bis sumi item debet acceptari, & conservari, sicut Bulla vivorum. cap. 17 §. 2. n. 2. 222
 Ut pro sit defuncto, an requirat, ut qui eam accipit sit in statu gratiæ ibid. n. 3. 212
 Potest sumi nomine defuncti, si is, dum erat proxime moriturus, commisit hæredi suo, ut sumeret pro ipso quando morietur ibid. n. 5.
 Nequit applicari nisi pro una anima tantum. ibid. n. 6.
 Applicatur, si accipiens Bullam determinet ipse, vel alius, talem animam, vel si dicat seu intendas te velle liberare illam animam, quam determinabit Deus. ibid. n. 7. ibid. d.
 Semel applicata pro anima Petri V. G. nequit applicari alteri. ibid. n. 7. 222
 Requirit necessario elemosynam à Commissario taxatam. ibid. n. 3. cod.
 Potest sumi etiam pro anima Defuncti, qui dum vivebat existerat in alio quocumque Regno dummodo sumens est in Regno, ubi Bulla promulgatur. ibid. n. 9. 223
 Bulla pro liberatione animæ ejusdem defuncti, cur potest cum fructu bis eodem anno sumi, imo & singulis annis ibid. n. 11. 223
 Bulla Compositionis est, qua Pontifex concedit, ut qui forte habeat aliquid ex male ablatis, vel illicitè retentis facta elemosyna &c. positisque aliquibus conditionibus, possit ea bona tuto conscientia retinere cap. 18. in princ. 223
 Prodest etiam Religiosis, ibidem Requirit primo, ut facta debita diligentia Dominus certus, aut hæres eius non appareat, Secundo ut bona ablata non fuerint ex confidentia hujus Bullæ, ibidem §. 1. n. 2. 224
 Habet etiam locum, quoties mala ablata cedunt, seu debeant distribui pauperibus, vel locis pijs, ibid. n. 3. fol. cod.

Pro male ablatis, seu acquisitis cum peccato, quibus personis, quas ob causas & in quibus casibus concedatur. ibidem a. n. 4. & seq. 224. & 125
 Pro acquisitis sine peccato, quorum tamen reitutio facienda est, sed Dominus est incertus, quibus personis concedatur, & quare ibid. a. n. 11. 225
 An sit necessaria, si agatur de bonis, sive animatis, sive inanimatis casu inventis, & de bonis naufragantium quorum Dominus, facta debita diligentia, sciri nequit. ibid. a. n. 15. & seq. 225
 Competit hæredibus pro medietate legatorum relictorum loco pio, vel pauperi, si per annum Ecclesia, vel pauper legatarius fuit negligens in legato exigendo. cap. 18 §. 2. n. 1. & seq. 226
 Etiam si legatum repertum fuerit factum ante promulgationem Bullæ ibid. num. 2.
 Non competit ei, qui cum deberet, non interfuit choro, & tamen distributiones quotidianas accipit. §. 4. n. 3. 227
 Nec super redditus, quos forte perceperunt Parochi, vel Episcopi non residentes ultra tempus ipsi à Tridentino permissum. ibid. n. 5.
 An possit haberi super fructibus perceptis ex Beneficio vacante ibid. n. 7. 228
 Nequit expediri super stipendiis pro missis celebrandis male perceptis ibid. n. 9. 228
 Non prodest nisi facta diligentia, quam vir bonus & timoratus in simili casu faceret in re sua ibid. §. 5. n. 8. 229
 Quæque Bulla compositionis extinguit debent duorum millium maravedis, quod in moneta Siculæ importat scuta sex, tatenos quinque & grana quatuor. cap. 18 §. 6. n. 1. 230
 Pro qualibet Bulla compositionis solvi debent Commissario, seu distributori Bullarum duodecim reales à quacumque persona sive privata, sive publici, ibid.
 Ut pro sit, debet recipi à manibus legitimi ministri, data elemosyna taxata, & debet esse signata nomine, & sigillo Commissarii. ibid. n. 2. 230
 Non est nec esse, ut à fumento conservetur, & quare cap. 15 §. 5. n. 1. & seq. 231
 Prodest fidelibus defunctis, si defunctus ante mortem mandavit suo hæredi, vel alteri, ut eius nomine eam sumeret, si vero nihil modo dedit mandavit, utilis ei non erit. cap. 18 §. 7. n. 6. 231
 De Bulla compositionis vide aliqua verbo Distributor. Beneficiarius Compositio.

Cardinalis, qui non est Prælati, vel Religiosi non excluditur à Privilegio Bullæ circa ultimum

laetiorum cap. 8. §. 4. n. 7. 181
 Si fuerit assumptus ex Religione aliqua non po-
 terit uti Bulla Laetiorum, nisi tamen sit simul
 Episcopus. ibid. §. 5. n. 11. 184
 Catholicus non gaudet Privilegijs Bullæ Crucia-
 tæ cap. 3. §. 1. n. 8. & seq. 161
 Clericus, qui initio anni accepit Bullam, datis duo-
 bus realibus, si deinde in decursu anni ascendit ad
 Sacerdotium, nequit deinceps uti privilegio co-
 mmodandi laetitia c. 3. §. 7. n. 9. 166
 Clerici ex cap. Alma mater, possunt tempore Inter-
 dicti non solum in Coemeterio, sed etiam in Ec-
 clesia sepeliri cap. 7. n. 2. 177
 Commissarius Generalis Cruciatæ, qui residet in Hi-
 spaniis potest etiam non habentibus Bullam con-
 cedere licentiam saltem nobilibus, ut possint in
 Oratorio privato ab Episcopo ad divinum cul-
 tum designato celebrare, vel celebrari facere
 Missas. cap. 5. §. 5. per totum. 174
 Dummodo aliqua elemosyna detur. ibid. num.
 7. 175
 Hanc facultatem habet aliunde, quam ex vi Bul-
 læ ibid. n. 4.
 Prædictam facultatem non habent Commissarii
 Provinciales, & multo minus particulares. ibid. n.
 8. 175
 Commissarius Generalis potest, nobilibus tamen,
 aut juxta ipsius arbitrium personis qualificatis
 concedere, ut per horam, antequam illucescat dies,
 & per horam post meridiem Missæ, & alia Divina
 Officia incipi possint. ibid. §. 6. n. 2. 176
 Et hac facultate gaudent, etiam Commissarii Pro-
 vinciales. ibid.
 Intellige, inclusis etiam duabus horis, per quas
 potest de jure communi ante Solis Ortum Missa
 celebrari ideoque hac facultate habita à Commis-
 sario, potest incipi Missa tribus plus minus, horis
 ante dictum ortum. ibid. n. 3.
 Commissarius Bullæ Cruciatæ potest durante anno
 suspendere omnes alias similes, & dissimiles in-
 dulgentias & facultates, seu gratias concessas, ex-
 ceptis tamen gratijs concessis Ordinum Mendi-
 cantium superioribus quoad eorum fratres. cap.
 14. per totum. 212
 Suspendi tamen potest quantum, & quoties sibi
 videbitur, vel per se, vel per alium absque præmio
 revalidare pro Bullam fumentibus. ibid.
 Vide Verbo, Suspendio.
 Communicatio bonorum operum quid sit in Eccle-
 sia? cap. 9. §. 2. n. 1. 186
 Est omnibus fidelibus communis ibid. n. 2.
 Quid aliud speciale concedat Pontifex in Bulla

Cruciatæ, eam concedendo ibid. à num. 3. &
 sequ. 186
 Commutatio voti differt à dispensatione. cap. 13.
 n. 1. 203
 Conceditur habentibus Bullam circa omnia vota si-
 ve realia, siue personalia siue mixta, siue emissa
 ante, siue post promulgationem Bullæ cap. 13. per
 totum, & §. 1. n. 15. 106
 Excipe votum Castitatis, Ultramarinum, & Reli-
 gionis, de quibus vide verbo, Votum.
 Possunt commutari circumstantiæ prædictis tribus
 reservatis annexæ. Ut, si vovisti peregrinationem
 Hierosolymitanam pedestrem, vel mendicando
 in itinere, vel sine magno comitatu, possunt hæ
 circumstantiæ à Confessario per Bullam electo
 commutari, remanente substantia ipsius peregrina-
 tionis. ibid. §. 2. n. 10. 108
 Commutatio voti est triplex in minus, in majus, in
 æquale. ibid. §. 1. n. 2. 203
 Potest fieri per Bullam in aliud opus æquale, vel a-
 liquanto minus, non vero in minus notabiliter.
 ibid. n. 3.
 Ea æqualitas, vel minoritas non notabilis remit-
 titur arbitrio prudentis Confessarii ibid. n. 4. 203
 Per Bullam fieri solum potest à Confessario ap-
 probato, licet non sit tuus Confessarius. ibid. n.
 5. 203
 Potest firmari
 Sacramentaliter
 Commutatio voti requirit minorem, vel levio-
 rem causam, quam dispensatio. ibid. n. 7. 204
 Facienda ex vi Bullæ, requirit etiam, præter ele-
 mosynam illam, quæ pro Bulla porrigitur, aliquod
 etiam subsidium dandum pro Belli expeditione
 contra Infideles. ibid. n. 7.
 Quodnam, & quantum debeat esse hoc subsidium
 Vide Verbo Subsidium.
 Commutatio Voti per Bullam non est necesse, ut fiat
 in favorem eius Sancti, vel Ecclesiæ, vel pauperis,
 cui factum est votum, licet id conveniens sit. ibid.
 num. 27. 206
 Non est necesse, ut votum personale in aliud per-
 sonale vel reale in aliud reale commutetur. ibid.
 Commutari potest per Bullam poena, quam quis sibi
 imposuit, si votum frangeret cap. 13. n. 22. 105
 Commutatione voti poenalis per Bullam obtem-
 peranti non ideo intelligitur commutata etiam poena, sed
 debes hanc petere expresse. ibid. num. 25. 206
 Vide plura Verbo, Votum.
 Componi quis non potest ex vi Bullæ in male abla-
 tis, si ea fiant ex Bullæ confidentia cap. 11. §. 9.
 num. 1. & cap. 11. §. 7. n. 3. 231
 Y 2 Com-

Componi usque ad quam summam possit debitor super male ablati, vel illicite retentis. cap. 18. §. 6. n. 1. 230

Compositio super male ablati, vel illicite retentis, si summa non excedit centum mille maravedis Hispanos, id est uncias centum viginti octo tarenos viginti, & grana sex, monetæ Siculiæ, potest fieri per sumptionem tot Bullarum, si vero excedit, debet fieri immediate cum Commissario, an de solo excessu, an de tota summa? ibid. n. 2.

Taxam vero designat suo arbitrio Commissarius juxta qualitatem, & quantitatem bonorum; licet fere soleat designare decem pro singulis centenariis ibidem n. 2.

Si summa excedit centum mille maravedis, non possum eam, nec totam simul nec paulatim extinguere per sumptionem, tot Bullarum successive & pluribus vicibus factam. ibid. n. 5. 231

Compositio facta immediate cum Commissario Bullæ super male ablati, vel illicite retentis, non prodest Fidelibus Defunctis, nisi quando Defunctus ante mortem heredi suo, vel alteri mandaverit ut eam compositionem faceret. cap. 18. §. 7. n. 6. 231

Vide plura verbo, Bulla compositionis. Confessarius quilibet dicitur Medicus Spiritualis, c. 8. §. 1. n. 3. 178

Potest dare consilium illud comedendi carnes, quod requirit Bulla, etiam extra Confessionem, ibid.

Quoties in Bulla, seu alio Rescripto Pontificio dicitur, quod debeat esse approbatus ab ordinario loci, requiritur approbatio Episcopi seu Ordinarii illius Diocesis, quamvis non tuæ, ubi sit confessio, nisi dica ut à tuo ordinario, vel ab ordinario tui loci. cap. 11. §. 1. n. 1. 191

Eligendus à poenitente per Bullam Cruciatæ, debet esse legitime approbatus. ibid. an. 3. 192

Aquonam ordinario debet esse approbatus an loci, si poenitens, si Confessarius, an cujusque ibidem an. 6. 192

Cui legitime spiravit, vel à quo legitime revocata est approbatio, an possit eligi per Bullam? ibidem an. 10. 193

An sufficiat, si sit limitate approbatus pro viris V. G. non pro mulieribus, pro rusticis, non pro mercatoribus &c. ibid. num. 13. 193

Tenetur Confessarius sub mortali non absolvere per Bullam à censuris &c. nisi exigat à poenitente, ut satisfaciatur parti læsæ, vel reddendo ablatum, vel compensando injuriam factam; vel remissio-

nem à parte læsæ obtinendo cap. 21. §. 7. n. 4. & 7. 195 & 196

Pars læsæ non dicitur Fiscus, Notarius, cui debetur poena pecuniaria. ibid. n. 2. 196

Sicut, non Religioni, sed Religioso læso in particulari danda est satisfactio. ibid. n. 3.

An possit absolvere, quando satisfactio non potest à poenitente exhiberi, vel impotentiam, vel propter obstinationem personæ læsæ, non contentæ satisfactione rationabili ipsi oblata, vel ex alio capite ibid. n. 5. & sequ. 197

Non potest Judex absolvere, si satisfactio probabiliter exhiberi potest à poenitente, nisi præstata à poenitente cautione de satisfaciendo, vel dando pignus, vel fidejussionem, vel si hæc non possit, præstato Juramento; Quid pro foro Sacramentali? ibid. n. 5.

Potest Confessarius electus absolvere ex vi Bullæ à censuris, &c. quando circumstantiæ sunt tales, ut debeat esse contentus solo proposito poenitentis de satisfaciendo parti læsæ, etiam si poenitens sæpe antea jussus satisfacere, neglexerit, ibid. n. 8. 197

Quid si poenitens dederit causam Interdicti? ibid. n. 5. & 8. ibid.

An valide poenitentem ex vi Bullæ absolvat censuris ante satisfactionem partis, & quid si talis Confessarius non sit superior, sed habeat potestatem delegatam? ibid. n. 9. & 10. cum sequ. 197

Potest per schedulam testari se absolvisse per Bullam Titium V. G. ab excommunicatione, dummodo tamen id faciat ad solam poenitentis satisfactionem, & non nisi raro, & ex rationabili causa. ibid. §. 8. n. 11. 199

Confessio bonæ fide, & valide apud Confessarium per Bullam electum infra annum eiusdem Bullæ capta, si infra eundem ob legitimam causam finiri non potuit, expleri potest post finitum annum, & tunc an poenitens à peccatis etiam reservatis per Bullam absolvi queat? cap. 4. §. 4. n. 3. & sequ. 199

Idem die de confessione facta infra dies Jubilæi ibid.

Secus vero si id fiat in fraudem, & quomodo hæc fraus committi possit. ibid. n. 4. 199

Quid si Confessarius, apud quem expressi confessionem, moriatur, vel alio modo desit, an possit alium Confessarium eligere, qui te absolvat ab illis peccatis reservatis, finito tempore Bullæ, vel Jubilæi. ibid. n. 10. 200

Item, quid, si post absolutionem hanc poenitens recorderetur alicujus mortalis reservati commissi

ante dictam absolutionem recipere à dicto Confessario, qui solum habebat potestatem absol-
vendi vi Bullæ, vel Jubilæi? Ibid. num. 11, eo-
dem.

Coniux si ante initum matrimonium voverat per-
fectam castitatem, peccavit in eundo matrimo-
nium, nec potest debitum petere, licet possit red-
dere cap. 13. §. 3. nu. 1. 208

Potest tamen dispensari ab Episcopo, ad illud pe-
tendum coniuge dumtaxat vivente. Ibidem n. 1.

D.

Debitor, qui vult se componere de male abla-
tis, seu illicite retentis, debet eam diligen-
tiam in querendo vero Domino apponere, quam
quilibet vir timoratus in re sua adhiberet cap. 18.
§. 5. nu. 1. 219

Si compositio fiat immediate cum Commissario,
debet præstare Juramentum de prædicta diligen-
tia adhibita, quando autem sit per acceptionem
Bullarum sufficit, ut ipse debitor sit certus illam
fecisse. Ibid. n. 1.

Dicitur quis esse certus de creditore, ita ut ne-
queat se componere per Bullam, quando scit rem
esse alicuius ex duobus, vel tribus, vel quatuor,
licet desciat cuius sit in particulari. Ibid. n. 2.

Quid si dubium versetur inter decem, viginti, aut
centum &c. Ibid. nu. 3.

An possit se componere, quando creditor certus
sit absens? ib. d. nu. 4. 229

Quid si sciat se debere Titio certo creditori, nes-
ciat vero an debeat decem, an quindecim, an vi-
ginti? Ibid. nu. 5.

An possit se componere debitor, qui vendendo
vinum V. G. scit se decem aureos surripuisse per
fraudem in hoc oppido, vel suburbio &c. ignoret
tamen personas particulares, quibus datum
illarum fuit? Ibid. num. 6. & sequ.

Si post factam legitimam compositionem, appa-
reat verus Dominus, an obligetur in foro inter-
no vel externo ad restituendam totam summam?
Ibid. à nu. 9. & sequ. 230

Volens se componere, vel per summationem Bul-
larum, vel immediate cum Commissario, debet
existere in Regno, ubi promulgatur Bulla, vel
ad illud personaliter declinare, licet obiter, &
per paucas horas ibi maneat cap. 18. §. 7. nu. 1. 231

Debet inscribere suum nomen in Bulla Compo-
sitionis, quam sumit, non tamen est necesse, eam
retinere, & conservare. Ibid. num. 2.

Necquæ se componere, si aliena surripuit in spem,

& confidentiam huius Bullæ, ibid. num. 3.

Potest tamen, si spes Bullæ solum comitetur, non
vero moveat voluntatem furandi. Ibid. nu. 3.

Si non surripuit in confidentiam Bullæ, sed surre-
pta retineat spe compositionis faciendæ, si longa
est mora, licet mortaliter peccet, valet tamen
postea compositio. Ibid. nu. 4.

Dispensatus per Bullam ad comedendas carnes, an
possit pluries eadem die carnes comedere? cap.
8. §. 1. nu. 10. 179

Duces, Comites, Marchiones quid solvere debent
pro Bulla? Vide Verbo Eleemolyna.

E.

Eclesiæ nomine venit locus Deo dicatus, au-
thoritate publica Episcopi erectus ad Missam, di-
vinaque officia celebranda cap. 10. §. 1. num. 1. 188

An veniat Oratorium in domo privata? Vide Ver-
bo, Oratorium.

Eleemolyna danda pro Bulla Cruciatæ, quanta de-
beat esse pro personis privatis? cap. 3. §. 3. nu. 2. &
sequ. 163. & §. 7. num. 1. 165

Quid pro Indis, & Hispanis in India degentibus?
ibid. §. 3. nu. 2. 163

Quid pro Cardinalibus, Primatibus, Patriarchis,
Abbatibus, Inquisitoribus &c. Item pro Ducibus,
Marchionibus Comitibus Commendatoribus
majoribus, Proregibus, Capitaneis Generalibus,
aliisque officialibus S. C. Majestatis, & dominis
Vassallorum, dictorumque Vxoribus? Ibidem.
Danda est ex bonis propriis cap. 3. §. 3. & 7. num.
3. & 1. 163.

An, & quando dari possit ex bonis, seu pecunijs
furijs, vel usurarijs? Ibidem §. 4. per totum 163

An ex pecuniâ ex turpi lucro habitâ? Ibidem §. 5.
num. 1. 164

An ex bonis creditis, vel ab alio datis? Ibid. §. 6.
num. 1. 164

Pro Vicecomitibus, Baronibus, Prætoribus Vr-
bium, Senatoribus Civitatum, Fiscalibus Inqui-
sitorum, & Filijs Ducum &c. si nullo alio titulo
aut dominio gaudent debet esse duorum realium,
si vero sunt Domini Vassallorum, debent solvere
octo reales. cap. 3. §. 7. num. 2. 165

Pro Ducibus, Comitibus, Marchionibus &c.
qui non habent Vassallos, neque ullam aliam dig-
nitatem, Jurisdictionem, ac prærogativam, nisi
merum titulum, debet esse duorum realium, alias
octo. Ibid. §. 7. num. 4. 165

Quid de Episcopis mere titularibus, & ijs, qui
Episcopatus renuntiaverunt? Ibidem n. 6. 166

Etiā si multiplicentur tituli, & dignitates, non est solvenda nisi elemosyna octo realium. ibidem num. 5.

Solvenda à foeminis quibuscumque habentibus verum titulum, & dominium Vassallorum, est octo realium. ibid. nu. 7.

Solvenda à Viduis Ducum, Marchionum, &c. si nullo titulo gaudent &c. est duorum realium: si vero remaneant usu fructuariæ Ducatus, Marchionatus &c. octo. ibid. nu. 8.

Tanta est solvenda ab uxoribus, quanta à viris suis. ibid. nu. 7.

Solvenda à Regibus exteris in Regnum, ubi Bulla promulgatur accedentibus, est octo realium. ibid. §. 7. nu. 3.

Danda eadem est pro secunda Bulla, ac pro prima, etiam ab insignibus personis ibid. nu. 10.

Quid si duo habent dominium eiusdem oppidi pro parte, vel pro in diviso, debentne singuli dare octo reales? ibid. n. 11.

Quid si Senatus Panormitanus V. G. qui constat ex sex Patribus Conscriptis, sit aliquo titulo insignitus, puta Ducatus alicujus oppidi, Singuli ne Senatores debeat dare octo reales? ibid. n. 11.

Danda pro Bulla Lacticiatorum sumenda à Prælati, vel Sacerdotibus quanta debeat esse? cap. 8. §. 5. a. num. 3. & sequ.

Ubi de omnibus dignitatibus sigillatim.

Danda est de Bonis Ecclesiasticis, ideoque si id, quod habes, ratione beneficii, portionis &c. non excedat ad annum redditum in taxa definitum, eam maiorem elemosynam dare non teneris de bonis patrimonialibus. ibid. n. 6.

In Episcopis, Abbatibus, & Canonicis non fit mentio quantitatis bonorum annuorum. ibid. nu. 7.

Solvenda à Coadjutore Beneficii, vel Canonici, an debeat esse tanta, quanta solvere teneretur ipse Beneficiarius &c. ibid. nu. 8.

Pro Bulla Defunctorum est duorum realium, tam pro privatis, quam pro insignibus personis &c. cap. 17. §. 2. n. 8.

Idem dic pro Bulla Compositionis cap. 18. §. 6. num. 7.

Episcopus solum electus, & nondum confirmatus excluditur à Privilegio Bullæ circa usum lacticiatorum in Jejunijs Quapragessimæ. cap. 8. §. 4. n. 5.

Secus vero si sit confirmatus, licet non dum consecratus. ibid. n. 6.

Quod si sit Episcopus ex ordine militari? cap. 8. §. n. 12.

Assumptus ex Religione an gaudeat privilegio lacticiatorum parvæ Bullæ? cap. 8. §. 5. n. 10.

Episcopus merè titularis gaudet Privilegio lacticiatorum Bullæ parvæ, si sit Sæcularis, si regularis ibid. n. 12.

Quid si sit degradatus? ibid.

An possit dispensare in votis Pontifici referatis, in casu urgentis necessitatis? cap. 13. §. 3. numero. 34.

Equites S. Jacobi, Alcantaræ, Calatravæ, & similes Ordinum militarium, etiam equites Melitenses, seu Religionis Hierosolymitanæ, an gaudeant Privilegio Bullæ circa usum lacticiatorum debus Quapragessimæ. cap. 8. §. 4. num. 9.

Excommunicatus valide sumit Bullam Cruciatæ. cap. 3. §. 1. num. 1.

E

Fratrum Religiosorum nomine, veniunt omnes Personæ Religiosæ, si in sacris si non, si ve Clerici, si ve Conversi, seu laici si ve etiam moniales, At Novitij & Novitiæ in favorabilibus.

cap. 14. §. 2. nu. 3.

Fructus Suffragij v. g. Jejunijs, vel fructus sacri Missæ ab alio mihi applicatus acquiritur à me, etiam si nil de eo sciam, aut intendam. cap. 12. §. 1. num. 12.

G

Græco ritu viventes gaudent etiam omnibus Bullæ Privilegijs. cap. 3. §. 2. n. 4.

H

Hæres, qui debet solvere legatum certæ Ecclesiæ, vel pauperi ad exonerandam conscientiam à testatore relictum, si infra annum dicta Ecclesiæ, vel Pauper legatarius fuerit negligens, in eo exigendo, potest se componere per Bullam super medietate ipsius legati cap. 18. §. 2. nu. 1.

Etiā si legatum reperitur factum ante promulgationem Bullæ ibid. n. 2.

Debet admonere legatarium, seu eius procuratorem de legato facto, si is non seiverit aliunde, ad hoc ut à die notitiæ currere ei incipiat annus prædictus. ibidem num. 7.

Si legatum fuit factum Pauperibus, vel loco pio in communi, debet admonere Rectorem loci pii, vel Episcopum, vel eum, qui curam habet, &c. ibid.

Poteſt

Potest se componere per Bullam super totum legatum, quando legatarius, facta debita diligentia, nequeunt inveniri. *ibid.* §. 3. n. 1. 126

Si summa legati excedit decem mille matavedis Hispanos, debet in excessu se componere immediate cum Commissario si vero non excedit, potest sumere tot Bullas &c. *ibid.* §. 2. n. 6. & §. 3. n. 2. 226.

227

Quando se componit immediate cum Commissario, debet jurare, se moralem diligentiam adhibuisse ad inveniendos legatarios. *ibid.* §. 3. n. 2.

Potest non solum super legatis, sed etiam super fidei commissis modo dicto se componere, *ibid.* num. 3.

Nequit se componere quando legatum fuit factum creditori, seu Domino, à quo testator eam summam furatus fuerat, vel quomodocumque ei debeat. *ibid.* n. 5. 227

Potest universaliter se componere super ijs bonis, siue male recentis siue illicite retentis, super quibus poterat Defunctus *ibid.* §. 4. 13. 228

Si spe compositionis faciendæ retinet legata, non potest uti compositione cap. §. 7. n. 5. 231

Hæres Defuncti Beneficarij an possit utiliter se componere de fructibus male Beneficario præceptis, si nunc ab ipso hærede possit; cap. 18. §. 4. num. 12. 238

Hæres formalis externa etiam occulta, nequit per Bullam Cruciatæ absolvi cap. 11. §. 4. num. 1. 194

Secus vero si non sit formalis, ut merum sortilegium, mera superstitio, mera magia &c. *ibid.*

Hæreticus externus siue publicus, siue occultus non gaudet Privilegijs Bullæ. cap. 3. §. 1. num. 2. 161

Gaudet tamen si ipsum postea poenituerit commissi delicti *ibid.* num. 3.

Hæreticus internus an ijs Privilegijs gaudeat? *ibid.* n. 4. & sequ.

I

Jejunium impletur, quoad satisfactionem, ab eo, qui ex Privilegio Bullæ, cum consilio utriusque medicus comedit carnes; dummodo servetur in reliquis forma Jejunij. cap. 8. §. 1. num. 2. 178

Jejunium requisitum ad consequendam Indulgentiam quindecim annorum, & totidem quadragenarum à Bulla concessam, debet esse voluntarium; nec sufficit Jejunium ex præcepto Ecclesiæ, vel pro poenitentia à Confessario impositum. cap. 9. §. 3. n. 2. 187

An satis sit Jejunium ex voto? *ibid.* n. 3.

Potest impeditis commutari in aliud opus bonum

pium à solo tamen Confessario, & Parocho *ibid.* num. 4.

An possit tunc commutari in orationem? *ibidem* num. 5.

Jejunare voluntarie dicitur, quoad effectum lucrandi Indulgentias Bullæ, qui non tenetur ex aliqua iusta causa, à qua excusatur. cap. 9. §. 3. num. 6. 187

Indulgentiæ quænam per Bullam concedantur? cap. 9. §. 1. per totum & cap. 10. per totum: 185. & 188. &c. 15 per totum 203

Indulgentia quindecim annorum & totidem quadragenarum per Bullam concessa requirit, vel Jejunium, vel aliud opus pium arbitrio Confessarii, vel Parochi, & sumus preces ad Deum fundendas pro unione Principum Christianorum, & victoriâ contra Infideles. cap. 3. §. 3. num. & sequ. 183

Nequeunt tamen ea opera fieri per alium. *ibidem.*

Indulgentiæ, quoad remissionem poenæ, intelliguntur solum quoad forum Dei, quod scilicet remittantur poenæ pro peccatis debitæ in foro conscientie cap. 9. §. num. 3. 185

Indulgentia, quæ remittuntur per Bullam jejunanti quindecim anni, & totidem quadragenæ de poenitentis in iunctis, quomodolibet debitis, quomodo intelligatur? *ibidem* num. 5.

Potest ea Indulgentia infra annum acquiri toties quoties fiunt opera per Bullam requisita *ibid.* num. 6. 185

Indulgentiæ quænam concedantur per Bullam visitantibus altaria, &c. cap. 10. per totum. 188

Indulgentiæ affixæ Sacris numismatibus pluries acquiruntur, si eodem die pluries repetitur opus in iunctum; non tamen quando sunt additæ uni diei tantum? cuiusmodi est indulgentia per Bullam concessa visitantibus altaria &c. cap. 10. §. 3. num. 2. 190

Indulgentiæ stationum à Bulla concessæ visitantibus Ecclesias, vel altaria, possunt applicari pro defunctis cap. 10. §. 4. num. 1. 190

Quomodo id intelligitur? num. 2. *ibidem* 19

Fructuose applicantur defunctis, etiam ab eo, qui est instans peccati mortalis. *ibid.* n. 3.

Indulgentiæ quælibet nequit applicari pro defunctis, nisi id Pontifex expresse dicat *ibid.* n. 4.

Indulgentia plenaria ex vi Bullæ semel in vita, quomodo debeat à Confessario applicari. cap. 12. §. 1. num. 1. 200

An possit applicari, etiam extra Sacramentum Poenitentiae? *ibid.* num. 2.

Item

Item, an possit applicari à puro Sacerdote, qui non sit Confessarius approbatus? ibid. n. 5.
 Certum est, non posse à Clerico, vel laico, nec à se ipso applicari. ibid. n. 7. 201
 Indulgentia plenaria vi Bullæ semel in mortis periculo concessa, quomodo sit applicanda? cap. 1. §. 2. n. 1. & sequ. 201
 An sit necessaria Confessio Sacramentalis? ibid. num. 2.
 Si repentinum est mortis periculum, nec potest haberi confessor, poterit ipse moribundus, si sit contritus, ex se sine alterius ministerio, aut applicatione, aut sine alia oratione, eam sibi applicare, ibid. nu. 3.
 Applicata semel in periculo mortis, non potest in alio simili periculo eiusdem anni iterum applicari. ibidem n. 5.
 Applicata à Confessario sub conditione, si moriturus, applico. si poenitens reconvalescat, an possit deinde in periculo alterius infirmitatis, vel, eadem recrudescente, acquiri? ibid. n. 6. 201
 An possit applicari proxime morituro sensibus destituito, qui bullam sumpsit? ibid. n. 7.
 Indulgentia quælibet ex vi Bullæ, ut acquiratur, non requirit necessario intentionem explicitam acquirendi, licet tutior sit, eam habere. ibidem à num. 8. & sequ. 202
 Si vero applicetur pro defunctis, requiritur ea determinata Intentio. ibid. n. 16. 203
 Indulgentiæ quænam suspendantur à Commissario Cruciatæ in publicatione Bullæ? vide Verbo suspensio.
 Indulgentia plenaria concessa à Pontifice pro vivis non differt à concessa pro defunctis, nisi solum quod Pontifex per Indulgentiam Vivorum remittit poenam auctoritative, seu ut Iudex, Pro defunctis vero, per modum suffragij, seu ut auxilians. cap. 17. §. 1. n. 1. & 2. 221
 An autem satisfactio à Pontifice oblata Deo, sive auctoritative, sive per modum suffragij, acceptetur à Deo de condigno, vel de congruo, & ex liberalitate? Item an Infalibiliter? ibid. n. 3.
 Indulgentia, quæ confertur per Bullam Defunctorum, est diversa ab ijs Indulgentijs stationum, quæ conferuntur per Bullam communem, licet hæc possint, etiam pro defunctis, applicari cap. 17. §. 2. num. 1. 221
 Indulgentia in Bulla pro Defunctis potest solum acquiri semel cum una, & iterum cum alia Bulla, sed non tertio cum tertia. ibi. num. 10. 223
 Infantes an, & quomodo gaudeant privilegijs Bullæ, si quis eam pro ipsis sumat? cap. 3. §. 1. num. 10. 226

Intentio sola accipiendi Bullam sine sumptione, seu receptione actuali, non sufficit ad hoc, ut quis eius gratias acquirat, etiam si jam pro ea fuerit elemosynam elargitus, & Bullam distributor aliquam illi applicet, & domi servet cap. 15. §. 3. num. 2. & 3. 215
 Item, etiam si nomen suscepturi Bullam scribatur in libro Depositarij, seu distributoris. ibid. nu. 5. 216
 Interdictum Ecclesiasticum quid sit, & quotuplex? cap. 5. §. 1. à numero 1. & sequ. 172
 Interdictum personale non comprehenditur in Privilegijs Bullæ pro tempore Interdicti sed solum locale. ibid. nu. 7.
 Interdicti tempore habens Bullam Cruciatæ potest in Oratorio privato, dummodo sit approbatus, & deputatum ad divinum cultum, divina celebrare, vel per seipsum, si Præbyter fuerit, vel per alium celebrari facere, & divinis interesse. ibid. num. 2. & 3. 173
 Extende ad alias Ecclesias, dummodo privatim fiat officium. ibid.
 Nec solum unam, sed etiam plures missas eodem die. ibid.
 An in sua tantum, & suorum præsentia? ibidem num. 4.
 Interdicti tempore habens Bullam an diebus festis teneatur de præcepto Interesse sacro? ibid. num. 6. 173
 Interdicti tempore obligantur Clerici Ministri Ecclesiæ, & Religiosi privatim Missæ interesse diebus festis. ibid. Sub num. 8. 173
 Interdicti tempore Bullam habens potest recipere Eucharistiam, aliaque Sacramenta à quocunque Sacerdote, & quando placuerit, dummodo id fiat januis clausis, & privatim cap. 6. numero 1. & 2. 174
 Quid in die Paschatis, quo quis ex obligatione in propria Parochia Eucharistiam sumere debet? ibidem. n. 3.
 Potes ipso die Paschatis, dummodo ante, vel postea Parochiæ satisfacias. ibid.
 Interdicti tempore an possint ex Privilegio Bullæ corpora mortuorum, etiam Laicorum, qui viventes Bullam sumpserunt, Ecclesiasticè, & cum moderata pompa sepeliri? cap. 7. num. 1. 177
 Quomodo intelligatur, hæc pompæ moderatio. ibid. num. 3.
 Interdicto causam dantes, vel ij, per quos fiat, ut amoveatur, non gaudent Privilegijs Bullæ tempore Interdicti cap. 5. §. 2. num. 1. 177 & cap. 6. nu. 1. 177
 176. & cap. 7. nu. 1. 177

Index Ecclesiasticus an possit procedere contra eum, quem scit fuisse per Bullam absolutum ab excommunicatione, aliisque censuris pro foro interno, & an possit illi punire, & quomodo se debeat gerere in eo puniendo, si accusetur. cap. 11. par. 3. n. 10.

Predictam notitiam de absolutione potest habere, vel per testificationem fide dignorum, vel per sedulam Confessarii id testantis ad instantiam poenitentis. ibid. num. 11.

Iuramentum de servanda Castitate, vel de Peregrinatione ultramarina, seu Hierosolymitana, vel de ingrediendo Religionem an possit per Bullam commutari? cap. 13. par. 2. num. 1. fol. 207. Vide Verbo Votum.

L.

Lacticiniorum, & ovorum usus ex Privilegio Bullæ exerceri potest pro temporibus Jejuniorum totius anni, etiam quadragesimalium, cap. 8. par. 2. n. 1.

An in Jeuniis, quæ implere quis debet ex præcepto, vel ex Poenitentia Sacramentali, vel ex Sublato? ibid. n. 2.

An a minore viginti uno anno, qui non tenetur jejunare? ibid. num. 4.

Lacticiniorum nomine non venit sanguis, medulla, lardum, assuntia, nec pinguedo quæcumque licet in Regno Siciliae probabilius veniat sagimen Porci, n. ib. §. 3. n. 1.

Non venit tamen sagimen liquosum ex adipe aliorum animalium, ut Gallinarum, Anserum, Cervorum, &c. ibid. n. 2.

Lacticinia licite comedere non potest die vetito is, qui solum habet Intentionem accipiendi Bullam, & non adhuc eam actu recepit. cap. 15. §. 3. num. 2. & seq.

M.

Male ablata dicuntur, quæ cum peccato, & iniustitia surrepta fuere, nec Domino reddita. cap. 13. §. 1. n. 1.

Male ablata ex spe, & confidentia Bullæ, si Dominus ignoratur, & ea non sunt capacia compositionis, cum non restitui, seu applicari debeant? ibid. §. 7. n. 7.

An possint distribui pauperibus, vel locis piis, vel Monasteriis Religiosorum, item an pro Missis, & suffragiis Defunctorum? ibid.

An debeat sub peccato mortali in totum appli-

cari in subsidium Belli contra Infideles, uti Bulla disponit? ibid. n. 8.

Vide Verbo Compositio.

Medicus, etiam Doctoratus laureâ insignitus, si tamen constat, esse inexpertum, non sufficit, ut possit dare consilium circa comestionem carniæ ex privilegio Bullæ concessam die vetito. cap. 8. §. 1. num. 4.

Medici nomine, quantum ad prædictum consilium dandum, intelligitur, non solum doctor sed etiam quilibet vir, etiam mulier, si tamen sint in medicando ægroto experti. ibid. n. 4.

Mendicantium Fratrum nomine, intelliguntur quatuor Ordines, Carmelitarum, S. Augustini, S. Dominici, & S. Francisci. Item Fratres S. Francisci de Paula, & alii omnes Religiosi, qui communicant in Privilegiis Mendicantium, cap. 14. par. 2. numero 2.

Missa potest incipi duabus plus, minusve horis ante solis ortum, & ante meridiem, vel in ipso meridie licet absolvatur postea cap. 5. paragrapho 6. numero 1.

Et addita alia hora ex Privilegio Bullæ, & concessione Commissarii facta personis nobilibus, potest tribus, plus minus, horis ante solis ortum, & una hora post meridiem, ib. n. 3.

Minores viginti uno anno, licet non teneantur jejunare, possunt tamen lacticinia comedere cum Bulla, cap. 8. §. 4. n. 20.

N.

Nomen fumentis an sit necesse, ut scribatur in Bulla lacticiniorum, cap. 8. §. 5. n. 13.

In Bulla communi saltem ut tutius procedatur, debet scribi, cap. 15. §. 2. n. 1. & seq.

Sufficit tamen ut scribatur à qualibet personâ, ibidem, n. 4.

Item sufficit nomen appellativum ut Dux talis, Princeps talis, &c. modo singularis & determinata persona significetur, ib. n. 5.

In Bulla pro defunctis, præter nomen fumentis, solet etiam ex praxi inscribi nomen ejus, pro cuius anima accipitur, cap. 17. paragrapho 2. num. 3. 222.

Novitii, & Novitiæ gaudent Privilegio Bullæ circa usum lacticiniorum, cap. 8. §. 4. n. 8.

Veniunt nomine Fratrum in favorabilibus, cap. 14. §. 2. n. 3.

O.

Orationes faciendæ ad consequendas Bullæ Indulgentias, an debeant omnino esse vocales, vel

Z.

- vel sufficiant mentales? cap. 9. §. 3. n. 7. 178
 orationes prædictæ quantæ debeant esse? Vide Verbo Preces.
 Si brevis, seu exigua sit oratio an diminutam, & orationi proportionatam Indulgentiam lucreris? cap. 10. §. 2. n. 4. 190
 Oratorium privatum, in quo celebratur, an possit erigi virtute Bullæ, sine alia Pontificis licentia? cap. 5. §. 4. per totum. 174, 175.
 In domo privata à Pontifice concessum Oratorium, an Veniat nomine Ecclesiæ seu Altaris, quantum ad effectum Visitationis in ordine ad lucrandas Indulgentias stationum à Bulla concessas? cap. 10. §. 1. n. 2. 188
 Ordinarius v. g. Messanensis nequit approbare Sacerdotem commorantem in Diocesi Panormitana solum ad hoc ut sit eligibilis per Bullam Cruciatæ à Civibus Panormitanis. cap. 11. §. 1. a. n. 3. & seq. 192
 Ordinarii nomine, quantum ad probationem Confessarii per Bullam eligibilis, an veniat Ordinarius Penitentis, vel Confessarii, vel quicumque? Vide Verbum Confessarius.
 Oorum comestio ex Privilegio Bullæ Vide Verbo lactiniorum Usus.
 Oorum nomine, quantum ad Privilegium Bullæ attingit, ova vulgo dicta *non nata* Veniunt, non tamen racemus ille carneus, unde ea pendunt. cap. 8. §. 3. n. 3. 180
 Veniunt etiam ovicula illa instar acini dicto racemo affixa. ibid.

P

- Pauperes debent dare ordinariam eleemosynam pro Bulla cap. 3. §. 7. n. 12. 167
 Qui ob summam paupertatem nequeunt accipere Bullam, an acquirant alias indulgentias extra Bullam, quas Commissarius suspendit, durante anno promulgationis? ibid. n. 13.
 Pensionarius potest se componere super pensione male percepta, puta qui non recitavit Officium B. Mariæ &c. cap. 18. §. 4. n. 1. 227. Vide Verbo Beneficiarius.
 Pœnitentia Sacramentalis vindicativa an possit per obtentam, vel obtinendam à pœnitente Indulgentiam non imponi à Confessario, vel diminui juxta proportionem Indulgentiæ. cap. 9. §. 1. n. 6. sed 176
 Si sit medicinalis, certum est, non posse omitti. ibid.
 Prælati omnes excluduntur à privilegio Bullæ or-

- dinaræ circa usum lactiniorum in diebus quadragesimalibus, non autem in feriis sextis, sabbatho, & diebus Vigiliarum, & quatuor temporum, quæ non incidunt in quadragesimam. cap. 7. §. 4. n. 1. & 2. 180
 An excludantur à Privilegio comedendi carnes à Vide Verbo Privilegium.
 An in diebus Dominicis Quadragesimæ gaudeant Privilegio lactiniorum ex Bulla? ibid. n. 14. 181
 Gaudent tamen eo Privilegio, si sunt sexagenarii. ibid. n. 19. 182
 Prælati nomine, quo ad exclusionem à privilegio lactiniorum per Bullam, veniunt Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Generales Religionum, Provinciales, & Superiores locales ordinarii cap. 8. §. 4. num. 4. 180
 An veniat Episcopus solum electus, & nondum confirmatus, & an confirmatus nondum consecratus? Vide Verbo Episcopus.
 Prælati omnes si sumant aliam Bullam particularem ab Urbano VIII. concessam, possunt lactinia comedere, etiam diebus Quadragesimæ, excepta tamen Hebdomada Sancta inclusive à Dominica Palmarum cap. 8. §. 5. per totum. 89
 Prælati V. G. Episcopi assumpti ex Religione an gaudeant Privilegio lactiniorum parvæ Bullæ ab Urbano VIII. concessæ ibidem numero 10. 184
 Preces fundendæ ab eo, qui vult uti Privilegio Bullæ celebrandi ante horam, vel in privato Oratorio vel quibuslibet reliquis Privilegiis tempore interdicti, sufficiunt, si fiant per unum Pater, & Ave. cap. 7. n. 4. 177
 Eorum omissio est Venialis. ibid.
 Fundendæ in Visitatione altarium sunt omnino necessariæ, sufficit tamen etiam unum Pater, & Ave. Cap. 10. §. n. 4. 190
 Privatus si accipiat Bullam initio anni, datis duobus Realibus, & deinde in decursu evadat Dux, vel Marchio, vel Episcopus &c. non indiget pro illo anno alia Bulla cum pinguiore eleemosyna, nec tenetur ad supplementum octo realium. cap. 3. §. 7. n. 9. 166
 Privilegium, licet aliquando confundatur cum Beneficio, differt tamen ab illo, & quomodo? cap. 1. §. 1. n. 1. 188
 Aliud reale, aliud personale, aliud mixtum. ibid. 2. & seq.
 Personale, vel est concessum uni tantum personæ & dicitur absolute personale, vel communiter seu pluribus, & dicitur corporale. ibid. n. 3. 184
 Cap.

Corporale vel conceditur pluribus, ut pluribus, seu ut facientibus communitatem, & tunc dicitur pure corporale, vel pluribus ut singulis, & tunc dicitur corporale personale ibid. n. 6. 159

Privilegium contra Jus commune est stricte interpretandum cap. 1. §. 3. n. 1. 159

In favorem fidei, & Religionis, etiam si exorbitet à Jure communi, est ample interpretandum, si cui & concessum Communitatibus Religionum in perpetuum ibid. n. 6. & 7. 160

Privilegium Bullæ circa absolutionem à reservatis non suffragatur, elapso anno promulgationis Bullæ ei, qui infra dictum annum non est usus Privilegio, nisi sumat novam Bullam cap. 4. §. 1. n. 2. 167

Privilegium Bullæ ut possit quis comedere carnes diebus vetitis de consilio utriusque medici, quidnam operetur! cap. 8. §. 1. n. 1. & seq. 178

Privilegium Bullæ circa usum carniū proderit omnibus, etiam Prælati. Item Regularibus omnibus, & Sacerdotibus quoque sæcularibus. cap. 8. §. 1. n. 5. 178

Valet absolute pro diebus totius anni, etiam diebus Jejunij &c. & feria 6. & sabbatho, ibid. num. 9. 179

Privilegia omnia Bullæ sunt absolute personalia cap. 1. §. 2. n. 1. 179

Durante concessionis anno, profunt etiam extra locum promulgationis, si tamen Bullam acceperint loco promulgationis sive ubi permanentes existerent, sive transierint etiam per unam horam commorando ibid. n. 4. 180

Excipe Privilegium lacticianorum ibid. n. 4. & cap. 3. §. 2. n. 1. 162

Privilegia Bullæ largere an stricte sint Interpretanda? cap. 1. §. 3. per totum. 159

Privilegia Bullæ quibus personis concedantur? cap. 2. a n. 1. & seq. 160

Privilegia Bullæ incipiunt suffragari solum ab hora, qua ipsa Bulla sumitur usque ad finem consequentium mensium ejusdem anni cap. 4. §. 1. num. 2. 168

Privilegia Bullæ an durent per annum naturalem, vel Ecclesiasticum, id est à die promulgationis, usque ad aliam promulgationem? Vide Verbo Annus. Non spirant, si infra annum moriatur Pontifex, vel Commissarius Generalis. cap. 4. §. 2. n. 5. 169

Privilegia Bullæ tempore Interdicti. Vide Verbo Interdictum. 169

Privilegium Bullæ circa usum Carnium, & Lacticianorum die vetito non prodest cuncti extra Regnum seu Regna, ubi non habetur Bullæ promul-

gatio. cap. 8. in princ. 177

Procurator loci pii, vel pauperum, quibus relicta est legatum, si infra annum à die notitiæ currentem fuerit negligens, in eo exigendo ab hærede, tenetur etiam ad restitutionem medietatis legati, super qua forte hæres se composuit ex Privilegio Bullæ cap. 18. §. 2. n. 7. 226

Promulgatio Bullæ, quæ fit in una Civitate non suffragatur pro alia cap. 4. §. 1. n. 2. 168

Sufficienter dicitur facta per solam processionem solennem Bullæ, nec requiritur essentialiter sequens concio, ad hoc ut quis incipiat uti Privilegijs Bullæ ibid. n. 6. 168

Item sufficienter dicitur facta per publicationem in Templo maximo, quamvis non fiat in alijs Parochijs ejusdem Civitatis, ibid. n. 8. 168

Puer, qui non dum attingit septimum annum, non indiget Bulla ad comedendas carnes, vel lacticiam cap. 8. §. 1. n. 21. 182

Indiget tamen post septennium, si est rationis capax. Ibidem. 182

Quid si ante septennium sit certò rationis capax? ibid. 182

Quid si post septennium dubium sit, an usu rationis polleat? ibid. n. 22. 182

Q.

Quadragesimæ in Bulla Cruciatæ, vel alia concedente Indulgentias, quid significant? cap. 9. §. 1. n. 1. 185

R.

Regulares, si id habeant ex suis Privilegijs, absolute possunt sæcularem, qui Bulla caret, à reservatis, cap. 14. §. 2. n. 6. 214

Tempore Interdicti possunt sine Bulla suis Privilegijs uti, quæ pro illo tempore habent ibidem num. 8. 214

Religiosi, vel Religiosæ an frui possint Bullæ Privilegijs? cap. 3. §. 1. n. 12. 162

An indigeat consensu sui Superioris? ibid. n. 13. 162

Quid de Religiosis Societatis Jesu? ibid. 162

Religiosi omnes, vel Religiosæ, etiam conversæ, etiam scholares ex votis biennij Societ. Jesu excluduntur à Privilegio Bullæ circa usum lacticianorum diebus Quadragesimæ cap. 8. §. 4. n. 8. 181

Nisi sint sexagenarii ibid. n. 19. 182

Quid si sint Regulares Ordinum militarium? ibid. num. 181

Item, quid in diebus DOMINICIS 181

Z z

Qua-

Quadragesimæ? ibid. n. 14. & sequ. 181
 Religiosus an valide Bullamumat ex pecunijs sibi
 ab amico donatis? cap. 3. §. 6. n. 4. 165
 Religiosus si sit approbatus ab Ordinario, potest eli-
 gi per Bullam Cruciatæ in Confessarium cap. 11.
 §. 1. n. 19. 193
 Non potest, si solum sit approbatus à suo Prælate
 ibidem.

S

Sacerdos quilibet, etiam non approbatus ab Ordi-
 nario potest dare Consilium circa usum carni-
 um ex Privilegio Bullæ concessum. Caput. 8. §. 1. nu.
 3. 178
 Sacerdos quilibet potest in articulo mortis constitu-
 tum à reservatis absolvere. cap. 11. §. 3. n. 1. 194
 Sacerdotes Ordinum Militarium an gaudeant Privi-
 legio Bullæ de lacticijs comedendis &c. cap. 8. §.
 4. n. 11. 181
 Sacerdotes omnes, etiam sæculares, excluduntur à
 Privilegio Bullæ circa usum lacticijs, diebus
 quadragesimalibus, nisi sint sexagenarii, cap. 8. §.
 4. n. 13. & 19. 181. 182
 Quid in diebus Dominicis Quadragesimæ? ibid.
 n. 14. 181
 Intellige per Bullam ordinariam, nam si sumant a-
 liam Bullam particularem Urb. VIII. possunt la-
 cticia comedere excepta solum Hebdomada
 majore, à Dominica Palmarum inclusive §. 5. nu.
 1. & sequ. 183
 Sacrificium Missæ potest Cathecumeno applicari, ei-
 que prodesse ex opere operato, quoad satisfactio-
 nem, & impetrationem caput. 3. §. 1. numero 8. &
 sequ. 161
 Sæcularis Bullæ carens potest absolui de Reservatis
 ab ijs Religiosis, qui per sua Privilegia habent fa-
 cultatem absolvendi à reservatis, cap. 14. §. 2. nu.
 6. 214
 Sexagenarii dicuntur ij, qui sexagesimum annum at-
 tigerunt, licet illum adhuc non compleverint. cap.
 8. §. 4. n. 19. 182
 Schismaticus non gaudet Privilegijs Bullæ Crucia-
 tæ cap. 3. §. 1. n. 6 & 7. 161
 Subsidium pro belli expeditione contra Infideles
 præstandum ab eo, qui vult sibi à Confessario vo-
 tum commutari ex vi Bullæ, debet esse pecunia-
 rium, non vero spirituale, seu aliqua oratio. cap.
 13. §. 1. n. 7. 204
 Quenam praxis servanda in eo præstando? ibid.
 n. 11. 204
 Quantum debeat à Confessario taxari? ibid. n.
 14. 204

Suspensio Indulgentiarum, facultatum, & gratiarum
 quæ fit per Commissarium Bullæ Cruciatæ intel-
 ligitur facta solum de ijs, quæ obstant expeditio-
 ni ipsius Bullæ cap. 14. §. 1. n. 1. 212
 Item de ijs, quæ à summo Pontifice, vel ejus au-
 thoritate concessæ fuerunt, ibid. n. 2.
 Item de ijs, quæ sunt concessæ Ecclesijs, Monaste-
 rijs, Hospitalibus, Locis pijs, Universitatibus,
 Confraternitatibus, singularibus personis in Re-
 gnis, in quibus Bulla promulgatur, ibid. n. 3.
 Item de Privilegijs celebrandi ante Auroram, vel
 post meridiem, ibid. n. 4.
 Non tamen suspenduntur facultates, & Privilegia
 contenta in corpore Juris, ibid. n. 5. 212
 Nec facultates absolvendi, dispensandi, commu-
 tandi, quas habent Episcopi, ibid. n. 6.
 Nec Indulgentiæ, & Gratia, quæ alijs ipsi Episco-
 pi concedunt, ibid. n. 7.
 Nec gratiæ dissimiles ijs, quæ conceduntur in
 Bulla, ut V. G. facultas testandi, Missas celebrandi
 eum altari portatili, ingrediendi Monasteria Mo-
 nialium &c. ibid. n. 8.
 Nec probabiliter suspenduntur Indulgentiæ Sa-
 crorum numismatum, & imaginum, Coronarum
 granorum &c. ibid. n. 9.
 Nec jubileum, ibid. n. 11. 215
 Nec altare privilegiatum, ut probabile est, ibid. n.
 12. & 13.
 Nec Privilegia introducta ex legitima consuetu-
 dine, ibid. n. 15.
 Nec Privilegia, & Indulgentiæ Religiosorum ibid.
 §. 2. n. 1.
 Etiam quæ sunt concessa immediate subditis ra-
 tione Religionis, sed suspenduntur, quæ concessæ
 fuerunt ratione personæ particularis, ibid. num.
 5.
 Suspensio Gratiarum, facultatum &c. facta per clau-
 sulam generalem, non intelligitur facta de ijs, quæ
 in corpore Juris continentur, nisi eorum fiat men-
 tio cap. 14. §. 1. n. 5. 216

T

Tertiarij, vel Tertiariæ, vulgo *Monache de Casa*
 gaudent Privilegio Bullæ de Lacticijs com-
 edendis, cap. 8. §. 4. n. 8. 181
 Non veniunt nomine Eratrum, neque in favori-
 bihus, cap. 14. §. 2. n. 3. 215

V

Visitare quinque altaria unius Ecclesiæ sufficit
 in ordine ad lucrandas Indulgentias Stationum
 per

per Bullam concessas, licet in tuo oppido plures
ad sint Ecclesiæ. cap. 10. § 1. num. 3. 183
Visitare sufficit, in ordine ad dictum, effectum tria
altaria unus, & duo alterius Ecclesiæ; vel e con-
tra, licet in utraque plura extent altaria. ibid. num.

Visitare an sufficiat altare, ubi actu non est illud,
quod vulgo vocatur portatile, seu Altaretum? ibi.
num. 5.

Quid si sit omnino ineptum? ibid. n. 6.

Visitare unum altare quinque sufficit in loco, ubi
non sunt quinque Ecclesiæ, nec una cum quinque
altaribus. ibid. n. 7. 188

Imo altare in privato oratorio, si alicubi existas,
ubi solum sit Oratorium privatum. ibid. n. 8

Si vero alicubi existas, ubi sunt quinque Ecclesiæ
vel una cum quinque altaribus, non sufficit uni-
cum visitare. ibid. n. 9. 189

Nec satis est defectus quinque altarium esse so-
lum in ea Ecclesia, quam tu eligis visitandam, sed,
requiritur, ut talis defectus sit in toto oppido. ibi.
n. 10.

Visitare quinque unum altare sufficit si legitime
impediris, visitare quinque, ut sunt aliquæ mo-
niales non habentes, nisi unum altare ibid. num.
12.

Visitare quinque altaria ejusdem Ecclesiæ, an dica-
tur is, qui ex eodem loco sine sit, & corporis mu-
tatione, & motione ea visitat, eas visitationes sola
mente distinguens? ibid. n. 13. & 14.

Visitatio prædicta potest fieri stando pro foribus Ec-
clesiæ, si hæc forte reperitur plena ob multitudi-
nem ad eam confluentium. ibid. n. 15. 16.

Non valet, si Ianua Ecclesiæ sit clausa ibid.

Visitatio non valet, si altaria, quæ visitas, non sint in
prospectu tuo; nec si tu notabiliter distares ab al-
tari. ibid. n. 17.

Visitatio prædicta An, ut sit cum fructu Indulgentia-
rum, debeat fieri devote, id est sine ulla etiam cul-
pa veniali, ideoque ut non fiat cum vana gloria,
vel immodeste, vel confabulando? ibidem. §. 2.
n. 1. 190

Visitatio altarium ad effectum lucrandi Indulgentia-
rum stationum vi Bullæ, non potest exhiberi per
alium cap. 10. §. 2. n. 2. 190

Debet fieri cum intentione, saltem virtuali, visi-
tandi ob finem à Pontifice requisitum, & cum ora-
tionibus à Bulla præscriptis, nempe pro unione
Principum Christianorum, & victoria contra Infide-
les ibid. n. 3.

Sufficit tamen orare ad intentionem Pontificis
ibid.

Visitatio altarium si pluries eodem die simul cum or-
ationibus requisitis repetatur, an pluries acqui-
rantur Indulgentiæ concessæ? cap. 10. §. 3. nu. 1. &
seq. 190

Vota quænam, & quomodo possint per Bullam Cru-
ciatæ commutari? vide verbo Commutatio.
Commutari possunt solum, durante anno ipsius
Bullæ. cap. 13. §. 1. n. 30. 206

An possit ultimo die anni commutari votum in
aliud opus pium, designandum tamen post an-
num, vel ab eodem Confessario, vel ab alio viro
docto, prout Confessarius decreverit? ibidem. nu.
30. 206. & 207

Vota absoluta Castitatis Religionis, & peregrinatio-
nis Ultramarinæ, seu Hierosolymitanæ emissa de-
votionis causa, nequeunt ex vi Bullæ commuta-
ri cap. 13. §. 2. n. 1. 207

Votum Castitatis diminutum, puta non fornicandi,
non se polluendi, non nubendi, votum Castitatis
conjugalis, votum virginittis præcisæ, id est con-
sistentis in abstinentia primi actus luxuriæ, quate-
nus scilicet Virginitas involuit corporis Integri-
tatem, votum integræ Castitatis sed ad tempus,
possunt per Bullam commutari. cap. 13. §. 2. num.
3. 207

Item votum Castitatis vere conditionale. V. G.
voveo castitatem, si convalvero. ibid. n. 4.

Item Votum Castitatis pænale V. G. voveo non
ludere, & si ludam, in pœnam voveo Castita-
tem, vel nolo ludere, & si ludam voveo Castita-
tem. ibid. n. 4.

Item Votum Castitatis per partes emissum, ut si
quis hodie voveat, se non consensurum pravis co-
gitationibus: cras voveat, se non fornicaturum, pe-
rendie, se nolle habere actum externum impudi-
cum &c. ibid. n. 5.

Nisi tamen voluerit omnia simul in ultimo voto
colligere, illisque esse subiectum. ibid. n. 5. 207. &
208.

Votum Religionis diminutum potest per Bullam
commutari, ut de assumendo ordinem Sacrum,
de serviendo toto vitæ tempore Hospitali, vel
Monasterio, votum ingrediendi Religionem sine
intentione emittendi in ea professionem; ibid. nu.
9. 208

Item Votum Religionis vere conditionale, vel pe-
nale ibid. n. 7.

Votum Peregrinationis ultramarinæ diminutum,
& votum de Invisenda SS. Virgine Lauretana;
vel S. Jacobo in Compostella. Quid de voto pere-
grinationis ad limina Apostolorum, vel voto pe-
regrinationis Hierosolymitanæ, non ob visitan-

da loca sancta, sed ob alium honestum, & pium
finem an reservata? ibid. num. 8. 208
Item votum ultramarinum vere conditionale vel
pœnale ibid. num. 9. & 10.
Nequeunt tamen commutari tria vota prædicta
Castitatis, Ultramarinum, & Religionis; si non
sunt vere conditionalia, puta cum particula Si sig-
nificat idem, ac *quando* V. G. Voveo Castitatem,
si convalvero, ita ut sensus sit, quando convalve-
ro. ibid. num. 208
Votum perfectæ Castitatis à conjugē emissum ante
initium matrimonium, nequit per Bullam com-
mutari, & peccat conjux matrimonium contra-
hendo, nec potest petere debitum, licet possit
reddere. cap. 13. §. 3. num. 1. 208
Emissum vero post initium matrimonium potest
commutari, nisi emittatur ab utroque conjugē
mutua licentia, & per modum contractus. ib. n. 2.
Potest tamen commutari, si dicti conjugēs remit-
tant sibi, & acceptent cessionem. Juris petendi,
& reddendi debitum, licet sic remittendo, pec-
cent contra votum. ibid. num. 2. 209
Votum strictioris Religionis potest per se commuta-
ri vi Bullæ in laxiorem, & item quoad dilationem
ingressus. ibid. nu. 3. 209
Excipe, quando in laxiore non viget observantia,
& quando dilatio temporis sit tanta, ut vovens
periculo exponatur votum non implendi. ibid. n. 4
Votum Religionis Hierosolymitanæ, seu Meliten-
sis non potest per Bullam commutari, licet probabi-
liter possit votum suscipiendi alios ordines mili-
tares, ut Sancti Jacobi, Alcantaræ, Calatravæ &c.
ibid. num. 5. 209
Excipe votum suscipiendi Religionem ex his Or-
dinibus. ibid.
Votum sub disunctione, si utrumque sit reserva-
tum, nequit per Bullam commutari, secus vero si
alterum non sit reservatum, ut voveo, vel Casti-
tatē, vel jejunium per aliquot annos. ibid. n. 6. 209
Si postea elegisti Castitatem, omisso Jejunio, sed
sine novo voto, an facta ea electione possit com-
mutari. ibid. nu. 269
Quid si evasisti impotens ad Jejunium, an possit

pars altera Castitatis per Bullam commutari? ibid. n. 7.
Votum reservatum, sed dispensatum a Pontifice, qui
Inco reservati subrogavit aliud non reservatum,
V. G. Jejunium loco Castitatis, probabiliter est
posse per Bullam commutari. ibid. n. 8. 210
Quid si in hoc casu per multum tempus omitti
jejunare, an reviviscat in te votum Castitatis, ita
ut fiat incommutabile per Bullam. ibid. nu. 9.
Votum reservatum an possit per Bullam in aliud et-
iam reservatum commutari. ibid. nu. 12. 210
An in aliud melius, & præstantius sive à Confessa-
rio, sive propria ipsius vovens auctoritate? ibid.
Votum personæ sub alterius potestate existentis,
quando potest irritari ab eo, qui talem potestatem
habet? cap. 13. §. 3. num. 13. 211
Votum absolutæ Castitatis à filio impubere emis-
sum, nequit per Bullam commutari, nec ab eius Con-
fessario, nec ab Episcopo, licet possit à Patre irri-
tari. ibid. num. 13.
Votum etiam Juratum potest per Bullam commu-
tari, si non sit reservatum cap. 13. §. 1. nu. 29. 206
Votum reale de danda. V. G. elemosyna hinc deter-
minatæ Ecclesiæ, vel pauperi an possit per Bul-
lam commutari, si fuit acceptatum? ibid. n. 28. 206
Quid si sit Votū V. G. Jejunij sed sub pœna dandi
elemosynā certo pauperi, vel Ecclesiæ? ib. n. 24. 206
Votum Pontifici reservatum, licet possit in aliquo
casu urgentissimæ necessitatis, & alicujus gravis
damni imminenti ab Episcopo dispensari, non ta-
men potest tunc à Confessario per Bullam com-
mutari. cap. 13. §. 3. nu. 14. 211
Votum, quod tu recordaris emisisse, sed obli-
visti materiam, potest per Bullam commutari cap. 12.
§. 1. nu. 16. 205
Votum non petendi absolute dispensationem, vel
Communionem an sit Invalidum? ibid. num. 20.
Quid si fiat de non petenda dispensatione, vel
commutatione sine causa? ibidem nu. 18.
Verum an & quando tunc pecces? ibid. n. 19.
Vovens V. G. non ludere sub pœna dandi decem pau-
peribus, si lusit cum Inculpabili inadvertentia
voti, vel pœnæ, non tenetur ad pœnam. cap. 13.
§. 1. num. 26. 209

FINIS INDICIS RERUM ET VERBORUM DE BULLA CRUCIATÆ

slt honor Deo, B. VirgInI, sanCtoqVe aLoyslo
gonzagæ patrono Meo.

Hic Sequitur Index Rerum de Sacramentis.

Index Rerum

INDEX RERUM,

ET VERBORVM PRIMÆ PARTIS EXPOSITIONIS.

SACRAMENTORUM.

QVÆ CONTINET LIBROS OCTO.

A



ABSOLUTIO, materia proxima
Bapt. V. Baptismus.
Absolvere quis valeat à refer-
vatis Jure Ordinario? lib. 5.
Tract. de Casibus refer. c. 8.
parag. 1. 122
Is, cui reservatur, n.

Superior, num. 2.
Inferior, cui delegatur, n. 3.
An Summus Pœnitentiarius? ibid. }
An Vicarius Episcopi? num. 4. } ibidem, &
An Vicarius Prælatorum Reg. 34. } sequentib.
An Minister in Societate? num. 5.
Absolvere à reservatis quis possit Jure Delegationis?
ibid. c. 9. parag. 1. 124
Variæ famulæ dictæ Delegationis. } ibidem, &
Quomodo intelligantur. } sequent.
Absolvendi potestatem à reservatis, & quando ob-
ligetur dare Ordinarius? lib. 5. Tract. de casibus
reservatis c. 8. parag. 2. 123
Absolvendi à reserv. potestatem sibi datam igno-
rans, an valide absolvat? ibid. cap. 9. §. 1. n. 18. 126
Absolvere à Papalib. casib. & Excomm. an Episco-
pus valeat? V. Episcopus.
An Prælati Regulares? V. Superiores Reg.
An quilibet Sacerdos in articulo mortis? ibidem ca-
12. parag. 1. 140
An in impedimento perpetuo? ibid. parag. 2. 144
An in alia necessitate, puta periculo infamiae, & cæ-
tera? ibid. parag. 3. 146
Absolvi, quæ valeant ex vi Bullæ Cruciatæ. V. Bul-
læ Cruciatæ.
Absolvi, an possint peccata, commissa in Confiden-
tiam concessionis potestatis ea absolvendi? ibid.
cap. 9. parag. 2. 127

Quid de commissis post prædictam concessionem
datam? ibid. parag. 3. 128
Absolvi, an possit quis aliquando ab inferiore reli-
cto Superiore lib. 5. Tract. de casibus reservatis c.
12, per totum. 140
Absolutio peccatorum conferri an possit absenti lib.
5. c. 12. parag. 1. num. 2. ibid.
Absolutio in foro interno quid importet? lib. 5. Tr.
de casibus reserv. c. 13. parag. 5. n. 35. 136
Absoluto pœnitente. qui oblitus est peccati reserva-
ti, an tale peccatum remaneat reservatum? ibid.
c. 9. parag. 4. 129
In Confessione valida. ibidem,
In invalida, parag. 5. 130
Quid de Excommunic. oblitis. parag. 6. 131
Absentium matrimonio quis Parochus debet assiste-
re? lib. 8. Tract. 6. c. 2. parag. 5. à n. 23. 470
Acceptatio Promissionis matrimonij quæ requiritur
ut promittens uxoratus subeat impedimentum
dirimens? lib. 8. Tract. 1. cap. 6. parag. 3. n. 47.
003
Acceptatio peccaminosa litterarum sine licentia est
casus reservatus in Societate lib. 5. Tract. de cas-
ibus reserv. c. 7. parag. 3. nu. 24. 117
Accessus ad Moniales. V. Moniales.
Acolythus quid sit, quæ eius forma, quæ materia?
lib. 7. c. 2. parag. 5. 244
Quæ eius munera? num. quarto. ibid.
Acquisitio Jurisdictionis. V. Jurisdictio.
Actus, qui non valet eo modo, quo fit, valet, quo
potest. lib. 8. Tract. 3. cap. 5. paragrapho. 5 nu. 18.
392
Adam, si resurgeret, an uxorem ducere valeret? lib.
Tr. 1. c. 5. parag. 1. n. 21. 296
Adoptio. lib. 8. Tract. 1. c. 5. parag. 3. 297
Adulterium, quod est impedimentum Matrimonij.
lib. 8. Tract. 1. c. 6. parag. 1. 298
Quando

Quando dat causam Divortij? V. Divortium.
 Adultus Baptizandus, quâ Dispositione, qua Attritione, qua Scientia mysteriorum Fidei indiget? lib. 2. c. 3. paragr. 3. 28
 Ætas excedens, V. causæ dispensandi.
 Ætas Ordinandorum. V. Ordinandus cujus ætatis.
 Affinitas est impedimentum matrimonij? lib. 8. Tr. 1. c. 12. paragr. 1. 307
 Quænam sit? ibidem.
 Quamdiu durat? } 308 & seq.
 Quantum nunc extenditur ex copula licita?
 Quantum ex illicita?
 Affinitas superveniens matrimonio quid operetur? ibid. paragr. 3. 309
 Affinitatem, quænam copula pariat? ibid. paragr. 4. 310.
 Amentia superveniens, an impediat contractionem matrimonij? lib. 8. Tract. 4. cap. 4. paragr. 1. numero. 11. 408
 Angustia loci. V. Causæ dispensandi.
 Approbatio, quæ requiritur ad absolvendum à peccatis? lib. 5. c. 5. paragr. 1. 71
 Approbatio dicta, an valida, si exorta fuerit ex metu? lib. 5. cap. 4. paragr. 5. 60
 Approbationem, ut quis obtineat debet examinari lib. 5. cap. 5. paragr. 4. 78
 Approbatio debet esse certa. ibidem paragr. quarto à num. 41. 74
 Quid, si illam mihi concessit Episcopus, sed ego eam nesciam? ibid. num. 44.
 Quamdiu durat? ibidem, num. 45.
 Approbationis revocatio, quandonam valida? ibid. num. 47. 84
 Approbatio gratis data, an valeat? ibidem paragr. quinto. 86
 Aqua rosacea, & similes, an sint materia Baptismi? lib. 2. c. 1. paragr. 1. num. 8. 13
 An Missa in panem extrahat illum à materia Eucharistiæ? lib. 4. c. 1. paragr. 1. num. 19. 44
 Arthæ in sponsalib. V. Sponsalibus quid sint.
 Articulus, vel periculum mortis, quando adfit, ad effectum, ut possit quis absolvi à Reservatis? latè lib. 5. Tract. de casibus reserv. cap. 12. paragr. 1. 140 & sequent.

B.

Balsamum, an requiritur in materia Confirmationis? lib. 3. cap. 1. paragr. 1. numero 1. 34

An misceri possit oleo infirmorum? lib. 6. cap. 1. paragr. 1. num. 3. 233
 Baptismi Materia, Formæ, libro secundo cap. primo. & sequentib. 12
 Quæ conjunctio requiratur inter eius materiam, & formam? lib. 1. c. 1. paragr. 1. 1
 Quæ mutatio verborum ipsi obstat? ibidem, numero decimo. 2
 Quo loco conferendus Baptismus? 1
 Qui Minister? } lib. 2. c. 1.
 Cum qua obligatione? } 22. & sequent.
 Quando reiterandus?
 Cum qua solennitate?
 Baptismus datus moribundo Infanti per profectionem in puteum, an validus, vel licitus? ibid. c. 1. paragr. 4. 15
 Baptismus te suscepisse, unde colliges? ibidem paragr. septimo 21
 Baptismi, an sit aptum subiectum Amens, Infans, filij Infidelium? ibid. c. 3. paragr. 12. 35
 Baptismus quasnam cognationes pariat, & quomodo? ibid. c. 4. à paragr. 1. 29. & sequ.
 Vide. V. Patrinus.
 Baptismus. An det Nativitatem pro Ordinibus? lib. 7. c. 7. paragr. 2. n. 15. 265
 Baptizandus, quam dispositionem habere debet? V. Adultus Baptizandus.
 Benedictiones, seu Velationes in matrimonio. lib. 8. Tract. 6. cap. 4. 475
 Quis benedicit? } ibid. 476 & sequent.
 Quis benedicatur?
 Quo tempore?
 Beneficium Ecclesiasticum dat nativitatem pro Ordinibus. lib. 7. cap. 7. paragr. 2. n. 25. 166
 Bimestris, quando concessus conjugibus ad delibendum de Religione? lib. octavo Tract. 5. c. sexto paragr. 3. 439
 Biscoctum, an sit materia Eucharistiæ? lib. 4. cap. 1. paragr. 1. num. 19. 44
 Bona fide matrimonium cum impedimento contractum, an Episcopus dispense? libro octavo Tract. 1. cap. 4. paragr. 326
 Bona matrimonij tria. Bonum Sacramenti? Bonum Proles, Bonum Fidei. lib. 8. Tract. 4. c. 2. §. 1. 409
 Bonorum, sive corporis, sive animæ, sive Fortunarum mutatio; an dissolvat sponsalia? V. Mutatio notabilis.
 Bonorum Ecclesiasticorum invasio est casus reservatus Panormi, lib. 5. Tract. de casib. reserv. cap. 6. paragr. 3. num. 10. 101
 Bullæ Cruciatæ vi, an sit Parochus ab omnibus obligabilis? lib. 6. c. 5. §. 3. n. 7. 78
 Quid

DE SACRAMENTIS.

Quid si amittit Parochiam? ibid. n. 8
 A quo Ordinario debet approbari, qui eligendus
 est vi Bullæ? ibid. §. 4. n. 11
 An sufficiat una unius Episcopi approbatio?
 An quæ cessavit? n. 27
 An limitata? n. 29
 An Religiosi vi Bullæ possint eligi in Confessarios? l. 5. c. 5. §. 4. n. 35
 An eligere? ibid. §. 4. n. 37.
 Bulla Cruciatæ, quam potestatem tribuat Confessoris? l. 5. c. 13. per totum.
 Explicatur prima Clausula. Ex Approbatis Ordinatio. ibid. n. 2
 II. Et iterum cum secunda Bulla, ib.
 III. In mortis articulo, n. 6
 IV. Excepta Hæresi, n. 8
 V. Toties, quoties, &c. n. 12
 VI. Ab omnibus censuris, n. 16
 VII. Satisfacta parte, n. 27
 VIII. In foro interno, n. 35
 Bullæ Cruciatæ Commissarius quid possit? V. Commissarius Bullæ Cruciatæ.

C.

Confirmationis solennes Baptismi, an repetenda in Baptismo conditionato? l. 2. c. 1. §. 8. n. 2
 Quid, quando præcedens Baptismus reperitur nullus? ibid. c. 2. §. 3. n. 6
 Capitulum Sede Vacante, quando dat Dimissorias? l. 7 c. 3. §. 2. n. 3.
 An data durent post Sedem plenam? ibid. §. 3. n. 2.
 Capitulum, an dispenset in impedimentis matrimonii? l. 8. Tr. 2. c. 5. n. 4
 An ejus Vicarius? ibid. c. 12. §. 1. n. 11.
 Cardinales à quo absoluntur à peccatis? l. 5. c. 5. §. 2. num. 11.
 Castitatis Votum quodnam est Matrimonii impedimentum? V. Impedimenta matrimonii.
 Casus reservati, quid sint? lib. 5. Tract. de casibus reservatis, cap. 1
 An ligent ignorantes?
 An pueros?
 An exteros?
 Casus reservare quis possit, & quatenus? ibid. cap. 2.
 Casibus reservatis, quinam subjaceant? ibidem cap. tertio.

An operans ex conscientia erronea? n. 1. ib. 92. & sequ.
 An operans ex metu? n. 2.
 An Moniales? n. 3.
 An Novitij? n. 5.
 Casus reservati an fieri possint peccata venialia, ibidem cap. 4.
 An mortalia alias absoluta? n. 3.
 An dubia? n. 6.
 An interna? n. 13.
 An non completa? n. 16.
 Casuum reservatorum Pontifici, & Episcopis differentia, ibid. cap. 5.
 Casus reservati Pontifici qui? ibid. §. 2.
 Episcopis qui? ib. c. 6.
 Casus, quos reservare sibi potest Episcopus? ibidem §. 2.
 Casus hodie reservati Archiepiscopo Panormitano, & eorum explicatio. §. 3.
 Casus reservati in Societate, eorumque explicatio, cap. 7. §. 3.
 Casus, quos servare sibi possunt Prælati Regulares? ibid. c. 7. §. 2.
 Decretum circa hos Clementis VIII. & ejus explicatio. ib. §. 2.
 Casus reservati, quando possint absolvi à simplici Sacerdote? V. Sacerdos simplex.
 Casus reservatos, an possit quis fateri Superiori, & non reservatos Inferiori, vel contra lib. 5. Tr. de casib. reserv. c. 9 §. 7.
 Casuum reservatorum Absolutio, V. Absolvere à reservatis.
 Causæ dissolventes sponsalia, V. Sponsalia, quæ causæ.
 Causæ dispensandi in impedimentis matrimonii. l. 8. Tr. 2. c. 7.
 Causa falsa, quæ, & quatenus vitiat dispensationem l. 8. Tr. 2. c. 10.
 Causa vera, sed verificata falsis Testibus, quid operetur in dispensatione? ib. c. 12. §. 3. n. 11.
 Certitudo mortis conjugis quæ requiritur ad aliud matrimonium? l. 8. Tr. 1. c. 10.
 Certitudo, quæ Adulteri ad Divortium? l. 8. Tr. 7. cap. 3. §. 5.
 Certitudinis de suscepto Baptismo, quæ signa l. 2. c. 1. §. 7.
 Claustrina, an esse queant sponsalia? l. 8. Tr. 3. cap. 2. §. 4.
 Claustrinum matrimonium, siye Puberum, siye Impuberum, an pariat sponsalia? ibidem num. 3.
 Clausula Rescripti Dispensationum. V. Rescripti Clausulæ.

Aa

Cle-

- Clericam non ferentes Ordinati, an peccent? V. Ordinaui, an peccent.
- Clerici furtiva promotio est casus reservatus Panormi lib. 5. Tr. de casibus reservatis cap. 6. §. 3. numero 46 106
- Cognatio, impedimentum matrimonii, V. Impedimenta matrimonii.
- Cognatio naturalis, V. Gradus consanguinitatis.
- Cognatio superveniens matrimonio quid operetur? l. 8. Tr. 1. c. 5. §. 2. n. 6 297
- Cognatio spiritualis ex Baptismo, V. Baptismus quas & V. Patrinus.
- Cohabitatio conjugum, V. Obligationes conjugum.
- Commissarius Bullæ Cruciatæ, in quibus impedimentis matrimonii potest dispensare? l. 8. Tr. 2. c. 5. à n. 6 331
- An possit talis suam hanc potestatem delegare? ibid. n. 8. ibid.
- An delegari ab ipso subdelegare possint? ibidem num. 9.
- An ad hanc dispensationem requiratur eleemosyna, ib. n. 15 333
- Communio candi præceptum, V. Eucharistiæ fumentæ præceptum.
- Communicare jejune, an sit fortis præceptum, quam communicare in Paschate, V. ib.
- Concessio absolvendi largene an strictè interpretanda? lib. 5. Tr. de casibus reservatis, cap. 9. §. 1. numero 12 126
- Concilii Tridentini dispositiones variaz. Quoad Patrinus in Bapt. l. 2. c. 4 §. 1 29. & seq.
- Quoad Confirmationem suscipiendam ab Ordinario l. 3. c. 2. §. 2 37
- Quoad Patrinum in eadem Confirmatione. ibidem cap. 4 40
- Quoad Jurisdictionem necessariam ad absolvendum à peccatis, l. 5. c. 4 §. 1 56 & seq.
- Quoad Approbationem, ibid. c. 5. 71 & seq.
- Quoad potestatem Episcopi ad absolvendum, & dispensandum occulta, l. 5. Tr. de casibus reservatis c. 6. §. 1 99
- Et late ibid. cap. 10 122. & seq.
- Quoad ætatem Ordinandorum, lib. 7. cap. 6. §. 2. 257.
- Quoad titulum eorundem. ibid. §. 3. 258
- Quoad Ordinandum suum familiarem, ibid. cap. 7 §. 2. n. 3. 264
- Quoad Dimissorias, ib. c. 8. 268 & seq.
- Quoad examen Ordinandorum, ibid. c. 9. 270 & sequent.
- Quoad Interstitia, ib. c. 11. 273. & seq.
- Quoad Pœnas male ordinati, ib. c. 12 276
- Quoad Impedimentum matrimonii ob publicam honestatem, l. 8. Tr. 1. c. 11. 304
- Quoad Impedimentum Affinitatis, l. c. 12. 307
- Quoad impedimenta solum impedientia, ibidem cap. 16. 320
- Quoad præsentiam Parochi l. 8. Tract. 6. cap. 2 §. 1. & 2. 447. 442
- Quoad matrimonia præsumpta, ibidem §. 2. numero 4. 442
- Quoad Deauatiationes præmittendas matrimonio, ibid. c. 3. 472
- Quoad Benedictiones, seu Velationes ibid. cap. 4. 475.
- Quoad Translationem Sponsæ in domum Sponsi ibid. §. 5. 477
- Conditiones tres requisitæ, ut quis urgente necessitate absolvatur, l. 5. c. 12. §. 4. 148
- Promissio de comparendo. ibid. 10.
- Standi mandatis Ecclesiæ, Satisfactio, n. 9. 149
- Conditiones requisitæ in sponsalibus, lib. 8. Tract. 3. cap. 2. 375
- Conditiones in matrimonio appositæ quid operentur? l. 8. Tr. 4. c. 5. 410
- Præsens, vel præterita, §. 2. 411
- Futura necessaria, §. 3. 411
- Futura contingens, §. 4. 412
- Futura impossibilis physice, §. 5. 415
- Impossibilis putata possibilis, §. 5. n. 11. 416
- Valde difficilis, ibid. Turpis, ibid.
- Quæ inest contractui matrimonii, §. 7. 418
- Quæ sit contraria eidem, §. 8. 418
- Positiva, vel negativa, §. 9. 419
- Conditione adveniente, an iterum renovandus consensus in matrimonio? lib. 8. Tract. 4. cap. 5. §. 4. 412.
- Conditio, quæ personæ est impedimentum matrimonii, V. Impedimenta matrimonii.
- Conditio, si Papa dispensaverit, an firmet sponsalia? l. 8. Tr. 3. c. 5. §. 5. n. 25. 394
- Confessio Sacramentalis an possit fieri per Scripturam? l. 5. c. 2. parag. 1. 55
- Confessarii Approbatio, V. Approbatio, & V. Jurisdicatio.
- Quæ scientia debet pollere? lib. 5. cap. 6. parag. 1. 87.
- Quæ probitate? l. 1. c. 2. parag. 2. 6
- Confessarius pro aperiendis litteris pœnitentiæ qualis? l. 8. Tr. 2. c. 13. parag. 1. 108
- Confirmationis Sacramenti Materia, Forma, l. 3. c. 1. parag. 1. 2. & 3. 34. & seq. Quo

Qua Episcopi manu est expedienda, Sacra Confirmationis Unctio?	ibid. cap. 2
Qui Episcopus	& 3.
An possit Sacerdos simplex Sub quibus obligationibus	
Circa quos, Infantes, Amentes? &c.	
Confirmationem non suscipientes an peccant? ibid.	
cap. 3. par. 3.	39
Confirmationis Patrinus, V. Patrinus in Confirma- tione.	
Confirmationem iterantis poenae, l. 3. c. 5.	41
Conjugum cohabitatio, V. obligationes conjugum.	
Conjuges an mutare statum possint? V. Mutatio sta- tus.	
Conjugum obligationes, V. Obligationes conjugum	
Conspiratio occisionis, quæ est imped. matrimonii, V. Impedimenta matrimonii.	
Consensus novus an requiratur post dispensationem ad sponsalia, inita ante dispensationem? lib. 8.	
Tr. 3. c. 3. par. 2. mo.	384
Consensus mutuus dissolvit sponsalia l. 8. Tr. 3. c. 5. par. 1.	385
Consensus matrimonii qualis? l. 8. Tr. 4. c. 2.	401
Consensus, non cognito impedimento, an sufficiat? ibidem par. 2.	402
Circa quod versari debet? ibid. par. 3.	403
Externus, ibid. c. 3.	404
Consensus conditionatus in matrimonio quid ope- retur? V. Conditiones in Matrimonio.	
Consensus ex dolo, metu, errore, quando invalidat matrimonium? l. 8. Tr. 4. c. 6	420 & seq.
Consensus, quando est renovandus à conjugibus? l. b. c. 7. par. 1. & 2.	423. & seq.
Conspiratio occisionis, quando non est impedimen- tum matrimonii? V. Impedimenta matrimo- nii.	
Correctio mutua conjugum. V. Obligationes con- jugum.	
Conversorum matrimonium. V. Infidelium matr.	
Crimen, impedimentum matrimo. V. Impedimenta matrimonii.	
D.	
Decretum Clement. VIII. de casibus reservatis, Regul. libro quinto, Tractatu de casib. reserv.	
c. 7. par. 2	109
Decretum 8 Congregationis de impedimento spon- salium l. 8. Tr. 1. c. 11. par. 2. n. 7.	306
Delegatio Jurisdictionis absolvendi à quo emanat? l. 5. c. 4. par. 5.	60
Quamdiu durat? ibid. par. 10.	68

Delegatio concessa per Bullam Cruc. circa Absolu- tionem V. Bulla Cruc.	
Concessa Episcopis pro casibus reserv. V. Episco- pus absolvere.	
Concessa Regular. V. Religiosi quo privilegio.	
Concessa aliquando simplici Sacerdoti. V. sacer- dos simplex.	
Concessa Religiosis Soc. V. Soc. Jesu Religiosi.	
Delegatus Principis ad Universitatem caularum, quomodo possit subdelegare? l. 8. Tr. 2. c. 7. pa- rag. 1. à n. 14.	332
Denuntiationes præmittendæ in matrimonio, lib. 8.	
Tr. 6. c. 3.	471
Quis in ipsis dispensat? ib. par. 1. n. 5.	472
Ob quas causas? ib. n. 6.	ibid.
Earum praxis. par. 2.	473
A quo Parocho. ibid. n. 2.	ib.
Detractio famæ est casus reservatus in Soc. l. 5. Tr. de casibus reserv. c. 7. §. 3. n. 21.	117
Vide etiam num. 59.	121
Diaconatus quid sit, ejus Materia, Forma? Officium l. 7. c. 4. par. 1. & 2.	252
Quam obligationem subit recitandi Nocturnum, & celebrandi Missas, quando promovetur ad Sacerdotium, ib. c. 3. par. 4.	ibid.
Diacono an liceat deferre Pixidem, in qua sunt sacræ formulae? ibid. c. 4. par. 1. n. 5.	253
An sit ejus munus prædicare? ib. n. 6.	ibid.
Dies termini, quando non computatur in termi- num. lib. 5. Tract. de casibus reservatis, cap. 9. par. 1. n. 3.	124
Dilatio quæ irritat sponsalia? l. 8. Tr. 3. c. 5. par. 1. n. 4 & seq.	385
Dimissionis litteras, & Commendatitias quis conce- dere potest? lib. 7. c. par. 2.	268
An Capitulum Sede Vac.?	ibid.
An Vicarius?	& 268.
An Prælati Regulares? ibid.	269
Quamdiu durant? ibid. par. 3.	270
An data Sede Vac. durent Sede plena?	ibid.
Dimissionis an indigeat qui ordinatur ex Brevis Pon- tificio? lib. 7. c. 8. §. 2. n. 10.	264
Vide etiam c. 12. §. 2. n. 19.	277
Dispensandi Potestas delegata, quando expirat? lib. 8.	
Tr. 2. c. 14. Par. 4.	365
An acquiratur sine accept? ib. par. 1.	363
Dispensare impedimenta matr. quænam Pontifex potest? l. 8. Tr. 1. c. 3.	325
Quæ Episcopus? c. 4.	326
An impedientia, & Dirimentia? par. 1.	ib.
An quando bona fide contractum fuit matrimo- nium? §. 3.	327

- An in necessitate? parag. 4. ibid.
 An in occulto, Publico dubio, siue post contra-
 ctum, siue ante contractum matrimonium? ibi-
 dem, n. 2. ibid.
 Dispensare hæc impedimenta an possint alii à Sum-
 mo Pontifice, vel Episcopo? ibidem capit. quin-
 to. 331
 An Vicarius Episcopi? num. 2. ibid.
 An Capitulum Sede Vac. n. 4. ibid.
 An Regularis? num. 5. ibid.
 An Commiss. Bullæ Cruc. n. 6. ibid.
 Dispensare quis possit ad petendum debitum ei, qui
 vovit Castitatem, vel contraxit Affinitatem
 cum sua conjugē ex copula fornicaria, libro 8.
 Tr. 2. c. 6. 335
 Dispensare quis possit ad Ordines in extra tempora,
 & interstitiis? libro 7. capite decimo, & 11.
 271. & 273.
 Dispensatio quid sit, & quatenus, &c. lib. 8. Tract. 2.
 cap. 1. 324
 Ipsa strictè, potestas ipsius largè est interpretanda.
 ibid. n. 2. 324. & 325
 Dispensatio, quando est subreptitia? lib. 8. Tract. 2.
 cap. 8. 340
 Repulsa alias data? c. 9. parag. 1. 341
 Dispensatio alias concessa? parag. 2. 342
 Plura subesse Impedimenta? §. 3. 343
 Aliquando Matrim. fuisse contractum cum Impe-
 ditamento? parag. 4. 345
 Qualitates extrinsecæ? lib. 9. §. 5. 346
 Individuales gradus? parag. 6. ib.
 Gradus proximior? parag. 7. 347
 Copula incestuosa? parag. 8. 348
 Quando ob expressionem falsi? b. c. 10. 349
 Unum impedimentum pro alio? §. 1. ib. 350
 Unus gradus conjunctionis pro alio?
 parag. 1. 350
 Quando Unica causa falsa? parag. 3. ib.
 exponitur Inter plures causas aliqua falsa. parag. 4.
 351.
 Una causa falsa pro una dispensatione,
 altera vera pro dispensatione alia?
 parag. 5. 351
 Dispensationem an vitiet Error, siue in nomine sup-
 plicantium, siue in nomine Diocesis? ibid. pa-
 rag. 6. & 7. 352
 Dispensatio dubia quid operatur? l. 8. Tr. 2. c. 11. 353
 Dispensationem magnis expensis procurare, quan-
 donam quis debet? l. 8. Tr. 3. c. 5. parag. 7. n. 7. 356
 Discordiarum seminatio est casus reserv. in Soc. li-
 bro quinto, Tr. de casibus reserv. capite 7. pa-
 rag. 3. num. 21. 117
 Vide etiam num. 28.
 Dispensationes Conc. Trident. V. Conc. Trident.
 Dispensationem quam debet habere Minister Sa-
 cramentorum? V. Minister Sacramen-
 torum.
 Dissensus perveniens ad Pubertatem, quomodo
 sponsalia ante inita dissolvat? libro octavo,
 Tractatu tertio, capite quinto, paragrapho 1.
 num. 11. & seq. 386
 Distractus voluntarie in administratione Sacramen-
 torum. V. Voluntaria distractio.
 Divisio à capite est casus reservatus in Soc. l. 5. Tr. de
 casibus reserv. c. 7. parag. 3. n. 20. 117
 Divortium quid sit, & quotuplex? l. 8. Tract. 7. cap. 3.
 490. & seq.
 Cause, Hæresis, Sollicitatio ad peccandum, Savi-
 tia. ibid. parag. 7. 496. & seq.
 Divortii ex adulterio effectus tres, ib. par. 8. 498
 Ex hæresi, ibid. parag. 9. 501
 Ex sollicitatione vel sævitia, parag. 10. ibid.
 Domicilium, quod quis habere debet ut possit ordi-
 nari ab Episc. l. 7. c. 7. parag. 2. n. 6. 264
 Quid, ut absolvat à peccatis? V. Jurisdic-
 tio absolvens.
 Donationes liberales inter conjuges an validæ? l. 1.
 Tract. 7. cap. 2. 481
 Quid per sponsaliam largitatem? Vide Largitas
 sponsalitia.
 Dos, an restitenda, facto Divortio? l. 8. Tr. 7. c. 3. pa-
 rag. 8. n. 14. 300
 Dubia dispensatio. V. Dispensatio dubia.
 Dubium Impedimentum matrim. an Episcopus dis-
 penset? l. 8. Tr. 2. c. 4. parag. 4. n. 25. 350
 Duratio Dispensationis, vel Potestatis dispensandi.
 l. 8. Tr. 2. c. 14. 353
 An cesset sine acceptance? ib. par. 1. ibid. par. 5.
 An ex renuntiatione? 2. & 3. 363
 An ex non usu? & 364. &
 An ex revocatione? sequenti.

E.

Ecclesiasticorum bonorum invasio est casus reserv.
 Panormi, libro 5. Tractatus de casibus reserv. c. 6.
 parag. 3. n. 50. 107
 Effectus Divortii. V. Divortii.
 Episcopatus, an sit Ordo diversus à Sacerdot. l. 7. c. 1.
 parag. 1. num. 4. 247
 Episcopus, ut absolvat à peccatis, an indigeat Con-
 fessore approbato à Confessarij Ordinatione?
 c. 5. parag. 2. n. 7. 71
 Episcopus quoad concedendam Jurisdictionem ad ab-

solvendum, vel Approb. V. Jurisd. & Approb.	Eucharistiæ sumendæ præceptum. lib. 4. c. 5.	49
Episcopus, quos casus sibi reservare potest? lib. 5.	An sub speciebus SS. Sanguinis? ibid. parag. 1.	
Tract. de casibus reserv. c. 6. §. 2.	An possit concedi dispensatio non communicandi	
Quosnam hodie sibi reservat Archiep. Panorm.	in Paschate? ibid. parag. 2.	50
ibidem parag. 3.	Quod præceptum fortius, communicare Jejune,	
Episcopus suas oves absolvit ab oculis. lib. 5. Tract.	an communicare in Paschate? ibidem à num.	
de casibus reserv. cap. 10.	quarto,	51
Quis, à quibus oculis, quos, ubi, pro quo foro,	Eunuchus an matrimonium inire queat? lib. octavo.	
an semper per se? ibid. & sequ. ib. & sequ.	Tr. 1. c. 13. parag. 2. n. 6.	313
Episcopus, an & quatenus dispense in Intersticijs? V.	Examen Ordinandorum. lib. 7. c. 9.	270
Intersticia.	Excommunicationes reservatæ, quandonam possunt	
Episcopus quoad Ordines conferendos V. Ordinis	absolvi à simplici Sacerdote? V. Sacerdos sim-	
Minister.	plex.	
Episcopus quid potest in lege superioris? lib. octavo	Excommunicato conjugi an alter communicare	
Tract. secundo, cap. quarto parag. 2.	possit? lib. 8. Tr. 7. c. 1. parag. 1. n. 14.	479
An possit revalidare Dispensationem subrepti-	Excommunicatio non debet ferri ob rem levem. lib.	
tiæ datam à Pontifice? ibid. parag. 4. nu. 25.	lib. 5. Tract. de Casib. refer. cap. 6. parag. 3. nu.	
330	40.	105
An quid possit in Impedimen. matrimonij? ibid.	Excommunicatus an possit ordinari? lib. 7. c. 6. para-	
cap. quinto.	grapho 1. nu. 13.	257
Quando potest expedire Dispensa. à Summo Pon-	Exoristatus Materia, Forma, Mûnera, lib. septimo	
tifice commissas? ibid. c. 12. parag. 1. n. 2.	cap. 2. parag. 4.	244
Per Epistolam potest contrahi matrimonium. lib. 8.	Excusationes ministrantis Sacramenta in mortali.	
Tract. quarto c. 4. parag. 2.	lib. 1. c. 3. parag. 2. à nu. 10.	11
Error, Impedimentum matrimonij. V. Impedimen-	Expensas magnas an quis aliquando obligetur face-	
ta matrimonij.	re, ob impetrandam Dispensationem? lib. 8. Tr.	
Error quid operetur in sponsalibus? libro octavo	3. c. 5. parag. 7. à nu. 7.	396
Tract. 3. cap. secundo.	Externus consensus in matrimonij contractione. V.	
Error qui obstat valori Sacramentorum? libro 1. cap.	Consensus qui externus.	
1. parag. secundo, num. 3.	Extra tempora. V. Ordines quo tempore.	
Error communis confert Jurisdictionem. libro 5.	Extrema Unctio quid sit? lib. 6.	231
cap. quarto parag. 7.	Materia, Forma, cap. 1.	233
Error in nomine, vel in Diocesi, quando vitiat Dis-	Propter quas inter has,	
pensationem. V. Dispensationem an vitiet.	Solemnitas,	
Error qui committens Executor in dispensando, quid	Ordo Unctionum,	
faciet? lib. 8. Tr. 2. c. 12. parag. 1.	Subiectum,	cap. 2. 236 & sequ.
Eucharistiæ Materia, & Forma. lib. 4. c. 1.	An reiterari possit? parag. 6.	139
Sanctissimi Corporis materia, parag. 1.	Quo tempore ministratur? cap. 4.	241
Certo apta, n. 1. ibid.	Minister quis? cap. 3. parag. 1.	246
Certo inepta, n. 8.	Sub qua obligatione? parag. 2.	ibid.
Dubia, num. 13.	Adjutor Ministrantis quis? parag. 4.	241
SS. Sanguis materia, parag. 2.		
Certo apta, ib. d. num. 1.		
Certo inepta, num. 6.		
Dubia, num. 9.		
Eucharistiæ forma, lib. 4. c.		
Debet esse supra materiam præsentem, n. 5.		
Determinatam, n. 10.		
Bene prolata.		
Quam dispositionem requirit in suscipiente il-		
lam? ibidem cap. quarto.		
An majorem gratiam conferat plures formulas		
suscipienti? ibid.		

F.

Falsificatio litterarum, ac Sigilli Archiepiscopalis
Curie est casus ref. Pan. lib. 5. Tract. de Cas. ref.
c. 6. parag. 3. n. 35. & 36. 105
Falsificatio sigilli Officialium est Cas. ref. in Soc. ib. c.
7. parag. 3. n. 64. 121
Falsum Testimonium est casus ref. in Soc. ibid. n. 13. 166
Falsitas causæ quando irritat Dispensationem V.
Causa falsa.

A a 3

Fœmi.

INDEX RERUM.

Foemina an ordinari queat, li. 7. c. 6. §. 1. n. 2. 256
 Fetus dies quinam est pro initiandis ? li. 7. c. 10. n. 271
 Ficta promissio quid operetur in sponsalibus ? lib. 8. Tract. 3. c. 1. §. 4. 373
 Filius Principis quis, est, ut liceat ipsi conferre Baptismum in Oratorio privato, lib. 2. cap. 2. §. 3. num. 7. 25
 Finis qualis est intendendus in contractione matrimonij ? lib. 8. Tract. 4. c. 2. §. 3. n. 5. 403
 In Foro dumtaxat interno data Absolutio, quantum prodest ? lib. 5. de cas. refer. c. 13. §. 4. à numero 35. 156
 Fornicatio utriusque, vel alterius Sponsi, an irritent sponsalia ? lib. 8. Tr. 3. c. 5. §. 6. 394
 Furtiva promotio Clerici ad Ordines est casus refer. Pan. lib. 5. Tract. de casibus refer. cap. 6. §. 6. num. 46. 106

G

Gradus cognationum qui ? lib. octavo Tr. 1. c. 5. §. 1. num. 10. 293
 In linea recta ? ibid. 293
 In Transversali æquali ? ibid. 293
 In Transversali inæquali ? ibid. 296
 Quinam irritant matr. nu. 18. 297
 Gradus non numerantur in cognatione spiritali. ibidem §. 2. nu. 5. 297
 Gradum unum cognationis, si Delegatus dispensare potest, non potest, si sit ex duplici stipite, lib. 8. Tr. 2. c. 2. nu. 2. 325
 Gradus individuales Consanguinitatis, vel Affinitatis explicandi in petitione Dispensationis. lib. 8. Tr. 2. c. 9. §. 6. 346
 Gradus proximior, quando, & quatenus explicari debet ? ibidem §. 7. 347
 Gradus unus, si pro alio exponatur ? an reddatur Dispensatio supreptitia ? ibid. c. 10. §. 2. 350
 Gratia quandonam expirat amotione ab officio, vel morte concedentis ? lib. 8. Tr. 2. c. 14. §. 5. 367
 Gratia, ut si, valida, an requirat Scripturam ? V. Litteræ concessionis gratiæ.

G.

Hæresis à quonam absolvitur ? lib. 5. de cas. refer. c. 11. §. 1. à n. 12. 136
 Quando est occulta, qua ratione ab Episcopo ? ibid. c. 10. §. 1. nu. 10. 134
 An per Bullam Cruc. ? ibid. c. 13. n. 8. 133
 Hæresis superveniens sponsalibus, an illa solvat ? lib. 8. Tr. 3. c. 5. §. 7. 395

An det causam Divortij. lib. 8. Tract. 7. cap. 3. par. 7. 496
 Quid de Hæretico emendato ? ibid. n. 6. 497
 Effectus Divortij ex Hæresi. ibid. §. 9. 498
 Hermaphroditus. an ordinari queat ? lib. 7. c. 6. par. 1. n. 3. 256
 An matrimonio conjungi ? lib. 8. Tract. 1. c. 13. §. 2. num. 25. 315

I.

Ignorans casum esse reservatum, an illum incurrat ? lib. 5. Tract. de casibus reserv. cap. 1. num. secundo. 90
 Ignorans sibi datam esse licentiam absolvendi à reserv. an validè absolvat ? ibidem. cap. 9. par. 4. à nu. 18. 126
 Ignorantia quid operetur in sponsalibus ? lib. 8. Tr. 3. c. 2. §. 1. 379
 Ignorantia qualitates, postea cognitæ, an irritent sponsalia ? ibid. c. 5. §. 9. 398
 Ignorantia in contractione matrim. V. Error. 1
 Illustris familiæ conservatio. V. Causæ dispensand. 1
 Impedimenta matrimonium Dirimentia. lib. 8. Tr. 1. cap. 1. 253
 Error. ibidem c. 2. 284
 Conditio. cap. 3. 288
 Votum solemne Castitatis. c. 4. 335
 Cognatio. cap. 5. 336
 Naturalis. §. 1. 336
 Spiritualis. §. 2. 336
 Legalis. §. 3. 337
 Crimen. cap. 6. 338
 Conspiratio cum occisione. §. 1. 338
 Adulterium cum occisione sine conspiratione. par. 2. 339
 Adulterium cum promissione matrim. paragraph. Tertio. 340
 Adulterium cum matrimonio attentato paragraph. 340
 pho. 4. 341
 Cultus disparitas cap. 7. 342
 Vis cap. 8. 342
 Ordo Sacer. cap. 9. 343
 Ligamen cap. 10. 344
 Publica honestas. cap. 11. 347
 Affinitas. cap. 12. 347
 Impotentia cap. 13. 347
 Quid si hæc superveniat matr. ? ibid. §. 5. 348
 Raptus. cap. 14. 348
 Absentia Parochi, & Testium c. 15. 348
 Impedimenta matrimonij solum impediuntia. c. 16. 348

Sacramentum tempus. nu. 2.		tate. lib. 5. Tract. de casibus reserv. c. 7. parag.	
Vetustum nu. 3.	ibid. & seq.	4. num. 17.	116
Sponsalia num. 6.		Vide etiam ibidem à num. 30.	118
Votum. nu. 8.		Et ibidem à num. 32.	121
Impedimenta matrimonij quis dispensat? V. Dispensat.		Inquisitio veritatis faciendaa ab Excutore Dispensationis. V. Veritatem inquirere.	
Impedimenta matrimonij, an irritent sponsalia? lib.		Intentio Ministri Sacramentorum. V. Minister Sacramentorum. lib. 4. c. 3.	48
8. Tract. 3. c. 3. parag. 2.	383	Irregularitas, an dispensari queat per Bullam Cruciatæ? lib. 5. Tract. de casibus reserv. cap. 13. n. 21.	145
Impedimentum excludens à Soc. tacuisse, est casus reserv. cap. 7. parag. 3. num. 23.	217	In interruptio verborum quæ invalidat Sacramentum? lib. 1. c. 1. parag. 1. n. 10.	2
Impedimentum superveniens, an dissolvat sponsalia lib. 8. Tract. 3. c. 5. parag. 7.	395	Interstitia quid sint? lib. 7. c. 11. parag. 1.	273
Impeditus contrahere matr. an si metu cogatur, contrahat validè, vel licitè? lib. octavo Tract. 1. cap. 17. parag. 2.	322	Eorundem dispensatio à quo? ibid. parag. 2.	274
Quid de putante se esse impeditum, cum non sit? parag. 3.	324	Irregularitatem an incurrat baptizans infirmum, unde is moriatur? lib. secundo cap. 1. parag. 4. à num. 7.	16
Impeditus si contrahat, quam poenam incurrit? ibid. parag. quarto.	ibid.	Iter agentes Religiosi à quo absolvuntur? lib. 5. c. 5. parag. secundo nu. 16.	73
Imperator à quo absolvitur? lib. 5. c. 5. parag. 2.	73	Vide etiam libro eodem Tr. de casibus reserv. c. 1. parag. 1. à nu. 25.	138
Impolitio manus, an sit de forma Sacerdotij? V. Sacerdotium.		Iter agentes Religiosi, si sint Confessarii an possint alios absolvere sine nova Approbatione. lib. 5. c. 5. parag. sexto nu. 2.	87
Impotentia. Impedim. matr. V. Impedim. matr.		Judex qua ratione se geret, si dubia sit Potentia conjugum? lib. 8. Tr. 1. c. 23. parag. 4.	317
Impubes an matrim. contrahere queat? lib. 8. Tr. 1. cap. 13. parag. 2. nu. 16.	314	Quando conjuges consentiunt n. 4.	ibid.
An sponsalia? ibid. nu. 24.	315	Quando dissentiant n. 9.	318
Impuberum matrimonium clandest. quid? lib. 8. Tr. 3. c. 2. parag. 4.	380 381	Jurisdic. o. ad absolvendum à peccatis quænam? lib. 5. c. 4. parag. 1.	56
Incestus cum conjuganda, an explicandus in petitione Dispensat? lib. 8. Tract. 2. c. 9. parag. 4.	345	Quis illam debeat?	50
Incestus, an sit ex se impedimentum? lib. 8. Tract. 1. cap. 10.	320	Quis illam altari concedat?	ibid. & seq.
Indissolubilitas matrimonij Infidelium. lib. octavo Tract. 5. cap. 5.	431	Circa quos exerceri potest?	ibid. & seq.
Fidelium ratum. cap. 6.	435	An circa advenas, & Peregrinos, &c.	ibid. & seq.
Fidelium consummatum. cap. 7.	440	Jurisdic. o. collata per metum, vel fraudem an valeat? lib. 5. c. 4. parag. 5. n. 2. & 4.	60
Infamiz periculum. V. Causæ dispensandi		An acquiritur ex ratihabitatione? parag. 6.	61
Infancem Turcarum captum à Christianis, an liceat ad suos remittere? lib. 2. c. 5. parag. 2. n. 16.	27	An ex errore communi, & titulo colorato? §. 7.	63
Infantes Infidelium, vel Hæreticorum, quando baptizandi? lib. 2. c. 3. parag. 2.	26	An ex opinione probabili? parag. 8.	66
Infidelium matrimonium, an sit Sacramentum? lib. 8. Tract. 5. c. 4.	431	An ex subdelegatione? parag. nono.	67
An dissolubile, & quando? ibidem c. 5.	ibid.	Jurisdictionem à quo debent habere Religiosi, ut absolvant? lib. 5. c. 5. parag. 2. à n. 26.	64
Infidelium matrim. an subjaceat Impedim. lib. 8. Tr. 1. c. 7.	302		
Infirmus, quando extreme ungendus? V. Extremæ Unctionis subjectum.			
Ingravatate, verbum Seculum, an sufficiat in forma Baptismi? lib. 2. c. 1. parag. 5. nu. 52.	20		
Inobediencia expressa est casus reservatus in Societate. lib. 5. Tract. de casibus reserv. c. 7. parag. 4. num. 17.			

I.

Larga eleemosyna. V. Causæ dispensandi.
Largitas sponsalium quid sit? lib. octavo Tract. 1. parag. 3. nu. 6.
 Quatenus valida. lib. 8. Tr. 7. c. secundo parag. secundo.
 Quando est pura. | ibid.
 Quando non pura. | ibid.

Lapsus

Lapsus carnis voluntarius est casus res. in Societ. lib.
5. Tr. de cas. res. c. 7. par. 3. nu. 13. 116

Laus P. Francisci Scorsii, lib. 2. cap. 1. par. 5. num.
53. 20

Laus P. Petri Musticæ, lib. 7. c. 12. par. n. n. 1. 279

Et libro octavo Tract. 1. c. 11. par. 2. n. 7. 305

Lectoratus quid sit? Forma, Materia, Munera, lib.
cap. 2. par. 3. 243

Legalis cognatio V. Impedimenta Matrim.

Legata non denuntiantes. V. Notarij

Legem Superioris, an possit dispensare aliquando
Inferior? lib. 8. Tr. 2. c. 4. par. 2. 326

Licentiam excipiendi Confessiones Sæcularium
quis Episc. concedit Religiosis? lib. 5. c. 5. pa-
rag. secundo num. 35. 76

Licentia data, an expiret morte concedentis. l. 8. Tr.
2. c. par. 4. nu. 9. & 21. 366 & 367

Licentia præsumpta à quibus signis colligitur? lib. 5.
c. 4. par. 6. à n. 11. 63

Legamen Impedim. Matr. V. Impedim. Matrim.

Litium sedatio. V. Cause dispensandi,

Litteræ concessione gratiæ, an sint necessariæ ad
valorem, & usum eius? libro octavo Tract. 2.
cap. 14. par. 5, 367. & seq.

M

MAncipium an peccet, si matrimonium contra-
bat, repugnante Domino? lib. 8. Tr. 1. c. 3.
par. 1. nu. 7. 289

Matrimonij Imped. V. Imped. matr.

Matrimonium Ratum parit impedim. publicæ hone-
statis, lib. 8. Tr. 1. c. 11. par. 3. 306

Matrimonij Institutio, Forma, Materia, Minister, lib.
8. Tract. 5. c. 1. & 2. 429 430 & seq.

Matrimonium an iniri possit solum ad mutuam So-
cietatem? lib. 8. Tr. 1. c. 13. par. 2. n. 9. 318

An cum alio contractum solvat sponsalia? lib. 8.
Tr. 3. c. 5. par. 5. 390

Matrimonij nomine quid propriè venit? lib. 8. Tr. 4.
c. 1. par. 1. 400

Matrimonij ratificatio. V. Ratificatio matrim.

Indissolubilitas. V. Indissolubilitas matr.

Matrimonium Infid. V. Infidelium matr.

Eunuchi. V. Eunuchus

Matrimonium an consummetur per copulam ante-
cedentem illud? lib. 8. Tr. 5. c. 6. par. 3. n. 8. 439

Matrimonia præsumpta ablata à Trad. lib. 8. Tr. 6. c.
2. par. 2. nu. 4. 442

Medicorum præceptum circa Confessionem ægro-
tantium. lib. 5. c. 2. par. 2. 55

Metum incutiens ad sponsalia, ad quid obligatur?
l. 8. Tr. 3. c. 2. §. 2. n. 8. 377

Metu extorta copula, an ratificet matrim. lib. 8. Tr.
4. c. 7. par. 4. 376

Metus an invalidet matr. lib. 8. Tr. 1. c. 17. par. 1. 322

Vide etiam Tr. 4. c. 6. par. 2. 410

An invalidet sponsalia? libro octavo Tract. 3. cap.
secundo par. 2. 396

An peccet qui sic contrahit? libro octavo Tr. 1. c.
17. par. secundo n. 4. 331

Metus dolosus, an invalidet matrimonium? Vel pro-
fessionem Religiosam? libro octavo Tract. 4.
c. 6. par. secundo n. 13. 431

Milites Ordinum Militarum à quo absolvi à pec-
catis possunt? lib. 3. c. 5. par. 2. n. 20. 74

Minister in Societate, an possit absolvere à reserva-
tis? libro quinto Tract. de casibus reserv. c. 3.
par. 1. n. 5. 121

Eidem dicere Nolo parere, est casus reserv. in
Societ. ibid. c. 7. par. 3. à n. 53. 111

Minister Sacramentorum, quam intentionem, quam-
que probitatem habere debet? lib. 1. c. 2. 5

Minister Bap. Confirmationis, & ceterorum Sacra-
mentorum. Vide in suis proprijs vocibus.

Missio litterarum peccaminosa sine licentia est casus
reservatus in Societate. libro 5. Tract. de cas. res.
c. 7. par. 3. n. 24. & 29. 117 & 118

Moniales à quo absolvuntur? lib. 5. c. 5. par. secun-
do n. 18. 77

Quid à reservatis? lib. 5. Tract. de cas. res. cap. 3. à
num. 3. 92

Monialibus turpiter colloqui est casus reservatus
Pan, libro 5. Tract. de casibus res. cap. sexto pa-
ragr. 3. num. 21. 101

Quid de accessu ad easdem? ibidem à num. vige-
simo secundo. 101

Monitio ad Paucos, ne recipiant consensum ad ma-
trimonium sub conditione, lib. octa Tr. 4. cap.
5. par. 10. 419

Mortalia peccata alias absoluta non reservantur, lib.
quinto Tract. de casibus reservatis cap. no-
ro. 3. 94

Nec dubia. num. sexto. 101

Nec merè interna, nu. 13. 101

Morte delegantis, an cesset dispensandi potestas
data Delegato? lib. 8. Tr. 2. c. 14. par. 4. 361

Mulier pariens cum vitæ, vel prolis periculo, matrimo-
nium contrahet, &c. lib. 7. Tract. 1. c. 13.
par. secundo num. 11. 318

Mustacea, an Euchar. mat.? lib. 4. c. 1. §. 2. n. 16. 44

Mutatio notabilis, an solvat sponsalia? lib. octavo
Tract. 3. cap. 5. par. octavo. 397

Mutationem status suscipere, an valeant conjugul.
lib. octavo Tract. 7. cap. 4. 408

An Professionem Religiosam? §. 1. 502
 An Ordines Sacros? §. 2. 504
 An Votum simplicis Castitatis? ibid. §. 3. 506
 Mutatio verborum quæ obstat Sacramentorum
 Confectioni? lib. 1. cap. 1. par. 2. 3
 Munera Sacerdotis, Diaconi, cæterorumque Mini-
 strorum. Vide in proprijs vocibus.

N.

Necessitas, quæ dat potestatem Episc. dispensan-
 di in Impedim. matrim. lib. 8. Tract. 2. c. 4.
 par. 4. & seq. 327. & seq.
 Quæ dat potestatem Commiss. Cruc. ad dispen-
 sandum? ibid. c. 5. n. 22. 334
 Quæ dat potestatem simplici Sacerd. ad absol-
 vendum? lib. 5. Tr. de casib. reserv. c. 12. & 14. O. &
 seq.
 Notarij legata non denuntiantes incidunt in cas. ref.
 Pan. lib. 5. Tract. de cas. ref. c. 6. par. 3. num. 42.
 106.
 Novitatus ingressus, an irritet sponsalia? lib. octavo
 Tract. 3. cap. 5. par. 2. 387
 An solvat Matr. ratum? lib. 8. Tr. 5. c. 6. par. 2. nu.
 2. 436
 Novitij à quo absolui possunt. lib. 5. c. 5. par. 2. nu.
 12. 73
 Quid à reservatis in Relig.? ib. de cas. ref. c. 3. nu. 5.
 93.
 Quid à reservatis Papæ? lib. c. 11. par. 1. n. 3. 435
 Nuptias quis benedicit? V. Benedictiones quæ.

O.

Obligaciones conjugum lib. 8. Tr. 7. c. 1. 478
 Cohabitatio. §. 1. ibid.
 Præstatio alimentorum. §. 2. 480
 Educatio filiorum ibid.
 Correctio. §. 3. ibid.
 Debitum conjugale? §. 4. 481
 Obstetricis baptizatus, an rebaptizandus? lib. 2. c. 1.
 par. 7. n. 7. 21
 Eiusdem Obstetricis obligatio circa scientiam
 modi baptizandi. ibidem n. 10. 22
 Occisio, quæ est impedimentum matrim. V. Impedi-
 menta matrim. Verbo crimen.
 Occulta peccata Pontif. reserv. quæ possunt Episc.
 absolvere? lib. 5. Tr. de cas. ref. c. 10. §. un. & seq.
 131.
 Occultum Impedim. matrim. quando Episc. dispen-
 sat? lib. 8. Tract. 2. c. 4. §. 4. & seq. 327
 Oleum non benedictum, quatenus potest addi non

benedicto, lib. 6. c. 1. §. 1. num. 2. 233
 Oleum ex oleastro, an possit esse materia Confirma-
 tionis? lib. 3. c. 1. §. 1. n. 2. 34
 Opinio probab. an conferat Jurisdictionem? lib. 5.
 cap. 4. §. 8. 66
 Ordinatio, quando reiteratur, quid servandum? lib.
 7. cap. 5. §. 2. num. 12. 256
 Ordo quid sit, & quotuplex? lib. 7. c. 1. §. 1. 242
 An omnes sint Sacramentum? §. 2. ibid.
 Materia, & Forma Pr. Tonf. cap. 2. §. 1. 243
 Ostiarius. §. 2. ibid.
 Lectoratus. §. 3. ibid.
 Exorcistatus. §. 4. 244.
 Acolythatus. §. 5. ibid.
 Materia, & Forma, & c. Subdiaconat. 7. Vid. in suis
 Diaconatus. proprijs
 Sacerdotij. vocibus.
 Ordinis subjectum. lib. 7. cap. 6. §. 1. 256
 An femina? ibid.
 An Hermaphroditus? ibid. ibid. &
 An puer? ibid. seq.
 An excommunicatus? ibid.
 Minister. ibid. cap. 7. 263
 Ordinem conferendi tempus, vel dies. lib. 7. c. 10.
 271.
 Extra tempora. An quocunque die fest? ibid. nu.
 11. ibid.
 An hoc Privileg. gaudeant Relig.? n. 16. 272
 Ordinandum ætas. lib. 7. c. 1. §. 2. 257
 Ordinandum titulus. V. Titulus Ordinando-
 rum.
 Forundem Dimissoria. Vide Dimisso-
 Commendatitiæ litteræ. rias.
 Examen. libro. 7. cap. 9. 270
 Quibus Interstitijs. V. Interstitia.
 Ordines male suscipientium poena. lib. 7. c. 12. §. 1.
 276.
 Ordo Sacer. Impedim. matr. V. Impedimenta matr.
 An dissolvat matr. Infid.? lib. 8. Tr. 5. c. 5. §. 3. nu. 10.
 433.
 Ordines suscipiens. an obligetur Eucharistiam sume-
 re? lib. 7. c. 2. §. 6. n. 1. 2. & seq. 244
 Eisdem suscipiens spe Beneficij, an peccet? ibid.
 à n. undecimo. 245
 Ordinatus in Minoribus, an peccet ducendo Uxo-
 rem ibid. à n. 14. 246
 Ordinandi, an peccent non ferendo Clericam, vel
 Tonfuram, vel habitum. n. 16. ibid.
 Ordo Sacer. an dissolvat matr. Ratum? lib. octavo
 Tract. 5. cap. sexto §. 2. n. 13. 436
 Ordines Sacros, an suscipere possit conjux Post ma-
 trimon. Ratum? V. Impossibilitas matrim.
 B b Eos-

Eosdem suscipere, an possit conjux facto Divortio
V. Mutationem status.

P.

PActa, quæ suscipere possint Sponsalia: lib. 8. Tr. 3.
cap. 1 §. 4. 373
Pœnitentiæ Sacram. an aliquando validum, &
informe: lib. 1. c. 3. §. 2. n. 11. 11
Eius Materia, & Forma: lib. 5. c. 1. 52, 53
Vide V. Confessio, & V. Absolutio.
Ejusdem Minister lib. 5. cap. 3. 55
Cum Jurisdictione: V. Jurisdictio.
Cum Approbatione: V. Approbatio.
Vide etiam V. Confessarius.
Præceptum de hoc Sacram. suscipiendo, ib. c. 2. 53
Pœnitentiarius, an possit absolvere à cas. reserv. lib.
5. Tr. de cas. reserv. c. 3. §. 1. n. 3. 122
Pœnitentia quæ danda ab Executore Dispensat? lib.
8. Tr. 2. c. 13 §. 4 à num. 11. 362
Pœnitentia non finita, an possit dari Dispensat? ib. nu.
7. 361
Paganorum mulierum abusus casus reserv. Pan. lib.
5. Tract. de cas. reserv. c. 6. parag. 3. n. 19. 102
Panis qui est mat. Euch. lib. 4. c. 1. §. 1. 42
Parochus, approbatus eo ipso est ad absolvendum.
lib. 5. cap. 5. §. 3. 77
An possit alteri suam Jurisdict. conferre? ibid. n.
6. 78
Ex vi Bullæ, an semper possit eligi, & ubique ib. n.
7. ibid.
Parochus quoad assistentiam Matr. V. Solennitates
matr.
Particulas plures Euchar. recipere. li. 4. c. 4. n. 2. 48
Patrimon. necessarium Ordinandis: lib. 7. c. 6. parag.
4. 259
Quid, si sit fictum? n. 9 260. 173
Quid, si cū promissione illud retrodonadi? n. 10. 173
Quid, si sit sufficiens, sed non arbitrio Ep. ibid.
piscopi: n. 16. 261
An alienari queat? n. 19. 261
Patrimonium amittens, an Ordinari, vel Ordines ex-
ercere possit? lib. 7. c. 6. §. 4. n. 28. 262
Patrimonium certo expectans, an Ordinari queat?
ibidem numero 33. 262
An vir literis, & virtute insignis? n. 32. ibid
Patrinus in Baptismo debet efferationis compos. li-
bro secundo cap. 4. §. 2. 29
Baptizatus. n. 3. 30
Non hæreticus n. 6 ibid
Unus? vel unus, & una n. 9. ibid
Designatus n. 11. 34

Non Pater, vel Mater } n. 16. ibid.
Non Religiosus, n. 20 } 32
An Frater, vel Soror? n. 22. ibid.
Patrinus ut fias, quam actionem suscipiendi em-
cere debeas? ibid. §. 4. 33
Patrinus an fias, si nescias, quem suscipis? lib. octavo
Tr. 1. cap. 5. §. n. 3. 296
Patrinus in Confirmat. quis, & quatenus? lib. 3. c. 4. 40
Paupertas. V. Causæ dispensandi.
Peccata mortalia. V. Mortalia peccata.
Venialia. V. Venialia peccata.
Reservata. V. Casus reservati.
Peccati qua specie peccat, qui cum Imped. matr. con-
trahit, vel copulam habet. li. 8. Tract. 1. c. 17
321.
Periculum mortis, quando est? V. Articulus mortis.
Perjurium casus reservatus in Societate: lib. 5. Tr. de
casibus reserv. cap. 7. §. 2. n. 13. 116
Pœnam quam incurrit, qui impedire contrahit ma-
trimonium? lib. 8. Tr. 1. c. 17. §. 4. 324
Quam, qui sine Parocho, & Testibus? lib. octavo
Tr. 6. cap. 2. §. 3. n. 24. 447
Qui malè, vel bis baptizatus: lib. 2. c. 5. 34
Qui iterum confirmatus: lib. 3. cap. 5. 41
Qui malè Ordines confert, vel suscipit. lib. septi-
mo cap. 12. §. 1. 276
Pœna in Sponsalibus quod operetur? V. Sponsal. quod
sint.
Præceptum datum Medicis circa Confessionem. li.
groti lib. 5. cap. 2. §. 2. 55
Prælati Regularis an possit reservare omnia pecca-
ta contra obedientiam? lib. 5. Tract. de Casib.
reserv. cap. 7. §. 2. n. 2. 111
Prælati Ordinarii, an & quando obligantur dare po-
testatem absolvendi? li. 5. Tr. de cas. reserv. c. 6. §. 1.
2. 123
Prælati Regulares, an suis dent Dimissiones? lib. 5.
cap. 8. §. 2. n. 13. 173
An dispensat in extra tempore? li. 7. c. 10. n. 16. 273
An in Interstitijs? lib. 7. c. 11. §. 2. n. 12. 276
Præsentia Pœnitentis quæ requiritur in Sacramento
Pœnitentiæ? lib. 5. c. 2. §. 1. à n. 10. 54
Prolis suffocatio est casus reserv. Panorm. lib. 5. Tr.
de casibus reserv. c. 6. §. 3. n. 14. 100
Privilegia Religiosorum. V. Religiosi
Societatis. V. Societatis Religiosi.
Privilegium onerosum, vel liberale quid sit? libro oc-
tavo Tr. 2. cap. 14. §. 3. 364
Principis filius, quinam sit, ut possit baptizari in Co-
ratorio privato? V. Filius Principis.
Procurator qualis esse debet ad contrahendum ma-
trimonium? lib. 8. Tr. 4. c. 4. §. 1. 404

Procurator suscipientis in Baptismo, an contrahat cognationem? lib. 2. c. 4. §. 4. n. 6.	33
Promissio de comparando est conditio requisita, ut quis in necessitate absolvetur ab excomm. ref. lib. 1. Tr. de cas. reserv. c. 12. §. 4. n. 2.	148
Standi mandatis Ecclesiae, ibid. n. 9.	149
Satisfaciendi, ibid. num. 12.	150
Promissio ficta in sponsalib. lib. 8. Tr. 3. c. 1. §. 4.	373
Promotio fictiva Clerici ad Ordines est casus ref. Pau. lib. 5. Tr. de cas. ref. c. 6. §. 3. n. 46.	106
Promissio matrimonij quae est Impedimentum matrimonij? lib. 8. Tract. 1. cap. 6. §. 3.	300
Provincialis Societatis, an dispensare possit in extra tempora? lib. 7. c. 11. §. 2. n. 16.	276
An in Interstitijs? ibid.	ibid.
Puberum, vel impub. matr. li. 8. Tr. 3. c. 2. §. 4. n. 5.	381
Sponsalia, ibidem cap. 3. n. 1.	382
Publica Impedimenta matr. quodnam potest Episcopus dispensare? li. 8. Tr. 2. c. 4. §. 4. n. 11.	328
Publica honestas Impedimentum matr. V. Impedim. Matr.	

Q.

Quale debet esse Adulterium, ut sit Impedimentum matrimonij? lib. 8. Tract. 1. cap. 6. §. 2. n. 6.	299
Qualis debet esse consensus in matrimonij contractione. lib. 8. Tr. 4. a. c. 1.	400
Qualitatis error, quando invalidat matrimonium? li. 8. Tract. 1. cap. 2. a. n. 11.	285
Qualitates extrinsecæ, quando debent explicari in petitione Dispensationis? li. 8. Tr. 2. c. 9. §. 5.	346
Quamdiu durat Dispensatio, vel dispensandi potestas? lib. 8. Tr. 2. cap. 14.	363
Quantum hodie extendatur Affinitas ex copula. lib. 8. Tr. 1. n. 12. §. 1.	307
Quamdiu durat? ibidem n. 7 & 8.	308
Qui tacet, consentire videtur uxorato promittenti matr. lib. 8. Tr. 1. c. 6. §. 3. n. 7.	300

R.

Ratificatio matrimon. variè fit ex varijs causis. lib. 8. Tr. 4. c. 7.	422
Ratificatio de præfenti, vel præterito, vel futuro, an afferant Jurisdictionem? lib. 5. c. 4. §. 6.	61
An Approbationem? ibid. a. num. 15.	63
Vide etiam V. Licentia præsumpta.	
Ratum matrimonium, an, & quatenus dissolvi potest libro octavo Tract. 5. cap. 6.	435 & seq.
Raptus Virginis est casus reserv. Pau. lib. 5. Tract.	

de casib. reserv. c. 6. parag. 3. num. 11.	101
Rebaptismus, quando, & quomodo sit concedendus? lib. 1. cap. 1. §. 3.	4
Et latius libro 2. c. 1. §. 7. & 8.	21 & seq.
Religiosi Societatis. V. Societatis Religiosi.	
Religiosi iter agentes à quo absoluntur? lib. 5. c. 5. parag. secundo n. 16.	73
Quos possunt tunc absolvere? ibid. §. 6. n. 2.	87
Vide etiam ibid. in Tract. de cas. ref. c. 11. parag. 1. n. 26.	138
Religiosi quam licentiam habere debent, ut absolvant sæculares? lib. 5. c. 5. parag. 2.	71
A quo approbandi, ut eligantur ex vi Bullæ Cruciatæ? ibid. parag. 4. n. 35.	83
An ipsi possint eligere Confessarium ex vi Bullæ? ibid. n. 37.	ibid.
An semel approbati possint reprobari? ibid. n. 49.	85
Religiosi, quando nam possint absolui ab Episcopo? lib. 5. Tr. de cas. ref. c. 10. §. un. n. 7.	133
Religiosi an possint extremè ungere? li. 6. c. 3. §. 3. 240	
Religiosi an quid possint in dispensandis Impedim. matr.? lib. 8. Tr. 2. c. 5. n. 5.	331
An ad petendum debitum ob supervenientem conjugibus affinitatem, vel ob Votum Castit? ibid. c. 6. n. 5.	336
Religionis ingressus dissolvit sponsalia. lib. 8. Tr. 3. cap. 5. §. 2. n. 1. & seq.	387
Renovari, quando, & quatenus debet consensus, si invalidè conjuges contraxerunt. lib. 8. Tract. 4. cap. 7. §. 1. & 2.	423. 425. & seq.
Renuntiatio Dispensationis, vel Potestatis dispensandi quid operetur? lib. 8. Tr. 2. c. 14. §. 2.	361
Reptitio quæ syllabarum obstat formis Sacramento- rum? lib. 1. c. 1. parag. 1. num. 16.	3
Rescripti Clausulæ pro Dispensatione fori externi declarantur. lib. 8. Tr. 2. cap. 12.	354
Pro foro interno, ibidem cap. 13.	356
Reviviscuntne aliquando sponsalia? lib. 8. Tract. 3. cap. 5. parag. 5. n. 3.	391
Revocatio Consensus quid operetur in contractione matrimonij? lib. 8. Tr. 4. c. 4. §. 1. n. 5.	407
Revocatio Dispensationis, vel Potestatis dispensandi quid operatur? lib. 8. Tr. 2. c. 14. §. 3.	364
Revocatio injusta Approbationis vel Jurisdictionis datæ, an valcat? lib. 5. c. 5. §. 4. n. 47. 48.	
Rex à quo absolui potest à pecc? li. 5. c. 5. §. 2. n. 11. 73.	

S.

Sacerdos, si deficiat non prolatis omnibus verbis Consecrationis SS. Sanguinis, an repetenda tota forma? lib. 4. c. 2. n. 23.	48
B b 2	Sacer-

INDEX RERUM

Sacerdos simplex potest absolvere à venialibus, & mortalibus alias absolutis. libro 5. cap. 4. §. 2. n. 57

Quid in articulo mortis? } ibid. Tr. de cas. ref.
In Impedimento perpetuo? } c. 12 §. 1. & seq.
In alia necessitate? } 140. & sequ.

Sacerdos in sui Ordinatione, an obligetur recitare Noct. & celebrare Missas? lib. 7. c. 3. §. 4. 252

Sacerdotis munera. ibidem c. 5. §. 1. & c. 253. 254

Sacerdotium quid sit? Eius Forma, Materia, Ritus illud conferendi, & c. lib. 7. c. 5. & seq. 253

Sacramenta omnia constant materia, & forma. libro primo cap. primo. 1.

Qua ratione hæ se habere debent? ibidem, & sequent. ibidem, & sequent.

Sacramentum validum, & informis, an detur? lib. primo cap. 3. §. secundo à n. 8. 10

Sacramentum qua ratione repetitur, quando ad est dubium de eo. lib. 1. c. 1. §. 2. & 3. 3. 4.

Sacramento abutentes qua ratione est casus ref. Pan. lib. 5. Tr. de cas. ref. c. 6. §. 3. n. 31. 104

Sacramentum suscipiens, siue Adultus, siue Infans, siue Amens qua dispositione indiget? libro primo cap. 3. §. 1. 8. 9

Sacramentum an sit matrim. inter absentes? libro 8. Tr. 5. cap. 3. 430

Sacratum tempus est Impedimentum impediens matrimonium. lib. 8. Tr. 1. c. 16 n. 2. 320

Sacrilegium an sit contrahere matrim. cum Impedim lib. 8. Tract. 1. c. 17. §. 1. n. 7. 322

Satisfactio est conditio necessaria, ut quis absolvatur. Tract. de cas. reserv. libro 5. caput 12. §. nu. 12. 150

Quomodo requiratur in Bulla Cruc? ibidem cap. 13. n. 27. 155

Secunda sponsalia, an aliquando valeant? V. Spons. cum alia.

Scriptura an requiratur ad validitatem gratiæ? V. Litteræ Gratiae.

Seditio inimicitiae, & litis. V. Causæ dispensandi.

Seditio in Superiorem est casus reservatus in Soc. li. 5. Tr. de cas. reserv. c. 7. §. 3. n. 20. 117

Senex decrepitu an valeat inire matrimonium? lib. 8. Tract. 1. cap. 13. §. 2. n. 7. 323

Separatio quæ verborum invalidat Sacramenta? lib. 1. cap. 1. §. 1. n. 13. 3

Servitus quæ est Imped. matr? lib. 8. Tr. 1. c. 3. 288

Servitus non debet impedire cohabitationem conjugum. lib. 8. Tr. 7. c. 1. n. 15. 479

Signa certitudinis suscepti Bpt. lib. 2. c. 1. §. 7. 21

Signa, quibus uti quis debet in contractione matrim. lib. 8. Tr. 4. c. 3. n. 6. 405

Pro sponsalibus. lib. 2. Tract. 3. c. 2. parag. 3. 378

Simultas quæ requiritur in consensu viri, & mulieris cum contrahunt matrim. lib. 8. Tr. 4. c. 3. n. 7. 406

In Sacramentis alijs? Vide Sacramenta omnia.

Societatis Iesu Religiosi. V. Religiosi.

Societatis Iesu Religiosi quo privilegio gaudent ex- cipiendi Confessiones aliorum, dum sunt in itinere? lib. 5. c. 5. 6. n. 2. 17

Religiosi iidem à quo possunt absolui, dum sunt in itinere? lib. 5. Tr. de casibus refer. cap. 11. §. 1. n. 25. 138

Iidem an aliquando possint absolui à reserv. per Confessarium inferiorem? ibidem c. 12. §. 3. à n. 10. 147

Societatis superiores à quibus absoluntur, quoad reserv. ibidem c. 11. §. 1. n. 19. 137

Iidem non omnia, quæ possunt pro alijs, possunt pro se, quoad reserv. Absolutionem. ibid.

Societatis peccata reservata quæ? V. Casus refer. ad Societate.

Sodomia est casus reserv. Pan. lib. 5. Tract. de casibus refer. cap. 6. §. 3. n. 15. 101

Solennitates matrim. lib. 8. Tr. 6. c. & seq. 441

Præsentia Parochi, & Testium } ibid. & seq. ibid.
Denunciationes } & seq.

Velationes, seu Benedictiones } & seq.

Sollicitatio ad peccandum est causa Divort. V. Divort.

Sortilegium est casus reserv. Pan. lib. 5. Tract. de casibus refer. c. 6. §. 3. n. 31. 104

Spiritualis cognatio. V. Impedimenta matr.

Sponsalia, quando inducunt Impedimentum matrimonij? lib. 8. Tract. 1. c. 11. §. 2. 301

An jam dissoluta? n. 4. ibid. 300

An secunda? n. 8. 300

An conditionata? n. 9. ibid.

Sponsalia, Impedimentum impediens. ib. c. 16. 305

Sponsalia quid sint, quando, & quantam promiss. obligationem continent? lib. 8. Tract. 3. cap. 1. & deinceps 369 & deinceps

Sponsalia ficta, ex errore, ex deceptione, metu. li. 8. Tract. 3. c. 2. & deinceps. 375 & deinceps

Sponsalia certo signo expressa esse debent. ibidem. 378

An possint esse clandestina? ibid. §. 4. 380

Sponsalia qui possint contrahere? li. 8. Tr. 3. c. 3. 382

Eubus } ibidem & deinceps
Impubes } 382

Sponsalia an irritentur ab Impedimentis dirimentibus? ibid §. 2. 382

An indigeant novo consensu post Dispensationem? num. 10. 384

Quæ pacta licite admittant? ibid. c. 4. 384

Sponsalia quæ causa dissolvit? lib. 7. Tr. 3. c. 5. 385
 Mutuus consensus? parag. 1. ibid.
 Religionis ingressus? parag. 2. 387
 Quid de eiusdem Voto? ibid.
 Ordo Sacer? parag. 3. 389
 Quid de Voto eiusdem? ibid.
 Votum simplex Castitatis. parag. 4. 389
 Sponsalia cum alio contracta an dissolvant pri-
 ora? lib. 8. Tr. 3. c. 5. parag. 5. 390
 An reviviscant? ibid. n. 3. 391
 An præferantur, quæ sunt cum copula. ibid. nu. 7.
 ibidem.
 Sponsalitia largitas. V. Largitas sponsalitia.
 Statum alium an conjuges suscipere valeant? V. Mu-
 tationem status,
 Subdiaconatus quis sit? lib. 7. c. 3. parag. 1. 247
 Eiusdem Materia, Forma? ibid.
 Tres obligationes, idest servandi
 Castitatem, parag. 3. nu. 2. 249. horas recitandi,
 parag. 4. 252. alimenta possidendi. parag. 5.
 ibidem.
 An recitandi Nocturnum in sua Ordinatione? ibi-
 dem parag. 4. 252
 Subdilectus, an possit concedere alteri Jurisdic-
 tionem? lib. 5. c. 4. parag. 9. 67
 Subreptitia quandonam est Dispensatio. V. Dispen-
 satio, quando est subreptitia,
 Subreptitiam Dispensationem Pontif. an valeat re-
 validare Episc. ? lib. Tr. 2. c. 4. n. 25. 330
 Suffocatio prolis est casus res. Pan. lib. 5. Tract. de ca-
 sibus ref. c. 6. parag. 3. n. 14. 101
 Superiores Regulares. V. Prælati.
 Superiores Regul. qua ratione se gerere debent in re-
 servandis cas. 2 lib. 5. Tr. de Cas. ref. c. 7. §. 2. 109
 Superiores hoc est Prælati Regularium, an possint ab-
 solvere suos ab omnibus reservatis? lib. 5. Tr.
 de cas. ref. c. 11. parag. 1. 134
 Quid de Novitijs?
 Quid de proximè ingressuris? } 135 & sequent. ib.
 Quid de delictis publicis? } & deinceps,
 Quid de Hæresi?
 Superiores ipsi à quo absolventur à reserv. n. 15. 147
 Suspensionem an incurrat, qui ordinatur sine Titu-
 lo? lib. 7. c. 6. parag. 4. 259

T

Tempore quo verificanda est causa dispensatio-
 nis, lib. 8. Tr. 2. c. 12. parag. num. 4. 357
 Tempus quod potest intercedere inter consensum
 viri, & mulieris, quando ineunt matrimonium?
 lib. 8. Tr. 4. c. 3. num. 10. 406

Tempus sacramentum, Impedimentum impediens. V.
 sacramentum tempus.
 Terminus appositus, vel non appositus ad contra-
 hendum matrimonium, quid operetur? lib. 8.
 Tr. 3. c. 1. parag. 1. n. 13. 371
 Testes in contractione matr. V. Solennitates matr.
 Testes qui certitudinem faciunt de morte conjugis?
 lib. 8. Tr. 1. c. 10. n. 7. & 11. 303. & 304
 Titulus coloratus, quandonam dat Jurisdictionem?
 lib. 5. c. 4. parag. 7. 65
 Titulus Ordinandorum, lib. 7. c. 6. parag. 3. 258
 Patrimonium?
 Beneficium? } ib & deinceps. ibid. &
 Paupertas Religiosa, } sequent.
 Tonsura, V. Ordo.
 Transgressio quorundam Votorum est casus refer. in
 Societate. lib. 5. Tract. de cas. ref. cap. 7. parag. 3.
 num. 25. 118
 Traductio Sponsæ in domum Sponsi, quando, &
 quatenus facienda? lib. 8. Tract. 6. c. 4. §. 5. 477

V.

Valori Sacramentorum quanam interruptio ver-
 borum, vel mutatio obstat? V. Verborum
 Interruptio.
 Eadem quanam error obstat? V. Error qui.
 Velationes in matrimonio. V. Solennitates matr.
 Venialia peccata non reservantur. lib. 5. Tr. de cas. ref.
 cap. 4. num. 3. 94
 Verba non bene prolata qua ratione impediunt Con-
 secrationem? lib. 4. c. 2. n. 16. 47
 Verba quæ requiruntur in contractione matrim. lib.
 8. Tract. 4. c. 3. nu. 6. 405
 Verborum mutatio, vel interruptio quæ obstat Sa-
 cramentorum Consecrationi? lib. 1. c. 1. §. 1. & 2. 2. 3.
 Verba certo, vel non certo constitutiva sponsalia.
 lib. 8. Tract. 3. c. 2. parag. 3. 378
 Verba, quibus debet uti Procurator in contractione
 matrim. lib. 8. Tr. 2. cap. 12. parag. 3. 409
 Veritatem inquirere debet Executor Dispensationis
 pro foro externo. lib. 8. Tr. 2. cap. 12. parag. 3. 357
 Quid pro interno? ibid. c. 13. parag. 2. 360
 Vetitum, est Impedimentum impediens matr. lib. 8.
 Tract. 1. c. 16. n. 3. 321
 Verula decrepita an valeat inire matrim.? lib. 8. Tr. 1.
 c. 13. parag. 2. n. 10. 313
 Vicarius Prælati Regul. an possit absolvere à reser-
 vatis? lib. 5. Tr. de cas. ref. c. 8. parag. 1. nu. 4. 122
 Vicarius Gener. Episcopi, vel capituli an habeat Ju-
 risdictionem ordinariam ad absolvendum à
 peccatis? lib. 5. c. 4. parag. 2. nu. 9. 37
 B b 3 A

INDEX RERUM

An ab occultis, & ab hæresi? lib. 5, Tr. de calib.	134	Voluntaria debent esse sponsalia. l. 8 Tr. 3. c. 3. §. 1. 375
ref. c. 10. parag. unico. n. 9.		Voluntariè distractus in confectiōe Sacramenti. lib.
Et ibidem num. 13.		1. c. 2. parag. 1. nu. 4.
Vide etiam ibidem c. 12. parag. 2. n. 39.	145	Votum solenne Castitatis. Impedimentum matr. V.
Et possit dare Dimissorias? lib. 7. c. 8, parag. 2.	369	Impedimenta matrimonij.
num. 11.		Votum simplex. V. ibidem.
An possit aliquid in Impedimentis matrimonij?	311	Voto castitatis astrictus, si sit uxoratus, à quo dispen-
lib. 8. Tr. 2. c. 5. n. 2.		fari potest? lib. 8. Tr. 2. c. 6.
Vicar. Gen. quando nani potest exequi Dispensatio-	1354	Votum Religionis. Ordinis Sacri. Castitatis an irretet
nes matrimoniales? lib. 8. Tr. 2. c. 12. parag. 1.		sponsalia. V. Sponsalia quæ causa.
An relicto officio? n. 5.	ibid.	Votum solenne in Religione an dissolvat matrim.
An Vicarius succedens? num. septimo.	ibid.	Infidelium? lib. 8. Tr. 5. c. 5. parag. 3. n. 10.
An Capituli? nu. 11.	355	Vota Biennij Societatis an dissolvant matr. ratum
An possit subdelegare? num. 16.	356	lib. 8. Tr. 5. c. 6. parag. 2. n. 10.
Viduam esse, debet explicari in petitione dispensa-	346	Votum solenne Castitatis emitte, an liceat coniug
tionis. lib. 8. Tr. 2. c. 9. parag. 5.		facto Divortio? lib. 8. Tract. 7. c. 4. §. 1.
Vis. Impedim. matr. V. Impedimenta matrimonij.		Quid de simplici? ibidem parag. 3.
Ultramontani si ordinentur sine titulo suspendun-	261	Vxoriciidum quod, est Impedimentum dirimens
tur. lib. 7. c. 6. parag. 4. n. 15.		matrimonium? V. Impedimenta matrimonij
Item sine Dimissorijs recognitis. ibidem c. 8. pa-	262	Verbo, Crimen.
ragr. l. n. 4.		

FINIS INDICIS RERUM ET VERBORUM DE SACRAMENTIS.

It honor Deo, B. Virg In I, san Cto q Ve a Loyslo
gonzagæ patrono Meo.



INDEX



INDEX CAPITUM
ET PARAGRAPHORVM
SECUNDÆ PARTIS
HOC EST LIBRI NONI
DE
CONTRACTIBUS
IN PARTICVLARI.
TRACTATUS PRIMUS
DE CONTRACTV MUTVI, ET VSVRA.

D e Mutuo. Caput Primum.	570	Casus in Mutuo usuram certo continentes. Cap. II.	522
Quid illud sit? parag. 1.	ibid.	Exigere benevolentiam ex Iustitia. parag. 1.	ibid.
De Diversitate valoris in Mutuo parag. 2.	308	Vel obligationem remutuandi, vendendi, Agros colendi, &c. parag. 2.	ibid.
An & quando sit præceptum de dando Mutuo? parag. 3.	510	Vel reddendi pecuniam in frumento, vel simili. parag. 3.	523
De Vfsura, quoad eius naturam. Caput. II.	511	Vel exigendi debita Mutuatarii, accipiendi partem debiti, vel similitum. parag. 4.	ibid.
Quid sit & quotuplex Vfsura? parag. 1.	ibid.	Pro voluntate mutuandi, an aliquid accipi possit? parag. 5.	524
An & quo iure prohibita? parag. 1.	ibid.	Pro commodate Mutui? parag. 6.	ibid.
Casus in Mutuo Vfsuram certo non continentes. Caput Tertium.	511	Pro dilatione redditionis? parag. 7.	525
Lucrum ex Mutuo ratione Gratitude. parag. 1.	ibid.	Casus in Mutuo usuram sub dubio continentes. Caput V.	ibid.
Ratione alicuius oneris suscepti à Mutuante. parag. 2.	513	Bona fides, an licitum lucrum ex Mutuo reddat? parag. 1.	ibid.
Ex damno emergente. parag. 3.	515	Promissio non repetendi? parag. 2.	526
Ex lucro cessante. parag. 4.	516	Molestia mutuantis. parag. 3.	ibid.
Ex poenæ conventionis. parag. 5.	517	Non petere redditionem mutui, dum Mutuarius aliquid pro Mutuante facit. parag. 4.	ibid.
Ratione periculi. parag. 6.	518	Quando in pignote dato in securitatem mutui adire usura? Caput Sextum.	527
Ex contractu innominato. De, ut des parag. 7.	519		
Exigere in Mutuo id, quod debetur ex Iustitia. vel Caritate. parag. 8.	520		
Montes Pietatis. paragrapho nono.	520		

DE CONTRACTIBUS.

- An Mutuus pignoris fructus sibi accipere queat? ibid.
 parag. 1.
 De Pacto legis Commissoriae in favorem Mutuan- 528
 tis. parag. 2.
 De eodem in favorem Fideiussoris. parag. 3. 529
 De Dominio circa res per usuram acquisitas. Ca- 530
 put Septimum.
 Quando nam Usurarius dominium acquirat rei ibid.
 per usuram acceptae? parag. 1.
 An bona usurarii sint obligata pro usuris? §. 2. 532
 De alienatione rerum acceptarum per usuram factam 533
 ab Usurario. Cap. Octavum.
 De alienatione rei in specie. parag. 1. ibid.
 De eadem, non in fraudem Creditorum §. 2. 534
 De eadem, in fraudem. parag. 3. ibid.
 De restitutione Usurarum. Caput Nonum. 535
 Quenam obligatur Usurarius restituere? para- ibid.
 grapho. 1.
 De obligatione cooperantium cum illo. §. 2. ibid.
 Haereditis, vel Legatarij. parag. 3. ibid.
 Quenam sint usurae restituendae? parag. 4. 536
 De Perente ad usuram. Caput X. ibid.
 Summa Modorum lucrandi ex pecunia sine usurae 537
 culpa. Caput XI.

TRACTATUS II.

De Contractu Censuali, seu de Censibus,

- Quid sit, & quod duplex Cens. Cap. I. 539
 De Iustitia praedictorum Contractuum, Ca- ibid.
 put Secundum.
 Personalis, an sit licitus? parag. 1. ibid.
 An Vitalitius? parag. 2. 540
 An Realis? parag. 3. 541
 Quodnam pretium sit iustum in dictis Contractibus? 542
 Caput Tertium.
 Pretium iustum in Vitalitio. parag. 1. ibid.
 In alijs Censibus. parag. 2. ibid.
 De aliquibus Pactis, quae solent addi Censibus. Ca- 545
 put Quartum.
 Pactum Redemptionis ante, vel post certum tem- ibid.
 pus. parag. 1.
 Pactum absolutum, &c. parag. 2. ibid.
 Pactum solvendi pensionem, etiam si res pereat. 546
 parag. 3.
 Pactum sit non soluta pensione res cadat in com- 547
 missum. parag. 4.
 Pactum de rescindendo contractu. parag. 5. ibid.
 Redimendi Censum. parag. 6. ibid.
 Redimendi cum eadem moneta. parag. 7. 548

- De Constitutionibus Pontificijs circa Censuum crea- ibid.
 tionem. Caput V.
 De Constitutione Censuum pro Regno Siciliae in for- 551
 ma Bullae Nicolai V. & Greg. XIII. Cap. 6.
 Proponitur Bulla Nicolai parag. 2. ibid.
 Gregorij. parag. 2. 552
 Prima conditio. Super re, vel rebus. parag. 3. 553
 Secunda. Ut redimi possit eodem pretio §. 4. 557
 Tertia. Ut pensio non excedat decimam pretij. 552
 parag. 5.
 Quarta. Ut possint apponi pacta. parag. 6. 559
 An possit quis vi cessionis sibi adjudicare praed- ibid.
 ium, &c. parag. 7.
 An Adjudicatio, quae fieri consuevit in Regno 556
 Siciliae sit iusta? parag. 8.
 De Fingente velle redimere Censum. parag. 9. 557
 Montes vacabiles, vel non vacabiles. &c. Cap. 7. 574

TRACTATUS III.

- Quid sit Cambium? Caput I. 575
 Quod duplex? Caput II. ibid.
 De Cambio minuto. Caput Tertium. 577
 An pro hoc Cambio liceat lucrari? §. 1. ibid.
 An Privatis lucrari ex Cambio minuto, liceat? pa- ibid.
 rag. 2.
 De Cambio addita pecunia custodia. parag. 3. 578
 De eo, qui ex industria Cambit monetam alterius. ibid.
 parag. 4.
 De Cambio per litteras. Cap. IV. ibid.
 Hic recipiens, & alibi solvens. parag. 1. 580
 Hic solvens, & alibi recipiens. parag. 2. ibid.
 Quando tum Campario, tum Camfori cambium 581
 prodest, cuius erit lucrum? parag. 3.
 De Cambio ad Nundinas. Caput V. ibid.
 De Cambio ad Nundinas absolute parag. 1. ibid.
 De Cambio cum recambio, seu cum recurra po- 582
 rag. 2.
 An hoc sit licitum? parag. 3. ibid.
 Quandoquidem tribus modis hoc celebratur, ap- 583
 probatur primus modus, & secundus, non tertius ibid.
 parag. 4.
 Praxis quoad eos, qui utuntur opera alterius, ad 584
 expedienda Cambia, & recambia. §. 5.
 De pactis, quae solent apponi in contractu Cambij. 585
 parag. 6.
 De usu Cambiendi per alium. parag. 7. ibid.

TRACTATUS IV.

De Locatione, & Conductione.

- Explicatur illud. Contractus, quo Locator 591
 Conductor, &c. Cap. I. ibid.

INDEX CAPITUM ET PARAGRAPHORUM.

Obligationes Locatoris, par. 1.	ib.
Obligationes Conductoris, par. 2.	602
Explicatur illud. Rem, vel Personam aliquam etiam se ipsam concedit, &c. Cap. II.	605
Explicatur illud. Ad usum, vel fructum. Caput III.	607.
Explicatur illud. Sub certa, iustaque pensione. Caput IV.	608
Quanta pensio solvenda sit? par. 1.	ibid.
Quando? par. 2.	611
Ubi? par. 3.	ibid.
Explicatur illud. Nullo addito injusto pacto, Caput V.	612.
Explicatur illud. Pro duratione temporis designat. Caput VI.	614
Quoad contrahentes, par. 1.	ibid.
Quoad successores, par. 2.	615
Quoad successorem ex emptione, par. 3.	616
Explicatur illud. Personam aliquam, vel sup. sum. Caput VII.	617
De famulis, qui serviunt, vel servierunt, paragraph. 1.	ibid.
De iisdem, qui non serviunt, cum possint, paragraph. 2.	621
De iisdem, qui non serviunt, cum non possint, paragraph. 3.	622

TRACTATUS V.

De Emptione, & Venditione, Remissivè.

A n vino vendendo misceri aqua possit? par. 1. u. nic.	623
---	-----

TRACTATUS VI.

De Emphyteusi, Livello, Feudo.

Q uid sit Emphyteusis, &c. Cap. I.	628
Prima proprietas Emphyteusis. Res apta meliorari. Caput II.	629
Secunda. Habitatio personarum. Cap. III.	630
Tertia. Solutio Canonis, Cap. IV.	ibid.
Quarta. Admonitio Proprietarii, & Solutio Laudemii, Cap. V.	632
Quinta. In eadem onera, Cap. VI.	633
De Livello. Caput VII.	ib.
De Feudo, Caput VIII.	634
Cognitio Feudi, par. 1.	ibid.
Quid, & quotuplex sit, par. 2.	ib.

Quinque conditiones contract. Feudalis, par. 1.	ibid.
Tres obligationes Feudarii, par. 4.	635
Causæ amittendi Feudum, par. 5.	636

TRACTATUS VII.

De Fidejussore, Assecuratione, Pignore, Hypotheca, Deposito, Commodato, Precario.

D e Fidejussione, Caput I.	637
Quid sit? par. 1.	ib.
Multi fidejubentes, par. 2.	639
Prorogatio termini solutionis, par. 3.	640
Pretium ex fidejussione? par. 4.	ib.
Quis possit fidejubere? par. 5.	ibid.
Quando Fidejussor potest agere, ut liberetur à fidejussione? par. 6.	641
De Assecuratione, Caput II.	ib.
De Pignore, Caput III.	642
Quid sit? par. 1.	ib.
Quis possit oppignorare & quæ bona? par. 2.	643.
Fructus Pignoris cuius? par. 3.	ib.
Res data in pignus, si varietur, an remaneat pignus & quomodo reddendum? par. 4.	ibid.
In rem sibi hypothecatam quid juris habeat Creditor? par. 5.	644
Pignoris Venditio, par. 6.	645
Quid & quotuplex sit Hypotheca? Caput IV.	646.
De Deposito, Caput V.	647
Quid sit? par. 1.	ibid.
Quis Deponens, vel Depositarius esse possit? par. 2.	648
Incrementum, & Decrementum Depositi, cuius sit? par. 3.	649
Præsumpta voluntas in commutando Deposito quid operatur? par. 4.	650
Multa de Deposito, remissivè, par. 5.	ib.
De Commodato, Caput VI.	651
De Precario, Caput VII.	652

TRACTATUS VIII.

De Contractu Societatis.

Q uis ille sit? Caput I.	653
Conditio Prima. Omnes socii aliquid conferant.	655
Caput II.	656

Cc

Scfu

INDEX RERUM

Secunda, Negotiatio sit honesta. Cap. III. *ibid.*
 Tertia, Aequalitas in conferendo. Cap. IV. *ibid.*
 Quarta, Pecunia collata sit periculo Domini.
 Caput Quintum. 657
 Tota pecunia finita Societate debet dari ei, qui il-
 lam contulit, paragr. 1. *ibid.*
 Si perit sine culpa Socij pecunia, perit ei, qui eam
 contulit, paragr. 2. 658
 An sit modus, quo licet periculum Capitalis,
 immo & lucri totum reiiciatur in Socium? pa-
 ragr. 3. 659
 Quinta. Vi. pro quantitate partium collatarum
 lucrum dividatur. Cap. VI. 661
 Sexta. Ut dividantur damna. Cap. Sept. 663
 Septima. Ut expensae sint communes, vel com-
 pensentur. Cap. Octavum. 665
 Octava. Ut non apponantur pacta injusta. Caput
 Nonum. 666
 De Dissolutione Societatis. Caput X. 668
 De Societate in Animalibus, Caput XI. 669
 De Partitione inter fratres mortuo Patre. Cap. duo-
 decimum. 671

TRACTATUS IX.

De Promissione.

Quid sit Promissio? Caput I. 672
 Est affirmatio, & Enunciatio, Caput Secun-
 dum. 673
 Libera, Caput Tertium. 674
 Spontanea, Caput IV. 675
 Rei possibilis, & licitae. Caput V. 677
 Ab aliquo, & alteri faciendae. Cap. Sextum. 679
 Data alteri ab eoque acceptata, Cap. Sept. *ibid.*
 Promissio data, sed non acceptata, ad quid obli-
 gat ex Iustitia? §. 1. 680
 Ad quid ex Fidelitate? §. 2. 681
 An aliquando ea obliget sine acceptance? pa-
 ragr. 3. *ibid.*
 An ad remissionem debiti requiratur acceptatio?
 §. 4. 682
 Promissio acceptata ad quid obligat? §. 5. 683
 Quid requiratur ad legitimam acceptancem.

paragr. 6
 Quis possit pro alio acceptare? §. 7. 685
 Alteri, in cuius utilitatem res est faciendae. Caput
 Octavum. 691
 Quando nam obligatio promissionis est nulla, vel
 cessat. Caput Nonum. *ibid.*

TRACTATUS X.

De Donatione.

Quid sit Donatio? Caput I. 693
 Explicatur natura Donationis. §. 1. *ibid.*
 Quantum obliget Donatio? §. 2. *ibid.*
 Divisiones Donationum Caput Secundum. 694
 Tres principales divisiones Donationum, para-
 grapho 1. *ibid.*
 Explicantur dictae Donationum Classes, paragra-
 pho 2. 695
 Quis possit donare? Caput Tertium. 697
 Quaedam Classes Personarum quid, & quantum
 donare possunt? §. 1. *ibid.*
 Reges, Principes, Rectores Civitatum Parentes
 Praelati, Beneficarii, Novitius, Tutores, Cu-
 ratores. a paragrapho 1. usque ad septimum.
 Quantum quis donare possit Cap. IV. 700
 Donatio omnium bonorum invalida est §. 1. *ibid.*
 Quatuor casus, in quibus omnium bonorum
 Donatio valet paragr. 2. 701
 Acceptans Donationem omnium, an obligetur
 ea restituere? paragr. 3. 702
 Quid sit iuramento vallata? §. 4. *ibid.*
 De Inflatione Donationis Cap. V. 703
 Quid ea sit, & in quantâ Donatione est adhiben-
 da? paragr. 1. *ibid.*
 Quae Donationes non indigent Inflatione? pa-
 ragr. 2. 704
 De Revocatione Donationis Cap. VI. 707
 Revocatur, primo, ob ingratitudinem Donat-
 rij paragr. 1. *ibid.*
 Secundo ob susceptam prolem §. 2. 708
 Revocatio Donationis inofficiosa §. 3. 709
 Quaestiones nonnullae de materia Donationis re-
 missive. Caput Septimum. 712

FINIS INDICIS CAPITVM ET PARAGRAPHORVM DE CONTRACTIBVS.

INDEX RERUM ET VERBORUM SECUNDÆ PARTIS HOC EST LIBRI NONI, DE CONTRACTIBUS IN PARTICVLARI.

A.
ACCEPTARE quis pro alio va-
leat? l.9. tr. 9. c. 7. 628 & 689
Acceptatio, an requiratur ad
firmendam promissionem?
lib. 9. tr. 9. cap. 7. §. 1. & seq.
630. & seq.
An ad remissionem debiti, vel
cessationis Juris? ibid. §. 4. 68
Accollatio onerum. V. Onerum accollatio.
Adjudicatio consuetudinis fieri in Sicilia, an iusta? lib. 9.
Tr. 2. c. 6. parag. 8. 566
Admonitio Proprietarii faciendā ab alienante rem
Emphyteuticam. lib. 9. tr. 6. cap. 5. 632
Ægrotō famulo, an stipendium debeatur? lib. 9. tr. 4.
cap. 7. parag. 3. 622
Æqualitas in conferendo, quānam sit in contractu
Societatis? libro nono tr. 8. cap. quarto. 256
Alienatio rerum, siue in fraudem, siue non in frau-
dem, Creditorum, an ab Usurario fieri possit? li-
bro nono Tract. primo cap. 8. parag. 2. & 3. 534
Alloidalia bona, quānam sint? V. Bona Alloidalia,
Annus utilis, vel inutilis qui? V. Dies utiles.
Assicuratio dat mutuū ex lucro. V. Lucrum ex
mutuo.
Assicuratio capitalis in cambio, libro nono Tract. 3.
c. 5. parag. 7. n. 7. 596

Assicuratio quid sit, & quatenus? lib. nono Tract. 7.
cap. 2. 641
Assicuratio in contractu Societatis. V. Societatis
contractus.
B.
Bona allodialia, quā nā sint? l. 9. Tr. 6. c. 1. n. 7. 629
Bona fides, an faciat, ut possis exigere pensionem
ex contractu invalido Censuum? lib. 9. Tract. 2. c.
6. parag. 3. num. 19. 556
Bona Usurarii, an sint hypothecata pro usuris? V. V-
surarii bona.
Bona quā oppignorari possunt? V. Pignus.
Bonorum infectio. Vide infectio Bonorum.
Bonorum omnium Donatio invalida, lib. 9. Tract. 10
cap. 4. parag. 1. 700
Bullæ Pontificum pro creatione Censuum, Martini,
Callixti, Nicolai, Pij, Gregorij. lib. 9. Tract. 2.
cap. 5. 548. & seq.
Cambium quid sit? lib. 9. Tr. 3. cap. 1. 576
Quotuplex? ibid. cap. 2. ibid.
Cambium minutum, ibid. c. 3. 577
Cambium per litteras, ibid. c. 4. 579
Hic recipiens, & alibi solvens. vel contra, ibidem
Cambium ad Nundinas, lib. 9. Tract. 3. c. 5. §. 1. 582
Eius Iustitia. ibid. n. 6. 12. 13. 18. 583 584. 585
Tituli.
Conditiones

Cc 3

Cam-

Cambium cum Recambio? seu recursa. ibidem pa-
ragrapho 2. 586
An sit licitum? parag. 3. 587
Qua conditione, seu modo solvi debet? parag.
4. 587
Eius praxis, ibid. parag. 5. 591
Cambij pacta. ibid. parag. 6. 593
Cambij usus per alios. ibid. parag. 7. 595
Canonis solutio, Proprietas Emphyteusis, quid sit
eiusque explicatio. lib. 9. Tr. 6. cap. 4. 630
Census quid sit, & quotuplex? libro nono Tract. 2.
cap. 1. 538
Censuum prædictorum Iustitia, ibidem cap. secun-
do. 539
Censuum pretium quod? ibid. c. 3. 542. & seq.
Census super plurib. bonis. ibid. c. 6. §. 3. 556
Census plures super unicum bonum. n. 13. 556
Census super re Feudali, vel simili. ibid. n. 15. 556
Census quo pretio in Sicilia? ibid. parag. 5. 557
Censum redimere fingens, quid peccet? V. Fingens
velle.
Cessio quæ juris faciat, ut ex eius vi adjudicatio præ-
dij intentari queat? lib. 9. Tract. 2. c. 6. parag.
septimo. 563
An sit licita? ibid. nu. 4. 564
Quid de Cessione in favorem Censuarij? ibid. à
num. 5. 565
Commisoria Lex quid sit, & quatenus obliget pa-
ctum de ea, lib. 9. Tract. primo cap. 6. perag. 2.
528 528
Commisum, seu cadere in commissum. Tract. 2. c. 4.
parag. 4. 547
Commodatum quid sit, & quatenus? libro 9. Tract.
7. cap. 6. 631
Conditiones Censuum ex Pio V. Bullæ Pontificum
ex Nicolao V. V. Ibid. & latè Tract. 2. c. 6. parag.
2. nu. 4. 553
Conditiones Cambij. V. Cambium.
Conditiones contractus Societatis. V. Societatis
Contractus.
Conductio, & locatio. lib. 9. Tr. 4. 598
Conductoris obligationes. ibidem capite primo pa-
ragr. 2. 602
Conductor, quando, & quatenus expelli de re con-
ducta possit? ibid. c. 6. 614
Conductoris Successor. V. Successor Locantis.
Constitutiones Pontificum circa Census. V. Bullæ
Pontificum.
Conventionalis poena V. poena Conventionalis.
Contractuum trium in Cambio praxis. lib. 8. Tr. 3. c. 5.
parag. 7. n. 12. 596

Contractuum in Societate praxis. lib. 9. Tract. 3. c. 1.
parag. 2. 619
Custos pecuniæ, an quid lucrari possit ex custodia?
libro nono. Tract. tertio. cap. 3. parag. 3. 578

D.

Damnum emergens quid sit? lib. 9. Tract. primo
cap. tertio parag. 3. 515
Damnum in contractu Societatis cuius est? lib. 9. Tr.
3. c. 7. 663
Depositum quid sit? Quis potest deponere? Quæ bo-
na? lib. nono Tract. 7. cap. 5. 647
Dies utiles, vel in utiles qui? lib. 9. Tract. 4. cap. 2.
nu. 8. 605
Dominum Usurarum, an Usurarius acquirat? lib. 9.
Tract. 1. c. 7. 530
Donatio quid sit? lib. 9. Tract. decimo. c. 1. 693
Quantum obliget? parag. 1. 694
Quotuplex sit? cap. 2. 694
Donare quis possit, & quantum? Ibidem cap. 3. 697
Reges, Princeps, Rectores civitatum, Parentes,
Prælati, Beneficarii, Novitij, Tutores, Cura-
tores. Ibidem parag. 2. 3. & c. 697
Donatio omnium Bonorum invalida lib. 9. Tract. 10.
cap. 4. 700
Aliquando valida. ibid. parag. 2. 701
Donatio quæ, & quando indiget Insinuatione? ibid.
cap. 5. 804
Donatio, quandam revocari potest? ibidem ca-
pite 6. 707
Donationis inofficiosa revocatio. ibidem §. 3. 709
Duo Census, an imponi possint super una re? libro
nono Tr. 2. c. 6. parag. 3. nu. 13. 516
Duratio temporis in Conductione, quæ, & quate-
nus? lib. 9. Tract. quarto cap. sexto. 614

E.

Eccllesia, an obligetur, revendere Census cum
cessione translativa? libro nono Tract. 2. cap.
6. parag. 4. à n. 13. 599
Emptio, & Venditio cum læsione. V. Læsis.
Emptio, & Venditio Vini aqua mixti. V. Vinum.
Emphyteusis, & Emphyteuta quid sint, quæ eorum
conditiones, quæ obligationes? lib. 9. Tr. 6. c. 1. 628
Enormis, vel enormissima læsis. V. Læsis.
Expensas in re locata quis solvet? lib. nono Tr. 4. c.
primo parag. 1. à numero duodecimo. Et parag.
2. à num. 4. 599. & 605
Expensas in contractu Societatis quis solvit? lib. nono
Tr. 3. c. 8. 61

F. Fanus

Famuli quas obligationes subeant? lib. 9. Tract. 4. capite 7. 657. & seq.

Qui serviunt eum possint. par. 2. 621

Qui non serviunt eum non possint. par. 3. 622

Famulorum stipendium, an praescribi possit? ibid. c. 7. par. 1. n. 24. 620

Famulorum recessus, Compensatio, Expulsio, ibidem par. 1. 617, 618

Famulus non diligenter Famulus, quando tenetur refarcire damna. lib. nono Tract. octavo capite septimo: n. 15. 654

Famulus, an acceptare possit stipendium in damnum Creditorum Domini? libro 9. capite 7. par. 1. num. 35. 626

Feudum quid sit? lib. 9. Tract. 6. c. 8. 654

Quotuplex? par. 2. 620

Quae illius conditiones? par. 3. 621

Quae obligationes feudatarii par. 4. 635

Causa amittendi Feudum par. 5. 636

Inde ius quid sit, & quatenus? lib. 9. Tr. 7. cap. 1. & sequent. 637

Illius suscepti post Donationem sunt causa unde illa revocari queat libro nono Tract. 10. capite 6. par. 2. 708

Ringens velle redimere Censum quid peccet? lib. 9. Tr. 1. c. 6. par. 9. 573

Justificationes, quae, & quot considerantur in locutione Praedij Ecclesiastici? lib. 9. Tract. 4. c. 2. num. 11. 605

Fructus Pignoris ejus sunt? 1. 9. Tractatu. 1. cap. 6. par. 1. 527

Fructus agri conducti ejus sunt? 1. 9. Tr. 4. cap. 3. a num. 5. 607

Fructus Pignoris ejus sunt? V. Pignus.

G.

Gravamen dat lucrum in Mutuo, & quatenus. libro nono Tract. primo, capite tertio. par. secundo. 513. & sequent.

Gregorij XIII. Bulla de Consib. lib. 9. Tract. 2. cap. 6. par. 2. 553

H.

Hypotheca quid sit, & quotuplex? libro nono. Tract. septimo cap. 4. 647

Hypothecatum in rem quid juris habeat Creditor? ibidem cap. tertio par. 3. 644

Infectio Bonorum quid sit, & an licita? lib. 9. Tr. 2. c. 6. par. 3. a. n. 7. 554

Remedium, quo ea vitetur. ibidem num. 9. 555

Ingratitudo est causa, unde possit revocari Donatio, libro nono, Tract. decimo cap. 6. par. 1. 707

Inofficiosa Donatio, quando, & quatenus revocanda? lib. 9. Tract. decimo cap. 6. par. 3. 709

Insinuatio quid sit, & quando praestanda? ibidem cap. 5. 703

Juramentum additum Promissioni, quid operetur? lib. 9. Tract. 9. cap. 7. par. 5. num. 24. 685

Juramentum additum Donationi omnium Bonorum, An eam validam reddat? lib. 9. Tract. 10. cap. 4. §. 4. 702

L.

Labor dat lucrum ex Mutuo. V. Lucrum ex Mutuo.

Labor, an deducendus in lucro cessante? lib. 9. Tr. 1. c. 5. par. 4. nu. 7. 566

Laesio enormis, vel enormissima, quae, & quatenus dat causam Adjudicationi? lib. 9. Tract. 2. cap. 6. par. 8. & praesertim n. 6. 566, & 567

Quid in Venditione, & Emptione? ibidem a num. 8. 567

Laesio in pensione quid operetur in conductione? 1. 9. Tract. 4. c. 4. par. 1. n. 5. 608

Laudemium quid sit, & quando solvendum? lib. 9. Tr. 6. c. 1. 632

Lex commissoria, quae? lib. 9. Tr. 1. c. 6. par. 2. 528

Livellum quid sit? lib. 9. Tr. 6. c. 7. 633

Locatio, & conductio. lib. 9. Tr. 4. 598

Locatoris obligationes. ibid. c. 1. par. 1. 605

Locari, quae res possint? ibid. c. 2. a. n. 1. 605

Locare quis non possit? ibidem a. n. 3.

Locantis successores. V. Successor.

Lucrum ex mutuo. lib. 9. Tract. 1. cap. 3. par. 2. & sequent. 513. & sequent.

Quid illud tituli? ibid. 513. & sequent.

Lucrum in Montibus Pietatis, an sit licitum? ibidem par. 9. 521

Lucrum cessans quid sit? ibid. par. 4. 516

Lucrum ex pecunia sine usura. ibid. c. 11. 530

Lucrum ex custodia pecuniae. lib. nono Tr. 3. cap. 3. par. 3. 498

Lucrum ex Cambio. V. Cambium.

M

Magistri habent Jus prohibendi locationem Fa-
bro, aut alii Magistro, lib. 9. Tr. 4. cap. 2. nu-
mero 3. 515
Medicina, an locari possint? V. Pharmacopola.
Melioramenta quis solvit in re locata? lib. 9. Tr. 4. c. 1.
parag. 1. à n. 19 600
Montes pietatis liciti sunt, & quatenus, lib. 9. Tr. 1. c.
3. parag. 9 521
Montes vacabiles, vel non vacabiles quid sint? lib. 9.
Tr. 2. c. 7 574
Mutuum quid sit? lib. 9. Tr. 1. c. 1. parag. 1. 507
Quantum restituendum? } ibid. & seq.
Quando? }
Sub quo valore? }
Mutuum dare, an sit in præcepto? ib. parag. 3 510
Mutuum, quandonam usuram certo non continet? i-
bid. c. 3. & seq. 512
Quando certo usuram continet? ibidem cap. 4. pa-
ragr. 1. & seq. 522
Quando sub controversia? ib. cap. 3. 525
Mutui lucrum, V. Lucrum ex mutuo.
Mutuum quomodo differat à Precario? lib. 9. Tr. 7
cap. 7 652

N.

Negotiatio debet esse honesta in contractu So-
cietatis, lib. 9. Tr. 8. c. 3 655
Nicolai. V. Bulla de Censibus, 1. 9. Tract. 2. cap. 6. pa-
rag. 1 551
Novitius quid, & quatenus donare potest? lib. 9. Tr. 10.
c. 3. parag. 6 699

O.

Obligaciones Locatoris, libro 9. Tr. 4. cap. 1. pa-
rag. 1. 598
Obligaciones Conductoris, ibid. §. 2 602
Obligaciones Famulorum, ib. c. 7 617
Obligatio promissionis, quandonam cessat? libro 9.
Tr. 9. c. 9 691
Onerum Accollatio quid sit, & quid Juris afferat? li-
bro nono, Tractatu secundo, cap. 6. parag. 8. à
num. 29 571

P.

Pacta, quæ imponi possunt in Censibus, lib. 9. Tr.
2. c. 4. 545. & seq.
Quæ in Reg. Siciliæ? ib. c. 6. §. 6 563

Quæ in Cambijs, & Recambijs? lib. 9. Tr. 3. cap. 5
parag. 6. 593
Quæ in locatione? lib. 9. Tr. 4. c. 5. 612
Quæ in Contractu Societatis? lib. 9. Tract. octa-
vo cap. 9. 567
Pactum Redemptionis ante, vel post certum tem-
pus, an licitum? Tr. 2. c. 4. §. 1. 543
Quid de pacto redimendi absoluto ex parte u-
triusque? ibidem §. 2. ibid.
Quid de Pacto solvendi pensionem pereunte res?
ibid. parag. 3. 546
Quid de Pacto cadendi in commissum? ib. §. 4. 547
Quid de Pacto rescindendi contractum? ibidem
parag. 5. 547
Quid de Pacto redimendi censum totum simul
ibid. 6. ibid.
Quid de Pacto redimendi cum eadem moneta?
ibid. §. 7 541
Parentes quantum donare possunt? V. Donare quis
possit? 5
Partitio Filiorum, mortuo Patre, lib. 9. Tract. octa-
vo cap. duodec. 671
Pensio in Censibus, V. Censibus quo pretio.
Pensio quæ, quando, ubi, & quatenus solvenda?
Conduct? lib. 9. Tr. 4. à c. 1. §. 2. 602. & seq.
Periculum amittendi sortem dat lucrum ex mutuo.
lib. 9. Tr. 1. c. 3. parag. 6. 518
Petens ad usuram quandonam peccat? lib. 9. Tr. 1.
cap. 10. 517
Pharmacopola, an possit locare Medicinas? lib. 9. Tr.
4. c. 3. à n. 9. 601
Pignus, quando, & quatenus potest accipi in securi-
tatem Mutui? lib. 9. Tr. 1. c. 6. 557
Pignoris fructus, V. Fructus Pignoris.
Pignus, quando, & quomodo pariat pinguevalent?
lib. 9. Tr. 2. c. 6. §. 8. n. 16. 563
Pignus in cambio, an licitum? lib. 9. Tr. 3. c. 5. parag.
6. num. 10. 595
Pignus quid sit? Quis possit oppignorare? Quæ bo-
na? Eius fructus cujus sint? Eiusdem incremen-
tum, vel decrementum cujus? lib. 9. Tr. 7. cap.
3. 542. & seq.
Pœna conventionalis quid sit, lib. 9. Tr. primo cap.
3. §. 5. 555
An apponi possit in Mutuo? ibid. §. 6. 556
Pragmatica Regis Philippi de creandis Censibus ad
rationem quinque pro centum, lib. 9. Tr. 2. c.
6. §. 5. n. 4. 562
Pragmatica Regis Alphonsi de Infectione bonorum
ex Censu, ibid. §. 3. n. 8. 564
Praxis expediendi cambia, libro nono Tr. 3. c. 1. §. 5.
591. 591.

- Praxis cambiendi per alios. *ibid.* §. 7. 595.
 Praxis trium contractuum in cambijs. *ibid.* num. duodecimo. 597
 Praxis trium contractuum in contractu Societatis, lib. 9. Tr. 8. c. 2. 655. & seq.
 Precarium quid sit? lib. 9. Tr. 7. c. 7. 652
 Presumpta voluntas quid operetur in commutando Deposito? lib. 9. Tract. 7. cap. 5. paragrapho quarto. 650.
 Prescriptio stipendij Famulorum, libro nono. Tr. 4. c. 7. §. 1. 617
 Pretium, quod in Censibus constituendis? lib. 9. Tr. 2. cap. 3. 542 & seq.
 Quodnam in jam constitutorum venditione? *ibid.* §. 2. num. 9. 544
 Quid in locatione. V. Pensio quæ, quando.
 Quid in Cambio minuto. lib. 9. Tract. tertio, capite tertio. 577. & seq.
 Quin Cambio per litteras? *ibidem* cap. 4. §. 1. num. 6. 579.
 Promissio quid sit, & quatenus, &c. lib. 9. Tract. 9. per totum. 672
 Interna, externa, libera, Rei possibilis, & licite, Data, acceptata; Quid de dubia, de Iurata, de eius Quantitate? *ibid.* à c. 2. 673. & seq.
 Promissio mutuandi, an det lucrum ex Mutuo? V. Lucrum ex Mutuo.
 Provisiones solvendæ in Cambijs. lib. 9. Tr. 3. c. 5. §. 7. n. 8. 596

Q.

- Quantitas, quæ obligat sub mort. in Promissione? lib. 9. Tr. 9. c. 7. §. 5. num. 22. 684
 Quantitas Donationis insinuandæ quæ? lib. 9. Tr. 10. c. 5. §. 1. n. 3. 704
 Quantum & quid restituendum in Mutuo? V. Mutuum quid sit?
 Quantum lucrari potes in Cambio? lib. 9. Tr. 5. c. 5. §. 7. n. 6. 596
 Vide. V. Cambium.
 Quantum donare possunt Reges, Rectores, Parentes Prælati, & similes? Vide Donare quis possit.
 Quod tibi non nocet, & alij prodest, faciendum. lib. 9. Tr. 2. c. 6. §. 4. n. 7. 558
 Quomodo supplendum pretium Censuum, quando iniustum fuit. lib. 9. Tract. 2. cap. tertio, §. 2. num. 6. 545
 Quotuplex sit Cambium? Quotuplex Censuum. Quotuplex Societas. Quotuplex Usura? V. Cambium. Censuum, Societatis contractus, Usura.

R.

- Recambium V. Cambium.
 Rectores Universitatum quantum donare possunt? V. Donare quis possit.
 Redemptio Censuum. lib. 9. Tr. 2. c. 6. §. 4. 557
 Redemptio eiusdem animo faciendi fructus suos, *ibid.* à num. 3. *ibid.*
 Reges quantum, & quæ donare possunt? V. Donare quis possit.
 Remedium, quo vitetur Infectio honorum ex Censuum, lib. 9. Tr. 2. c. 6. paragr. 3. n. 9. 555
 Restitutio Usurarum, quando, & quatenus, & à quibus præstanda? lib. 9. Tr. 1. cap. 9. 535. & seq.
 Revocari ob quas causas Donatio possit? libro nono Tr. 10. c. 6. 707
 Ob ingratitudinem } *ibid.* §. 1. 2. 3. fol. 707 708
 Ob susceptam prolem, } & seq.
 Si sit inofficiosa, &c.

S.

- Servorum obligationes, & alia ad ipsos pertinentia, V. Famuli.
 Societatis contractus quid sit, & quatenus, &c. lib. 9. Tr. 8. per totum. 654
 Eiusdem octo conditiones, *ibid.* à cap. 2. 655
 Societas in Animalibus, *ibid.* c. 11. 670
 Solidus antiquus, cuius est valoris? lib. 9. Tr. 10. cap. 5. paragr. 1. n. 4. 704
 Solutio Laudemij, V. Laudemium.
 Stipendium Famulorum, V. Famulorum stipendium.
 Sublocator ad quid tenetur? lib. 9. Tract. 4. cap. 1. paragr. 1. n. 23. 698
 Successor Locantis, vel Conducentis ad quid obligetur? libro nono, Tr. quarto, capite 6. paragr. 2. & 3. 615. & 616

T.

- Tempus restituendi Mutuum, V. Mutuum quid sit.
 Tempus, quod in Conductione? libro nono Tract. 4. cap. 6. 614
 Triennium in locatione, quale? lib. 9. Tract. 4. cap. 2. num. 7. 605

V.

- Vacabiles, vel non vacabiles Montes, V. Montes vacabiles.

Ven-

INDEX RERUM DE CONTRACTIBUS.

Venditio Censuum, V. Censuum, & V. Pretium Censuum.	532	Vfurarii bona, an sint hypothecata pro usuris? ibid. parag. 2.	532
Venditio, & Emptio cum enormi, vel enormissima laesione, V. Laesio.	535, & seq.	Vfurarius, quando, & quatenus obligatur ad restitutionem, ib. c. 9	535, & seq.
Vinum mixtum aqua, an aliquando vendi pretio currenti liceat? l. 9. Tr. 5.	623	Quando, & quatenus ejus haeredes, vel legatarii ibid. parag. 3	ibid.
Usura quid sit, quotuplex, qua ratione prohibita? l. 9. Tr. 1. c. 3	511	Usura cur sit lucrum ex tempore, non vero ex loco? libro nono, Tractatu 3. capite 4. paragrapho 2. num. 3.	584
Usura in mutuo, quando certo non adest. l. 9. Tr. 1. capite 3.	512	Usus cambiendi per alios, lib. 9. Tract. 3. cap. 5. parag. 7. ho 7.	599
Quando adest certo, ib. c. 4	522	Usus fructus in locatione, libro nono, Tract. 4. c. 1. 607	607
Quando sub dubio, ib. c. 5	525	Utilitas tum Campsoris, tum Campsarii, seu utriusque contrahentium, quando adest, cujusnam erit lucrum? l. 9. Tr. 3. c. 4. parag. 3.	581
Usurarius, quando nam acquirit Dominium rerum per usuram acceptarum? libro 9. Tract. 1. c. 7. parag. 1.	530		

FINIS INDICIS RERUM ET VERBORUM SECVNDÆ PARTIS, DE CONTRACTIBUS.

Stt Honor Deo, B. VirgInI, sanCtoqVe aLoyslo gonzagæ patrono Meo.



INDEX

INDEX CAPITUM
ET PARAGRAPHORVM,
PARTIS TERTIÆ.
HOC EST LIBRI DECIMI,
DE CENSURIS
ET IRREGULARITATE
TRACTATVS PRIMVS
SELECTA.

De Excommunicatione.

DIVISIO Excommunicationis in la-
am, & ferendam, Cap. I. fol. 1
Metus gravis quid operetur in Ex-
communicatione? Cap. II. 5
Metus, an excuset ab Excommunica-
tionis incurſu? §. 1. ib.
An, ab observandis iis, quæ alias deberet Excom-
municatus observare? parag. 2. 7
Explicantur aliqua de Excommunicatis vitandis.
Caput III. 8
Quid requiratur ad Denuntiationem Excommu-
nicati expediendam? §. I. ib.
An nominatim Denuntiatus in uno loco fit alibi
vitandus? §. 2. 9
Quidnam præſtet certitudinem, quod quis fit Ex-
communicatus vitandus? §. III. 15

TRACTATUS II.
SELECTA

De Suspensione.

Modus dignoscendi, quandonam suspensio fit
Censura, quandonam mera poena? Cap. I. 16

Quæ culpa requiritur ad incurrendam Suspen-
sionem? Cap. II. 17

TRACTATUS III.
SELECTA.
De Interdicto.

Quid servandum est hodie in Interdicto Gene-
rali locali. Caput I. 18
Præmittitur, quid sit Interdictum, §. I. ib.
Quotuplex sit? parag. 2. 19
Quidnam mitigaverit Bonifacius VIII. in Interdi-
cto locali Generali? parag. 3. ibid.
Quid indulerit Concilium Constantiense in In-
terdicto? Cap. II. 21

TRACTATUS IV.
SELECTA

De Irregularitate.

Quid sit Irregularitas? Caput I. 22
De ejus subjecto. Caput II. ibid.
Dd Qui.

INDEX CAPITUM ET PARAGRAPHORUM

Quibus verbis infligitur Irregularitas? Cap. III.	ib.
Quinam actus requiratur in subiecto ad Irregularitatem ex delicto incurrendam? Cap. IV.	23
Actus debet esse externus, parag. 1.	ibid.
Opere consummatus, parag. 2.	ibid.
Plene deliberatus, parag. 3.	ibid.
Peccaminosus, parag. 4.	25
Cognitus in ratione malitiæ, & pœnæ, &c. paragraph. 5.	26
Non dubia debet esse in Irregularitatem incurfio.	28
Caput V.	
De effectibus Irregularitatis, Caput VI.	32
Irregularitas impedit Ordinum fufceptionem, parag. 1.	ibid.
Impedit ufum Ordinis, parag. 2.	33
Impedit à Beneficiis, parag. 3.	34

DE IRREGULARITATE in Particulari.

De Irregularitate ex defectu Sanitatis, Caput VII.	
fol. 34	
Quis ille fit? parag. 1.	ib.
Quis difpenfet? parag. 2.	ib.
De Irregularitate ex corporis vitio. Cap. VIII.	ib.
De vitiatifine propria culpa, parag. 1.	35
Ex propria culpa, parag. 2.	37
Quis difpenfet in prædictis? parag. 3.	64.6
De Irregularitate ex defectu fexus, parag. 4.	39
De Irregularitate ex defectu libertatis. Cap. IX.	ib.
De fervitute, parag. 1.	ibid.
De uxorio, parag. 2.	40
Quis difpenfet cum fervo, &c. parag. 3.	41
De Irregularitate ex defectu bonæ famæ, Caput X.	
ibid.	
Quid, & quotuplex fit infamia? parag. 1.	ib.
De Infamia Juris Irregularitatem inducente, paragraph. 2.	ib.
De Infamia facti, &c. parag. 3.	44
Effectus Infamiæ, parag. 4.	45
Quis difpenfet in Irregularitate contracta ex infamia? parag. 5.	ibid.
De Irregularitate ex novitate Fidei. Cap. XI.	ib.
Quisnam eam contrahit? parag. 1.	ib.
Quisnam difpenfet in Neophytis? parag. 2.	47
De Irregularitate ex defectu fcientiæ. Cap. XII.	47
Quis eam contrahit? parag. 1.	ib.
Quid Tridentinum in hoc difpofuerit? parag. 2.	ibid.
Quanam fcientia requiratur in Religiofo initian-	
do? parag. 3.	48
De Examine Ordinandorum, parag. 4.	49

Quis difpenfet in defectu fcientiæ? parag. 5.	ib.
De Irregularitate ex mala fufceptione Baptifmi. Caput XIII.	ibid.
De Baptifmo male fufcepto, parag. 1.	ibid.
De Rebaptifmo, parag. 2.	50
Quis difpenfet? parag. 3.	ibid.
De Irregularitate ex Ordinum abufu, Caput XIV.	ibid.
Quando Ordines prave fufcipiuntur, parag. 1.	ib.
Ordinis, quem non habes ufurpatio, parag. 2.	51
Ordinis, quem habes ufurpatio prava, paragraph. 3.	52
Quis difpenfet? parag. 4.	54
De Irregularitate ex occifione hominis. Caput XV.	ibid.
Dispositio tractandorum, parag. 1.	ib.
Ex quo cafuali homicidio incurratur Irregularitas? parag. 2.	55
De homicidio cafuali moraliter commiffo, &c. parag. 3.	59
De homicidio ex morte Infirmi, præter voluntatem Medici, vel Affiftentium, parag. 4.	60
De homicidio ex occasione Adult. parag. 5.	61
De homicidio ex occasione fubitæ rixæ, parag. 6.	63
De Irregularitate ex homicidio voluntatio phyficè patiato, parag. 7.	66
De Irregularitate ex homicidio voluntario commiffo ex mandato, &c. parag. 8.	70
An contrahatur Irregularitas, quando quis negativè fe habet ad alterius mortem? parag. 9.	74
De Irregularitate orta ex occifione facta à Militis Iuftitiæ, parag. 10.	76
De Irregularitate, quæ oritur per cooperationem ad fententiam fangu. parag. 11.	81
De ea, quæ oritur per Teft. fic parag. 12.	87
De ea, quæ oritur in aliis Miniftris Iuftitiæ, paragraph. 13.	89
De ea, quæ contrahitur à Militibus in Bello, paragraph. 14.	94
De ea, quæ ex propria defenfione, parag. 15.	95
De ea, quæ ex Mutilatione, parag. 16.	96
Quis difpenfet in Irregularitate ex homicidio? paragraph. 17.	100
Quid poffit Commiffarius Cruciatæ in Difpenfatione Irregularitatis. Quid Prælati Regulares? parag. 18.	103
De Irregularitate ex Bigamia. Caput XVI.	104
Præmittitur quid & quotuplex fit Bigamia, paragraph. 1.	ib.
Bigami funt Irregulares, parag. 2.	ib.
Quis difpenfet? parag. 3.	105

DE CENSURIS ET IRREGULARITATE.

De Irregularitate ex defectu Natalium. Cap. XVII. ib.	Quis dispense in hac Irregularitate? § 2. 119
Illegitimi sunt Irregulares, parag. 1. ibid.	De Irregularitate orta ex officio, & Ratiociniis. Caput XIX. ibidem
Qua ratione dubitatio de illegitimo Natali remouetur? parag. 2. 106	Explicatur hæc Irregularitas, parag. 1. ib.
Qua ratione cesset illegitimitas, & consequenter hæc Irregularitas? parag. 3. 108	Quomodo cesset? parag. 2. 120
De legitimitate per sublequens matrimoniū, ib. ib.	Quis in illa dispensat? parag. 3. ib.
Per Professionem Religiosam, parag. 4. 110	De Irregularitate ex Paupertate, Caput XX. ibid.
Per rescriptum Principis, parag. 5. 114	Explicatur, parag. 1. ibid.
De dispensatione illegitimi, parag. 6. ib.	Quis in illa dispensat? parag. 2. 121
Quid debeat explicare illegitimus, quando petit dispensationem? parag. 7. 115	De Irregularitate ex defectu ætatis, Caput XXI. ib.
Quis dispensare potest in hac Irregularitate? parag. 8. 116	Summa, seu Catalogus Irregularitatis, Caput XXII. ibid.
De Irregularitate ex Hæresi. Caput XVIII. 117	De Cessatione Irregularitatis, Caput XXIII. 122
Quam ratione hæresis Irregularitate afficiatur? parag. 1. ibid.	Ex Baptismo, ibid. parag. 1. ibid.
	Ex Professione solemnī, ibid. parag. 2. 123
	Ex cessatione causæ, ibid. parag. 3. ibid.
	Ex dispensatione, ibid. parag. 4. 125

FINIS INDICIS CAPITVM ET PARAGRAPHORVM de Censuris & Irregularitate.

INDEX ADDITIONVM

AD OMNIA OPERA MORALIA,

HOC EST

Ad singulos Confessionis, Communionis, S. Missæ Sacrificiū, & decem Decalogi Libros.

A dditiones ad primum Opusculum, & librum I. Methodi Confessionis, fol. 126	Ad librum III. de sacrificio Missæ. 141
Ad librum II. Methodi Confessionis, fol. 126	Additiones ad librum primum Decalogi. 142
Ad librum III. Methodi Confessionis, 132	Ad librum II. Decalogi, 145
Ad librum IV. Methodi Confessionis. 135	Ad librum III. Decalogi, 147
Ad librum V. Methodi Confessionis. 136	Ad librum IV. Decalogi, 150
Additiones ad opusculum II. de Communione. 136	Ad librum V. Decalogi, 151
Additiones ad opusculum III. hoc est librum I. de sacrificio Missæ. 138	Ad librum VI. Decalogi, 156
Ad librum II. de sacrificio Missæ. 139	Ad librum VII. Decalogi, 157
	Ad librum VIII. Decalogi, 157
	Ad librum nonum Decalogi, 157
	Ad librum X. Decalogi, ibid.

INDEX RERUM ET VERBORUM PARTIS TERTIÆ HOC EST LIBRI DECIMI DE CENSURIS ET IRREGVLARITATE.

A.



ABORTUS dubius, an sit causa Irregularitatis. libro X. (*& sic semper deinceps*) c. 5. n. 18. fol 31
Absolutus ab excommunicatione, ut quis sit iudicandus, quæ certitudo requiritur? Tr. 1. c. 3. §. 3. n. 8. 15
Absolvere quis Confessarius possit à peccatis, quando adest Interdictum Generale locale? Tr. 3. cap. 1. parag. 3. n. 13. 20
Abusus Ordinum parit Irregularitatem. Vide Ordinum abusus. 20
Advocatus, quando nam sit Irregularis in causa sanguinis? Tr. 4. c. 15. parag. 13. 89
Adulterium, quando ex eo sequitur mors alicujus, an pariat Irregularitatem. Tr. 4. c. 15. §. 5. 63
Amatorium medicamentum. V. Medicamentum Amatorium.
Arma vendens volenti occidere, quando sit Irregularis? Tr. 4. c. 15. §. 7. n. 16. 68
Aromatarii, seu Pharmacopolæ, quando fiunt Irregulares? Tr. 4. c. 15. §. 4. n. 23. 62
Assistentes infirmis, quando eorum morte fiunt Irregulares? Tr. 4. c. 15. §. 4. n. 24. ibid.
Accusans, quando incurrit Irregularitatem? Tr. 4. c. 15. parag. 11. 83
Actus debet esse externus, peccaminosus, &c. ut incurratur Irregularitas ex delicto. Tr. 4. c. 4. parag. 2. fol. 23 §. 4. 25
Artes quænam reddunt hominem infamem? Tr. 4. c. 10. §. 2. n. 23. 43

Attentans se occidere, vel mutilare, an sit Irregularis? Tr. 4. cap. 8 §. 2. n. 18. 39
Aure carens, an sit Irregularis? Tract. 4. cap. 8. parag. 1. num. 5. 35

B.

BAPTISMUS malè susceptus parit Irregularitatem. Tr. 4. c. 13. §. 1. 49
Baptismus, an tollat Irregularitatem? c. 23. 113
Bigamus quibus Privilegiis Clericalibus privetur? Tr. 4. c. 6. §. 1. n. 6. 35
Vide etiam cap. 16. §. 2. n. 4. 104
Bigamus est Irregularis, Tr. 4. c. 16. §. 2. 104
Bigamos quis dispense? ibid. §. 3. 105
Bulla Cruciatæ an aliquid possit in Irregularitate? Tr. 4. c. 15. §. 18. n. 3. 104

C.

CÆCUS quando nam est Irregularis? Tr. 4. c. 8. §. 1. num. 1. 35
Casuale homicidium, quando est causa Irregularitatis? V. Homicidium casuale.
Causa sanguinis quæ, & quando inducit Irregularitatem? Tr. 4. c. 15. §. 10. a num. 5. 77
Causa cessante, quando nam cessat Irregularitas? Tr. 4. cap. 23. §. 3. 100
Censuratus Ordinem suscipies, an fiat Irregularis? Tractatu quarto, capite decimo quarto, parag. 1. n. 8. 100

DE CENSURIS ET IRREGULARITATE.

Idem Ordinem exercens, quandonam fit Irregularis? ib. parag. 3 52
 Chirurgia Clericis, & Monachis interdicta, Tr. 4. capite 15. parag. 4. n. 2 60
 Quandonam est causa Irregularitatis? ibidem à num. 9 61
 Claudus, quandonam Irregularis? Tr. 4. cap. 8. parag. 1. num. 14 36
 Clerici hic percussor, an vitandus alibi? Tr. 1. cap. 3. parag. 2. num. 25 13
 Clericis quid conceditur in Interdicto? Tract. 3. c. 1. parag. 3 19
 Clericis prohibita Chirurgia. V. Chirurgia.
 Clericus Irregularis, an prioretur Clericorum Privilegiis? Tract. 4. cap. 6. initio. 32
 Commissarius Cruciatæ quid possit in Irregularitate? Tr. 4. cap. 15. parag. 18 103
 Conceptionis, an Natiuitatis tempus est inspiciendum in causa legitimatis? Tract. 4. cap. 17. parag. 3. à num. 11. 109
 Concilii Constantiensis favor pro Excommunicationis non vitandis qui? Tr. 1. cap. 3. paragrapho tertio, num. 10 11
 Vide etiam ibid. parag. 2. n. 22 13
 Consilium, quandonam est causa Irregularitatis? V. Mandatum.
 Consilium de morte, quando est dubium, paritne Irregularitatem? Tract. 4. cap. 5. à n. 11 29
 Corporis vitia quæ Irregularitatem inducunt? Tr. 4. cap. 8. §. 2 37
 Culpa quæ requiritur, ut incurratur suspensio? Tr. 2. cap. 2. 17
 Culpa quæ inducit Irregularitatem in vitante proprium membrum? Tractatu 4. capite 8. parag. 2. 37 & seq

D.

Damnati ad Triremes, an sint Infames, & Irregulares? Tract. 4. capite 10. parag. secundo num. 17. 43
 Defensio propria, quandonam liberat occidentem ab Irregularitate? Tract. 4. cap. 15. paragrapho 15. 95
 Defectus ætatis, quandonam inducit Irregularitatem? Tr. 4. capite 8. parag. 4. 39
 Defectus libertatis Irregularitatem inducit. Ibidem cap. 9. 41
 Defectus bonæ famæ inducit Irregularitatem. Ibid. cap. 10. 41
 Deformitas quæ Irregularitatem constituit? Tr. 4. cap. 8. parag. 1. à num. 18. 36

Delicta quæ faciunt infamem? Tract. 4. cap. 10. parag. 2. 41
 Denuntiatus excommunicatus quis nam legitime sit? Tract. 1. cap. 3. parag. 1. 8
 Denuntiatus in uno loco, an sit ubique vitandus? ib. parag. 2. 9. & seq.
 Denuntiatio Excommunicati, qua solennitate expediend? Tract. 1. cap. 3. parag. 1. num. 2. 8
 Denuntiantes crimen capitale, quandonam fiunt Irregulares? V. Querelam deponentes.
 Designatio sub nomine Dignitatis, an comprehendat etiam fururos in illa dignitate? Tr. 1. cap. 3. parag. 2. num. 5. 9
 Dig. tis carens, an sit Irreg? V. Mancus.
 Dignitates non dantur infamiibus. Tr. 4. cap. 10. parag. 4. 45
 Dispensat quis in Irregularitate ex defectu Sanitatis? Tract. 4. cap. 7. parag. 2. 34
 Quis in Corpore vitiat? ibidem capite 8. parag. 3. 39
 Quis cum infami? ibidem capite 10. paragrapho 5. 45
 Quis cum Neophytis? ibid. cap. 11. parag. 2. 46
 Quis cum illiteratis? ibidem cap. 12. paragrapho 5. 49
 Quis in suscipientibus malè Baptismum, vel in Rebaptizante? ibid. cap. 13. parag. 3. 50
 Quis in abutentibus Ordine? ibidem cap. 14. paragrapho 4. 54
 Quis cum Homicida? ibid. cap. decimo quinto paragrapho 17. 100
 Quis cum Mutilantibus, ibidem cap. 15. parag. 17. n. 24. 102
 Quis cum Bigamis? ibidem capite 16. paragrapho 3. 105
 Quis cum Illegitimis? ibidem capite 17. paragrapho 8. 116
 Quis cum Hæretico? ibidem cap. decimo octavo parag. 2. 119
 Quis cum Irregulari ex Officio, vel Ratiocinijs? ibid. capite decimo nono parag. 3. 120
 Quis cum Irregulari ex defectu ætatis? ibidem capite 21. 121
 Dispensatio Irregularitatis, quibus verbis expedienda? Tract. 4. capite 23. parag. 4. 123
 Domini consensus, vel dissensus quid operetur in Servo initiato? Tr. 4. cap. 9. parag. 2. 39
 Dormiens, si quem occidat, an fiat Irregularis? Tr. 4. cap. 4. parag. 3. n. 2. 24
 Dubia Irregularitas quid operetur? Tr. 4. capite 17. parag. 1. n. 8. 106
 Dubietas hæc qua ratione vincatur? ibid. parag. 2. ibid. & seq. D d 3 Ebrus

INDEX RERUM ET VERBORUM

E.

- E**arius occidens, an Irregularis? Tr. 4. cap. 4. parag. 3. n. 3. 24
 Ecclesia cur arcet ab altari Ministrum Iustitiæ, qui aliquem iustè occidit? Tr. 4. capite 4. parag. 5. n. 4. 27
 Effectus Irregularitatis qui? Tractatu quarto, capite sexto. 32, & deinceps
 Episcopus, an dispenset in Irregularitate ex defectu Sanitatis? Tr. 4. cap. septimo parag. 2. 34
 An in Corpore vitiat? ibidem cap. 8. parag. 1. n. 3. 35
 An eum, qui se mutilat? Tractatu 4. cap. 8. parag. 2. n. 9. 37
 An mutilantem alios. Tr. 4. cap. 15. parag. 17. num. 24. 102
 Episcopus, an dispenset in alijs Irregularitatibus? V. Dispenset quis.
 Episcopus quandonam incurrit Irregularitatem, si sit Minister Iustitiæ? V. Prælati.
 Episcopus, an tradere queat Corpus occisi Ministris Iustitiæ Sæcularibus? Tractatu 4. capite decimo quinto, paragrapho 3. numero. 36. 93
 An copiam renuntiationis Clericatus. ibid. num. 39. 94
 An Epistolas inventas apud confugientem ad Ecclesiam? ibid. à nu. 41. ibid.
 Eunuchus, an sit Irregularis? Tr. 4. cap. octavo parag. 2. n. 11. 38
 Examen Ordinandorum, quodnam? V. Ordinandum Examen.
 Examinatores Synodales quas condiciones habere debent? Tract. 1. cap. 3. parag. 2. à num. 2. 9
 Examinatores supernumerarij, an inualident electionem in concursu ibidem parag. 2. 10
 Excommunicatio alia lata, alia ferenda, Tract. primo, capite 1. 1
 Formulæ utriusque. Ibid. à n. 12. 3
 Excommunicatus vitandus qui? Tractatu primo, capite tertio. 8
 Excommunicandus non debet excommunicari, si satisfactionem offerat Tr. 1. capite 3. parag. 1. n. 4. 8
 Explicare quid debeat, qui vult dispensari in Irregularitate ex Homicidio? Tract. 4. capite decimo quinto parag. 17. num. 28. 103

F.

Formulæ significantes excommunicationem latam, vel ferendam. V. Excommunicatio alia lata, &c.

Furiosus occidens aliquem, an sit Irregularis? Tr. 4. cap. 4. parag. 3. n. 10. 25
 Furivè Ordinatus, an sit Irregularis? Tract. quarto, cap. 14. parag. 1. n. 3. 501

G.

Gradus quis scientiæ requiritur in Ordinando? Tr. 4. c. 12. parag. 1. & 2. 47
 Gubernator Sicilia Episcopus Corsetus qua ratione sine metu Irregul. Iustitiæ administravit? Tr. 4. c. 15. parag. 10. à n. 39. 81
 Gutturis strumæ, an Irregularitatem faciant? Tr. 4. c. 1. parag. 1. n. 19. 36

H.

Homicidium est causa Irregularitatis. Tract. 4. cap. 15. parag. 1. 2. 54-55
 Homicidium casuale, quandonam est causa Irregularitatis? ibid. parag. 2. ibid.
 Homicidium casuale ortum ex mandato, vel consilio, quando? ibid. parag. 3. 59
 Ex morte infirmi ibid. parag. 4. 60
 Ex adulteræ occisione ibid. parag. 5. 63
 Homicidium ex subita rixa, quandonam Irregularitatem parit? ibid. parag. 6. 61
 Quid si occidatur unus pro alio? ibid. à n. 12. 66
 Vide etiam parag. 7. à n. 20. 69
 Homicidium voluntarium physicè patratum, et causa Irregularit. ibid. parag. 7. 66
 Idem, quando moraliter patitur. ibid. §. 8. 70

I.

Infamia quid sit, & unde nascatur. Tr. 4. cap. 10. §. 1. &c. 41, & sequ.
 Infamiæ effectus. ibidem §. 4. 46
 Infamiæ nota quomodo cessat? §. 5. ibid.
 Infamiæ timor, an excuset ab observatione Censurarum? Tr. 1. c. 2. §. 2. à n. 7. 7
 Ignorantia suspensionis, an excuset ab eius incursum? Tr. 2. c. à n. 5. 18
 Ignorantia, quod fuerit exceptum mandatum, an liberet mandantem ab Irregularitate? Tr. 4. c. 1. §. 8. n. 12. 71
 Ignorans Irreg. an incidat in illam? Tr. 4. c. 4. §. 5. 26
 Illegitimi sunt Irreg. Tr. 4. c. 17. 107
 Illegitimitas quomodo cessat? ibid. §. 3. 108
 Illiterati qui sunt Irregulares? Tr. 4. c. 12. 47
 Infirmarij, quando Irregulares evadunt? V. Assistentes Infirmis. 31

Inquisitores cur non sint Irreg. dum Hæreticum tradunt brachio seculari. Tr. 4. c. 15. parag. 10. nu. 47. 82
Interdictum Ecclesiasticum quid sit? Tr. 3. c. 1. parag. 1. 18
Quotuplex? ibidem parag. 2. 19
Quid interdicto mitigaverit Bonifacius Octavus? ibidem parag. 3. ibid.
Quid in eodem concesserit Concilium Constantense? ibidem. c. 2. 21
Irregularis ex delicto, an etiam sit Irreg. ex defectu lenitatis? Tr. 4. parag. 5. n. 15. 28
Irregularitas quid sit? Quid requiratur ad eam incurrendam? Qui eius effectus? Tr. 4. c. 1. & deinceps. 22. & seq.
Irregularitatis Dispensatio. V. Dispensat quis. 121
Irregularitas ex quibus Capitibus incurritur? Sanè ex decem & octo, quæ vide in suis vocibus, & simul collecta habes in eodem Catalogo. Tr. 4. cap. 22. 121
Irregularitas cessat vel Baptismum, per Professionem Religiosam, per Cessationem causæ. per Dispensat. Tr. 4. c. 23. 122. & deinceps.
Iudex quandomam incurrit Irregularitatem? Tr. 4. c. 15. parag. 10. n. 3. 77
Iustitiæ Ministri, quandomam fiunt Irreg.? V. Ministri Iustitiæ.
L.
Lapides proicientes, quandomam fiunt Irreg. Tr. 4. c. 15. parag. 2. nu. 28. 38
Legitimus, V. Illegitimus, quando cessat.
Lex promulgata acceptanda, Tr. 1. c. 3. parag. 2. numero 13. 11
Ubi promulganda? ibid. nu. 27. 13
Libertatis defectus Irregularitatem parit. Tract. 4. cap. 9. 39
Libertus, an Irregularis? ibid. parag. 1. n. 6. 40
Ligna cadens quandomam sit Irregularis, si inde lequatur alicujus mors. Tractatu 4. cap. 15. parag. 2. nu. 17. 58
Ludentes, quandomam fiunt Irreg. morte alicujus secuta. Tr. 4. c. 15. parag. 2. n. 22. 57
M.
Mancipium est Irreg. Tr. 4. c. 9. 39
Mandatum, Concilium, Favor, quandomam sunt causa Irregularit? Tr. 4. c. 15. parag. 3. 59. & parag. 8. 70
Mandati repulsa, Mandati poenitentia, Mandatarii pertinacia, quando liberavit ab Irregularitate? Tr. 4. c. 15. parag. 8. n. 14. 71
Matrimonium subsecutum, quando legimat prolem? Tr. 4. c. 17. parag. 3. 108
Medicus Physicus, vel Chirurgus, quando sint Irregulares. Tr. 4. c. 15. parag. 4. 60. & seq.

Medicamentum dans ad Sterilitatem? vel ad Amorem conciliandum, quandomam sit Irregul? Tr. 4. c. 15. parag. 4. n. 30. 63
Metus, quandomam excusat ab incurfu in excommunicationem? Tr. 1. c. 2. parag. 1. 5
Quandomam ab Irregularitate? ibid. n. 7. 6
Vide etiam Tract. 4. c. 4. parag. 3. n. 12. 35
Quando ab observatione Censurarum? Tr. 1. cap. 2. parag. 2. n. 7. 7
Quando ab incurfu in Suspensionem? Tr. 4. c. 2. nu. 7. 18
Milites, quando evadunt Irregulares? Tract. 4. cap. 15. parag. 14. 94
Ministri Iustitiæ, quandomam incurrit Irregularit.? Tract. 4. c. 15. parag. 10. 76
Vide etiam parag. 13. 93
Monachis prohibita Chirurgia. V. Chirurgia.
N.
Nati deformitas, quandomam iaducit Irregularitatem? Tract. 4. c. 8. parag. 1. nu. 18. 36
Nativitatis tempus, an Conceptionis est inspicienda ad legitimum pronuntiandum? Tr. 4. c. 17. parag. 3. n. 11. 109
Negativè se habens ad mortem alicujus, quandomam sit Irregularis? Tr. 4. c. 15. parag. 2. 55
Vide etiam omnino. parag. 9. 74
Nominatum ut denunciatur Excommunicatus, quid servandum? Tr. 1. cap. 3. parag. 1. 8
Novitas Fidei est causa Irregularit. Tractatu 4. cap. 11. 45
Nutrientes feras, quando sunt Irregulares? Tr. 4. c. 15. parag. 2. nu. 21. 57
O.
Occidere se tentans, an sit Irregularis Tract. 4. c. 8. parag. 2. nu. 18. 39
Occidens unum pro alio. V. Homicidium unius.
Occisio est causa Irregularitatis V. Homicidium.
Occisio iusta dubiè, an faciat Irregularem? Tract. 4. c. 5. n. 14. 30
Occultè excommunicatus, an publicè vitandus? Tr. 1. c. 3. parag. 1. 8
Oculis carens est Irregul. Tr. 4. c. 8. parag. 1. n. 1. 35
Officia quæ red sunt hominem infamem? Tr. 4. cap. 10. parag. 2. n. 22. 43
Omittens aliquid agere, unde sequatur alicui mors, an fiat Irregularis. V.
Negativè se habens.
Operi licito vacans, vel illicito, si sequatur alicujus mors, quando sit Irreg. Tr. 4. c. 15. parag. 2. 55 & sequent.
Ordinum susceptio impeditur ab Irregularitate. Tr. 4. c. 6. parag. 1. 32
Eorum.

Eorundem usus. parag. 2.	33	Religiosus qua scientia pollere debet, ut Ordinetur?	
Ordinandorum Examen quodnam? Tr. 4. c. 12. pa-	49	Tr. 4. c. 12. parag. 3.	48
ragr. 4.		Religiosi quid possint in Dispensatione Irregulari?	
Ordinum abusus parit Irregularitatem. Tract. 4. ca-	50	Tr. 4. c. 15. parag. 18. n. 4.	104
pite 24.		Religio, an legitimet illegitimum? V. Professio Reli-	
P.		giosa.	
Parochus excitans ad Bellum contra Invasores		Reus, an comparere teneatur coram Iudice cum suo	
Civitatem, an sit Irregul. Tr. 4. c. 15. parag. 15.	95	periculo? Tr. 1. cap. 2. parag. 1. nu. 8.	6
num. 4.		Rumor, seu Fama de illegitimitate quid operetur?	
Peccaminosus esse debet actus inducens Irregularit.	25	Tr. 4. c. 17. parag. 2. n. 5.	107
ex delicto. Tr. 4. c. 4. parag. 4.		S.	
Pertinacia Mandatarii, V. Mandati repulsa.		Scientia qui defectus parit Irregular. ? Tract. 4.	
Plures aliquem occidentes, an omnes sint Irregul.	67	cap. 12.	47
Tr. 4. c. 15. parag. 7. à n. 3.		Scientia quæ requiritur in Religioso initiando? ibid.	
Pœna quomodo debet esse cognita, ut incuratur. Tr.	26	parag. 3.	48
4. c. 4. parag. 5.		Spurius an aliquando legitimetur per subsequens	
Pœna cuius delicti reddit hominem infamem, & Ir-	41	matrimonium? Tract. 4. c. 17. parag. 3. à n. 11.	109
regularem. Tr. 4. c. 10. parag. 2.		Subsequens matrimonium, quandonam legitimat	
Praelati delegando suam Jurisdictionem tempora-	79	prolem antea susceptam? ibidem à n. 2.	108
lem de occidendo, an fiant Irregulares. Tr. 4.		Superveniens causa mortis, quandonam liberat vul-	
c. 15. parag. 10. à n. 23.	81	nerantem ab Irregularitate? Tr. 4. c. 15. parag.	
Quid si auctoritatem suam exhibeant? ibid.	81	7. num. 14.	61
Quid si sint constituti Priores? ibid. à n. 39.	106	Suspensio, quandonam est Censura, quando pœna?	
Probabilis illegitimitas quid operetur? Tr. 4. c.		Tr. 2. cap. 1.	1
1. n. 7.	106	Suspensio ut incuratur, quænam culpa requiritur?	
Probabilitas Homicidii, quandonam inducit Irregul.	30	ibidem c. 2.	17
Tr. 4. c. 5. n. 17.		T.	
Vide etiam ibidem à n. 32.	32	Testes sibi amputans, an fiat Irregularis? V. Eu-	
Professio Religiosa qua ratione Religiosum legiti-	110	nuchus.	
mat. tr. 4. c. 17. parag. 4.		Testimonium in Causa sanguinis, quandonam affert	
Protestationis formula qua Accusans uti debet, ne	87	Irregularitatem? Tract. 4. c. 15. parag. 11.	83
fiat Irregul. Tr. 4. c. 15. parag. 11. num. 34.		Testimonium Parentum te esse illegitimum, an pro-	
Publicatio excommunicati quomodo præstanda? tr.	8	bat aliquid contra te? Tr. 4. c. 17. parag. 1. n. 6.	
1. c. 3. parag. 1. nu. 2.		Tridentinum quam scientiam requirit in Ordinan-	
Publicè excommunicatus, quandonam publicè vi-	11. & seq.	do? Tr. 4. c. 12. parag. 2.	47
tandus? ibid. parag. 2. 10.		V.	
Q.		Vitia sibi amputans, an fiat Irregularis? V. Eu-	
Querelam deponentes apud Iudicem contra		nuchus.	
Reum, quandonam fiunt Irregul. tr. 4. c. 15. parag.	83	Vitia quæ corporis inducunt Irregularitatem? V.	
11 nu. 5.		Corporis vitia.	
Querelam deponens de delicto levi, quandonam	85	Vitandus Excommunicatus quinam sit? Tract. 1. c. 3.	
Irregularitatem incurrit, si inde sequatur defor-		parag. 1.	8. & seq.
matio? ibid. n. 13.		Vide etiam parag. 2. à n. 24.	13
Quot Irregularitates incurrit, qui plures occidit. Tr.	78	Vsum quem Ordinis impedit Irregular? Tr. 4. c. 6. pa-	
4. c. 13. parag. 10. à n. 16.		rag. 2.	33
Quot, qui plures nuptias contrahit? Tr. 4. c. 16. §. 2.		Vulnerans aliquem, quandonam incurrit Irregulari-	
R.		tatem? tr. 4. cap. 15. parag. 7. à nu. 3.	67
Rebaptismus parit Irregularitatem, Tract. 4. c. 13.	50	Vxorem vilem ducens, an fiat Irregularis? Tr. 4. c. 10.	
parag. 2.		parag. 2. n. 26.	44

FINIS INDICIS RERUM, ET VERBORUM TERTIÆ PARTIS
DE CENSURIS ET IRREGULARITATE.

sit honor B. Virgini, san Ctoq Vc A Loyslo Gonzagæ Patrono Mco.

Coll. 500. 1580 Paderborn. 1565

ur?
48
m?
o4
cli.

uo
6
ur?
07

4.
47
bid.
48
ens
109
mat
108
ul-
rag-
61
na?
I
ur?
17

Eu-
fert
83
ro-
a.6.
nan-
47
Eu-

V.
c.3.
eq.
13
pi-
37
ur-
67
10.
44



TAMEURIN

Th
2148